(*o*) Iſid. habet *adornari.*

(*p*) Idem M. S. habet *Excubiarum.*

(*q*) M. S. habet *ex.*

* Clericare.

(*s*) Iſid. M. S. habet *Coronam quam.*

(*t*) Iſidor. M. S. non habet *nos.*

(*u*) M. S. habet *candido nitore.*

(*x*) M. S. habet *ipſius.*

(*y*) Iſidor. M. S. *ſed magis amplius.*

(*z*) Iſid. M. S. habet *Romana Urbis.*

* Contradentes atque relinquentes.

ANNO 315. ratore cœlesti constitutum est, justum non est, ut illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hæc verò omnia, & per alia divalia Decreta statuimus atque confirmavimus, usque in finem Mundi illibata & inconcussa * permanere decernimus. Unde coram Deo vivo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili ejus Judicio obtestamur, hoc nostrum Imperiale Constitutum, omnes nostros Successores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas, etiam amplissimum Senatum & universum Populum, in toto Orbe terrarum, nunc & in posterum cunctis retro temporibus Imperio nostro subjacentem, nulli eorum quoquo modo licere, hæc quæ à nobis Imperiali Sanctione sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, vel ejus omnibus Pontificibus concessa sunt, refragari aut confringere, vel in quoquam * convellere. Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus subjaceat innodatus, & sanctos Dei Principes Apostolorum Petrum & Paulum sibi in præsenti & futura vita sentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematus, cum Diabolo & omnibus deficiat impiis. Hujus vero Imperialis Decreti nostri paginam propriis manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri Principis Apostolorum posuimus, ibi eidem Dei Apostolo spondentes, nos cuncta inviolabiliter conservare, & nostris Successoribus Imperatoribus conservanda in mandatis relinquere, ac beato Patri nostro Silvestro summo Pontifici & universali Papæ, ejusque cunctis Successoribus Pontificibus, Domino Deo & Salvatore nostro Jesu Christo annuente, tradimus perennirer atque feliciter possidenda. Et subscriptio imperialis: Divinitas vos conservet per multos annos sanctissimi ac beatissimi Patres. Datum Romæ, sub tertio die Kalendarum Aprilium, Domino nostro Flavio Constantino Augusto quater & Gallicano viris clarissimis Consulibus.

* Ibid. habet *permansura* apud Surium & in M. S. Acquisc. *permanenda.*

* Convelli.

Ejusdem DONATIONIS, *aliud Exemplar, seu Fragmentum, ex* BALSAMONIS *in* PHOTII *Nomocanonem Commentariis ad Titul.* 8. *cap.* 1. *& secundum* HENRICI AGYLÆI *Interpretationem.* [Bibliotheca Juris Canonici veteris *Tom.* 2. *Ex Bibliotheca* CHRISTOPHORI JUSTELLI. *pag.* 929. *Græce & Latine.*]

CUm omnibus Satrapis nostris, cum universo Senatu, cum Præfectis, denique cum omni Populo potestati Romanæ Majestatis subdito, conveniens esse judicavimus, ut quemadmodum Sanctus Petrus ex Persona Filii Dei [*Ecclesiæ Caput*] est in terris: ita etiam Episcopi, qui Successores sunt Principis Apostolorum, primariam in terris potestatem habeant: [*& quidem*] ampliùs quàm nostræ Gloriæ Imperatoria Majestas habeat. Atque id [*quidem*] concessum est à nobis, * Augustaque nostra conjuge: ac volumus, ut ipse Princeps Apostolorum, ejusque Successores, ex ipsius persona primi apud Deum Patres sint, atque defensores. Et quemadmodum Imperatoriæ nostræ Majestatis potestas colitur & honoratur: ita sanctum: ut & sancta Romanorum Ecclesia colatur & honoretur; atque suprà quàm Imperatoria nostra Majestas, terrenumque solium, sancta Sedes Sancti Petri laudibus cumuletur atque exaltetur. [*&c*] data [*jam*] ipsi potestate, Majestatisque dignitate, confirmato [*deinde*] judicio sancimus, ut primariam illam habeat potestatem, atque caput sit quatuor soliorum, Alexandrini videlicet, Antiocheni, Hierosolymitani, & Constantinopolitani: ac [*verò*] breviter omnium Ecclesiarum universi terrarum Orbis. [*ut*] etiam qui sanctæ Romanorum Ecclesiæ Episcopus futurus est, gloriosus esse debeat, & supra omnes [*totius*] Mundi Sacerdotes excelsus. Ut [*postremò*] si quid ad cultum Dei, Christianamque Fidem instaurandam ac constabiliendam pertineat, [*id*] ab ipso dijudicetur. Æquum enim est, ut illic sacra Lex originem & initium sumat, ubi sacrosanctus Legislator Servator noster Jesus Christus beatum Apostolum Petrum sedem obtinere jussit, crucis afflictionem sustinuit, beatæque mortis calicem bibit: & ubi [*ille*] etiam imitator Magistri atque Domini sui factus est. Ut, [*item*] illic inclinent gentes capita sua propter confessionem nominis Christi, ubi illarum Doctor beatus Apostolus Paulus extenso propter Christum collo martirii coronam accepit: Ut [*insuper*] usque ad finem Mundi [*illæ*] Doctorem quærant, ubi sanctorum ejus reliquiæ quiescunt. [*Ad extremum verò, ut*] quo loco superbo illi Regi servivimus eodem supini ac in terram expansi cœlestis Regis & Dei & Servatoris nostri Jesu Christi officiis deserviamus. Tradimus itaque ipsis sanctis Apostolis, beatis dominis meis Petro & Paulo, ac post illos beato Silvestro, Patri nostro, magno Episcopo, & Catholico Papæ Urbis Romæ, omnibusque Successoribus ejus, qui ab hodierno [*die*] usque ad finem Mundi in solio beati Petri præsidebunt, Imperatorium nostrum Palatium Lateranense, quod superat atque vincit totius Mundi Palatia: præterea etiam Diadema, sive Coronam capitis nostri: tum lorum quoque & humerale, quod Imperatoriæ Majestatis collum cingit: simul etiam purpuream chlamydem, & tunicam coccineam, omniaque Imperatoria indumenta, nec non Imperatoriorum Jumentorum insignia: similiter etiam Imperatoria Sceptra, omnia signa, banta reliquaque Imperatoriæ Majestatis ornamenta, & potentiæ nostræ gloriam. Insuper sancimus, ut viri religiosiss: Clerici multorum Ordinum, qui eidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ deserviunt, ornentur & habeant illam sublimitatem & magnificentiam qua ornatus est magnus noster Senatus, Patricii nempe, & Consules, & reliquæ dignitates. Et [*quemadmodum*] Imperialis Exercitus ornatus est: ita sancimus, ut & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Clerus ornetur. Adhæc quo modo Imperatoria potestas multis officiis exornatur, cubiculariis, ostiariis & excubitoribus, sic etiam sanctam Romanorum Ecclesiam exornari volumus. At [*vero*] ut Episcopalis splendor in omnibus præluceat, etiam hoc sancimus, ut Clerici sanctæ Romanorum Ecclesiæ caballos candidis linteis ornatos equitent. Et quemadmodum Senatus noster calciamenta sive sandalia ex linteis candida gestat [*ita etiam illi: ut*] eodem modo cœlestia, quo terrestria, ad laudem Dei [*spectent*] supra omnia in honorem & gloriam ipsius Domini & Servatoris nostri Jesu Christi, ipsi sanctiss: Patri nostro Silvestro Episcopo & Papæ Urbis Romæ, omnibusque Successoribus ejus beatis Episcopis, in eadem magna atque Apostolica Ecclesia potestatem damus ac concedimus, ut si quis ex Senatu suapte sponte ac lubente voluntate Clericus fieri, numeroque sanctorum Clericorum numerari velit, nullus omnium illi impedimento esse audeat. Sancivimus ad hæc, ut & ipse pius Pater noster Silvester magnus Episcopus, & omnes Episcopi Successores ejus, gestarent Diadema sive Coronam ex puro [*puto*] auro & inæstimabilibus margaritis [*confectam*] quam ex capite nostro ipsi tradidimus: gestarent autem in capitibus suis ad laudem Dei, & in honorem sancti Principis Apostolorum. Verùm ipse beatiss: Papa Silvester super Coronam sive Papalethram quam ad gloriam Dei & sancti Petri habebat, nolebat portare Coronam meam vel margaritarum plenam. Nos verò, propterea quòd sanctus Silvester auream Coronam resputt, sancto ipsius capiti radiantissimum lorum, sacrosanctam resurrectionem denotans, nostris manibus imposuimus, & arrepto, adorationis timorisque sancti Petri ergò, equi ipsius freno, Stratoris officium fecimus: sancientes, ut omnes Successores ejus ad imitationem Imperatoriæ Majestatis loro utantur in processionibus. Ac verò [*id*] ideo, ut ne dignitas Episcopalis contemnatur. Quin etiam [*ut*] ampliore, quàm Imperatoria nostra terrena Majestas, potentiæ quoque splendore adornetur: ecce Palatium nostrum (ut prædiximus) & Urbem Romam, nec non universæ Italiæ Occidentaliumque Regionum Præfecturas, loca atque castra prædicto beatiss: Episcopo, & Patri nostro Silvestro Papæ tradimus, & ipsi ejusque Successoribus Imperatoriam imperandi authoritatem ac potestatem permittimus [*atque eam*] per hanc divinam jussionem ac pragmaticam Constitutionem firmam permanere sancimus, virisque sanctæ Romanorum Ecclesiæ in æternum concedimus. Quorsum [*etiam*] *utile* [*fore*] consideravimus, si Imperatoriam nostram Majestatem ejusque potentiam in Orientales Regiones transferremus, & in Byzantico agro loco commodo sub nomine nostro Civitatem erigeremus, atque ibi nostram Majestatem collocaremus. Quandoquidem ubi prima-

ANNO 315.

ANNO 315. marium Sacerdotium, Christianæque Religionis caput cœlitus est constitutum, ut ibidem terrenus Princeps dominatum habeat, haud justum fuerit. [*Quæ sanè etiam de causâ*] hoc [*orationis*] Imperatoriæ nostræ Majestatis contextu propriis manibus in venerandas sancti Apostoli & Principis Petri reliquias prostrato ac repositio, hæc nos omnia illæsa conservaturos illic juravimus, & Successoribus nostris Imperatoribus in commentariis nostris eadem servanda tradidimus. Patri [*itaque*] nostro sancto & Catholico Episcopo & Papæ, atque per ipsum omnibus Successoribus ejus Episcopis, annuente Domino nostro & Servatore Jesu Christo, omnia ante scripta rectè in æternum conservanda tradidimus.

Ex eadem Donatione CONSTANTINI *magni Excerpta secundum* GRATIANI DECRETUM *part.* I. *Distinct.* 96. *C.* 14. [Corpus Juris Canonici GREGORII Papæ XIII. jussu editum. part. I. in GRATIANI Decret. part. I. Dist. 96. C. 14.]

UTile judicavimus una cum omnibus Satrapis nostris, & universo Senatu, Optimatibusque meis, etiam & cuncto Populo Romanæ gloriæ Imperio subjacenti, ut sicut beatus Petrus in terris Vicarius Filii Dei esse videtur constitutus, ita & Pontifices, qui ipsius Principis Apostolorum gerunt vices, Principatus potestatem, ampliùs quàm terrena Imperialis nostræ Serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam à nobis, nostroque Imperio obtineat, eligentes nobis ipsum Principem Apostolorum, vel ejus Vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostram terrenam Imperialem potentiam, sic ejus sacrosanctam Romanam Ecclesiam decrevimus veneranter honorari, & amplius quàm nostrum Imperium, & terrenum thronum, Sedem sacratissimam beati Petri gloriosè exaltari: tribuentes ei potestatem, & gloriæ dignitatem, atque vigorem & honorificentiam Imperialem. Atque decernentes sancimus, ut Principatum teneat, tam super quatuor præcipuas Sedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quàm etiam super omnes in universo Orbe terrarum Ecclesias Dei: & Pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ extiterit, celsior, & Princeps cunctis Sacerdotibus totius Mundi existat, & ejus judicio, quæque ad cultum Dei, vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. *& infrà.*

Ecclesiis beatorum Apostolorum Petri & Pauli pro continuatione luminariorum, & possessionum prædia contulimus, & rebus diversis eas ditavimus, & per nostram Imperialem jussionem sacram tam in Oriente, quàm in Occidente, vel etiam Septentrionali, & Meridiana plaga, videlicet in Judæa, Græcia, Asia, Thracia, Affrica, & Italia, vel diversis Insulis nostra largitate ei concessimus, ea prorsus ratione, ut per manus beatissimi Patris nostri Sylvestri summi Pontificis, Successorumque ejus omnia disponantur: *& infrà.*

B. Sylvestro Patri nostro summo Pontifici, & universalis Urbis Romæ Papæ, & omnibus ejus Successoribus Pontificibus qui usque in finem Mundi in Sede beati Petri erunt sessuri, de præsenti contradimus Palatium Imperii nostri, simulque phrygium, nec non & super humerale, videlicet lorum, quod Imperiale circumdare assolet collum, verùm etiam & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta, sed & dignitatem Imperialium Præsidentium Equitum, conferentes etiam & Imperialia Sceptra, simulque cuncta signa, atque banda, & diversa ornamenta Imperialia, & omnem processionem Imperialis culminis, & gloriam potestatis nostræ. Viris autem reverendissimis Clericis in diversis Ordinibus eidem Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ servientibus illud culmen, singularitate, potentia, & præcellentia habere sancimus, cujus amplissimus noster Senatus, videtur gloria adornari, id est, Patritios, atque Consules effici, nec non & cæteris dignitatibus Imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut Imperialis militia ornatur, ita & Clerum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodum Imperialis potentia officiis diversis, Cubiculariorum nempè, & Ostiariorum, atque omnium Excubitorum ornatur, & ita sanctam Romanam Ecclesiam decorari volumus. Et ut amplissimè Pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc Clericorum ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, manipulis, & linteaminibus, id est, candidissimo colore decorari equos, ita & equitare. Et sicut noster Senatus calceamentis utitur cum udonibus, id est, candido linteamine illustratis, sic utantur & Clerici, ut sicut cœlestia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiam tribuimus ipsi sanctissimo Patri nostro Sylvestro, & Successoribus ejus ex nostro indicto, ut quem placatus proprio consilio clericare voluerit, & in religiosorum numero Clericorum connumerare: nullus ex omnibus præsumat superbè agere. Decrevimus ita & hoc, ut ipse & Successoribus ejus Diademate, videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis pretiosis uti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestare. Ipse verò beatissimus Papa, quia super coronam Clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipsi ex auro non est passus uti Corona, nos phrygium candido nitore splendidum resurrectionem Dominicam designans, ejus sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frænum equi ipsius pro reverentia beati Petri, Stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem Phrygio omnes ejus Successores singulariter uti in processionibus, ad imitationem Imperii nostri. Unde ut Pontificalis apex non vilescat, sed magis quàm terreni Imperii dignitas, gloria, & potentia decoretur, ecce tam Palatium nostrum, ut prædictum est, quàm Romanam Urbem, & omnes Italiæ, seu Occidentalium Regionum Provincias, Loca, & Civitates, præfato beatissimo Pontifici nostro Sylvestro universali Papæ contradimus, atque relinquimus; & ab eo, & à Successoribus ejus per hanc Divalem nostram, & pragmaticum Constitutum decernimus disponenda, atque juri sanctæ Romanæ Ecclesiæ concedimus permansura. Unde congruum perspeximus nostrum Imperium, & Regni potestatem in Orientalibus transferri Regionibus, & in Bizantinæ Provinciæ optimo loco, nomini nostro Civitatem ædificari, & nostrum illic constitui Imperium, quoniam ubi principatus Sacerdotum, & Christianæ Religionis caput ab Imperatore cœlesti constitutum est, justum non est, ut illic Imperator terrenus habeat potestatem, hæc verò omnia quæ per hanc nostram Imperialem sacram, & per alia divalia Decreta statuimus, atque confirmavimus, usque in finem Mundi illibata & inconcussa permanere decernimus. Unde coram Deo vivo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili ejus judicio obtestamur per hoc nostrum Imperiale Constitutum omnes nostros Successores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas, etiam amplissimum Senatum, & universum Populum in toto Orbe terrarum nunc, & inposterum, cunctis retrò temporibus Imperio nostro subjacentem, nulli eorum quoquomodo licere hæc, aut infringere, aut in quoquam convellere. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus subjaceat innodatus, & Sanctos Dei, Principes Apostolorum Petrum, & Paulum sibi in præsenti, & in futura vita sentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematus, cum Diabolo, & omnibus deficiat impiis. Hujus verò Imperialis Decreti nostri paginam propriis manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri, Principis Apostolorum, posuimus. Datum Romæ III. Kalend. Aprilis, Domino nostro Flavio Constantino Augusto IV. & Gallicano V. C. Coss.

ANNO 315.

II.

(1) *Pactum Pacificationis & Partitionis inter* GUNT- 587. 28 Nov.

(1) Ce Traité est le plus ancien & le plus entier qui nous reste du tems des Rois de France avant *Charlemagne*. Toutes les Copies qu'on en a viennent de celle que *Gregoire de Tours* a insérée fort entiere dans ses Histoires. Celle ci en est tirée, selon l'Edition du Pere *Ruinart*, qui est constamment la meilleure. Les asterisques marginaux font voir en quoi elle différe de celle de *Goldast*. Touchant la Date nous suivons la Chronologie du Pere *Labbe*, qui est aussi celle du Pere *Ruinart*, preferablement à *Goldast* qui range ce Traité sous l'an 591. [DUM.]

ANNO 587.

GUNTCHRAMNUM & CHILDEBERTUM *Reges Francorum, atque* BRUNICHILDEM *Reginam, in Comitiis Andelavensibus sancitum; quo eis placet juxta certam Pactionem olim factam, Regnum in duas partes inter se hereditario jure dividere, nec non Reginæ* BRUNICHILDI, *Civitatem Carducum quam primum cedere; complutesque alias, post* GUNTCHRAMNI *transitum in dominationem ejusdem Reginæ reverti debere. Actum die 4 Calendis, Anno 26. Regni Domni* GUNTCHRAMNI *Regis, Domni* CHILDEBERTI *vero duodecimo anno.* [GREGORII Turonensis *Historia Francorum.* lib. 9. num. 20. col. 439. d'où l'on a tiré cette Pièce qui se trouve aussi dans GOLDASTI *Constitutiones Imperiales* Tom. 1. pag. 13. & dans FAUCHET *Antiquités & Histoires Gauloises* liv. 4. chap. 16. pag. 279. en François.]

Exemplar Pactionis.

CUm in Christi nomine præcellentissimi Domni Guntchramnus * & Childebertus Reges, & gloriosissima Domna Brunichildis Regina, Andelaum caritatis studio convenissent, ut omnia quæ undecumque inter ipsos scandalum poterant generare pleniori consilio definirent; id inter eos, mediantibus Sacerdotibus atque Proceribus, Deo medio, caritatis studio sedit, complacuit, atque convenit, ut quamdiu eos Deus omnipotens in præsenti sæculo superesse voluerit, fidem & caritatem puram, & simplicem sibi debeant conservare. Similiter quia Domnus Guntchramnus juxta Pactionem, quam cum bonæ memoriæ Domno Sigeberto inierat, integram portionem quæ est de regno Chariberti, illis fuerat consecutus, sibi diceret in integrum redhiberi, & pars Domni Childeberti, ea quæ pater suus possederat, ad se vellet ex omnibus revocare: id inter ipsos constat fixa deliberatione finitum, ut in illam tertiam portionem de Civitate Parisiensi cum terminis & Populo suo, quæ ad Domnum Sigibertum de regno Chariberti conscripta Pactione pervenerat, cum Castellis Duno & Vindocino, & quidquid de Pago Stampensi, vel Carnoteno * in pervio illo antefatus Rex cum terminis & Populo suo perceperat, in jure & dominatione Domni Guntchramni, * cum eo quod superstite Domno Sigiberto de regno Chariberti antea tenuit, debeant perpetualiter permanere. Pari conditione Civitates Meldis *, & duas portiones de Silvenectis Turonis, * Pictavis, Abrincetas, Vico Julii, * Consoranis, Lapurdo & Albige, Domnus Childebertus vere cum terminis à præsenti die suæ vindicet potestati. Ea igitur conditione servata ut quem Deus de ipsis Regibus superstitem esse præceperit, Regnum illius qui absque Filiis de præsentis sæculi luce migraverit, ad se in integritatem jure perpetuo debeat revocare, & posteris suis, Domino auxiliante, relinquere. Illud specialiter placuit per omnia inviolabiliter conservari, ut quicquid Domnus Guntchramnus * rex filiæ suæ Chlothieldi contulit, aut adhuc Deo propitiante contulerit, in omnibus rebus atque corporibus, tam in Civitatibus, quam in agris, vel reditibus, in jure & dominatione ipsius debeant permanere: & si quid de agris fiscalibus, vel speciebus atque præsidio pro arbitrii sui voluntate facere, aut quicquam conferre voluerit, in perpetuo, auxiliante Domino, conservetur, neque a quocumque ullo unquam tempore convellatur, & sub tuitione ac defensione Domni Childeberti, cum his omnibus quæ ipsam tranfitus Genitoris sui invenerit possidentem, sub omni honore & dignitate secura debeat possidere. Pari conditione repromittit Domnus * Guntchramnus Rex, ut si, ut habet humana fragilitas, quod divina pietas non permittat, nec ille videre desiderat, contigerit Domnum Childebertum, eo superstite de hac luce migrare, filios suos Theodobertum & Theodoricum Reges *, vel si adhuc alios ipsi Deus dare voluerit, ut pius Pater sub sua tuitione & defensione recipiat, ita ut Regnum Patris eorum sub omni soliditate possideant: & Genitricem Domni Childeberti, Domnam Brunichildem Reginam, vel Filiam ejus Chlodosuindam, Germanam Domni Childeberti Regis, quamdiu infra * Regionem Francorum fuerit, vel ejus Reginam Faileubam, tanquam Sororem bonam, & Filias in sua tuitione & defensione, spiritali dilectione, recipiat, & sub omni honore & dignitate cum omnibus rebus eorum, cum Civitatibus, agris, reditibus, vel cunctis titulis, & omni corpore facultatis, tam quod præsenti videntur tempore possidere, quàm quod adhuc, Christo Præsule, juste potuerint augmentare, sub omni securitate & quiete possideant: ut si quid de agris fiscalibus, vel speciebus, atque præsidio, pro arbitrii sui voluntate facere, aut cuiquam conferre voluerint, fixa stabilitate in perpetuo conservetur, nec a quibuscunque voluntas illarum ullo tempore convellatur. De Civitatibus verò, hoc est Burdegala, Lemovica *, Cadurco, Benarno, & Begorra, quas Gailesuindam Germanam Domnæ Brunichildis, tam in dote, quam in marganegiba, hoc est matutinali dono, in Franciam venientem certum est adquisisse; Quas etiam per judicium gloriosissimi Domni Guntchramni Regis, vel Francorum, superstitibus Chilperico & Sigiberto Regibus, Domna Brunichildis noscitur adquisisse; ita convenit siliceat ut Cadurcum Civitatem, cum terminis & Populo suo, Domna Brunichildis de præsenti in sua proprietate percipiat. Reliquas vero Civitates, ex hac conditione superius nominatas, Domnus Guntchramnus dum advivit possideat, ita ut quandoque post ejus transitum, in dominatione Domnæ Brunichildis heredumque suorum cum omni soliditate, Deo propitio, revertantur; nec superstite Domno Guntchramno, neque à Domna Brunichilde, neque a Filio suo Childeberto Rege, Filiisque suis, quolibet ingenio, vel tempore repetantur. Simili modo convenit, ut Silvanectis * Domnus Childebertus in integritate teneat; & quantum tertia Domni * Guntchramni exinde debita competit, de tertia Domni Childeberti, quæ est in Rosiontensi Domni Guntchramni partibus compensetur. Similiter * convenit, ut secundum pactiones inter Domnum Guntchramnum & bonæ memoriæ Domnum Sigibertum initas, laudes illi, qui Domno Guntchramno, post transitum Domni Chlothacharii *, sacramenta primitus præbuerunt, & si postea convincuntur in parte alia tradidisse, de locis ubi commonere videntur, convenit ut debeant removeri. Similiter & qui post transitum Domni * Chlothacharii convincuntur Domno Sigiberto sacramenta primitus præbuisse, & se in aliam partem transtulerunt, modo simili removeantur. Similiter quidquid antefati Reges Ecclesiis aut fidelibus suis contulerunt, aut adhuc conferre cum justitia, Deo propitiante, voluerint, stabiliter conservetur: & quidquid unicuique fidelium in utriusque Regno per legem & justitiam redhibetur, nullum ei præjudicium pariatur *, sed liceat res debita, possidere atque recipere. Et si aliquid cuicumque per interregna sine culpa sublatum est, audientia habita restauretur. Et de eo quod per munificentias præcedentium Regum unusquisque usque ad transitum gloriosæ memoriæ Domni Chlothacharii * Regis possedit, cum securitate possideat: & quod exinde fidelibus personis ablatum est, de præsenti recipiat. Et quia inter præfatos Reges pura & simplex est, in Dei nomine, concordia inligata, convenit ut in utroque Regno utriusque fidelibus, tam pro causis publicis quàm privatis, quicumque voluerit ambulare, pervium nullis temporibus denegetur. Similiter convenit, ut nullus alterius leudes, nec sollicitet, nec venientes excipiat. Quod si forsitan pro aliqua amissione partem alteram crediderit expetendam, juxta qualitatem culpæ excusati reddantur. Hoc etiam huic addi placuit Pactioni, ut si quæ Pars præsentia Statuta sub quacunque calliditate, tempore quocunque transcenderit; omnia beneficia, tam repromissa, quam in præsenti collata amittat; & illi proficiat, qui inviolabiliter omnia suprascripta servaverit, & sit de sacramentorum obligatione in omnibus absoluta. His itaque omnibus definitis, jurant Partes per Dei omnipotentis nomen & inseparabilem Trinitatem, vel divina omnia, * quæ superius scripta sunt, absque ullo dolo malo, vel fraudis ingenio inviolabiliter servaturos. Facta Pactio sub die quarto Calendis Decembris, anno 26 regni Domni * Guntchramni Regis, Domni Childeberti vero duodecimo anno.

III.

ANNO 587.

* Guntheramnus.
* Careoteno.
* Guntheramni.
* Meldonenses.
* Turonos, Pictavos.
* Vicum Julienſem cum Sorannis.
* Guntheramnus.
* Guntheramnus.
* Regem.
* Intra.
* Lemonica.
* Silvanectum.
* Guntheramni.
* Simili modo.
* Chlotharii.
* Chlotharii.
* Pariatur.
* Chlotharii.
* Divina omnia ac tremendum diem Judicii ſe omnia.
* Guntheramni.

ANNO 625. 6 Octob.

III.

*Traité * d'Alliance ou Privilege du Prophete* MAHOMET *pour les Chretiens habitans de son Païs, par lequel il promet de les proteger & defendre eux, leurs Temples, Chapelles, & autres Lieux & Biens contre leurs Ennemis, tant ceux du dedans que ceux du dehors. Fait le dernier jour de la Lune du quatrieme mois, l'an quatrieme de l'Hegire.* [RICAUT, Hist. de l'Etat present de l'Empire Ottoman liv. 2. chap. 2. d'où l'on a tiré cette Pièce qui se trouve aussi dans GERARDI CORN. DRIESCHII Hist. Legationis Cæsareæ Virmontii. lib. 4. pag. 395. sur le Francois de Ricaut.]

MAhomet Messager de Dieu, Envoyé pour enseigner les hommes & pour leur declarer sa Commission Divine en verité, a écrit les choses suivantes, c'est à sçavoir: Que la cause de la Religion Chrêtienne ordonnée de Dieu, puisse demeurer libre dans toutes les parties de l'Orient & de l'Occident, aussi bien parmi ceux qui sont du païs, que parmi ceux, qui en sont voisins; aussi bien parmi ceux qui sont étrangers, que parmi ceux qui ne le sont pas.

Je laisse à tous ces peuples-là le présent Ecrit comme un Traité inviolable, & comme une decision parfaite de toutes les contestations & differends à venir, & comme une Loy par laquelle la justice est manifestée, & dont l'observation est enjointe étroitement. C'est pourquoy tout homme faisant profession de la Foy des Musulmans qui negligera d'accomplir ces choses, & qui violera, ou rompra cet Accord à la maniére des Infidéles & transgressera les choses que j'y commande, il rompt l'alliance de Dieu, resiste à sa volonté, & méprise son Testament, soit qu'il soit Roy, Prince, ou autre fidele. Par cet accord où je me suis engagé moi-même à la priere des Chrêtiens, tant en mon nom, qu'au nom de mes Disciples, d'entrer avec eux dans l'alliance de Dieu, & dans la paix des Prophetes, des Apôtres choisis, des Saints fidéles, & des bien-heureux du tems passé, & de celui qui est à venir. Par cette mienne Alliance donc, que je veux être executée aussi religieusement qu'un Prophete envoyé de Dieu, ou qu'un Ange qui approche de la Majesté Divine, est exact & regulier dans l'obéissance qu'il doit à sa Loi, & à ses Commandemens.

Je promets de proteger leurs Magistrats dans mes Provinces, avec mon Infanterie, & ma Cavalerie, avec mes troupes auxiliaires, & avec mes fidéles, qui me suivent. Je promets aussi de les défendre contre leurs ennemis, soit qu'ils soient proches, ou éloignez, de les assûrer en paix, & en guerre, & de conserver leurs Eglises, leurs Temples, leurs Oratoires, leurs Convens, & les lieux ou ils font des Pelerinages, en quelque lieu qu'ils puissent être situez, soit sur des montagnes, ou dans des vallées, dans les cavernes, ou dans les maisons, dans les campagnes ou dans les deserts, ou dans quelque autre sorte de bâtiment que ce soit, & de conserver aussi leur Religion, & leurs biens, en quelque lieu qu'ils soient, soit sur la Terre, ou sur la Mer, à l'Orient, ou à l'Occident, de la même maniere que je me conserve, moi, & mon Sceptre, & que je conserve les fidéles Croyans, qui sont mon propre peuple. Je promets aussi de les prendre en ma protection & de les garantir de toutes les violences, & de toutes les vexations qu'on leur pourroit faire, & de repousser les ennemis qui voudroient leur faire du mal, & à moi aussi, & de leur resister vigoureusement tant en propre personne, que par mes serviteurs & par ceux, qui sont de mon peuple, & de ma Nation. Car puisque je suis établi sur eux, je dois, & suis obligé de les defendre, & de les garantir de toute adversité, & d'empêcher, qu'aucun mal ne leur arrive, qui n'arrive auparavant aux miens, & qui travaillent avec moi à la même œuvre. Je promets en outre de les exempter de toutes les charges, que sont obligez de porter les Confederez, soit par prêt d'argent, ou par impositions; de sorte qu'ils ne seront obligez de payer que ce qu'il leur plaira, sans que l'on puisse leur faire aucun trouble, ni aucune peine pour cela. Un Evêque ne sera point ôté de son Diocèse, ni aucun Chrêtien contraint de renoncer sa Foy, ni aucun Moine sa Profession, ni aucun Pelerin troublé en faisant son pelerinage, ni aucun Religieux dans sa cellule; & on ne pourra non plus ruiner leurs Temples, ni les convertir en Mosquées: pource que celui qui fait cela, rompt la presente Alliance de Dieu, s'oppose à son Messager, & rend nul le Testament Divin. On ne mettra aucune imposition sur les Moines, ou sur les Evesques, ni sur aucun de ceux, qui ne sont point sujets aux taxes, à moins que ce soit de leur consentement. La taxe que l'on demandera aux riches Marchands, aux Pescheurs de perles, & aux Mineurs qui tirent leurs pierres precieuses, & leur or, & leur argent, non plus que celles des autres Chrêtiens riches & opulents n'excedera pas un écu par an; & se prendra seulement sur ceux, qui sont domiciliez, & habituez en lieu certain & arrêté, & non pas sur les voyageurs, ou sur ceux qui n'ont point de demeure assûrée; qui ne seront sujets à aucunes impositions, ni aux contributions ordinaires, s'ils n'ont des biens, & des heritages. Car celui qui est obligé de payer legitimement & selon la loi, de l'argent à l'Empereur, payera autant qu'un autre, & ne payera pas davantage, & on ne lui demandera rien au delà de ses forces & de ses facultez; tout de mesme celui qui est taxé pour sa terre, pour ses maisons, & pour son revenu ne sera pas chargé immoderément, ni opprimé par de plus grandes taxes que les autres qui payent contribution. Les Confederez ne seront point obligez d'aller à la guerre avec les *Musulmans* contre leurs ennemis, soit pour combattre ou pour decouvrir leurs armées, parce que les Alliez ne doivent pas estre employez dans des exécutions militaires, ce Traité n'étant fait avec eux, que pour les soulager, & pour empêcher qu'ils ne soient foulez: au contraire les *Musulmans* veilleront pour eux, feront garde, & les défendront. Qu'on ne les oblige donc point d'aller au combat, de s'opposer aux ennemis, ni de donner des chevaux & des armes, si ce n'est volontairement, & ceux qui en fourniront de la sorte, en seront reconnus & recompensez. Aucun Musulman ne tourmentera les Chrêtiens, & ne disputera avec eux si ce n'est de civilité; il les traitera humainement, & s'abstiendra de leur faire aucune violence en quelque maniére que ce soit. S'il arrive à quelque Chrêtien de commettre un crime, ou de tomber dans quelque faute, le Musulman est obligé de l'assister, d'interceder pour lui, d'estre sa caution, & d'accommoder son affaire; il pourra même racheter sa vie, & il ne sera point abandonné, ni privé de secours à cause de la divine Alliance faite avec eux, & qu'ils doivent jouïr de ce que jouïssent les *Musulmans*, & souffrir ce qu'ils souffrent; & de l'autre part, que les *Musulmans* jouïssent de ce qu'ils jouïssent, & qu'ils souffrent ce qu'ils souffrent: & conformement à ce Traité, qui est fait à la juste priére des Chrêtiens, & conformement à la diligence requise pour confirmer son autorité, vous estes obligez de les proteger, de les garantir de toute sorte de calamité, de leur rendre tous les bons offices possibles, & de faire en sorte que les *Musulmans* partagent avec eux la bonne & la mauvaise fortune. Il faut de plus avoir un soin particulier qu'on ne leur fasse aucune violence en matiére de mariage, c'est à sçavoir qu'on ne forcera point les Peres & les Meres de donner leurs Filles en mariage à des *Musulmans*, & qu'on ne les troublera point pour avoir refusé leurs Fils, ou leurs Filles en mariage, parce que cette action est purement volontaire, & se doit faire de bon cœur & avec joie. Que s'il arrive qu'une femme Chrêtienne se joigne à un *Musulman*, il doit lui laisser la liberté de sa conscience, & souffrir qu'elle obeïsse à son Pere spirituel, & qu'elle soit instruite en la doctrine de sa Foi, sans aucun empêche-

ANNO 625.

* Le même *Ricaut* avertit que les Turcs rejettent ce Traité, comme faux, mais qu'il ne laisse pas de passer pour veritable parmi plusieurs bons Auteurs, qui disent qu'il le fit dans un tems où son Royaume étoit foible & qu'il faisoit la Guerre aux Arabes, pour n'être pas attaqué par deux Ennemis à la fois. Il ajoute qu'on dit que l'Original en a été porté dans la Bibliotheque du Roi de France. [DUMAS.]

ANNO 625. chement. Il la laiſſera donc en repos, & ne la tourmentera point, ſoit en la menaçant du divorce, ou en la preſſant de renoncer ſa Religion; & s'il fait le contraire à cet égard, il mépriſe l'Alliance de Dieu, il ſe revolte contre le Traité fait par ſon Meſſager, & devient du nombre des menteurs. Si les Chrêtiens veulent reparer leurs Egliſes, leurs Monaſteres, ou les autres lieux, où ils font le Service divin, & qu'ils ayent beſoin de l'aſſiſtance & de la liberalité des *Muſulmans*, ils ſont obligez d'y contribuer de tout leur pouvoir, & de leur accorder ce qu'ils demandent, non pas à deſſein de le redemander, ou d'en tirer recompenſe, mais gratuitement, comme une marque de leur bonne volonté pour leur Religion, & pour obeïr au Traité fait par le Meſſager de Dieu, & en veüe de l'obligation qu'ils ont de l'executer, & de l'accomplir. Ils n'opprimeront aucun d'eux vivant parmi les *Muſulmans*, ils ne les haïront point, ils ne les obligeront point à porter des Lettres, ou à ſervir de guides, & ne leur feront violence en quelque maniere que ce ſoit; car celui qui exerce ſur eux ces ſortes de Tyrannies, eſt un oppreſſeur, un ennemi du Meſſager de Dieu, & un rebelle à ſes commandemens. Voilà les choſes qui ont été arrêtées entre Mahomet le Meſſager de Dieu, & les Chrêtiens. Les conditions auſquelles je les engage en conſcience ſont, Qu'aucun Chrêtien n'entretienne un Soldat ennemi des *Muſulmans*, & qu'il ne le reçoive point en ſa maiſon ſoit en public, ou en ſecret; qu'il ne donne aucune retraite à un ennemi des *Muſulmans*, & qu'il ne ſouffre point qu'il faſſe ſejour dans leurs maiſons, dans leurs Egliſes, ou dans leurs Convens de Religieux; qu'il ne fourniſſe point ſous main le Camp de leurs ennemis, d'hommes, d'armes & de Chevaux, & qu'il n'ait aucune correſpondance ou engagement avec eux ſoit par écrit, ou autrement; mais que ſe retirant en quelque lieu de ſureté ils ſongent à leur propre conſervation, & à la defenſe de leur Religion. Qu'ils fourniſſent pendant trois jours à tout Muſulman les choſes neceſſaires pour ſa ſubſiſtance & pour celle de ſes bêtes, & cela honeſtement, & en differentes ſortes de viandes; qu'ils faſſent auſſi tout leur poſſible pour les defendre ſi on les attaque, & pour les garder de tous accidens fâcheux. C'eſt pourquoi ſi quelque Muſulman ſouhaite de ſe cacher dans quelques unes de leurs maiſons ils le cacheront de bon cœur, & le tireront du péril où il ſe trouve ſans le decouvrir à ſon ennemi. Si les Chrêtiens gardent la foi de leur côté, ceux qui violeront quelques-unes de ces conditions, quels qu'ils puiſſent être, & feront quelque choſe au contraire, ſeront privez des avantages contenus dans l'Alliance de Dieu, & de ſon Meſſager, & ſeront indignes de jouïr des privileges accordez aux Eveſques & aux Moines Chrêtiens, & les Croyans de ce qui eſt contenu dans l'Alcoran.

C'eſt pourquoi je conjure mon Peuple au nom de Dieu, & par ſon Prophete, d'entretenir fidélement toutes ces choſes, & de les accomplir en quelque lieu de la terre qu'ils ſoient, & le Meſſager de Dieu les en recompenſera, pourvû qu'ils les obſervent inviolablement juſques au jour du Jugement, & juſques à la diſſolution du monde. Les temoins des preſentes Conditions dont Mahomet le Meſſager de Dieu eſt demeuré d'accord, ſont Abu Bacre Aſſadiku. Omar ben Alchittab, Othman ben Affan, Ali ben Abitalib, & pluſieurs autres; le Secretaire qui les a écrites, eſt Moavia ben Abi-Sofian, Soldat du Meſſager de Dieu, le dernier jour de la Lune du quatriéme mois, la quatriéme année de l'Hegire à Medine. Dieu veuille recompenſer ceux qui ſont temoins de cet Ecrit. Gloire ſoit à Dieu, Seigneur de toutes Creatures.

IV.

817. LUDOVICI *Pii Imperatoris Pactum Confirmationis de Civitate Roma, cum Ducatu ſuo, & cæteris Civitatibus, Urbibus, Caſtris, Locis, & Terris per* PIPINUM *Regem &* CAROLUM *Imperatorem beato* PETRO *donatis aut reſtitutis, ſalva tamen Dominatione ſuprema.* [CÆS. BARONII Annales Eccleſiaſtici. Tom. 9. ann. 817. num. XI. ex quatuor Vaticanis Exemplariis ſimul collatis. D'où l'on a tiré cette Piéce, qui ſe trouve auſſi dans BALUZII *Capitularia Regum Francorum ſub Anno Chriſti* 817. Tom. 1. col. 591. & 592. dans PHILIPPI LABBEI *Collectio Conciliorum* Tom. 7. col. 1515. ex Monumentis Vaticanis; dans *Chronicon Reicherspergenſe ad* Annum 817. dans 1vo Part. 5. C. 51. dans GRAT. Diſt. 63. C. dans 30. *Ego Ludovicus*; & dans GOLDASTI *Conſtitutiones Imperial.* tom. 2. pag. 11.] ANNO 817.

In nomine Domini Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

(1) EGo Ludovicus Imperator Auguſtus ſtatuo & concedo per hoc Pactum Confirmationis noſtræ tibi beato Petro Principi Apoſtolorum, & † pro te Vicario tuo Domno Paſchali ſummo Pontifici & univerſali Papæ, & Succeſſoribus ejus in perpetuum, ſicut à prædeceſſoribus † veſtris usque nunc in veſtra poteſtate, & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis Civitatem Romanam cum Ducatu ſuo & ſuburbanis atque Viculis omnibus & territoriis ejus montanis, & maritimis litoribus & portubus, ſeu cunctis Civitatibus, Caſtellis, Oppidis, ac Viculis in Tuſciæ partibus, id eſt, Portum, Centumcellas, Cære, Bledam, Marturanum, Sutrium, Nepe, Caſtellum Galleſii, Hortam, Polimartium, Ameriam, Tudertum, Peruſium, cum aliis tribus Inſulis ſuis, id eſt, Majorem & Minorem, Puluenſem & Lacum, Naniam, * Otriculum cum omnibus finibus ac territoriis ad ſupradictas Civitates pertinentibus, ſimili modo & in partibus Campaniæ, Signiam, Agnagniam, Ferentinum Alatrum, Patricum, Fruſinonem, cum aliis partibus Campaniæ; nec non & Tibur cum omnibus finibus & territoriis ad easdem Civitates pertinentibus.

† Per.

† Noſtris.

* Otriculos.

Nec non & Exarchatum Ravennatenſem ſub integritate cum * Urbibus, Civitatibus, Oppidis & Caſtellis, quæ piæ recordationis Domnus Pipinus Rex, ac bonæ memoriæ Genitor noſter Carolus Imperator beato Petro Apoſtolo & prædeceſſoribus veſtris jam dudum per Donationis paginam reſtituerunt, hoc eſt Civitatem Ravennam & Æmiliam * Bobium, Cæſenam, Forum Pompilii, Forum Lucii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, * Comiaclum, & Adriam & Gabelum cum omnibus finibus, territoriis atque Inſulis in terra marique ad prædictas Civitates pertinentibus. Simul ‡ & Pentapolim, videlicet Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Humanam, Æſium, Forum Sempronii, Montem Feretri Urbinum & territorium * Valuenſe, Calles, Luceolos, Eugubium, cum omnibus finibus ac terris ad easdem Civitates pertinentibus.

* Suburbanis

* Robium.

* Comaclum.

‡ Simulque &

Eodem modo territorium Sabinenſe, ſicut à Genitore noſtro Carolo Imperatore B. Petro Apoſtolo per Donationis ſcriptum conceſſum eſt ſub integritate, quemadmodum ab Itherico & Macenatio Abbatibus, Miſſis illius inter idem territorium Sabinenſe & Reatinum definitum eſt. Item in partibus Tuſciæ Longobardorum Caſtellum Felicitatis Urbevetum, Balneum Regis, Ferenti Caſtrum, Viterbium, Martam, Tuſcaniam, Populoniam, Soanam, Roſellas, & Inſulas Corſicam & Sardiniam & Siciliam, ſub integritate cum omnibus adjacentibus & territoriis maritimis, biſoribus, portubus ad ſupradictas Civitates & Inſulas pertinentibus. Item in partibus Campaniæ, Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam & Patrimonia ad poteſtatem & ditionem noſtram pertinentia, ſicut eſt Patrimonium Beneventanum & Salernitanum, & Patrimonium Calabriæ inferioris & ſuperioris, & Patrimonium Neapolitanum, & ubicumque in partibus Regni atque Imperii à Deo nobis commiſſi Patrimonia * noſtra eſſe noſcuntur.

* Balnenſe.

* Veſtra.

Has omnes ſupradictas Provincias, Urbes, Civitates, Oppida & Caſtella, Viculos & territoria, ſimulque & Patrimonia jam dictæ Eccleſiæ tuæ, Has

(1) La Date manque à cette Piece dans tous les Exemplaires, mais on la trouve par tout rangée ſous l'an 817. L'Aſterisque * marque la diverſité des Leçons de *Baronius*, la Croix ſimple † celles de *Baluze* & la Croix double ‡ celles du Pere *Labbe* & de la Collect. Royale des Conciles. [DUM.]

ANNO 817.

beate Petre Apoſtole, & per te Vicario tuo Spirituali Patri noſtro † Domno Paſchali Summo Pontifici & univerſali Papæ, ejuſque Succeſſoribus uſque ad finem Sæculi eo modo confirmamus, ut in ſuo detineant jure, Principatu, ac Ditione. Simili modo per hoc noſtrum confirmationis Decretum, firmamus donationes quas piæ recordationis Domnus Pipinus Rex, avus noſter, & poſtea Domnus & Genitor noſter Carolus Imperator beato Petro Apoſtolo ſpontanea voluntate contulerunt. Nec non & cenſum & penſiones ſeu ceteras donationes, quæ annuatim in Palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant, ſive de Tuſcia Longobardorum ſive de Ducatu Spoletano, ſicut in ſupradictis donationibus continetur, & inter Sanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & Domnum & genitorem noſtrum Carolum Imperatorem convenit, quando eidem Pontifici idem de ſupraſcriptis Ducatibus, id eſt, Tuſcano & Spoletano, ſuæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo ſcilicet modo, ut annis ſingulis ſupradictus cenſus Eccleſiæ Beati Petri Apoſtoli perſolvatur, ſalva ſuper eoſdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram * partem ſubjectione.

† Domno deeſt.

* Ditionem.

Ceterum, ſicut diximus, omnia ſuperius nominata, ita ad noſtram * partem per hoc noſtræ Confirmationis Decretum roboramus, ut in * veſtro, veſtrorumque Succeſſorum permaneant jure, Principatu, atque Ditione, ut neque à nobis, neque à filiis & Succeſſoribus noſtris per quodlibet argumentum ſive Machinationem in quacumque parte minuatur * veſtra Poteſtas, aut * † nobis de ſupraſcriptis omnibus vel Succeſſoribus veſtris inde aliquid ſubtrahatur de ſupraſcriptis videlicet Urbibus, Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, * Viculis, Inſulis, Territoriis, atque Patrimoniis, nec non & penſionibus atque cenſibus, ita ut neque nos ea ſubtrahamus, neque quibuſlibet ſubtrahere volentibus conſentiamus; ſed potiùs omnia quæ ſuperiùs leguntur, id eſt, Provincias, Civitates, Urbes, Oppida, Caſtella, Territoria, Patrimonia atque Inſulas, Cenſus ac Penſiones, Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli & Pontificibus in ſacratiſſima illius Sede in perpetuum reſidentibus, in quantum poſſumus, defendere nos promittimus, ad hoc ut omnia ea in illius Ditione ad utendum & fruendum atque diſponendum firmiter valeat obtinere: nullamque in eis nobis partem aut poteſtatem diſponendi aut judicandi, ſubtrahendive aut minorandi vendicamus, niſi quando ab † illo, qui eo tempore hujus Sanctæ Eccleſiæ Regimen tenuerit, rogati fuerimus. Et ſi quilibet homo de ſupradictis Civitatibus ad veſtram Eccleſiam pertinentibus ad nos venerit, ſubtrahere ſe volens de veſtra juriſdictione vel poteſtate, vel quamlibet aliam iniquam machinationem metuens, aut culpam commiſſam fugiens, nullo modo eum aliter recipiemus, niſi ad juſtam pro eo faciendam interceſſionem, ita dumtaxat ſi culpa quam commiſit venialis fuerit inventa, ſin aliter, comprehenſum veſtræ poteſtati eum trademus, exceptis his qui violentiam vel oppreſſionem potentium paſſi, ideò ad nos * veniant, ut per noſtram interceſſionem juſtitiam accipere mereantur, quorum altera conditio eſt, & à Superioribus valde disjuncta.

* Noſtra.
† Vobis.
* Vobis.

* Villis.

† Ab eo qui illo.

* veneri nt.

Et quando divina vocatione hujus Sacratiſſimæ Sedis Pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex Regno noſtro aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo ſub noſtra poteſtate conſtitutus licentiam habeat contra Romanos aut publice, aut private veniendi, aut electionem faciendi, nullusque in Civitatibus vel Territoriis ad Eccleſiam beati Petri pertinentibus, aliquod malum propter hoc facere præſumat, ſed liceat Romanis cum omni veneratione, & ſine aliqua perturbatione honorificam Pontifici ſuo exhibere ſepulturam, & eum quem divina inſpiratione & beati Petri interceſſione omnes Romani uno conſilio † & una concordia ſine aliqua promiſſione ad Pontificatus ordinem elegerint; ſine aliqua ambiguitate & contradictione more canonico conſecrari. Et cùm conſecratus fuerit, Legati ad nos, vel ad ſucceſſores noſtros Reges Francorum dirigantur qui inter nos * illum amicitiam & charitatem & pacem ſocient, ſicut temporibus piæ recordationis Domni Caroli atavi noſtri ſive Domni Pipini avi noſtri vel & Caroli Imperatoris genitoris conſuetudo erat faciendi. Hoc autem ut * ab omnibus fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris firmum eſſe credatur, firmiùſque per futuras generationes & Sæcula ventura cuſtodiatur, propriæ manus Signaculo & venerabilium Epiſcoporum, atque Abbatum, vel Optimatum noſtrorum ſub jurejurando & ſubſcriptionibus pactum iſtud noſtræ Confirmationis roboravimus & per Legatum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Theodorum Nomenclatorem Domno Paſchali Papæ direximus.

† Atque concordia.

† Et illum.

† Ab deeſt.

Ego Ludovicus miſericordia Dei Imperator ſubſcripſi. Et ſubſcripſerunt tres filii ejus & Epiſcopi decem & Abbates octo, & Comites quindecim, & Bibliothecarius unus & Manſionarius unus & Oſtiarius unus.

ANNO 817.

VI.

Pactus Legis SALICÆ. *Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti* 798. *Indictione VI. Domnus* KAROLUS MAGNUS *Rex Francorum inclitus hunc libellum tractati Legis Salicæ ſcribere juſſit.* [BALUZII *Capitularia Regum Francorum* ſub Anno Chriſti 798. Tom. I. col. 281. & ſeqq.] 798.

INCIPIUNT CAPITULA LEGIS SALICÆ.

1. *DE mannire.*
2. *De furtis porcorum.*
3. *De furtis animalium.*
4. *De furtis ovium.*
5. *De furtis caprarum.*
6. *De furtis canum.*
7. *De furtis avium.*
8. *De furtis arborum.*
9. *De furtis apium.*
10. *De damno in meſſe vel in qualibet clauſura.*
11. *De ſervis vel mancipiis furatis.*
12. *De furtis ingenuorum vel infracturis.*
13. *De furtis ſervorum vel infracturis.*
14. *De ingenuis hominibus qui ingenuas mulieres rapiunt.*
15. *De eo qui hominem ingenuum expoliaverit.*
16. *De eo qui villam alienam adſallierit.*
17. *De eo qui mortuum hominem expoliaverit.*
18. *De incendiis.*
19. *De vulneribus.*
20. *De eo qui hominem innocentem & abſentem ad Regem accuſaverit.*
21. *De maleficiis.*
22. *De eo qui mulieri ingenuæ manum ſtrinxerit.*
23. *De eo qui navem ſine permiſſu domini moverit aut furaverit.*
24. *De furtis in molino commiſſis.*
25. *De caballo ſine permiſſu domini ſui aſcenſo.*
26. *De his qui pueros vel puellas occiderint vel totonderint.*
27. *De adulteriis ancillarum.*
28. *De libertis dimiſſis.*
29. *De furtis diverſis.*
30. *De locationibus.*
31. *De debilitatibus.*
32. *De conviciis.*
33. *De via lacina.*
34. *De eo qui hominem ingenuum ſine cauſa ligaverit.*
35. *De venationibus.*
36. *De ſepibus.*
37. *De homicidis ſervorum vel ancillarum.*
38. *De quadrupedibus, ſi hominem occiderint.*
39. *De veſtigio minando.*
40. *De caballis furatis.*
41. *De his qui aliena mancipia ſollicitaverint.*
42. *De ſervo qui de furto fuerit interpellatus.*
43. *De homicidiis ingenuorum.*
44. *De homicidiis à contubernio factis.*
45. *De homicidiis in convivio factis.*
46. *De reippus.*
47. *De eo qui villam alienam occupaverit, vel ſi duodecim menſibus eam tenuerit.*
48. *De affatomiæ.*
49. *De filtortis, hoc eſt, qualiter homo furatas res intertiare debet.*
50. *De falſo teſtimonio.*
51. *De teſtibus adhibendis.*
52. *De eo qui fidem factam alteri reddere noluerit.*
53. *De eo qui Grafionem ad res alienas tollendas injuſtè invitaverit.*
54. *De re præſtata.*
55. *De*

ANNO 798.

55. *De manu ab æneo redimenda.*
56. *De eo qui Grafionem occiderit.*
57. *De corporibus expoliatis.*
58. *De incendio vel expoliatione Ecclesiæ, sive homicidiis Clericorum.*
59. *De eo qui ad mallum venire contempserit.*
60. *De Rachinburgiis qui secundùm legem non judicant.*
61. *De chrenechruda.*
62. *De alode.*
63. *De eo qui se de parentela tollere vult.*
64. *De charoena.*
65. *De compositione homicidii.*
66. *De homine in hoste occiso.*
67. *De eo qui alterum hereburgium clamaverit.*
68. *De caballo excoriato.*
69. *De eo qui hominem de hargo vel de furca dimiserit.*
70. *De eo qui filiam alienam quæsierit, & se retraxerit.*
71. *De terra condemnata.*

INCIPIT LIBER LEGIS SALICÆ.

TITULUS I.

De mannire.

Lib. III. Capitular. c. 45. & VI. 211.

I. SI quis ad mallum legibus dominicis mannitus fuerit, & non venerit, si eum sunnis non detinuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Ille verò qui alium mannit, si non venerit, & eum sunnis non detinuerit, ei quem mannivit similiter sexcentos denarios, qui faciunt solidos quindecim, componat.

III. Ille autem qui alium mannit, cum testibus ad domum illius ambulet, & sic eum manniat, aut uxorem illius, vel cuicunque de familia illius denuntiet ut ei faciat notum quomodo sit ab illo mannitus.

IV. Nam si in jussione Regis fuerit occupatus, manniri non potest.

V. Si verò infra pagum in sua ratione fuerit, potest manniri, sicut superiùs dictum est.

II. *De furtis porcorum.*

I. Si quis porcellum lactantem furaverit de chranne prima aut de mediana, & inde fuerit convictus, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur; excepto capitale & delatura.

II. Si verò in tertia chranne furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis porcellum de sude furaverit qui clavem habet, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis porcellum in campo inter porcos ipso porcario custodiente furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis porcellum furaverit qui sine matre vivere potest, quadraginta denariis, qui faciunt solidum unum, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si quis scrovam subbattit in furto, hoc est, porcellos à matre subtrahit, ducentis octuaginta denariis, qui faciunt solidos septem, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VII. Si quis scrovam cum porcellis furaverit, septingentis denariis, qui faciunt solidos decem & septem cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VIII. Si quis porcellum anniculum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IX. Si quis porcum bimum furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

X. Si quis tertussum porcellum furaverit usque ad anniculatum, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XI. Si quis verò porcum post anniculatum furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XII. Si quis verrum furaverit, septingentis denariis, qui faciunt solidos decem & septem cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XIII. Si quis scrovam ducariam furaverit, septingentis denariis, qui faciunt solidos decem & septem cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura. ANNO 798.

XIV. Si quis maialem sacrivum, qui dicitur votivus, furaverit, & hoc cum testibus ille qui eum perdidit potuerit adprobare quod sacrivus fuisset, septingentis denariis, qui faciunt solidos decem & septem cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XV. Si quis maialem non sacrivum furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XVI. Si quis tres porcos vel ampliùs usque ad sex capita furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XVII. Si quis de grege quindecim porcos furaverit, & reliqui ibi remanserint, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XVIII. Si quis viginti quinque porcos furaverit, & de grege illo ampliùs non fuerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XIX. Si autem aliqui ex iisdem porcis supra viginti quinque porcos remanserint, & non fuerint furati, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XX. Si verò quinquaginta porcos furaverit, & aliqui remanserint, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. *De furtis animalium.*

I. Si quis vitulum lactantem furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis anniculum animal aut bimam vitulam furatus fuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis vaccam cum vitulo furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis vaccam sine vitulo furaverit, mille & ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis vaccam domitam furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si quis bovem furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VII. Si quis taurum gregem regentem furaverit, qui de tribus villis communes vaccas tenuerit, hoc est, trespellius, mille & octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VIII. Si quis taurum furaverit qui unum gregem regit, & junctus nunquam fuit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IX. Si quis bimum taurum furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

X. Si quis taurum Regis furaverit, ter mille sexcentis denariis, qui faciunt solidos nonaginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XI. Si quis duodecim animalia furaverit, ut nec unum quidem animal ex eis remanserit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XII. Si autem duodecim furaverit, & super aliqua remanserint, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura. Et usque ad viginti quinque uno judicio terminantur.

XIII. Si quis viginti quinque animalia furaverit, &

ANNO 798. & ſuper aliqua remanſerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. *De furtis ovium.*

I. Si quis agnum lactantem furaverit, ſeptem denariis culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis anniculum vel bimum berbicem furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si verò duos aut tres furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura. Qui numerus uſque ad quadraginta berbices obſervetur.

IV. Si quis quinquaginta berbices aut ſexaginta vel ampliùs furaverit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

V. *De furtis caprarum.*

I. Si quis capritum ſive capram aut duas capras vel tres furatus fuerit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si verò ſupra tres capras furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis buccum furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VI. *De furtis canum.*

I. Si quis canem ſeuſium furaverit aut occiderit, qui magiſter ſit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis verò ſeuſium reliquum, aut veltrem porcarium, ſive veltrem leporarium, qui & agutarius dicitur, furatus fuerit vel occiderit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis verò canem cuſtodem domus ſive curtis, qui in die ligari ſolet ne damnum faciat, poſt ſolis occaſum ſolutum furatus fuerit vel occiderit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis verò canem paſtoralem furatus fuerit vel occiderit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VII. *De furtis avium.*

I. Si quis acceptorem de arbore furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis acceptorem de pertica furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis acceptorem intra clavem repoſitum furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur; excepto capitale & delatura.

IV. Si quis ſparvarium furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis anſerem domeſticam aut anetam furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si quis gallum aut gallinam furaverit, vel cignum aut gruam domeſticam, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VII. Si quis turturem de rete alterius aut quamlibet aviculam de quolibet laqueo vel decipula furatus fuerit, centum viginti denariis; qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VIII. *De furtis arborum.*

I. Si quis pomarium ſive quamlibet arborem domeſticam extra clauſuram exciderit aut furatus fuerit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis verò pomarium aut quamlibet arborem domeſticam infra clauſuram exciderit aut furatus fuerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Hanc quoque legem & de vitibus furatis obſervari juſſimus.

IV. Si quis in ſilva alterius materiamen furatus fuerit, aut incenderit vel concapulaverit, aut ligna alterius furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IX. *De furtis apium.*

I. Si quis unum vas apium deintro clave aut ſub tecto furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis unum vas cum apibus, ubi ampliùs non fuerit, furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis unum vas cum apibus inter alia vaſa ſub tecto aut ſub clave furaverit, cauſam ſuperiùs comprehenſam convenit obſervare.

IV. Si verò unum vas cum apibus foris tecto, ubi ampliùs non fuerit, furaverit, cauſam ſuperiùs comprehenſam componat.

V. Si quis ex plurimis uſque ad ſex vaſa foris tecto furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si verò ſeptem aut ampliùs furaverit, & adhuc aliqua remanſerint, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VII. Si autem ſeptem aut ampliùs furaverit, ita ut nulla remaneant, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

X. *De damno in meſſe vel in qualibet clauſura.*

I. Si quis animal aut caballum vel quodlibet pecus in meſſe ſua invenerit, penitùs eum lædere non debet.

II. Quòd ſi fecerit, & confeſſus fuerit, capitale in locum reſtituat; ipſum verò debile, quod percuſſit, ad ſe recipiat.

III. Si verò confeſſus non fuerit, & inde fuerit convictus, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis animal aut caballum aut jumentum in furto punxerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis in meſſe ſua pecora aliena invenerit, quæ paſtorem non habeant, & ea inclauſerit, & nulli penitùs innoteſcat, & aliqua ex ipſis pecoribus perierint, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si quis animal vel quodlibet pecus per ſuam negligentiam nocuerit, & hoc domino ejus confeſſus fuerit; capitale in locum reſtituat, & illud debile ad ſe recolligat.

VII. Si verò negaverit, ſed tamen convictus fuerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VIII. Si alicujus porci aut quælibet pecora, paſtore cuſtodiente, in meſſem alienam cucurrerint, & ille negando fuerit convictus, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur; excepto capitale & delatura.

IX. Si qua pecora propter damnum meſſis alienæ inclauſa fuerint, aut minantur, qui ea excutere vel expellere præſumpſerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

X. Si alicujus pecora propter damnum inclauſa fuerint, damnum æſtimatum reddat, & inſuper decem denarios perſolvat.

XI. Si quis propter inimicitiam aut propter ſuperbiam ſepem alienam aperuerit, aut in meſſem aut in pratum vel in vineam ſive in quemlibet laborem quælibet pecora miſerit, & teſtibus fuerit convictus, ei cujus labor eſt æſtimationem damni reddat, & inſuper mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

XI. *De ſervis vel manciptis furatis.*

I. Si quis ſervum aut ancillam alterius furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſoli-

ANNO 798. dos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si servus aut ancilla cum ipso ingenuo de rebus domini sui aliquid portaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura, atque causam quam superiùs diximus.

III. Si quis servum alienum occiderit aut vendiderit, vel ingenuum dimiserit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis homo ingenuus alienum servum in texaga secum duxerit, aut aliquid cum eo negotiaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis servum aut ancillam valentem solidos quindecim aut viginti quinque furaverit aut vendiderit, seu porcarium aut fabrum sive vinitorem vel molinarium aut carpentarium sive venatorem aut quemcunque artificem, bis mille octingentis denariis, qui faciunt solidos septuaginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si quis puerum aut puellam de ministerio dominorum furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, in capitale restituat, & insuper mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

XII. *De furtis ingenuorum vel effracturis.*

I. Si quis ingenuus foris casa quod valet duos denarios furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si verò foris casa quod valet quadraginta denarios furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis ingenuus casam effregerit, & quod valet duos denarios furaverit, mille & ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si verò quinque aut supra quinque denarios furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis ingenuus clavem effregerit aut adulteraverit, & sic domum ingressus fuerit, & inde aliquid per furtum tulerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VI. Si verò nihil tulerit, sed fugiens evaserit, propter effracturam tantùm mille & ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XIII. *De furtis servorum vel infracturis.*

I. Si quis servus foris casa quod valet duos denarios furaverit, & inde convictus fuerit, aut flagellis centum viginti ictus accipiat, aut pro dorso suo centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si verò furaverit quod valet quadraginta denarios, aut castretur, aut ducentos quadraginta denarios, qui faciunt solidos sex, reddat. Dominus autem servi qui furtum fecerit, capitale in locum restituat.

XIV. *De ingenuis hominibus qui ingenuas mulieres rapiunt.*

I. Si tres homines ingenuam puellam de casa aut de screona rapuerint, unusquisque eorum mille & ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

II. Illi alii qui super tres fuerint, unusquisque eorum ducentis denariis, qui faciunt solidos quinque, culpabilis judicetur.

III. Qui cum sagittis fuerint, unusquisque eorum centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

IV. Raptor verò bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

V. Si verò puella quæ trahitur in verbo Regis fuerit, propter fredum bis mille quingentos denarios, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, cogatur persolvere.

VI. Si verò puer Regis vel lidus ingenuam feminam traxerit, de vita componat.

ANNO 798. VII. Si verò ingenua femina quemquam de illis sua voluntate secuta fuerit, ingenuitatem suam perdat.

VIII. Si quis sponsam alienam tulerit, & sibi in conjugium copulaverit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

IX. Sponso autem ejus sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

X. Si quis puellam, quæ druchte ducitur ad maritum, in via adsallierit, & cum ipsa violenter mœchatus fuerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

XI. Si quis ingenuus ancillam alienam in conjugium acceperit, ipse cum ea in servitio implicetur.

XII. Si quis uxorem alienam vivo marito tulerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

XIII. Si quis cum ingenua puella per virtutem mœchatus fuerit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

XIV. Si quis cum ingenua puella desponsata ea consentiente in occulto mœchatus fuerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XV. Si quis lidam alienam in conjugium sociaverit, mille & ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

XVI. Si quis sororem aut fratris filiam aut certè alterius gradus consobrinam, aut fratris uxorem, aut avunculi, sceleratis nuptiis sibi junxerit, huic pœnæ subjaceat, ut à tali consortio separetur. Atque etiam si filios habuerint, non habeantur legitimi heredes, sed infamia sint notati.

XV. *De eo qui hominem ingenuum expoliaverit.*

I. Si quis hominem ingenuum in superventu expoliaverit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

II. Si Romanus homo Francum expoliaverit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

III. Si verò Francus Romanum expoliaverit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

IV. Si quis hominem præceptum Regis habentem contra ordinationem Regis adsallire vel viæ laciniam ei facere præsumpserit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

V. Si quis hominem ingenuum dormientem furtu expoliaverit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XVI. *De eo qui villam alienam adsallierit.*

I. Si quis villam alienam adsallierit, ipse & omnes qui convicti fuerint quòd in ejus conturbernio fuissent, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, unusquisque ipsorum culpabilis judicetur.

II. Si quis villam alienam adsallierit, & ibidem ostia fregerit, canes occiderit, vel homines plagaverit, aut in carro aliquid inde abduxerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur, & quicquid inde abstulerit in locum restituat.

III. Et quanticunque in ejus contubernio fuisse convicti fuerint, unusquisque illorum bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

XVII. *De eo qui mortuum hominem expoliaverit.*

I. Si quis hominem mortuum, antequam in terra mittatur, furtu expoliaverit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur.

II. Si quis hominem mortuum effodierit & expoliaverit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur. Et postea parentes defuncti judicem rogare debent ut inter homines non habitet auctor sceleris. Et qui ei hospitium dederit antequam parentibus satisfaciat, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

III. Si quis mortuum hominem aut in nosso aut in petra, quæ vasa ex usu sarcophagi dicuntur, super alium miserit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

IV. Si

ANNO 798.

IV. Si quis aristatonem super hominem mortuum capulaverit, de unoquoque sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XVIII. *De incendiis.*

I. Si quis casam quamlibet intus hominibus dormientibus incenderit, ei cujus casa fuit bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura. Et quanticunque intus fuerint & evaserint, mallare eum debent. Et unicuique illorum bis mille & quingentos denarios, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, componat, & quicquid ibi perdiderint in locum restituat. Et si aliquis intus arserit, ille qui incendium misit, parentibus defuncti octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

II. Si quis spicarium aut maholum cum annona incenderit; bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis sudem cum porcis, scuriam cum animalibus vel fenile incenderit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis concidam vel sepem alterius capulaverit vel incenderit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XIX. *De vulneribus.*

I. Si quis voluerit alterum occidere, & colpus ei fallierit, vel cum sagitta toxicata eum percutere voluerit, & ei ictus fallierit, bis mille & quingentis denariis; qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur.

II. Si quis hominem in capite ita plagaverit ut sanguis ad terram cadat, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

III. Si quis hominem in capite ita plagaverit ut inde tria ossa exeant, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

IV. Si quis hominem in capite ita plagaverit ut cerebrum appareat; & tria ossa desuper cerebro exierint; mille octingentis denariis; qui faciunt solidos quadraginta quinque; culpabilis judicetur.

V. Si verò intra costas vulnus intraverit, & usque ad intranea pervenerit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

VI. Si verò plaga ipsa semper currit, & ad sanitatem non pervenerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur; excepta medicatura, quæ est trecentorum sexaginta denariorum, qui faciunt solidos novem.

VII. Si quis ingenuus ingenuum fuste percusserit, & tamen sanguis non exierit, usque ad tres colpos; pro unoquoque ictu centum viginti denarios; qui faciunt solidos tres, solvat.

VIII. Si verò sanguis exierit, ita componat veluti eum de ferramento vulnerasset, id est, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

IX. Si quis alterum clausa manu, id est, pugno percusserit, trecentis sexaginta denariis, qui faciunt solidos novem, culpabilis judicetur, videlicet ut pro unoquoque ictu tres solidos reddat.

X. Si quis alterum in via adsallierit & expoliare tentaverit, & ille fuga evaserit, bis mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

XI. Si verò ceperit eum & expoliaverit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

XX. *De eo qui hominem innocentem & absentem ad Regem accusaverit.*

I. Si quis hominem innocentem & absentem de culpis minoribus ad Regem accusaverit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur.

II. Si vero tale crimen imputaverit unde mori debuisset si verum fuisset, ille qui eum accusaverit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

XXI. *De maleficiis.*

I. Si quis alteri herbas dederit bibere, & mortuus fuerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

II. Si verò biberit, & mortuus non fuerit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, ille qui dedit pro aliquo maleficio, culpabilis judicetur.

ANNO 798.

III. Si quis alteri aliquod maleficium superjactatus fuerit, sive cum ligaturis in quolibet loco miserit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

IV. Si quis mulieri herbas dederit ut infantes habere non possit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur.

XXII. *De eo qui mulieri ingenuæ manum strinxerit.*

I. Si quis homo ingenuus feminæ ingenuæ manum aut digitum strinxerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si verò brachium strinxerit, mille & ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

III. Si autem super cubitum manum miserit; mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

IV. Si ergo mamillam strinxerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XXIII. *De eo qui navem sine permissu domini moverit aut furaverit.*

I. Si quis sine permissu navim alienam movere præsumserit, & cum ea flumen transierit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

II. Si verò ipsam navem furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis navem vel ascum de intro clave furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis ascum de intro clave repositum & in suspenso pro studio positum furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur; excepto capitale & delatura.

XXIV. *De furtis in molino commissis.*

I. Si quis ingenuus in molino alieno annonam furaverit, ei cujus molinus est sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur. Ei verò cujus annona est similiter sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis ferramentum de molino alieno furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis sclusam de farinario alieno ruperit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXV. *De caballo sine permissu domini sui ascenso.*

I. Si quis caballum alienum sine permissu domini sui ascenderit, & eum caballicaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur. Et pro eo quia descenderit, similiter aliis sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXVI. *De his qui pueros vel puellas occiderint vel totonderint.*

I. Si quis puerum infra duodecim annos sive crinitum sive incrinitum occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis judicetur.

II. Si quis puerum crinitum sine voluntate parentum totonderit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

III. Si verò puellam totonderit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur.

IV. Si quis feminam gravidam occiderit, viginti octo mille denariis, qui faciunt solidos septingentos, culpabilis judicetur.

V. Si quis infantem in ventre matris suæ; aut natum antequam nomen habeat, infra novem noctes occiderit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur.

VI. Si quis puellam ingenuam infra annos antequam infantes possit habere occiderit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

VII. Si quis feminam ingenuam postquam infan-

ANNO 798. tes cœperit habere occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis judicetur.

VIII. Si quis feminam postquam infantes habere non potuerit occiderit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

IX. Si quis puer infra duodecim annos aliquam culpam commiserit, fredus ei non requiratur.

XXVII. *De adulteriis ancillarum.*

I. Si quis ingenuus cum ancilla aliena mœchatus fuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si quis verò cum Regis ancilla mœchatus fuerit, septingentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

III. Si quis francus alienam ancillam sibi publicè junxerit, ipse cum ea in servitio permaneat.

IV. Si servus cum ancilla aliena mœchatus fuerit, & de ipso crimine ancilla mortua fuerit, servus ipse aut castretur aut ducentis quadraginta denariis, qui faciunt solidos sex, culpabilis judicetur. Dominus verò servi capitale in locum restituat.

V. Si autem ancilla propter hoc mortua non fuerit, servus ipse aut centum viginti ictus accipiat, aut centum viginti denarios, qui faciunt solidos tres, domino ancillæ cogatur persolvere.

VI. Si quis servus ancillam alienam sine voluntate domini sui sibi in conjugium copulaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur, aut centum viginti ictus accipiat.

XXVIII. *De libertis dimissis.*

I. Si quis lidum alienum, qui cum domino suo in hoste fuerit, sine consilio domini sui ante Regem per denarium ingenuum dimiserit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur. res verò ipsius lidi legitimo domino restituantur.

II. Si quis servum alienum ante Regem per denarium ingenuum dimiserit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, & capitale in locum restituat, & res servi ipsius proprius dominus recipiat.

XXIX. *De furtis diversis.*

I. Si quis tintinnum de porcina aliena furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si verò de pecoribus tintinnum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

III. Si quis schillam de caballis furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV. Si quis pedicam de caballis furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

V. Si caballi ipsi perierint, capitale in locum restituat.

VI. Si quis messem alienam per furtum metere aut reffare præsumpserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

VII. Si quis hortum alienum ad furtum faciendum ingressus fuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

VIII. Si quis impotos de melario aut de pirario tulerit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

IX. Si verò in horto fuerint, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

X. Si quis melarium aut pirarium decorticaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

XI. Si verò in horto fuerint, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XII. Si quis cultellum alienum furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XIII. Si quis in napinam, in fabariam, in pisariam, in lenticulariam, vel in his similia ad furtum faciendum ingressus fuerit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

XIV. Si quis in campo alieno linum furaverit, & hoc in caballo aut in carro duxerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XV. Si verò tantum tulerit quantum in dorso suo portare potuerit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur. ANNO 798.

XVI. Si quis in agro alieno arborem insertam exciderit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

XVII. Si quis campum alienum araverit & seminaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XVIII. Si verò tantum araverit, & non seminaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XIX. Si quis aratrum in campum alienum intrare prohibuerit, vel arantem foras jactaverit vel testaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XX. Si quis pratum alienum secaverit, laborem suum perdat, & insuper sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXI. Et si inde fœnum ad domum suam in carro duxerit, & discarricaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XXII. Si verò tantum tulerit quantum in dorso suo portare potuerit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XXIII. Si quis vineam alienam per furtum vindemiaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXIV. Et si inde vinum in carro ad domum suam adduxerit, & discarricaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XXV. De messibus autem similiter convenit observare.

XXVI. Si quis clausuram alienam ruperit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXVII. Si quis in silva materiamen alienum aut incenderit aut capulaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXVIII. Si quis materiamen de una parte dolatum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

XXIX. Si quis arborem post annum quàm fuerit signata capulare præsumpserit, nullam exinde habeat culpam.

XXX. Si infra annum quis eam capulaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

XXXI. Si quis rete ad anguillas capiendas de flumine furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XXXII. Si quis statuam aut tremaclum vel vertivolum de flumine furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXXIII. Si quis screonam quæ clavem habet effregerit, & aliquid furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XXXIV. Et si inde nihil tulerit pro sola effractura sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXXV. Si verò screonam quæ sine clave est effregerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXXVI. Si quis cum servo alieno sine consensu domini sui aliquid negotiaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXXVII. Si quis mulieri brachile furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

XXXVIII. Si quis casam alienam sine permissu possessoris transierit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

XXX. *De locationibus.*

I. Si quis furtim aliquem locaverit ut hominem interficiat, & pretium propter hoc dederit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

II. Similiter & ille qui pretium accepit ut hominem occideret, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

III. Si

ANNO 798.

III. Si verò per tertium locatio ipsa fuerit transmissa, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

Sic dans, accipiens, portans, unusquisque illorum culpabilis judicetur.

XXXI. *De debilitatibus.*

I. Si quis alteri manum aut pedem truncaverit, vel oculum effodierit, aut auriculam vel nasum amputaverit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur.

II. Si verò manus ipsa ibidem mancata pependerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

III. Si verò manus ipsa perexcussa fuerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur.

IV. Si quis pollicem de manu vel de pede excusserit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

V. Si verò ipse pollex mancatus pependerit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

VI. Si secundum digitum, quo sagittatur, excusserit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

VII. Si quis tres sequentes digitos pariter uno ictu excusserit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

VIII. Si quis medium digitum excusserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

IX. Si quis quartum digitum excusserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

X. Si minimum excusserit, similiter sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XI. Si quis pedem alterius capulaverit, & ibi mancatus remanserit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XII. Si verò pes ipse perexcussus fuerit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

XIII. Si quis alteri oculum evellerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

XIV. Si quis nasum excusserit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XV. Si quis auriculam excusserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XVI. Si quis linguam alterius amputaverit, ut loqui non possit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur.

XVII. Si quis dentem excusserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XVIII. Si quis ingenuus ingenuum castraverit, aut virilia truncaverit, ut mancus fiat, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur.

XIX. Si verò ad integrum tulerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

XXXII. *De conviciis.*

I. Si quis alterum cenitum clamaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si quis alterum concagatum clamaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

III. Si quis alterum vulpeculam clamaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

IV. Si quis alterum leporem clamaverit, ducentis quadraginta denariis, qui faciunt solidos sex, culpabilis judicetur.

V. Si quæ mulier ingenua aut vir mulierem meretricem clamaverit, & non potuerit adprobare, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

VI. Si quis alteri imputaverit quòd scutum suum projecisset in hoste, vel fugiendo præ timore, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

VII. Si quis alterum delatorem clamaverit, & non potuerit comprobare, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

VIII. Si quis alterum falsatorem clamaverit, & non potuerit comprobare, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

IX. Si quis compari suo pittum excusserit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur, aut similem illi reddat, vel cum duodecim juret quòd similem illi restituisset.

XXXIII. *De via lacina.*

I. Si quis baroni viam suam obstaverit, aut eam impinxerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si quis mulieri ingenuæ viam suam obstaverit, vel eam impinxerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

III. Si quis viam quæ ad farinarium ducit clauserit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXXIV. *De eo qui hominem ingenuum sine causa ligaverit.*

I. Si quis hominem ingenuum sine causa ligaverit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

II. Si verò eum ligatum in aliquam partem duxerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

III. Si Romanus Francum ligaverit sine causa, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

IV. Si autem Francus Romanum ligaverit sine causa, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

V. Si quis hominem noxium ligatum per vim tulerit Grafioni, vitam suam redimat.

XXXV. *De venationibus.*

I. Si quis de diversis venationibus aliquid aut furaverit aut celaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur. Quam legem tam de venationibus quàm & de piscationibus convenit observare.

II. Si quis cervum domesticum signum habentem aut occiderit aut furaverit, qui ad venationem faciendam mansuetus factus est, & cum testibus comprobare dominus ejus potuerit quòd eum in venatione habuisset, & cum ipso duas feras aut tres occidisset, mille octingentis denariis qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

III. Si quis verò cervum domesticum, qui in venatione adhuc non fuit, aut occiderit aut furaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

IV. Si quis cervum quem alterius canes moverunt aut lassaverunt occiderit aut celaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

V. Si quis aprum lassum, quem alieni canes moverunt, occiderit vel furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXXVI. *De sepibus.*

I. Si quis tres virgas cum quibus sepis superligata est, vel retortas quibus sepis continetur, capulaverit, aut tres cambortas excervicaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si quis per messem alienam, postquam germina produxerit, herpicem traxerit, aut cum carro sine via transierit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

III. Si quis per messem alienam, postquam in culmum erigitur, sine via cum carro transierit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV. Si quis per malum ingenium in curtem alterius, vel in casam, vel ubicunque miserit aliquid quod furatum est, nesciente domino cujus possessio est, & ibidem inventum fuerit, ille qui per malum ingenium hoc miserit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

V. Si quis in curte alterius post solis occasum in furtum ingressus fuerit, & ibidem fuerit inventus, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XXXVII. *De*

ANNO 798.

XXXVII. *De homicidiis servorum vel ancillarum.*

I. Si quis servus servum aut ancillam sibi consimilem occiderit, homicidam illum domini inter se dividant.

II. Si quis ingenuus servum alienum adsallierit & expoliaverit, & convictus fuerit quòd ei plus quàm quadraginta denarii valeant tulisset, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

III. Si verò minus quàm quadraginta denarii valent tulerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim culpabilis judicetur.

IV. Si quis servum alienum flagellaverit, & in quadraginta noctibus operari non potuerit, quadraginta denariis, qui faciunt solidum unum & triente uno, quod est tertia pars solidi, culpabilis judicetur.

V. Si quis homo ingenuus lidum alienum expoliaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

VI. Si quis servum alienum mortuum per furtum expoliaverit, & spolia ipsa plus quàm quadraginta denarii valeant, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

VII. Si autem spolia minus quàm quadraginta denarii valeant, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

VIII. Si servus ingenuum hominem occiderit, ipse homicida pro medietate compositionis hominis occisi parentibus tradatur, & aliam medietatem dominus servi se noverit solviturum. Aut si legem intellexerit, poterit se obmallare ut leudem non solvat.

XXXVIII. *De quadrupedibus, si hominem occiderint.*

Si quis homo à quolibet pecude domestico fuerit occisus, & hoc parentes illius testibus potuerint comprobare quòd dominus pecudis antea legem non adimpleverit, medietatem compositionis dominus ipsius quadrupedis cogatur exsolvere; ipsum verò quadrupedem, qui est auctor criminis, pro medietate compositionis restituat requirenti; eo videlicet modo, si dominus quadrupedis non intellexerit secundùm legem se defendere.

XXXIX. *De vestigio minando.*

Si quis bovem aut caballum vel quodlibet animal sibi furatum perdiderit, & eum per vestigium sequendo fuerit consecutus infra tres noctes, & ille qui eum ducit, se comparasse aut concambiasse dixerit vel proclamaverit, ille qui per vestigium sequitur res suas, debet per tertiam manum adhramire. Si verò jam tribus noctibus exactis, qui res suas quæsierit & invenerit, ille apud quem inveniuntur, si eas emisse aut concambiasse se dixerit, liceat ei adhramire. Quòd si ille qui per vestigium sequitur, quod se agnoscere dicit illo alio reclamante per tertiam manum adhramire noluerit, nec solem secundùm legem culcaverit, sed ei violenter quod se agnoscere dicit tulisse convincitur, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

XL. *De caballis furatis.*

I. Si quis caballum qui carrucam trahit furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

II. Si quis waranionem homini Franco furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

III. Si quis caballum spadatum furaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis waranionem Regis furaverit, ter mille sexcentis denariis, qui faciunt solidos nonaginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

V. Si quis admissarium cum grege, hoc est, cum septem aut duodecim equabus furaverit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

ANNO 798.

VI. Si autem de grege minus fuerit usque ad sex capita, & pretium & causam superiùs intimatam convenit observare.

VII. Si quis poledrum anniculum vel bimum furaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

VIII. Si verò sequentem poledrum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IX. Si quis jumenta aliena tribatterit, & evaserint, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

X. Si autem mortua inde fuerint, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

XI. Si quis equam prægnantem furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XII. Si quis jumentum aut caballum furaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XIII. Si quis admissarium alienum sine consensu domini sui spadaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur; & per unumquodque jumentum, quæ ille continere consueverat, triens componat, quod est tertia pars solidi, id est, tredecim denarii & tertia pars unius denarii.

XIV. Si quis per superbiam aut per inimicitiam caballos aut jumenta aliena tribatterit vel debilitaverit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

XV. Si quis caballum alienum sine consensu domini sui excurtaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

XVI. Si quis caballum alienum excorticaverit, centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, culpabilis judicetur.

XLI. *De his qui aliena mancipia sollicitaverint.*

I. Si quis mancipium alienum sollicitaverit, & convictus fuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si quis servum alienum plagiaverit, id est, per circumventionem de servitio domini sui abstraxerit, & trans mare sive in quamlibet regionem ipsum duxerit, & ibidem à domino suo inventus fuerit, & ipsum à quo in patria plagiatus est in mallo publico nominaverit, & tres ibidem testes dominus habere debet, & iterum cùm servus ipse de trans mare vel de qualibet regione fuerit revocatus, in altero mallo debet nominare qui eum plagiaverit, & ibidem similiter tres testes debent esse. Ad tertium verò mallum similiter fieri debet, ut novem testes jurent quòd servum ipsum æqualiter semper super plagiatorem dicentem audissent. Sic postea qui eum plagiaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura. Ea tamen ratione, ut nomina hominum & villarum æqualiter per totos tres mallos debeat nominare.

III. Si quis hominem ingenuum plagiaverit vel vendiderit, & postea in patriam reversus fuerit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

IV. Si quis hominem ingenuum vendiderit, & postea in patriam ad propria reversus non fuerit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur, excepto capitale & delatura.

XLII. *De servo qui de furto fuerit interpellatus.*

I. Si cujus servus de furtu fuerit interpellatus, si talis causa est unde ingenuus sexcentos denarios, qui faciunt solidos quindecim, componere debeat, servus super scamnum tensus centum viginti ictus accipiat.

II. Si verò antequam torqueatur fuerit confessus, & domino ejus ita placuerit, centum viginti denarios, qui faciunt solidos tres, pro dorso suo reddat, & capitale dominus servi in locum restituat.

III. Si autem talis culpa fuerit de qua ingenuus mille quadringentos denarios, qui faciunt solidos triginta quinque, componere debeat, similiter servus centum viginti ictus accipiat tensus.

IV. Et

ANNO 798.

IV. Et si in ipso supplicio fuerit confessus, aut castretur, aut ducentos quadraginta denarios, qui faciunt solidos sex, solvat; dominus verò servi capitale in locum restituat requirenti.

V. Et si servus confessus non fuerit, & ille qui eum torquet, adhuc ipsum servum torquere voluerit, etiam nolenti domino servi pignus donare debet, & ipsum servum ad majora supplicia retinere. Et si postea servus ad majora supplicia traditus confessus non fuerit, qui eum torquebat, ipsum habeat; dominus verò servi de quo jam pignus acceperat, pretium pro ipso servo suo suscipiat.

VI. Si verò supra dominum servus confessus fuerit, nunquam illi credatur.

VII. Si verò in majori crimine servus inculpatus fuerit, de quo ingenuus mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, posset culpabilis judicari; & inter supplicia confessus fuerit, capitali sententia feriatur.

VIII. Si autem servus de quolibet crimine inculpatus fuerit, & dominus servi ipsius præsens adfuerit, ab eo qui repetit admoneatur ut servum suum ad justa supplicia dare non differat. Et qui repetit, virgas paratas habere debet, quæ in similitudinem minimi digiti grossitudinem habeant; & scamnum paratum habere debet, ubi servum ipsum tendere possit.

IX. Quòd si dominus servi supplicia distulerit, & servus præsens fuerit, continuò ipse qui repetit, domino servi solem collocet, & ad septem noctes placitum concedat ut servum ad supplicia tradat.

X. Si infra septem noctes servum ad supplicia distulerit tradere, solem ei iteratò is qui repetit collocet, & sic iterum ad alias septem noctes placitum tribuat, id est, ut quatuordecim noctes à prima admonitione compleantur.

XI. Quod si impletis quatuordecim noctibus servum noluerit ad supplicia dare, omnem causam & compositionem dominus in se excipiat; hoc est, ut si talis causa fuerit de qua ingenuus sexcentos denarios, qui faciunt solidos quindecim, componere debeat, tantum ipse dominus servi reddat.

XII. Si verò major culpa fuerit, de qua ingenuus mille octingentos denarios, qui faciunt solidos quadraginta quinque, componere debeat, & dominus servum non repræsentaverit, ipsum numerum solidorum reddat, & capitale in locum restituat.

XIII. Quòd si adhuc major culpa fuerit quæ servo requiritur, dominus servi non ut servus, sed ut ingenuus, totam legem super se solviturus accipiat.

XIV. Si autem servus absens fuerit, dominum servi is qui repetit admonere debet secretiùs ut servum suum infra septem noctes præsentem faciat. Quòd si non fecerit, tunc, repetens solem illi cum testibus collocet. Et si infra alias septem noctes ipsum servum non præsentaverit, iterum repetens cum testibus solem ei collocet, & tertia vice adhuc septem noctes placitum illi concedat; id est, ut totus numerus ad viginti & unam noctem perveniat. Quòd si post tria placita servum noluerit ligatum ad supplicia dare, & per singula placita solem ei collocaverit, tunc dominus servi omnem repetitionem, sicut superiùs diximus, non ut servus, sed quasi ingenuus hoc commisisset, talem compositionem repetenti restituat.

XV. Si verò ancilla in tali crimine inculpatur de quo servus castrari debuerat, ducentos quadraginta denarios, qui faciunt solidos sex, pro ipsa dominus reddat, aut ducentos quadraginta ictus accipiat flagellorum.

XLIII. *De homicidiis ingenuorum.*

I. Si quis ingenuus hominem Francum aut barbarum occiderit qui Lege Salica vivit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

II. Si verò eum in puteum aut sub aquam miserit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis judicetur.

III. Si autem de ramis vel de hallis aut de qualibet re eum cooperuerit aut incenderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis judicetur.

IV. Si quis eum occiderit qui in truste dominica est, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis judicetur.

V. Si verò in puteum aut sub aquam miserit, aut de hallis vel de ramis eum cooperuerit aut incenderit, septuaginta duobus mille denariis, qui faciunt solidos mille octingentos, culpabilis judicetur.

VI. Si quis Romanum hominem convivam Regis occiderit, duodecim mille denariis, qui faciunt solidos trecentos, culpabilis judicetur.

VII. Si Romanus homo possessor, id est, qui res in pago ubi commanet proprias possidet, occisus fuerit, is qui eum occidisse convincitur, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur.

VIII. Si quis Romanum tributarium occiderit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

IX. Si quis hominem invenerit in quadruvio sine manibus & sine pedibus, quem inimici sui detruncatum dimiserint, & eum vita privaverit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur.

X. Si quis hominem ingenuum in puteum aut in pelagus aut in quodlibet præcipitium, ubi periculum mortis esse possit, impinxerit, & ille qui projectus est quolibet modo ab eodem periculo vivus evaserit, ille qui eum impinxerit, quatuor mille denariis, qui faciunt solidos centum, culpabilis judicetur.

XI. Si autem qui præcipitatus est mortuus fuerit, tota leude sua componatur. Atque ita unaquæque persona, quæ majori minoríve compositione componi debuerat, si de præcipitio periculum mortis evaserit, medietate leudis suæ componatur qua componi debuerat si mortuus fuisset. Nam & si mortuus fuerit, unusquisque secundùm modum leudis suæ componatur.

XII. Si quis hominem ingenuum cuilibet socio suo de quolibet crimine accusaverit, & per ejus commonitionem sive mendacium ille qui accusatus est occisus fuerit, si ei adprobatum fuerit, medietatem leudis ejus componat. Ille verò qui eum occidit, secundùm Legem pleniter eum componat.

XLIV. *De homicidiis à contubernio factis.*

I. Si quis collecto contubernio hominem ingenuum in domo sua adsallierit, & ibidem eum occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis judicetur.

II. Si verò in truste dominica ille qui occisus est fuerat, septuaginta duobus mille denariis, qui faciunt solidos mille octingentos, culpabilis judicetur.

III. Quòd si corpus occisi hominis tres plagas vel ampliùs habuerit, tres qui inculpantur, & quòd in eo contubernio fuissent convincuntur, Legem superiùs comprehensam singillatim cogantur exsolvere. Alii vero tres de eodem contubernio ter mille sexcentis denariis, qui faciunt solidos nonaginta, unusquisque illorum culpabilis judicetur. Et tres adhuc in tertio loco de eodem contubernio, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, singuli eorum cogantur exsolvere.

IV. Si verò Romanus vel lidus in tali contubernio occisus fuerit, hujus compositionis medietas solvatur.

XLV. *De homicidiis in convivio factis.*

I. Si in convivio, ubi quatuor aut quinque fuerint homines; unus ex ipsis interfectus fuerit, illi qui remanent, aut unum convictum reddant, aut omnes mortis illius compositionem conjectent. Quæ Lex usque ad septem qui fuerint in convivio illo convenit observari.

II. Si vero in illo convivio plus quàm septem fuerint, non omnes teneantur obnoxii; sed quibus fuerit imputatum, illi secundùm Legem componant.

III. Si quis foris casa, sive iter agens, seu in agro positus, à contubernio fuerit occisus, & tres plagas vel ampliùs habuerit, tres de eodem contubernio qui convicti fuerint, singillatim mortis illius compositionem componant, & tres alii de ipso contubernio mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, unusquisque illorum culpabilis judicetur. Et tres adhuc alii de ipso contubernio sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, singuli eorum culpabiles judicentur.

XLVI. *De reippus.*

I. Si quis homo moriens viduam dimiserit, & eam

ANNO 798. quis in conjugium voluerit accipere, antequam eam accipiat, Tunginus aut Centenarius mallum indicent, & in ipso mallo scutum habere debent, & tres homines causas tres demandare. Et tunc ille qui viduam accipere vult, cum tribus testibus qui adprobare debent, tres solidos æquè pensantes & denarium habere debet. Et hoc facto, si eis convenit, viduam accipiat.

II. Si verò ista non fecerit, & sic eam acceperit, illi cui reippus debetur bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

III. Si autem quæ superiùs diximus omnia secundùm Legem impleverit, & tres solidos & denarium ille cui reippus debetur acceperit, tunc eam legitimè accipiat.

IV. Hoc discernendum videtur, cui reippus debeatur.

V. Si nepos fuerit sororis filius senior, ille reippum accipiat.

VI. Si verò nepos non fuerit, neptis filius senior ille accipiat.

VII. Quòd si neptis filius non fuerit, consobrinæ filius qui ex materno genere venit, ipse accipiat.

VIII. Si autem nec consobrinæ filius fuerit, tunc avunculus frater matris reippum accipiat.

IX. Si verò avunculus non fuerit, tunc frater illius qui ipsam mulierem antè habuerat, si in hereditatem defuncti fratris, id est, mariti mulieris illius, venturus non est, ipse reippum accipiat.

X. Quod si nec ipse fuerit, tunc qui proximior fuerit post superiùs nominatos, qui singillatim secundùm parentelam dicti sunt usque ad sextum genuculum, si in hereditatem illius mariti defuncti non accedat, ipse reippum accipiat.

XI. Si autem nullus nisi post sextum genuculum proximus fuerit, in fiscum ipse reippus vel causa quæ inde orta fuerit colligatur.

XLVII. *De eo qui villam alienam occupaverit, vel si duodecim mensibus eam tenuerit.*

I. Si quis super alterum in villam migrare voluerit, & aliqui de his qui in villa consistunt eum suscipere voluerint, & vel unus ex ipsis extiterit qui contradicat, migrandi licentiam ibidem non habeat.

II. Si vero contra interdictum unius vel duorum in ipsa villa consedere præsumpserit, tunc interdictor testari debet illi cum testibus ut infra decem noctes inde exeat. Et si noluerit, iterum ad ipsum cum testibus veniat, & testetur illi ut infra alias decem noctes secedat. Quòd si noluerit, iterum tertio placito, ut infra decem noctes exeat, denuntiet. Si verò triginta noctes impletæ fuerint, & nec tunc voluerit exire, statim illum manniat ad mallum; & testes suos, qui ad ipsa placita fuerunt, secum præstos habeat. Si autem ipse cui testatum est venire noluerit, & eum aliqua sunnis non detinuerit, & secundùm Legem supradictam testatus fuerit, tunc ipse qui ei testatus est super fortuna sua ponat, & Grafionem roget ut accedat ad locum, & ipsum inde expellat. Et si ibi aliquid elaboravit, quia Legem noluit audire, amittat, & insuper mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

III. Si verò quis alium in villam alienam migrare rogaverit antequam conventum fuerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

IV. Si autem quis migraverit, in villam alienam, & ei aliquid infra duodecim menses secundùm legem contestatum non fuerit, securus ibidem consistat sicut & alii vicini.

XLVIII. *De affatomiæ.*

Hoc convenit observare, ut Tunginus vel Centenarius mallum indicent, & scutum in ipso mallo habeant. & tres homines causas tres demandare debent in ipso mallo. & requiratur postea homo qui ei non pertinet, & sic festucam in laisum jactet; & ipse in cujus laisum festucam jactaverit dicat verbum de fortuna sua, quantum ei voluerit dare. Postea ipse in cujus laisum festucam jactaverit, in casa ipsius manere & hospites tres suscipere & de facultate sua, quantum ei datur, in potestate sua habere debet; & postea ipse cui creditum est, ista omnia cum testibus collectis agere debet. Postea aut ante Regem aut in mallo legitimo illi cui fortunam suam deputavit reddere debet; & accipiat postea festucam in mallo ipso ante duodecim menses ipse quem heredem deputavit, in laisum suum jactet, & nec minus, nec majus, nisi quantum ei creditum est. Et si contra hoc aliquid dicere voluerit, debent tres testes jurati dicere quòd ibi fuissent in mallo ubi Tunginus vel Centenarius indixerunt, & quòd vidissent hominem illum, qui fortunam suam dedit, in laisum illius quem jam elegerat festucam jactare, & nominare illum debent qui fortunam suam in laisum electi jactavit. necnon & illum in cujus laisum festucam jactavit, & heredem appellavit, similiter nominent. Et alteri tres testes jurati debent dicere quòd in casa illius hominis qui fortunam suam donavit, ille in cujus laisum festucam jactavit, ibidem mansisset, & hospites tres vel ampliùs collegisset & pavisset, & ei ibidem gratias egissent, & in beo de suo pultes manducassent, & testes collegissent. Ista omnia alii tres testes jurati dicere debent, quoniam in mallo legitimo vel ante Regem ille qui accepit in laisum suum fortunam in mallo publico, hoc est, ante Theada vel Tunginum, fortunam illam, quem heredem appellavit, publicè coram omnibus festucam in laisum ipsius jactasset. Et hæc omnia novem testes debent adfirmare.

ANNO 798.

XLIX. *De siltortis, hoc est, qualiter homo furatas res intertiare debet.*

Si quis qui Lege Salica vivit servum aut ancillam, caballum vel bovem, seu jumentum, seu quamlibet rem suam sub alterius potestate agnoverit, mittat eam in tertiam manum; & ille apud quem agnoscitur, debet adhramire. Et si intra Ligerim aut Carbonariam ambo manent, & qui agnoscit, & apud quem agnoscitur, in noctes quadraginta placitum faciant. Et in ipso placito quanticunque fuerint qui rem intertiatam vendiderint aut cambiaverint, aut fortasse in solutionem dederint, omnes intra placitum istum commoneantur ut unusquisque cum negotiatoribus suis alter alterum admoneat. Si quis verò commonitus fuerit, & aliqua sunnis eum non detinuerit, & ad placitum venire distulerit, tunc ille qui cum eo negotiavit, habeat tres testes quòd ei nuntiasset ut ad placitum venire debuisset, & alios tres similiter habeat quòd cum eo publicè negotiasset. Hoc si fecerit, exivit se de latrocinio. Ille autem qui admonitus non venerit, super quem testes juraverint, erit latro illius qui res suas agnoscit, & ei secundùm Legem ipsas componat, & insuper pretium illi reddat qui cum eo negotiavit. Ista omnia ubi suus hamallus est, super quem res primitus agnita fuerit aut intertiata, fieri debent. Quòd si trans Ligerim aut Carbonariam manet ille apud quem res agnoscitur, in noctibus octuaginta Lex ista custodiatur.

L. *De falso testimonio.*

I. Si quis falsum testimonium præbuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Quòd si aliquis alicui imputaverit quòd se perjurasset, & non potuerit adfirmare, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

III. Si alicui fuerit imputatum quòd se perjurasset, & hoc qui imputaverit adfirmare potuerit, tres de ipsis conjuratoribus perjurii unusquisque illorum sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV. Alii verò qui super ipsos tres fuerint, quivis solidis culpabiles judicentur.

V. Ipse verò cui imputatum fuerit, excepto causa vel capitale, & delatura, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

LI. *De testibus adhibendis.*

I. Si quis testes necessarios habuerit, & fortasse ipsi ad placitum venire noluerint, ille qui eos necessarios habet, mannire illos debet cum testibus ad placitum, ut ea quæ sciunt jurantes dicant.

II. Si verò noluerint venire, & eos sunnis non detinuerit, unusquisque illorum sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

III. Si verò præsentes fuerint ad testimonium vocati, & noluerint jurando dicere ea quæ sciunt, & forbanniti fuerint, sexcentis denariis, qui faciunt soli-

ANNO 798.

solidos quindecim, unusquisque illorum culpabilis judicetur.

LII. *De eo qui fidem factam alteri reddere noluerit.*

I. Si quis ingenuus aut lidus alteri fidem fecerit, tunc ille cui fides facta est, quadraginta noctes, aut quomodo placitum fecit quando fidem ei fecit, ad domum illius cum testibus ambulare debet, vel cum illis qui pretium adpretiare debent. Et si noluerit fidem factam solvere, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si verò adhuc supradictum debitum solvere noluerit, debet eum sic admallare: *Rogo te, Judex, ut hominem illum denominatum, gasachionem meum, qui mihi fidem fecit de debito tali denominato, secundùm Legem Salicam mihi inde eum adstringas.* Tunc Judex dicere debet: *Ego gasachium tuum illum in hoc mallo quod Lex Salica habet.* Tunc ille cui fides facta est debet testificari fidejussori ut nulli alteri nec solvat nec pignus donet solutionis antequam ei impleat unde fidem fecit. Et sic festinanter ad domum illius qui ei fidem fecit cum testibus accedat, & roget eum solvere debitum suum. Quòd si noluerit, solem ei collocet. Et si ei solem culcaverit, tres solidos super debitum suum addat. Et sic usque ad tres vices per tres mannitas facere debet. Istis agitur omnibus factis, si adhuc noluerit debita componere, usque ad novem solidos debitum ascendat; id est, ut per singulas admonitiones, vel solem culcatum, terni solidi adcrescant. Si verò nec fidem factam in placito legitimo solvere noluerit, tunc ille cui fides facta est ambulet ad Grafionem loci illius in cujus pago manet, accipiátque festucam, & dicat verbum istud: *Tu Grafio, rogo te quia ille homo denominatus, qui mihi fidem fecit, quem legitimè habeo adjactivum vel admallatum secundùm Legem Salicam, & ego super me & super fortunam meam pono quòd securus mitto in fortunam illius manum.* & dicat de quanta causa ei fidem fecerat. Tunc Grafio congreget secum septem Rachinburgios idoneos, & cum ipsis ad casam illius fidejussoris veniat; & roget eum, si præsens est, ita dicens: *Per voluntatem tuam solve homini isti de quo ei fidem fecisti, & hoc quod debes secundùm pretium legitimè adpretiatum satisfacere stude.* Quòd si tunc adimplere noluerit præsens, aut si ablens fuerit, statim Rachinburgii pretium adpretiatum, quantum debitum quod debet valuerit, de fortuna illius tollant. Et si fredus antea de ipsa causa non fuerat datus, duas partes ille cujus causa est ad se revocet, & Grafio tertiam partem obtineat.

III. Si autem Grafio ibi invitatus non venerit, & sunnis eum aliqua non detinuerit, aut certa ratio dominica, & si distulerit ut ibi non ambulet neque mittat ut cum justitia exigatur debitum, aut se redimat, aut de vita componat.

LIII. *De eo qui Grafionem ad res alienas tollendas injustè invitaverit.*

I. Si quis Grafionem ad res alienas injustè tollendas invitaverit, antequam gasachium suum secundùm legem habeat admallatum, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

II. Si verò Grafio invitatus contra legem super debitum justum aliquid ampliùs tulerit, aut se redimat, aut de vita componat.

LIV. *De re præstata.*

Si quis alteri de rebus suis aliquid præstiterit, & ei reddere noluerit, sic eum debet mallare. Cum testibus ad domum illius cui res præstavit accedat, & sic contestetur ei. *Quia res meas noluisti reddere, quas tibi præstiti, in hoc eas tene nocte proxima quod Lex Salica continet.* & sic ei solem collocet. Si nec tunc voluerit reddere, adhuc super septem noctes similiter contestetur, sicut antea fecit, ut nocte proxima secundùm quod Lex Salica continet res suas tenere debeat. Quod si nec tunc voluerit reddere, iterum post alias septem noctes ad eum similiter cum testibus veniat, & roget ut debitum suum reddat. Ergo si tunc noluerit reddere nec fidem facere reddendi, supra debitum quod ei præstitum est, & super illos novem solidos qui per tres admonitiones accreverunt, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

LV. *De manu ab æneo redimenda.*

ANNO 798.

I. Si quis ad æneum mallatus fuerit, & forsitan convenerit ut ille qui admallatus est manum suam redimat & juratores donet, si talis causa est de qua legitimè, si convictus fuisset, sexcentos denarios, qui faciunt solidos quindecim, componere debeat, tunc centum viginti denariis, qui faciunt solidos tres, manum suam redimat.

II. Si verò plus ad manum suam redimendam dederit, fredus Grafioni solvatur tamquam si de ipsa causa convictus fuisset.

III. Si verò talis causa fuerit de qua, si convictus fuisset, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, debuisset solvere, & convenit ut manum suam redimat & juratores donet, novem solidis manum suam redimat.

IV. Quòd si ampliùs dederit, fredus Grafioni solvatur tamquam si de ipsa causa convictus fuisset.

V. Quòd si major culpa fuerit, de qua sexaginta duos solidos cum dimidio solvere, si convictus fuisset, deberet, & convenit ut manum suam redimat, cum solidis quindecim manum suam redimat.

VI. Et si ampliùs dederit, fredus Grafioni solvatur tamquam si de ipsa causa convictus fuisset. Ista redemptio usque ad leudem sic permaneat.

VII. Si autem leudem alter alteri imputaverit, & eum ad æneum admallatum habet, & convenit ut manum suam redimat & juratores donet, cum solidis triginta manum suam redimat.

VIII. Et si ampliùs dederit, fredum Grafioni persolvat tamquam si de ipsa causa convictus extitisset.

LVI. *De eo qui Grafionem occiderit.*

I. Si quis Grafionem occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis judicetur.

II. Si quis sagibaronem, qui puer Regis fuerat, occiderit, duodecim mille denarios, qui faciunt solidos trecentos, culpabilis judicetur.

III. Si quis sagibaronem qui ingenuus est, & se sagibaronem posuit, occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt solidos sexcentos, culpabilis judicetur.

IV. Sagibarones in singulis mallobergiis, id est, ubi plebs quæ ad unum mallum convenire solet, plus quàm tres esse non debent. Et si causa aliqua ante illos secundùm Legem fuerit definita, ante Grafionem removere eam non licet.

LVII. *De corporibus expoliatis.*

I. Si quis corpus hominis mortui, antequam in terra mittatur, per furtum expoliaverit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

II. Si quis tumulum super hominem mortuum expoliaverit vel dissipaverit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

III. Si quis aristatonem, hoc est, stapplum qui super mortuum missus est, capulaverit, aut mandualem, quod est ea structura sive selave, qui est ponticulus, sicut more antiquorum faciendum fuit, qui hoc destruxerit, aut mortuum exinde expoliaverit, de unaquaque de istis sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV. Si quis hominem mortuum super alium in naufo vel in petra miserit, mille quadringentis denariis, qui faciunt solidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

V. Si quis corpus jam sepultum effodierit aut expoliaverit, wargus sit, hoc est, expulsus de eodem pago usque dum cum parentibus defuncti convenerit ut & ipsi parentes rogati sint pro eo ut liceat ei infra patriam esse. Et quicunque antea panem aut hospitalitatem ei dederit, etiamsi uxor ejus hoc fecerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

VI. Auctor verò sceleris hujus, si ipse hoc fecit, & comprobatus fuerit, vel alium ad istud faciendum locaverit, octo mille denariis, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis judicetur.

VII. Si quis domum in modum basilicæ factam super hominem mortuum expoliaverit, mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

ANNO 798.

LVIII. *De incendio vel expoliatione Eccleſiæ, ſive homicidiis Clericorum.*

I. Si quis Eccleſiam ſanctificatam, vel ubi reliquiæ ſanctorum conditæ ſunt, incenderit, vel infra ipſa Eccleſia aliquam expoliationem de altari aut infra Eccleſiam aliquid tulerit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur; excepto capitale & delatura.

II. Si quis Diaconem interfecerit, duodecim mille denariis, qui faciunt ſolidos quadringentos, culpabilis judicetur.

III. Si quis Presbyterum interfecerit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos ſexcentos, culpabilis judicetur.

LIX. *De eo qui ad mallum venire contempſerit.*

Si quis ad mallum venire contempſerit, & quod ei à Rachinburgiis judicatum fuerit implere diſtulerit, ſi nec de compoſitione nec de ulla Lege fidem facere voluerit, tunc ad Regis præſentiam ipſum mannire debet, & ibidem duodecim teſtes eſſe debent qui per ſingula placita jurando dicant quòd ibidem fuiſſent ubi Rachinburgii ei judicaſſent, & ille decretum Judicum contempſiſſet. Iterum alii tres jurare debent quòd ibidem fuiſſent poſt illam diem in qua ei Rachinburgii judicaverunt ut aut per æneum aut per compoſitionem ſe educeret; hoc eſt, de illa die in quadraginta noctes in mallo iterum ſolem culcaverit, & nullatenus Legem implere voluerit, tunc eum debet mannire ante Regis præſentiam in quatuordecim noctes; & tria teſtimonia jurando dicant quòd eum manniſſet. Quòd ſi nec tunc venerit, & iſta omnia novem teſtimonia conjurando quæ ſuperiùs diximus vera eſſe dixerint, ſimiliter ei iterum ſolem culcet, & illos tres teſtes ibidem habeat. Ubi culcaverit ſolem, & iſta omnia compleverit, qui eum admallat, & ille qui admallatur, ad nullum placitum venire nec per Legem ſe educere noluerit, tunc Rex ad quem mannitus eſt extra ſermonem ſuum eum eſſe dejudicet; & ita ille culpabilis & omnes res ſuæ erunt in fiſco, aut cui fiſcus dare voluerit. Et quicunque ei panem dederit, aut in hoſpitium collegerit, etiamſi uxor ejus propria ſit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, donec omnia quæ ei legibus imputantur, ſecundùm Legem componat.

LX. *De Rachinburgiis qui ſecundum Legem non judicant.*

I. Si quidem Rachinburgii in mallo reſidentes, cùm cauſa diſcuſſa fuerit inter duos cauſatores, admoniti ab eo qui cauſam requirit ut Legem Salicam dicant, & ſi legem dicere noluerint, tunc ab eo qui cauſam requirit ſint iterum admoniti uſque in tertia vice. Quòd ſi dicere noluerint, tunc dicat ille qui cauſam requirit: *Ego vos tangano uſque dum vos inter me & contra cauſatorem meum Legem judicetis.* Et ſi tunc dicendi ſe legem diſtulerint, ſole culcato ſeptem de illis unuſquiſque centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

II. Et ſi adhuc tunc Rachinburgii deſpexerint, nec legem dicere voluerint, neque de tribus ſolidis compoſitionem facere, tunc unuſquiſque illorum ſeptem culcato ſole ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

III. Similiter ſi comprobati fuerint Legem non judicaſſe; ſeptem ex eis unuſquiſque ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV. Si autem Rachinburgii Legem judicaverint, & cui judicatum fuerit hoc ſuſtinere noluerit, & dicit contra Legem judicaſſe ſibi, & hoc comprobare non potuerit, contra unumquemque de ſeptem Rachinburgiis ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

LXI. *De chrenechruda.*

Si quis hominem occiderit, & in tota facultate ſua non habuerit unde totam legem implere valeat, duodecim juratores donet ut nec ſuper terram nec ſub terra amplius de facultate non habeat niſi quod donatum habet. Poſtea intrare debet in caſam ſuam, & de quatuor angulis de terra illa in pugno ſuo colligere, & ſtare in durpilo, hoc eſt, in liminare, & intus captare, & cum ſiniſtra manu de illa terra ultra ſuas ſcapulas jactare ſuper quem proximiorem parentem habet. Quòd ſi jam pater aut mater vel frater ſolverint, tunc ſuper ſororem matris aut ſuper ſuos filios debet illam terram jactare, id eſt, ſuper tres de generatione matris qui proximiores ſunt. Et poſtea in camiſia diſcinctus, & diſcalciatus, cum palo in manu ſupra ſepem ſallire debet, ut pro medietate, quantum de compoſitione diger eſt, aut quantum Lex dicat, illi tres ſolvant. Idem illi alii, qui de paterna generatione veniunt, facere debent. Si verò aliquis ex illis pauperior fuerit, & non habet unde ad integrum debitum ſolvat, quicunque de illis amplius habet, iterum ſuper illum chrenechruda ille qui pauperior eſt jactet, & ille totam legem componat. Quòd ſi nec ipſe habuerit ut totam legem perſolvat, tunc illum qui homicidium fecit, ille qui eum in fide ſua habet, per quatuor mallos præſentem faciat. Et ſi eum nullus ſuorum per compoſitionem voluerit redimere, de vita componat.

ANNO 798.

LXII. *De alode.*

I. Si quis homo mortuus fuerit, & filios non dimiſerit, ſi pater aut mater ſuperfuerint, ipſi in hereditatem ſuccedant.

II. Si pater aut mater non ſuperfuerint, & fratres vel ſorores reliquerit, ipſi hereditatem obtineant.

III. Quòd ſi nec iſti fuerint, ſorores patris in hereditatem ejus ſuccedant.

IV. Si verò ſorores patris non extiterint, ſorores matris ejus hereditatem ſibi vindicent.

V. Si autem nulli horum fuerint, quicunque proximiores fuerint de paterna generatione, ipſi in hereditatem ſuccedant.

VI. De terra verò Salica nulla portio hereditatis mulieri veniat: ſed ad virilem ſexum tota terræ hereditas perveniat.

LXIII. *De eo qui ſe de parentela tollere vult.*

I. Si quis ſe de parentela tollere voluerit, in mallo ante Tunginum aut Centenarium ambulet, & ibi quatuor fuſtes alninos ſuper caput ſuum frangat; & illas quatuor partes in mallo jactare debet, & ibi dicere ut & de juramento & de hereditate & de tota illorum ſe ratione tollat.

II. Et ſi poſtea aliquis de parentibus ſuis aut moritur aut occiditur, nihil ad eum de ejus hereditate vel de compoſitione pertineat.

III. Si autem ille occiditur aut moritur, compoſitio aut hereditas ejus non ad heredes ejus, ſed ad fiſcum pertineat, aut cui fiſcus dare voluerit.

LXIV. *De charoena.*

I. Si quis alteri de manu aliquid per vim tulerit aut rapuerit, rem pro capitali reſtituat, & inſuper mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

II. Si quis homini aliquid quod ei in tertia manu miſſum fuerat per vim tuliſſe convincitur, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

LXV. *De compoſitione homicidii.*

I. Si alicujus pater occiſus fuerit, medietatem compoſitionis filii colligant, & aliam medietatem parentes qui proximiores fuerint tam de paterna quàm de materna generatione dividant.

II. Quòd ſi de una parte, vel paterna, vel materna, nullus proximus fuerit, portio illa ad fiſcum perveniat, vel cui fiſcus conceſſerit.

LXVI. *De homine in hoſte occiſo.*

I. Si quis hominem in hoſte occiderit, triplici compoſitione componat, ſicut in patria componere debuit; excepto ſi ex truſte regali non fuerit ille homo.

II. Nam ſi ex truſte regali fuerit, eadem compoſitione quam infra patriam facere debuit culpabilis judicetur, hoc ſunt denariis ſeptuaginta duobus mille, qui faciunt ſolidos mille octingentos.

LXVII. *De*

ANNO LXVII. *De eo qui alterum hereburgium clamaverit.*

798. I. Si quis alterum hereburgium clamaverit, hoc eſt, ſtrioportium, aut qui æneum portare dicitur ubi ſtriæ concinunt, & convincere non potuerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

II. Si quis mulierem ingenuam ſtriam clamaverit aut meretricem, & convincere non potuerit, ſeptem mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos centum octuaginta ſeptem cum dimidio, culpabilis judicetur.

III. Si ſtria hominem comederit, & convicta fuerit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

LXVIII. *De caballo excoriato.*

I. Si quis caballum alienum ſine conſenſu poſſeſſoris decorticaverit, & interrogatus, fuerit confeſſus, caballum ipſum in capite reſtituat.

II. Si verò negaverit & convictus fuerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, excepto capitale & delatura, culpabilis judicetur.

LXIX. *De eo qui hominem de bargo vel de furca dimiſerit.*

I. Si quis hominem de bargo vel de furca ſine voluntate Judicis demiſerit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

II. Si quis hominem ſine conſenſu Judicis de ramo ubi incrocatus eſt deponere præſumpſerit, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

III. Si quis caput hominis, quod inimicus ſuus in palo miſerit, ſine permiſſu Judicis aut illius qui eum ibi poſuit, tollere præſumpſerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV. Si quis vivum hominem de furca dimiſerit, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur.

LXX. *De eo qui filiam alienam quæſierit, & ſe retraxerit.*

Si quis filiam alienam ad conjugium quæſierit præſentibus ſuis & puellæ parentibus, & poſtea ſe retraxerit, & eam accipere noluerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

LXXI. *De terra condemnata.*

Si quis terram alienam condemnaverit, & ei fuerit adprobatum, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

In codice Mazarino Bibliothecæ regiæ ſequens caput additur in fine Legis Salicæ.

LXXII. *De invictu ſtricto.*

I. Si quis pitto alterius excuſſerit invitu ſtricto, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

II. Si verò contra voluntatem domini, & negare voluerit, & ei fuerit adprobatum, capitale reſtituat, & inſuper mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

EXPLICIT LEX SALICA.

VI.

844. 20 Mai. *Inſtrumentum Donationis Comacli cum toto Territorio, factæ per Romanorum Imperatores* LOTHARIUM & LUDOVICUM, OTTONI *Equiti Eſtenſi. Datum die* 20 *Maji anno* 844. *Aquisgrani.* [LUNIG Teutſches Reichs Archiv. Part. Special. Continuat. 2. Abtheilung 4. Abſatz 30. pag. 703.]

IN CHRISTI NOMINE AMEN. Anno ab ejusdem Nativitate milleſimo ſexcenteſimo, Indictione tertia decima, die vero decima menſis Martii. ANNO 844.

Hoc eſt Exemplum Donationis Comacli factæ per Lotharium & Ludovicum Imperatores Othoni Eſtenſi; tenoris, de quo infra.

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, HLotharius, & HLudovicus Divina ordinante Providentia Imperatores Auguſti, Dilecto, Equiti noſtro Othoni Eſtenſi, ob beneficia, & merita Henrici Patris, ac ipſius in Nos, Regnique noſtri fidelem dilectionem, dedimus, damusque Comaclum cum toto Territorio, & Aquis, Paludibus, Sylvis & Piſcariis ab uno capite ad Inſulam Laureti, ſeu Canarioli, ab alio vero ad Inſulam Lacus, & inde ad Territorium usque ad Aquas Ravennæ; inde ad Auſtrum per Padum ad Fluvium de Fine & Occidentem verſus ad Territorium usque Epiſcopi Ferrarienſis: Si quis autem hanc noſtram Conceſſionis authoritatem irritam facere tentaverit, emunitatis mulctam, id eſt, argenti lib. XXX. prædicto Equiti perſolvere cogatur, & ut hoc Conceſſionis præceptum diuturnis temporibus in ſuo robore permaneat, atque ab omnibus verius credatur, & diligentius obſervetur, manus noſtræ Subſcriptione ſubter annotavimus:

Ego HLotharius miſericordia Imperator ſubſcripſi.

Ego HLudovicus Imperator ſubſcripſi.

Datum Menſe Majo, die vigeſimo, Anno Imperii Regnorum Quarto, Indictione undecima, Actum in Palatio Regis Aquisgrani.

VII.

CAROLI CALVI *Privilegia & Immunitates à teloniis, aliiſque oneribus Civitati, & Comitatui* BARCHINONENSI *conceſſa, quod* SARACENORUM *ſe poteſtati ſubtrahens, Prædeceſſoribus ſuis atque ipſi liberâ ſeſe, ac promptâ voluntate ſubjecit. Datum in Monaſterio Sancti Saturnini prope Toloſam in Amne pridie Idus Junii Anno IV. regnante* KAROLO *glorioſo Rege.* [*FF.* DIAGO *Hiſtoria de los Antiquos Condes de Barcelona* lib. 2. cap. 4. pag. 58. col. 2.] 12. Juin.

HOc eſt exemplar præcepti tranſlatum in Civitate Barchinona in anno primo quo obiit Odo Rex tempore Domini Borelli Comitis filii quondam Unifredi ejusdem nominis nuncupati poſt reverſionem Barchinonenſium. Karolus gratia Dei Rex, ſi ea quæ ob utilitatem Sanctæ Dei Eccleſiæ Imperialibus Edictis ſunt conſtituta, magnificentiæ noſtræ conſervatione denuo inſtituentes corroboraverimus, ad diuturnam proſperamque Regni a Deo nobis collati ſtabilitatem attinere non dubitamus: quin etiam ad capeſcendum æternæ felicitatis beatitudinem profuturum nobis liquido credimus. Itaque notum ſit omni Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium atque noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum in partibus Aquitaniæ, Septimaniæ, ſive Hiſpaniæ conſiſtentium, quia progenitorum magnorum noſtrorum hortodoxorum Imperatorum avi videlicet noſtri Karoli ſeu Genitoris noſtri Auguſti Ludovici auctoritatem imitantes, Gothos ſive Hiſpanos, intra Barchinonam famoſi nominis Civitatem vel Terracium Caſtellum quoque habitantes, ſimul cum his omnibus qui infra eundem Comitatum Barchinonæ Hiſpanis extra Civitatem quoque conſiſtunt, quorum progenitores crudeliſſimum jugum inimiciſſimæ Chriſtiani nominis Gentis Sarracenorum evitantes, ad eos fecere confugium, & eandem Civitatem illorum magnæ potentiæ libenter condonarunt ſeu tradiderunt, & ab eorundem Sarracenorum poteſtate ſe ſubtrahentes eorum noſtreque demum libera & prompta voluntate ſe ſubjecerunt, complacuit Manſuetudini noſtræ ſub immunitatis tuitione defenſionisque munimine benigne ſuſcipere ac retinere, & quoad habitationem neceſſitatibus eorum oportunum auxilium ſicut & ab illis, progenitoribus eorum & ipſis conſtat per Imperialium apicum ſanctionem conceſſum, clementer conferre, quatenus & noſtra regalis conſervatio conſtructa atque innovatio in eorum bene geſtis operibus exaltationi Eccleſiæ glorioſo Chriſti ſanguine

ANNO 844. redemptæ & miniſtret augmentum & animabus eorum ac noſtræ proficiat ſemper in emolumentum. Igitur ſicut dictum eſt ad omnium noſtrorum notitiam pervenire volumus, quia eoſdem homines ſub protectione & defenſione noſtra denuo receptos ſicut in unitate fidei ſic etiam in unanimitate pacis & dilectionis conſervare decrevimus, eo videlicet modo ut ſicut ceteri franci homines cum Comite ſuo in exercitum pergant, & in marcha noſtra juxta rationabilem ejuſdem Civitatis ordinationem atque admonitionem exploraciones & excubias, quas uſitato vocabulo Guaytas dicunt, facere non negligant, & miſſis noſtris quos pro rerum oportunitate illas in partes miſerimus, aut legatis qui de partibus Hiſpaniæ ad noſtras miſſi fuerint, paratas faciant & ad ſubjectionem eorum veredos donent, ipſi videlicet & illi quorum progenitoribus, temporibus avi noſtri Karoli ad ipſum facere inſtitutum fuit. Si autem hi qui veredos acceperint, reddere eos neglexerint & eorum interveniente negligentia perditi ſeu mortui fuerint, ſecundum Legem Francorum eis quorum fuerunt ſecundum Legem Francorum reſtituantur vel reſtaurentur. Eccleſiarum vero cenſus, id eſt, nec paſcualia infra eorum terminos, vel eorum villas nec Thelonea infra Comitatum in quo conſiſtunt, nec alia quelibet redibitio neque a Comite neque a junioribus aut miniſterialibus ejus deinceps ab illis ullatenus exigatur. Et niſi pro his tribus criminalibus actionibus, id eſt, homicidio, raptu, & incendio, nec ipſi nec eorum homines a quolibet Comite aut Miniſtro judiciariæ poteſtatis ullo modo judicentur aut diſtringantur, ſed liceat ipſis ſecundum eorum legem de aliis hominibus judicia terminare. Et propter hæc tria, & de ſe & de eorum hominibus ſecundum propriam legem omnia mutuo definire. Et ſi quispiam eorum in partem quam ille ad habitandum ſibi excoluit, alios homines de aliis generationibus venientes adtraxerit & ſecum in portione ſua, quam apriſionem vocant, habitare fecerit, utatur illorum ſervitio abſque alicujus contradictione vel impedimento. Et ſi aliquis ex ipſis hominibus qui ab eorum aliquo adtractus eſt in ſua portione collocatus, alium, id eſt, Comitis aut Vice Comitis, aut Vicarii aut cujuslibet hominis ſenioratum elegerit, liberam habeat licentiam abeundi. Veruntamen ex his quæ poſſidet, nihil habeat, nihilque ſecum ferat, ſed omnia in dominium & poteſtatem prioris ſenioris pleniſſime revertantur. Placuit etiam nobis illis concedere ut quicquid de Heremi ſquallore in quolibet Comitatu ad cultum frugum traxerint aut deinceps infra eorum apriſiones excolere potuerint, integerrime teneant atque poſſideant: ſervitia tamen regalia infra Comitatum in quo conſiſtunt faciant: & omnes eorum poſſeſſiones ſive apriſiones inter ſe vendere, concambiare, ſeu donare, poſteriſque relinquere omnimode liceat, & ſi filios aut nepotes non habuerint, juxta legem eorum alii ipſorum propinqui illis hereditando ſuccedant, ita videlicet ut quicunque ſucceſſerint, ſervitia ſuperius memorata perſolvere non contemnant. Simul etiam præcipientes injungimus ut nullus hominum de ſepe memoratis eorum apriſionibus vel villis cum propriis terminis, propriisque eorum finibus & adjacentiis injuſtam inquietudinem illis inferre præſumat aut aliquam minorationem contra legem facere audeat, ſed liceat eis ipſis res cum tranquillitate pacis tenere & poſſidere, & ſecundum antiquam Conſuetudinem ubique paſcua habere, & ligna cedere & aquarum ductus pro ſuis neceſſitatibus ubicunque pervenire potuerint nemine contradicente juxta priſcum morem ſemper deducere. Si autem illi propter levitatem & manſuetudinem Comitis ſui, eidem Comiti honoris & obſequii gratia quippiam de rebus ſuis exhibuerint, non hoc eis pro tributo vel cenſu aliquo computetur, neque Comes ille aut ſucceſſores ejus hoc in conſuetudinem venire preſumat, neque eos ſibi vel hominibus ſuis aut menſionaticos parare aut veredos dare aut ullum cenſum vel tributum aut ſervitium præter id quod jam ſuperius comprehenſum eſt, præſtare cogat. Sed liceat tam iſtis Hiſpanis qui præſenti tempore in prædictis locis reſident quam his qui adhuc ad noſtram fidem de iniquorum poteſtate fugiendo confluxerint & in deſertis atque incultis locis per noſtram vel Comitis noſtri licentiam conſedentes, ædificia fecerint & agros incoluerint juxta ſupradictum modum ſub noſtra defenſione atque protectione in unitate fidei & pacis tranquillitate reſidere, & nobis ea que ſuperius diximus tam cum Comite ſuo quam cum miſſis ejus pro temporis oportunitate alacriter atque fideliter exhibere. Noverint præterea idem Hiſpani, ſibi licentiam a nobis eſſe conceſſam ut ſe in vaſſaticum Comitis noſtri ſicut alii Franci homines commendent, & ſi aliquod beneficium quisquam eorum ab eo cui ſe commendavit fuerit conſecutus, ſciat ſe de illo tale obſequium ſeniori ſuo exhibere debere, quale noſtrates homines de ſimili beneficio ſenioribus ſuis exhibere ſolent. Ut autem hæ noſtræ regalis auctoritatis litteræ erga eoſdem Hiſpanos tenore perpetuo ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris inviolabiliter conſerventur, manu propria noſtra eas ſupter firmavimus & annuli noſtri impreſſione ſignari decrevimus.

ANNO 844.

Signum Karoli glorioſiſſimi Regis.

Deornavimus Notarius vice Ludovici recognovi.

Datum pridie Idus Junii anno quarto regnante Karolo glorioſo Rege: actum in Monaſterio Sancti Saturnini prope Toloſam in Amne feliciter. Amen.

VIII.

(1) *Donatio* LOTHARII I. & LUDOVICI II. *Romanorum Imperatorum* OTHONI *Equiti Eſtenſi facta, de* COMACLO *ejuſque toto territorio. Datum in Palatio Regio Aquiſgrani* 20 *Maii anno Imperii Regnorum IV. Indictione XI.* [Produite de la part de la Maiſon d'Eſt, dans la *Riſpoſta pel diritto Imperiale.* Rapportée & combatue de faux de la part de la Cour de Rome, dans le Livre intitulé: *Il Dominio temporale della Sede Apoſtolica ſopra Comachio.* p. 279.] 854. 20 Mai

IN NOMINE DOMINI DEI, & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti. HLOTHARIUS & HLUDOVICUS divinâ ordinante Providentiâ Imperatores Auguſti, Dilecto Equiti noſtro Othoni Eſtenſi, ob beneficia & merita Henrici Patris, ac ipſius in nos, Regnique noſtri fidelem dilectionem, dedimus damuſque Comaclum, cum toto Territorio & Aquis, Paludibus, Silvis, & Piſcariis. Ab uno capite ad Inſulam Laureti, ſeu Canarioli. Ab alio verò ad Inſulam Lacus, & indè ad Territorium uſque ad Aquas Ravennæ. Indè ad Auſtrum per Padum ad Fluvium de Fine, & Occidentem verſùs ad Territorium uſquè Epiſcopi Ferrarienſis. Si quis autem hanc noſtram Conceſſionis Authoritatem irritam facere tentaverit, emunitatis mulctam, id eſt Argenti Libras XXX. prædicto Equiti perſolvere cogatur. Et ut hoc Conceſſionis Præceptum diuturnis temporibus in ſuo robore permaneat, atque ab omnibus veriùs credatur, & diligentiùs obſervetur; manûs noſtræ ſubſcriptione ſubter annotavimus.

Ego HLOTHARIUS, miſericordiâ Dei Imperator, [*Locus Monogrammi*] ſubſcripſi.

Ego HLUDOVICUS Imperator [*Locus Monogrammi*] ſubſcripſi.

Datum menſe Majo, die vigeſimo, Anno Imperii Regnorum quarto, Indictione undecimâ. Actum in Palatio Regio, Aquisgrani.

(1) C'eſt la même Pièce qui ſe trouve ci-deſſus N. VI. titrée de *Lunig* où elle eſt rangée ſous l'an 844.

IX.

OTTONIS I. *Imperatoris Pactum Confirmationis, quo Ditiones & Civitates Romanæ Eccleſiæ a Prædeceſſoribus ſuis donatas confirmat, nonnullaſque de ſuo proprio Regno addit; ſalva tamen in omnibus poteſtate ſua, & filii ſui, poſterorumque ſuorum; de modo inſuper, & ordine in Electionibus Pontificum ſervando, atque de Juſtitia Populis recte adminiſtranda plura conſtituit. Datum* 13 *Februarii anno Incarnationis* 962. *Indictione V.* [*Collectio Regia Concilior.* Tom. 25. pag. 99. ex Autographo aureis literis exarato ac Romæ in Caſtello Sancti Angeli aſſervato. D'où cette Pièce a été tirée; elle ſe trouve auſſi dans PHILIPPI LABBEI *Collectio Conciliorum.* Tom. 9. col. 643. dans GOLDASTI *Conſtitu-* 962. 13 Fevrier

ANNO 962. *ſtitutiones Imperiales.* Tom. 2. pag. 44. & dans BARONII *Annales Eccleſiaſtici.* Tom. 10. ann. 962. pag. 752.]

In Nomine Domini Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

EGo Otto Dei gratia Imperator Auguſtus, una cum Ottone glorioſo Rege Filio noſtro divina ordinante Providentia, Spondemus atque promittimus per hoc pactum Confirmationis noſtræ tibi beato Petro Principi Apoſtolorum, & clavigero Regni cœlorum, & per te Vicario tuo Domno Joanni ſummo Pontifici, & univerſali XII. Papæ, ſicut à Prædeceſſoribus veſtris usque nunc in veſtra poteſtate atque ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis Civitatem Romanam, cum Ducatu ſuo, & ſuburbanis ſuis, atque viculis omnibus, & territoriis ejus, montanis & maritimis; litoribus, atque portubus, ſeu cunctis Civitatibus, Caſtellis, Opidis, ac Viculis Tuſciæ partibus, id eſt portum Centum Cellas, Cerem, Bledam, Marturianum, Sutrium, Nepem, Caſtellum, Galliſem, Ortem, Polimartium, Ameriam, Tudam, Peruſiam cum tribus Inſulis ſuis, id eſt Majore, Minore, Pulvenſim, Narniam, & Utriculum cum omnibus finibus, ac Territoriis, ad ſupraſcriptas Civitates pertinentibus. Nec non Exarchatum Ravennatem ſub integritate, cum Urbibus, Civitatibus, Oppidis, & Caſtellis, quæ piæ recordationis Domnus Pippinus, & domnus Carolus excellentiſſimus Imperator, Prædeceſſores videlicet noſtri, beato Petro Apoſtolo, & Prædeceſſoribus veſtris, jamdudum per Donationis paginam contulerunt, hoc eſt Civitatem Ravennam, & Æmiliam, Bobium, Ceſenam, Forum * populi, Torum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comiaclum, & Hadrianis, atque Gabellum, cum omnibus finibus, territoriis, atque Inſulis, terra marique ad ſupraſcriptas Civitates pertinentibus: Simul & Pentapolim, videlicet * Arminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auſimum, Humanam, Heſim, Forum Sempronii, Montem Feltri, Urbinum, & Territorium Balnenſe, Calles, Luciolis, & Eugubium, cum omnibus finibus, & territoriis ad eaſdem Civitates pertinentibus.

* Forum Fompilii.

* Ariminum.

Eodem modo Territorium Sabinenſe, ſicut à Domno Carolo Imperatore Anteceſſore noſtro beato Petro Apoſtolo per Donationis ſcriptum conceſſum eſt ſub integritate: Item in partibus Tuſciæ Longobardorum Caſtellum Felicitatis, Urbem Veterem, Balneum Regis, Ferentum, Viterbium, Ortem, Martam, Tuſcanam, Suanam, Populonium, Roſellas, cum Suburbanis, atque Viculis omnibus, & Territoriis, ac maritimis Oppidis, ac Viculis, ſeu finibus omnibus. Itemque Almus cum Inſula Corſica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardonis, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regio, exinde in Mantua, atque in Monte Silicis, atque Provinciâ Venetiarum, & Iſtriâ, nec non & cunctum Ducatum Spoletanum, ſeu Beneventanum, una cum Eccleſia Sanctæ Chriſtianæ poſita prope * Papiam juxta Padum quarto milliario.

* Paduam.

Item in partibus Campaniæ Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, & Capuam, nec non Patrimonia ad poteſtatem, & Ditionem veſtram pertinentia, ſicuti eſt Patrimonium Beneventanum, & Patrimonium Neapolitanum, & Patrimonium Calabriæ ſuperioris & inferioris. De Civitate autem Neapolitana, cum Caſtellis, & Territoriis, & finibus, & Inſulis ſuis ſibi pertinentibus, ſicut ad eaſdem reſpicere videntur, nec non Patrimonium Siciliæ, ſi Deus noſtris illud tradiderit manibus. Simili modo Civitatem Caietam, & fundum cum omnibus earum pertinentiis.

Inſuper offerimus tibi, beate Petre Apoſtole, Vicarioque tuo Domno Joanni Papæ & Succeſſoribus ejus, pro noſtræ animæ remedio, noſtrique Filii, & noſtrorum parentum, de proprio noſtro Regno Civitates & Oppida cum Piſcariis ſuis, id eſt, Reatam, Amiternum, Furconem, Nurſiam, Baluam, & Marſim, & alibi Civitatem Interamnem cum pertinentiis ſuis.

Has omnes ſupradictas Provincias, Urbes, Civitates, Oppida, & Caſtella, Viculos, & Territoria, ſimulque & Patrimonia pro remedio animæ noſtræ, & Filii noſtri, ſive parentum noſtrorum, ac Succeſſorum noſtrorum, & pro cuncto à Deo conſervato, atque conſervando Francorum Populo, cum dictæ Eccleſiæ tuæ, beate Petre Apoſtole, & per te Vicario tuo ſpiritali Patri noſtro Domno Joanni ſummo Pontifici, & univerſali Papæ ejusque Succeſſoribus, usque ad finem ſæculi, eo modo confirmamus, ut in ſuo detineat Jure, Principatu atque Ditione. ANNO 962.

Simili modo per hoc noſtræ Delegationis pactum confirmamus Donationes, quas piæ recordationis Domnus Pippinus Rex, & poſtea Domnus Carolus excellentiſſimus Imperator, beato Petro Apoſtolo ſpontanea voluntate contulerunt: nec non & cenſum vel penſionem ſeu cæteras dationes quæ annuatim in Palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant, ſive de Tuſcia ſive de Ducatu Spoletano, ſicut & in ſupraſcriptis donationibus continetur, & inter ſanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & Domnum Carolum Imperatorem convenit, quando idem Pontifex eidem de ſupraſcriptis Ducatibus, id eſt, Tuſcano, & Spoletano, ſuæ auctoritatis præceptum confirmavit: eo ſcilicet modo, ut annis ſingulis prædictus cenſus ad partem Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli perſolvatur: ſalva ſuper eoſdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem & Filii noſtri ſubjectione. Cæterum ſicut diximus omnia ſuperius nominata, ita ad veſtram partem per hoc noſtræ Confirmationis pactum roboramus, ut in veſtro permaneant jure, Principatu atque Ditione, & neque à nobis, neque à Succeſſoribus noſtris per quodlibet argumentum, ſive machinationem in quacunque parte veſtra poteſtas imminuatur; aut à vobis inde aliquid ſubtrahatur de ſupraſcriptis videlicet Provinciis, Urbibus, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, Viculis, Inſulis, Territoriis, atque Patrimoniis, nec non & penſionibus, atque cenſibus: ita ut neque nos ea facturi ſimus, neque quibuslibet ea facere volentibus conſentiamus. Sed potius omnium, quæ ſuperius leguntur, id eſt Provinciæ, Civitates, Urbes, Oppida, Caſtella, Territoria, & Patrimonia, atque Inſulæ, Cenſusque, & penſiones ad partem Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli, atque Pontificum in Sacratiſſima illius Sede reſidentium, nos in quantum poſſumus, defenſores eſſe teſtamur, ad hoc, ut ea in illius Ditione, ad utendum, & fruendum, atque diſponendum firmiter valeant obtineri, ſalva in omnibus poteſtate noſtra, * & filii noſtri, poſterorumque noſtrorum, ſecundum quod in pacto, & Conſtitutione, ac promiſſionis firmitate Eugenii Pontificis, Succeſſorumque illius continetur, Id eſt:

* *Et filii noſtri, poſterorumque noſtrorum.* ces mots manquent dans la Copie de *Goldaſt.*

Ut omnis Clerus, & univerſa Populi Romani Nobilitas, propter diverſas neceſſitates, Pontificum irrationabiles erga Populum ſibi ſubjectum aſperitates retundendas, Sacramento ſe obligent: quatenus futura Pontificum Electio (quantum uniuscujusque intellectus fuerit) canonice & juſte fiat; & ut ille qui ad hoc Sanctum, atque Apoſtolicum regimen eligitur, nemine non conſentiente, conſecratus fiat Pontifex, priusquam talem in præſentia Miſſorum noſtrorum, vel Filii noſtri, ſeu univerſæ generalitatis, faciat promiſſionem pro omnium ſatisfactione atque futura conſervatione, qualem Domnus, & venerandus ſpiritalis Pater noſter Leo ſponte feciſſe dignoſcitur.

Præterea alia minora huic operi inſerenda providimus, videlicet, ut in electione Pontificum, neque liber neque ſervus, ad hoc venire præſumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per Conſtitutionem Sanctorum Patrum antiqua admiſit conſuetudo aliquod faciat impedimentum.

Quod ſi quis contra hanc noſtram Conſtitutionem ire præſumpſerit, exilio tradatur.

Inſuper, ut nullus Miſſorum noſtrorum cujuscunque impeditionis argumentum componere in præfatam electionem audeat, prohibemus. Nam & hoc omnimodis inſtituere placuit, ut qui ſemel ſub ſpeciali defenſione Domni Apoſtolici, ſive noſtra fuerint ſuſcepti, impetrata juſte utantur defenſione. Quod ſi quis quemquam illorum, qui hoc promeruerunt violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ eſſe incurſurum.

Illud etiam confirmamus, ut Domno Apoſtolico juſtam in omnibus ſervent obedientiam, ſive Ducibus, ac Judicibus ſuis ad juſtitiam faciendam. Huic enim inſtitutioni hoc neceſſario annectendum eſſe perſpeximus, ut Miſſi Domni Apoſtolici ſeu noſtri ſemper ſint conſtituti, qui annuatim nobis, vel Filio noſtro renuntiare valeant, qualiter ſinguli Duces, ac Judices Populo juſtitiam faciant. Hanc Imperialem Conſtitutionem quomodo obſervent, qui Miſſi, decernimus, ut primum cunctos clamores, qui

ANNO 962. bus per negligentiam Ducum, seu Judicum fuerint inventi, ad notitiam Domni Apostolici deferant. Et ipse unum è duobus eligat, aut statim per eosdem Missos fiant ipsæ necessitates emendatæ, aut misso nostro nobis renuntiante per nostros Missos à nobis directos emendentur.

Hoc ut ab omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris firmum esse credatur, propriæ manus signaculo, & Nobilium Optimatum nostrorum subscriptionibus hoc pactum Confirmationis nostræ roboravimus & Bullæ nostræ impressione obsignari jussimus.

✠ Signum Domni Ottonis Serenissimi Imperatoris, ac suorum Episcoporum Abbatum, & Comitum.
* Archi Episcopi. ✠ Signum Adalgagi Hammaburgensis Ecclesiæ * Episcopi.
✠ Signum Hartberti Curiensis Ecclesiæ Episcopi.
✠ Signum Druogonis Osnaburgensis Ecclesiæ Episcopi.
✠ Signum Votonis Argentinensis Ecclesiæ Episcopi.
✠ Signum Otuuini Hildesheimensis Ecclesiæ Episcopi.
✠ Signum Landwarti Mindonensis Ecclesiæ Epis.
✠ Signum Otgeri Nemetinensis Ecclesiæ Epis.
✠ Signum Gezonis Tortonensis Ecclesiæ Epis.
✠ Signum Hucberti Parmensis Ecclesiæ Episcopi.
✠ Signum Widonis Mutinensis Ecclesiæ Episcopi.
✠ Signum Attonis Fuldensis Monasterii Abbatis.
Signum Guntharii Hersfeldensis Monasterii Abbatis.
Signum Cherharti Comitis.
Signum Guntharii Comitis.
Signum Burgharti Comitis.
Signum Utonis Comitis.
Signum Cronratis Comitis.
Signum Ernustes.
Signum Thielheris, Richdages, Liupen, Harthwiges, Arnolves, Ingilthies, Burchartes, Retinges.

Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, mense Februarii decimo tertio die ejusdem, anno verò Domini Ottonis Imperii invictissimi Imperatoris vigesimo septimo, facta est hæc Pactio feliciter.

X.

992. 19 Juillet. *Privilegium* OTTONIS III. *Romanorum Imperatoris pro* VENETIS. *Datum* 14. *Kal. Augusti Anno Domini* 992. *Regni sui IX. Indictione V.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. 3. pag. 311.]

OTto Dei favente clementia Rex. Ob petitionem & interventum honorandæ nostræ aviæ, Adeleidæ Augustæ, & pro statu ac incolumitate sacri Imperii, concessimus; Ne in riparum legibus, & transitibus aliquid novi statueretur: ut servi capti redderentur: ut bona Ecclesiæ Gradensis, & aliarum, itemque Monasteriorum posita in Regno, atque illis in Urbibus, Castris, montibus, campis, nemoribus, aquis, aquarum ductibus, molendinis, piscationibus, & venationibus, à Venetis ante triginta annos possessa, quiete tenerent, & amissa recuperarent. Ut nullus Princeps aliquem Venetorum coercere, aut fodrum exigere, aut banno mulctare posset. Lauretum, quo usque aqua salsa pertineret, in eorum potestate maneret. Dat. XIV. Kal. Augusti, Indictione V. Anno Domini DCCCCXCII. anno vero Regni nostri nono.

XI.

1013. 6 Juillet. *Investitura* BENEDICTI *Papæ VIII. pro* WIDONE *Abbate Beatæ Mariæ Virginis in* POMPOSA *de certis Terris in* MASSECELLA *&* MASSA *aliisque locis in territorio* COMACHIENSI *sitis, sub censu annuo trium argenteorum solidorum. Datum pridie Nonas Julii Pontificatus sui Anno II. Indictione XI.* [Produit & publié de la part de la Cour de Rome en 1709. dans le livre intitulé: *Il Dominio della Sede Apostolica sopra Comacchio.* pag. 280.

ANNO 1013. BENEDICTUS Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto in Domino Filio Widoni Religioso Presbitero & Monacho, atque Coangelico Abbati venerabilis Monasterii Sanctæ & Superexaltatæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ Dominæ nostræ, quod dicitur in Pomposa, tuisque Successoribus Abbatibus, vestræque almæ Congregationi perhenniter in perpetuum. Cum magna nobis sollicitudinis insistat cura, pro universis Dei Ecclesiis ac piis Locis vigilandum, ne aliquam necessitatis jacturam sustineant, sed magis propriæ utilitatis stipendia consequantur: Ideo convenit nos pastorali tota mentis aviditate eorumdem venerabilium Locorum maximæ rationabilitatis integritatem procurare, & sedulæ eorum utilitati subsidia illico conferre, ut Deo nostro omnipotenti id, quod ejus Sancti Nominis honore, gratia, & laude, atque gloria ejus Divinæ Majestatis iisdem venerabilibus nos certum est contulisse Locis; sicque acceptabilem nobis cum ad ejus locupletissimam misericordiam, dignam hujusmodi pii operis in fideriis conferatur arcibus remunerationem. Igitur quia petistis à nobis quatenus ex nostrûm largitate nostroque dono, concederemus vestræ Religiositati in Massecella, quæ vocatur Materaria, & in Massa, quæ dicitur Caput Bovi, terram & vineam, sicuti modo vos tenetis a JURE BEATI PETRI APOSTOLI, necnon & ripam Fluminis Alemonis juxta Massam, quæ dicitur Prata extendentem ipsa ripam à Bigacciolo usque ad Campobedulli, & terram & vineam juxta muros Civitatis cum Turre umbratica in integrum; & Massam integram, quæ vocatur Lacus Sanctus, cum omnibus rebus & pertinentiis suis, cum Plebe & Capellis ac Titulis ipsius, vocabulo Sanctæ Mariæ & Sancti Martini, Sancti Petri, Sanctique Venantii cum Piscaria quæ vocatur Tidini & Fossa Archipresbiteri, & Piscaria quæ vocatur Falce, cum Loco qui dicitur Monticello, Laci fico cum ripis Fluminis Padi, & Gauri ex utrisque partibus usque ad Mare, & à Loco Concæ Agathæ ex una parte usque in Mare cum Loco integro, qui dicitur Masinzatica inter affines de toto Loco ac Territorio Massæ, quæ vocatur Lacus Sanctus. Ab uno latere Fossa Molendini de Volta Lateroli descendente in Aquiliolo, & à Fluvio Tribba usque in Helliam, & per Paludem usque mediam Curbam, ultraque Curbam usque Padum, & ultra Padum usque Gazium Episcopi Sanctæ Comaclensis Ecclesiæ, indeque Fluvium, qui vocatur Cesi. Ab alio latere Curso descendente in Concâ Agatulæ, & per ipsam in Gaurum. A tertio latere Palude, quæ pergit inter Rivum Angeli & Masinzaticæ usque Monticello, & Vederosa currente in Padum. A quarto latere Vacolino, & Argere malo, & Cale de Vincareto pergente in Laterolum. Insuper concedimus vobis Piscariam integram, quæ vocatur Volanum cum Rivo Baderino & Gavalina, majore ad ipsam Piscariam pertinente, cum Porticellis ex utrisque partibus, sicut olim intraverunt in Mare, eidem similiter pertinentibus. Cuncta prædicta Loca cum omnibus suis integritatibus, ac pertinentiis, quantum SANCTÆ ROMANÆ, cui, Deo Auctore, præsidemus ac deservimus, pertinere videtur ECCLESIÆ, vobis ad tenendum, emissa præceptione, concedimus, inclinati precibus vestris per hujus Præcepti seriem prædicta cuncta Loca cum omnibus suis integritatibus & pertinentiis, ut super legitur, à præsenti XI Indictione vobis, vestrisque Successoribus in perpetuum concedimus detinendum; ita sane ut a vobis, vestrisque Successoribus singulis quibusque annis, PENSIONIS NOMINE rationibus in Sanctæ nostræ Ecclesiæ ✠ tres ✠ ARGENTEI SOLIDI, difficultate postposita, persolvantur, omnemque, quam indigent. . . . . vel sine dubio curante, efficiatur; nullæque præterea ad dandum, annuæ PENSIONIS, à vobis moræ proveniant, sed ultro ACTIONARIIS Sanctæ nostræ Ecclesiæ PERSOLVANTUR. Statuentes quippe Apostolica Censura ex auctoritate B. Petri Apostolorum Principis, sub divinæ obtestationis & anathematis interdictionibus, ut nulli unquam nostrorum Successorum Pontificum, vel aliæ cuilibet magnæ parvæque Personæ, ipsa prænominata Loca à potestate & ditione vestra, vestrorumque Successorum ac vestri Monasterii auferre, vel alienare quoquo-modo liceat. Si quis autem temerario ausu, magna parvaque Persona, contra hunc nostrum Privilegium agere præsumpserit, sciat se anathematis vinculo esse innoda-

tum,

ANNO 1013. tum, & è Regno Dei alienum, & cum omnibus Impiis æterno incendio, ac supplicio condemnatum. At verò qui pio intuitu custos & observator hujus nostri Privilegii extiterit, gratiam, & misericordiam, vitamque æternam à misericordissimo Domino nostro consequi mereatur in sæcula sæculorum, Amen. Scriptum per manum Benedicti Regii Notarii & Scriniarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in Mense Julio, Indictione undecima.

BENE VALETE.

Datum Prid. Non. Julii per manus, Dei gratia, Benedicti Episcopi S. Silvæ Candidæ Ecclesiæ, & Bibliothecarii Sanctæ Apostolicæ Sedis, anno, Deo propitio, Pontificatus D. N. Benedicti SS. S. VIII. PP. anno secundo, Ind. prædicta XI. Mense Julio, die sexto.

XII.

1014. *Confirmatio* HENRICI II. *Romanorum Imperatoris omnium Donationum & Privilegiorum, a Prædecessoribus suis* PIPINO *Rege*, CAROLO MAGNO, LUDOVICO *pio*, OTTONE I. *&* OTTONE *Filio ejus B.* PETRO *& S. Sedi Apostolicæ concessorum, salvâ in omnibus Dominatione Imperiali; ubi etiam de modo Pontifices Romanos eligendi, atque Justitiam Romæ administrandi juxta Pactum Confirmationis* OTTONIS I. *de novo constitutum est.* * [BARONII *Annales Ecclesiast.* Tom. XI. sub ann. 1014. pag. 47. num. 7. d'où cette Pièce a été tirée. On la trouve aussi dans *Conciliorum Collectio Regia* Tom. 25. pag. 276. dans PHILIPPI LABBEI *Concil. Collectio* Tom. 9. pag. 814. & dans GOLDASTI *Constitutiones Imperiales* tom. 1. pag. 217. Le même en ses *Statuta & Rescripta* pag. 42.]

PRIVILEGIUM HENRICI IMP. CONCESSUM R. E.

IN nomine [d] Domini Dei [d] Omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti. [d] Ego Henricus Dei gratia Imperator Augustus spondeo atque promitto per hoc Pactum Confirmationis nostræ, tibi beato Petro Principi Apostolorum [d] & clavigero Regni Cælorum, & per te Vicario [d] tuo [d] Donno Benedicto summo Pontifici [d] & universali Papæ, sicut à Prædecessoribus vestris usque nunc in potestate vestra, ac ditione tenuistis, & disposuistis, Civitatem Romanam cum Ducatu suo, & Suburbanis, atque Viculis omnibus, & Territoriis ejus, montanis, ac maritimis Litoribus, ac Portubus, seu cunctis Civitatibus, Castellis, Oppidis, [d] ac Viculis Tusciæ [d] partibus, id est Portum, Centumcellas, [d] Ceram, Bledam, [d] Maturianum, Sutrium, Nepem, Castellum [d] Gallicense, Orthem, Polimartium, [b] Ameriam, [d] Tudam, Perusiam cum tribus Insulis suis, id est, [b] majorem & minorem, Pulvensim & Lacu, Narniam & Utriculum, cum omnibus Finibus & Territoriis, ad supradictas Civitates pertinentibus; nec non & Exarchatum Ravennatem sub integritate, cum [d] Urbibus, Civitatibus, [d] Oppidis & Castellis, quæ piæ recordationis [abc] Dominus Pipinus, & Dominus Carolus, & Dominus Ludovicus, & Otto, & itidem Otto Filius ejus, Prædecessores videlicet nostri beato Petro Apostolo, & Prædecessoribus vestris jamdudum per Donationis [d] paginam contulerunt, hoc est Civitatem Ravennam, & Aemiliam, Bobium, Cesenam, Forum [cd] Populi, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, [d] Comiaclum, [d] Adrianis atque Gabellum cum omnibus Finibus, Territoriis atque Insulis, Terra Marique ad supradictas Civitates pertinentibus: simul & Pentapolim, videlicet Ariminum, [d] Pensaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, [d] Ausimum, Humanan, [d] Esim, Forum Sempronii, Montem Feltri, Urbinum, & Territorium [d] Baluense, [c] Callem, Luciolis, & Eugubium cum omnibus Finibus ac Territoriis ad easdem Civitates pertinentibus. Eodem modo Territorium Sabinense, sicut à prædictis Imperatoribus Antecessoribus nostris beato Petro Apostolo per Donationis Scriptum concessum est sub integritate, & est in partibus Tusciæ Longobardorum, Castellum Felicitatis, Urbem veterem, Balneum Regis, [d] Ferrenti, Viterbium, Orthem, Martam, [d] Bledam, Tuscanam, Suanam, Populonium, [d] Rosselles, cum Suburbanis atque Viculis, & omnibus Territoritiis, ac maritimis Oppidis, seu Finibus omnibus. Itemque [c] Almus cum Insula Corsica in Suriano, deinde in Montem Bardonis, [d] deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regium, exinde in Mantua, atque in Monte Silicis, atque Provincia Venetiarum, & Istria, necnon & cunctum Spoletanum Ducatum, seu Beneventanum, unà cum Ecclesia Sanctæ Christinæ posita prope Papiam juxta Padum IIII Milliario. Item in partibus Campaniæ, [d] Sora, Arces, Aquinum, [d] Arpinum, Theanum, Capuam, necnon & Patrimonium ad Potestatem [d] & Ditionem vestram pertinentia, sicut est Patrimonium Beneventanum, & Neapolitanum, atque Patrimonia Calabriæ Superioris & inferioris. De Civitate autem Neapolitana cum Castellis & Territoriis, ac Finibus & Insulis sibi pertinentibus, sicuti ad [d] easdem aspicere [d] videntur: necnon Patrimonium [d] Siciliæ, si Deus nostris illud tradiderit manibus. Simili modo Civitatem Caietanam, & Fundum, cum omnibus earum pertinentiis. Super hoc confirmamus vobis [d] Fuldense Monasterium, & Abbatis ejus Consecrationem, atque omnia Monasteria, Curtes & Villas, quas in [d] ultramontanis partibus Sanctus Petrus habere dignoscitur, [d] absque Aterna, Vumiteringa, sive Vuilmbach, quæ à Sancti Petri Ecclesia per Conventionis paginam Episcopo nostro Babembergensi collatæ sunt: pro quibus sæpedictæ Ecclesiæ Sancti Petri transcribimus, concedimus, & confirmamus omnem illam Terram, [d] quæ inter Narniam [d] Teramnem, vel Spoletum ex Regni nostri parte habuimus. Sub Tuitione præterea Sancti Petri & vestra vestrorumque Successorum prætaxatum [abc] Episcopum Babembergensem offerimus, unde sub [d] pensionis nostræ Equum unum album phaleratum ex ejusdem loci Episcopo [d] vos annualiter susceptures [d] sancimus. Offerimus insuper, firmamus, & corroboramus tibi beato Petro ac Vicario tuo Donno Benedicto, & Successoribus ejus, prout bonæ mem. Papæ Joanni, suisque Successoribus à Prædecessoribus nostris Ottonibus [bc d] factum, Civitates & Oppida cum Piscariis suis, Reatem, Amiternum, [d] Furconem, Nursiam, Balvam, & Marsiam, & alibi Civitatem Teramnem cum pertinentiis suis. Has omnes supradictas Provincias, Urbes & Civitates, Oppida atque Castella, Viculos ac Territoria, simulque Patrimonia pro statu Regni [d] nostri, cunctoque Christianorum Populo conservando jam dictæ Ecclesiæ tuæ beate Petre, Vicarioque tuo Benedicto ac Successoribus ejus, usque in finem Sæculi eodem modo confirmamus, ut in suo detineant Jure, [d] Principatu, atque Ditione. Simili modo per hoc nostræ Delegationis Pactum confirmamus Donationes, quas piæ recordationis Pipinus Rex, & postea Donnus Carolus excellentissimus Imperator, ac deinceps Ottones piissimi beato Petro Christi Apostolo spontanea voluntate contulerunt; necnon & Censum, [bcd] vel Pensionem, seu ceteras [b] Donationes, quæ annuatim in [abc] Palatio Regis [d] Longobardorum inferri solebant, sive de Tuscia, sive de Ducatu Spoletano, sicut in suprascriptis Donationibus continetur, [d] & inter Sanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & Donnum Carolum Imperatorem convenit, quando idem Pontifex [d] eidem de supradictis Ducatibus, id est, Tuscano, & Spoletano suæ auctoritatis Præceptum confirmavit, eo scilicet modo, ut annis singulis prædictus Census ad partem Ecclesiæ Sancti Petri persolvatur, salva super eosdem Ducatus nostra in omnibus Dominatione, & illorum ad nostram partem subjectione. Ceterum sicut diximus, omnia suprascripta nomina ita ad vestram partem per hoc nostræ Confirmationis Pactum [d] corroboravimus, ut in vestro permaneant Jure, Principatu, atque Ditione, & neque à nobis, neque à Successoribus nostris per quodlibet argumentum, sive machinationem in quacumque parte vestra Potestas imminuatur, aut à [bd] vobis inde aliquid subtrahatur. De supradictis verò Provinciis, Urbibus, Civitatibus, Oppidis, Castris, Viculis, Territoriis, ac Patrimoniis, necnon & Pensionibus, atque Censibus, ita ut nec nos facturi simus, neque [d] à quibusliber ea facere volentibus consentiamus, sed potiùs omnia, quæ supe-

ANNO 1014.

d Ferenti Castrum. d Pledam, d Roscellas,

c Alunis, d seu alimentis. d deest.

d Sitam, d deest. d nostram, & ditionem.

d Ecclesiam. d videntur & tenentur: d in Sicilia.

d Fundense.

d Ultramarinis. d atque Amensua, Umixringa,

d quam d Interamnem &c.

a b c Episcopium. d nostræ pensionis debitor. d annualiter nos. d Sanximus.

b c d factum est. d Furconium.

d deest.

d deest.

b c d & b Dationes, abe Palatium. d deest.

d deest.

d pro tempore de suprascriptis.

d corroboramus.

b d nobis.

d deest.

d Paginam gratiam. c d Pompilii. d Comaclum, d deest.

d Pisaurum, d Anximum, d Esium, d Balnense, ac Baluelsem, c Callis, Tuccolos.

* La Date manque à ce Diplome. *Baronius* le range sous l'an 1014. & croit qu'il fut donné à Rome au même tems que cet Empereur y fut couronné, avec l'Imperatrice *Cunegunde* sa femme; c'est-à-dire vers le mois de Mars. Les leçons diverses qu'il y a mises en marge, sont à considerer. Elles marquent les differences des Exemplaires dont il s'étoit servi. *Vetustissimus illud*, dit-il, *cum quatuor diversis Manuscriptis atque ita ob nonnulla, in quibus variant distinximus, ut A. Codicem Cencii Camerarii, B. Volumen Privilegiorum Romanæ Ecclesiæ, C. Autographum molis Hadriani, D. nostrum Manuscriptum denotet.* (DUM.)

ANNO 1014.

superiùs leguntur, id est Provinciæ, Civitates, Urbes, Castella, Oppida, Terræ, Patrimonia atque Insulæ, Censusque & Pensiones ad partem Ecclesiæ beati Petri [d] Apostoli, atque Pontificum, in sacratissima Sede illius residentium, nos in quantum possumus, Defensores esse [abc] teneamur, ad hoc ut eam illi Ditionem ad [d] utendum; atque disponendum firmiter valeant obtinere, salva in omnibus Potestate nostra, Posterorumque nostrorum, secundum quod in Pacto & Constitutione, ac promissionis firmitate Eugenii Pontificis, Successorumque illius continetur, ut omnis Clerus & universi Populi Romani Nobilitas propter diversas necessitates, & Pontificum irrationabiles erga Populum sibi subjectum asperitates retundendas Sacramento se obliget, quatenus futura [d] Pontificum Electio, quantum uniuscujusque Intellectus fuerit, canonicè & justè fiat, & ut ille, qui ad hoc [bc] Sanctum Regimen eligetur, nemine [d] consentiente consecratus fiat Pontifex, priusquam talem in præsentia Missorum nostrorum, seu universæ Generalitatis faciat promissionem pro omnium satisfactione, ac futura conservatione, qualem Donnus & venerandus Spiritualis Pater noster Leo sponte fecisse dignoscitur. Præterea alia minora huic Operi [bc] inferendum prævidimus, videlicet, ut in Electione Pontificum neque Liber, neque Servus ad hoc venire præsumat, ut illis Romanis quos ad hanc Electionem per Constitutionem Sanctorum Patrum [d] antiqua admisit Consuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quòd si quis contra hanc nostram [bc] Institutionem venire præsumpserit, exilio tradatur. Insuper etiam, ut nullus Missorum nostrorum cujuscumque impeditionis argumentum componere audeat in præfatam Electionem, prohibemus: nam & hoc omnimodo instituere placuit, ut qui semel sub [bcd] Spirituali Defensione Donni Apostolici, sive nostra fuerint susceptι, impetrata justè utantur defensione. Quòd si quis in quemquam illorum, qui hoc promeruerunt, violare præsumpserit, sciat se periculum vitæ suæ esse [bcd] incursum. Illud etiam confirmamus, [d] ut Donno Apostolico justam in omnibus servent obedientiam, seu Ducibus, & Judicibus suis, ad faciendam justitiam. Huic enim Institutioni [d] hoc necessariò annectendum esse perspeximus, ut Missi Donni Apostolici, seu nostri semper sint constituti, qui annuatim nobis renuntiare valeant, qualiter singuli Duces ac Judices Populo justitiam faciant. Hanc Imperialem Constitutionem quomodo observent, qui Missi, decernimus ut primùm cunctos clamores, qui per negligentiam Ducum, vel Judicum fuerint inventi, ad notitiam Donni Apostolici deferant, & ipse unum è duobus eligat, aut statim per eosdem [d] Missos fiant necessitates emendatæ, aut Misso nostro nobis renuntiante per nostros Nuntios à nobis directos emendentur. Hoc ut ab omnibus Fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, [d] & [c] vestris firmum esse credatur, propriæ manus [b] Signaculo hoc Pactum Confirmationis nostræ roboravimus, & [c] Sigilli impressione assignari jussimus.

a tenemur.
b c testamur.
d deest.
d deest.
b c Regimen Apostolicum.
d contrariante.
b c inferenda.
d aliqua.
b c Constitutionem.
b c d speciali.
b c d incursurum.
d in Domino.
d deest.
d Nuntios.
d deest.
c nostris.
b Signaculo, & Nobilium Optimatum nostrorum subscriptionibus.
c Sigilli nostri.
d Romani.
d Erkinbaldi Maguntinensis.
d Ecclesiæ Apostolicæ.
d Apostolicæ.
d Subditus servus.
d Matelinus Vuirtemburgensis Episcopus servus
d deest.
d Rodonardus.
d Joldaricus.
d Adelbertus.
d Verdunensis.
d deest.
d Ricaldi Faldensis.
b Fuldensis Abbatis.
d Brucardi.
d deest.
a b c deest.
d Vulponis.
d Conradi.
d deest.
d Boybonis.

✠ Signum Donni Henrici gloriosissimi [d] Romanorum Imperatoris Augusti.
Signum [d] Erchandildi Maguntini Archiepiscopi.
Signum Heriberti Coloniensis Archiepiscopi.
Signum Bobonis Trevirensis Archiepiscopi.
Signum Thiederici Metensis Episcopi.
Ego Eberhardus Bambergensis [d] Ecclesiæ Episcopus [d] Romanæ Sedis [d] Subditus subscripsi.
Ego [d] Mazelinus Vuirceburgensis Episcopus subscripsi.
[d] Ego Vualterius Spirensis Episcopus subscripsi.
Ego [d] Ricordardus Constantiensis Episcopus subscripsi.
Ego [d] Zodalricus Curiensis Episcopus subscripsi.
Ego [d] Adalberus Basiliensis Episcopus subscripsi.
Ego Hemmo [d] Vuerdunensis Episcopus subscripsi.
[d] Ego Vualter Heichstedensis Episcopus subscripsi.
Signum [d] Richardi [b] Fuldensis.
Signum Arnoldi Herfendensis Abbatis.
Signum [d] Bruardi Abbatis.
Signum Gottifridi Ducis.
[d] Signum Beringardi Ducis.
[d] Signum Thiederici Ducis.
[abc] Signum Simonis Comitis.
Signum [d] Velphonis Comitis.
Signum Cunonis Comitis.
Signum [r] Kunzadi Comitis.
Signum Ottonis Comitis.
[d] Signum Adilbrahtis Comitis.
[d] Bobonis Comitis.
Signum Frederici Comitis.
Signum Bezelini Comitis.
Signum Ezonis Comitis Palatini.
Signum Frederici Camerarii.
Signum [ac] Ezonis [d] in Fercore.
Signum [a c d] Heunzonis Pincernarii.
Signum [d] Huzis.
[d] Alimunbereger.
Adilman.
Adilbero.
Ego [abd] Vuicelinus Astrazburgensis Episcopus.
Signum [abd] Ryodhois Fluvanensis Abbatis.

ANNO 1014.

a c Mezonis.
d infertorum
a c Heimo.
d Eunponis.
d Huctis.
d Alumnum
Roriger.
abd desunt.

Ejusdem Confirmationis aliud Exemplum, vel potius Fragmentum satis diversum, quod tamen DOMINICUS SEGNERUS *affirmat se descripsisse ex Originali asservato in Æliа Arce. Videatur ejus* Opus Dei admirabile *in* Bibliotheca Pontificia *Tom.* X. *pag.* 106.

IN Nomine Domini Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego Henricus Dei gratia Imperator Augustus, spondeo, atque promitto per hoc Pactum Confirmationis Nostræ Tibi B. Petro Principi Apostolorum, & Clavigero regni Cælorum, & per Te Vicario Tuo Domino Benedicto Summo Pontifici & universali Papæ, sicut à Prædecessoribus vestris usque nunc in potestate vestra & Ditione retinuistis, & dispositis Civitatem Romanam cum Ducatu suo & Suburbanis, & Vinculis omnibus, & Territoriis ejus Montanis, ac Maritimis Littoribus, ac Portubus, seu cunctis Civitatibus, Castellis, Oppidis, ac Vinculis Tusciæ partibus, id est portum Centumcellas, Ceram, Bledam, Maturanum, Surium, Nepem, Castellum, Gallesium, Northen, Polymartium, Ameriam, Tudam, Perusiam, cum Insulis suis, id est, Majorem & Minorem, Picluensem, & Lacum, Narniam & Utriculum, cum omnibus finibus & Territoriis ad supradictas Civitates pertinentibus, necnon & Exarchatum Ravennatem sub integritate Urbibus & Civitatibus, Oppidis & Castellis, quæ piæ record. D. Pipinus, & D. Carolus, & D. Ludovicus, & Otto, Prædecessores videlicet nostri, Beato Petro Apostolo, & Prædecessoribus vestris jam dudum per Donationis Paginam contulerunt, hoc est Civitatem Ravennam, & Ameliam, Bobium, Cesenam, Forum Pompilii, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comiachum, atque Gabellum, cum omnibus finibus, Territoriis atque Insulis terra, marique ad supradictas Civitates pertinentibus; simul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Pisaurum, Fanum, Senagalliam, Anconam, Auximum, Numan, Æsim, Forum Sempronii, Montem Feretri, Urbinum, & Territorium Balvense, Callem, Luculos, & Eugubium, cum omnibus finibus ac Territoriis ad easdem Civitates pertinentibus. Eodem modo Territorium Habinense, sicut à prædictis Imperatoribus Antecessoribus nostris B. Petro Apostolo per Donationis Scriptum concessum est sub integritate, & est in partibus Tusciæ Longobardorum Castellum Felicitatis. Urbem Veterem, Balneum, Viterbium, Nortem, Martam, Bledam. Tuscanam Populonium, Rosellas cum Suburbanis, atque Viculis, & omnibus Territoriis ac Maritimis Oppidis, seu finibus omnibus; Itemque Almum cum Insula Corsica in Suriano: deinde in Montem Bardonii, deinde in Verceto, exinde in Parma, deinde in Regium, exinde in Mantua, atque in Monte Silicis, atque Provincia Venetiarum, & Istria, nec non & cunctum Spoletanum Ducatum, ac Beneventanum, una cum Ecclesia Sanctæ Christinæ posita prope Paduam juxta Padum quarto Milliario. Item cum Campaniæ partibus Soræ, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam, nec non & Patrimonium ad Potestatem & Ditionem vestram pertinentia, sicut est Patrimonium Beneventanum, & Neapolitanum, atque Patrimonium Calabriæ Superioris & Inferioris. Civitatem autem Neapolitanam cum Castellis & Territoriis, ac finibus & Insulis sibi pertinentibus, necnon & Patrimonium Siciliæ, si Deus nostris illud tradiderit manibus, simili modo Civitatem Cajetanam, & fundum cum omnibus earum pertinentiis super hoc vobis Fuldense Monasterium, & Abbatis ejus Consecrationem, atque omnia Monasteria, Urbes & Villas, quas in Ultramontanis partibus S. Petrus habere dignoscitur absque Aterna, Vumiteringa, sive Wilmbach, alias Wilombruch, quæ à S. Petri Ecclesia per Conventionis paginam Episcopo Nostro Bambergensi collata sunt, pro quibus præ-

ANNO 1014. prædictæ Ecclesiæ S. Petri transcribimus, concedimus & confirmamus omnem illam Terram, quæ inter Narniam, & Spoletam ex Regni nostri partibus habuimus subjectione. Præterea S. Petri, & vestra, vestrorumque Successorum, præsentatum Episcopum Bamberg. offerimus, unde sub pensionis nostræ equum unum album phaleratum ex ejusdem loci Episcopo vos annualiter susceptures sancimus; Offerimus insuper, firmamus & corroboramus Tibi B. Petro, ac Vicario Tuo D. Bonifacio, & Successoribus ejus, prout bon. mem. Papæ Joanni, suisque Successoribus, à Prædecessoribus Nostris Ottonibus factum, Civitates & Oppida cum Piscariis suis Reatem, Amiternum, Furcorum, Nursiam, Balvam & Marsiam, & alibi Civitatem Teramnem cum Pertinentiis suis, has omnes supradictas Provincias, Urbes, & Civitates, Oppida atque Castella, Viculos & Territoria, simulque Patrimonia pro statu Regni Nostri, cunctoque Christianorum Populo conservando jam dictæ Ecclesiæ tuæ, B. Petro Vicarioque tuo Bonifacio, ac successoribus ejus usque in finem sæculi, eo modo confirmamus Donationes, quas piæ record. Pipinus Rex, postea D. Carolus Excellentissimus Imperator ac deinceps Ottones piissimi B. Petro Christi Apostolo spontanea voluntate contulerunt, nec non & censum vel pensionem, seu cæteras Donationes, quæ annuatim in Palatio Regis Longobardorum inferri solebant, sicut de Thuscia, sive Ducatu Spoletano, sicut in suprascriptis Donationibus continetur, & inter Sanctæ mem. Adrianum Papam & D. Carolum Imperatorem convenit, quando idem Pontifex eidem de supradictis Ducatibus, id est Tuscano, & Spoletano suæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo scilicet modo, ut annis singulis prædictus Census ad partem Ecclesiæ B. Petri persolvatur, salva super eisdem Ducatibus nostra in omnibus Donatione & illorum ad nostram partem subjectione. Cæterum, sicuti diximus, omnes suprascriptas Donationes ita ad vestram partem per hoc nostrum Confirmationis Pactum corroboravimus, ut in vestro permaneant jure, Principatu atque Ditione, sine machinatione a quacunque parte vestra potestas imminuatur, aut à vobis inde aliquid subtrahatur. De supradictis verò Urbibus, Civitatibus, Oppidis, Castris, Vinculis, Territoriis, ac Patrimoniis, nec non & pensionibus atque Censibus, ita ut nec nos facturi simus, neque quibuslibet ea facere volentibus consentiamus, sed potius omnia quæ superius leguntur, id est Provinciæ & Civitates, Urbes, Castella, Oppida, Terræ, Patrimonia, atque Insulæ, & Pensiones ad partem B. Petri Apostoli, ac Pontificum in sacratissima Sede illius residentium nos inquantum possumus Defensores esse teneamur, ad hoc ut eam Ditionem ad utendum atque disponendum firmiter valeant obtinere.

XIII.

1023. 2 Decembre. HEINRICI *Romanorum Imperatoris Præceptum, quo ad sedandum inveteratas Contentiones, homicidiaque inter Episcopum* Wormatiensem, *& Abbatem* Laurishamensem, *ac utriusque Ecclesiæ Familias perpetrata, sub pœna sublationis cutis & capillorum, ac combustionis maxillarum, severissimè prohibet, nè quis deinceps alterius domum infringat, aut eum oppugnet. Datum in Triburia regia villa 4. Non. Decembris anno* 1023. [FREHERI Germanicarum rerum Scriptores. pag. 74.]

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Heinericus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, notum facio omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus tam præsentibus quam & futuris, qualiter assidua proclamatio nostras aures inquietabat ob inveteratas & frequentes contentiones, & ob inmarcidas inimicitias, quæ semper erant inter Wormaciensem Episcopum, & Laurishamensem Abbatem & inter familias utrarumque Ecclesiarum, quæ jam in tantum convaluerunt, ut etiam innumerabilia inter se fierent homicidia, & in hoc maximum detrimentum utraque pateretur Ecclesia: Quapropter cum consilio meorum fidelium id ordinare disposui, quomodo tantæ discordiæ temerariam præsumptionem inter utramque Ecclesiam & earum familias nunc & inposterum aut omnino dissolverem aut impunitam non relinquerem. Imprimis præcepi & ad hoc peragendum meos nuncios misi, ut omnis injustitia, quæ jam per multa tempora ex utraque parte incorrecta remanserat, ab Advocatis illorum utrimque pleniter corrigeretur, & de hinc prævideant, ne talia apud illos sic invetereſcant, & si aliqua nova contentio inter illos exorta fuerit, volo, ut conveniant, & quam citissime possint, corrigant, & ne talis ac tantæ seditionis audacia sine digna ultione inter utrasque familias post remaneret, per hujus Cartulæ præceptum istud constitui Decretum. Siquis ex familia S. Petri Wormacienſis aliquem ex familia S. Nazarii, vel e contrario aliquis ex familia S. Nazarii quemquam servorum S. Petri insequitur, & ausu temerario & armata manu aliquem ad occidendum; vel ad deprædandum, ejus Curtem sive ejus domum infregerit, & eum oppugnaverit. Et si ille aut aufugerit, vel quoquo modo ab ejus potestate sive impugnatione se liberaverit, aut si forte domi non fuerit, illi qui hujus audaciæ & invasionis Dux & Princeps fuerit, tollantur capilli & corium, & insuper in utraque maxilla ferro ad hoc facto etiam candenti bene carexetur & comburatur, reliqui ejus sequaces cute, & capillis priventur. Si autem ibi occiditur, omnes qui hujus homicidii vel invasionis participes sunt, cute & capillis perditis supradicta combustione signentur, ac Werigeldum occisi Domino suo auctor homicidii persolvat, & cum proximis ejusdem interfecti reconciliationem faciat, & in quocumque loco aliquis ex utraque familia ab utrisque innocens occiditur, homicidia supradictæ sententiæ subjaceat. Hanc Vindictam & illud meum Constitutum Advocatus, in cujus Advocatione hoc evenerit, cum scientia Episcopi & Abbatis in præsentia Nunciorum utrorumque fideliter adimpleat. Si vero Advocatus aut mercede conductus, aut gratia commotus, aliqua calliditate hæc Decreta avertere voluerit, gratia nostra & Advocatione carebit, nisi super sacras reliquias hoc jurare audebit, quod eum qui homicidii seu invasionis illius reus est, nusquam acquirere possit, tamen quam citissime poterit acquirat, & si homicida ex familia Episcopi est; & Advocatus eum acquirere non potuerit, tamen quam citissime poterit acquirat, vel si noluerit, fideles Abbatis, si possint illum acquirant, & prædictam pœnam præsentibus Nunciis utrorumque repræsentent. Similiter fiat ex parte Episcopi.

Et de servientibus Episcopi & Abbatis illud constituimus, ut siquis illorum tale aliquid fecerit, prædictæ pœnæ subjaceat vel 10. Libris denariorum redimatur. Unum autem est, quod volo, jubeo, & firmiter præcipio, ut rem semel bene ac recte definitam nullus revocare vel iterare audeat.

Si autem prædictus Episcopus aut Abbas hoc Decretum annullare cupiat, mihi vel meo successori duas libras auri persolvat; conatum tamen suum nequaquam perficiat. Et ut hæc Constitutio stabilis inconcussaque permaneat, Sigilli nostri impressione hanc Cartam insigniri jussimus. Signum Domini Heinerici Romanorum Invictissimi Imperatoris Augusti. Guntherius Cancellarius vice Arribonis Archicapellani recognovi.

Datum IIII. Non: Decemb. Indict. VI. anno Dominicæ Incarnat. MXXIII. anno Domini Heinrici Secundi regnantis XXIII. Imperii autem anno X. Actum in Triburia, Regia Villa. Amen.

XIV.

PAX *Publica in Conventu Alsatico sub* HEINRICO *III. Nigro Imperatore Augusto instituta, ut putatur, Hagenoæ Anno Domini* 1051. [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. 2. pag. 47.] ANNO 1023. 1051.

NOTUM sit omnibus pacem cupientibus, qualiter Alsatienses cum suis Primatibus subnotatam Pacis editionem, juxta Comprovincialium suorum Decretum, conjuravere; & conjuratam perpetuo, prout homini licet, in hunc modum confirmavere.

1. Pacem verò præcipuè & semper ubique; omnibus Ecclesiis, & earum atriis; Pacem Clericis omnibus, & fœminis, mercatoribus, venatoribus, & causa orationis transeuntibus, & agricolis dum operantur in agris, vel in agrum exeuntibus, vel redeuntibus.

2. Hujus autem condictionis observantiam in dies & in tempora considerate distributam, à vespera scilicet quartæ feriæ usque ad ortum Solis feriæ secundæ, & in legitimis Vigiliis, & in canonizatis Sanctorum festivitatibus, & in quatuor Jejuniorum temporibus, & ab Adventu Domini usque ad octavam Epiphaniæ, & à Septuagesima usque ad octavam Pentecostes, ita jure jurando sanxere, ut nullus in hujus condictionis ter-

ANNO 1051.

mino arma ferat, exceptis necessariò transeuntibus, exclusis omnibus publicis Regiæ Majestatis hostibus.

3. Quicunque autem in prænominatis diebus & temporibus aliquem suum * Conjuratorem aut rapina, aut incendio, aut captivitate, aut aliqua temeraria præsumptione infra curtis aut domus ipsius conseptum aut conclave invaserit, aut aliquem ad sanguinis effusionem temerè percusserit: Liber capitali summa puniatur; Servus autem manu privetur.

* i. e. Confœderatum, h. e. juramenti hujus fœdere conjunctum, Eydgenoß.

4. Si quis hujus conditionis reum occultaverit, vel occultatum aufugere fecerit, ipse rei damnationi subjaceat.

5. Et quisquis favore vel aliqua hostili occasione Conjuratores suos injustè acclamaverit, vel temerè evocaverit, & liber & servus præfata damnatione puniatur.

6. Et si quis aliqua intentione quasi reus acclamatus fuerit, & ipse innocentiæ suæ expurgationem appellaverit, liber vel personatus serviens, si infra patriam est, post septem dierum inducias cum totidem suæ comparitatis testibus: plebejus autem & minoris testimonii rusticus, aquæ frigidæ se expurget judicio.

7. Si quis ficli unius aut duorum pretii furtum aut prædam fecerit, * corium cum capillis perdat. Si secundò vel tanti vel quinque siclorum furtum vel rapinam fecerit, manu privetur. Si tertiò, absque omni dubietate suspendatur.

* Videndus Cujacius ad Constit. Frider. de pac. publ. lib. 1. feud. ubi hunc locum adducit.

8. Si autem publica Imperatoris expeditione, aut conditionali excitati fuerint acclamatione, tribus diebus proprio pergant victu: si autem iter prolixius fuerit, caballorum tantùm cibaria, & ad vescendum sumant necessaria, & nihil præter herbam, olera, poma, ligna, & quæ ad venatoria pertinent exercitia, tollere præsumant. Equi autem admissarii, quod vulgariter Stuot vocatur, & vineæ, & segetes, sub hac Pacis conditione perpetuò permaneant; nisi forte aliquis ad pascendum equum suum in transeundo indigeat, sumat quod in pascendo sufficiat, in via tamen publicè.

9. Quod quisque ante hujus conditionis Decretum aliquo vel proprietatis vel regiminis jure possedit, & nunc eodem jure possideat.

10. Si quis autem se se ab hujus Pacis sacramento subduxerit, aut juraſse falsò confessus fuerit, prænotato testium numero, prædictoque testimonii judicio, si infra hujus Decreti terminum conversari voluerit, affirmet. Et si affirmare noluerit, vel aliqua occasione contradixerit, aut conditionali legi subjaceat, aut discedens discedat.

11. Summoperè autem omnibus hujus Decreti invigilandum est & providendum autoribus, ne quid in hac conditione temerè agatur & sine discretione.

12. Ad hujus sacramentum juniores semper inducantur, vel etiam cogantur, hoc attendentes, quia quanto juniores, tanto negligentiores.

13. Et ne tam utile tamque sacrosanctæ Pacis Decretum odiosè negligatur, à Sacerdotibus diligenter caveatur, & quia * Leonis Papæ banno sancitum est, cunctis Dominicis diebus constanter doceatur. Et semper in quartæ feriæ vespera, Dei Pacis adventus, ut oportet, cum sonitu campanarum publicè indicetur.

* Ejus nominis IX. qui fuit natione Alsatus, ex familia Comitum Dagsburgiorum.

XV.

1059. *Constitutio* Nicolai *Papæ II. de iis ad quos Electio Romani Pontificis pertinet. Edita in Concilio apud Lateranum habito. anno* 1059. [Ceremoniale Electionis Romani Pont. jussu Gregorii XV. editum pag. 16.]

In Nomine Domini Nostri Jesu Christi, & Salvatoris, ab Incarnationis eius anno millesimo quinquagesimo nono, mense Aprili, Indictione duodecima, præpositis sacrosanctis Evangeliis, præsidente quoque Reverendiss. ac Beatissimo Papa Nicolao in Basilica Lateranensis Patriarchii, quæ cognominatur Constantiniana: considentibus etiam Reverendissimis Episcopis, Abbatibus, Presbyteris, Diaconibus, idem venerabilis Pontifex auctoritate Apostolica decernens de electione Summi Pontificis inquit. Novis Beatitudo vestra, dilectissimi Fratres, & Coepiscopi, inferiora quoque membra non latuit, defuncto bonæ memoriæ D. Stephano prædecessore nostro, hæc Apostolica Sedes, cui auctore Deo servio, quot adversa pertulerit, quot denique per simoniacæ hæresis trapezitas repetitis malleis, crebrisque tunsionibus subjacuit: adeò quidem, ut columna Dei viventis iam penè videretur nutare, & sagena summi Piscatoris, procellis intumescentibus cogeretur in naufragii profunda submergi, unde si placet Fraternitati vestræ, debemus auxiliante Deo futuris casibus prudenter occurrere, & ecclesiastico statui, ne recidiva, quod absit, mala prævaleant præcavere.

ANNO 1059.

Electio Papæ pertinet in primis ad Cardinales Episcopos, qui Metropolitani vice funguntur, deinde ad clericos Cardinales, reliquusque Clerus, & Populus consensum tantùm electioni præstant.

§. Quapropter instructi Prædecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atque statuimus, ut obeunte huius Romanæ Ecclesiæ universalis Pontifice, in primis Cardinales Episcopi diligentissimè simul de electione tractantes, mox Christi Clericos Cardinales adhibeant, sicque reliquus Clerus, & Populus ad consensum novæ electionis accedant, nimirum præcaventes, ne venalitatis morbus aliqua occasione surrepat, & ideo religiosissimi viri præduces sint in promovenda Pontificis electione, reliqui autem sequaces. Certus verò, atque legitimus hinc electionis ordo perpenditur, si perspectis diversorum Patrum regulis, sive gestis, etiam illa Beati Leonis Papæ Prædecessoris nostris sententia, recolatur. Nulla, inquit, ratio sinit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprovincialibus Episcopis cum Metropolitani judicio consecrati; sed quia Sedes Apostolica cunctis in Orbe terrarum præfertur Ecclesiis, atque ideò super se Metropolitanum habere non potest; Cardinales Episcopi proculdubio Metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum Antistitem, ad Apostolici culminis apicem provehant consecrandum.

Eligi debet Papa de gremio Ecclesiæ Romanæ si reperitur idoneus, alioquin ex alia Ecclesia eligendus est.

§. Eligatur autem de ipsius Ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus, vel si de ipsa non invenitur, ex alia sumatur; salvo debito honore, & reverentia dilecti filii nostri Henrici, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator Deo concedente speratur, & jam sibi concessimus, sicut successoribus illius, qui ab hac Apostolica Sede personaliter hoc jus impetraverint.

Si non potest ob impedimenta eligi Papa in Urbe, potest alibi à Cardinalibus, & aliis, de quibus supra, licet paucis eligi.

§. Quòd si pravorum, atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, syncera, atque gratuita fieri in Urbe non possit electio, Cardinales Episcopi cum religiosis Clericis, catholicisque laicis, licet paucis, jus potestatis obtineant eligendi Apostolicæ Sedis Pontificem, ubi congruerit.

Si electus Papa ob impedimenta, de quibus hic, non potest inthronizari, nihilominus est verus Papa, & potest regere Ecclesiam Romanam, & de omnibus facultatibus ejus disponere.

§. Planè postquam electio fuerit facta, si bellica fuerit tempestas, vel qualiscunque hominum conatus, malignitatis studio restiterit, ut is, qui electus est, in Apostolica Sede juxta consuetudinem inthronizari non valeat: electus tamen sicut verus Papa obtinet auctoritatem regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius, quod beatum Gregorium ante suam consecrationem cognovimus fecisse.

Electus Papa contra formam hujus Decreti, punitur ut hic cum suis fautoribus.

§. Quòd si quis contra hoc Decretum nostrum synodali sententia promulgatum, quasi per seditionem, vel præsumptionem, aut quoliber ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit, auctoritate divina, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, & fautoribus & sequacibus à liminibus Sanctæ Ecclesiæ separatus abjiciatur, sicut Antichristus, & invasor, & destructor totius Christianitatis, nec aliqua super hoc ei audientia reservetur, sed ab omni ecclesiastico gradu in quocunque fuerat prius sine retractatione deponatur, cui quisquis adhæserit, vel qualemcumque tan-

quam

ANNO 1059. quam Pontifici reverentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententia sit mancipatus, quòd si quis hujus nostræ Sanctæ Decretalis Sententiæ temerator extiterit, & Romanam Ecclesiam sua præsumptione confundere, & perturbare contra hoc Statutum tentaverit; perpetuo anathemate, & excommunicatione damnetur, & cum impiis qui non resurgent in Judicio, reputetur, Omnipotentis iram contra se sentiat, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, quorum Ecclesiam præsumit confundere, in hac vita, & in futura; furorem sentiat; fiat habitatio illius deserta; & in tabernaculis suis non sit, qui inhabitet: fiant filii ejus orphani, & uxor eius vidua, commotus commoveatur ipse, & filii eius mendicent, & ejiciantur de habitationibus suis; scrutetur etiam fœnerator omnem substantiam ejus; & diripiant alieni labores ejus: Orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa sint ei contraria, & omnium Sanctorum quiescentium merita illum confundant.

Observatoribus hujus Decreti, Papa precatur Dei gratiam, & peccatorum veniam.

§. Observatores autem hujus nostri Decreti, Omnipotentis gratia protegat, & auctoritas beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ab omnium peccatorum vinculis absolvat.

XVI.

1061. 1 Decembre. *Decretum* BEATRICIS *Duciſſæ, quæ fuit* GOTTIFREDI *Ducis Conjux, &* MATHILDIS *Comitiſſæ mater; quo probatur his temporibus,* FLORENTIA *Imperatori & Imperio paruiſſe. Dat. Kal. Decembris anno Domini* 1061. *Indictione XV.* [Nova eaque plena Assertio Juris; quod Cæsar. Maj. ac S. Imperio in magnum Tusciæ competit Ducatum *In append.* Pag. 63. Ex MS.]

DUM in Dei nomine, in Civitate Florentia, intus Palatium de domu S. Joannis in Judicio residebat Dna. BEATRIX Duciſſa & Marchioniſſa, uxor GOTTIFREDI gloriosiſſimi Ducis ad causas audiendas ac deliberandas intentiones ad vicem supra dicti Viri sui; residentibus cum ea Willelmus, qui Bulgatello vocatur; & Wido Comites Rothericis; & Ugo; & Gotefredus; & Petrus, & alius Petrus Judices, & Winibaldus qui Saracino vocatur filio b. m. Aezite; Alberico filio b. m. Joannis & Uberto filio b. m. item Uberti & Alberto filio b. m. Rodotsi, & Paganus filio b. m. Rolandi, & Ugo filio idem Ugonis, & Ildebrandus filio b. m. Gherardi & Rainerius filio Germizi & Theuderico filio Ildebrandi, & Wido filio Cunimundi, & reliqui plures ibique in eorum, & prædictorum præsentia PETRUS Abbas de Ecclesia, & Monasterio Beatissimæ S. MARIAE sita in Civitate FLORENTIA, una cum Wido Advocato suo, & eidem Ecclesiae, & ceperunt dicere, habemus & tenemus, ad proprietatem & partem de supradicta Ecclesia & Monasterio S. MARIAE, integram una sorte, & res, quæ posita in loco, qui vocatur Mannozie, sicut recta est per Joannem Presbyterum, & Azo & Benedicto & Raimberto, & per eorum Consortes, una cum terris, vineis, hortis, & Dominicatis & Massaritiis, & universis rebus ad ipsam sortem sunt pertinentes, & sunt infra Territoria Plebium S. Mariae sita Ciliuaccolo, & S. Petri in Mercato; si est ullus homo qui adversum nos ad partem supradictae Ecclesiae & Monasterii aliquid exinde agere, aut causare vel intentionare mittere vult, parati sumus cum eo in ratione standum, & per legem finiendum, & quod plus est, quaerimus vestri mercede, ut vos faciatis pro Dei timore, & Animae DNI. REGIS, & vestrae remedium, ut mittatis BANNUM super nos, & super praenominatam sortem, & res, ut supra legitur, ad partem supradictae Ecclesiae, & Monasterii; & tunc ipsa BEATRIX Ductrix per consolationem supradictorum Judicum per FUSTEM, quem sua detinebat manu, misit bannum Domini REGIS supra praedictum Abbatem, & Advocatum ejus, & super jam dictam sortem, & res, qualiter supra leguntur ad partem jam dictae Ecclesiae & Monasterii S. MARIAE in Mancusos aureos duo millia, ut nullus quislibet homo, magna parvaque persona, jam dictum Abbatem & Advocatum ejus, vel eorum successores ad partem praenominati Monasterii de praenominata sorte, & rebus, sicut superius legitur, audeat eos divestire sine REGALI judicio. Qui hoc vero fecerit, praedictos duo millia Mancusos aureos compositurum se cognoscat, medietatem CAMERAE DNI. REGIS, & medietatem supra dicto ABBATI, & ADVOCATO ejus ad partem supradicti Monasterii, & de suis Rectoribus, & futura ostensione fieri ammoverunt. Quod quidem & ego Joannes Notarius ex jussione praedictae BEATRICIS Ductricis, . . . & Judicum admonitione scripsi An. ab Incarn. Dni. LXI. post mille Kal. Decembris, Indictione XV. ANNO 1061.

ROTECHERIUS *Judex interfui.*
UGO *Judex Domni Imperatoris interfui.*
PETRUS *Judex Sacri Palatii interfui.*

XVII.

Juramentum Fidelitatis a RICHARDO *Principe Capuæ,* GREGORIO VII. *Papæ præſtitum.* [BARONIUS Annales Eccleſiaſt. Tom. XI. ſub An. 1073. pag. 425. num. 56. d'où l'on a tiré cette Piece qui ſe trouve auſſi dans *Collectio Regia Conciliorum.* Tom. 26. pag. 37. PHILIPPI LABBEI, & dans GABR. COSSARTII Conciliorum Collect. Tom. 10. col. 23.] 1073. 24. Sept.

EGO Richardus Dei Gratia & Sancti Petri Capuæ Princeps, ab hac hora & deinceps, ero fidelis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & Apostolicæ Sedi, & tibi Domino meo Gregorio universali Papæ. In consilio, vel in facto, unde vitam aut membrum perdas, vel captus sis mala captione, non ero. Consilium quod mihi credideris, & contradixeris, ne illud manifestem, non manifestabo ad tuum damnum, me sciente. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tibique adjutor ero ad tenendum & acquirendum & defendendum regalia Sancti Petri, ejusque Possessiones recta fide contra omnes homines & adjuvabo te, ut secure & honorifice teneas Papatum Romanum, Terram Sancti Petri; & Principatus nec invaderé nec acquirere quæram, nec etiam deprædari præsumam absque tua tuorumque Successorum, qui ad honorem Sancti Petri intraverint, certa Licentia præter illam quam tu mihi concedes, vel tui concessuri sunt Successores. Pensionem de Terra Sancti Petri, quam ego teneo, & tenebo, sicut statutum est, recta fide studebo, ut illam Sancta Romana annualiter habeat Ecclesia. Omnes quoque Ecclesias quæ in mea persistunt Dominatione cum earum possessionibus, dimittam in tuam potestatem, & defensor illarum ero ad fidelitatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Regi vero Henrico cum à te admonitus fuero, vel à tuis Successoribus jurabo fidelitatem; salva tamen fidelitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & si tu vel tui Successores ante me ex hac vita migraverint, secundum quod monitus fuero à melioribus Cardinalibus & Clericis Romanis & laicis adjuvabo, ut Papa eligatur & ordinetur ad honorem Sancti Petri. Hæc omnia suprascripta observabo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & tibi recta fide: & hanc fidelitatem observabo tuis Successoribus ad honorem Sancti Petri ordinatis, si mihi firmare voluerint investituram à te mihi concessam. Actum Capuæ, VIII. Kalendis Octobris, Indictione Duodecima.

XVIII.

Epistola GREGORII *VII. Papæ ad* SALOMONEM *Regem Ungarorum, ut pro Regno suo, quod à Teutonicorum Rege accepit, Sedem Apostolicam recognoscat. Datum Romæ 5. Kal. Novemb. Indictione XIII.* [BARONIUS, Annales Eccles. Tom. X. ſub An. 1073. pag. 455. num. 62.] 1074. 28. Octob.

GREGORIUS servus Servorum Dei Salomoni Regi Ungarorum salutem & Apostolicam Benedictionem. Litteræ tuæ ad nos tardè propter moram Nuntii tui allatæ sunt: quas quidem multò benigniùs manus nostra susceperisset, si tua in causa condicio non adeò beatum Petrum offendisset. Nam sicut à Majoribus patriæ tuæ cognoscere potes, Regnum Ungariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ proprium est, à Rege Stephano olim

ANNO 1074. lim B. Petro cum omni Jure & Poteſtate ſua oblatum & devotè traditum. Propterea Henricus piæ memoriæ Imperator ad honorem Sti. Petri Regnum illud expugnans, victo Rege & facta victoria, ad Corpus B. Petri Lanceam, Coronamque tranſmiſit, & pro gloria Triumphi ſui illuc Regni direxit Inſignia, quo Principatum dignitatis ejus attinere cognovit. Quæ cùm ita ſint, tu tamen in ceteris à regia virtute & moribus longè diſcedens, Jus & honorem S. Petri, quantum ad te, imminuiſti & alienaſti, dum ejus Regnum à Rege Teutonicorum, in beneficium (ſicut audivimus) ſuſcepiſti. Quod ſi verum eſt, qualiter gratiam B. Petri, & noſtram benevolentiam ſperare debeas, tu ipſe, ſi juſtitiam vis attendere, non ignoras, videlicet, te non aliter eam habiturum, nec ſine Apoſtolica animadverſione diù regnaturum, niſi ſceptrum Regni quod tenes, correcto errore tuo, Apoſtolicæ, non Regiæ Majeſtatis beneficium recognoſcas. Neque enim nos timore, vel amore, aut aliqua perſonali acceptione (quantum Deo adjuvante poterimus) debitum honorem ejus, cujus ſervi ſumus, jure quæſitum relinquemus. Verum ſi hæc emendare, & vitam tuam (ut decet Regem) inſtituere, & Deo miſerante adornare volueris: proculdubio dilectionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſicut Matris dilectus Filius, & noſtram in Chriſto amicitiam plenè habere poteris. Datum Romæ quinto Kal. Novemb. Indictione Decimatertia.

XIX.

1076. *Dictata* GREGORII VII. *Papæ admodum notabilia ſive Sententiæ breviores de Poteſtate Pontificiâ.* [BARONIUS, Annales Eccleſ. Tom. XI. ſub An. 1076. pag. 475. num. 24.

QUÒD Romana Eccleſia a ſolo Domino ſit fundata.

Quòd ſolus Romanus Pontifex jure dicatur univerſalis.

Quòd ille ſolus poſſit deponere Epiſcopos vel reconciliare.

Quòd Legatus ejus omnibus Epiſcopis præſit in Concilio, etiam inferioris gradus, & adverſus eos Sententiam depoſitionis poſſit dare.

Quòd abſentes Papa poſſit deponere] quòd enim in abſentem Regem & Epiſcopos Sententiam latam eſſe adverſarii quererentur; cùm tamen ipſi in abſentem Papam adeò portentoſa decreviſſent, ita voluit Pontifex declaraſſe: rurſum verò.

Quòd cum excommunicatis ab illo, inter cetera nec in eadem domo debemus permanere.

Quòd illi ſoli licet pro temporis neceſſitate novas Leges condere, novas plebes congregare, de Canonica Abbatiam facere, & è contra, divitem Epiſcopatum dividere, & inopes unire.

Quòd ſolus poſſit uti Imperialibus inſigniis.

Quòd ſolius Papæ pedes omnes Principes deoſculentur.

Quòd illius ſolius nomen in Eccleſiis recitetur.

Quòd unicum eſt nomen in mundo, *Papæ videlicet.*

Quòd illi liceat Imperatores deponere.

Quòd illi liceat de ſede ad ſedem neceſſitate cogente Epiſcopos tranſmutare.

Quòd de omni Eccleſia quocumque voluerit, Clericum valeat ordinare.

Quòd ab illo ordinatus alii Eccleſiæ præeſſe poteſt, ſed non militare, & quòd ab aliquo Epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere.

Quòd nulla Synodus abſque præcepto ejus debet Generalis vocari.

Quòd nullum Capitulum, nulluſque liber Canonicus habeatur abſque illius auctoritate.

Quòd Sententia illius à nullo debeat retractari, & ipſe omnium ſolus retractare poſſit.

Quòd à nemine ipſe judicari debeat.

Quòd nullus audeat condemnare Apoſtolicam Sedem appellantem.

Quòd majores cauſæ cujuſcumque Eccleſiæ ad eum referri debeant.

Quòd Romana Eccleſia numquam erravit, nec in perpetuum, Scriptura teſtante, errabit.

Quòd Romanus Pontifex ſi canonicè fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficitur Sanctus, teſtante Sancto Ennodio Papienſi Epiſcopo, ei multis Sanctis Patribus faventibus, ſicut in Decretis beati Symmachi Papæ continetur.

Quòd illius præcepto & licentia ſubjectis liceat accuſare.

Quòd abſque Synodali Conventu poſſit Epiſcopos deponere & reconciliare. ANNO.

Quòd Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Eccleſiæ. 1076.

Quòd à fidelitate iniquorum ſubjectos poteſt abſolvere] hactenus Gregorius de Privilegiis Romani Pontificis atque Apoſtolicæ Sedis.

XX.

HENRICI *Romanorum Regis Epiſtola ad Univerſæ S. Romanæ Eccleſiæ Clerum & Populum, Qua eos incitat & hortatur, quatenus* HILDEBRANDUM (*Papam* GREGORIUM VII. *ſic nuncupatum*) *deponant, aliumque communi Epiſcoporum Conſilio à ſe electum in Sedem Apoſtolicam recipiant.* CUM *Inſerta alia ejuſdem Regis Epiſtola ad dictum* HILDEBRANDUM *directa, qua ei omne Jus Papatus, Sedemque Apoſtolicam abrenuntiat.* [FREHERI Germanicarum rerum Scriptores pag. 122.]

HENRICUS Dei Gratia Rex, univerſæ S. Romanæ Eccleſiæ, Clero & Populo gratiam, ſalutem & omne bonum. Hæc fides firma & inconcuſſa creditur, quæ ſemper & eadem & præſenti ſervatur & abſenti, nec diuturna ejus cui debetur abſentia, nec longi temporis tædio immutatur: Quam talem vos nobis ſervare ſcimus, & gratias agimus, & ut eadem perſeveret petimus: videlicet, ut (ſicut facitis) amicis noſtris amici, inimicis noſtris inimici jugiter exiſtatis. Inter quos ſcilicet Hildebrandum Monachum notantes, vos in ejus inimicitiam excitamus, quod hunc & Eccleſiæ invaſorem & oppreſſorem & Romanæ Reip. vel Regni noſtri inſidiatorem comprehendimus, ut in ſubſequenti Epiſtola ſibi à nobis directa pernoſcere in promptu eſt.

HENRICUS Dei gratia Rex, Hildebrando. Quum hactenus ex te ea quæ patris ſunt exſpectarem, tibique in omnibus magna fidelium noſtrorum indignatione obedirem, percepi à te viciſſitudinem, qualem oportebat ab eo, qui vitæ Regnique noſtri perniciosiſſimus hoſtis eſſet. Nam quum inprimis omnem hæreditariam dignitatem, quæ mihi ab illa Sede debebatur, ſuperbo auſu rapuiſſes, longius inde progrediens Regnum Italiæ peſſimis artibus alienare tentaſti. Nec hac contentus in Reverendiſſimos Epiſcopos, qui nobis velut dulciſſima membra uniti ſunt, manum mittere non timuiſti, eoſque ſuperbiſſimis injuriis, acerbiſſimiſque contumeliis contra divina & humana jura, (ut ipſi ajunt) exagitaſti.

Quæ omnia, quum ego quadam patientia diſſimularem, tu hanc non patientiam ſed ignaviam æſtimans, in ipſum caput inſurgere auſus es, mandans quæ noſti ſcilicet (ut tuis verbis utar) Quod aut tu morereris, aut mihi animam regnumque tolleres. Hanc inauditam contumaciam ego non verbis ſed re confutandam dijudicans, generalem Conventum omnium Regni Primatum ipſis ſupplicantibus habui. Ubi quum ea quæ hactenus metu & reverentia tacebantur, in medium deducta fuiſſent, veris aſſentionibus illorum, quas ex ipſorum Litteris audies, palam factum eſt, te nullatenus in Apoſtolica Sede poſſe perſiſtere. Quorum Sententiæ quod juſta & probabilis coram Deo hominibuſque videbatur, ego quoque aſſentiens, omne tibi Papatus jus quod habere viſus es, abrenuncio atque ut & ſede Urbis, cujus mihi Patriciatus Deo tribuente, & jurato Romanorum aſſenſu debetur, deſtendas edico.

Hæc ſeries noſtræ Epiſtolæ ad Hildebrandum Monachum. Quam idcirco & vobis ſcripſimus ut & vobis noſtra voluntas, & nobis, imo Deo & nobis veſtra ſatisfaciat Caritas. Exſurgite igitur in eum fideliſſimi, & ſit primus in fide primus in ejus damnatione. Non aut ut ſanguinem ejus fundatis dicimus: (quippe quum major ſibi ſit poſt depoſitionem pœna vita, quam mors) ſed ut eum ſi nolit deſcendere, cogatis, & alium communi omnium Epiſcoporum & veſtro Conſilio à nobis electum in Apoſtolicam Sedem recipiatis, qui quid in Eccleſia vulneravit, curare, & velit, & poſſit.

XXI.

ANNO. 1076.

XXI.

Literæ Circulares HENRICI IV. *Romanorum Imperatoris ad Epiſcopos Imperio fideles ut ad Comitia Wormatienſia veniant audituri, & judicaturi cauſam* HILDEBRANDI *dicti* GREGORII VII. *Papæ.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales Tom. I. pag. 235. Le même en ſes *Statuta & Reſcripta Imperialia.* pag. 45. ſous l'an 1077.]

HENRICUS, Dei gratia Rex, gratiam, ſalutem, dilectionem non omnibus ſed paucis eandem. In maximis negotiis, maximis maximorum opus eſt conſiliis, qui & facultatem habeant exterius, & voluntate non careant interius, ut rei, cui bene cupiunt, bene conſulere, & velint & poſſint. Quia in cujuslibet profectu nec facultas ſine voluntate, nec voluntas ſine facultate proderit. Quod utrumque Tu N. fideliſſime, ut arbitramur, æqualiter poſſides: vel, ut veriùs dicamus, licet maximo tibi maxima non deſit facultas, major tamen adhuc maxima facultate, ſi bene te novimus, & fidem tuam diligenter notavimus, in noſtram & regni utilitatem exuberat voluntas. De præteritis enim fideliter exhibitis, in futuris creſcit ſpes fidelius exhibendis. Tuæ autem dilectioni committimus, ne ſpei noſtræ deſit fides tua, quia de nullius regni Principum vel Epiſcoporum fidelitate, quàm de tua, majora ſperamus: ſicut hactenus non modò in præteritarum rerum exhibitione, verùm etiam in ſperandarum promiſſione tua gaviſi ſumus. Adſit ergo in tempore hoc opportuno tua cum facultate voluntas, quam non modò noſtra, verùm etiam omnium Coëpiſcoporum fratrumque tuorum, immò totius oppreſſæ Eccleſiæ exoptat neceſſitas. Non enim hanc oppreſſionem ignoras, tantùm vide ne oppreſſæ Eccleſiæ ſolatium ſubtrahas, ſed Regno & Sacerdotio condoleas: quo utroque ſicut hucusque Eccleſia eſt exaltata, ita nunc heu humiliatur utroque viduata. Nam unus dum utrumque ſibi vendicavit, utrumque diſſipavit: nec in uno profuit, qui in neutro prodeſſe voluit nec potuit. Et ne diutius notati nomine te ſuſpendamus, accipe quem dicimus, Hildebrandum ſcilicet, Monachum quidem habitu, dictum Apoſtolicum, non Paſtoris cura ſed invaſoris violentia; Apoſtolicæ Sedi præſidentem, & de ſede Pacis Catholicæ, Pacis unicæ vinculum diſſipantem, ut tibimet ipſi in promptu eſt ſcire. Ut enim de pluribus pauca referamus, Regnum & Sacerdotium Deo neſciente ſibi uſurpavit in quo piam Dei ordinationem contempſit, qui non in uno ſed in duobus duo, id eſt Regnum & Sacerdotium principaliter conſiſtere voluit: Sicut ipſe Salvator in paſſione de duorum gladiorum ſufficientia typica intelligi innuit. Cui cum diceretur: *Domine, ecce duo gladii hic:* reſpondet, *Satis eſt;* ſignificans, hac ſufficiente dualitate ſpiritualem & materialem gladium in Eccleſia eſſe gerendum, quibus omne nocivum foret amputandum; videlicet Sacerdotali, ad obedientiam Regis pro Deo; Regali verò gladio, ad expugnandos & expellendos Chriſti inimicos exteriùs, & ad obedientiam Sacerdotii interiùs, omnem hominem docens fore conſtringendum, ut ita de alio in alium charitate tenderetur, dum nec Sacerdotii Regnum, nec Sacerdotium Regni honore privaretur. Hanc Dei ordinationem qualiter Hildebrandica confuderit inſania, tu ipſe noſti, ſi ſcire noviſti, vel voluiſti. Nam nullum ejus judicio licet eſſe Sacerdotem, niſi qui hoc à faſtu ſuo emendicaverit. Me quoque, quem Deus in Regnum, non autem illum vocavit ad Sacerdotium, quia me de Deo, & non de illo regnare velle vidit, quia ipſe me Regem non conſtituit, Regno privare ſtuduit, minitans Regnum animamque mihi ſe tollere, quorum neutrum conceſſit. Hæc & iis ſimilia quum ſæpius in noſtram, ut ipſe noſti, contumeliam ſtruxerit, non tamen adhuc ſufficere credit, qui de die in diem nova & exquiſita confuſionis genera nobis ingerit, ut in noſtris Nunciis noviter argumentum dedit. Nam charta exponere non ſufficit, qualiter eoſdem noſtros Nuncios tractaverit, quam indignis modis affecerit, quam crudeliter eos incarceraverit, & carceratos nuditate, frigore, fame, ſiti, ac plagis contriverit, ſicque demum ad exemplum per medium civitatis circumductos omnibus ſpectaculum præbere juſſerit, ita ut eundem cum Decio tyranno inſanire, & Sanctos aſſare credas & dicas. Unde ne pigeat, Chariſſime, communi noſtrum, ſcilicet meæ & Coëpiſcoporum tuorum, petitioni ſatisfacere, ut in Heptacoſten Wormaciam venias, & ibi plura, quorum pauca docet Chartula, cum centum Principibus audias, & quid agendum ſit doceas, rogatus per dilectionem Coëpiſcoporum, oratus per utilitatem Eccleſiæ, obligatus per vitæ noſtræ & Regni totius honorem. Valete. ANNO 1076.

Placitum plurium Epiſcoporum Imperialium, quorum nomina hic infra leguntur adverſus GREGORIUM *Papam VII. quo vehementer in eundem invecti tanquam Romanæ Eccleſiæ invaſorem, Signiferum Schiſmatis, Pacis perturbatorem perjurum, ſcandaloſum, eidem præſtare obedientiam in futurum recuſant, & Papatum ipſius nullum declarant.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales Tom. I. pag. 237. Le même en ſes *Statuta & Reſcripta* pag. 47.] 1076.

- Sigifridus Moguntinus
- Udo Trevirenſis — Archiepiſcopus
- Wilhelmus Trajectenſis,
- Herimannus Metenſis,
- Henrichus Leodienſis,
- Richardus Verdonenſis,
- Bibo Tullenſis,
- Huzmannus Spirenſis,
- Burcardus Halberſtadenſis,
- Wernherus Strasburgenſis,
- Burkhardus Baſilienſis,
- Otto Conſtantienſis,
- Adelbero Wirtzburgenſis,
- Rudbertus Babenbergenſis, — Epiſcopus
- Otto Ratiſponenſis,
- Elingardus Friſingenſis,
- Udalricus Eyſtettenſis,
- Fridericus Monaſterienſis,
- Eilbertus Mindenſis,
- Hezil Hiltinesheymenſis,
- Beno Oſneburgenſis,
- Eppo Neapolitanus,
- Imardus Paderbrunnenſis,
- Thiedo Brandenabrugenſis,
- Burckhardus Lofannenſis,
- Bruno Unenſis,

HILDEBRANDO Fratri &c. Cum primum Eccleſiæ gubernacula invaſiſſes, etſi bene nobis cognitum eſſet, quam illicitam & nefariam rem contra jus & fas familiari tibi arrogantia præſumpſiſſes, diſſimulanda tamen, diſpenſatoria quadam taciturnitate, tam vitioſa introitus tui exordia putavimus, ſperantes videlicet tam crimioſa principia conſequentis regiminis tui probitate & induſtria emendanda, & aliquatenus obliteranda. Verum nunc, ut lamentabilis univerſalis Eccleſiæ ſtatus clamat & deplorat, malis initiis tuis per pejores actionum decretorumque tuorum progreſſus, infœlici reſpondes tenore & pertinacia. Cum enim Dominus & Redemptor noſter, pacis & charitatis bonum quaſi ſingularem fidelibus ſuis characterem impreſſerit, cujus rei teſtimonia exiſtunt plura, quam ut epiſtolari brevitate comprehendi valeant: tu è contrario, dum prophanis ſtudes novitatibus, dum magis amplo quàm bono nomine delectaris, dum inaudita elatione diſtenderis, velut quidam ſignifer ſchismatis, omnia membra Eccleſiæ, quæ ſecundum Apoſtolum quietam & tranquillam vitam ante hæc tua tempora agebant, ſuperba crudelitate, crudelique ſuperbia laceraſti: flammasque diſcordiæ, quas in Romanam Eccl. diris factionibus excitaſti per omnes Eccleſias Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & Hiſpaniæ furiali dementia ſparſiſti. Sublata enim, quantum in te fuit, omni poteſtate ab Epiſcopis, quæ eis divinitus per gratiam Sp. S. qui maximè in ordinationibus operatur, collata eſſe dinoſcitur, omnique rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratione plebejo furori per te attributa, dum nemo jam alicui Epiſcopus aut Presbyter eſt, niſi qui hoc indigniſſima aſſentatione à faſtu tuo emendicaverit, omnem Apoſtolicæ inſtitutionis vigorem, illamque pulcherrimam membrorum Chriſti diſtributionem, quam Doctor gentium toties commendat & inculcat, miſerabili confuſione miſcuiſti: ſicque per hæc tua glorioſa Decreta (quod ſine lachrymis dici non poteſt) Chriſti ferè nomen periit. Quis autem illud pro indignitate rei non ſtupeat, quod novam quandam indebitamque potentiam tibi uſurpando arrogas, ut debita univerſæ Fraternitati jura deſtruas? Aſſeris enim, cujuscunque noſtrum Parrochiani aliquod delic-

ANNO 1076. delictum ad te vel ſola fama perveniat, ultra jam non habere quemquam noſtrum aliquam poteſtatem vel ligandi vel ſolvendi, præter te ſolum aut eum, quem tu ſpecialiter ad hoc delegeris. Quæ ſententia quòd omnem inſaniam excedat, quis in ſacris literis eruditus non videat?

Quia ergo per hos aliosque præſumptionum tuarum ſpiritus Eccleſiam Dei tam graviter periclitantem, imò ferè peſſundatam, diutiùs tolerare omni malo deterius judicavimus, placuit, ut communi omnium noſtrum conſilio tibi, quod hactenus tacuimus, innoteſcat, quamobrem nec modò poſſis, nec umquam potueris Apoſtolicæ Sedi præeſſe: Tu ipſe bonæ memoriæ HENRICO Imperatori teipſum corporali ſacramento obſtrinxiſti, quod numquam vivente ipſo Imperatore, aut filio ejus Domino noſtro glorioſo Rege, qui modo ſummæ rerum præeſt, Papatum aut ipſe ſuſciperes, aut alium, quantum in te eſt, ſuſcipere patereris, absque aſſenſu & laudamento vel patris, dum viveret, vel filii, dum ipſe viveret. Atque hujus ſacramenti ſunt hodie teſtes plerique Epiſcopi, qui hoc tunc & oculis ſuis vidcre & auribus audiere. Illud etiam recordare, quomodo tu ipſe aliquos ex Cardinalibus, cùm ambitio Papatus titillaret, ad tollendam æmulationem hac occaſione & conditione, ut ipſi hoc idem facerent, ſacramento te obligaſti, quod numquam Papatum habiturus eſſes. Utraque hæc ſacramentorum quam ſanctè, quam cautè obſervaveris, tu videris. Præterea cum tempore Nicolai Papæ Synodus celebraretur, in qua centum viginti quinque Epiſcopi conſederant, ſub anathemate id ſtatutum & decretum eſt, ut nullus unquam Papa fieret, niſi per electionem Cardinalium, & approbationem populi, & per conſenſum & authoritatem Regis. Atque hujus Conſilii ſeu Decreti tu ipſe author & perſuaſor ſubſcriptorque fuiſti. Ad hæc quaſi fœtore quodam graviſſimi ſcandali totam Eccleſiam repleſti de convictu & cohabitatione alienæ mulieris familiariori quam neceſſe ſit. In qua re verecundia noſtra magis quam cauſa laborat; quamvis hæc generalis querela ubique perſonuerit, omnia Judicia, omnia Decreta per fœminas in Sede Apoſtolica actitari, denique per hunc fœminarum novum Senatum totius Orbis & Eccleſiæ jura adminiſtrari. Nam de injuriis & contumeliis Epiſcoporum, quos fornicarios & filios meretricum, & cætera id genus indigniſſimè appellas, nulla querimonia ſufficit. Quia ergo & introitus tuus tantis perjuriis initiatus eſt, & Eccleſia Dei tam gravi tempeſtate per abuſionem novitatum tuarum periclitatur, & vitam per converſationem tuam tam multiplici infamia dehoneſtati, obedientiam, quam tibi nullam promiſimus, nec de cætero ullam ſervaturos eſſe, renuntiamus. Et quia nemo noſtrum, ut tu publicè declamas, tibi hactenus fuit Epiſcopus, ita tu quoque nulli noſtrum amodò eris Apoſtolicus.

Literæ ENGELBERTI *deſignati Epiſcopi* Treverenſis *quibus declarat ſe nullam amplius obedientiam præſtiturum* GREGORIO VII. *Papæ.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales Tom. I. pag. 236.]

FERRE Sententiam contra Apoſtolicum, non eſt tutum; imò inſanum & omninò nefarium, aliquid audere in illum, qui in vice ſancti Petri fungitur legatione ipſius Chriſti. Iſte autem, qui invaſit Sedem Apoſtolicam, qui inaudita elatione effertur, qui prophanis novitatibus ſtudet, amplo nomine delectatur, quem neque Chriſtianum appellem, quia non habet characterem, id eſt pacem & charitatem, quam Chriſtus ſuis militibus impreſſit, qua Chriſtus ſuos notavit: non occurrere contra hunc, non inſurgere, magnum ſanctæ Matris Eccleſiæ eſt periculum; & planè eſt contra Deum. Quis enim neſcit, ex hoc quaſi fonte omnis diſſenſionis, & capite omnis ſchismatis, excluſa pace Eccleſiæ, diſcordiam totius mundi emerſiſſe? Quis, inquam, non videt, per hunc quaſi ſigniferum, tantum ſanguinem mundi effuſum eſſe? De multis rationibus, qui non ſequitur Chriſtum, nequeo verè appellare Chriſtianum: ita certè nec Papam, quem video toties & tam manifeſtum homicidam. En bonus & ſanctus Papa, cujus conſiliis, cujus inſtinctu & ductu, membra Chriſti rot & tam perditis modis ſunt dilacerata. En bonus Paſtor, qui in illos tanta crudelitate graſſatur, pro quibus Chriſtus in cruce pependit, quos ipſe proprio ſanguine redemit. En verus Pontifex, & juſtus Sacerdos, qui ſicut dubitat, ſi illud quod ſumitur in Dominica menſa ſit verum corpus & ſanguis Chriſti, ita non pœnitentibus etiam ea, quæ juſtè fracta ſunt, condonat ſacramenta. Nihil certè ita eſt impium & nefarium, nihil ita deteſtabile & execrabile, quod ipſe curet, dum alios contra Regem armet; dum alios ad bellum, quod ipſe omnibus intendit, excitet. Inter has multiplices calamitates & miſerias, quas patitur & conqueritur ſancta Eccleſia, mihi quoque illata eſt ab eo tam ſuperba quàm violenta injuria. Cùm enim Treveris pari conſenſu tam Cleri quàm Plebis eſſem electus Epiſcopus, tamen eo impediente, nullam culpam obtendente, ferè per biennium conſecrationem obtinere non potui, omnibus ejusdem Eccleſiæ filiis & Suffraganeis intercedentibus, & inuſitatam ſuæ Metropoleos viduitatem multum querentibus. Nihil mihi profuit ſyncerus introitus, & legitima mea electio apud illum, nihil valuit conſona authoritas Epiſcoporum; & ſtudioſa loci interceſſio. Ut taceam mea, ut prætermittam privata: quia malus & non purus ejus introitus, quæ minatus eſt, pervenit ad perditiſſima exempla. Ne plus per hunc ſancta, quæ modò extremum trahit ſpiritum, periclitetur Eccleſia, ex me dico, quod nullam ei obedientiam poſthac ſervabo, nec meo judicio amplius ſedebit in loco & in vice ſancti Petri, quem ipſe non ſequitur obſtupenda abuſione novitatis ſuæ, & inauditi Decreti. ANNO 1076.

Literæ THEODORICI VERDUNENSIS *Epiſcopi ad Principes, Archiepiſcopos, & Epiſcopos Imperii, quibus ſignificat ſe adhærere Placito eorum contra* GREGORIUM *Papam VII. facto.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales Tom. I. pag. 236.]

REGNI noſtri perturbatio &, ut verius dicam, niſi Dominus avertat, proxima nimis annullatio, in maximum dolorem nos excitat, in lachrymas vocat, in miſerabilem querimoniam coram Deo & hominibus nos animat. Hildebrandus, qui dicitur caput, jam eſt cauda Eccleſiæ: qui fundamentum, jam detrimentum eſt Eccleſiæ. Hic diſpergit, qui dicebatur congregare: hic Eccleſiam odit, qui dicebatur diligere: jam uſque ad omnimodam hæreſim infirmat, qui dicebatur Eccleſiam Sanctam confirmare. O inaudita arrogantia hominis, ſupra omnem Eccleſiam in ſe gloriantis, ſupra omnem maliciam malè agentis, unitatem Eccleſiæ ſcindentis; quod inauditum eſt, Regnum & Regem Catholicum deſtruere præſumentis, impios juſtificantis, pios injuſtiſſimè damnantis, Decreta Patrum pervertentis, Regem adulterinum extollentis, Regem liberum & legitimum etiam cum memoria nominis Regii extinguere meditantis. Perjuria, fidelitatem dicit; fidem, ſacrilegium facit, imoque ab initio fuit mendax pater ejus, per omnia mentitur, & in omnibus veritati contradicit. Videat Deus & judicet: videte vos, & judicate. Hominem impium, hominem abominatum, membra Eccleſiæ ſubvertentem, caput noſtrum faceremus? Nos omni Eccleſiaſtico honore veriſſimè deſtituentem, patrem nobis conſtitueremus? Vita ſua illum accuſat, perverſitas damnat, obſtinatio maliciæ illum anathematizat. In qua re vobiſcum eſſe, vobiſcum facere, vobiſcum laborem ſubire, aſſenſum, conſilium, auxilium veſtrum non recuſo. De eligendo autem Pontifice, qui errata corrigat, qui deſtructa reſtituat, qui hujusmodi fortia confundat, Deo cooperante vobiſcum operabimur, Deo conſentiente vobiscum ſentiemus, & pro honore Eccleſiæ, & pro recuperatione Regis & Regni, in nullo vobis deerimus. Valete.

XXII.

Decretum Comitiorum Ticinenſium ab HENRICO IV. *Romanorum Imperatore nec non Epiſcopis ac Principibus Germaniæ, Galliæ & Italiæ contra* GREGORIUM VII. *Papam alias* HILDEBRANDUM *dictum, latum;* CUM *Inſinuatione per* RULANDUM *Sacerdotem Parmenſem memorato* GREGORIO *facta.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales Tom. III. pag. 314.] 1077.

HIldebrandus, qui ſe Gregorium nuncupat, primus ſine conſenſu noſtro adverſus Imperatoris Romani, rerum Domini à Deo conſtituti, voluntatem, contra morem majorum, contra leges, contra auſpicia, Pon-

ANNO 1077. Pontificatum maximum, quem pridem ambivit, & judicio convictus perpetuo abjuravit, invasit; Monachus desertor est, novis dogmatibus sacrosanctam Philosophiam adulterat, divinas Literas falso interpretando suæ cauſæ ſervire cogit, concordiam Collegii ſcindit, ſacra prophana, divina humana commiſcet, utraque juxta polluit. Diabolis, hoc eſt, acerbiſſimorum hoſtium ſpurciſſimis criminationibus, iniquorum maledictis autem commodat & credit. Teſtis, judex, accuſator, inimicus idem eſt. Maritos ab uxoribus ſeparat: ſcorta pudicis conjugibus, ſtupra, inceſtus, adulteria, caſto præfert connubio: populares adverſus Sacerdotes, vulgus adverſum Epiſcopos concitat. Neminem initiatum rite eſſe docet, niſi qui ab eo Sacerdotium emendicaverit: vili plebeculæ gratificari ſtudet, vulgi imperiti auram captat, ſimulata religione decipit, defraudat, circumvenit: in ſenatulo muliercularum de ſacratiſſimis Religionis myſteriis pertractat: ſupremi Numinis legem, qua ſe idem quoque ligavit, ſolvit: utrumque & Imperium & Pontificatum, ſicuti Decii & falſorum Deorum cultores factitare conſueverunt, uſurpat.

Haſce ob cauſas Sanctiſſimus Imperator, Pontifices, Senatus, Populusque Chriſtianus, illum Hildebrandum abdicandum, ſibi eundem non placere, neque oves lupo committendas cenſent. Huicque Decreto Germaniæ Galliæque, & Italiæ Epiſcopi ac Proceres, Conventu in hac regia Urbe Papia acto, ſubſcripſere, juraruntque, ſe nunquam Pontificem Maximum iſthoc nomine recepturos.

DECRETI APUD PAPAM INSINUATIO.

RUlandus Sacerdos Parmenſis Literas Imperatoris, & Concilii Decretum deferens, ædem ſacram, ubi Pontifex Gregorius cum Schiſmaticis ad Conciliabulum convenerat, ingreditur, & absque omni ſalutationis honore: Tibi, ad Hildebrandum, inquit, Cæſar noſter Chriſtianiſſimus, ſanctiſſimi Italiæ, Germaniæ, Galliæ Epiſcopi, & ſacer ordo Chriſtianus, præcipiunt, ut te munere, quod actu, pecunia, gratia occupaſti, confeſtim abdices. Nec enim fas eſt, in vitiis illis te adverſus authoritatem Imperatoris, contra Chriſtianæ Eccleſiæ Decretum, ovili Dei ultra incubare. Deinde ad cæteros verſus: Plentiſſimi, inquit, Fratres, Paſtorem jure veſtro deligite, deinde ſacratiſſimus Conſul, Tribunus & Princeps veſter more majorum authoriſiat.

XXIII.

(1) *Confirmatio facta ab* HENRICO IV. *Germaniæ Rege* UGONI *&* FULCHONI *Germanis* ACZONIS *Marchionis Filiis in ſtatus & res omnes, quas Marchio* Aczo *jure tenuit.* [LUD. ANT. MURATORI, delle Antichità Eſtenſi part. I. cap. 7. pag. 40.]

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus quartus divina favente clementia Rex. Si juſtis noſtrorum fidelium petitionibus pietatis noſtræ aures inclinaverimus, & eorum juſta deſideria Regali decentia compleverimus, & Regni gubernacula melius nos regere credimus, & eos fidelius in noſtra fidelitate perſeveraturos minime dubitamus. Quocirca omnium fidelium noſtrorum, tam futurorum quam præſentium, noverit induſtria, qualiter nos pro Patris noſtri, noſtræque remedio animæ, interventu quoque Gregorii Vercellenſis Epiſcopi Noſtri Dilecti Cancellarii, Ugoni & Fulghoni, Germanis, Aczonis Marchionis Filiis, omnes res, quæ ſunt poſitæ in Comitatu Gavelli, Rodigum Cedermano, Sarzano, Mardimago, & Comitatum, & Armaniam, & quicquid pertinet ad ipſum Comitatum. Abbatiam Burſedam, Abbatiam Vangaditiam. In Comitatu Patavienſi, Eſte, Arquada, Paſſo, Viguzolo, Suriſini, Villa Finale, Ancaranum, Carmegnano, Villa prænominata Merendola, Montem Geniture, Triblanum, Corrigia, Oleſia, Saletum, Milarina, Montagnana, Caſale, Altadura, Urbana, Merlaria, & omnes Arimanias, que ad iſtas Curtes pertinent. In Comitatu Ferrarienſe Manezo, Baniolo, Sanctum Martinum, Villa Comeda, Arquadam. In Comitatu Vicentino Colugana, Albaretum, Arcule. In Comitatu Veronenſi Inſula Morori (aut Majori) Summacampagnam (aut Campagnam) In Comitatu Briſienſi Caſale Majore, Videliana, Pomponeſco, Pangunedum. In Comitatu Cremonenſe, Sanctum Paulum. In Comitatu Parmenſe Soragnam, Pairolam, Bufcedum, Noxetum, Gunzanegulum Curtefella, Mairagum, Splelium. In Comitatu Lunenſe, Pontetremulum, Filateram, Caſteulo, Verugula, Mazucaſco, Venegla, Comanum, Panigalem, cum omni re Guidonis filii Dodonis, Abbatia Sancti Capratii, Martula, Abbatia Sancti Salvatoris in Linaria, Cervariam, Valeranam, Barderanam, Bucagnolam, Arcolam, Madragnanam, Ceulam, Monellam, Adarimum, Carcodamum, Vallem planam. In Comitatibus Aretino infra Civitatem, Lucenſi, Piſenſi, omnem terram quæ Obertenga vocatur. In Comitatu Placentino Abbatia Sancti Joannis de Vigulo, Caſtro Banciole, Sancto Martino in Strada. In Comitatu Mutinenſi, Solera, Herbera, Campo Galiano. In Comitatu Terdonenſi, Sale, Nazanum, Arquada. Et quicquid ipſe Marchio Aczo jure poſſider, & jure poſſidere debet; Et quicquid idem Marchio in omnibus ſupradictis Comitatibus, & locis jure tenet, & jure tenuit, Ugoni, & Fulghoni ſupradictis germanis ejuſdem Marchionis Aczonis Filiis, per noſtri præcepti traditionem, & Confirmationem concedimus, tradimus & confirmamus. Præcipimus igitur, ut nullus Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Caſtaldio, nulla prorſus noſtri Regni magna parvaque perſona prædictos germanos prædicti Marchionis Filios de omnibus prædictis rebus moleſtare, inquietare, diſveſtire, audeat, vel præſumat. Ubi autem aliquis, quod non credimus, hujuſcemodi præcepti paginam & confirmationem fregerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem noſtræ Cameræ, & medietatem præfatis germanis. Quod ut verius credatur, manu propria corroborantes, Sigillo noſtro infra ſigillari juſſimus.

ANNO 1077.

XXIV.

1079. *Lettre de* GUILLAUME le Conquerant *Roi d'Angleterre au Pape* GREGOIRE VII. *au ſujet de l'Hommage & Fidelité que ce Pape vouloit qu'il fit de ſa Couronne au Saint Siége Apoſtolique.* [FR. D'EUDEMARE, Hiſtoire du Roi WILLAUME le Baſtard. Ann. 1079. pag. 431.]

WILLAUME, *par la grace de Dieu, Roi d'Angleterre & Duc de Normandie. Au tres excellent Paſteur de la Sainte Egliſe,* GREGOIRE, *ſalut & amitié.*

Votre Legat Hubert Pere religieux venant à moi de votre part, m'auroit admoneſté, que je vous rendiſſes, & à vos Succeſſeurs l'honneur de l'Hommage & Fidelité du Regne d'Angleterre & que je me diſpoſaſſes d'une entiere affection à vous envoyer la pecune que mes Predeceſſeurs avoient accoûtumé adreſſer à l'Egliſe Romaine. De ces deux points je lui en ai accordé un; je n'ai admis l'autre; je n'ai pas voulu (dis-je) rendre cet Hommage & cette Fidelité demandée, comme encore je ne veux pas la rendre, à raiſon que je n'ai pas jamais promis cela, & ne treuves pas que mes Predeceſſeurs y ayent eſté obligez par promeſſe à aucun de vos Anteceſſeurs. Pour ce qui eſt de la pecune, elle a eſté aſſez négligement recueillie ces trois ans derniers que je me voyois être en France: mais rendu & revenu maintenant par la divine grace en ce Royaume, ce qui eſt ja recueilli vous yra à Rome par voſtre Legat; & ce qui reſte encore à recueillir, vous ſera fait tenir par les Legars de noſtre fidele Archeveſque Lanfranc quand il ſera tems. Priez Dieu pour nous, & pour l'Eſtat de noſtre regne, car nous aurions eu vos Predeceſſeurs en grande affection, & vous deſirons ſur tout ſincerement affectionner, comme encore humblement recevoir vos Admonitions & Avertiſſemens.

XXV.

1080. 25 Juin. *Fragmentum Decreti Comitiorum Brixinæ per* HENRICUM IV. *Romanorum Imperatorem celebratorum; contra* GREGORIUM *Papam. VII. Quo omnis obedientia, ei tanquam ſacrilego, impio, & Necromantico detrahitur, ipſeque deponendus & expellendus judicatur. Actum 7 Kalend. Julii feria quinta Indict. tertia.* [GOLDASTI

(1) C'eſt avec Mr. *Muratori* que nous rangeons cette Piece ſous l'an 1077. (DUM.)

ANNO 1080. DASTI Constitutiones Imperiales Tom. I. pag. 241. Le même en ſes *Statuta & Reſcripta Imp.* pag. 49.]

ANNO DOMINI MLXXX. cum apud Brixinam Noricam triginta Epiſcoporum Conventus, nec non & Optimatum exercitus non ſolum Italiæ, ſed & Germaniæ, juſſu HENRICI Regis congregaretur, factus eſt omnium conſenſus adverſus Hildebrandum Papam, cognominatum Gregorium Septimum, quem Pſeudomonachum, totiſque vælaniæ peſtiferum Principem, & præcipuè ſanctæ Romanæ Sedis invaſorem affirmantes, ab Apoſtolica Sede depellendum, quamvis abſentem, dijudicabant; & Wigbertum Ravennenſem Archiepiſcopum ipſi ſubrogandum eligebant.

Hujus Decreti concluſio hæc eſt: Quia, inquiunt, illum conſtat non à Deo electum, ſed à ſeipſo in fraude ac pecunia impudentiſſimè objectum: qui Eccleſiaſticum ſubvertit Ordinem, qui Chriſtiani Imperii perturbavit regnum, qui Regi Catholico ac pacifico corporis & animæ intentat mortem; qui perjurum defendit Regem; qui inter concordes ſeminavit diſcordiam, inter pacificos lites, inter fratres ſcandala, inter conjuges divortia, & quicquid quiete inter piè viventes ſtare videbatur, concuſſit: nos, authore Deo, congregati in unum, Legatis ac Literis freti decem & novem Epiſcoporum, die ſancta præteritæ Pentecoſtes Moguntiæ congregatorum contra eundem Hildebrandum procaciſſimum, ſacrilegia ac incendia prædicantem, perjuria & homicidia defendentem, Catholicam & Apoſtolicam fidem de corpore & ſanguine Domini in quæſtione ponentem, Hæretici Berengarii antiquum diſcipulum, divinationum ac ſomniorum cultorem, manifeſtum Necromanticum, Phytonico ſpiritu laborantem, & idcirco à vera fide exorbitantem, judicamus canonicè deponendum & expellendum: & niſi ab ipſa Sede his auditis deſcenderit, in perpetuum condemnandum. Facta ſunt hæc VII. Kal. Julii, feria V. Indict. III.

Edictum HENRICI IV. *Imperatoris ad Clerum Populumque Romanum ut a Papæ* GREGORII *obedientia recedant, eumque cogant a Sede Apoſtolica deſcendere, aliumque Papam communi Concilio electum recipiant.* CUM *Literis ejuſdem* HENRICI IV. *ad eundem* GREGORIUM VII. *inſertis, quibus jus omne & obedientiam antehac præſtitam abrenuntiat, eique iterato mandat & edicit, ut à Sede Urbis, cujus Patritiatus ſibi debetur, deſcendat. Dat. Ex Comitiis Brixinenſibus. Ann.* 1080. [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales. Tom. I. pag. 242. Le même en ſes *Statuta & Reſcripta Imper.* pag. 49.]

HENRICUS Dei gratia Rex, univerſæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Clero & Populo gratiam, ſalutem, & omne bonum.

Hæc fides firma & inconcuſſa creditur, quæ ſempar & eadem & præſenti ſervatur & abſenti, nec diuturna ejus, cui debetur, abſentia nec longi temporis tædio immutatur. Quam talem vos nobis ſervare ſcimus, & gratias agimus: &, ut eadem perſeveret, petimus, videlicet ut (ſicut facitis) amicis noſtris amici, inimicis noſtris inimici jugiter exiſtatis. Inter quos ſcilicet Hildebrandum Monachum notantes, vos in ejus inimicitiam excitamus, quod hunc & Eccleſiæ invaſorem & oppreſſorem, & Romanæ Reipubl. vel Regni noſtri inſidiatorem comprehendimus, ut in ſubſequenti Epiſtola ſibi à nobis directa pernoſcere in promptu eſt.

HENRICUS DEI GRATIA REX, HILDEBRANDO.

QUum hactenus à te ea, quæ ſunt Patris, expectarem, tibique in omnibus magna fidelium noſtrorum indignatione obedirem; recepi à te viciſſitudinem, qualem oportebat ab eo, qui vitæ regnique noſtri perniciоſiſſimus hoſtis eſſet. Nam quum primùm omnem hæreditariam dignitatem, quæ mihi ab illa Sede Apoſtolica debebatur, ſuperbo auſu rapuiſſes; longiùs inde progrediens, regnum Italiæ peſſimis artibus aliena-

re tentaſti. Neque hoc contentus, in reverendiſſimos Epiſcopos, qui nobis velut dulciſſima membra uniti ſunt, manum mittere non timuiſti, eosque ſuperbiſſimis injuriis acerbiſſimisque contumeliis contra divina & humana jura (ut ipſi ajunt) exagitaſti. Quæ omnia quum ego quadam patientia diſſimularem, tu hoc non patientiam ſed ignaviam æſtimans, in ipſum caput inſurgere auſus es, mandans quæ noſti, ſcilicet (ut tuis verbis utar) quod *aut tu morereris, aut mihi animamque regnumque tolleres.* Hanc inauditam contumaciam ego non verbis ſed re confutandam dijudicans, generalem Conventum omnium Regni Primatum, ipſis ſupplicantibus, habui. Ubi, quum ea quæ hactenus metu & reverentia tacebantur, in medium deducta fuiſſent, veris aſſertionibus illorum, quas ex ipſorum literis audies, palam factum eſt, te nullatenus in Apoſtolica Sede poſſe perſiſtere. Quorum Sententiæ, quòd juſta & probabilis coram Deo hominibusque videbatur, ego quoque aſſentiens omne tibi Papatus jus, quod habere viſus es, abrenuncio, atque ut à Sede Urbis, cujus mihi Patriciatus, Deo tribuente, & jurato Romanorum aſſenſu, debetur, deſcendas edico.

ANNO 1080.

HUCUSQUE EPISTOLA.

2. Hæc ſeries noſtræ Epiſtolæ ad Hildebrandum Monachum. Quam idcirco & vobis ſcripſimus, ut & vobis noſtra voluntas, & nobis, immò Deo & nobis veſtra ſatisfaciat caritas. Exurgite igitur in eum fideliſſimi, & ſit primus in fide primus in ejus damnatione. Non autem, ut ſanguinem ejus fundatis, dicimus (quippe quum major ſibi ſit poſt depoſitionem pœna, vita quàm mors) ſed ut eum, ſi nolit, deſcendere cogatis, & alium communi omnium Epiſcoporum & veſtro conſilio à nobis electum in Apoſtolicam Sedem recipiatis, qui, quod iſte in Eccleſia vulneravit, curare velit & poſſit.

Literæ HENRICI IV. *Romanorum Imperatoris ad* GREGORIUM VII. *Papam de ſua dejectione a Papatu decreta, mandans & imperans ei, ut a Sede Apoſtolica deſcendat, & meliori ſe locum faciat. Datum in Comitiis Brixinenſibus. Anno* 1080. [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales. Tom. I. pag. 241. d'où l'on a tiré cette Pièce qui ſe trouve auſſi dans. BARONIUS, Annales Eccleſiaſt. Tom. XI. ſub An. 1080. pag. 531. num. 19. avec quelque difference.]

HENRICUS non uſurpativè, ſed pia Dei ordinatione Rex, Hildebrando non jam Apoſtolico, ſed falſo Monacho.

1. Hanc talem pro confuſione tua ſalutationem promeruiſti, qui nullum in Eccleſia ordinem prætermiſiſti, quem confuſionis non honoris, maledictionis non benedictionis participem non feceris. Ut enim de multis pauca & egregia loquamur: Rectores ſanctæ Eccleſiæ, videlicet Archiepiſcopos, Epiſcopos, vel Presbyteros, non modò tangere ſicut Chriſtos Domini, non timuiſti, quin ſicut ſervos, neſcientes quid faciat Dominus eorum, ſub pedibus tuis calcaſti. In quorum conculcatione tibi favorem ab ore vulgi comparaſti, quos omnes nihil ſcire, te autem ſolum omnia noſſe judicaſti. Qua utique ſcientia non ad ædificationem, ſed ad deſtructionem uti ſtuduiſti: ut jure hoc beatum Gregorium, cujus nomen tibi vendicaſti, de te credamus prophetaſſe, ſic dicentem: *Ex aſſuentia ſubjectorum plerumque animus Prælati extollitur; exiſtimat ſe plus omnibus noſſe, cum ſe videt plus omnibus poſſe.*

2. Et nos quidem hæc omnia ſuſtinuimus, dum Apoſtolicæ Sedis honorem conſervare ſtuduimus: ſed tu humilitatem noſtram timorem fore intellexiſti; ideoque in ipſam Regiam poteſtatem nobis à Deo conceſſam exurgere non timuiſti, quam te à nobis auferre auſus es minari, quaſi nos à te regnum acceperimus, quaſi in tua & non in Dei manu ſit Regnum vel Imperium. Quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus nos ad Regnum, te autem non vocavit ad Sacerdotium. Tu enim his gradibus aſcendiſti, ſcilicet aſtutia & fraude, quodque Monachica Profeſſio abominatur, pecunia favorem, favore ferrum, ferro Sedem pacis adiſti, & de Sede pacis pacem turbaſti, dum Subditos in Prælatos armaſti, dum Epiſcopos noſtros à Deo vocatos tu non vocatus ſpernendos docuiſti; dum Laicis miniſterium

eorum

ANNO 1080. eorum super Sacerdotes usurpasti, ut ipsi deponant vel condemnent, qui ipsos de manu Domini per impositionem manuum Episcoporum docendos acceperant.

3. Me quoque (licet indignus inter Christianos sim ad Regnum unctus) tetigisti, quem sanctorum Patrum traditio soli Deo judicandum docuit; nec pro aliquo crimine, nisi à fide (quod absit) exorbitaveritmus, deponendum coasseruit. Ipse verò quid verus Papa beatus Petrus clamat? *Deum timete, Regem honorificate.* Tu autem, quia Deum non times, me constitutum ejus inhonoras. Unde beatus Paulus, ubi Angelo de cœlo, alia si prædicaverit, non pepercit, te quoque in terris alia docentem non excepit. Ait enim: *Si quis vel ego, vel Angelus è cœlo, præter id quod evangelizavimus vobis, evangelizaverit, anathema sit.* Tu igitur hoc anathemate, & omnium Episcoporum nostrorum & nostro judicio damnatus, descende, vendicatam tibi Sedem Apostolicam relinque; alius in solium beati Petri ascendat, qui nulla violentiam religione palliet, sed beati Petri sanam doctrinam doceat.

Ego Henricus Rex Dei gratia, cum omnibus Episcopis nostris, tibi dicimus; Descende, Descende.

Querimonia per Legatos RUDOLPHI *Pseudo-Regis Romanorum in Synodo Romanâ contra* HENRICUM IV. *Imperatorem facta. Anno* 1080. [GOLDASTI Constitution. Imperiales. Tom. I. pag. 240.]

NOs ex Legatione Domini nostri Regis RUDOLPHI, & Principum ejus, conquerimur Deo & Sancto Petro, vestræque Paternitati, & cuncto huic sanctissimo Concilio, quod ille HENRICUS, quem vos Apostolica auctoritate depoluistis à Regno, idipsum Regnum contra vestrum interdictum tyrannicè invasit, omnia circumquaque ferro, præda, incendio devastavit: Archiepiscopos, Episcopos, de Episcopatibus suis impia crudelitate expulit, & eorum Episcopatus suis fautoribus in beneficia distribuit. Per cujus etiam tyrannidem piæ memoriæ Wetinharius Magdeburgensis Archiepiscopus occisus est: Adelbertus Wormaciensis Episcopus adhuc ab eo contra Sedis Apostolicæ præceptum in captione cruciatur. Multa hominum millia ejus factione sunt occisa; quàm plures Ecclesiæ, ablatis reliquiis, incensæ, ac penitus destructæ.

2. Innumerabilia quidem facinora sunt, quæ idem HENRICUS in Principes nostros perpetravit, eò quod sibi contra Sedis Apostolicæ Decretum, ut Regi, obedire noluerunt: & Colloquium, quod vos pro inquirenda justitia, & pace componenda fieri decrevistis, ex culpa HENRICI, & fautorum ejus, remansit.

3. Quapropter vestram humiliter imploramus Clementiam, ut nobis, imò sanctæ Dei Ecclesiæ, decretum sacrilego pervasori Ecclesiarum justitiam faciatis.

Actum Romæ, anno ab Incarnatione Domini MLXXX. Pontificatus verò Domini Gregorii Papæ Septimi anno VII. Indictione III.

XXVI.

1091. 28 Juin. *Donatio* URBANI II. *Papæ facta* DAIBERTO *Pisanorum Episcopo, ejusque Successoribus Canonicè electis, & approbatis de Insulâ Corsicâ, ea lege ut singulis annis Palatio Lateranensi persolvat Lucanæ monetæ libras quinquaginta. Datum Beneventi 4. Kalendas Julii Anno* 1091. *Indictione XIV. Pontificatus sui anno IV.* [PAOLO TRONCI, Memorie Istoriche della Città di Pisa pag. 31. dell'Original. Si conserva nell'Archivio delle Reformaggioni di Fiorenza.]

URBANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM Dei Dilecto fratri Daiberto Pisanorum Episcopo ejusque Successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

CUM OMNES Insulæ secundum Statuta legalia Juris publici habeantur, constat etiam eas religiosi Imperatoris Constantini liberalitate, ac Privilegio in B. Petri, Vicariorumque ejus jus proprium esse collatas. Intercidentibus autem plurimis Divinâ dispositione judiciorum calamitatibus, proprietatis hujus in quibusdam passa est Ecclesia Romana jacturam. Ceterum, & Canonicis & legalibus Institutis Romanæ dignitatis proprietas non prolixitate temporum, non divisione Regnorum ulla diuturnitate possessionis excluditur; licet igitur annis plurimis Romana Ecclesia, Corsicæ possessione caruerit, Prædecessoris tamen nostri Gregorii VII. in ejusdem jus noscitur auctore Domino rediisse. Nos igitur Dilectissimi fratris nostri Daiberti Pisanorum Episcopi, ac nobilium Civium & carissimæ B. Petri filiæ Matildæ Comitissæ postulationibus inclinati, quia multum jam dudum obsequii Pisanorum gloriosa Nobilitas Romanam sibi Ecclesiam fecit obnoxiam, prædictam Insulam vice nostra Pisanæ Ecclesiæ, consilio Clericorum, Cardinalium, aliorumque nostrorum fidelium committimus, & condonamus, ita videlicet, ut quandiu eadem Pisana Civitas Episcopum non invasione tyrannica, sed Cleri, & Populi electione Canonica per Romani Pontificis manus acceperit, quemadmodum Landulfum, Giraldum, & te, carissime frater Daiberte, accepisse dignoscitur, & quamdiu, in ea quam hodie exhibet Ecclesiæ Romanæ fidelitate perstiterit, hujus nostræ Donationis, locationisve gratia perfungatur, ea scilicet conditione interjecta, ut per annos singulos Lucanæ monetæ lib. 50. Lateranensi Palatio remota qualibet occasione persolvat. Hujus ergo nostræ locationis tenorem inconcussum omnino manere nostra Apostolica auctoritate sancimus, quamdiu ac ipsi præscriptæ fidelitatis, pensionisque tenorem debita devotione servaverint. Quocirca Successores nostros rogamus, ut tam pro Beatæ Mariæ semper Virginis reverentia, quam pro nobilissimæ Civitatis Pisanorum amore ac familiaritate; eamdem dilectionem, eamdem honorificentiam Pisanæ Ecclesiæ semper impendant; rogamus & Daiberti præsentis Episcopi Successores & universos Pisanæ Urbis Cives post præsentia tempora secuturos, ut eamdem fidelitatem eamdemque devotionem Romanæ Ecclesiæ semper exhibeant, ut firma inter utrosque fides, benignitas, amicitiaque Domino annuente, permaneat. Dat. Beneventi 10. Kal. Julii per manus Joannis S. Rom. Eccles. Diaconi Cardin. Indict. XIV. Anno Dom. Incarn. MXCI. Pontificatus autem Domini Urbani P. P. II. IV.

ANNO 1091.

Loco ✠ Sigilli.

XXVII.

Vers-l'an. 1131. *Testamentum* WILHELMI *Ducis* AQUITANIÆ, *quò discessurus ad vitam Monasticam, Filias suas Regi* LUDOVICO CRASSO *commendat,* LEONORÆ *verò primogenitæ, cum* LUDOVICO *dicti Regis filio collocandæ, Aquitaniam & Pictaviam relinquit.* [JEAN DE LA HAYE, Origine des Poictevins. chap. 24. pag. 33.]

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, quæ est una Deitas, hoc est Testamentum, quod Ego Wilhelmus Dei gratia Aquitaniæ Dux, cum D. Wilhelmo Episcopo facio in honorem Salvatoris mundi, & beatorum martyrum, & omnium Confessorum, & Virginum, maximè Virginis Mariæ, Cogitans de meis innumerabilibus peccatis, quæ suadente Diabolo temerarie perpetravi, & timens tremendi Judicii diem, videns bona quæ videmur tenere, sicut fumum in aëre inter manus nostras evanescere: nosmet etiam in hac peregrinatione sine peccato una hora non posse vivere, & satis parvo tempore manere, & omnia quæ putamus possidere esse caduca, & suis possessoribus gravamen. Commendo me Deo, quem relictis omnibus sequi volo, filias meas Regis Domini mei protectioni relinquo, Leonoram collocandam cum Domino Ludovico Regis filio, si Baronibus meis placuerit, cui Aquitaniam, & Pictaviam relinquo. Petronellæ verò filiæ meæ possessiones meas, & Castella quæ in Burgundia, ut proles Gerardi Ducis Burgundiæ possideo. Itaque ne videar degenerare, sed imitari sancta vestigia parentum meorum in bono opere, & commendare me Deo & Sanctis ejus, & in bonis operibus societatem servorum Dei, & benedictionem accipere; Do omnibus Monasteriis Dominationis meæ mille libras terræ distribuendas prout Baronibus meis placuerit, & quicumque hoc nostrum Testamentum disrumpere tentaverit, excommunica-

ANNO 1131. tus à Deo & hominibus exiſtat; qui vero in hoc Coadjutor fuerit, ſit in omnibus particeps. S. Wilhelmi S. Leonoræ. S. Comitis Alvernenſis. S. Domini de Thoarcio. S. Richeldi Baronis. S. Brocardi Comitis. S. Pontii.

XXVIII.

1142. 15. Martii. *Fœdus ſive Epiſtola Fœderis initi inter* CONRADUM III. *Romanorum Regem Germanicum, & JOANNEM COMNENUM Romanorum Imperatorem Conſtantinopolitanum, ita ut habeant Amicos communes & Inimicos, ſive in terra, ſive in mari. Datum Ratisponæ* (1) 18 *Kal. Aprilis anni* 1142. [GOLDASTI Conſtitutiones Imp. Tom. I. pag. 262. On trouve auſſi cette Piece dans OTTON. FRIS. Epiſcopi de reb. geſtis FRIDER. I. Imp. Lib. I. cap. 23. pag. 206.]

CONRADUS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Joanni eadem gratia Conſtantinopolitano Imperatori ſalutem & dilectionem fraternam, amicitiam, honorem, & gloriam.

1. Ut parentes noſtri, videlicet Romanorum Imperatores, Anteceſſores noſtri, ad Anteceſſores veſtros, ſcilicet Regnum & Populum Græcorum conſtituerunt, conſtituo: & ſicut ſervaverunt, conſervabo.

2. Non eſt Gens, Regnum, aut Populus, qui non noverit, noſtræ Romanæ Reipub. veſtram novam Romam & dici & fore filiam, ex hujusque radice ramos & fructus ejus proceſſiſſe. Propter quod hæreditatem, quæ à matre debetur filiæ, conſtituimus, æternamque volumus; & eò amplius, quod quæ matri debentur, filiam velle cernimus, ſcilicet ut auctoritas materna præcinat conſilio, auxilio; reſpondeat autem gloria & honore filiaſtina dilectio.

3. Sint ergo res utriusque communes, utriusque amicus idem, idem inimicus, ſive in terra ſive in mari: & cognoſcat ac timeat matris virtutem & valentiam, qui non honoraverit filiam, ſive Nortmannus, ſive Siculus, ſive quis alter quicunque, ubicunque. Neque enim obliti ſumus, vel ego vel Principes noſtri Imperii, quoscunque hoſtium noſtrorum incurſus vel invaſiones in Imperium & magnificentiam Romanam. Sed cùm divina clementia ſubveniet, retribuemus unicuique ipſorum ſecundum multitudinem ipſorum malitiæ. Videbit ergo & audiet univerſa regnorum latitudo, quàm facili manu proſternentur latrones, qui inſurrexerunt in utriusque Imperii noſtri Monarchiam: quia cooperante Deo, ſi alas excutiemus, hoſtem modò volitantem capiemus, & cordis ejus eviſcerabimus audentiam, quæ modò extollitur contra utriusque Imperii noſtri honorem & gloriam. Conſervamus igitur quæ juſta & amicabilia ſunt ad vos, eadem vos ad nos: & tanto ſtudioſius, quanto per conjugium ſororis dilectiſſimæ conjugis noſtræ, Imperatricis videlicet nobiliſſimæ, & filii tui confœderati ſumus propinquiùs.

4. Verum quia de noſtris hilareſcere ſucceſſibus, Dilectionis & Nobilitatis tuæ credimus experientiam, quid poſt diſceſſum prudentiſſimorum Apocriſiariorum tuorum, in generali & ſolenni Curia cum univerſis Imperii noſtri Principibus celebrata, cui eos intereſſe voluimus, Deo auxiliante actum ſit, tibi ſicut unico fratri noſtro & amico dilectiſſimo dignum duximus intimare. Noveris igitur, quòd omnes, qui Imperium noſtrum offendiſſe videbantur, cooperante Deo, potenter in noſtro Imperiali jure inclinavimus, eosque in plenitudinem gratiæ noſtræ ſuſcipientes, univerſas Imperii noſtri partes abundanti pace ditavimus. Ad hoc Francia & Hiſpania, Anglia, Dania, cæteraque regna Imperio noſtro adjacentia, quotidiana legatione ſua, cum debita reverentia & obſequio nos frequentant, ad ea, quæ Imperii noſtri mandata ſunt, ſe prompta eſſe tam obſidibus quàm ſacramentis affirmantes.

5. Nolumus etiam latere diſcretionis tuæ prudentiam, quòd Dominus Papa, totaque Apulia, Italia, & Longobardia, de die in diem adventum noſtrum deſiderant: & ut noſtra eis Imperiali ſubveniamus potentia, cum omni devotione expoſtulant. Hujus rei gratia dilectiſſimum & præcordialem Imperii noſtri Principem Embrieonem, venerabilem Herbipolenſem Epiſcopum, amicum tuum, ad exquirendam Domini Papæ voluntatem Romam miſimus. Cognita verò ipſius circa nos voluntate, communicato Principum noſtrorum conſilio, ea quæ ad utriusque Imperii noſtri honorem ſpectant, per chariſſimos & prudentes Nuncios noſtros, Robertum ſcilicet Principem Capuanum, illuſtrem utique virum ac nobilem nobisque fidelem, nec non Albertum dilectum Capellanum noſtrum & in fide conſtantem, tuæ ſignificamus Nobilitati. ANNO. 1142.

6. Hos igitur tanquam nos audias, & quæ tibi dixerint, ſicut decet Excellentiam tuam, & ſicut de te ſperamus & credimus, ad effectum perducas, & honeſtos & idoneos Apocriſiarios tuos unà cum Nunciis noſtris ſine dilatione ad nos remittas.

7. Præterea de Rutenis, qui ad contemptum Imperii noſtri occiſis hominibus noſtris, pecuniam noſtram ſibi uſurpaverunt, ſicut convenit in cauſa amici & propinqui tui, & ſicut nobis ſcripſiſti, ita facias.

8. Militibus quoque Imperii noſtri, Alemanis ſcilicet, qui apud te ſunt, ſicut decet Excellentiam tuam, benignus exiſtas.

9. Nihilominus etiam te rogamus, ut hominibus Imperii noſtri Teutonicis videlicet, qui Conſtantinopoli morantur, locum, in quem ad honorem Dei Eccleſiam ædificent, concedas, tum reſpectu divinæ remunerationis, tum & interventu & petitione noſtræ Dilectionis. Recordari quoque debet tua Diſcretio, quòd nos in Literis prioribus, per præfatum Capellanum noſtrum tuæ Nobilitati præſentatis, hoc idem à te pro Dei amore & honore petivimus: quia ſi ipſe, qui dat ſalutem Regibus, fuerit in medio noſtri, certum eſt quòd non gaudebunt inimici noſtri.

Datum XVIII. Kal. Aprilis, MCXLII. Ratisponæ, in Chriſto feliciter, Amen.

XXIX.

28 Avril. *Literæ* ALFONSI I. *Regis Portugalliæ quibus ſe Regnum ſuum, Gentem & Succeſſores ejus, ſub Beatæ* MARIÆ DE CLAREVALLE *Ciſtercienſis Ordinis, Tutelam, Protectionem, Defenſionem, & Patrocinium ſubdit, cum obligatione eidem ſolvendi, ſingulis annis, in modum Feudi & Vaſſalitii quinquaginta Morabitinos auri boni & probati; ſalvo tamen Tributo jam Beato* PETRO *& Succeſſoribus ejus Pontificibus Romanis conſtituto. Datum in Eccleſia Lamecenſi 4 Kalend. Maii* (1) *Æra* 1142. [ANT. DE SOUSA DE MACEDO, Luſitania liberata. In Procemio II. pag. 138.]

IN Dei Nomine: Quoniam quidem decet unumquemque fidelem de bonis ſibi collatis à ſuperno largitore Dei Miniſtros participes efficere, ut per eos cæleſtium bonorum particeps efficiatur. Ideo Ego Alphonſus miſeratione divinâ Portugallenſium Rex noviter Deo jubente creatus, quia me plus omnes debitorem ſentio, cupio me, & omnia mea Altiſſimo offerre, ut tam Ego quam Succeſſores mei in perpetuum regnaturi agnoſcant habere regnum de manu Domini, qui præſentialiter tradidit eum mihi, ut corde firmo, & Charitate perfectâ fidem Chriſtianam ab infidelium injuriis defenderem & Sanctam Eccleſiam de Regni reditibus ditarem, ut ſic eſſet Regnum Sanctum, Deo charum; & in perpetuum ſtabilitum. Et quia jam me, & omnia beato Petro, & ejus Succeſſoribus vectigalem conſtitui, cupiens & nunc beatam Dei genitricem apud Deum advocatam habere, de conſenſu Vaſſalorum meorum, qui absque externo adjutorio me in Regium ſolium conſtituerunt, me ipſum, Regnum meum, Gentem meam, & Succeſſores meos ſub Beatæ Mariæ de Clarevalle tutellam, protectionem, defenſionem, patrocinium, conſtituo, & conſtituta fore decerno, ordinando, & mandando omnibus & ſingulis ſucceſſoribus meis in hæreditatem hujus Regni legi-

(1) Cette Date eſt fautive, les Calendes d'Avril ne ſe comptent que juſqu'à 17. & la Dixhuitieme qui ſeroit le jour precedent ſe dit *Idibus*. La Copie d'*Otton* de Frilingue, d'où *Goldaſt* avoit fans doute tiré la piece, ne marque ni le mois ni l'année. Elle y eſt écrite en cette ſorte *Datum XVIII. Kal. Ratisponæ, in Chriſto feliciter Amen.* (DUM.)

(1) *Æra* 1142. C'eſt une faute. Il faut lire *Anno Domini* 1142. ou bien *Æra* 1180. comme dans la Lettre du même Roi au Pape. Cette correction ne ſouffre point de difficulté, mais il y en a beaucoup à ſavoir ſi la Date du 4. des Kalendes de Mai doit ſubſiſter ou non. Tout ce que nous en pouvons dire eſt, qu'elle ne s'accorde pas avec celle des Ides de Decembre qui ſe lit dans la Lettre du même *Alfonſe* au Pape *Innocent II.* & que l'une ou l'autre eſt vicieuſe. Il eſt évident que ſi le Tribut à S. Pierre ne fut offert & conſtitué que le 13. Decemb. ce Prince ne pouvoit en parler le 28. Avril comme d'une choſe deja faite. (DUM.)

ANNO. 1142. legitimè intrantibus, ut singulis annis eidem Sanctæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Claravalle, quæ est Cisterciensis Ordinis, posita in Regno Franciæ in Diœcesi Lingonienſi, tribuant in modum Feudi, & vassalitii 50. Morabitinos auri probati, boni, & digni quod recipiatur. Si vero contigerit per nostrum Dominium aliquem ejusdem Monasterii, & Ordinis præfati intrare, vel transire, vel Monasterium inibi construxerit, personæ, & res talis Monasterii sub tutelâ, & patrocinio Regis erunt, taliter quod à nullo possint molestari, inquietari, perturbari vel a suis bonis defraudari, quod si contingat, in pristinam libertatem restituantur quacunque horâ temporis, vel momenti in quo majori commoditate id fieri quiverit: quapropter bona talium Monasteriorum, & personarum erunt tanquam bona Regalia, & de illis erit Regi eadem cura quam de suis debet habere. Si verò Rex aliquis, vel Tyrannus quem de lumbis nostris futurum non credimus, præfatas personas molestaverit, seu illarum bona surripuerit, non meam, aut earum, sed Virginis hæreditatem usurpare se credat, & tanquam Domino suo infidelis, sub cujus tutelâ Regnum constituimus, eodem privetur, & semen ejus non eluceſcat super terram, fratribus vero in dicto Monasterio de Claravalle, & in aliis sui Ordinis Domino famulantibus, cura erit Statum Regni nostri Deo devotè commendare & animam meam, & parentum meorum Missis, & vigiliis adjuvare, & de feudo seu vassalitio altare Beatæ Mariæ reparabunt. Abbas verò Dominus Bernardus, & ejus successores in perpetuum, hujusmodi Feudum annuatim habebunt in die Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis. Et ideo Virgo mater Domini mei Jesu Christi, in cujus laudem hic Ordo constitutus micat, ego humilis servus tuus Adelfonsus Rex Portugall. peto quatenus Regnum meum defendas a Mauris inimicis Crucis filii tui, & Coronam hanc ab omni externo Dominio liberam conserves & de prole meâ fideles servos, & Feudi largitores in Regni Sede corrobores. Si quis verò contra hoc vassalitium, & Feudi testimonium aliquid attentaverit, si vassalis fuerit, à Regno nostro expellatur; si verò quod Dominus non consentiat, Rex fuerit, sit à nobis maledictus, & in stirpe nostra non numeretur, & à Domino Deo qui nobis Regnum dedit, omni dignitate spoliatus, & a suis inimicis victus, & cum Juda traditore in Inferno sepultus. Factâ carta in Ecclesiâ Lamecensi 4. Kalend. Maii Æra 1142.

Ego ADELFONSUS Rex.

EGAS Curiæ Præles conf. — Condisalvus de Sousa pro test.
PETRUS PELAIDES Curiæ Signifer conf. — VASOUS SANCIUS pro test.
FUAS POPINIUS Colimbriæ Præfect. conf. — ALFONSUS EGEA pro test.
PELAGIUS DE SOUSA confirmat.

XXX.

1143. *Loix Fondamentales du Royaume de* PORTUGAL *faites dans la prémiere Convocation des Etats généraux tenue à* Lamego, *Ville ſituée dans la Province de Beira, ſous le regne* D'ALPHONSE, *prémier Roi de Portugal en l'année* 1143. [LEQUIEN DE LA NEUFVILLE, Hiſtoire générale de Portugal, à la tête du Tom. I. On trouve auſſi ces Loix dans ANT. DE SOUSA DE MACEDO, Luſitania Liberata. In Procemio II. pag. 134. EX BRANDAO Monarch. Luſit. p. 3. lib. 10. cap. 43.]

AU nom de la très-ſainte Trinité du Pere, du Fils, & du S. Eſprit. Trinité inſéparable, & qui jamais ne peut être ſéparée. Moi Alfonſe, fils du Comte Henri, & de la Reine Thérèſe, petit-fils du grand Alfonſe, Empereur des Eſpagnes; & depuis peu par la miſericorde de Dieu, élevé à la dignité Royale.

Puis que Dieu nous a rendu le repos, & qu'il nous a fait remporter la victoire ſur les Maures nos ennemis, voulant profiter du tems & du calme qu'elle nous donne, Nous avons convoqué ceux, dont voici les noms & les qualitez.

L'Archevêque de Brague, les Evêques de Viſéo, de Porto, de Coïmbre, & de Lamégo, avec tous nos autres Conſeillers & Courtiſans, ayant leurs familles dans les villes de Coïmbre, de Guimaraés, de Lamégo, de Viſéo, de Barcellos, de Porto, de Trancoſo, de Chavés, du Château du Roi, de Bouzellas, de Paredés Velhas, de Sena, de Couilhan, de Mont-Mayor, d'Iſgueire, & de la Maiſon de campagne du Roi. ANNO 1143.

Laurent de Viégas, devant porter parole pour le Roi, en qualité de ſon Procureur général, en préſence du Roi, ſéant en ſon trône, mais ſans aucunes marques Royales; & du Clergé ſéculier & régulier, aſſemblez dans l'Egliſe de Sainte Marie d'Almaçave, Laurent de Viégas prit la parole & dit.

Le Roi Alfonſe, que vous avez élu & proclamé dans le camp d'Ourique, vous a aſſemblez ici, afin que vous entendiez la lecture des Brefs de notre ſaint Pere le Pape Eugene III. pour ſavoir, ſi vous voulez qu'Alfonſe ſoit votre Roi. Les Peuples répondirent unanimement, qu'ils vouloient qu'Alfonſe fût leur Roi. Si vous voulez, leur dit Viégas, qu'il ſoit votre Roi, comment ſera-t-il votre Roi? Sa Royauté finira-t-elle avec lui, ou bien ſes enfans ſuccéderont-ils à la Royauté. Les Peuples reprirent auſſitôt, Alfonſe ſera notre Roi tant qu'il vivra, & quand il mourra, ſes enfans mâles ſeront nos Rois. Si vous deſirez cela, répartit Viégas, donnez lui les marques de la Royauté, & les Peuples dirent, Nous les lui donnons, au nom du Seigneur. Pour lors l'Archevêque de Brague ſe leva, reçut de l'Abbé de Laurbano, une grande Couronne d'or enrichie de perles, & donnée à ce Monaſtére par les Rois Gots, qui s'en étoient toûjours ſervis, & la mit ſur la tête du Roi, qui tenoit ſon épée nuë à la main, & la même qu'il avoit portée à la guerre. En cet état, Alfonſe dit à haute voix; *Beni ſoit Dieu, qui m'a toûjours aſſiſté, quand je vous ai délivrez de vos ennemis, avec cette épée que je porte pour votre défenſe. Vous m'avez fait Roi, & je dois partager avec vous les ſoins de l'Etat. Je ſuis donc votre Roi, & puis que je ſuis tel, faiſons des Loix qui établiſſent la tranquillité dans notre Royaume.* Nous le voulons bien, reprirent les Peuples, faites telles Loix qu'il vous plaira; nous ſommes venus ici avec nos enfans & nos familles, pour apprendre & pour ſuivre ce que vous trouverez bon d'ordonner. Sur cette réponſe, le Seigneur Roi appella les Evêques, la Nobleſſe, & ceux qui étoient chargez de la Procuration des abſens, & ils convinrent que d'abord il falloit faire les Loix pour la ſucceſſion au Trône, qui furent telles qu'elles ſont exprimées ici dans les articles ſuivans.

I.

Que le Seigneur Alfonſe Roi vive pendant longues années, & qu'il régne ſur nous. S'il a des enfans mâles, qu'ils ſoient nos Rois, ſans qu'il ſoit néceſſaire de faire la céremonie d'une nouvelle Election. Le fils ſuccédera au pere, puis le petit-fils, & enſuite le fils de l'arriére-petit-fils, & ainſi à perpetuité dans leur deſcendance.

II.

Si le fils aîné du Roi, meurt pendant la vie de ſon pere, le ſecond fils, après la mort du Roi ſon pere, ſera notre Roi; le troiſiéme ſuccédera au ſecond; le quatriéme au troiſiéme, & ainſi des autres fils du Roi.

III.

Si le Roi meurt ſans enfans mâles, le Frere du Roi, s'il en a un, ſera notre Roi, mais pendant ſa vie ſeulement, car après ſa mort, le fils de ce dernier Roi, ne ſera pas notre Roi, à moins que les Evêques & les Etats ne l'éliſent, & alors ce ſera notre Roi, ſans quoi il ne le pourra être.

IV.

Laurent de Viégas ſe leva pour dire aux Evêques & aux autres Seigneurs, le Roi demande, ſi vous voulez que les filles entrent dans la ſucceſſion de la Couronne, & ſouhaite que ſur cela on faſſe une Loi. Les Evêques & les Seigneurs, après une longue conteſtation, arrêterent, que les filles du Seigneur Roi régneroient, mais en cette maniére.

V.

Si le Roi de Portugal n'a point d'enfant mâle, &

ANNO 1143. qu'il ait une fille, elle sera Reine après la mort du Roi, pourvû qu'elle se marie avec un Seigneur Portugais; mais il ne portera le nom de Roi, que quand il aura un enfant mâle de la Reine qui l'aura épousé. Quand il sera dans la compagnie de la Reine, il marchera à sa main gauche, & ne mettra point sur sa tête la Couronne royale.

VI.

Que cette Loi soit toûjours observée, & que la fille aînée du Roi n'ait point d'autre mari qu'un Seigneur Portugais, afin que les Princes étrangers ne deviennent point les maîtres du Royaume. Si la fille du Roi épousoit un Prince ou un Seigneur, d'une Nation étrangere, elle ne sera pas reconnuë pour Reine, parce que nous ne voulons point que nos Peuples soient obligez d'obéir à un Roi, qui ne seroit pas né Portugais, puis que ce sont nos Sujets & nos Compatriotes, qui sans le secours d'autrui, mais par leur valeur, & aux dépens de leur sang, nous ont fait Roi.

VII.

Ce sont les Loix, qui regardent la succession à la Couronne de Portugal, qu'Albert, Chancelier du Seigneur Roi, lut à haute voix. Les Peuples y applaudirent, répondirent qu'elles étoient bonnes & justes, & ajoûterent qu'ils n'en vouloient point d'autres, soit pour eux ou pour leurs descendans, qui comme eux les observeroient inviolablement & toujours.

VIII.

Laurent de Viégas dit aux Peuples, que le Seigneur Roi demandoit, s'ils vouloient aussi faire des Loix touchant la Noblesse & la Justice. Ils répondirent, qu'ils consentoient qu'on en fit, pourvû qu'elles fussent conformes aux Loix divines, & ce sont celles qui suivent.

IX.

Tous ceux qui sont du Sang Royal, ainsi que leurs descendans, seront reconnus Princes. Les Portugais qui auront combattu pour la personne du Roi, pour son fils, pour son gendre, ou pour la défense de l'Etendart royal, seront Nobles; mais les descendans des Maures, ni les fils des Juifs, ni les enfans des Infideles, ne pourront aspirer à la Noblesse. Si un Portugais a été fait prisonnier de guerre par les Barbares, & s'il meurt en captivité, sans avoir renoncé à la sainteté de son baptême, ni à celle de sa Religion, ses enfans seront Nobles. Celui qui aura tué un Roi ennemi, ou son fils, ou qui aura gagné leur Etendart royal, sera reconnu pour Noble. L'ancienne Noblesse sera toûjours estimée telle, & ceux qui ont porté les armes pour notre service dans la fameuse journée de la bataille d'Ourique, seront Nobles, & nommez nos anciens Vassaux.

X.

Si un Noble est assez lâche, pour fuir dans le tems qu'il faudra combattre: s'il a frappé une femme de sa lance ou de son épée; s'il n'a point exposé sa vie pour la liberté de la personne du Roi, pour celle du Prince son fils, & pour la défense de l'Etendart royal, s'il est convaincu de parjure, & d'avoir celé au Roi la vérité des choses qu'il aura voulu savoir; s'il a mal parlé de la Reine, ou de ses filles; s'il a deserté les armées du Roi pour aller servir chez les Maures; s'il a volé; s'il a blasphemé le saint nom de Dieu; enfin, s'il a attenté à la personne du Roi, cet homme noble sera dégradé de tout caractére de noblesse, ainsi que sa posterité.

XI.

Ce sont là les Loix, qui concernent la Noblesse, qu'Albert, Chancelier du Seigneur Roi, lut à haute voix. Les peuples y applaudirent, répondirent qu'elles étoient bonnes & justes, & ajoûterent, qu'ils n'en vouloient point d'autres, soit pour eux, ou pour leurs descendans, qui comme eux les observeroient inviolablement, & toûjours.

XII.

Les Regnicoles obéiront au Roi. Les Jugemens, & Ordonnances, que rendront *les Alguazils*, qui sont les Juges établis par le Roi dans le Royaume, pour juger selon les Loix de l'équité, seront executez, & nos Sujets obligez de s'y soumettre. ANNO 1143.

XIII.

Celui qui sera convaincu de vol, sera exposé les épaules nuës, dans la Place publique, pour les deux prémieres fois; s'il récidive, on le marquera au front avec un fer chaud; s'il continuë à voler, on instruira son procès; mais s'il est condamné à la mort, les Juges ne feront point mettre leur Arrêt à éxecution, sans un commandement exprès du Seigneur Roi.

XIV.

Si une femme mariée commet un adultere, & que le mari fondé sur de bonnes preuves testimoniales, en porte sa plainte au Juge, & de-là au Seignenr Roi, les deux adultéres seront condamnez au feu; mais si le mari réclame sa femme, & s'il demande qu'il soit surfis à l'éxecution de ce jugement, celui qui aura commis l'adultére avec cette femme, ne sera point puni, parce que la Loi défend de faire mourir un coupable, lors que celui, ou celle qui aura été complice du même crime, sera absous.

XV.

Tout homicide, tel qu'il puisse être, sera condamné à la mort, aussibien que celui qui aura violé une fille noble, à laquelle appartiendra tout le bien du violateur. Si la fille n'étoit pas noble, l'homme, sans avoir égard à sa qualité, sera obligé de l'épouser.

XVI.

Quand quelqu'un aura pris par force le bien d'autrui, celui qui aura été volé, portera sa plainte au Juge; pour lors, il lui fera rendre ce qui lui aura été pris.

XVII.

Celui qui aura blessé quelqu'un d'un coup d'épée, d'un coup de pierre ou de bâton, sera condamné par le Juge, à payer au blessé dix marabitins.

XVIII.

Tout homme qui aura fait quelque injure à *l'Alvazil*, qui est le Ministre de la Justice, & à *l'Alcaid*, qui est celui de la guerre, tous deux établis par le Seigneur Roi, pour l'exercice & pour la fonction de leurs Charges, sera marqué d'un fer chaud, en cas qu'il ait osé le frapper, sinon, il sera condamné à payer cinquante marabitins.

XIX.

Ce sont là les Loix qui concernent la Justice qu'Albert, Chancelier du Seigneur Roi, lut à haute voix. Les peuples y applaudirent, répondirent qu'elles étoient bonnes & justes, & ajouterent qu'ils n'en vouloient point d'autres, soit pour eux, soit pour leurs descendans, qui comme eux, les observeroient inviolablement, & toûjours.

XX.

Laurent de Viégas se leva, & dit aux Peuples: Voulez-vous que le Seigneur Roi aille aux Assemblées du Roi de Léon, qu'il lui paye le tribut, ou à quelque autre personne étrangére, & commise par le Pape qui l'a fait Roi? Chacun se leva en tirant l'épée, & la tenant à la main, dit à haute voix, Nous sommes libres, & notre Roi l'est comme nous; nous devons notre liberté à notre courage, & si le Roi consentoit à faire quelque chose de semblable, il seroit indigne de vivre, & quoique Roi, il ne régneroit point parmi nous, ni sur nous. A ces paroles, le Seigneur Roi ayant la Couronne sur la tête, & l'épée nuë à la main, se leva & dit aux Peuples, *Vous savez les risques que j'ai courus, & les dangers ausquels je me suis exposé pour vous procurer cette liberté, dont vous jouissez à présent dans mon Royaume. Je vous en prens à témoins, aussi bien que cette épée que je porte pour votre salut & pour votre défense.*

Vous

ANNO 1143. *Vous le dites bien, ſi quelque Roi conſentoit à faire une action indigne de ſon caractére & de ſon rang, il ne mériteroit pas de vivre. Quoique ce fût mon fils ou mon petit-fils, je les déclare dès à préſent indignes de régner, & de me ſuccéder ſur le trône que je remplis.* Les Peuples applaudirent à ces derniéres paroles, & répondirent, que de tels Succeſſeurs devroient plutôt être mis à mort, qu'admis pour leur commander, & qu'ils ne prétendoient pas que leur Roi dût ſe ſoumettre à une autre Puiſſance; à quoi le Seigneur Roi ayant conſenti, il leur repliqua, que tout ſeroit ainſi exécuté.

XXXI.

1155. *Reſcriptum* FRIDERICI I. *Imperatoris Auguſti de Jure Imperatorum in Urbem* Romam; *ſive potius Reſponſum oretenus Legatis Populi Romani datum in Expeditione prima Italica.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales Tom. III. pag. 333. On trouve auſſi cette Pièce dans OTTONIS FRIS. Epiſcopi de rebus Geſt. Frid. I. Imp. lib. 2. cap. 21. pag. 249.]

MUlta de Romanorum ſapientia ſeu fortitudine hactenus audivimus, magis tamen de ſapientia. Quare ſatis mirari non poſſumus, quod verba veſtra plus arrogantiæ tumore inſipida, quàm ſale ſapientiæ condita ſentimus. Antiquam tuæ proponis Urbis nobilitatem, divæ tuæ Reipub. veterem ſtatum ad ſidera ſuſtollis. Agnoſco, agnoſco, ut & tui Scriptoris verbis utar, fuit, fuit quondam in hac Repub. virtus; quondam dico, atque ô utinam tam veraciter, quam libenter, nunc dicere poſſemus. Senſit Roma tua, imo & noſtra, viciſſitudines rerum: ſola evadere non potuit æterna lege ab auctore omnium ſancitam cunctis ſub Lunari Globo degentibus ſortem. Quid dicam? Clarum eſt, qualiter primo Nobilitatis tuæ robur ab hac noſtra Urbe tranſlatum ſit ad Orientis Urbem regiam, & per annorum curricula ubera deliciarum tuarum Græculus eſuriens ſuxerit. Supervenit Francus, vere nomine & re nobilis, eamque, quæ adhuc in te reſidua fuit, ingenuitatem fortiter eripuit. Vis cognoſcere antiquam tuæ Romæ gloriam, Senatoriæ dignitatis gravitatem, tabernaculorum diſpoſitionem, Equeſtris Ordinis virtutem & diſciplinam, ad conflictum procedentis intemeratam ac indomitam audaciam? Noſtram intuere Rempublicam, penes nos cuncta hæc ſunt. Ad nos ſimul omnia hæc cum Imperio dimanarunt. Non ceſſit nobis nudum imperium; virtute ſua amictum venit, ornamenta ſua ſecum traxit. Penes nos ſunt Conſules tui, penes nos eſt Senatus tuus, penes nos eſt miles tuus. Proceres Francorum ipſi ſe conſilio regere, Equites Francorum ipſi tuam ferro injuriam propellere debebunt.

2. Gloriaris, me per te vocatum eſſe: me per te primo Civem, poſt Principem factum: quod tuum erat, à te ſuſcepiſſe. Quæ dicti novitas, quàm ratione abſona, quàm veritate vacua ſit, æſtimationi tuæ prudentumque relinquatur arbitrio. Revolvamus modernorum Imperatorum geſta, ſi non Divi noſtri Principes Carolus & Otto nullius beneficio traditam, ſed virtute expugnatam, Græcis ſeu Longobardis Urbem cum Italia eripuerint, Francorumque appoſuerint terminis. Docent hæc Deſiderius & Berengarius Tyranni tui, in quibus gloriabaris, quibus tanquam Principibus innitebaris. Eos à Francis noſtris non ſolum ſubactos & captos fuiſſe, ſed & in ſervitute ipſorum conſenuiſſe, vitam finiſſe, vera relatione didicimus. Cineres ipſorum apud nos reconditi evidentiſſimum hujus rei repræſentant indicium. Sed dicis: Vocatione mea veniſti. Fateor, vocatus fui. Redde cauſam, quare vocatus fuerim. Ab hoſtibus pulſabaris; nec propria manu, Græcorumve mollitie liberari poteras: Francorum virtus invitatione adſcita eſt. Imploratione potius quàm vocationem hanc dixerim. Implorasti miſera felicem, debilis fortem, invalida validum, anxia ſecurum. Eo tenore vocatus (ſi vocatio dicenda eſt) veni. Principem tuum militem meum feci, teque deinceps uſque in præſentiarum in meam Ditionem transfudi. Legitimus poſſeſſor ſum: eripiat quis, ſi poteſt, clavam de manu Herculis. Siculus, in quo confidis, forte hæc faciet? Ad priora reſpiciat exempla. Nondum facta eſt Francorum ſive Teutonicorum manus invalida: Deo largiente, vitaque comite & ipſe temeritatis ſuæ quandoque capere poterit experimenta.

3. Juſtitiam tuam, quam tibi debeam, exquiris: Taceo quod Principem populo, non Populum Principi Leges præſcribere oporteat. Prætermitto, quod quilibet poſſeſſor poſſeſſionem ſuam ingreſſurus, nullum conditionis præjudicium pati debeat. Ratione contendamus. Proponis (ut mihi videtur) trium ſacramentorum exactionem. De ſingulis reſpondeo. Dicis me debere jurare, ut Leges Anteceſſorum meorum Imperatorum eorum privilegiis tibi firmatas, & bonas conſuetudines tuas obſervem. Apponis etiam, quod patriæ uſque ad periculum capitis tuitionem jurem. Ad iſta duo ſimul reſpondeo. Ea quæ poſtulas, aut juſta ſunt, aut injuſta. Si injuſta ſunt, nec tuum erit poſtulare, nec meum concedere: ſi juſta, recognoſco hæc & debendo velle, & volendo debere. Quare ſuperfluum erit voluntario debito & debitæ voluntati ſacramentum apponere. Quomodo enim tibi tuam juſtitiam infringerem, qui quibuſlibet infimis etiam quod ſuum eſt, ſervare cupio? Quomodo patriam, & præcipue Imperii mei Sedem usque ad periculum capitis non defenderem, qui & ipſius terminos non ſine ejusdem periculi æſtimatione, quantum eſt in me, reſtaurare cogitaverim? Experta eſt hoc Dania nuper ſubacta, Romanoque reddita Orbi, & fortaſſe plures Provinciæ, pluraque ſenſiſſent Regna, ſi præſens negotium non impediſſet.

4. Ad tertium venio capitulum. Affirmas pro pecunia quadam juramentum præberi à mea debere perſona. Proh nefas! à tuo, Roma, exigis Principe, quod quilibet lixa potius petere deberet ab inſtitore. A captivis hæc penes nos exiguntur. Num in captivitate detineor? Num vinculis hoſtium urgeor? Nonne multo & forti ſtipatus milite inclytus ſedeo? Cogetur Princeps Romanus contra ſuam voluntatem cujuslibet præbitor eſſe, non largitor? Regaliter & magnifice hactenus mea, cuilibet, & quantum decuit, & præcipue bene de me meritis dare conſuevi. Sicut enim à minoribus debitum rite expetitur obſequium, ſic à majoribus meritum juſte rependitur beneficium. Hunc, quem alibi à Divis parentibus meis acceptum ſervavi morem, Civibus cur negarem, Urbemque meo introitu lætam non facerem? ſed merito non juſta injuſte petenti cuncta juſte negantur.

ANNO 1155.

XXXII.

1156. *Epiſtola* HADRIANI *Papæ ad* FRIDERICUM *Imperatorem, quâ de duplici injuriâ, Sedi Apoſtolicæ per ipſum illatâ, videlicet de antepoſitione proprii Nominis in Epiſtolis, & de homagio ab Epiſcopis exacto conqueritur, eundemque ad reſipiſcentiam minis adjectis hortatur.* [PHILIPPI LABBEI Concil. Collectio Tom. X. Col. 1149. Appendix vetuſti Script. ad RADEVICI FRIS. de rebus geſtis Frid. I. Imp. libros. Ex Chronicis NAUCLERI. GOLDASTI Conſtit. Imp. Tom. I. pag. 263. Le même en ſes *Reichs Satzungen* 2. Theyl pag. 9. BARONII Annales Eccleſiaſt. Tom. XII. ann. 1159. num. 6. pag. 412.]

Voyez cette Piece dans notre *Premiere Collection* Tom. I. pag. 80. col. I. où elle a été rangée par abus ſous l'an 1154.

Reſcriptum FREDERICI I. *Romanorum Imperatoris ad* HADRIANUM IV. *Papam de antepoſitione Nominis proprii in Epiſtolis ad eum deſtinatis, tanquam juſto titulo facta. Exprobrat ei ſuperbiam ſuam & Cardinalium ſuorum, adhortaturque ad humilitatem Apoſtolicam.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imp. Tom. I. pag. 263. Cette Pièce ſe trouve auſſi dans L'APPENDIX vetuſti ſcriptoris ad RADEVICI FRISING. de reb. geſt. Frid. I. Imperatoris libros. Ex Chronicis Naucleri. & dans. BARONII Annales Eccleſ. Tom. XII. ann. 1159. pag. 412. Num. VII.]

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hadriano Romanæ Eccleſiæ Pontifici, omnibus illis adhærere, quæ cœpit Jeſus facere & docere.

1. Lex juſtitiæ unicuique, quod ſuum eſt, reſtitui. Non

ANNO 1156. Non enim parentibus noſtris derogamus, quibus in hoc Regno noſtro debitum exhibemus honorem, à quibus & Regni dignitatem ſuſcepimus & coronam. Numquid tempore CONSTANTINI Sylveſter regalis aliquid habuiſſe dignoſcitur? Sed ejus pietatis conceſſione libertas data eſt Eccleſiæ, pax reſtituta, & quicquid regale Papatus veſter habere dignoſcitur, largitione Principum obtinet. Unde cum Romano Pontifici ſcribimus, jure & ex antiquo nomen noſtrum præponimus, & ad juſtitiæ normam eidem nobis ſcribenti concedimus. Revolvite Annales, & ſi lectum neglexiſtis, quod aſſerimus, illic invenitur.

2. Ab hiis autem, qui Dii ſunt per adoptionem, & regalia noſtra tenent, cur homagium & regalia ſacramenta non exigamus? cum ille noſter & veſter inſtitutor, ab homine Rege nihil accipiens, ſed omnia bona omnibus conferens, tamen pro ſe & Petro cenſum Cæſari perſolvit, & exemplum vobis dedit, ut & vos ita faciatis. Docet itaque vos, dicens: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Aut igitur regalia noſtra nobis dimittant, aut ſi hæc ſibi utilia judicaverint, quæ Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari perſolvant.

3. Cardinalibus utique veſtris clauſæ ſunt Eccleſiæ, & non patent Civitates; quia non videmus eos Cardinales, ſed Carpinales; non prædicatores, ſed prædatores; non pacis corroboratores, ſed pecuniæ raptores; non Orbis reparatores, ſed auri inſatiabiles corraſores. Cum autem viderimus eos, quales requirit Eccleſia, portantes pacem, illuminantes patriam, aſſiſtentes cauſæ humilium in æquitate, neceſſariis ſtipendiis & commeatu eos ſuſtentare non differemus.

4. Humilitati autem, quæ eſt cuſtos virtutum, & manſuetudinis veſtræ, non minimam notam inuritis, cum hujusmodi quæſtiones, Religioni non multum conferentes, ſecularibus perſonis proponitis. Provideat itaque Paternitas veſtra, ne, dum talia movet, quæ indigna ducimus, offendiculum ponat illis, qui velut ad imbrem ſerotinum ori veſtro aures ſuas arrigere feſtinant. Non enim non poſſumus reſpondere auditis, cum ſuperbiæ deteſtabilem beſtiam usque ad Sedem Petri reptaſſe videamus, paci Eccleſiæ bene ſemper providentes. Valete.

XXXIII.

Juin. *Pax inter* WILHELMUM *Regem Siciliæ, & HADRIANUM Papam IV. quâ præfatus Rex Jura Eccleſiaſtica tam in Regno Siciliæ, quàm in Ducatu Apuliæ, & Calabriæ, aliisque locis promittit illibata conſervare, præditus verò Pontifex eundem manutenere ac defendere in omnibus ſupradictis, pro quibus illi fidelitatem juravit, & homagium ligium fecit. Datum ante Beneventum menſe Junio Anno Incarnationis Dominicæ* 1156. *Regni* WILHELMI *Regis VI.* [BARONIUS Annales Eccleſ. Tom. XII. ſub An. 1156. pag. 395, num. 3.]

IN NOMINE DEI ÆTERNI & Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI. Amen.

Domino Hadriano Dei gratia S. R. E. Summo Pontifici chariſſimo Domino & Patri noſtro reverendo, ejusque Succeſſoribus Willelmus eadem gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Noſtræ ſemper Conſuetudinis extitit, animum noſtrum in Triumphis & maximis humiliare Succeſſibus, & tunc nos attentiùs ad Omnipotentis Dei obſequium, & cultum manſuetudinis exponere, cùm ad majorem proſperitatem & gloriam nos vidimus pervenire: tales in tranquillis & proſperis rebus erga noſtri Redemptoris obſequium inveniri volentes, ut perceptorum à Rege omnium Regum beneficiorum non appareamus ingrati, & majores Succeſſus atque Victorias de Brachio Virtutis Dei jugiter ſperare poſſimus. Hujus quidem noſtræ Conſuetudinis conſideratione inducti, cæſis & comprehenſis in manu bellica ad laudem & gloriam Nominis Dei Græcis & Barbaris Nationibus, quæ Regnum noſtrum nulla earum vi, ſed Proditorum noſtrorum doloſitate intraverant, devictis & fugatis de Finibus Regni noſtri Turbatoribus Pacis, & Proditoribus noſtris, humiliandos nos ſub omnipotenti manu Dei decrevimus, & ad cultum Humilitatis propenſiùs intendendum.

Diſcordiis igitur illis, quæ inter Romanam Eccleſiam fuerant agitatæ, finem congruum imponere cupientes: cùm appropinquaviſſemus Civitati Beneventi, & Inimici noſtri ante faciem indignationis noſtræ fugiſſent, venerabiles Cardinales veſtros Hubaldum Tituli Sanctæ Praxedis, & Julium Tituli Sancti Marcelli Presbyteros Cardinales, & cum eis Rolandum Tituli Sancti Marci Presbyterum Cardinalem & Cancellarium veſtrum, quos ad noſtram Præſentiam direxiſtis, eo quo decuit honore ſuſcepimus, & deſiderium ac Monita veſtra de bono Pacis ex ore ipſorum libenti animo audientes, ipſis, & Majone magno Ammirato Ammiratorum dilecto fideli & familiari noſtro, & Hugone Panormitano, & Romualdo Salernitano venerabilibus Archiepiſcopis, & Willelmo Calano Epiſcopo, & Marino Cavenſi Abbate fidelibus noſtris mediantibus, in hunc vobiſcum per eos Pacis devenimus Concordiæque tenorem; videlicet ut de Capitulis illis, de quibus inter Majeſtatem veſtram & nos Controverſia vertebatur, quod ſubſcriptum eſt, obſervetur. ANNO 1156.

De Appellationibus quidem ita. Si aliquis Clericus in Apulia, & Calabria, & aliis Tertis quæ Apuliæ ſunt affines, adverſus alium Clericum de Cauſis Eccleſiaſticis querelam habuerit, & à Capitulo, aut Epiſcopo, vel Archiepiſcopo ſuo, ſeu alia Eccleſiaſtica Perſona ſuæ Provinciæ non poterit emendari: liberè tunc ſi voluerit, ad Eccleſiam Romanam appellet. Tranſlationes in Eccleſiis fient, ſi neceſſitas, aut utilitas Eccleſiæ aliquem de una Eccleſia ad aliam vocaverit, & vos, aut veſtri Succeſſores concedere volueritis. Conſecrationes & viſitationes liberè Romana Eccleſia faciet Apuliæ vel Calabriæ Civitatum, ut voluerit, aut illarum partium quæ Apuliæ ſunt affines, Civitatibus illis exceptis, in quibus Perſona noſtra vel noſtrorum Heredum in illo tempore fuerit, remoto malo ingenio, niſi cum voluntate noſtra noſtrorumque Heredum. In Apulia, & Calabria, & Partibus illis quæ Apuliæ ſunt affines, Romana Eccleſia liberè Legationes habebit. Illi tamen, qui ad hoc à Romana Eccleſia fuerint delegati, Poſſeſſiones Eccleſiæ non devaſtent. In Sicilia quoque Romana Eccleſia Conſecrationes & viſitationes habeat, & ſi de Sicilia Perſonas aliquas Eccleſiaſtici Ordinis vocaverit, Munificentia noſtra noſtrorumque Heredum pro Chriſtianitate facienda, vel pro ſuſcipienda Corona, remoto malo ingenio, retinebit quas providerit retinendas. Cetera quoque ibidem habebit Romana Eccleſia, quæ habet in aliis Partibus Regni noſtri, excepta Appellatione & Legatione, quæ niſi ad petitionem noſtram & Heredum noſtrorum, ibi non fient. De Eccleſiis & Monaſteriis Terræ noſtræ, de quibus Romanæ Eccleſiæ quæſtio mota fuit, ſic fiat: Vos quidem & veſtri Succeſſores in eis habebitis eas, quæ in ceteris Eccleſiis, quæ ſub noſtra Poteſtate conſiſtunt, ſolitæ ſunt accipi Conſecrationes & Benedictiones à Romana Eccleſia; & debitos inſuper & ſtatutos ei Cenſus exſolvent. De Electionibus quidem ita fiat. Clerici conveniant in Perſonam idoneam, & illud inter ſe ſecretum habebunt, donec Perſonam illam Excellentiæ noſtræ pronuntient, & poſtquam Perſona Celſitudini noſtræ fuerit deſignata, ſi Perſona illa de Proditoribus aut Inimicis noſtris vel Heredum noſtrorum non fuerit, aut Magnificentiæ noſtræ non extiterit odioſa, vel alia in ea cauſa non fuerit, pro qua non debemus aſſentire, aſſenſum præſtabimus.

Profecto vos nobis, & Rogerio Duci Filio noſtro, & Heredibus noſtris, qui in Regnum pro voluntaria Ordinatione noſtra ſucceſſerint, concedetis Regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, Principatum Capuæ, cum omnibus Pertinentiis ſuis; Neapolim, Salernum, & Malphiam cum Pertinentiis ſuis; Marchiam, & alia quæ ultra Marſicam debemus habere, & reliqua Tenimenta, quæ tenemus, à Prædeceſſoribus noſtris hominibus Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ jure detenta, & contra omnes homines adjuvabitis honorificè manutenere. Pro quibus omnibus vobis veſtrisque Succeſſoribus, & S. R. E. fidelitatem juravimus, & vobis Ligium Homagium fecimus, ſicut continetur in duobus ſimilibus Capitularibus, quorum alterum penes veſtram Majeſtatem Sigillo noſtro aureo, alterum verò Sigillo veſtro ſignatum penes nos habetur. Et Cenſum ſexcentorum Schifatorum de Apulia & Calabria, quingentorum verò de Marchia, vel æquivalens in auro vel argento nos ac noſtros Heredes Romanæ Eccleſiæ ſtatuimus annis ſingulis ſoluturos, niſi fortè impedimentum aliquod interceſſerit, quo ceſſante, Cenſus ex integro perſolvetur. Omnia verò prædicta, quæ nobis conceſſiſtis, ſicut nobis, ita etiam & Heredibus noſtris concedetis, quos pro voluntaria Ordinatione noſtra ſtatuerimus, qui ſicut nos, vobis veſtrisque Succeſſoribus & Eccleſiæ Romanæ fidelitatem facere,

&c.

ANNO 1156. & quæ præscripta sunt, voluerint observare. Ut autem quæ supra dicta sunt, tam vestro quàm vestrorum Successorum tempore obtineant perpetuam firmitatem, nec nostris aut nostrorum Heredum temporibus alicujus valeant præsumptione turbari: præsens Scriptum per manum Matthæi nostri Notarii scribi, ac Bulla aurea nostro Typario impressa insigniri, ac nostro Signaculo decorari jussimus. Datum ante Beneventum per manus Majonis magni Ammirati Ammiratorum, anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo-sexto, mense Junii, quartæ Indictionis; anno verò Regni Domini Willelmi Dei gratia magnifici & gloriosissimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ sexto feliciter. Amen. ✠

Confirmatio Pacis prædictæ per HADRIANUM *Papam IV. Datum eadem die.* [BARONIS Annales Eccles. Tom. XII. sub An. 1156. num. 8.]

HADRIANUS Episcopus Servus Servorum Dei charissimo in Christo Filio Willelmo illustri & glorioso Siciliæ Regi, ejusque Heredibus, quos pro voluntaria Ordinatione sua statuerit in Regnum, in perpetuum.

Licet ex injuncto nobis à Deo Apostolatus Officio universos Christi Fideles paternæ charitatis brachiis debeamus amplecti, atque ad Pacem eos & Concordiam invitare: Reges tamen & sublimiores quasque Personas tanto amplius diligere & honorare debemus, atque de bono Pacis eos tanto studiosius commonere, quanto Ecclesiæ Dei & fidelibus Christianis major inde fructus spiritualiter ac temporaliter dignoscitur provenire. Constat, charissime in Christo Fili Willelme, gloriose Siciliæ Rex, te inter Reges & celsiores Personas Sæculi eximiis operibus, potentia, opibusque clarere, ita ut ex vigore Justitiæ, quam in Terra sub tua Ditione constituta conservas, ex securitate Pacis, qua omnes per eamdem constituti lætantur, & ex terrore, quem Inimicis Christiani Nominis per opera magnifica incussisti, usque ad extremos angulos fama nominis tui & gloria protendatur. Quod si quidem nos, dilectissime in Christo Fili Willelme eximie, diligentius attendentes, & inspicientes pariter, quantæ utilitates Romanæ Ecclesiæ valeant provenire, si Celsitudo tua per firmam Pacem ei & Concordiam conjungatur: dum in Civitate Beneventana securi & liberi cum Fratribus nostris essemus, ad Pacem tecum habendam diligenti studio decrevimus intendere. Misimus ergo ad Excellentiam tuam quosdam Fratrum nostrorum, scilicet, *ut suprà*, & proposuimus per eos nostrum de bono Pacis & Concordiæ desiderium, & invitavimus attentius, & monuimus Excellentiam tuam ad Pacem. Et illius inspirante virtute, qui ad Cœlum iturus Discipulis suis ait: Pacem meam do vobis, Pacem meam relinquo vobis: talem animum tuum invenimus, qualem Filii Pacis & Catholici Principis decuit inveniri. Et mediantibus præfatis Filiis nostris, &c. *ut suprà*. In hanc formam Pacis libera & spontanea voluntate nostra devenimus; Ut videlicet de Capitulis illis, de quibus inter nos & Excellentiam tuam controversia est, per omnia, &c.] *ut suprà in proximè scripta Regis est Conclusione*: pergit. Ut autem quæ supra diximus, tam nostro quàm Successorum nostrorum tempore perpetuam obtineant firmitatem, & nec tuis, nec tuorum Heredum temporibus alicujus valeant præsumptione turbari: nos ea de communi Consilio & voluntate Fratrum nostrorum Auctoritate Apostolica confirmamus, & valitura in perpetuum præsentis Scripti Pagina communimus, & tam à nobis quam à nostris Successoribus perpetuis temporibus statuimus observanda. Nulli ergo omnino liceat hanc Paginam nostræ Concessionis & Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare voluerit: Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus indignationem incurrat. Amen, Amen, Amen. Datum *eadem die qua & superior*.]

XXXIV.

1157. *Epistola* ADRIANI IV. *Papæ ad* FREDERICUM I. *Romanorum Imperatorem qua memorat* Beneficium a Sancta Sede in eum collatum, *videlicet dum Coronam Imperialem de manu ejus susceperat.* [RADEVICI FRISING. Canon. de Reb. Gest. Frid. I. Imp. lib. I. cap. 9. pag. 265.

ANNO 1157.

ADRIANUS Episcopus Servus Servorum Dei, Dilecto filio Friderico Illustri Romanorum Imperatori, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Imperatoriæ Majestati paucis retroactis diebus recolimus scripsisse, illud horrendum & execrabile facinus, & piaculare flagitium tempore nostro commissum, in Teutonicis partibus, sicut credimus, aliquando intentatum, Excellentiæ tuæ ad memoriam revocantes, non sine grandi admiratione ferentes, quod absque digna severitate vindictæ usque nunc transire passus sis tam pernicioси sceleris feritatem qualiter enim venerabilis frater noster E. Lundonensis Archiepiscopus, dum à Sede Apostolica remearet, à quibusdam Impiis & sceletis, quod sine grandi animi mærore non dicimus, in partibus illis captus fuerit, & adhuc in custodia teneatur. Qualiter etiam in ipsa captione prædicta, viri impietatis, semen nequam, filii scelerati, in eum & in suos evaginatis gladiis violenter exarserint, & eos ablatis omnibus, quàm turpiter atque inhonestè tractaverint, & tua serenissima Celsitudo cognoscit, atque ad longinquas & remotissimas Regiones fama tanti sceleris jam pervenit. Ad cujus utique vehementissimi sacinoris ultionem, sicut is cui bona placere, mala verò displicere credimus, constantius exurgere debuisti, & gladium qui tibi ad vindictam maledictorum, laudem verò bonorum est ex divina provisione concessus, in cervicem desævire oportuit impiorum, & gravissime conterere præsumptores. Tu verò ad ipsum ita dissimulasse diceris, sævitiam neglexisse, quod eosdem non est quare pæniteat commisisse reatum: quia impunitatem Sacrilegii quod gesserunt, jamjam sentiunt invenisse. Cujus quidem dissimulationis & negligentiæ causam penitus ignoramus: quoniam nos in aliquo Serenitatis tuæ gloriam offendisse, Conscientiæ scrupulus nostrum animum non accusat: sed personam tuam sicut Charissimi & specialis filii nostri & Principis Christianissimi, quem in Apostolicæ confessionis petra non ambigimus per Dei gratiam solidatum, sincera semper dilexerimus charitate, & debitæ tractavimus benignitatis affectu. Debes enim, gloriosissime fili, ante oculos mentis reducere, quam gratanter & quam jocundè alio anno Mater tua Sacro-Sancta Romana Ecclesia te susceperit quanta cordis affectione tractaverit, quantam tibi dignitatis plenitudinem contulerit, & honoris: & qualiter Imperialis insigne Coronæ libentissime conferens benignissimo gremio suo, tuæ sublimitatis apicem studuerit confovere, nihil prorsus efficiens quod regiæ voluntati vel in minimo cognoscet obviare. Neque tamen pœnitet nos desideria tua voluntatis in omnibus impleviſſe, sed si majora beneficia Excellentia tua de manu nostra susceptisset, si fieri posset, considerantes quanta Ecclesiæ Dei & nobis per te Incrementa possint, & commoda provenire, non immerito gauderemus. Nunc autem quia tam immensum facinus quod in contumeliam universalis Ecclesiæ & Imperii tui noscitur etiam commissum, negligere ac dissimulare videris, suspicamur utique ac veremur, ne fortè in hanc dissimulationem & negligentiam propter hoc tuus animus sit inductus, quod suggestione perversi hominis Zizania seminantis, adversus Clementissimam Matrem tuam Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, & nos ipsos indignationem (quod absit) aliquam conceperis, vel rancorem. Ob hoc igitur, & ob alia omnia negocia quæ cognoscimus imminere, duos de melioribus & charioribus quos circa nos habemus, dilectos scilicet filios nostros, Bernhardum S. Clementis Presbyterum, Rolandum S. Marci Presbyterum Cardinalem, & Cancellarium nostrum, viros utique Religione, prudentia & honestate conspicuos, Serenitati tuæ de latere nostro ad præsens duximus destinandos, Excellentiam tuam rogantes attentius, quatenus eos tam honorificè quàm benignè recipias, honestè tractes, & ea quæ ipsi super hoc, & super aliis ad honorem Dei & Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad decus etiam & exaltationem Imperii pertinentia, ex parte nostra Imperatoriæ proposuerint Dignitati, sicut si ab ore nostro procedant, absque ulla hæsitatione suscipias, & ipsorum verbis, tanquam si ea contingeret nos proferre, fidem non dubites adhibere.

ANNO 1157.

XXXV.

Edictum FRIDERICI *Romanorum Imperatoris, de Arrogantiâ* HADRIANI *Papæ erga Fastigium Cæsareum Regnumque universum Romano-Germanicum Literis ejus suprascriptis & verbis Legatorum satis superque declarata; necnon de Juribus & Dignitate Imperii a Tyrannide ejus & Cardinalium suorum vindicandis.* [RADEVICI FRISING. Canon. de rebus. gestis Frider. I. Imp. lib. I. cap. X. pag. 266. GOLDASTI Constit. Imp. Tom. I. pag, 263. On a tiré cette Piece de ce dernier.]

CUM divina potentia, à quo omnis potestas in cœlo & in terra, nobis, Christo ejus, Regnum & Imperium regendum commiserit, & pacem Ecclesiarum Imperialibus armis conservandam ordinaverit, non sine maximo dolore cordis conqueri cogimur Dilectioni vestræ, quòd à capite sanctæ Ecclesiæ, cui Christus pacis ac dilectionis suæ characterem impressit, causæ dissensionum, disseminarium malorum, pestiferi morbi venenum manare videntur. De quibus, nisi Deus avertat, totum corpus Ecclesiæ commaculari, unitatem scindi, inter Regnum & Sacerdotium Schisma fieri pertimescimus. Cum enim nuper in Curia Bisuntii essemus, & de honore Imperii & salute Ecclesiarum debita sollicitudine tractaremus, venerunt Legati Apostolici, asserentes se talem Legationem nostræ afferre Majestati, unde honor Imperii non parvum accipere deberet incrementum. Quos cum prima die adventus sui honorificè suscepissemus, & secunda (ut mos est) ad audiendam Legationem eorum cum Principibus nostris consedissemus, ipsi quasi de Mammona iniquitatis inflati, de altitudine superbiæ, de fastu arrogantiæ, de execrabili tumidi cordis elatione, Legationem Apostolicis Literis conscriptam nobis præsentaverunt, quarum tenor talis erat; quòd præ oculis mentis semper deberemus habere, qualiter Dominus Papa insigne Imperialis coronæ nobis contulerit: neque tamen pœnitentia moveretur, si majora Excellentia nostra ab eo beneficia suscepisset.

2. Hæc erat illa paternæ dulcedinis Legatio, quæ unitatem Ecclesiæ & Imperii confovere debuit, quæ vinculo pacis utrumque colligare. Ad vocem illam nefandam & omni veritate vacuam, non solum Imperialis Majestas debitam indignationem concepit, verùm omnes Principes, qui aderant, tanto furore & ira sunt repleti, quòd sine dubio illos duos iniquos Presbyteros mortis sententia damnassent, nisi hoc nostra intercepisset præsentia. Porrò quia multa paria Literarum apud eos reperta sunt, & Schedulæ sigillatæ ad arbitrium eorum scribendæ adhuc, quibus (sicut hactenus consuetudinis eorum fuit) per singulas Ecclesias Teutonici Regni conceptum iniquitatis suæ virus respergere, altaria denudare, vasa domus Dei asportare, cruces excoriare, nitebantur, ne ultra procedendi facultas eis daretur, eadem, qua venerant, via ad Urbem eos redire fecimus. Cumque per electionem Principum à solo Deo Regnum & Imperium nostrum sit, qui in passione Christi Filii sui duobus gladiis necessariis regendum Orbem subjecit; cumque Petrus Apostolus hac doctrina mundum informaverit, *Deum timete, Regem honorificate;* quicunque nos Imperialem Coronam pro beneficio à Domino Papa suscepisse dixerit, divinæ institutioni & doctrinæ Petri contrarius est, & mendacii reus erit.

3. Quia verò hactenus honorem ac libertatem Ecclesiarum, quæ jam diu indebitæ servitutis jugo depressa est, à manu Ægyptiorum studuimus eripere, & omnia eis dignitatum suarum jura conservare intendimus, universitatem vestram super tanta ignominia nobis & Imperio condolere rogamus; sperantes, ne honorem Imperii, qui à constitutione Urbis, & Christianæ Religionis institutione, ad vestra usque tempora gloriosus & imminutus extitit, fidei vestræ indivisa syncritas tam inaudita novitate, tam præsumptuosa elatione imminui patiatur: sciens omni ambiguitate remota, quòd mortis periculum antè vellemus incurrere, quàm nostris temporibus tantæ confusionis opprobrium sustinere. Valete.

1158. *Epistola* FRIDERICI I. *Romanorum Imperatoris ad Archiepiscopum* Trevirensem. *Probat Imperium non esse à Papâ, sed immediatè à Deo; addit multa de* HADRIANI IV. *Romani Pontificis Tyrannide, de usurpatione ejusdem in Imperio nec non Pseudovicariatu in Ecclesiâ reprimendis, nec non Primatu Sedis Trevirensis.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. I. pag. 264.]

ANNO 1158.

FRIDERICUS IMPERATOR ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI.

CUM Imperatoria Dignitas Imperialibus armis pacem Ecclesiarum ubique tueri debeat, Imperialem manum adversum se commovet, qui pacem Ecclesiarum disturbat. Judicium quippe portabit, quicunque est ille. Disturbat autem pacem Ecclesiarum, qui reus est Majestatis. Reus est Majestatis, qui Imperatoriæ derogat Dignitati. Cùm enim pax Ecclesiarum ex Imperatoria dignitate vigeat, paci Ecclesiæ studet, qui Imperatoriæ non derogat dignitati.

2. Itaque cum paria sint, pax scilicet Ecclesiarum, & Imperatoria Dignitas (quia unum absque altero non consistit: utpote nec Imperatoria Dignitas sine pace Ecclesiarum, neque pax Ecclesiarum sine Imperatoria Dignitate: qui unum offendit, offendit & aliud: quia qui dixit: *Deum timete*, idem statim subjunxit: *Regem honorificate:* ut per hoc claresceret, quòd Dei timor, Regis esset honor, & è converso Regis honor Dei esset timor) qui Regem inhonorat, Deum non timet. Inhonorat autem, qui dicit, eum ab homine accepisse illud. Cum enim (juxta Apostolum) *Omnis potestas à Deo sit*, mendacii reus est, qui dogmatisat, ab homine esse, quod à Deo constat esse.

3. Pax itaque nostra, & Regnum à Deo est, qui etiam ante mundi constitutionem elegit nos, ut per nos administraretur pax Ecclesiarum. Sed quia vos plurima pars estis de numero lætantium in pace Ecclesiarum, ut pote columna & basis Ecclesiarum, quam S. Petrus aliquando suo ditavit baculo, sicut ipse post Deum, ita vos post Petrum gubernate res Ecclesiæ. Hoc mare magnum & spaciosum manibus, ubi reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis, in baculo Petri remigetis, in tranquillum charitatis portum anchoram fidei vestræ figatis, innixique baculo Petri, non sitis arundo vento agitata, nec ut quidem ajunt vos esse baculum arundineum, cui si innixi fuerimus, perforabitis manum nostram.

4. Conquerimur Dilectioni vestræ, quòd nuper in Curia Bisantii, dum de stabilitate Regni & pace Ecclesiarum, debita solicitudine tractaremus, Apostolicus scripto nobis mandavit, quod præ oculis mentis haberemus, quomodo ipse nos in thronum Regni coronaverit, & neque inde pœnituerit eum, si majora etiam beneficia nostra Excellentia ab eo suscepisset. Ecce audistis blasphemiam. Recolite librarios, & percunctamini antiquarios vestros, & videte si auditum sit hujuscemodi verbum in diebus eorum, in diebus antiquis. Sed nec patres nostri annunciaverunt nobis, quod unquam Regnum alicui Augustorum ab aliquo Apostolicorum beneficiatum sit, sicut iste vesanæ mentis vir scripsit, se nos inbeneficiasse, pro eo solo, quòd solùm unctionem per reverentiam B. Petri ab eo accepimus.

5. Ecce schisma, quod, nisi Deus avertat, inficiet totum corpus Ecclesiæ, juxta illud; *Necesse est ut veniant scandala.* Sed quid sequitur? *Væ autem illi, per quem veniunt scandala.* Per nos igitur non veniunt, sed per illum, qui se dicit Vicarium Petri, & non est. quia si in viridi ligno hoc facit, quid in arido fiet? Tribus toxicatis nos de Mammona iniquitatis suæ appetiit, videlicet, quod nos in Regnum coronaverit, & neque inde pœnituerit eum, si majora beneficia ab eo suscepissemus. Videamus igitur si hæc vera sunt.

6. Certè nobis coronam per electionem Principum imposuimus: nihil nisi solam unctionem ab eo accepimus: & ubi est beneficium, quod ab eo consecuti sumus? Quæ est ergo illa pœnitentia? & ubi sunt majora beneficia? An potest esse majus beneficium, quam Romanum Imperium? Nos ipsi nobis coronam imposuimus, & quomodo tum coronavit, dum coronam Regni nobis ipsi imposuimus? Regnum non ab eo, sed à Deo suscepimus. Videte ergo, qualiter mentitus sit. Sed quia ipse sibi beneficia usurpavit, sine consensu nostro; & Viterbium, Cameram Regni, sibi fecit sedem, præponens caudam capiti, & ancillam præferens dominæ.

7. Et

ANNO 1158.

7. Et quia, te teste, nusquam pejus agitur divinum servitium, quàm Romæ, ubi domus Petri facta est spelunca latronum, & habitatio Dæmonum: & ubi ille alter Simon hæresiarcha, quærens sua non quæ Jesu Christi, cuncta spiritualia habet venalia: nos judicabimus eum in virga Regni nostri, & requiremus ab eo; quæ nostræ Ditionis sunt, Urbes & Castella, munitiones & Oppida, quæ in tota tenet Apulia, & videbimus, quis liberet de manu nostra.

8. Excommunicationem ejus non timebimus, quæ ter tantum apud suos vilipenditur, despicitur, negligiturque. Numquid potest nos excommunicare paries dealbatus? tumens in supercilio Pharisæorum, mortificans animas, quæ non moriuntur, & vivificans quæ non vivitant. Nonne magis secundum B. Gregorium ligandi solvendique potestate se privat, qui hanc pro suis voluntatibus, non pro subjectorum meritis exercet? Quid ejus cis Alpes timemus excommunicationem? dum trans Alpes ipsi vulgares parvi pendunt suam excommunicationem. Romæ in sede sua vilipenditur cum sua excommunicatione; & nobis tam gravis est sua indignatio?

9. Ecce qualis subsannatio? Certè vos ipsi vidistis & audistis, quam derisui nos habuerint, vocantes nos stultos Allemannos, quod ad præceptum ejus staremus subjecti, quorum dexteras totus Orbis ferre non posset. Igitur quia vos Primas estis cis Alpes, & cor Regni, & Metropolis illa vestra, Treveris, inquam, inclyta, quæ inconsutili præpollet tunica Domini, vestro consilio & auxilio summam & mysterialem inconsutilem tunicam Domini, id est, Emath, de manu illius Amorrhæi, videlicet Apostolici, à quo hucusque scissa & divisa sorte, & in jus Ægyptiorum iterum vendita est, eruemus. Non enim per ostium, sed aliunde ascendit in ovile: fur quippe est & latro.

10. Nos in brachio Regni & arcu extento eam eruemus: & vobis, qui ideò secundæ Romæ præestis, ut si ille deviaverit, vos conversus confirmetis fratres vestros: quod & vobis in baculo suo Petrus tradidit, sicut ipse à Domino accepit, ut solus sitis inter omnes post Petrum, sicut ipse post Christum; Emath Dei regendam in vice Petri Imperiali authoritate committimus, ut omnes de Regno nostro cis Alpes, non Viterbii ad novam Romam, sed Treverim ad secundam Romam veniant, qui in causa sua secundum judicium & justitiam, non nummo cooperante, sicut Romæ, ubi nummus regnat & imperat, quæstiones suas exequantur, dum Deus tantum sit in causa; & ideò Deus merces operis.

11. Nonne & hoc Petrus factis ostendit, dum vobis baculum suum præscius futurorum tradidit? quod adhuc tota Dignitas Apostolici ad vos tantum Metropolitanum quasi hæreditario jure derivaretur. Nonne ideò adhuc Apostolicus sine baculo est, ut vos sitis in baculo ejus? Igitur hæres Petri contra eum, qui se dicit Vicarium Petri, & non est, insurgite, & Suffraganeos vestros, Metensem, Tullensem & Virdunensem, ut vobis & Regno subscribant, efficite: & vos columna Regni, pro Regno, quod jam titubat, viriliter state, & stando, quis & quid sitis, factis ostendite, ut per vos cæteri nobis fideliter assistant, & filiis Belial unanimiter, prout Dominus dederit, resistant.

XXXVI.

Edictum FRIDERICI I. *Romanorum Imperatoris in Comitiis Brixiensibus Procerum Germaniæ, Galliæ, & Italiæ ad* Mediolanenses *bello persequendum.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. III. pag. 334.]

IMperii Romani, cujus apud nos administratio, penes vos vero, qui Oprimates Regni estis, auctoritas residet, nemo nos pro libidine bella gerere existimet, quæ & incertos eventus habent, & plurimis incommodis detrimentisque carere non possunt. Verum Dignitas Imperii, quæ impunitis rebellibus salva esse non potest, nos accendit. Non igitur ego vestris vos patriis laribus, sed [a] Mediolanum excivit. Quod cum à legitimo Imperio defecerit, justam belli causam effecit. Neque nos bellum victoriæ cupiditate, sed pacis amore suscepimus, ut malorum audacia coerceatur, & bonis fidei suæ merita præmia tribuantur. Nam si per desidiam nostram Mediolanensium injuriam gladio non persequemur, indigni erimus, qui eo accingamur, nec tam in hoc nostra erit patientia collaudanda, quàm negligentia improbanda. Quamobrem adeste animis, virtutemque, quam soletis, præstate, ut & adversariorum audaciam contundamus, & Imperii à Carolo & Othone ad vestra usque tempora deducti Dignitatem tueamur. Et quoniam non inferimus, sed propulsamus injuriam, justum bellum cum summa spe laudis, & certa fiducia præmiorum capessite, atque imperatis meis ad Reipublicæ utilitatem pro viribus obedite.

[a] Quæ ab Imperatore rebellaverat.

ANNO 1158.

XXXVII.

Decreta FRIDERICI I. *Romanorum Imperatoris facta in Comitiis apud Roncalias habitis cum Proceribus Germaniæ, Galliæ & Italiæ super Regalibus Imperii, aliisque.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. III. pag. 334.]

QUoniam Deo placitum est, nos Imperii gubernacula administrare, ob eam rem, quæ ad dignitatem & salutem ejus pertinere videntur, curare ac moliri omnia summo studio ac singulari vigilantia convenit. Optime vero id actum iri arbitramur, si & metu suppliciorum improborum audaciæ resistemus, & spe præmiorum bonos ad partem capessendam Reipub. invitabimus, neque per socordiam aut inscitiam nostram aliquid de Imperii rationibus detrahi patiemur, sive armis sive legibus Reipub. fuerit opus. Quamobrem quando Dei beneficio armis detrectantes imperium nobis obedire coegimus, sequitur, ut eosdem in pace legibus etiam astringamus, & jura, quæ Lotharii & Conradi nostrorum decessorum incuria obliterata, atque ab Italicis usurpata sunt, repetamus, ac novis institutis stabiliamus. Quæ ut sint utilia, honesta, & temporibus convenientia, multo ante providere oportet. Quamobrem vos hortor, atque etiam oro, ut singuli quid expedire maxime Reipub. existimetis, in commune promatis.

2. Quæ ubi dixit, tum Archiepiscopus Mediolanensis, primus sententiam dicere jussus, improbata superiorum Regum multorum tyrannide, & collaudata Friderici justitia atque æquitate, potestatem novi condendi Juris ei tribuit, ac voluntatem Imperatoris pro lege habendam esse censuit. Post quem Episcopi & Abbates primum, deinde Principes ac Comites, tum Consules Civitatum rogati sententiam, omnes Archiepiscopo se assentiri dixerunt.

3. Tum de litibus appellationum componendis Imperator constituit, in singulis Diœcesibus Judices ordinarentur non ex ipsa Diœcesi, ne gratia aut odio corrumperetur judicium, sed aut ex hoc Conventu, aut ex aliis Civitatibus editi, eisque summum de omnibus rebus statuendi arbitrium dedit.

4. De Regni jure constituendo & regalibus imperii Decretum Imperatoris. *Extat Feudor. lib. 2. titul* 56.

5. Judicatum est etiam, in singulis Urbibus Prætores, Consules, cæterosque Magistratus assensu populi per Imperatorem creari oportere, qui sacramentum ei diceret, ac jus Civium Regumque tueri scirent.

6. Tum de pace stabilienda consultum, statutumque, ne Civitas Civitatem, privatus privatum oppugnaret injussu Regis: edictoque cautum, ut si qua Civitas hæc jura violaret, centenas marchas auri dependeret: si Marchio, quinquagenas; si Comes, quadragenas; si Capitaneus, seu alius Valvasor major, vicenas; alii vero denas, usque ad ternas. Quod si solvendo non essent, per quinquennium quinquaginta milibus passuum longe à patria exularent.

7. De jure Feudorum constitutum Imperatoris *Exstat dicto lib. 2. Feudor. tit.* 55.

8. Lex Imperii de iis, qui studiorum causa publica gymnasia frequentant. *Exstat in Auth. Habita, C. ne filius pro patre.*

Huic Comitiis interfuerunt ex Germania, Archiepiscopi, & eorum Legati, Colonienſis, Moguntinenſis, Treverenſis, Salisburgenſis, Magdeburgenſis, & Hammaburgenſis: Episcopi, & eorum Legati, Curienſis, Constantienſis, Augustanus, Wirciburgenſis, Aicheſtetenſis, Basilienſis, Ultrajectenſis, Cameracenſis, Argentinenſis, Spirenſis, Wormatienſis, Bambergenſis, Metenſis, Viridunenſis, Tullenſis, Havelburgenſis, Segovienſis, Patavienſis, Friſingenſis, Ratisbonenſis, Paterbornenſis, Verdenſis, Leodicenſis, Monasterienſis, Osnabrugenſis, Mindenſis, Michſnenſis, Martiſpurgenſis, Naumburgenſis & Schleſwicenſis. Abbates, de Sancto Gallo, Augienſis, Stabulenſis, Prumienſis, Campidonenſis, Altorphenſis, Elevacenſis, Weiſſemburgenſis, Fabarienſis, Heresfeldenſis, Fuldenſis,

ANNO 1158.

sis, Morbacensis, Corbejensis, Werdensis, Tudensis, &c. Principes, Rex Bohemiæ, Dux Bavariæ, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgensis, Dux Sueviæ, Dux Dalmatiæ, Dux Austriæ, Conradus Palatinus Comes Rheni, Dux Meraniæ, Dux Carinthiæ, Marchio Stiriæ, Dux Lotharingiæ, Dux Brabantiæ, Marchio Histriæ, Dux Zaringiæ, Marchio Badensis, Comes de Lucemburg, Comes de Limburg, Comes de Holland, Comes de Wirtemberg, Dux Teccensis, Marchio Moraviæ, & innumeri alii Duces & Comites. Consules Civitatum & Communitatum, &c.

De Gallia Archiepiscopi & eorum Legati, Vesontinus, Lugdunensis, Arelatensis, Viennensis, Tholosanus. Episcopi & eorum Legati, Sedunensis, Lausannensis, Genevensis, Gratianopolitanus, Valentinus, Avennionensis, Luxoviensis, Segusianus, &c. Abbates, Clarævallensis & Cluniacensis. Principes, Otto Comes Palatinus Burgundiæ Dux, Ultrajuraniæ, Marchio Segusianus; Comes Moriennæ, Comes Cabillonensis, Comes Matisconensis, Comes Orbensis, Comes Novoburgensis Comes Viennensis, Comes Tholosanus, Comes Narbonensis, & alii innumeri Principes ac Comites.

De Italia, Patriarchæ, Aquileiensis & Ravennas. Archiepiscopi, Mediolanensis, &c. Episcopi, Taurinas, Albensis, Eporœdiensis, Hastensis, Novariensis, Vercellensis, Derthonensis, Papiensis, Comensis, Cremensis, Laudensis, Cremonensis, Placentinus, Parmensis, Regiensis, Mutinensis, Bononiensis, Mantuanus, Veronensis, Brixianus, Bergomensis, Concordiensis, &c. Principes & Comites, Marchio Montisferrati, Marchio Atestis, Marchio Salutiarum, Comes Carecti, Comes Malaspinæ, Comes Capitii, &c. Consules ac Potestates Civitatum, Ferrarienses, Bononienses, Patavini, Veronenses, Vicetini, Tarvisini, Ravennates, Mutinenses, Regienses, Parmenses, Mantuani, Cremonenses, Papienses, Laudenses, Comenses, Novarienses, Vercellenses, Hastenses, Bergomates, Blanderatenses, Mediolanenses, Insulani, Pisani, Genuenses, &c.

XXXVIII.

Epistola Monitoria HADRIANI IV. *Papæ ad Episcopos* Germaniæ, *ut* FRIDERICO I. *Romanorum Imperatori persuadeat, ut Edictum, ne quis de Regno eorum ad Apostolicam Sedem accedat, revocet, & satisfactionem exhiberi Romanæ Ecclesiæ curet ob blasphemias, quas* REINALDUS *præfati* FRIDERICI *Cancellarius & Palatinus Comes in Legatos Pontificios & prædictam Ecclesiam evomuerunt.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. I. pag. 265. On trouve aussi cette Piece dans RADEVICI Frising. Can. de Reb. gest. FRIDERICI I. Imp. lib. 1. cap. 15. p. 270.]

HADRIANUS IV. PAPA AD EPISCOPOS GERMANIÆ.

QUoties *aliquid in Ecclesia contra honorem Dei & salutem fidelium attentatur, Fratrum & Coepiscoporum nostrorum, & eorum præcipuè, qui Spiritu Dei aguntur, cura debet existere, ut ea, quæ malè gesta sunt, gratam Deo correctionem debeant invenire. Hoc autem tempore, quod absque nimio mœrore non dicimus, carissimus Filius noster* Fridericus *Romanorum Imperator, tale quid egit, quale temporibus antecessorum suorum non legimus perpetratum. Cùm enim nos duos de melioribus Fratribus nostris, Bernhardum tit. S. Clementis & Rolandum Cancellarium nostrum tit. S. Marci Presbyteros Cardinales ad ipsius præsentiam misissemus, ipse cùm primùm ad ejus præsentiam pervenerunt, alacriter visus est eos recepisse. Sequenti verò die cum redissent ad eum, & Literæ nostræ in ejus auribus legerentur, accepta occasione cujusdam verbi, quod ipsarum Literarum series continebat,* insigne *videlicet* coronæ beneficium tibi contulimus, *in tantam animi commotionem exarsit, ut convicia, quæ in nos & Legatos nostros dicitur conjecisse, & quàm inhonestè ipsos à præsentia sua recedere, ac de terra sua velociter exire compulerit, & audire opprobrium & lamentabile sit referre. Eis autem ab ipsius præsentia excedentibus, facto Edicto, ne aliquis de Regno vestro ad Apostolicam Sedem accedat, per omnes fines ejusdem Regni custodes dicitur posuisse, qui eos, qui ad Sedem Apostolicam venire voluerint, violenter debeant revocare. Super quo facto licet aliquantulum perturbemur, ex hoc tamen in nobis ipsis majorem consolationem accipimus, quòd ad id de vestro & Principum consilio non processit. Unde confidimus eum à sui animi motu, consilio, & persuasione vestra facilè revocandum. Quocirca, Fratres, quoniam in hoc facto non solum nostra, sed vestra & omnium Ecclesiarum res agi dignoscitur, caritatem vestram monemus & exhortamur in Domino, quatenus opponatis vos murum pro domo Domini, & præfatum filium nostrum ad viam rectam quàm citiùs reducere studeatis: attentissimam sollicitudinem adhibentes, ut à Reinaldo Cancellario suo, & Palatino Comite, qui magnas blasphemias in præfatos Legatos nostros, & Matrem vestram sacrosanctam Romanam Ecclesiam evomere præsumserunt, talem & tam evidentem satisfactionem faciat exhiberi, ut sicut multorum aures amaritudo sermonis eorum offendit, ita etiam satisfactio multos ad viam rectam debeat revocare. Non acquiescat idem filius noster consiliis iniquorum: consideret novissima & antiqua, & per illam viam incedat, per quam Justinianus & alii Catholici Imperatores incessisse noscuntur. Exemplo siquidem & imitatione illorum & honorem in terris & felicitatem in cœlis sibi poterit cumulare. Vos etiam, si eum ad rectam semitam reduxeritis, & beato Petro Apostolorum Principi gratum dependetis obsequium, & vobis & Ecclesiis vestris conservabitis libertatem, alioquin noverit antedictus Filius noster ex admonitione vestra, noverit ex promissionis Evangelicæ veritate, quod sacrosancta Romana Ecclesia super firmissimam petram, Deo collocante, fundata, quantocunque ventorum turbine quatiatur, in sua firmitate, protegente Domino, in seculum seculi permanebit. Nec autem, sicut nostis, deceret eum tam arduam viam absque vestro consilio attentasse. Unde credimus, quod auditis admonitionibus vestris facillimè poterit ad frugem sanioris studii, sicut vir discretus & Imperator Catholicus, revocari.*

ANNO 1158.

Rescriptum Archi-Episcoporum, & Episcoporum Germaniæ *ad* HADRIANUM IV. *Papam, quo significant universam Germanorum Rempublicam vehementer commotam fuisse his Literis, quas per Nuncios Pontificios* FRIDERICO I. *Imperatori Romanorum misit; nec probare se ea posse, quæ his continentur; Imperatorem verò ab se monitum aiunt, cujus etiam Responsum Eidem mittunt, simulque Eundem rogant, ut priora Scripta sua suavitate condiat.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. I. pag. 266. Cette Piece se trouve aussi dans RADEVICI Frising. Can. de Reb. gestis FRIDERICI I. Imp. lib. 1. cap. 16. pag. 270.]

QUamvis sciamus & certi simus, quod Ecclesiam Dei fundatam supra firmam petram neque venti neque flumina tempestatum possint dejicere: nos tamen infirmiores & pusillanimes, si quando hujusmodi contigerint impetus, concutimur & contremiscimus. Inde nimirum graviter conturbati sumus, & conterriti super his, quæ inter vestram Sanctitatem & Filium vestrum devotissimum Dominum nostrum Imperatorem, magni mali, nisi Deus avertat, seminarium præbitura videntur.

2. Equidem à verbis illis, quæ in Literis vestris continebantur, quas per Nuncios vestros prudentissimos & honestissimos, Dominum Bernhardum & Dominum Rolandum Cancellarium, venerabiles Presbyteros Cardinales, misistis, commota est universa Respublica Imperii nostri: aures Imperialis potentiæ ea patienter audire non potuerunt, neque aures Principum sustinere: omnes ita continuerunt aures suas, quòd nos, salva gratia vestræ sanctissimæ Paternitatis, ea tueri propter sinistram ambiguitatis interpretationem, vel consensu aliquo approbare, nec audemus nec possumus, eò quod insolita & inaudita fuerunt usque ad hæc tempora.

3. Literas autem, quas nobis misistis, debita cum reverentia suscipientes & amplectentes, commonuimus Filium vestrum, Dominum nostrum, Imperatorem, sicut jussistis; & ab eo responsum, Deo gratias, accepimus tale, quale decebat Catholicum Principem, in hunc modum.

FRI-

ANNO 1158. *FRIDERICI IMPERATORIS RESCRIPTUM ad Episcopos Germaniæ.*

DUo sunt, quibus nostrum regi oportet Imperium, Leges sanctæ Imperatorum, & usus bonus prædecessorum & patrum nostrorum. Istos limites Ecclesiæ nec volumus præterire nec possumus. Quicquid ab his discordat, non recipimus. Debitam Patri nostro reverentiam libenter exhibemus: liberam Imperii nostri Coronam divino tantùm beneficio ascribimus: electionis primam vocem Moguntino Archiepiscopo, deinde quod superest, cæteris secundum ordinem Principibus, recognoscimus. Regalem unctionem Colonienſi, supremam verò, quæ Imperialis est, Summo Pontifici: quicquid præter hæc est, ex abundanti est, à malo est. Cardinales in contemptum dilectissimi & reverendissimi Patris nostri & consecratoris, à finibus terræ nostræ coegimus non exire: sed cum his & pro his, quæ & scripta & scribenda ferebant, in dedecus & scandalum Imperii nostri, ultra eos prodire pati noluimus. Introitum & exitum Italiæ nec clausimus Edicto, nec claudere aliquo modo volumus peregrinantibus, vel pro suis necessitatibus rationabiliter cum testimonio Episcoporum & Prælatorum suorum Romanam Sedem adeuntibus: sed illis abusionibus, quibus omnes Ecclesiæ Regni nostri gravatæ & attenuatæ sunt, & omnes pene Claustrales disciplinæ emortuæ & sepultæ, obviare intendimus. In capite Orbis Deus per Imperium exaltavit Ecclesiam: in capite Orbis Ecclesia (non per Deum, ut credimus) nunc demolitur Imperium. A pictura cœpit: ad scripturam pictura processit: scriptura in auctoritatem prodire conatur. Non patiemur, non sustinebimus: Coronam antè ponemus, quàm Imperii Coronam unà nobiscum sic deponi consentiamus. Picturæ deleantur, scripturæ retractentur, ut inter Regnum & Sacerdotium æterna inimicitiarum monumenta non remaneant.

HUCUSQUE EPISTOLA.

4. Hæc & alia, ut puta de concordia Rogerii & Guilhelmi Siculi, & aliis, quæ in Italia facta sunt, conventionibus, quæ ad plenum prosequi non audemus, ab ore Domini nostri Imperatoris audivimus.

5. Absente autem Palatino Comite, & in præparatione expeditionis in Italiam præmisso, à Cancellario ibidem adhuc præsente aliud non audivimus, nisi quod humilitatis erat & pacis, præter quod eis pro periculo vitæ, quod à populo imminebat, pro viribus suis astiterit, cunctis, qui ibi aderant, hujus rei testimonium ei perhibentibus.

6. De cætero Sanctitatem vestram suppliciter rogamus & obsecramus, ut nostræ parcatis infirmitati, ut magnanimitatem Filii vestri, sicut bonus Pastor, leniatis scriptis vestris scripta priora suavitate mellita dulcorantibus, quatenus & Ecclesia Dei tranquilla devotione lætetur, & Imperium in suæ sublimitatis statu glorietur: ipso mediante & adjuvante, qui mediator Dei & hominum factus est, homo Christus Jesus.

XXXIX.

1159. *Edictum* FRIDERICI I. *Imperatoris de Rebellibus Imperii per Italiam in ordinem redigendis & de honore Germanici Imperii tutando, & conservando contra Papisequas.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. I. pag. 269.]

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus, dilecto suo Alberto Frisingensi Episcopo, gratiam suam & omne bonum. Cum Cœli stupeant, & totus Orbis contremiscat, & cuncta turbari constet elementa à facie sceleſtissimæ perfidiæ, à nece piacularis malitiæ, ab auditu nefandæ traditionis, quam quædam Civitates Longobardiæ, Mediolanum scilicet, Placentia, Cremona, Bergomum, Brixia, Parma, Mantua, & Marchia Veronensis, contra nostram Majestatem, contra Imperii honorem, sine causa, sine aliqua præcedenti culpa commiserunt, super re tam horrida credimus nimirum fidem tuam condolere, & omnia viscera tua conturbari. Non enim in nostram solummodo redundat rebellio personam, quia jugo dominationis nostræ projecto, Teutonicorum Imperium, quod multo labore, multisque dispendiis, ac plurimorum Principum & Illustrium virorum sanguine emptum, & hactenus conservatum est, refutare & exterminare conantur, dicentes; *Nolumus hunc regnare super nos, nec Teutonici amplius dominabuntur nostri.* Quia verò, antequam nostris temporibus Imperium destrui patiamur, & in posteros nostros tantæ confusionis & jacturæ dispendia transmittamus, malumus honestam mortem, ... ANNO 1159.

XL.

Literæ FRIDERICI I. *Romanorum Imperatoris ad* HERIMANNUM *Episcopum* Brixinenſem *de Concilio* Papienſi *ab se indicto ad tollendum schisma Papale, quibus eum simul hortatur ac rogat ut ibidem compareat. Datum Cremæ* 10. *Kalend. Novembris.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales. Tom. I. pag. 271.]

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus, Herimanno Brixinenſi Episcopo salutem & omne bonum.

1. Quod in passione sua Christus duobus gladiis contentus fuit, hoc in Romana Ecclesia & in Imperio credimus mirabili Provîdentia declarasse, cum per hæc duo rerum capita & principia totus mundus tam in divinis quam in humanis ordinetur. Cumque unus Deus, unus Papa, unus Imperator sufficiat, & una Ecclesia Dei esse debeat, quod sine dolore dicere non possumus, duos Apostolicos in Romana Ecclesia habere videmur. Defuncto itaque Adriano Papa in Kal. Sept. Cardinales, qui columnæ immobiles esse videbantur, quibus sancta & universalis firmissimè inniteretur Ecclesia, non quæ Dei sunt sed sua quærentes, & unitatem Ecclesiæ scindentes, duos Pontifices elegerunt, & ambos consecraverunt. Pro tanta namque & tam pernicioſa Ecclesiæ jactura, tota nimirum Italica Ecclesia conturbatur, & dissensionis schismate orto in capite, jam in inferiora membra defluxisset, & totum Ecclesiæ corpus defœdasset, nisi nos consilio & auxilio Religiosorum virorum, qui Spiritu Dei aguntur, tam impudicæ iniquitati justiciæ rigorem opposuissemus.

2. Ne itaque in tantæ discrimine discordiæ universalis Ecclesia periclitari possit, Romanum Imperium, quod ad remedium tam pernicioſi morbi divina Clementia providit, universorum saluti debet sollicitè providere, & ne tanta mala in Ecclesia Dei præeminent, futuris casibus solerter obviare.

3. Coadunatis itaque in unum omnibus Episcopis, tam Italicis quàm Teutonicis, cæterisque Principibus ac viris religiosis, qui zelum Dei & Ecclesiæ habere videbantur, quod facto opus esset diligenter investigavimus, ex Decretis Romanorum Pontificum & Statutis Ecclesiæ veraciter accipientes, quòd exorto schismate in Romana Ecclesia ex duorum Apostolicorum dissensione, ambos vocare, & secundum sententiam & consilium orthodoxorum litem decidere deberemus.

4. Ex consilio itaque omnium, qui aderant, Episcoporum, cæterorumque Principum, curiam solennem & generalem Conventum omnium Ecclesiasticorum virorum, in octava Epiphaniæ, Papiæ, celebrandam indiximus: ad quam ambos, qui se dicunt Romanos Pontifices, vocabimus, omnesque Episcopos Imperii nostri, & aliorum regnorum, Franciæ videlicet, Angliæ, Hispaniæ, atque Ungariæ, ut eorum in præsentia nostra justo declaretur examine, quis illorum regimen universalis Ecclesiæ de jure debeat obtinere.

5. Quia verò ad unitatem Ecclesiæ reformandam sapientia admodùm nobis necessaria est, ut ea nequaquam carere valeamus, dilectionem tuam attentissimè rogamus, & rogando commonemus, quatenus pro fidelitate Ecclesiæ & Imperii ad prædictam Curiam omni occasione remota venias, ut in adventu tuo unitas & pax & tranquillitas Ecclesiæ reformetur. Interim autem prædictæ scissuræ in neutram partem assensum tuum declines, nec tanquam justam & rationabilem aliquatenus recipias. Data Cremæ, x. Kalend. Novembris.

XLI.

Mandatum FRIDERICI I. *Romanorum Imperatoris pro* ALEXANDRO III. *Papa, & Cardinalibus, qui eundem Romanum Pontificem elegerunt, ut se sistant Concilio Papienſi, ubi de*

ANNO 1159. *justitiâ Electionis novi Papæ cognoscatur.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. I. pag. 272.]

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus, Rolando Cancellario, exterisque Cardinalibus, qui eum elegerunt Romanum Pontificem, salutem & omne bonum.

1. Quoniam divina præordinante Clementia, Romani Imperii gubernacula suscepimus, oportet ut in omnibus viis nostris ipsius Legem custodiamus, cujus munere, cujus voluntate Dignitatis nostræ apicem adepti sumus.

2. In hoc itaque sacratissimo proposito constituti, cum omnibus Ecclesiis in Imperio nostro constitutis debeamus patrocinari, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ tanto propensius debemus providere, quanto ipsius cura & defensio à divina Providentia creditur nobis esse commissa specialius.

3. Ea propter de discordia, quæ in substituendo Romanum Pontificem inter vos suborta est, plurimum dolemus, timentes ne occasione hujus schismatis Ecclesia Christi sanguine redempta debeat dilacerari, præsertim cum robur Ecclesiæ foris titubare videatur, quoniam unitas ipsius scissurâ domesticâ interius dilaniatur.

4. Ut autem huic pesti competens & Deo gratum exhibeamus remedium, Religiosorum virorum consilio generalem Curiam & Conventum, in octava Epiphaniæ, Papiæ indiximus celebrandam. Ad quam evocavimus totius Imperii nostri & aliorum Regnorum, scilicet Angliæ, Franciæ, Ungariæ, Daciæ, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & viros religiosos ac Deum timentes, quatenus remoto omni seculari judicio hoc tam magnum Ecclesiæ negocium Ecclesiasticarum tantum personarum sententia ita sopiatur, ut & Deo debitus exinde honor deferatur, & Ecclesia Romana suâ integritate & justiciâ non possit à quoquam privari; vel status Urbis, quæ caput Imperii nostri est, inquietari.

5. Proinde eruditioni vestræ mandamus, & ex parte Dei omnipotentis & totius Ecclesiæ Catholicæ præcipimus, ut ad eandem Curiam sive Conventum veniatis, Ecclesiasticarum personarum sententiam audituri & recepturi. Testis enim nobis est Deus, quia in hac curia nec amore nec odio alicujus personæ quicquam aliud quærimus, quàm honorem Dei & Ecclesiæ suæ unitatem.

6. Quòd si ad tam celebrem Ecclesiæ Conventum examinationis causa venire volueritis, Carissimi Principes nostri & Ecclesiæ Catholicæ, Hermannus Verdensis, Daniel Pragensis, Patres & Episcopi venerabiles, quos de Palatio nostro ad vos transmisimus, unà cum Comite Palatino, consanguineo nostro, aliisque Legatis nostris, securum vobis conductum præstabunt.

7. Si verò justiciam Dei & Ecclesiæ in tam solenni Conventu recipere nolueritis, videat Deus & judicet. Nos autem ipsius favente gratia, qui dat salutem Regibus, justiciam Dei, quæ nullum magis quàm Imperatorem Romanum decet, prolequemur.

XLII.

Edictum Proscriptionis contra Cremenses, Mediolanenses, & Brixianos *per* FRIDERICUM I. *Romanorum Imperatorem latum.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. III. pag. 338.]

CUM ob defectionem Cremensium ipsum Castrum Cremæ obsideremus, & cum Principibus nostris in rentorio Ducis Henrici nepotis nostri consideremus, consilio & judicio Principum nostrorum, & omnium Lombardorum, qui nobiscum aderant, ipsos Cremenses hostes Imperii judicavimus, & de ipsis talem legem promulgavimus: Quoniam Crema, & omnes Cremenses nostro banno sunt illigati, statuimus, & Imperiali autoritate confirmamus, ut omnes Cremenses, Mediolanenses & Brixiani, & quicunque hoc tempore Cremæ sunt, tam feudum, quam allodium totum amittant, & feudum ad dominos redeat. Nos enim personas, & bona eorum publicamus. Atque idem de eorum bonis, qui de Ecclesiis sunt, fiat.

XLIII.

ANNO 1160.

Epistola FRIDERICI I. *Romanorum Imperatoris ad* ALEXANDRUM III. *Papam in Scissione electum, ut compareat in Concilio Papiæ proxime celebrando & à se indicto, ad terminandum Negotium duplicis Electionis* [RADEVICI Frising. Can. de reb. gestis FRIDER. I. Imp. lib 2. Cap. 35. pag. 323. Cette Piece se trouve aussi dans BARONII Annales Eccles. Tom. XII. sub ann. 1159. pag 428. Num. 65.]

FRIDERICUS Dei Gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus, Rolando Cancellario, cæterisque Cardinalibus, qui cum elegerunt Romanum Pontificem, Salutem, & omne bonum. Quoniam divina præordinante Clementia, Romani Imperii gubernacula suscepimus, oportet ut in omnibus viis nostris ipsius legem custodiamus, cujus munere, cujus voluntate Dignitatis nostræ apicem adepti sumus. In hoc itaque sacratissimo proposito constituti, cum omnibus Ecclesiis in Imperio nostro constitutis debeamus patrocinari, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ tanto propensius debemus providere, quanto ipsius cura & defensio à divina Providentia videtur nobis esse commissa specialius. Eapropter de discordiâ, quæ in substituendo Romanum Pontificem inter vos suborta est, plurimum dolemus, timentes ne occasione hujus Schismatis Ecclesia Christi sanguine redempta debeat dilacerari, præsertim cum robur Ecclesiæ foris titubare videatur, quoniam unitas ipsius scissura domestica interius dilaniatur. Ut autem huic pesti competens & Deo gratum exhibeamus remedium, religiosorum virorum consilio generalem Curiam & Conventum in octava Epiphaniæ Papiæ indiximus celebrandam. Ad quam evocavimus totius Imperii nostri & aliorum Regnorum, scilicet Angliæ, Franciæ, Ungariæ, Daciæ, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & viros Religiosos, ac Deum timentes, quatenus remoto omni seculari judicio, hoc tam magnum Ecclesiæ negotium Ecclesiasticarum tantùm personarum Sententia ita sopiatur, ut & Deo debitus exinde honor deferatur, & Ecclesia Romana sua integritate & justitia non possit à quoquam privari, vel status Urbis, quæ caput Imperii nostri est, inquietari. Proinde eruditioni vestræ mandamus, & ex parte Dei omnipotentis, & totius Ecclesiæ Catholicæ præcipimus, ut ad eandem Curiam sive Conventum veniatis, Ecclesiasticarum personarum Sententiam audituri & recepturi. Testis enim nobis est Deus, quia in hac Curia nec amore, nec odio alicujus personæ quicquam aliud quærimus, quàm honorem Dei, & Ecclesiæ suæ unitatem. Quòd si ad tam celebrem Ecclesiæ Conventum examinationis causa venire volueritis, Charissimi Principes nostri & Ecclesiæ Catholicæ Hermannus Ferdensis, Daniel Pragensis, Patres & Episcopi venerabiles, quos de Palatio nostro ad vos transmisimus, una cum Comite Palatino, consanguineo nostro, aliisque Legatis nostris securum vobis conductum præstabunt. Si verò justitiam Dei & Ecclesiæ in tam solenni Conventu recipere nolueritis, videat Deus, & judicet. Nos autem ipsius favente gratia, qui dat salutem Regibus, justitiam Dei, quæ nullum magis quàm Imperatorem Romanum decet, prosequemur.

XLIV.

1162. 18 Aout. *Infeudatio Comitatus Provinciæ, Civitatis* Arelatensis *nec non Comitatus* Forocalcherii *per* FRIDERICUM I. *Romanorum Imperatorem* RAIMUNDO *Comiti* Barchinonensi *facta sub obligatione* 15. *Marcharum auri boni ad justum pondus Coloniæ singulis annis in Purificatione B. Virginis pendendarum. Datum apud Taurinum post destructionem Mediolani* 15. *Kal. Septembris Anno* 1162. *Regnorum Friderici X. Imperi VIII.* [F. F. DIAGO Historia de los Antiquos Condes de Barcelona lib. 2. cap. 174 pag. 256. col. 2.]

In

ANNO 1162. IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Frederi-
cus divina favente gratia Romanorum Imperator
Auguſtus. Cum Romani Imperii Dignitatis, ſicut
nulli mortalium in dubium venit per ſe, principaliter,
ac ſingulariter nullo niſi divino innixa podio, totius
honeſtatis omniumque virtutum ſit adornata fulgori-
bus: tanti comparatione Solis quam habet ad alia ſide-
ra excellentiori gloria & magnitudine omnia regna &
reliquas poteſtates vel dignitates videtur præcellere,
quanto Illuſtrium Principum ac ſapientum virorum
qui portant Orbem ampliori numero & merito decora-
tur. Unde nos qui divino munere Romani Orbis re-
gimus habenas, præclara merita fidelium devotionem
ac fidem amicorum præ oculis ſemper habentes, & im-
perialibus beneficiis quæ vel immeritis præſtare con-
ſuevimus remunerare cupientes, ſub taciturnitate &
ſilentio velut ingrati nec debemus præterire nec poſ-
ſumus. Verum per præſentes apices ad notitiam uni-
verſorum imperii fidelium deducere & dignum duxi-
mus palam omnibus declarare, quam ſincera, quam di-
ligens, quam prona & quam fervens circa gloriam &
honorem Imperii & circa noſtram Dilectionem fides &
devotio noſtri Chariſſimi Raimundi Barchinonenſis
Comitis & Illuſtriſſimi Principis extiterit: & revera
magnifica ejus obſequia & præclara opera ſubſequuta
apertius declaraſſent, quantæ fidei ac devotionis circa
noſtram perſonam fuerit, niſi divina vocante gratia
quæ aufert Spiritum Principum de medio ipſe ſublatus
fuiſſet, de cujus indigno obitu non poſſumus in per-
petuum non dolere. Huc accedit quod noſtra præ-
cordialis dilectio erga talem ac tantum amicum ociosa
eſſe nullatenus potuit, præſertim cum ejus ſincerum a-
morem & ſtudium circa perſonam & honorem chariſ-
ſimæ neptis noſtræ Richildis Hiſpaniarum Reginæ o-
culata fide perſpeximus, & ipſo rerum effectu verac-
iter ita eſſe probavimus. Ea propter cognoſcant uni-
verſi fideles Imperii præſentes & futuri, quod nos ob
memoriam tantæ fidei ac dilectionis, quæ a noſtro cor-
de nunquam recedet, ejuſdem præfati Comitis Cha-
riſſimi amici noſtri nepotem, Raimundum ſcilicet
prædictæ neptis noſtræ illuſtrem maritum vice patrui
cum plenitudine dilectionis & gratiæ amplectimur &
diligimus, eique ſicut dilecto & fideli Principi noſtro
ejusque heredibus omnibus Comitatum Provinciæ
conceſſimus & in feudum dedimus ſicut tenuit eum
Comes Barchinonenſis, & prædeceſſores ejus incliti
Principes tenuerunt, a Durencia ſcilicet usque ad
Mare & ab Alpibus usque ad antiquum Rodanum, &
ſicut divisit cum Comite Amphoſo, & quod habuit
ultra Durentiam ſive in Avinione ſeu aliis Caſtris cum
omnibus pertinentiis ſuis & pertinentibus ad regale
vel imperiale ſervitium. Inſuper conceſſimus ei in
feudum Civitatem Arelatenſem, ita ut omnes Cives ſint
ad ejus fidelitatem & ſervitium, ſicut eſſe deberent ad
ſervitium noſtrum, tam milites quam populares. Et
quod omnia regalia, ipſius ſint tam in Monetis quam
Portubus, Ripaticis, Pratis, Paſcuis, Salinis, & om-
nibus aquis, aquarumque decurſibus, & omnia om-
nino hæc quæ ad jus Imperiale ſpectant: excepto eo
quod Archiepiſcopus & Eccleſia Arelatenſis habet vel
habuit a centum annis retro in eadem Civitate. Preterea
damus ei in feudum Comitatum Forocalcherii cum
omnibus regalibus ſuis pertinentibus ad Comitatum:
ita quod idem Comes de Forocalcherio faciat Homi-
nium & fidelitatem Comiti Provintiæ quemadmodum
nobis deberet. Quod ſi facere noluerit, perdat Co-
mitatum. Hoc ideo de Forocalcherii Comite fecimus,
quoniam ex quo Romani Imperii diadema Divinitus a-
depti ſumus, ad Curiam noſtram venire & beneficium
ſuum a manu noſtra recipere contumaciter ſuperſedit:
cujus Comitatus juſto judicio ita nobis adjudicatus eſt
quod inde faciamus quicquid nobis placuerit. Prædic-
tus vero Raimundus Illuſtris Comes Provintiæ juravit
nobis fidelitatem contra omnes homines, & hominium
præſtitit, quod faciet ſervicium nobis & imperio pro
prædicto feudo. Pro regalibus autem quæ conceſſi-
mus ei tam in Arelate quam in ſupradicto feudo, da-
bit nobis ſeu ſucceſſoribus noſtris Regibus & Imper-
atoribus ſingulis annis in Purificatione S. Mariæ apud
Arelatum tam ipſe quam ejus ſucceſſores legitimi hæ-
redes cuncti quindecim Marchas auri boni ad juſtum
pondus Coloniæ: & Comes faciet Legatum vel Lega-
tos noſtros noſtrorumque Succeſſorum ſecure conduci
& ei vel eis prout decet & convenit honeſte ſerviri per
totam terram ſuam. Si autem placuerit nobis ſeu
noſtris ſucceſſoribus aliquo tempore intrare Provin-
tiam ſeu Civitatem Arelatenſem, tam Comes quam
Comitatus & Civitas & tota Terra erunt ad noſtram fi-
delitatem & ſervitium & mandatum vel ſucceſſorum ANNO
noſtrorum: Sane ne contra hanc noſtram donationem
vel confirmationem, quis temere venire preſumat vel 1162.
aliquod Reſcriptum præſenti paginæ obviare vel refra-
gari valeat, omni corroborationis munimine eam con-
firmamus. Veniens enim ad præſentiam noſtram apud
Taurinum Hugo de Baucio duo Privilegia aureis bul-
lis ſignata attulit, unum videlicet divæ memoriæ Cun-
radi Regis dilectiſſimi patrui noſtri, & aliud noſtrum,
in quibus continebatur quod patruus noſter & nos con-
ceſſimus ei omnem terram quam tenebat quondam
Gislabertus avus ejus & ævia ejus. Occaſione autem
verborum illorum nitebatur probare Marchiam & to-
tum Comitatum Provintiæ ab utroque ſibi eſſe conce-
ſſum. Cujus probationem utpote frivolam & omni ve-
ritate vacuam verborumque illorum injuſtam interpre-
tationem, in præſentia Principum & totius Curiæ caſ-
ſavimus: & quod Comitatus Provintiæ ſeu Marchia,
prædictorum Privilegiorum autoritate nullo modo ad
præfatum Hugonem de Baucio ſpectare deberet hac
ratione promulgavimus. Ex uno quod Regem Cun-
radum dilectiſſimum patruum noſtrum nunquam ocu-
lis ſuis vidit, nec corporalem inveſtituram alicujus ter-
ræ ab eo unquam ſuſceperit. Ex alio vero quia dum
inveſtituram terræ avi ſui & aviæ ſuæ a nobis peteret,
de Comitatu vel Marchia Provintiæ nullam mentionem
fecit, neque nos eundem Comitatum neque Marchiam
illo vel aliquo tempore ei conceſſimus. ſi ergo prædic-
tus Hugo de Baucio eadem Privilegia ad reiterandam
probationem ſuam pro obtinenda Marchia vel Comi-
tatu Provintiæ aliquo tempore protulerit, frivola ſit
& omni carens vigore prædictorum Privilegiorum in-
terpretatio, quem nos ſupradicto Illuſtri Comiti Rai-
mundo ſpecialiter & nominatim cum omni jure & ho-
nore conceſſimus & præſentis Privilegii authoritate
confirmamus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum no-
mina ſunt hæc. Cunradus Maguntinæ Eccleſiæ elec-
tus. Vodalricus Aquilegenſis Eccleſiæ electus. Her-
manus Fardenſis Epiſcopus. Heinricus Leodienſis E-
piſcopus. Udo Cicenſis Epiſcopus. Hermanus Hil-
deneſheimenſis Epiſcopus: Unicio Vercelenſis Epiſ-
copus. Hermanus Herisfeldenſis Abbas. Erleboldus Stabulenſis Abbas. Eridericus Dux Suevorum
filius Regis Cunradi. Cunradus Palatinus Comes
Rheni germanus Domini Imperatoris. Ladizlaus Dux
Polonorum. Udalricus Dux Boëmorum. Albertus
Marchio Saxoniæ. Otto Palatinus Comes Unitelines-
bach. Burchardus Caſtellanus Magdeburgenſis. Ul-
ricus de Hurnigen. Wilelmus Marchio de Monte-
ferrato. Menfredus Marchio de Unaſto. Hugo Mag-
nus Marchio de Vuaſto. Heinricus Vuerze de Vuaſ-
to. Hubertus Comes de Blandrato. Marquardus de
Grumbach. Gubeardus de Luchemberga. Cunra-
dus de Balnhuſen. Rudolfus. Dapifer. Hermanus Ca-
merarius. Bertolfus Triſcamerarius. Et alii quam plu-
res.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris
Invictiſſimi.

Ego Reinaldus Archicancellarius & Sanctæ Colonien-
ſis Eccleſiæ Archiepiſcopus recognovi.

Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis mille-
ſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo, indictione decima,
regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore
glorioſiſſimo, anno Regni ejus decimo Imperii vero
octavo. Dat. apud Taurinum poſt deſtructionem Me-
diolani quintodecimo Kalendas Septembris.

XLV.

Edicta HENRICI II. *Regis Anglorum pro tuitione Jurium regalium & regni, contra Clericos Papæ adhærentes, & eorum uſurpationes; præſertim in materia Interdictorum, Excommunicationum, & Appellationum ad Papam.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imp. Tom. III. pag. 346.] 1164.

Edictum contra Clericos Papæ adhærentes.

HEnricus Rex Angliæ ſingulis Epiſcopis in Anglia conſtitutis. Noſti quam male Thomas Cantuarien-
ſis Archiepiſcopus operatus ſit adverſum me & Reg-
num meum, & quam male receſſerit. Et ideo mando
tibi, quod Clerici ſui, qui circa ipſum fuerunt poſt fu-
gam ſuam, & alii Clerici, qui detraxerunt honori meo
& honori Regni, non percipiant aliquid de redditibus
illis,

ANNO 1164. illis, quos habuerunt in Episcopatu tuo, nisi per me, nec habeant aliquod auxilium vel consilium à te.

Edictum contra Appellantes ad Papam.

HEnricus Rex Angliæ singulis Vicecomitibus in Anglia constitutis. Præcipio tibi, quod si aliquis Clericus vel Laicus in Bailia tua Romanam Curiam appellaverit, eum capias & firmiter custodias, donec voluntatem meam præcipiam: & omnes reditus & possessiones Archiepiscopi saisias in manum meam, sicut Radulphus de Brock & alii Ministri tibi dixerint: & omnium Clericorum, qui cum Archiepiscopo sunt, patres & matres, fratres & sorores, nepotes & neptes, ponas per salvos plegios catalla eorum, donec voluntatem meam inde præcipiam. Et hoc breve tecum afferas, cum summonitus fueris.

Edictum contra eos, qui Litteras banni Papalis deferunt in Regnum.

TEnor Mandatorum, quæ Henricus Rex in Angliam misit: Scilicet ut omnis portus cautissime custodiatur, ne Litteræ interdictionis ullatenus illic deferantur. Et si aliquis Regularis illas attulerit, pedibus truncetur: si Clericus, oculos & genitalia amittat: si Laicus, suspendatur: si leprosus, comburatur. Et si quis Episcopus ejus interdictum metuens, recedere voluerit, nihil secum deferat præter baculum. Vult etiam, ut omnes Scholares repatriare cogantur, aut beneficiis suis priventur; & qui remanserint, sine spe remeandi remanebunt. Et Presbyteri, qui cantare noluerint, genitalia amittant, omnesque rebelles beneficiis priventur.

Consuetudines avitæ de juribus Regni, contra Cleri Papalis usurpationes, apud Clarendunam promulgatæ.

ANno ab incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo quarto, Papatus Alexandri anno quarto. Illustrissimi Regis Anglorum Henrici Secundi anno decimo, in præsentia ejusdem Regis facta recordatio & recognitio cujusdam partis consuetudinum & libertatum & dignitatum anteceslorum suorum, videlicet Regis Henrici avi sui, & aliorum, quæ observari & teneri debent in Regno. Et propter dissensiones & discordias, quæ emerserant inter Clerum & Justitias Domini Regis & Barones Regni de consuetudinibus & dignitatibus, facta est ista recognitio coram Archiepiscopis & Episcopis & Clero & Comitibus & Baronibus & Proceribus Regni. Et easdem consuetudines recognitas per Archiepiscopos & Episcopos & Comites & Barones & per nobiliores & antiquiores Regni.

Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, &
Rogerius Eboracensis Archiepiscopus, &
Gileberdus Londonensis Episcopus, &
Henricus Winctonensis Episcopus, &
Nigellus Eliensis Episcopus, &
Willermus Norwicensis Episcopus, &
Robertus Lincolinensis Episcopus, &
Hilarius Ciceslrensis Episcopus, &
Jocelinus Salesberiensis Episcopus, &
Richardus Ceslrensis Episcopus, &
Bartholomeus Oxoniensis Episcopus, &
Robertus Heresordensis Episcopus, &
David Menenensis Episcopus, &
Rogerus Wigornensis Electus.

Concesserunt, & in verbo veritatis viva voce firmiter promiserunt tenendas & observandas Domino Regi & hæredibus suis, bona side & absque malo ingenio, præsentibus istis:

Roberto Comite Lochcestriæ,
Reginaldo Comite Cornubiæ,
Conano Comite Britanniæ,
Johanne Comite de Haugo,
Rogerio Comite de Clare,
Comite Gaufredo de Mandeville,
Hugone Comite Cestriæ,
Willermo Comite de Arundel,
Comite Patricio,
Willermo Comite de Ferrariis,
Richardo de Leici,
Regniale de S. Walerico,
Rogerio Bigot,
Riginaldo de Warenner,
Richerio de Aquila.
Willermo de Bransa,
Richardo de Canivilla,
Nigello de Monbray,
Simone de Bello Caupo,
Hunfrido de Boun,
Mattheo de Herefordia,
Waltero de Meduana,
Manacer de Biseth Dapifero,
Willermo Maleth,
Willermo de Curci,
Roberto de Dunestavilla,
Jocelino de Baillolio,
Willermo Lawalis,
Willermo de Laisneto,
Gauffrido de Veu,
Willermo de Hastinga,
Hugone de Moravilla,
Alano de Newillis,
Simone filio Petri,
Willermo Malevit Camerario,
Joanne Malevit,
Johanne Marisallo,
Petro de Mara,

ANNO 1164.

& multis aliis Proceribus & Nobilibus Regni tam Clericis quam Laicis. Consuetudinum vero & dignitatum Regni recognitarum quædam pars præsenti scripto continetur. Cujus partis capitula sunt hæc:

Capitulum I.

DE advocatione & præsentatione Ecclesiarum si controversia emerserit inter Laicos, vel inter Laicos & Clericos, vel inter Clericos, in Curia Domini Regis tractetur & terminetur.

Capitulum II.

ECclesiæ de feudo Regis non possunt in perpetuum dari absque assensu & concessione ipsius.

Capitulum III.

CLerici citati & accusati de quacunque re, sive moniti à Justitia Regis, veniant in Curiam ipsius responsuri ibidem de hoc unde videbitur Curiæ Regis quid ibi sit respondendum; & in Curia Ecclesiastica, unde videbitur quid sit ibi respondendum; ita quod justitia Regis mittat in Curiam sanctæ Ecclesiæ ad videndum, qua ratione res ibi tractabitur. Et si Clericus convictus vel confusus fuerit, non debet eum de cætero Ecclesia tueri.

Capitulum IV.

ARchiepiscopis, Episcopis, personis Regni, non licet exire de Regno absque licentia Regis. Et si exire voluerint, si Domino Regi placuerit, assecurabunt, quod nec in eundo nec in moram faciendo, nec in redeundo, perquirent malum vel damnum Regi vel Regno.

Capitulum V.

EXcommunicati non debent dare vadium ad remanens, nec præstare juramentum, sed tantum vadium & plegium standi judicio Ecclesiæ ut absolvatur.

Capitulum VI.

CLerici non debent accusari, nisi per certos & legales accusatores & testes in præsentia Episcopi, ita quod Archidiaconus non perdat jus suum, nec quicquam quod inde habere debeat. Et si tales fuerint qui culpantur, quod nec velit nec audeat aliquis eos accusare, Vicecomes requisitus ab Episcopo faciet jurare duodecim legales homines de visneto seu de villa coram Episcopo, quod inde veritatem secundum conscientiam suam manifestabunt.

Capitulum VII.

NUllus qui de Rege teneat in capite, nec aliquis dominicorum Ministrorum ejus excommunicetur, nec terræ alicujus illorum sub interdicto ponantur, nisi

ANNO 1164. nisi prius Dominus Rex, si in terra fuerit, conveniatur, vel Justitia ejus, si extra Regnum fuerit, ut rectum est de ipso faciat: & ita id, quod pertineat ad Curiam Regiam, ibidem terminetur, & de eo, quod spectabit ad Ecclesiasticam, ad eandem mittatur ut ibidem tractetur.

Capitulum VIII.

DE appellationibus, si emerserint, ab Archidiacono debent procedere ad Episcopum, & si Archiepiscopus defuerit in justitia exhibenda, ad Dominum Regem est perveniendum postremo, ut præcepto ipsius in Curia Archiepiscopi controversia terminetur, ita quod non debet ulterius procedere absque assensu Regis.

Capitulum IX.

SI calumnia emerserit inter Laicum & Clericum, vel è converso inter Clericum & Laicum, de nullo tenemento, quod Clericus ad elemosinam velit attrahere, Laicus vero ad laicum feudum, recognitione duodecim legalium hominum, per Capitalis Regis Justitiæ considerationem terminabitur, utrum tenementum sit pertinens ad elemosinam sive ad laicum feudum coram ipsa Justitia Regis. Et si recognitum fuerit ad elemosinam pertinere, placitum erit in Curia Ecclesiastica: si vero ad laicum feudum (nisi ambo de eodem Episcopo vel Barone advocaverint) erit placitum in Curia Regis. Sed si uterque advocaverit de feudo illo ante eundem Episcopum vel Baronem, erit placitum in Curia ipsius: ita quod propter factam recognitionem saisinam non amittat, qui prius saisitus fuerat.

Capitulum X.

QUi de Civitate, Castello vel Burgio, vel dominico manerio Regis fuerit, si ab Archidiacono vel Episcopo de aliquo delicto citatus fuerit, unde debeat eis respondere, & ad citationem eorum noluerit satisfacere, bene licet eum sub interdicto ponere, sed non debet excommunicari priusquam Capitalis Minister Regis villæ illius conveniatur, ut justificet eum ad satisfactionem venire. Et si Minister Regis inde defecerit, ipse erit in misericordia Regis, & exinde poterit Episcopus ipsum accusatum Justitia Ecclesiastica cohercere.

Capitulum XI.

ARchiepiscopi, Episcopi, & universæ personæ Regni, quæ de Rege tenent in capite, & habent possessiones suas de dominio Regis, sicut Baroniam, & inde respondent Justitiis & Ministris Regis, & sequentur & facient omnes rectitudines & consuetudines Regias, & sicut Barones cæteri debent judiciis Curiæ Regis cum Baronibus interesse, usque dum perveniatur in judicio ad diminutionem membrorum vel mortem.

Capitulum XII.

CUm vacaverit Archiepiscopatus, vel Episcopatus, vel Abbatia, vel Prioratus de Dominio Regis, debet esse in manu ejus, & inde percipiat omnes reditus & exitus sicut dominicos. Et cum ventum fuerit ad consulendum Ecclesiæ, debet Dominus Rex mandare potiores personas Ecclesiæ, & in Capella ejus debet fieri electio assensu Regis & consilio personarum Regni, quas ad hoc faciendum vocaverit. Et ibidem faciet electus homagium & fidelitatem Regi, sicut ligio Domino suo de vita sua & membris & honore suo terreno, salvo ordine suo priusquam sit consecratus.

Capitulum XIII.

SI quisquam de proceribus Regni Archiepiscopo vel Episcopo vel Archidiacono de se vel suis justitiam exhibere renuerit, Rex debet justificare. Et si forte aliquis deforciaret Regi rectitudinem suam, Archiepiscopi, vel Episcopi, & Archidiaconi debent eum justificare ut Domino Regi satisfaciat.

Capitulum XIV.

CAtalla eorum, qui sunt in forisfacto Regis, non detineat Ecclesia vel cimiterium contra justitiam Regis, quia Regis sunt, sive in Ecclesiis sive extra fuerint inventa.

Capitulum XV.

ANNO 1164.

PLacita de debitis, quæ fide interposita debentur, vel absque interpositione fidei, sint in justitia Regis.

Capitulum XVI.

FIlii rusticorum non debent ordinari absque assensu Domini, de cujus terra nati dignoscuntur.

Facta est prædictarum Consuetudinum & Dignitatum Regiarum recordatio ab Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus & Nobitioribus terræ, & ab antiquioribus Regni, apud Clarendoniam quarto die ante Purificationem Beatæ Mariæ, Domino Henrico filio Regis, patre suo ibidem præsente.

CONSTITUTIONES,

quas constituit Rex HENRICUS in Normannia, & mandavit Justitiis suis Richardo de Lucy, & duobus Archidiaconis G. & R. & omnibus Principibus & populis Angliæ, Normanniæ & Aquitaniæ jurandas & servandas. Latores earum fuerunt, Guimerus Presbyter & Galterus de Grimesby.

Capitulum I.

SI quis inventus fuerit ferens Litteras Domini Papæ, vel aliquod Mandatum Archiepiscopi Cantuarienſis, continens interdictum Christianitatis, in Angliam, capiatur, & de eo sine dilatione justitia fiat sicut de traditore Regis & Regni.

Capitulum II.

PRæterea nullus Clericus, vel Monachus, vel Conversus, vel alicujus Conversionis, permittatur transfretare vel redire in Angliam, nisi de transitu suo habeat Litteras justiciæ, & de reditu suo Litteras Domini Regis. Si quis aliter inventus fuerit agens, capiatur & incarceretur.

Capitulum III.

NE aliquis appellet ad Papam vel ad Archiepiscopum.

Capitulum IV.

NE aliquod placitum teneatur de mandatis Papæ vel Archiepiscopi, vel aliquod mandatum eorum in Anglia ab ullo homine recipiatur. Si quis inventus fuerit aliter agens, capiatur & incarceretur.

Capitulum V.

GEneraliter quoque interdictum est, quod nullus ferat aliquod mandatum Clerici vel Laici Domino Papæ vel Archiepiscopo. Si talis inventus fuerit, capiatur & incarceretur:

Capitulum VI.

SI Episcopi, vel Clerici, vel Abbates, vel Laici, sententiam interdicti tenere noluerint, sine dilatione de terra ejiciantur, & tota eorum cognatio, ita quod de catallis suis nihil secum ferant.

Capitulum VII.

UT catalla omnium Papæ vel Archiepiscopo faventium, & omnes possessiones eorum, & omnium eis pertinentium, cujuscunque gradus sint vel sexus vel conditionis, capiantur, & dominica manu Domini Regis confiscentur.

Capitulum VIII.

UT omnes Clerici, qui redditus habent in Anglia, sint summoniti per omnes Comitatus, ut infra tres menses veniant in Angliam ad redditus suos: & si non venerint ad terminum statutum, redditus in manu Regis capiantur.

ANNO 1164.

Capitulum IX.

UT denarii B. Petri non reddantur ulterius Apostolico, sed diligenter serventur in Thesauro Regis, expendanturque ad ejus præceptum.

Capitulum X.

LOndonienſis & Norwicenſis Epiſcopi ſint in miſericordia Regis, & ſummoveantur per Vicecomites & Bedellos, ut ſint contra Juſticias Regis ad rectum faciendum Regi & Juſticiis ejus de eo, quod contra ſtatuta de Clarendona interdixerunt ex mandato Papæ terram Comitis Hugonis, & excommunicationem, quam Dominus Papa in ipſum fecerat, per ſuas parochias divulgaverint ſine licentia Juſticiarum Regis.

XLVI.

1161. Avril. *Inveſtitura per* FRIDERICUM I. *Romanorum Imperatorem Conſuli & Legatis* Piſanorum *pro Communi eorundem data de omni eo, quod præfata Civitas tenet de Regno, Imperio, ſive de Marchâ ſive aliter, præſertim de Comitatu in eorum diſtrictu nec non de litore maris à Civitate Vecchia uſque ad Portum Veneris cum medietate* Panormi, Meſſanæ, Salerni, *&* Neapolis, *agrorumque his adjacentium ac totâ inſuper* Gaieta, Mazari, Trapani, *atque omnibus agris earum.* CUM *Sacramento præſtando à Principibus ſive Ducibus Imperatoris prædicti, ituris in expeditionem contra Regem* GUILLELMUM, *de Piſanis ſervandis, & adjuvandis, nec Pace vel Treuga ineundâ ſine conſenſu omnium Conſulum Piſanorum aut majoris eorum partis.* NEC NON *Securitate à* FRIDERICO I. *Imperatore Piſanis promiſſâ, ſi ex præcepto ſuo bellum fecerint Januenſibus.* UTI ET *Juramento duplici alterum quod* LAMBERTUS *Conſul Piſanorum* FRIDERICO *Imperatori juravit de fidelitate à communi Piſanorum eidem ſervandâ, & eundem adjuvando ad debellandam Siciliam, Apuliam, & Calabriam.* ALTERUM *quod ipſe unà cum Legatis promiſit Piſanos Conſules non præſentes vel alio tempore futuros prædicto Imperatori vel ejus ſucceſſoribus eſſe facturos Datum Papiæ 8. Idus Aprilis Anno 1161 Indictione IX. regni illius X. Imperii VII.* [PAOLO TRONCI Memorie Iſtoriche della Città di Piſa pag. 96.]

HOc eſt exemplum, ſive tranſumptum publicum cujusdam Imperialis Privilegii Friderici, Divina favente Clementia, Romanorum Imperatoris ex Originalibus Privilegiis exiſtentibus in Archivio publico Piſani Communis cum Bulla aurea, & filis de Serico rubeo pendentibus, in qua Bulla ab uno latere eſt Imperialis Majeſtas cum Sceptro in manu dextera, & cum pallâ, & cruce in manu ſiniſtra, cum his circum circa legitur: *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus*, & ab alio latere eſt *Civitas Romana* cum litteris in porta videlicet Roma, & cum aliis litteris circum circa, *Roma Caput Mundi regit Orbis frena rotundi*, non vitiatum, non cancellatum, non abolitum, nec abraſum, ſeu in aliqua ſui parte ſuſpectum, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carens, tenoris, & continentiæ infraſcriptæ videlicet.

IN Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

DEcet Imperialem Excellentiam votis omnium, ac petitionibus fidelium ſuorum clementer annuere, illorum præcipue quorum fides, & devotio circa ſublimationem Imperii, & noſtram ita liquido reſplendeat, quod ipſorum præclara, & honeſta ſervitia pro magnitudine & multitudine aliis imitanda proponantur. Congruum enim, & rationabile videtur, nos eorum fidelibus obſequiis ex noſtra Imperiali Largitione, & ex beneficiorum gratuita collatione ita gratanter reſpondere, quod hujus noſtræ pietatis exemplo minus fidelium animos ad ſerviendum fideliter Imperio alacrius provocemus, quanto enim potiora bene merentes à nobis beneficia recipiunt, tanto majorem coronæ noſtræ gratiam accreſcere credimus, & pervenire, unde quia univerſi Cives Piſani noſtri fideliſſimi, & Imperio ſemper devotiſſimi, pro ſuis magnificis & multiplicibus ſervitiis, quæ probationem, & commendationem fidei ſuæ nobis, & Imperio frequentius exhibuerunt, ampliorem dilectionis & gratiæ favorem apud noſtram Majeſtatem ſibi theſaurizaverunt; omnium fidelium tam præſentium, quam futurarum, viderit ætas, & cognoſcat, quanta benignitate, & quam largifica Imperiali munificentia Piſanorum merita, merito reſpeximus, præſertim, cum per ſuam induſtriam, & virium potentiam, honorem, & gloriam Imperii, atque ſtatum Reipublicæ ipſi glorioſæ ſemper adauxerint, & ſemper augere propoſuerint. Quanta enim fidelitate, & probitate Piſana Civitas à prima ſui fundatione caput ſuum inter alias Civitates extulerit. Quanta etiam conſtantia Divis Anteceſſoribus noſtris Regibus Romanorum, & Imperatoribus fideliſſime ſerviendo, perſeveranter adhæſerit, nos per multa ſcripta, & Relationes ſæpius audivimus, & inſuper ex ipſa operum atteſtatione id ipſum luce clarius conſtat. Placet igitur noſtræ Clementiæ, ut Piſanus Populus pro ſua fide, & devotione honeſtiſſimum de nobis ſemper accipiat emolumentum, ut & ferventior ad promerendum honorem Imperii ſemper exiſtat, fidem, & ſtrenuitatem Patrum ſuorum honeſtis moribus, & perſpicuis virtutum operibus æmulans. Inde eſt, quod nos ſiquidem Fridericus Dei gratia Imperator Auguſtus, damus, & concedimus in feudum vobis Lamberto Conſuli Piſano, & Villano, Henrico, & Bloſio, Sigerio, & Opizoni Legatis cum eo recipientibus pro Civitate veſtra totum, quod præfata Civitas, vel quælibet perſona habet & tenet de rebus Regni, & totum, quod Regno, & Imperio pertinet, ſive de Marcha, vel alio quoque modo, vel conſuetudine, vel pertinuit retro à triginta annis, vel pertinebit in Civitate Piſana, & ejus Diſtrictu per terras, & Inſulas. Et concedimus, & damus in feudum vobis Comitatum in veſtro Diſtrictu, ſicut tenet turris Benni ad Arnum, & ad Cannetum & inde ad Barbiallem & ſicut trahit ab Ebula ad Montem Tignoſam, & ad Barianum & Quercetum, & ad Caſtrum Corniæ, inde ad Scherlinum, & ſicut trahit marina ad Portum Herculis, ab alia parte fluminis Arni, ſicut trahit Planeſula, & comprehendit Curiam Cintoriæ, & ſicut trahunt confinia inter vos, & Lucenſes uſque ad pontem Magioniæ, & inde ſicut ſunt confinia Diſtrictus Piſanæ Civitatis, & ut Piſani, & ii, qui de eorum Diſtrictu ſunt, & eorum res, ſint liberi etiam ſub Conſulatu, & Judicibus, & Poteſtatibus, ſicut eis placuerit, & Piſana Civitas habeat plenam juriſdictionem, & poteſtatem faciendi juſtitiam, & etiam vindictam, & dandi Tutores, & Mundualdos, & alia, quæ Judex ordinarius vel quilibet poteſtate præditus ab Imperatore habere debet ex ſua juriſdictione in ſuo Diſtrictu, & in eos, quos conceſſimus, & concedemus, & Piſani, & qui de eorum Diſtrictu ſunt, nullam perſonam debeant fœderari, neque hoſpitari, & Piſani habeant poteſtatem ducendi eos in expeditionem ad omnem Diſtrictum ſuum, & quicumque negotiator voluerit tranſire ad eos cauſa negotiandi, ſive per terram, ſive per aquam, ſecure vadat, & a nullo aliquo ingenio impediatur, niſi ſit in banno Domini Imperatoris. Negotiatores autem Piſani per Siciliam, Calabriam, & Apuliam, & Principatum, & per totum Imperium noſtrum libere ſint, & vadant per terram, & aquam abſque omni pedagio, & dirictura, nec cogantur emere, vel vendere, ultra ſuum velle, nec ullus quilibet aliquo ingenio prohibeatur à Piſanis emere. Et concedimus, & damus vobis in feudum littus maris, & tantum jus hoc quod libere Piſani in eo facere Naves, & Galeras, & exercere ſuas Mercationes poſſint, & quod in eo nobis pertinet a Civitate Vecchia uſque ad Portum Veneris, & quod nullus poſſit in eo, vel in faucibus aquarum infradictum terminum contentis facere portum, vel applicare cum Mercibus contra voluntatem Piſanorum. Præterea damus, & concedimus vobis ſimiliter in feudum, medietatem Panormi, & Meſſanæ & Salerni & Neapolis cum medietate eorum Diſtrictus, & cum medietate agrorum, & Portuum, & aliorum, quæ excoluntur ab ipſis Civitatibus, & totam Gaietam, & Mazari, & Trapani cum totis agris, & cæteris quæ ſupra ſcripta

ANNO 1161.

ſunt

ANNO 1161. sunt & in unaquaque Civitate, quam Gulielmus detinet rugam unam cum domibus convenientem Pisanis Mercatoribus. Volumus quoque & statuimus, & faciemus jurare Episcopum communem, & qui Investituram, Regalium, & Comitatus a nobis receperit, vel quicumque alius pro nobis tenuerit, ut faciat Pisanos securos per sacramentum, quod personæ, & res eorum salvæ sint in omni Districtu suo per se, & omnes suos, hæc supradicta omnia damus in feudum, & concedimus Communi Pisanorum, & per præsentis privilegii paginam confirmamus quam super aurea Bulla nostra signari jussimus, & de supradictis investivimus Pisanos per ensem, quem manu tenebamus, Dantes etiam eis tertiam partem Thesauri Guglielmi dicti Regis, ut sit eorum. Hoc est sacramentum quod præstabunt Principes Domini Imperatoris Pisanis.

In Nomine Domini. Amen. Principes, qui ibunt, vel erunt in expeditione supra Regem Guglielmum, vel ejus successorem, vel aliquem, qui terram tenuerit, jurabunt quod vivam guerram facient sine malo ingenio, & dolo & Pisanos, & eorum res per bonam fidem servabunt, & eos non derelinquent, nisi justo Dei impedimento remanserint, sine fraude, & malo ingenio, & quod, nec Imperator, nec ipsi facient pacem, vel finem, vel treguam, sine parabola omnium Consulum Pisanorum, vel eorum majoris partis, qui in expeditione erunt, data, sive cum Rege Guglielmo, vel ejus successore, vel cum alio, qui illam terram tenuerit, & sine fraude, donec in Expeditione erunt. Præceptum, & conventum factum Pisanis a Dom. Friderico Romanorum Imperatore salvare jurabunt, & firmum tenebunt, nec erunt aliquo tempore in consilio, vel facto, ibi, vel alibi, ut rumpatur, immò ut salvum fiat, & omnes Rectores, quos Imperator, vel ipsi in partibus illis constituerit, jurabunt, quod totum, quod Imperator Pisanis dat, & concedit, ibi, sicut in præcepto continetur, firmum tenebunt, nec tollent, vel minuent per se, vel per alios, & si aliquis voluerit tollere, vel minuere, adjurabunt eos per bonam fidem, ita ut omnes Rectores quos Pisani ibi constituerint, jurent etiam adjuvare Rectores, quos Imperator ibi habuerit similiter.

Hæc, quæ sequitur est securitas, quam Dominus Fridericus Imperator Romanorum præstitit Pisanis per sacramentum fidelium suorum, & suo mandato facta in præsentia sua.

In Nomine Domini Amen. Imperator D. Fridericus, nec per se, nec per alium faciet finem, vel pacem, vel treguam, vel guerram recredutam sine concordatione omnium Consulum Pisanorum, vel eorum majoris partis facta sine vi, & quod Principes, qui ibunt in expedicionem, ante quam ad expedicionem moveantur, jurare faciet, ut dictum est, & faciet exercitum, & vivam guerram supra Regem Guglielmum, vel ejus successorem vel contra omnem hominem, qui eorum terram tenuerit contra ejus voluntatem, in quo exercitu erit ipse, & Magni Principes Alemanniæ cum suis bona fide, sine fraude & erit exercitus in Apulia ante Calendas Septembris proxime venientis, si nunciaverit Pisanis ab hodie usque ad proximum Pascha Pentecostes, eos velle facere hostem ad Calendas Septembris; Et si Pisanis ad prædictum terminum Pentecostes nunciatum non fuerit, tunc postea Pisani debeant præstare, si fieri debet, in sequenti æstate usque ad festum medii Augusti, & si tunc præsciverint Pisani movebunt per totum proximum Medium, & postea absque fraude quocumque aliorum mensium voluerit Dom. Imperator usque ad Calendas Septembris, ità quod ex tempore medii Augusti præsignet mensem, & si in sequenti æstate non fuisset, debent præstare per unum annum tempus motionis, & tunc in capite anni motio fieri debeat, dum tamen fiat a Calendis Maii usque ad Calendas Septembris, & Imperator per se, vel, ut dictum est, per suos Principes cum exercitu intrabit Apuliam, antequam Pisani movere debeant, & si Imperator non venerit in hostem, non exiet de Italia, donec Pisani erunt in Expeditione, & si opus fuerit eis, vel Civitati eorum, occurret, & hoc observabit nisi Dei impedimento remanserit, quo transacto, sine fraude recuperabit, nisi remanserit ex concordia utriusque Partis, & totum, quod dat, & concedit, sicut in præcepto continetur, firmum tenebit, nec tollet, vel minuet per se, vel per alium à vobis Pisanis, & si aliqui voluerint hoc facere, vos inde adjuvabit, & si de feudo, quod vobis dat, & concedit, litem, & molestiam a Guelfone, vel ejus filio, vel eorum successore, vel ab aliqua persona pro eis habueritis, vos, & vestram Civitatem inde adjuvabit per bonam fidem usque ad finem factam; & si vos stando in servitiis Imperatoris, vel faciendo guerram pro eo, vel pro ea occasione aliquis homo, vel Civitas fecerit vobis guerram, inde vos adjuvabit per bonam fidem usque ad pacem factam, nec faciet finem non assentientibus vobis; Et si Pisani fecerint guerram præcepto Imperatoris cum Januensibus, quoquo modo Imperator non faciet cum eis pacem, vel finem, vel treguam, vel guerram recredutam sine concordia omnium Consulum Pisanorum, vel eorum majoris partis, sine vi, & absque mala voluntate, & super eos faciet hostem, & ibit ad obsidionem, ità si Pisani viderint eum sine fraude, & sine gravissimo impedimento hoc facere non posse, tunc non teneatur, & eo tempore quo viderint, cum sine fraude facere posse teneatur, qui non faciet cum eis finem, quod Januenses Castrum Portus Veneris non dent ei, & tunc, vel si ante ceperit illud, ipse dabit Pisanis Disbrigatum cum suo jure, & pertinentiis in feudum & per præceptum suum confirmabit, & octo diebus ante quam exercitus Pisanorum esse debeat ad obsidionem, ipse etiam erit ad obsidionem Januæ & postea vivam guerram facier Januensibus, & Pisanos, & eorum res salvabit, & eos non derelinquet, nisi justo Dei impedimento remanserit, remota fraude, & malo ingenio, & faciet jurare Marchiones de Monte Ferrato, & de Bari, & del Guasto, & de Busto, & Oppizzonem Malaspinam, & Comites de Lavania, quos poterit sine fraude, ut Pisani sint securi in eorum fortia cum suis rebus, & si Januenses fecerint Pisanis guerram, eos adjuvabunt usque ad pacem factam, & vivam guerram facient Januensibus, & si Imperator Januam ceperit, vel sine conditione se reddiderit ei Portus Veneris, Castrum distrigatum Pisanis in feudum dabit, eosque qui pro habitantia remanserint, vel in ejus Districtu juxta marinam & alios qui in castris, & villis juxta marinam pro habitantia fuerint usque ad Portum Veneris, Pisanis jurare coget ad hostem, & adjutorium, & guerram eorum, & non reddere malum meritum eis, etiam si solummodo guerram, vel hostem ex præcepto Domini Imperatoris Pisani fecerint. Hii vero sunt, qui hoc sacramentum fecerunt, sunt Dominus Curradus, videlicet Illustris Palatinus Comes Rheni, Ullericus Dux, Heberardus Comes de Lucemburgh, & frater ejus, Comes Marquardus, Bruccardus de Harenbrum.

Sequitur Juramentum Consulis Lamberti, hoc est Juramentum, quod Lambertus Consul Pisanorum facit, & quod facient omnes Consules Pisani, & Commune Civitatis Domino Friderico, scilicet Consules, qui modo sunt, & qui de cetero erunt debent facere. In Nomine Domini. Amen. Ego Lambertus Consul juro, quod ab hac hora in antea fidelis ero D. Friderico Romanorum Imperatori, sicut jure debeo D. & Imperatori meo, & non ero in facto, vel consilio, quod perdat vitam suam, vel membrum, vel Imperium, vel honorem suum, & curabo eum retinere Coronam suam, & Imperium, & honorem, quo navigio potero, & in illis terris, quæ sunt juxta marinam, & nominatam Civitatem Pisanam cum Comitatu suo, & Districtu contra omnes homines, & si perdiderit, juvabo cum recuperare bona fide, & juro, quod Commune Pisanorum faciet hostem, & expeditionem per mare cum sua fortia, postquam Imperatoris exercitus intrabit Apuliam, & manebit per illos terminos, qui statuti sunt in scripto facto inter Pisanos, & Imperatorem, & ibit ad exercitum illius, quanto citius poterit, sine fraude, & malo ingenio, & juvabit D. Imperatorem conquistare Siciliam, & Apuliam, & Calabriam, & Principatus Capuæ, quo suo poterit navigio, & in illis terris, quæ sunt juxta marinam, & si acquisita fuerit Sicilia, vel Apulia, vel Calabria, vel Principatus Capuæ juvabunt Pisani eum retinere, & si perdiderit, recuperare bona fide, & contra omnes homines, & nominatim contra Guglielmum Siculum, & ejus successores, vel quemcumque, qui aliquam harum terrarum occupabit, vel tenebit contra voluntatem Dom. Imperatoris, & vivam guerram facient, & non facient finem, neque pacem, neque treguam, neque guerram recredutam cum eodem Guglielmo Siculo, vel ejus successoribus absque licentia Imperatoris, & ejus parabola, & juro, quod faciam jurare Pisanos propria manu hoc sacramentum fidelitatis, & pacti, secundum quod Consules consueti sunt facere jurare Populum sub Consulatu, & quod jurabunt eum retinere, & si perdiderit recuperare totam marinam ab Azelate usque ad montem Sancti Angeli, & postquam exercitus Pisanorum se moverit ad hostem, & ad expeditionem, non derelinquet exercitum Imperatoris, nisi

ANNO 1161.

ANNO 1161. nisi justum Dei impedimentum intercesserit, & juro, quod quicumque Civis Pisanus jurabit, sub meo Consulatu, & Populus ipse jurabit. Quod ipsam fidelitatem, quam Consules Imperatori jurant, inde per se observabit, & faciam eum jurare, quod pactum, & concordiam quæ inter dictum Fridericum Romanorum, Imperatorem & Pisanos, facta est, similiter observabit bona fide absque fraude, & malo ingenio. Item juro, quod si Imperator præceperit Pisanis, ipsi facient guerram Januensibus. & non facient pacem, vel treguam, vel guerram retroductam cum eis sine parabola Dom. Imperatoris, & si Imperator præceperit, hoc anno Pisani venient in obsidionem Januæ cum fortia sua mensis Junii, Julii, vel Augusti, si fecerit eos præscire, usque ad octavam Pentecostes, & non derelinquent exercitum Imperatoris', nec movebunt se de obsidione, nec treguam facient, vel pacem cum Januensibus sine parabola Imperatoris vel ante captionem Januæ, & hæc supradicta omnia, ut dicta sunt, observabo toto tempore mei Consulatus, & non recipiam aliquem in Consulatum qui hoc sacramentum non faciat, hæc omnia observabo sine fraude, & malo ingenio, nisi justo impedimento remanserint, vel cum concordia utriusque Partis, illi jurarunt Lambertus Consul, Villanus, Henricus, Bosius, Sigerius, &, Opizo.

Hæc est Conventio facta inter Dom. FRIDERICUM *Imperatorem Romanum, &* LAMBERTUM *Consulem Pisanum.*

IN Nomine Domini. Amen. Ego Lambertus Consul cum Legatis Pisanis, qui mecum sunt pro Civitate nostra, paciscor, & convenio cum Dom. Friderico Romanorum Imperatore, quod fidelitatem, quam ei facio, & sacramentum omnes Pisani Consules, qui non sunt præsentes, jurabunt, unusquisque propria manu, & quicumque alio tempore futuri sunt, seu aliquis, qui regimen habebit Civitatis, & Pisani omnes, & eorum Consules semper facient, & observabunt omnibus successoribus ejus Regibus, & Imperatoribus, quando requisitum fuerit ab eis per Imperatorem, seu Regem, aut per se, aut per certos nuncios, & firmabunt præceptum factum à Dom. Friderico Imperatore Romano, sicut ab ipso factum, & confirmatum est, quod facere debent; si autem aliquis futurorum Regum, & Imperatorum expetierit à Pisanis hostem, vel eos guerram facere voluerit, secundum quod Dom. Friderico Roman. Imperatori dictum est, eos faciet securos, quemadmodum Dom. Fridericus Romanor. Imperator fecit. Testium, in quorum præsentia supradicta omnia hinc inde ordinata, & confirmata sunt juxta tenorem præsentis pagina nomina hæc sunt.

Dom. Reynaldus Colonienſis Archiepisc. Archicancellarius.
Ebehardus Bambergienſis Epiſcopus.
Henricus Leodienſis Epiſc.
Orihebus Baſilienſis Epiſc.
Gero Halberſtatenſis Epiſc.
Erlebaldus Stabuli Abbas.
Udalricus Cancellarius.
Henricus Prothonotarius.
Stephanus Cappellanus.
Fridericus Dux Suevorum filius III. Regis Curradi.
Curradus Palatinus Comes Rheni.
Marchio Teodoricus de Saxonia.
Marchio Albertus de Saxonia.
Leopoldus Dux Boëmiæ.
Willelmus Marchio Montisferrati.
Manfredus Marchio del Vuaſto.
Ugo Magnus Marchio de Vaſto.
Opizo Marchio Malaſpina. & alii multi Comites & Curiales.

Loco ✠ Signi — Dom. Friderici Imperatoris Rom. Triumphatoris Invictiſſimi.

✠ Ego Reynaldus Rom. Imperii Archicancellarius recognovi ſubſcr.
Ego Odalricus Cancellarius vice Reynaldi Colonienſis Archiepiſc. & Archicancellarii recognovi ſubſcr.
Acta ſunt hæc. A. D. I. M. C. LXI. Indict. IX. Reg. D. Frider. Rom. Imper. glorioſiſſimi Anno regni ejus X. Imperii vero VII.
Datum Papiæ poſt deſtructionem Mediolani VIII. Idus Aprilis feliciter. Amen.

XLVII.

ANNO 1164.

Literæ HENRICI II. *Regis Anglorum ad* ALEXANDRUM III. *Papam de Controverſiis inter eos agitatis, occaſione data, per* THOMAM *Archiepiſcopum* CANTUARIENSEM. [GOLDASTI Conſtitutiones Imp. Tom. III. pag. 345.]

ALEXANDRO Papæ Henricus Dei gratia Anglorum Rex, Dux Northmannorum & Aquitanorum, & Comes Andegavorum.

Sæpius Nuncios noſtros ad pedes Paternitatis veſtræ direximus, rogantes & ſupplicantes, quatenus querelis, quæ inter nos & Cantuarienſem Archiepiſcopum verſantur, finem debitum juſtitia mediante poneretis: & tandem placuit Paternitati veſtræ, ut juxta petitionem noſtram de latere Legatos nobis mitteretis, cum poteſtatis plenitudine, ut omnes controverſias noſtras plene decidere & definire poſſent, remoto appellationis obſtaculo. Qui cum in poteſtate ſicut Nuncii veſtri ad nos reportaverunt, & litteris veſtris continebatur expreſſum, quas adhuc penes nos habemus, quod niſſi fuiſſent, ſicut per eoſdem Legatos, cum ad nos perveniſſent, accepimus, poteſtas illa ad injuriam noſtram illis ſubtracta eſt. Unde cum nos ad omnem coram eis emendationem offerremus, præfato Cantuarienſi Archiepiſcopo, qui ita inique & malitioſe erga me ſe habet, ſicut vobis & toti mundo innotuit, coram illis Juſticiis parere omnino contempſit. Ob cujus delictum alios deinceps Nuncios ad Majeſtatem veſtram transmiſimus, per quos Litteras veſtras recepimus, quas adhuc penes nos habemus, in quibus terram noſtram & perſonas Regni noſtri à poteſtate præfati Cantuarienſis eximebatis, donec ipſe in gratiam noſtram rediiſſet. Quam cum ante reſtitutionem gratiæ noſtræ neſcimus ob quam cauſam immutaveritis, dum alii noſtri adhuc in Curia noſtra morarentur, & antequam noviſſimi Legati veſtri ad nos perveniſſent, Vivianus ſcilicet & Gratianus, ipſe in perſonas Regni noſtri & in quosdam familiares & ſervientes noſtros, qui ſingulis diebus nobis aſſiſtebant, excommunicationis ſententiam promulgavit. Cum vero prænominatos Nuncios debito honore ſuſcepiſſemus, qui tam per Litteras veſtras quam viva voce proteſtabantur, quod ad honorem noſtrum & exaltationem Regni noſtri veniſſent, primo loco de abſolvendis excommunicatis tractavimus, qui non ſolum ad noſtram, verum etiam ad veſtram eorundem Legatorum injuriam excommunicati videbantur, petitionibus illis, quas ex parte noſtra nobis proponebant, quantum poteramus ob reverentiam veſtram & amorem veſtrum pro aſſenſu condeſcendebamus. Proponebant ſiquidem Litteræ veſtræ quatenus ſæpe dicto Cantuarienſi Archiepiſcopatum ſuum pacem & amorem noſtrum redderemus: nos vero, propoſito omnino honore veſtro, communicato conſilio

Burdegalenſis & Rothomagenſis Archiepiſcoporum:

Cenomanenſis, Redonenſis, Bajocenſis, Lexovienſis, Conſtantienſis, & Sagienſis, } Epiſcoporum:

Fiſcavenſis, Beccenſis, Sancti Wandregiſili, Cadomenſis, Troactis, Cerifiaci, Rewalles, Mortui maris, Tironenſis, Delbetenſis, } & quorundam aliorum Abbatum:

Necnon & Gaufredi Antiſiodorenſis, & quorundam aliorum virorum Religioſorum, conceſſimus antedicto Cantuarienſi (licet ipſe, ſicut vobis multotiens ſignavimus; abſque conſcientia noſtra & coactione aliqua à Regno noſtro exierit) *ut in bono & in pace rediret, & poſſeſſiones omnes haberet, ſicut habuit quando à Regno exivit, & ipſe & omnes, qui cum eo vel pro eo exierunt, ob amorem Dei & ob amorem veſtrum, ſalva dignitate*

ANNO 1164. *gnitate Regni noſtri.* Cumque Nuncii veſtri coram ſupra nominatis viris reſponſum hoc abſque omni contradictione recepiſſent, excommunicatos illos, qui præſentes aderant, abſolverunt. Convenit autem inter nos, ut alter eorum, Vivianus ſcilicet, pro hiis, qui in Anglia erant, abſolvendis transfretaret: Gratianus vero ad verba hæc nominato Cantuarienſi transportanda redieret: Mane autem facto cum ab eis, quibusdam negotiis nos (accepta prius ab eis licentia) trahentibus, receſſiſſemus, neſcimus, cujus inſtinctu, aut quo ſpiritu conceſſis ſtare recuſaverunt, cauſantes verbum illud, quo nos *Dignitatem Regni noſtri ſalvam* fore dixeramus, quod tam nobis quam illis, qui nobiſcum aderant, nullo jure ab eis cauſari videbatur debere. Nos autem hujus rei ad conſcientiam duximus, de veſtra ſemper diſcretione præſumentes, quod vos in nullo honori noſtro derogare velitis, vel Regni noſtri dignitati, obnixe Serenitati veſtræ ſupplicantes, quatenus attente conſiderantes honorem & utilitatem, quam vobis & Curiæ veſtræ contulimus, & in futurum, niſi per vos ſteterit, conferemus, ſic rem temperetis, ne tantum penes vos ſint illius perfidi proditoris noſtri malitioſæ blandiciæ, quantum evidentia tot & tantorum virorum teſtimoniis corroborata cauſæ noſtræ merita: ſed juxta petitionem noſtram eos, qui excommunicati ſunt, abſolvatis, & ne in alios venenum ſuæ excommunicationis effundere poſſint provideatis: ne, ſi minus in hac juſta petitione noſtra exauditi fuerimus, tanquam de veſtra benevolentia deſperantes aliter ſecuritati noſtræ & honori proſpicere compellamur. Et quoniam ſingula quæ à nobis dicta ſunt & propoſita, difficile ſcripto comprehenderentur, transmiſimus ad pedes Paternitatis veſtræ Clericos familiares noſtros, Ricardum Archidiaconum de Salesberia, Ricardum Barre, qui plenius vobis cuncta, quæ hinc inde agitata ſunt, exponent: quibus in cunctis, quæ ex noſtra parte veſtræ Sanctitati exponent, fidem indubitanter habeatis, de quorum reditu feſtinanter maturando, veſtra precamur & conſulimus ſollicite provideat diſcretio, quoniam eorum mora diuturnior periculum & damnum intolerabile Eccleſiæ poſſet afferre.

XLVIII.

3. Dec. *Literæ* ALFONSI I. *Caſtellæ ac Toleti Regis* GASTONI *Bearnenſi Vice-Comiti datæ, quibus eum, & ſucceſſores illius liberat juramento fidelitatis & hominii ratione Vaſconiæ præſtare ſoliti, uti & omni alia pactione qua ſibi aut Anteceſſoribus ſuis vel ipſe, vel etiam prædeceſſores illius tenebantur. Datum apud Burg. exp. III. die Decembris Erâ MCII.* CUM *Confirmatione* ALFONSI VI. *Romanorum nec non Caſtellæ ac Toleti Regis. Datum apud Burgis 13. Maii Anno Domini* 1270. [PIERRE DE MARCA, Hiſtoire de Bearn. liv. 7. chap. 8. pag. 601. *E Tabulario Palenſi.*]

PER præſens Scriptum notum facimus univerſis quod nos Alfonſus Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galleciæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, Giennli, & Algarbii, vidimus quandam Literam ſigillo noſtro ſigillatam, cujus tenor talis eſt: Noverint univerſi quod nos Alfonſus Dei gratia Rex Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galleciæ, Sebiliæ, Cordubæ, Murciæ, Giennii, quitamus & abſolvimus Nobilem virum Gaſtonem Vicecomitem Bearnenſem pro ſe & ſucceſſoribus ſuis ab omni juramento fidelitatis & hominii, ſi quod ipſe, vel anteceſſores ſui nobis, aut prædeceſſoribus noſtris ratione terræ Vaſconiæ fecit, aut fecerunt. Quitamus etiam & abſolvimus eundem Gaſtonem, ac prædeceſſores ſuos ab omni pactione, ſeu aliquo alio genere pactionis, ſi quam vel ſi quod ipſe Gaſto, vel prædeceſſores ſui ratione, vel occaſione Domini noſtri nobis, vel alicui, aut aliquibus anteceſſorum noſtrorum fecit, aut fecerunt. Et volumus ac concedimus quod ipſe ac prædeceſſores ſui per hujusmodi quitationem & abſolutionem eidem a nobis factam ſint omnino a prædictis liberi & ſoluti. In cujus rei teſtimonium præſentem chartam fecimus ſigilli noſtri munimine communiri. Datum apud Burg. Reg. per Archidiaconum S. Petri Notarium exp: 3 die Decembris. A. Ferrandi ſcripſit. Era milleſima ducenteſima ſecunda. Unde nos præfatus Rex ad preces, & ad inſtantiam dicti Nobilis viri Domini Gaſtonis prædictam literam fecimus innovari. Datum apud Burgis Rege imperante 13 die Maji, Anno Domini M. CC. LXX. Peregrinus ſcripſit mandato Magiſtri A. Garſiæ Archidiaconi Elepten.

ANNO 1164.

XLIX.

Inveſtitura per FRIDERICUM I. *Romanorum Imperatorem data Civitati Piſanæ de totâ Inſulâ* SARDINIÆ *& pertinentiis in Feudum perpetuum. Revocat autem omnes præcedentes Conceſſiones aliis de eâdem Inſulâ factas, & promittit nullas in futurum ſe alii, quiſcunque demum fuerit, in contrarium eſſe facturum. Datum Franchfurti 15. Kal. Maji Anno Incarnationis 1165. Indictione XIII. Regniſui XIII. Imperii vero XI.* [PAOLO TRONCI Memorie Iſtoriche della Città di Piſa pag. 113. Dell' Archivio del Capitolo di Piſa.] 1165. 17 Avril.

IN NOMINE SANCTÆ, ET INDIVIDUÆ TRINITATIS, Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

DIgnitas, & Excellentia Romani Imperii tanta bonitate, & pietate uſque ad hæc noſtra tempora ſemper exuberavit, quod ſuorum merita fidelium oculo clementiori reſpicere, & largitatis ſuæ beneficia eis potius augere, quam minuere conſuevit. Ibi enim merito locantur beneficia, & præmia honoris, ubi & devota ſervitia refulgent, & fidelitas ipſa abſque omni ſigno fallaciæ immobilis, & conſtans perſeverat. Hujus rei cauſa Piſanam Civitatem, quæ inter alias Civitates per Principatum dignitatis caput extulit, quæ etiam ab Imperii fidelitate tempore adverſitatis, ſicut proſperitatis, nunquam receſſit, titulo honoris, & ampliori beneficio largitatis dignam duximus honorandam, ſicut in ſequentibus evidenter declaratur.

Cognoſcant igitur univerſi fideles Imperii per Italiam conſtituti præſentes, & futuri, quod nos ex noſtra Imperiali gratia, & largitate, ex conſilio Principum noſtrorum damus & concedimus, atque tradimus in feudum tibi Uguccioni Piſ. Civit. Conſuli pro Comm. Piſanæ Civitatis recipienti totam Inſulam Sardiniæ cum ſuo Diſtrictu, & pertinentiis, & nominatim Turrira, Callarim, Arboream, & Calluriam, & damus, & concedimus, & confirmamus in feudum tibi pro Comm. Civitatis Piſanæ recipienti plenam, omnemque poteſtatem, atque juriſdictionem, & diſtrictum, & totum quod in Sardinia eſt, & quod futurum eſt, & quod Regno, & Imperio pertinet, aut pertinuit, vel pertinebit. Quæ omnia tibi pro Communi Piſanæ Civitatis in feudum damus, concedimus, & tradimus per vos, & veſtros ſucceſſores in perpetuum, & nullum Jus alicui, vel dationem concedemus, aut faciemus in ipſa Inſula, nec de ipſa Inſula ullo tempore contra liberam voluntatem Univerſitatis Piſanæ, & ſi quam dationem alicui Civitati, aut Duci Guelfoni, vel alii inde fecimus, aut alicui perſonæ, cui nos dediſſemus, eam nunc revocamus, & tibi pro Communi Civitatis Piſanæ in feudum concedimus, & damus tibi Conſuli Piſano, & cæteris Conſulibus Piſanis poteſtatem ingrediendi in poſſeſſionem omnium, quæ ſupra leguntur, & ſic per Sceptrum noſtrum, & Vexillum te Uguccionem Conſulem Piſanum pro Communi Piſanæ Civitatis inveſtimus, concedimus quoque tibi pro Communi Piſanæ Civitatis in feudum, & damus hæc omnia prædicta cum omni integritate, cum omni jure, & pertinentiis ſuis, cum montibus, vallibus, planitiis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, mercatis, Argenti Fodinis, Piſcationibus, Paludibus, Cimetis, & Incimetis, Theloniciis, Ripaticis, diviſis, & indiviſis, & cum omnibus, quæ dici vel nominari poſſunt, & quod nos firmam tenebimus ſupradictam dationem, conceſſionem, ſive traditionem, nec rumpemus per nos, nec per alium; Dilectus Princeps noſter Uldericus Dux Boemiæ ex noſtro mandato in noſtra præſentia ſacramentum preſtitit. Statuentes igitur jubemus, ut de cætero nullus Archiepiſcopus, nulla Civitas, nulla Poteſtas, nullum Commune, nullaque perſona, magna, vel parva prædictos fideles noſtros Piſanos moleſtare, vel inquietare in hac noſtra datione aliquatenus præſumat, ſi quis autem hanc noſtram auctoritatem invade-

ANNO 1165. re præsumpserit, mille libras auri optimi pro pœna se compositurum cognoscat, dimidium fisco nostro & dimidium omnibus fidelibus nostris. Ut autem hoc verius credatur, & ab omnibus inviolabiliter observetur præsentem in paginam scribi, & aureo nostræ Majestatis sigillo jussimus eam insigniri, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hæc.

Thrillinus Treverensis Archiepiscopus; Willelmus Bambergensis Episcopus, Hermanus Hersfeldensis Abbas, Curradus Palatinus Comes Rheni; Fridericus Dux Suevorum Filius Regis Curradi, Uldericus Dux Boemiæ, Marquardus de Brombach, Albertus Comes de Dihingen. Gerardus Comes de Neringen, Comes Otto de Ruberch. Ulricus de Hormingon, Vuercherius de Huden, Berdoldus de Scouvenbinch. Henricus Marischalcus de Poppenheim..... Camerarius de Minnesnberch, Curradus Pincerna; Rodulfus Dapifer, Roderigus Camerarius. Vuernerus de Bombanch. Everardus de Reumburgh, Bertoldus de Scamperberch, & alii quam plurimi.

Loco ✠ Signi Dom. Friderici Romani Imperatoris Invictissimi.

Ego Christianus Cancellarius vice Dom. Rainaldi Colonienſis Electi Italiæ Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXV. Indict. XIII. Regnante Domino Friderico Rom. Imperat. Invictiss. Anno Regni ejus XIII. Imperii vero XI. an. feliciter. Dat. in Regali Curte Franchfurti XV. Kal. Maii.

L.

1166. *Recessus sive Decretum Comitiorum* Herbipolensium *à* FRIDERICO I. *Romanorum Imperatore celebratorum super Schismate duorum Pontificum. Datum Wirtzburg Kalend. Julii* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. III. pag. 342.]

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus cunctis populis, quos Clementiæ nostræ regit Imperium.

1. Jamdudum innotuisse credimus, qualiter exorta quondam inter Ecclesiæ Romanæ Cardinales de Apostolatu discordia, inter Reges & Regna impetu pestifero est diffusa. Pro qua ad optabile bonum pacis revocanda quantos post beatæ memoriæ Papæ Victoris electionem ac confirmationem Catholicam Papiæ, Mediolani, Laude, atque in diversis Imperii finibus in corpore nostro labores tam nos quam invicti Principes nostri pertulerimus: quantas rerum copias zelo justitiæ impenderimus: in extremis quoque mundi partibus, jam auditum non dubitamus. Denique beatissimo Papa Victore in Paradisi gaudia feliciter assumpto, & in ejus locum ab Episcopis & Cardinalibus almæ Sedis Apostolicæ Domino Paschali viro Christianissimo in præsentia Episcoporum & Religiosorum Lombardiæ ac Tusciæ, Illustris quoque Urbis Præfecti Romæ, ac multorum Nobilium Romanorum Catholice substituto: ipsum etiam Dominum Paschalem & Ecclesiæ ac Principum Imperii judicio atque consilio in Papam & Patrem Catholicum solemniter recepimus, debitoque honore venerari semper intendimus. Proinde obstinata Schismaticorum perfidia mortem viri justi suis successibus aperta fronte adscribens, Siræneis suis blanditiis mentem quorundam fidelium nostrorum adeo molita est denuo immutare, ut nisi morbis novis nova remedia objicerentur, pars nostrorum non modica videretur ex fiducia nostræ lenitatis seducenda.

2. Igitur zelo reformandi decoris domus Dei ardentius accensi, cum Regem Francorum, qui nulla nostra culpa præeunte, una cum Rolando imperii nostri hoste publico, ejusque sequentibus, Imperialem nostrum honorem manifeste molitur auferre, post multos nostros admonitus irrevocabilem persensisse mus: universis Imperii Principibus in sancta Pentecoste Curiam Wirzburg generalem indiximus. Quorum cœtu celeberrimo ibidem solemniter præsente, Ecclesiæ Dei statum ac Domini Papæ Paschalis negotium serio ac magnifice duximus roborandum. Invocata igitur Spiritus sancti gratia, & universorum, qui aderant, consilio communicato, ad removendam pro parte nostra omnem ambiguitatem, prorsus ipsi nos manu propria super Sanctorum reliquias juramentum publice præstitimus, quod Rolandum Schismaticum, vel ejus successorem, quem pars ipsius elegerit, in Papam numquam recipiemus, nec ad eum recipiendum, assensum umquam alicui præbebimus. Nulli etiam fautorum ejus gratiam umquam nostram reddemus, nisi ab errore viæ suæ ad unitatem Ecclesiæ fuerit conversus. Dominum vero Papam Paschalem manutenebimus semper & promovebimus: eique tamquam Patri Catholico & universali Pontifici obedientiam, honorem & reverentiam exhibebimus: & ab ipso, ejusque parte, vita comite, numquam recedemus. Electos quoque, qui sub eo, aut ejus successore, quem pars ipsius elegerit, consecrationem receperunt, vel adhuc recipiunt, honore aut ordinibus suis per ejus obedientiam privari numquam permittemus: & hujus absolutionem sacramenti numquam requiremus, nec oblatam recipiemus. ANNO 1166.

3. Præterea noster in Imperio successor, quem Principes universi elegerint, hunc honorem Ecclesiæ Dei & Imperii, & hanc partem nostram sub eodem juramento tuebitur semper atque tenebit.

4. Idem quoque juramentum Archiepiscopi, & omnes Episcopi, atque Electi, qui interfuerunt numero quadraginta, super sancta Dei Evangelia propria manu unusquisque sub stola sua præstiterunt, & publice firmarunt. Nihilominus universi Principes seculares, Dux videlicet Saxoniæ, & Brandenburgensis Marchio Albertus senior, Conradus Palatinus de Chevo, & Ludovicus Lantgravius, & reliqui omnes super Sanctorum reliquias id ipsum juraverunt. Repente autem Spiritus sanctus mentes omnium adeo unius effecit voluntatis, quod Electi omnes in sabbato Quatuor remporum ad laudem Dei & honorem Imperii sacros ordines devotissime susceperunt.

5. Firmiter quoque à nobis, & ab universis decretum est, ut quicumque supersunt ordinandi in primis Quatuor temporibus similiter exequantur, alioquin, dignitatis, ad quam electi sunt, honore, omni remota dilatione, priventur.

6. Ad hæc honorabiles Legati Illustris amici nostri Henrici glorioſi Anglorum Regis ad nos ab ipso transmissi, in totius Curiæ nostræ præsentia super sanctorum reliquias ex parte Regis Angliæ publice juraverunt nobis, quod Rex ipse cum toto Regno suo in parte nostra fideliter stabit, Dominum Paschalem, quem nos tenemus, nobiscum semper tenebit. De Rolando autem Schismatico manutenendo, nullatenus se de cætero intromittet.

7. Quia vero justitiæ, quam hostes Ecclesiæ Dei & nostri sive ex superbia, sive ex causæ diffidentia devitarunt, nos semper hactenus stare parati, nunc tandem ad insolita sacramenta ex eorum manifesta obstinatione sumus impulsi: à Schismaticorum communione omnis homo omnisque ordo caveat. Furor enim eorum etsi hactenus aliquo modo visus est venialis, in posterum prorsus erit irremissibilis.

8. Ad perfectum quoque hujus negotii firmamentum, ex totius Herbipolensis Concilii Decreto firmissime præcipimus, ut si quis ad sui mandatum Antistitis sacramentum supra scriptum non præstiterit, si Clericus sit, aut Monachus, Ecclesiastico privetur honore ac beneficio: si Laicus, alodia & beneficia quæcumque possidet, nostra ipsi auctoritate à suo Judice vel Domino prorsus adimantur. Data Wirtzburg, Kalend. Julii.

Acta Comitiorum Herbipolensium *ex Archivo Vaticano.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. III. pag. 343.]

Alexandro Papæ quidam amicus suus.

IMPERATOR cum Principes suos ad Curiam, quam eis in festo Pentecostes indixerat, adunasset, & Principes ipsi Sabbatho ante festum, atque subsequenti secunda feria, de pace inter vos & eum reformanda tractare cœpissent, Reginaldus dictus Colonienſis Archiepiscopus advenit, publice asserens & proponens, quod nihil contra vos ad honorem sui labor & studium Imperatoris proficeret, nisi ejus tunc penitus assentiret consiliis. Dicebat enim, quod potior pars Imperii vobiscum erat, commemorans scilicet Salzburgensem, Maguntinum, & alios de Alemannia, qui vestræ obtemperant Sanctitati. Veruntamen ad magnificandum

ANNO 1166. dum seipsum; plures, inquit, quam vos sumus, ad obedientiam Apostolici nostri conquisiti, quos ei Rex Anglorum numero quinquaginta, & plures, juxta Domini Imperatoris beneplacitum exhibebit. Cum igitur ei talia promittenti, & ad certitudinem hujus rei duos Nuncios prædicti Regis præsentialiter exhibenti, de prosequendo ejus consilio suum Imperator polliceretur assensum, in audientia cunctorum Principum hujusmodi consilium Imperatori formavit.

Quod ipse videlicet Imperator in conspectu totius Curiæ propria manu juraret, quod nullo umquam tempore vos, vel aliquem qui ex parte vestra sit, in Pontificem Romanum reciperet, sed devotioni Papæ sui Paschalis inconcusse semper & inseparabiliter adhæreret: si verò mori illi ante contingeret, hoc ipsum juramentum sui successores observarent. Principes verò suos hoc ipsum jurare compelleret, adjecto in eorundem Principum juramento, quod si prius Imperator obiret, Principes ipsi nullum antea coronarent in Regem, quam is, qui coronandus esset, de tenendo & fovendo eodem Schismatico, & ejus successoribus idem faceret juramentum. Et quod Principes infra sex hebdomadas, postquam de Curia ad propria loca rediissent, omnes Abbates, Præpositos, & alios Ecclesiarum Prælatos, Milites quoque & alios omnes, qui in locis eorum aliquos honores obtinerent, hoc jurare compellerent, & eos, qui nollent hoc facere, rebus eorum penitus confiscatis, depositos, & honoris sui cingulo spoliatos; vel si privati homines fuerint, in membris propriis crudeliter mutilatos, à toto Imperio compellerent exulare. Placuit Imperatori forma Consilii.

Sed Archiepiscopo Magdeburgensi, & aliis, qui præsentes erant, Episcopis dura visa est admodum & molesta, ita quod idem Magdeburgensis nullum juramentum se præstare velle respondit, nisi prius Colonienses Ordines & Consecrationem reciperet, per quam omnem dubitationem ab ejus & aliorum pectoribus removeret. Unde cum ille id promittere detrectaret, acriter eum aggressus Imperator, suamque ipsi malignitatem improperans, in eum verba ista est prosecutus; Ecce, inquit, manifeste apparet, quod sicut traditor & deceptor in periculum meum Papam mihi præfeceris ignoranti, cum etiam ante receptionem Litterarum mearum, ne de substituendi Pontificis electione tractares, tu statim cum *Te Deum laudamus*, & juxta beneplacitum tuum, novum mihi Pontificem elegisti, plus mihi proditor factus quam Maguntinus Electus, quem reum hujus criminis deferebas: præsertim cum ille dederit mihi salubre consilium, ut ex quo Deus me à prioris periculo liberavit, nullatenus me obnoxium facerem successori. Nunc vero necessario te noveris compellendum, ut laqueum, quem paraſti, primus incurras, & aliis etiam id facere recusantibus, solus habebis subire periculum, quod in malitia tua noscitur cæteris præparatum.

Sic ergo ille vehementer astrictus non potuit evadere, quin primus juxta prædictam formam faceret juramentum, & susceptis ordinibus consecrationem quoque se promitteret recepturum. Exhibuit etiam prædictos Nuncios Regis Angliæ, qui in persona Regis Angliæ publice coram omnibus juraverunt, quod quicquid Imperator super hoc se servaturum juraverit ipse quoque tenebit firmiter & servabit. Sic ergo propria manu Imperator supradictum præstitit juramentum, eo tamen ad verbum Archiepiscopi Magdeburgensis determinato, ut si vos & Schismaticum illum eodem tempore obire contingeret & Cardinales utriusque Partis in aliquem unanimiter convenirent, liberum sibi esset, eum recipere, si tamen (quod quidem Colonienses fecit apponi) de Imperatoris assensu eadem electio proveniret.

Deinde qui præsentes erant Principes, sicut supradictum est, suum præstitere singuli juramentum. Cum vero ad Episcopos ventum esset, dicerentque omnes, excepto Verdensi, velle se potius Regalibus cedere, quam hujusmodi sacramentum præstare, responsum est eis, oportere eos vellent nollent juramentum facere, & regalia retinere. Sicque juravit primus Magdeburgensis, sub ea tamen conditione, si omnes alii, qui aberant, essent juraturi, & quod solutus esset à juramento, quocunque tempore desineret regalia possidere. Babenbergensis vero Episcopus post multas & varias excusationes ita ipsi Imperatori juravit, quod quandiu voluerit regalia retinere, secundum quod ei proprius sensus dictaverit, eidem Imperatori super negotio auxilium & consilium ministrabit. Verdensis etiam intrusus & Halberstadensis absolute, sicut Colonienses, juraverunt. Virdunensis, & Frisingensis, propter suorum Archiepiscoporum absentiam excusati, juramentum facere minime sunt coacti; sed habita licentia libere ad propria redierunt, usque ad festum beatorum Apostolorum Petri & Pauli sibi licentiam impetrantes. ANNO 1166.

Hi tantummodo Principes juraverunt, Dux Saxonienses, Marchio Albertus, Comes Palatinus frater Imperatoris, & quidam sororius Imperatoris.

Hi sunt Archiepiscopi, qui juraverunt, Magdeburgensis & Babenbergensis, sub conditione tamen prænominata: Colonienses autem, & duo suffraganei ejus absolute juraverunt.

Filius vero Conradi, qui ad Curiam cum mille quingentis militibus venit, ut audivit fieri mentionem de juramento, recessit. Patriarcha Aquileiensis non affuit, neque aliquis Suffraganeorum suorum. Similiter nec Salzburgensis, vel aliquis suorum, neque Trevirensis, vel aliquis suorum: & multi de Principibus non affuerunt.

Mandatum FRIDERICI I. *Romanorum Imperatoris pro executione Decretorum Herbipolensium.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. III. pag. 343.

IPSE cum omnibus Ecclesiæ tuæ fidelibus publice jures & observes, & singulis Dominicis diebus & festis in publica Missa, sicut edictum est & sancitum à nobis & à Principibus, publicam orationem pro Domino Papa Paschali nominatim & assidue intus & foris præcipias recitari. Edictum quoque & statutum est, ut hæc omnia juramenta infra sex hebdomadas ab omnibus compleantur. Quod si aliquis Monachorum, Clericorum, Laicorum, in Imperio nostro huic Confirmationi & Edicto nostro, aliquo modo se opponendo contradixerit, certum sit apud te, quod sicut publicus hostis Imperii, absque omni spe recuperationis judicatus est & damnatus, & ab omni officio & honore & beneficio destitutus. . . . . .

LI.

Confirmatio FRIDERICI I. *Romanorum Imperatoris super Privilegiis a* CAROLO MAGNO *Civitati* Aquisgranesi *olim concessis. Datum Aquisgrani 6 Idus Januarii anno Domini* 1166. *Regni ejus XIV. Imperii vero XI. Indict. XIV.* 8 Janvier.

On trouvera cette Piece dans la page suivante Num. LIII. avec le Privilege de Charlemagne sous l'an 804.

LII.

Concordia per Romanorum Imperatorem FRIDERICUM I. *Inter* GODEFRIDUM *Episcopum Trajectensem ab una, &* FLORENTIUM *Comitem Hollandiæ parte ab altera, de Comitatu Frisonum firmata. Datum anno* 1166. [LUNIG, Teutsch Reichs Archiv. Part. Special. Continuat. 2. Abtheilung 4. absatz 24. pag. 492.]

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, FREDERICUS divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Controversiarum quæ sententia vel concordia sopiuntur ratio suggerit, ut scriptis & testificationibus designentur, ne forte diuturnitate temporum discordia recidiva resurgat & habeat secutura posteritas, quid de statu præcedentium, fraudibus malignantium convenienter opponat. Ea propter controversias, quæ inter Godefridum Venerabilem Trajectensem Episcopum & Florentium Comitem Hollandiæ de Comitatu Frisonum agitabatur, nos de Consilio Curiæ & fidelium nostrorum concorditer decidentes, eosque favorabili amicitia reconciliantes dignum duximus, ut universus tenor Concordiæ describeretur, quemadmodum subnixa videtur. Statuimus igitur, ut æque participent de prædicto Comitatu Frisonum, Episcopus videlicet & Comes & neuter eorum alio majus habeat in hoc commodum vel proficuum. Ambo concorditer eligent sibi Comitem, qui vices eorum gerat in prædicto Comitatu, qui præsentatus ab eis Domino

ANNO 1166. mino Imperatori Bannum & poteſtatem judicandi a manu Domini Imperatoris accipiat, & juramentum præſtabit, quod pro dilectione, vel odio, vel pro argento, vel auro, vel alicujus rei gratia in prædicto Comitatu neutri faciant injuriam, nec unius magis promovebit commodum aut proficuum quam alterius.

Epiſcopus etiam & Comes ordinabunt de utilitate electi Comitis eorum in prædicto Comitatu. Quod ſi ipſi concorditer Comitem eligere non poterunt, Dominus Imperator pro conſilio ſuo Comitem eliget, & illi dabit Bannum & ordinabit de ſua utilitate. Si vero diſplicebit Epiſcopo vel Comiti vel utrique, Epiſcopus & Comes, quem vel ipſi eligerint, vel quem Imperator eis dederit, mutare poſſunt eum, quando voluerint. Cum vero intrandi in prædictum Comitatum & judicandi Maji tempus advenerit, Epiſcopus videlicet & Comes Hollandiæ ſimul intrabunt uterque cum XXX. militibus, vel ſi forte in majori vel minori numero convenerint, & poſtquam intraverint, æque divident omnes reditus Curtilium ad Comitatum pertinentium & omnia commoda & emolumenta, quæ de Comitatu vel judiciis Comitatus pervenerint, æqualiter quoque impartientur damna & defectus Comitatus & ſeparatim uterque in hoſpitio ſui faciet expenſas pro voluntate ſua; communi quoque conſenſu & dono inveſtituras locabunt & ordinabunt officia ſua. Uterque autem pro libitu ſuo accipiet ſibi Advocatum communibus tamen negotiis idoneum. Si autem Advocatus Epiſcopi, Comiti displicuerit, ad nutum Comitis Epiſcopus illum deponet & ſubſtituet alium, qui Comiti placeat; Si vero Advocatus Comitis Epiſcopo diſplicuerit, deponet eum Comes, & alium qui placet Epiſcopo ſubſtituet. Ab introitu amborum Epiſcopi videlicet & Comitis exercebit Comes eorum judicia & juſtitias Comitatus, donec peragantur VIII. ſeptimanæ; infra has octo ſeptimanas Epiſcopus non exercebit aliqua Synodalia vel Eccleſiaſtica judicia. Transacto autem hoc ſpatio Comes Hollandiæ, ſi vult exire poterit, & ſi vult remaneat ad negotia, ſi quæ ſint, plenius peragenda: Et Epiſcopus ſimiliter remaneat ad Eccleſiaſtica Judicia facienda, ambo autem in Majo debent intrare, ut expeditis ſingularibus negotiis & Judiciis, Synodalia quoque negotia ante incommoditatem hyemis valeant promoveri. Verum ſi alter eorum Epiſcopus videlicet & Comes commonitus ab altero vel in ſervitio Imperii vel alterius Domini ſui, vel gravi infirmitate occupatus, vel alterius qualibet inevitabili cauſa detentus, vel pro voluntate ſua Comitatum non intraverit, mittet condictam militiam, vel quantam tunc opportunitas temporis exigit, & ipſi inter ſe convenerint, & æqualem portionem accipiet, & ſicut ſupra dictum eſt, omnia ſimul bona & mala partientur. Si vero neuter eorum Comitatum intrare poterit, vel communi conſenſu intrare vitaverint, mittent Comitem ſuum ad exercenda judicia Conitatus, & cum illo mittent milites, quotquot voluerint vel nuncios. Et quicquid ſuper ſumptus illorum reſiduum fuerit, æqualiter divident inter ſe. Præterea Comes Hollandiæ juvabit Epiſcopum per Werram vel obſidionem, quam cum ipſo faciet, vel per querimoniam, Caſtrum recuperare Benthem. Et ſi quocunque modo illud recuperaverit, concedet illud Comiti in feudum ſalva uniuscujusque juſtitia. Et Epiſcopus habebit in eodem Caſtro, domum & Capellam, granarium & coquinam & ponet in eodem liberum hominem ſuum, & duos Miniſteriales ſuos & libere ingredietur & egredietur, quando voluerit; Comes autem habebit omnem Munitionem & fortitudinem Caſtri, & juvabit inde Epiſcopum. Si autem Epiſcopus Werram habuerit, cum aliquo amico vel homine Comitis, contra quem Comes ſalvo honore ſuo Epiſcopum juvare non poteſt, dabit Caſtrum in poteſtate Epiſcopi, ut habeat illud, quamdiu Werra duraverit, accepta tamen ſecuritate, ut finita Werra reſtituat. Ut autem univerſam Concordiam Epiſcopus & Comes teneant & obſervent, fide data in manu noſtra firmiter compromiſerunt. Et nos ad majorem hujus Concordiæ firmitatem ſub obtentu gratiæ noſtræ, & ſub pœna quingentarum Marcarum argenti eis injunximus, omni tempore obſervandam. Cæterum ſi alter ipſorum hanc Concordiam violaverit, & commonitus ab altero infra XII. hebdomadas non emendaverit, nos Comitem, qui Bannum a nobis habet in præſentiam noſtram vocabimus, & ab ipſo, ab aliis ſex, boni teſtimonii viris, tribus videlicet ex parte Epiſcopi, & tribus ex parte Comitis, quos ad hoc eligemus, quis in hujus violatione Concordiæ reus ſit, inveſtigabimus. Hi ſeptem jurabunt, quod bona fide veritatem dicent; Qui autem ab iis 7. viris, vel, ſi diſcordes fuerint, a majori parte, reus eſſe cenſebitur, quingentas Marcas argenti intra XX. hebdomadas Cameræ noſtræ perſolvet, & reatum ſuum digne emendabit. Datum An. MCLXVI. ANNO 1166.

LIII.

Privilegium CAROLI *Magni Romanorum Imperatoris pro Civitate* Aquiſgranenſi *ut trans Alpes ſit Caput Regni, & in ipſâ Succeſſores & Hæredes Regni initientur.* CUM *Confirmatione* FRIDERICI I. *Romanorum Imperatoris. Datum Aquiſgrani 6. Idus Januarii Anno Dominicæ Incarnationis* 1166. *Regni ejus XIV. Imperii verò XI. Indictione XIV.* NEC NON FRIDERICI II. *Romanorum Imperatoris approbatione. Datum Piſis Menſe Auguſto Anno* 1244 *Imperii ejus* 24. *Regni verò Siciliæ* 46. *Indictione II.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales Tom. II. pag. 6. Heiſſ, Hiſtoire de l'Empire Tom. 4. pag. 436. en François.]

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen.

FRIDERICUS SECUNDUS divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jheruſalem & Siciliæ Rex.

Juſtis fidelium noſtrorum petitionibus condeſcendere cogimur, quas niſi favorabiliter audiremus, obaudire quod juſtè petitur per injuriam videremur. Eapropter per præſens Privilegium noverit tam præſens ætas quàm ſucceſſura poſteritas, quòd Wilhelmus Advocatus Aquenſis, Henricus frater ejus Trilcamerarius noſter, & Theodoricus de Orlonesberg, fideles noſtri, Nuncii Civium Aquenſium pro parte univerſitatis Civitatis ejusdem noſtrorum fidelium quoddam Privilegium Divi Auguſti Imperatoris Friderici, avi noſtri memoriæ recolendæ, univerſitati prædictæ liberaliter dudum indultum, noſtro culmini præſentarunt: ſupplicantes humiliter & devotè, ut eis illud innovare, & omnia, quæ continentur in eo, confirmare de noſtra gratia dignaremur. Cujus tenor per omnia ſic eſt:

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

FRIDERICUS divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Ex quo primitus divina ordinante Clementia Imperii Romani faſtigia gubernanda ſuſcepimus, voluntatis noſtræ atque propoſiti ſummum deſiderium fuit, ut Divos Reges & Imperatores, qui nos præceſſerunt, præcipuè maximum & glorioſiſſimum Imperatorem Carolum, quaſi formam vivendi, atque Subditos regendi ſequeremur, & ſequendi præ oculis ſemper haberemus. Ad cujus imitationem jus Eccleſiarum, ſtatum Reipubl. & Legum integritatem per totum noſtrum Imperium ſervaremus. Ipſe enim tota cordis intentione ad æternæ vitæ præmia anhelans, ad dilatandam gloriam Chriſtiani nominis & cultum divinæ Religionis propagandum, quot Epiſcopatus conſtituerit, quot Abbatias, quot Eccleſias à fundamento erexerit, quantis prædiis ac beneficiis illas ditaverit, quantarum largitate elemoſinarum non ſolùm in Ciſmarinis ſed etiam in Tranſmarinis partibus reſplenduerit, ipſa ejus opera, & geſtorum volumina, quæ plurima ſunt & maxima, fide oculata plenius declarant. In fide quoque Chriſtiana dilatanda, & in converſione Gentis Barbaricæ fortis athleta fuit & verus Apoſtolus, ſicut Saxonia, Friſonia, atque Weſtfalia, Hiſpani quoque teſtantur & Wandali, quos ad fidem Catholicam convertit verbo & gladio. Et licet ipſius animam gladius non pertranſierit, diverſarum tamen paſſionum tribulatio, & periculoſa certamina, ac voluntas moriendi quottidiana pro convertendis incredulis eum martyrem fecerunt. Nunc verò electum & ſanctiſſimum Confeſſorem eum confitemur & veneramur in tertis, quem in ſancta converſione vixiſſe, & pura confeſſione ac vera pœnitentia migraſſe, & inter ſanctos Confeſſores ſanctum Confeſſorem & verum, credimus coronatum in cœlis.

Inde eſt quod nos glorioſis factis & meritis tam ſanctiſſimi Imperatoris Caroli confidenter animare, & ſedula petitione chariſſimi amici noſtri Henrici illuſtris Angliæ

ANNO 1166. Angliæ Regis inducti, assensu & auctoritate Domini Papæ Paschalis, & consilio Principum universorum, tam Secularium quàm Ecclesiasticorum, revelatione, exaltatione, atque canonizatione corporis ejus sanctissimi solemnem curiam in natali Domini apud Aquisgranum celebravimus, ubi corpus ejus sanctissimum pro timore hostis exteri vel inimici familiaris cautè reconditum; sed divina revelatione manifestatum, ad laudem & gloriam nominis Christi, ad corroborationem Romani Imperii, & salutem dilectæ consortis nostræ Beatricis Imperatricis, & filiorum nostrorum Friderici & Henrici, cum magna frequentia Principum, & copiosa multitudine Cleri & populi, in ymnis & canticis spiritualibus, cum timore & reverenria elevavimus & exaltavimus quarto Calendas Januarii.

His autem omnibus & gloriosè peractis, cum in prædicto loco, cujus ipse fundator extiterat, de ipsius loci libertate, institutis Legum & pacis atque justiciæ, quibus totum Orbem rexerat, diligenter quæreremus, ecce Fratres ejusdem Ecclesiæ privilegium sancti Caroli de fundatione & dedicatione ipsius Ecclesiæ nobilissimæ, & de institutionibus Legum humanarum & civilis Juris ejusdem Civitatis nobis in medium protulerunt: quod ne vetustas aboleret, vel per oblivionem deperiret, nostra Imperiali auctoritate renovavimus. Ejusdem verò Privilegii tenor talis est.

EGO CAROLUS, Qui Deo favente curam Regni gero, & Romanorum Imperator existo, consilio Principum Regni nostri, Episcoporum, Ducum, Marchionum ac Comitum; rogatu verò tam liberorum quàm servorum, in plurimo generali Conventu in diversis locis Regni nostri habito, discussi prout justiùs ac meliùs cunctis videbatur: primum de Lege sanctarum Ecclesiarum, de reddendis justitiis Episcoporum, de vita & jure Presbyterorum & Clericorum. Et hæc omnia indicio & assensu nostro secundum instituta patrum meorum corroboravi, firmavi & auxi, nihil de hiis minuens, quæ Catholici viri ac rectè & legirtimè vivere volentes ad observandum spirituali ac seculari Decreto bonum & utile contulerunt. Deinde, prout cunctis placuit prudentioribus Regni nostri, Legem Saxonum, Noricorum, Suevorum, Francorum, Ripuariorum, Salicorum, sicut mos & potestas Imperatorum est, & omnium antecessorum meorum semper fuit, distinxi, distinctam sub auctoritate Regia & Imperatoria stabilivi, non ex mea adinventione vel corde prolatam, sed communi consilio à me renovatam & auctam in melius, sicut patres & prædecessores mei fecisse perhibentur. Scitis enim, & neminem latet, quia quicquid ab Imperatoribus & Regibus præceptum & decretum est, semper ratum & pro Lege tenendum est, nedum quod ab universis sensatis & justa discretione vivere volentibus imperatum & actum est, & à nostra Imperatoria & Regia Majestate confirmatum & solidatum.

Nunc Patres, Fratres & amici, fautores & coadjutores gloriæ nostræ & Regni nostri, de omnibus Statutis patris mei Pyppini, quæ ad utilitatem & honorem sanctæ Ecclesiæ firmari ac renovari petistis, quæ ad defensionem secularium rerum & Legum stabiliri quæsistis, nihil minui nec abnui, sed in melius ampliavi, omnium sanis consiliis acquievi, ac fui in medio vestrum quasi unus de quærentibus & petentibus æquitatem Legis, nulli contradicens ac renitens dignæ & rectæ petitioni. Ego vestri Decreti & petitionis voluntarius extiti: vos quasi patres & fratres audivi: nunc quæso ut meæ petitionis & intentionis non solùm auditores, sed & benevoli factores fieri velitis, nec quod indecens aut intollerabile sit quæro, sed quod tota Gallia & universi Principes potius concedere quàm negare debent. Nostis qualiter ad locum, qui Aquis ab aquarum calidarum aptatione traxit vocabulum, solito more venandi caussa egressus, sed perplexione silvarum, errore quoque viarum, à sociis sequestratus veni, termas calidorum fontium & palatia inibi repperi, quæ quondam Granus unus de Romanis Principibus frater Neronis & Agrippæ, à principio construxerat, quæ longa vetustate deserta ac demolita, fructetis quoque ac vepribus occupata, nunc renovavi, pede equi nostri, in quo sedi, inter saltus rivis aquarum calidarum perceptis & repertis. Ibidem Monasterium sanctæ Mariæ Matris Domini nostri Jesu Christi labore & sumptu, quo potui, ædificavi, lapidibus ex marmore preciosis adornavi, quod Deo adjuvante & cooperante sic formam susceptit, ut nullum sibi queat æquiparari. Itaque tam egregio opere hujus eximiæ Basilicæ non solum pro voto & desiderio meo, verum etiam ex divina gratia ad virginem peracto, pignora Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum à diversis Terris & Regnis, & præcipuè Græcorum, collegi, quæ huic sancto intuli loco, ut eorum suffragiis Regnum firmetur, peccatorum indulgentia condonetur. Præterea à Domino Leone Romano Pontifice, hujus Templi consecrationem & dedicationem impetravi præ nimia devotione, quam erga idem opus habui, & Sanctorum pignora, quæ inibi recondita meo studio & elaboratu habentur. Decebat enim, ut idem Templum, quod cunctis Monasticis ædificiis in Regno nostro forma & structura præsse videtur, in honore sanctæ Dei Genitricis à nobis regali studio fundatum dignitate consecrationis præcelleret, sicut ipsa Virgo super omnes choros Sanctorum præcellens exaltata est. Et ideò Dominum Apostolicum, qui omnes præcellit Ecclesiasticos gradus, ad consecrandum & dedicandum idem Templum ex sola cordis mei consideratione elegi & accivi. Accivi etiam cum illo Romanos Cardinales, Episcopos quoque Italiæ & Galliæ quàm plures, simulque Abbates cujusque ordinis, Clerum multum, qui huic sacræ dedicationi interessent. Acciti sunt etiam Romani Principes multi Præfectura & qualicunque dignitate promoti ad hoc solempne; Duces, Marchiones, Comites, Principes Regni nostri, tam Italiæ quàm Saxoniæ, tam Bavariæ quàm Alemaniæ, & utriusque Franciæ tam Orientalis quàm Occidentalis, in omnibus voto & desiderio meo obsequentes.

Illic verò Domino Apostolico & omnibus prædictis Nobilibus & egregiis personis congregatis merui ab omnibus obtinere præ nimia devotione, quam erga ipsum locum & Matrem Domini nostri Jesu Christi habebam; ut in Templo eodem sedes Regia locaretur, & locus Regalis, & caput Galliæ trans Alpes haberetur: ac in ipsa sede Reges successores & hæredes Regni iniciarentur, & sic iniciati jure dehinc Imperatoriam Majestatem Romæ fine ulla interdictione planiùs exequerentur. Confirmatum & sanctum est hoc à Domino Apostolico Leone Romanorum Pontifice, & à me CAROLO Romanorum Imperatore Augusto, primo auctore hujus Templi & loci, quatenus ratum & inconvulsum hoc Statutum & Decretum nostrum maneat, & hîc sedes Regni trans Alpes habeatur, sitque caput omnium Civitatum & Provinciarum Galliæ.

Decrevimus etiam ex assensu & benevolentia omnium Principum Regni, qui ad hoc Festum Dedicationis convenerant, ut locum & sedem Regiam pro mùrali præsidio contra omnes turbines, Episcopi, Duces, Marchiones, Comites, omnes Principes Galliæ fideles Regni tueantur, semper hunc locum venerantes & honorantes.

Decrevimus etiam, ut si qua injuria aut versutia contra Leges, quas statuimus, surrexerit, libero aut servo nocere temptaverit, Aquis ad hanc sedem Regiam, quam fecimus Caput Galliæ, veniat. Veniant Judices & Defensores loci, & cum æquitate Legis causæ discernantur, status Legis resurgat, injuria contemnatur: illic justitia reformetur.

Nunc ergo quia locum hunc Majestate Regiæ Sedis, Domini Apostolici Decreto, & nostra Imperiali potentia, nostro quoque assensu exaltavimus: honestate verò hujus Templi, & plurimorum Sanctorum veneratione magnificavimus: decet nec incongruum videtur quin adhuc meus figatur animus, ut petitio mea, cujus vos non solum auditores, sed & benevolos factores fieri exoravi, apud vos obtineat, quatenus non solum Clerici & Laici, loci hujus indigenæ, sed omnes incolæ & advenæ hic habitare volentes, præsentes & futuri, sub tuta & libera Lege ab omni servili conditione vitam agant, ac omnes pariter ex avis & attavis ad hanc Sedem pertinentes, licet alibi moram facientes, ab hac lege, quam dictavero in præsentiarum à nullo successore nostro vel ab aliquo machinatore Legumque subversore infringantur, nunquam de manu Imperatoris vel Regis alicui personæ nobili vel ignobili in beneficio tradantur.

Acquieverunt universi Domini & Magni Imperatoris CAROLI petitioni & voluntati, qui ad hoc solempne Dedicationis ex diversis Regnis confluxerunt, ac bonum & acceptum coram Deo & hominibus Domini Apostolici & Imperatoris Decretum astruxerunt: & omnium graduum, Episcoporum, Abbatum quoque, banno corroborari & confirmari hanc Imperatoris petitionem universi, magni & parvi, acclamaverunt.

ANNO 1166.

ANNO 1166.

Desunt nomina testium.

Lætetur igitur & exultet ineffabili gaudio Aquisgranum, Caput Civitatum, venerabilis Clerus cum devotissimo populo, quod in Diademate Regni aliis Principibus & gloriosis locis speciosissimo ornamento distinctis in capite Coronæ positum quasi prælucidarum gemmarum splendore choruscat, & illo singulari & corporali gaudet patrono, qui Christianæ fidei illustratione & legis, qua unusquisque vivere debeat, Romanum decorat Imperium. Hoc est enim mutatio dexteri Excelsi, quod pro Grano fratre Neronis fundatorem habet sanctissimum Carolum; pro pagano & sceleste Imperatorem Catholicum.

Cujus nos, quantum propria Divinitas concesserit, pietatis vestigiis inhærentes, venerabilem Clerum Aquensem, unà cum Ecclesia sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, excellentissimo opere constructa, & omnibus prædiis ejus, nec non ipsam Civitatem Aquisgranum, quæ caput & sedes Regni Theutonici est, unà cum omnibus civibus ejus tam minoribus quàm majoribus, sub nostram Imperialem tuitionem suscepimus, & omnem libertatem & justitiam, quam sanctissimus Carolus ejusque successores eis dederunt, ipsis confirmamus, statuentes & lege perpetuò valitura confirmantes, ut omnes Cives nostri Aquenses per omne Romanum Imperium negociationes suas ab omni theolonei, pedagii, curadiæ, vectigalis exactione liberi absque omni impedimento liberè exerceant: & sicut sanctissimus Carolus Imperator instituit, indigenas hujus Civitatis sacræ & liberæ nemo de servili conditione impetat, nemo libertate privare præsumat: insuper omnes ad hanc sedem pertinentes nullus Regum vel Imperatorum, ubicunque morentur, alicui personæ in feudum concedendi habeat potestatem.

Cæterum ut omnes sacratissimæ Constitutiones beatissimi Caroli totius perhennitatis robur obtineant, præsentem inde paginam conscribi, & aurea bulla signique caractere nostri signari jussimus.

SIGNUM DOMINI FRIDERICI
Romani Imperatoris Clarissimi.

Ego Henricus sacri Palatii Protonotarius, vice Christiani Archicancellarii & Moguntinæ Sedis Electi, recognovi. Datum Aquisgrani, anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta decima, sexto Idus Januarii: regnante Domino FRIDERICO Romanorum Imperatore gloriosissimo, anno Regni ejus quartodecimo, Imperii verò undecimo.

Nos igitur, qui fidem & obsequia nostrorum fidelium non patimur irremunerata transire, attendentes fidem puram & devotionem sinceram, quam prædicta universitas, fideles nostri, ad Majestatis nostræ personam & sacrum Imperium habent, pro gratis quoque servitiis, quæ nobis & Imperio exhibuerunt hactenus fideliter & devotè, & quæ exhibere poterunt inantea gratiora, ipsorum supplicationibus favorabiliter inclinati suprascriptum Privilegium Divi Augusti, avi nostri prædicti, huic nostro Privilegio de verbo ad verbum inseri jussimus, omnia quæ continentur in eo de Imperialis præeminentiæ gratia confirmantes. Statuimus itaque Imperiali sanccimus Edicto, quatenus nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nulla denique persona, alta vel humilis, Ecclesiastica vel mundana, universitatem prædictam contra præsentis Privilegii nostri tenorem ausu temerario inquietare, molestare seu perturbare præsumat. Quod qui præsumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incursurum, & centum libras auri optimi pro pœna compositurum, medietate scilicet Cameræ nostræ & reliqua medietate passis injuriam applicanda. Ad hujus autem innovationis & confirmationis nostræ futuram memoriam, & robur perpetuò valiturum, præsens privilegium fieri, & bulla aurea typario nostræ Majestatis impressa jussimus communiri. Hujus rei testes sunt:

Raimundus Comes Tholosanus,
Emico Comes Silvester,
Bartholdus Comes Sacrimontis,
Richardus Comes Casertanus,
Magister Petrus de Vinia,
Theobaldus Franciscus,
Gebehardus de Bittengowen,
& alii quàm plures.

ANNO 1166.

SIGNUM DOMINI FRIDERICI II.
Dei gratia invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti, Jherusalem & Siciliæ Rex.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, mense Augusto, secundæ Indictionis, imperante Domino nostro FRIDERICO SECUNDO gloriosissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Jherusalem & Siciliæ Rege: Romani Imperii ejus anno vicesimo quarto; Regni verò Siciliæ quadragesimo sexto. Datum Pisis, anno, mense, indictione præscriptis.

FRIDERICUS DEI GRATIA ROMANORUM Imperator semper Augustus, & Siciliæ &c. Rex Jherusalem.

ROMA CAPUT MUNDI REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI.

LIV.

Testamentum GUINARDI *Comitis* Rossilionensis, *quo Comitatum prædictum, & quicquid ad eundem pertinet* ILDEFONSO *Regi* Aragonensium *relinquit, hac conditione, ut quæ Monasteriis, Templariis, Hospitalariis, Ecclesiis atque aliis per idem Testamentum suum legavit atque concessit, manuteneat, & frui ipsos in pace faciat. Actum 4. Nonas Julii Anno Incarnationis* 1172. *Regnante Lodoico Rege.* [PETRI DE MARCA Marca Hispanica in Appendice. col. 1360. Ex Archivo Regio Barcinonensi. On trouve aussi cette Piece dans la Catelogne Françoise pag. 197.]

1172. 4 Juillet.

IN Dei nomine. Notum sit cunctis præsentibus atque futuris quòd ego Guinardus Comes Rossilionensis, futuri timens discussionem judicii, & heres esse cupiens regni cælestis, in meo bono sensu & plena memoria condo meum Testamentum totius averi & honoris mei, testesque præsentes subscribere & confirmare illud præcipio. In primis dono Domino Deo & beatæ Mariæ Fontis frigidi me ipsum per vitam & per mortem, ita quòd si vivens seculum reliquero, ibi ad religionem veniam, ibique Monachus pauperque miles Christi Jesu efficiar; si autem citra mare mortuus fuero, ibidem corpus meum ad sepeliendum relinquo. Relinquo Monasterio Fontis frigidi mille centum morabatinos bonos, quos donent prædicto Monasterio Templarii pro mea laboratione quam relinquo eis in Pugols. Relinquo prædictis Templariis pro amore Dei & salute animæ meæ meum Castrum de Palatio cum omnibus terminis suis, cum ingressibus & egressibus suis, & cum omni jure suo, sicut ego possideo & possidere videor, sicut meliùs potest scribi & intelligi. Similiter relinquo Templariis furnos de Perpiniano, & ut in prædicta villa furnos vel furni fieri non possint sine licentia eorum. Relinquo etiam eis ipsas heminas de Perpiniano & molinos qui sunt juxta portale qui exit ad Maleolas. Relinquo hospitali de Jerusalem meum Castrum de Malpas cum omnibus terminis suis & cum omni jure suo, cum ingressibus & egressibus suis, sicut ego possideo & possidere videor, & cum terris tam eremis quàm condirectis, sicut meliùs potest scribi vel intelligi. Relinquo Guillielmo de Castro novo ipsum honorem, quem sibi clamabat in prædicto Castro, & teneat illum per prædictos Hospitalarios. Relinquo etiam eis Campum de Stagno qui est in adjacentia Sancti Johannis Perpiniani, de quo ejeci aquam, & molinos quos Bernardus Sancius habet in pignore pro mille solidis, qui sunt subtus domum leprosorum. Relinquo Monasterio Sancti Genesii albergam quam in eo habeo, & ut in valle Sancti Petri in proprio honore habeat proprium Custodem qui diligenter custodiat, ne bajulus meus de colligendis expletis aliquod damnum faciat prædicto Monasterio. Relinquo Monasterio Sancti Andreæ boscum quem habeo in adjacentia & in decimale Sancti Martini de Ripa cum omnibus terminis suis, cum ingressibus & egressibus, & cum omni jure suo, & albergam quam habeo in prædicto Monasterio per me & per omnes successores meos. Relinquo etiam prædicto Monasterio omne pignus quod Bernardus de Rocha habet per me in villa de Cabanas & in villa Sancti Martini de Ripa, & ipsius Abbas Monasterii trahat eam de pignore. Relinquo

ANNO 1172. quo Ecclesiæ Sancti Johannis Perpiniani agrarium illorum hortorum qui sunt a Canonica juxta Regum qui vadit ad molendina nova, excepto illo quem dedi leprosis. Relinquo etiam prædictæ Ecclesiæ Sancti Johannis Perpiniani Condaminas quas habeo in adjacentia ejus. Relinquo leprosis Perpiniani agrarium de horto Johannis Roberti. Relinquo Guillielmo Sancti Laurentii & Petro Sancti Hippolyti Albergas quas mihi faciebant. Relinquo populo Perpiniani præsenti & futuro viduaticum quem in eis accipiebam. Relinquo hominibus de Albera omnes meas novas defensas. Relinquo illud quod supra miseram jugi donatico, excepto legitimo ulatico. Relinquo Beatrici consobrinæ meæ meum Castrum de Mesova per alodium. Concedo Berengario de Orle unum locum in villa Perpiniani ante furnos ubi possit ædificare duos mansos ad recognitionem Poncii de Tacidone & Raymundi de Redorta & Guillielmi Sancti Laurentii. Ecclesiæ & Populo de Polestres pro malefacto quod eis feci restituo duo mille solidos Melgurienses bonos & mitibiles, ut dividant inter se justè consilio proborum hominum. Hominibus de Cereto aut heredibus aut propinquis eorum relinquo pro malefacto quod eis feci mille solidos Melgurienses bonos & mitibiles, ut dividant inter se justè consilio proborum hominum. Hominibus de Candel, quibus abstuli suum avere, restituo centum solidos Melgurienses. Heredibus Poncii de Baniuls & ceteris hominibus prædictæ villæ restituo trecentos solidos Melgurienses quibus malum feci. Petro Martino fœneratori de Perpiniano pro damno quod ei intulit quidam latro restituo centum quinquaginta solidos Melgurienses. Canonicis Sanctæ Mariæ de Campo restituo ducentos solidos Melgurienses pro malefacto quod eis feci. Restituo hominibus de villa Mulaca pro malefacto quod eis feci mille solidos Melgurienses, ut dividant inter se justè. Hominibus de Canomals restituo pro malefacto quod eis feci trecentos solidos Melgurienses. Pro parte latrocinii Poncii de Navaga quam ego habui, restituo mille solidos Melgurienses ex quibus induantur centum pauperes tunicis novis. Si quid residuum fuerit de illis mille solidis, in cibos pauperum totidem expendatur. Hominibus Maurelianis restituo pro malefacto quod eis feci quingentos solidos Melgurienses. Hominibus de Relon restituo pro malefacto quod eis feci ducentos solidos Melgurienses. Hominibus de Parietes tortas restituo pro maleficio quod eis feci ducentos solidos Melgurienses. Hominibus de domo nova restituo pro malefacto quod eis feci mille solidos Melgurienses. Hominibus de Rogis pro malefacto quod eis feci restituo centum solidos Biterrenses. Restitutionem istam quæ scripta est in hoc Testamento faciant Templarii & Hospitalarii de medietate expletorum illius eleëmosynæ quam eis facio, medium per medium, exceptis illis mille centum morabitinis quos soli Templarii debent persolvere Monasterio Fontis frigidi. Istam restitutionem prædictam faciant Templarii & Hospitalarii ad recognitionem Abbatis Fontis frigidi ad persolvenda debita mea, quæ sunt tria milia quingenti solidi. Relinquo ad recognitionem manumissorum meorum omnia expleta quæ habere debeo in Albera & in Pugols, excepta laboratione quam dono Templariis, & tabernam Perpiniani, & guidaticum vetulum, & expleta quæ exierint de condaminis Perpiniani quæ relinquo Ecclesiis Sancti Johannis Perpiniani. Omnia alia expleta quæ habere debeo in villa Perpiniani, excepto illo quod dedi Templariis & Hospitalariis & leprosis & Ecclesiæ Sancti Johannis, tamdiu teneant donec omnia debita sint persoluta. Quod si post hæc clamor venerit pro debitis vel damnis, secundùm recognitionem suam, tamdiu præfati manumissores prædicta expleta Alberæ & Pugols & Perpiniani teneant, donec omnia sicut justitia & ratio dictaverit sint persoluta. Omnem meum alium honorem, videlicet Comitatum Rossilionensem, & quicquid ad jus illius pertinet in Petralatensi & in Empuriensi Comitatu, sicut habeo vel habere debeo, & sicut in antiquis Cartis inter me & Comitem Impuriensium scriptum est, exceptis his qui in hoc Testamento expressè reliqui Monasteriis, Templariis & Hospitalariis & Ecclesiis & omnibus meis, totum integriter dono Domino meo Regi Aragonensium & successoribus ejus, si obiero sine infante de legitimo conjugio, tali convenientia & tali inspecta ratione ut ipse ea quæ in hoc Testamento pro salute animæ meæ religiosis & venerabilibus locis reliqui, manuteneat, & prædicta religiosa & venerabilia loca ea quæ illis reliqui in pace & quiete absque diminutione seu vexatione in perpetuum tenere ac possidere faciat. Rogo etiam Dominum meum Regem per illam fidem & per illum amorem quem illi demonstro in hoc Testamento, quando meum honorem, qui ad jus illius non pertinebat, illi dono, ut Berengarium de Orle meum parentem & meum carissimum amicum & Poncium de Tacidone & Guillelmum Sancti Laurentii & Raymundum Sancti Laurentii, & omnes meos amicos diligat & defendat ab omnibus hominibus & honoret & omnia quæ illius sunt. Si quis contra hoc meum Testamentum venire tentaverit, agere non valeat, sed in duplo componat. Factum est hoc Testamentum IV Nonas Julii anno Dominicæ Incarnationis MCLXXII. regnante Lodoico Rege. S. Guinardi Comitis, qui hoc Testamentum scribere jussit, firmavit, testibus firmarique rogavit. Testes hujus testamenti sunt Vitalis Abbas Fontis frigidi, & Petrus Abbas Sancti Andreæ, & Raymundus de Caneto, & Raymundus Catalanus, & Berengarius de Orle, & Poncius de Tacidone, & Raymundus de Redorta, & Guillelmus Sancti Laurentii, qui hoc Testamentum testificant, Arnaldus Levita & Monachus Sancti Andreæ, qui hoc Testamentum scripsit sub die & anno quo suprà.

ANNO 1172.

LV.

Charta Conventionis habitæ inter ILDEFONSUM *Regem Aragonensem &* BERTRANDUM *Comitem Melgorienſem quâ dictis Comes donat Regi in perpetuum Castrum & Comitatum* MELGORII, *& iterum ab eodem in Feudum accipit. Actum apud Montem Pessulanum Mense Decembri Anno Incarnationis* 1172. [PETRI DE MARCA Marca Hispanica in Appendice col. 1358. Ex Archivo regio Barcinonensi.]

Decemb.

IN nomine Domini. Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXII. Mense Decembris. Notum sit omnibus hæc audientibus quòd ego Bertrandus Comes Melgorii filius Beatricis Comitissæ bono animo & mera liberalitate cum hac Carta, nulla vi coactus, sed spontanea voluntate, dono, laudo, & inter vivos transfero & in perpetuum concedo tibi Domino Ildefonso Regi Aragonensi, Comiti Barcheonæ, Marchioni Provinciæ, & cunctis heredibus tuis Dominis Barcheonæ; scilicet Castrum Melgorii & totum Comitatum Melgorii cum omnibus suis pertinentibus & quæ pertinere debent, salvis Domino Guillelmo Montispessulani teneſonibus suis. Ideoque ego Ildefonsus gratia Dei Rex Aragonensis, Comes Barcheonæ, Marchio Provinciæ, recipiens hanc supradictam donationem, bona fide & sine dolo cum hac Carta dono, laudo, & concedo in perpetuum ad feudum honoratum tibi Bertrando Comiti Melgorii & heredi tuo, scilicet prædictum Castrum Melgorii & totum Comitatum Melgorii cum omnibus suis pertinentibus & quæ pertinere debent; salvis Domino Guillelmo Montispessulani teneſonibus suis. Similiter dono & concedo tibi in hoc ipso feudo omne jus & quicquid habeo & habere debeo in Castro Melgorii & in Comitatu pro expensis quas pater & patravus meus ibi fecerunt & totum aliud jus quod ibi habeo vel habere debeo. Et pro hoc feudo tu, Bertrande Comes, & herus tuus Dominus Melgorii debetis mihi & cunctis heredibus meis Dominis Barcheonæ facere hominium & fidelitatem & sacramentum Castri Melgorii & Comitatus & forciarum quæ modò in toto Comitatu sunt vel inantea fuerint, & debetis mihi vel heredibus meis Dominis Barcheonæ reddere Castrum Melgorii & forcias de Comitatu quæ modò ibi sunt vel inantea fuerint, quotiens voluerimus infra quatuordecim dies postquam à nobis vel à nuntio nostro ammoniti fueritis. Et ego prædictus Bertrandus Comes Melgorii promitto & convenio tibi Domino Ildefonso Regi Aragonensi per stipulationem quòd totum hoc ut in hac Carta scriptum est, semper plenariè tenebo & observabo, & nunquam contra hæc aliquo modo vel ratione seu consuetudine vel cujuslibet rei occasione veniam, nec aliquis homo vel femina arte vel consilio seu ingenio meo, sed omnia ista firma & rata manere faciam. Et si aliquo jure vel ratione contra hæc modò vel in posterum venire possum vel potuero, illi juri vel rationi penitùs renuntio. Hæc omnia prædicta, ut in hac pagina continentur, plenariè tenebo & observabo sine dolo & fraude. Sic Deus me adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia. Et ego Ildefonsus Rex Aragonensis promitto & convenio tibi Bertrando Comi-

ANNO 1172. ti Melgorii quòd ego non dimittam nec dabo Dominium & Comitatum Melgorii alicui perſonæ niſi tantùm heredi meo Domino Barcheonæ; & injungo heredibus meis ut hoc ſimiliter faciant, & Dominium & Comitatum Melgorii nulli perſonæ donent vel dimittant niſi tantùm Domino Barcheonæ. Acta hæc ſunt apud Montempeſſulanum in domo Magiſtri Maurini in camera. Teſtes ſunt Raymundus Fulco, Raymundus Comes de Paleriis, Raymundus de Montecateno, Guillelmus de Caſtro veteri, Poncius de Mataplana, Berengarius de Cerritania, Bernardus de Blcta, Raymundus Gaucelini de Lunello, Porcellus, Raymundus de Bocheto, Petrus de Marges, Berengarius Bertrandi de Amillavo, Carbonellus de Arlede, Bernardus Bisbe, & Silveſter, qui hanc Cartam ſcripſit.

LVI.

1178. 13 Juin. *Inſtrumentum Pacis & Concordiæ inter* GUILLELMUM *Marchionem* Montisferrati *ejusque Filios ex unâ, & Homines* Alexandriæ *ex alterâ parte. Actum in Territorio Appiani 13. Junii 1178. Indictione XI.* CUM *Tranſumpto* JACOBI DE CARREXANA. *7 Novembris 1620. Indictione III.* [Authentique tiré des Archives Archi-Ducales de Mantoue.]

L. H. T. Anno Nativitatis Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo Indictione tertia die Veneris ſeptimo menſis Novembris Dominus Almerius della Salla Poteſtas honorabilis Burgi Tridini præcepit mihi Jacobo de Carexana Notario publico Tridini quatenus infraſcriptum Inſtrumentum autenticare & in publicam formam redigerem ita quod vim & robur publici & autentici Inſtrumenti perpetuo obtineat firmitatem & eidem plena fides adhiberi poſſit & hoc in præſentia teſtium ad hoc vocatorum, videlicet Jonaxii de Carrexana Notarii & Domini Bonifatii de Montellis de Hypporigia Juris utriusque periti, tenorem hujuſmodi continentem. Anno Dominicæ Incarnationis milleximo centeximo ſeptuageſimo octavo die Martii qui eſt XIII. Menſis Junii Indictione XI^ma. Breve concordiæ & Pacis factæ & compoſitæ inter Dominum Guillielmum Marchionem Montisferrati, & ejus filios, & ex altera parte Homines Alexandriæ Civitatis per eorum miſſos Dominum Thebaldum de Roglerio Poteſtatem eorum, & Petrum Caneffum, atque Balernum eorum Conſules. Quæ Pax & Concordia talis eſt. Ipſe enim Dominus Marchio per ſe & per omnes homines ſuæ Partis, & prænominati Poteſtas, & Conſules Alexandriæ per ſe, & Alexandrinos, & per omnes homines ſuæ Partis fecerunt invicem finem, & pacem de omnibus Maleſitiis hinc inde uſque modo perpetratis a quocunque, & qualitercunque facta forent. Inſuper Dominus dictus Marchio juravit ad Sancta Dei Evangelia, quod bona fide ſine fraude tenere habet amodò firmam pacem per ſe, & ſuos homines omnibus Alexandrinis, & omnibus hominibus ſuæ Partis in perſonis, & rebus eorum omnium, & quod bona fide ſalvare & guardare habet omnibus hominibus Alexandriæ omnes eorum rationes, & bonas uſantias, quas habebant tempore, quo Dominus Fridericus Imperator Primus venit Terdonam & quod laudare, & confirmare habet Statutum Civitatis Alexandriæ, & quod bona fide & ſine fraude & malo ingenio dabit operam ad ſuum poſſe ut Dominus & Imperator hæc omnia laudet & confirmet, & ſpetialiter Statutum Alexandriæ ut eam in Civitatem laudet, & confirmet, & quod omnes qui ſunt vel fuerunt de VII. locis ex quibus Alexandria conſtat & eſt ædificata, ſive Domino F. Imperatori fidelitate, vel carcerali cuſtodia teneatur, penitus abſolvet, & abſolvi faciet uſque proximum Feſtum Sti. Petri, nec de cetero aliquem Alexandrinum in habitatorem recipiet, nec fraudulenter abſtrahet quatenus habitaculum Alexandriæ Civitatis unquam minuatur. Et quod Uberto de Fredova bona allodia, & feuda, quæ non à Marchione tenet quietè ubi reliquet, quæ non clara fuerint, & ſi dubium fuerit per Vaſſalos & per alios homines cognoſcatur, de feudis vero quæ a Marchione tenet, ſi inde erit controverſia ſub Curia ſua decidatur infra duos menſes proximos & quod per eum non ſtabit quin cauſa illa finiatur. Guano vero Guillelmo de Belmonte, & eorum hominibus idem faciet, & obſervabit, quod faciet hominibus Portæ Gamundii, & Marentii. Conſortes vero eorum cum ſuis hominibus redeant per eorum loca, ſalvis Juſtitiis eorum, & Marchionis. Item idem faciet Guillelmo Rogerio, & Conſortibus ejus, & filiis Byoni & hominibus de Caſſino, quod faciet hominibus Portæ Gamundii, & Marentii. Famulo verò omnem ſuam rationem dimittet faciente eo ſibi rationem. Item juravit, quod faciet filios ſuos hoc idem ſacramentum facere & tantos de ſua Curia quantos Alexandrini voluerint, & Dominam Comitiſſam Uxorem ſuam nobili ſide promittere ſic attendere ex ſua parte. Et addidit in ſacramento: Si Dominus F. Imperator noluerit hoc confirmare nec treguam Alexandriæ tenere, Ipſe Marchio bona fide ſine fraude adjuvabit Alexandrinos ſive alios ſuos homines, Alexandrini autem facient fidelitatem Marchioni, & Uxori, & filiis ejus, & jurabunt ſalvare, & guardare Marchionem, & Uxorem, & ejus filios contra omnes homines, & adjuvare eum pro poſſe ad tenendum omnia ſua. Homines vero Gamundii & Marentii fori jurabunt fidelitatem Vaſſalli, ut Vaſſali, cæteri autem ut Pagiſani, homines vero Bergulii, Roboren. Soler. Oviliarum Quargenti jurabunt fidelitatem contra omnes, ſalvis fidelitatibus & juſtitiis Dominorum ſuorum, & omnes Alexandrini jurare debent tenere firmam pacem Marchioni, & ejus filiis, & Marchioni Alberto de Inciſa, & ſenioribus de Laverio, & omnibus aliis hominibus ſuæ Partis, ſcilicet Lombardis, & quod non recipient amodo aliquem Comitem, nec Marchionem, nec Caſtellanum in habitatorem, exceptis Marchione Malaſpina & Marchione de Cravexana, & illo de Palolde & alios quos jam receptos habent, & quod nullum de terra Marchionis accipiant in habitatorem abſque ejus parabola, & jurabunt quod non facient juramentum cum Aſt, cum Terdona, nec cum Papia, & quod dabunt Marchioni ſuum quartum, & ſua ficta, & omnes ſuas rationes & juſtitias & Pedagium, & Curadiam Civitatis, excepta decima Pedagii, & Curadiæ quæ eſt Archiepiſcopi Mediolani, quinque vero placita concilia totius Civitatis habeat Marchio, & Pontaticum Pontis Tanari, excepta decima quæ eſt Archiepiſcopi, & tertia parte, quæ eſt Marchionis Mallaſpinæ. Et quod facient ei unum exercitum per annum pro communi eorum expenſa, Imperatore non habente guerram cum Lombardia, vel eo non morante in Lombardia, excepto ſi Papienſes eſſent in eo Exercitu pro Communi. Item facient ei Palatium unum in Alexandria Civitate & quod bona fide dabunt operam ut Dominus Apoſtolicus & Rectores Lombardiæ hæc omnia laudent, & confirment, & adjuvent illam partem quæ obſervare voluerit iſtam Pacem & cum Conſules Alexandrini conſtituentur per ſingulos Annos, debent jurare, ſalvare, & cuſtodire Marchionem, & Uxorem ejus & filios & omnia ſua. Et ſi de aliquo Capitulo iſtorum aliqua oriretur diſcordia inter Marchionem, & Alexandrinos, reformetur, & decidatur per Magiſtrum Hoſpitalis Jheruſalem, & per Abbatem Monaſterii Stæ. Mariæ de Sto. Andrea de Sexto. Hæc omnia jurabunt Alexandrini ſalvis rationibus, & Juſtitiis, & Concordiis Archiepiſcopi Mediolani, & ſalva Concordia Societatis Lombardiæ juraverunt & tenentur de ſtatu, & unitate Lombardiæ & ejus Societatis, & ſalvis Conventis & Concordiis, quas habent cum Marchione Malaſpina quia inter eos convenit quidem. Et ad hanc Pacem, & Concordiam confirmandam, & laudandam interfuerunt Malfiliotus de Ermenulfis & Vilielmus de Oſa Conſules Communis Mediolani, Obertus de Bonefatio Conſul Communis Planc. & Gregorius Bouxatus Conſul Communis Novariæ Legati Rectorum Lombardiæ, qui ad colloquium Mediolanenſe convenerant. Unde plures Cartas ſunt rogati ſcribi uno tenore. Actum in Territorio Appiani Fel. Signa manuum infraſcriptorum Marchionis & Poteſtatis, & Conſulum Alexandriæ qui hanc Cartam ut ſupra fieri rogaverunt, & ſupraſcriptorum Legatorum, Rectorum, qui conſenſerunt atque interfuerunt teſtes Bernardus Marchio de Occiniano, Albertus Marchio de Inciſa Elemoſina Archipresbiter de Quargento, Ugo de Parma filius Thebaldi, Paſtronius de Vignale, Ferrarius de Valenza Accata.

Ego Stephanus Notarius ſacri Palatii juſſu prædictorum Marchionis, & Poteſtatis, & Conſulum Alexandriæ rogatus ſcripſi, & interfui, & alii multi ibique de Curia Marchionis juraverunt idem ſacramentum, quod fecit Marchio Paſtronus, Jacobus Veſcontus, Ferrarius de Valenza, Curtus Foncis Anricus de Caliano, Accata Pau. Mut. & Raymundus de Filizano, Manfredus Paniza, Guardaloſus Oglerius de Caſtronovo, Nicolaus & Presbiter de Sto. Salvatore Guillelmus Scazoſius Germanus de Camag. Jacob Paſtro-

ANNO 1178.

ANNO 1178. Pastronus, Obbus & Albertus, & Asclerius de Cortexella, Guillielmus Poccapalea, Guillelmus Zacca, Obertus de Orzano, Guido Putalia, Casul. de Solerio, Roffinus Guascus, Petrus Abbas, Johannes de Cerredana, Azus de Cazulino, Johannes de Monte Guimerii. Ex parte verò Alexandriæ juraverunt sic inter statutum esse, Petrus Canephus, Ballemus Obertus, Nacta, Accata, & alii plures.

L. H. T. Ego Fremosius Ferrarius Notarius Tridini prædictum Instrumentum vidi, audivi, & legi, & nihil dicto, quod fiat in ipso mutatum. Ideo me subscripsi, & signum meum consuetum apposui.

L. H. T. Ego Arduinus Trivella Notarius Tridini prædictum Instrumentum vidi, audivi, & legi, & nihil de eo, quod erat in ipso mutatum, & ideo me subscripsi.

L. H. T. Ego Jacobus de Carrexana Notarius publicus Tridini, hoc exemplum ex autentico Originali exemplavi, & sicut in eo continebatur sic & in isto continetur exemplo, nihil addito, vel dempto, quod sensum mutet, vel intellectum, & ideo me subscripsi.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sic ut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsens sumpta copia omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ, Notarius ac dicti Archiducalis Mantuæ secretioris Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita attestatione, subscripsi factum hac die 12. Septembris 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 13. Septembris 1720.

LVII.

1180. 13 Juillet. *Decretum* FRIDERICI I. *Romanorum Imperatoris pro* ADILBERTO *Episcopo* Frisingensi *in solenni Curiâ Ratisbonæ datum, quo translatio Fori in Vergen cum Ponte per* HENRICUM DE BRUNSWICK *Ducem* Bavariæ, *&* Saxoniæ *in villam Munchen violenter facta, irrita pronunciatur, ipsumque Forum cum memorato Ponte præfato Episcopo restituitur, & confirmatur. Actum Ratisbonæ 3. Idus Julii Anno ab Incarnatione Domini* 1180. *Regni ejus XXIX. Imperii vero XXVI. Indictione XIII.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. I. pag. 284.]

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Augustus.

1. Quæ Imperiali constituuntur authoritate, Literis competit annotari, ne vel transeuntium temporum antiquitate in oblivionem deveniant, vel pravorum hominum fraudulentis machinationibus indignam sui mutationem incurrant.

2. Noverint igitur universi, tam præsentes, quàm post futuræ ætatis, fideles Imperii, qualiter dilectus noster Adilbertus Frisingensis Episcopus, ad Majestatis nostræ præsentiam accedens, humiliter nobis conquerendo significavit, quòd Nobilis vir, Henricus de Brunswick, quondam Dux Bavariæ & Saxoniæ, forum in Vergen cum ponte, quod Ecclesia sua à longè retroactis temporibus quietè possederat, destruxerit, & illud in villam Munchen violenter transtulerit. Cujus siquidem rei veritas, etsi nostræ constaret Serenitati, ipse tamen eam septem legitimis testibus, in nostra comprobavit audientia. Sunt autem hi: Conradus Saltzburgensis Archiepiscopus, Chuno Ratisbonensis Episcopus, Berchtoldus Marchio Istriæ, Gebehardus Comes de Sultzbach, Otto Palatinus major, & frater ejus Otto minor, Fridericus Burggravius. ANNO 1180.

3. Consequenter igitur super eadem causa à Principibus Curiæ nostræ, requisita sententia, judicatum est, quòd præfati Henrici factum temerarium in irritum ducere Imperiales deberet autoritas.

4. Quocirca secundum juris tenorem, translationem prædicti fori in vacuum revocantes, ipsum forum cum ponte memorato, fideli nostro Episcopo Frisingensi, suisque successoribus, restituimus, & præsentis Scripti privilegio eis & suæ Ecclesiæ in perpetuum confirmamus.

5. Item ad instantem prætaxati venerabilis Episcopi postulationem ex indulgentia Imperialis Clementiæ permisimus & benevolo approbamus assensu, ut prædia quæcunque sumptibus suis ipse conquisivit, pro libitu suo Ecclesiis vel aliis religiosis locis, seu ad Altaria quælibet possit contradere, & de earundem præ aliorum reditibus pro suo arbitrio ordinare.

6. Et ut hæc nostra Constitutio in omne ævum rata permaneat & inconvulsa, per præsentem paginam in memoriam facti conscribi fecimus, & Majestatis nostræ bulla communiri. Testes hujus rei prædictus

Conradus Saltzburgensis Episcopus.
Chuno Ratisbonensis Episcopus.
Berchtoldus Marchio Istriæ.
Otto Palatinus Major. } sc. de Scheiren & Wittels-
Otto Palatinus minor. } pach.
Gebhardus Comes de Sultzbach.
Fridericus Burggravius.....
Item alii testes, qui eidem negotio intererant:
Diethpoldus Pataviensis Episcopus.
Henricus Curiensis Electus.
Geffiodonius Mantuensis Episcopus.
Gotefridus Cancellarius Imperialis.
Rudolphus Notarius Imperialis.
Romanus Præpositus Halberstattensis.
Henricus Burggravius.....
Siberto Comes de Nuiwenburg.
Heinricus Comes de Altendorff.
Degenhard Comes de Holenstain.
Conrad Burggravius de Nurmberg.
Amelbrecht de Lochhofen.
Heinricus Marschalch de Papenheim.
Burckhardus Camerarius.
Atzo Camerarius.
Regilo Camerarius.
Rudolphus de Waldecke.
Heinricus Felix Prior.
Adilold de Dombach.
Engelram de Achdorff, & frater ejus Heinricus.
Rudolphus de Ried.
Hartinus Malscadus.
Berchtholdus de Reihemhausen.
Sibot de Holtzhausen.

Ego Gottfridus Imperialis Aulæ Cancellarius vice Domini Christiani Moguntiæ Sedis Archiepiscopi, Germaniæ Archicancellarii, recognovi.

Signum Domini FRIDERICI Romanorum Imperatoris invictissimi.

Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini MCLXXX. indictione XIII. Regnante FRIDERICO Romanorum Imperatore glorioissimo: anno Regni ejus XXIX. Imperii verò XXVI. Datum Ratisbonæ in solenni Curia, III. Idus Julii, feliciter: AMEN.

LVIII.

1182. 28 Avril. *Confirmatio* FREDERICI *Romanorum Imperatoris super sententiâ latâ in placito generali pro* ALBERTO, OBIZONE, *&* BONIFACIO *Marchionibus contra Communitatem de* Este. *Datum Maguntiæ. 4. Kal. Maji* 1182. *Indict. XV.* [LUD. ANT. MURATORI delle Antichità Estensi part 1. cap. 35. pag. 349.]

DEI gratia Romanorum Imperator Augustus fidelibus suis Al. O. & Bo. Marchionibus de Adeste gratiam suam. Didicimus quod sapientes vestri Arardus de Monticulo, & Bonus Johannes, & Albertus Judices talem de placito, quod erat inter vos & homi-

ANNO 1182. nes de Este, dederunt sententiam. In nomine Domini. Cum Marchiones omnes de Este, videlicet Al. O. & Bo. ex Prædecessorum suorum more in placito generali ad singulorum hominum justitias faciendas in Este residerent, adessent cum eis Arardus, Bonus Johannes, Albertus, Girardus Auliverius Judices, Otolinus de Roca, Gerardus de Lusia, Calzollarius de Pressana, Frogerinus Montis scilice, Artusinus de Noclezola, Mainentus de Rodigio & alii multi, grandem querimoniam jam dicti Marchiones fecerunt supradictis Judicibus de hominibus de Este, qui injuste tenebant Palludes in Curte Este, quas dicebant fore Regales, & per Imperium ad se pertinere, & alia Regalia tam in fluminibus publicis navigabilibus, quam in viis. Et dicebant, quod invaserant Communia tam in Montibus, quam in planitiis, & in nemoribus, quæ dicebant partim sua, partim Communitatis de Este fore: quæ tota a juratis ellectis tam a Marchionibus, quam ab hominibus de Este per sacramentum suum dicta fuerunt, qui omnes singulariter coram Marchionibus, & vicinis, juraverant veritatem omnem dicere, & falsitatem totam tacere. Ob quam rem prædicti Judices, scilicet Arardus, Bonus Johannes, Albertus, auditis & bene inquisitis juratorum allegationibus, videllicet Johannis de Bruno, Azonis de Ferrario, Roberti de Valle, Petri de Gisla, Manelmi, taliter protulerunt. Videlicet judicaverunt Palludes omnes de Curte Este, quæ a longissimo tempore fuerunt palludes, quarum non exstat ullius memoria non esse palludes, fore Regalia, & ad Marchiones per Imperium pertinere. Et si quid in flumine publico navigabili, vel ex quo navigabile fieri potest, hedificatum est, ita ut navigii iter impediatur, prædicti Marchiones destruant vel destruere faciant. Similiter & si in ripis fluminum aliquod hedificatum est, ita quod usus riparum deterior sit, a Marchionibus destruatur. Pro invasionibus factis tam in aquis, quam in viis, ut unumquemque invasorem faciant dimittere quod invasit, & pro singulis invasionibus VI. Solidos componat invasor. Set si quis occupavit vel invasit commune in aliquo loco, in monte, seu in plano, dimittat Marchionibus, & Communitati, quod occupavit, & bannum persolvat.

Actum est hoc Anno Domini MC. LXXXII. die Mercurii, qui fuit quintus exeunte Mense Januarii, Indictione XV. in Este in Placito generali juxta Ecclesiam sanctæ Teclæ, in presentiæ Communitatis de Este, & aliorum supradictorum, & Prioris de Carcere, Jordannis de Buso, Vallariani de Urbana, Mussi, Coneti Montis scilice, Schifati, Turmanni de Castro novo, & aliorum multorum. A qua Sententia prædicti homines de Este ad nos appellaverunt. Ob quam rem habito consilio fidelium & sapientum nostrorum, prædictam Sententiam laudamus, & Imperiali Auctoritate confirmamus, omnibus omnino precipientes, ne contra hanc Sententiam venire præsumant. Datum Maguntiæ IV. Kalendas Maii.

LIX.

1183. 25 Juin. *Pax publica per* FRIDERICUM I. *Romanorum Imperatorem pro Partibus Lombardiæ sancita. Concedit Regalia quædam Civitatibus; cæteraque sibi retinet; Gratiam delicti facit* OPIZONI *Marchioni Malaspinæ. Dat. Constantiæ in solemni Curiâ die 7 Kal. Julii anno Incarnationis* 1183. *Indictione I. anno Regni ejus* (1) 82. *Imperii vero* 39. ACCEDIT *Formula Sacramentorum per Civitates Imperatori, & per Nuncios Cæsareos Civitatibus respective præstandorum.* CUM *Notitiâ illorum qui nomine Civitatum juraverunt.* [Corp. Juris Civilis. lib. de Pace Constantiæ composita.]

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis: Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, & filius ejus Henricus, sextus Romanorum Rex, Augustus. † Imperialis Clementiæ immensa Serenitas mansueta, eam semper in Subditis suis dispensationem favoris & gratiæ habere consuevit, ut quamvis districta severitate excessuum Delicta debeat & possit corrigere: magis tamen studeat propitia tranquillitate Pacis & piis affectibus misericordiæ Romanum Imperium regere, & Rebellium insolentiam ad debitam fidem, & debitæ devotionis obsequium revocare. Ea propter cognoscat Universitas Fidelium Imperii tam præsentis Ætatis, quam succedentis Posteritatis, quod nos solita benignitatis nostræ gratia, ad finem & devotionem Lombardorum, qui aliquando nos & Imperium nostrum offenderant, viscera nobis innatæ pietatis aperientes, eos & Societatem ac Fautores eorum in plenitudinem gratiæ nostræ recipimus, offensas omnes & culpas quibus nos ad indignationem provocaverant, clementer eis remittentes: eosque propter fidelia devotæ sinceritatis servitia, quæ nos ab eis credimus certissimè recepturos, in numero dilectorum nostrorum Fidelium computandos censemus. Pacem itaque nostram quam eis clementer indultam concessimus, præsenti Pagina jussimus subscribi; & Auctoritatis nostræ Sigillo communiri: cujus est hic tenor & series.

ANNO 1183.

Nos Romanorum Imperator Fridericus, & Filius noster Henricus Romanorum Rex, concedimus vobis, Civitatibus, Locis & Personis Societatis, Regalia & Consuetudines nostras tam in Civitate quàm extra Civitatem, scilicet Veronæ & Castro ejus, Suburbiis etiam, & aliis Civitatibus & Suburbiis, Locis & Personis Societatis in perpetuum; videlicet ut in ipsa Civitate omnia habeatis sicut hactenus habuistis, vel habetis. Extra verò, omnes Consuetudines sine contradictione nostra exerceatis, quas ab antiquo exercuistis vel exercetis tam in Foro, vel in Nemoribus & Pascuis, & Pontibus, Aquis & Molendinis, sicut ab antiquo habere consuevistis, vel habetis in Exercitu, in Munitionibus Civitatum, in Jurisdictione, tam in Causis criminalibus, quàm in Causis pecuniariis, intus & extra, & in cæteris, quæ ad commoditatem spectant Civitatum.

Volumus ut Regalia quæ vobis non concessimus, in hunc modum cognoscantur per Episcopum Loci: & homines tam de Episcopatu quàm de Civitate eligantur Viri bonæ opinionis, & qui ad hoc idonei esse credantur: tales qui nec contra Civitatem, nec nostram Majestatem privato vel speciali odio teneantur: qui jurent quod bona fide & sine fraude perquirent, & inquisita consignabunt ea quæ specialiter ad nostram Excellentiam spectant. Si autem huic inquisitioni supersedendum esse putaverint: Censum duorum millium Marcharum argenti per singulos annos petimus. Attamen competenti moderatione moderabimur etiam quantitatem istam, si enormis visa fuerit. Si quis autem super his quæ vobis concessimus vel permisimus, sive in Civitate, vel extra Civitatem, querimoniam apud Majestatem ipsam deposuerit: ejus querimoniam non admittemus, & silentium ei imponemus.

Hoc quod nos vel noster Antecessor Rex vel Imperator Episcopis, Ecclesiis, vel Civitatibus, vel aliis quibuscumque Personis, Clericis, vel Laïcis ante tempus Guerræ dedit, vel quolibet Concessionis titulo concessit, firmum & ratum habemus: salvis superioribus Concessionibus, ut pro ea solita nobis servitia exhibeantur: sed Census non præstetur.

Commoditates quas pro bono Pacis Civitatibus concessimus in Civitatibus, vel extra, illorum Regalium nomine non intelligimus, pro quibus Census debeat præstari.

PRIVILEGIA omnia & data, & Concessiones, quæ in Privilegium vel damnum Civitatum, vel Locorum, vel Personarum Civitatis occasione Guerræ in alicujus injuriam prædictorum à nobis, vel Nuntiis nostris indulta sunt, cassentur, & in irritum deducantur. In Civitate illa in qua Episcopus per Privilegium Imperatoris vel Regis Comitatum habet, si Consules per ipsum Episcopum Consulatum recipere solent, ab ipso recipiant sicut consueverunt recipere: alioqui unaquæque Civitas à nobis Consulatum recipiat. Consequenter verò in singulis Civitatibus Consules constituentur à Nuntio nostro qui sit in Civitate vel in Episcopatu: & Investituram recipient; & hoc usque ad quinquennium: finito quinquennio unaquæque Civitas à nobis recipiat, & intra quinquennium à Nuntio nostro, sicut dictum est, nisi in Lombardia fuerimus: tunc enim à nobis recipiet. Eadem observentur in Successore nostro. Et omnes Investituræ gratis fiant. Cum autem

(1) Cette Constitution est la même que nous avons déja donnée dans notre Premiere Partie sous l'an 1177. Tom. I. pag. 98. tirée de *Cujas* qui en fut le premier Editeur; sans faire reflexion à celle qui se trouve dans le *Corps de Droit*, & qui est plus entiere & plus ample de la moitié. C'est ce qui nous oblige de la redonner une seconde fois. Au reste il est aisé de voir que les Dates du Regne & de l'Empire, y sont corrompues. L'Empereur *Frideric I.* fut élu le 5. Mars 1152. & couronné à Rome le 18 Juin 1155. Ainsi il faut lire *Regni ejus* 32, *Imperii vero* 39. la corruption vient de ce que les Copistes ont fait un 2. d'un 3. & un 3. d'un 2. Cependant la même faute se trouve dans toutes les Editions du *Corps de Droit*. [D. M.]

ANNO 1183. autem nos Imperator divina vocatione deceſſerimus, vel Regnum Filio noſtro conceſſerimus, ſimili modo à Filio noſtro, vel ejus Succeſſore Inveſtituram recipietis.

In Cauſis Appellationum, ſi quantitas viginti-quinque Librarum Imperialium Summam exceſſerit, Appellatio ad nos fiat, ſalvo Jure & Moribus Brixienſis Eccleſiæ in Appellationibus: ita tamen, ut non cogantur in Alemaniam ire: ſed nos habebimus ut proprium Nuntium in Civitatibus, vel Epiſcopatu, qui de ipſa Appellatione cognoſcat, & juret quod bona fide, & ſine fraude Cauſas examinabit & definiet ſecundum Leges & Mores ipſius Civitatis, intra duos menſes à conteſtatione Litis, vel à tempore Appellationis receptæ: niſi juſto impedimento, vel conſenſu utriusque Partis remanſerit. Conſules qui in Civitatibus conſtituentur, tales ſint qui fidelitatem fecerint nobis, vel faciant antequam Conſulatum recipiant.

§. 1. Vaſalli noſtri à nobis Inveſtituram recipiant, & fidelitatem faciant ſicut Vaſalli, cæteri omnes ſicut Cives à ſedecim annis usque ad ſeptuaginta: niſi tales Perſonæ ſint, quibus debeant & poſſint ſine fraude Sacramenta remitti. † Vaſalli, qui tempore Guerræ vel Treugæ non poſtulaverint Inveſtituram, vel debita ſervitia nobis non exhibuerint, hac occaſione Feudum non amittant. † Libellariæ & Precariæ in ſuo ſtatu permaneant, ſecundum Conſuetudinem uniuscujusque Civitatis, non obſtante Lege noſtra, quæ dicat, Imperatoris Friderici damna omnia & ablata: etiam injurias quas nos, per nos & per noſtros ab univerſitate Societatis, vel ab aliquo de Societate, vel Coadjutoribus Societatis ſuſtinuimus, per nos cum noſtra parte remittimus gratis, & plenitudinem noſtræ gratiæ eis damus. † Moram ſuperfluam in Civitate vel Epiſcopatu pro damno Civitatis non faciemus. Civitates murare, vel extra Munitiones facere eis liceat. † Item Societatem quam nunc habent, tenere, & quoties voluerint, renovare eis liceat. † Pactiones timore noſtro, vel per impreſſionem Nuntiorum factæ, caſſentur; & pro infectis habeantur, nec pro eis aliquid exigatur. † Pacta Placentinorum, ſcilicet Pactum Pontis Padi, & fictum ejuſdem Pontis, & Regalium, & Datium, & Pactum, quod Epiſcopus Hugo fecit de Caſtro Arquato, & ſi aliqua facta ſunt ſimilia ab ipſo Epiſcopo, vel à Communi, vel ab aliis de Societate habiſcum, vel noſtro Nuntio, ipſo Ponte remanente cum omnibus ſuis utilitatibus Placentinis: ita tamen quod teneantur perſolvere fictum Abbatiſſæ Sanctæ Juliæ de Brixia, & ſi quæ ſunt ſimiles.

§. 2. Sententiæ quoque quæ de Jure & ſecundum Leges & Conſuetudines contra aliquem vel aliquos de Societate latæ ſunt, teneant, ſicut de jure contra eos tenerent, ſi gratiam noſtram non habuiſſent. Quæ verò contra aliquem vel aliquos de Societate latæ ſunt occaſione Guerræ ſeu Diſcordiæ, in irritum deducantur. Poſſeſſiones omnes quas quiſque de Societate tempore Guerræ tenebat juſtè, ſi per vim ablatæ ſint ab eis qui de Societate non ſint, cum fructibus & ſine damno reſtituantur: vel ſi eas recuperaverit, quietè poſſideat: niſi per electos Arbitros ad cognitionem Regalium nobis aſſignentur. Opizoni Marchioni omnem offenſam, quam nobis vel alicui Partis noſtræ fecerit, poſtquam in Societate fuerit, vel per ſe, vel per aliquam Perſonam cum Societate, vel defendendo aliquem de Societate, Imperiali Clementia per nos & noſtram partem remittimus, & in plenitudinem noſtræ gratiæ eum recipimus: nec per nos, nec per interpoſitam Perſonam pro præteritis offenſis ſibi vel Parti ipſius aliquam inferemus injuriam, læſionem, vel coërcitionem. † Amplius eam Juriſdictionem quam Mediolanenſes exercere conſueverunt in Comitatibus Seprii, & Martexanæ, & Burgariæ, & in aliis Comitatibus, exceptis Locis quæ Pergamenſes nomine noſtro tenent inter Alduam & Oleum, excepto Romano veteri & Bariano, & eam quam modò exercent, liberè & quietè habeant & poſſideant, ſine contradictione noſtra; & Succeſſorum noſtrorum, ſalvis Pactis & Datis, & Conceſſionibus in ſuo robore durantibus, quæ Mediolanenſes per Commune fecerunt Civitatibus Pergamo, Novariæ, & Laudo: nec per hanc Conceſſionem lædendis: nec ullum præjudicium fiat Juri aut Conſuetudini alicujus Civitatis & Societatis præter dictas Conceſſiones. † Pacta inter Civitates & Societates quondam facta nihilominus firma & illibata permaneant: nec aliquid intelligatur acquiſitum Mediolanenſibus in Epiſcopatu Laudenſi præter dictas Conceſſiones: ſalvo Jure Aquæ Lambri Mediolanenſibus; ſi quod habent, vel in Pedagio. Omnes de Societate qui fidelitatem nobis jurabunt, in Sacramento fidelitatis adjicient, quod Poſſeſſiones & Jura quæ nos habemus in Lombardia, & poſſidemus extra Societatem, jurabunt bona fide nos manutenere, ſi opus fuerit; & cùm ſuper hoc per nos, vel per certum Nuntium noſtrum fuerunt requiſiti: & ſi amiſerimus, recuperare; ita videlicet quòd finitimæ Civitates obnoxiæ ſint principaliter ad hoc faciendum: & ſi opus fuerit, aliæ teneantur ad competens auxilium præſtandum. † Civitates quæ ſunt extra Lombardiam in ſuo Confinio, ſimiliter teneantur facere. Si qua verò Civitatum ea quæ in Conventione Pacis ex parte noſtra ſtatuta ſunt, non obſervaverit; cæteræ Civitates eam ad id obſervandum bona fide compellant, Pace nihilominus in ſuo robore permanente. † Nobis autem intrantibus Lombardiam, Fodrum conſuetum & Regale, quæ ſolent & debent, præſtabunt: & vias & Pontes bona fide & ſine fraude, & ſufficienter reficient: in eundo & redeundo Mercatum ſufficiens nobis & noſtris euntibus & redeuntibus bona fide, & ſine fraude præſtabunt: in omni decimo anno Fidelitates renovabunt in iis qui eas nobis non fecerunt, cùm nos petierimus vel per nos, vel per noſtrum Nuntium. Si qui ex parte noſtra de ſuis juſtis Poſſeſſionibus expulſi ſunt, reſtituantur ſine fructibus & damno: niſi in Cauſa principali ſuæ Proprietatis Jure poſſit ſe tueri Poſſeſſor, ſalvis prioribus Conceſſionibus, & omnes offenſæ eis remittantur: eodem jure ſervando iis qui ſunt ex parte noſtra circa reſtitutionem, niſi Civitas adſtringatur Juramento, ut non reſtituant: quo caſu Arbitrium boni viri volumus pro reſtitutione ſuccedere; & ſi qua Controverſia fuerit orta de Feudo inter nos & alium qui ſit de Societate, per Pares illius Civitatis, vel Epiſcopatus in quo deſcendit, agetur: & ſecundum Conſuetudinem illius Civitatis in eodem Epiſcopatu terminetur, niſi nos in Lombardia fuerimus: tunc enim in Audientia noſtra, ſi nobis placuerit, agitabitur. † Item volentibus venire contra Pacta non per violentiam facta, & Juramento firmata inter Civitates & Civitates, Societates & Societates, & Civitatem & alias Perſonas, nos Audientiam denegabimus. † Item nos reſtituimus Stratam Veronenſibus: & nominatim recipimus Ozolinum in plenitudinem gratiæ noſtræ, & omnem offenſam ei remittimus. Datum apud Conſtantiam ſolenni Curia, 7 Calendas Julii.

ANNO 1183.

Sequentia deſunt in Editione Cujac.

Hanc igitur ſecundum formam præſcriptam, & ut per Mediatores Pacis, videlicet Guillelmum Epiſcopum Diſcenſem, Henricum Marchionem Sarnenſem, Fratrem Fridericum de Sylva-benedicta, & Rodolphum Camerarium noſtrum, unà cum his bona fide intelleximus, & ſecundum tenorem, quo eandem Pacem & Concordiam jurari fecimus, & ſecundum quòd Lombardi eam bona fide intellexerunt, in perpetuum ratum haberi & conſervari ſtatuimus: & ut firma permaneat & inconcuſſa, præſentem Paginam noſtri impreſſione Sigilli fecimus communiri.

Nomina verò Civitatum quibus ſic gratiam noſtram reddidimus, & præſcriptam fecimus Conceſſionem ſeu Promiſſionem, hæc ſunt: Vercellæ, Novaria, Mediolanum, Laude, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, Padua, Terviſium, Bononia, Faventia, Mutina, Rhegium, Parma, Placentia. Iſtis autem Civitatibus & Locis Pacem ſervari volumus, & gratiam noſtram reddimus. Præſcriptam autem Conceſſionem ſeu Promiſſionem his non facimus, videlicet Imolæ, Caſtro Sancti-Caſſiani, Bobio, Pleti-de-Guarbadona, Ferotræ, Belutiæ, Tenetæ. Ferrariæ autem gratiam noſtram reddimus, & præſcriptam Conceſſionem facimus ſeu Promiſſionem, ſi intra duos menſes poſt reditum Lombardorum à Curia noſtra de Pace præſcripta fuerint.

Hanc itaque Pacem & Concordiam, ſicut præſcriptum eſt, tam nos, quàm Filius noſter Henricus Romanorum Rex, per Camerarium noſtrum Rodolphum jurari fecimus in animam noſtram.

Hi autem ſunt Principes & Nobiles Curiæ, qui præſcriptam Pacem & Concordiam per ſe firmam tenere juraverunt: Hermannus Monaſter. Epiſcopus, Henricus Cirnenſis electus, Citalinus Curienſis, Abbas Gotifredus Imperialis Aulæ Cancellarius, Otto Dux Bavariæ, Fridericus Dux Sunormæ, Filius noſter Bertoldus Dux Zaermoez, Bertoldus Marchio Hiſtriæ, Hermannus Marchio, Veron. Comes, Henricus Dux Spleten. Comes Theopobus de Lexchomienda, Comes Ludovicus, Frater Cancellarii de Olfeſtre, Rodulphus

ANNO 1183. dulphus Camerarius, Guarnerius de Lombardia, Cano de Minabere, Corradus Pincerna.

Hi sunt Nuncii qui ex parte Longobardorum Pacem præscriptam & Concordiam receperunt, & in præsentia nostra Juramento confirmaverunt. † De Mediolano, Guido de Landriano, Pinamonte de Vicomercato, Adobatus Bultraffus, Guillelmus Burrus, Guercius de Buxolla, Aldericus de Bonate, Rogerius Marcellinus, Lotherius Medicus. † De Brixia, Obrandus de Martinengo, Gozed de Turbiado, Desiderius Judex, Rodulphus de Concipio, Boccatius de Manerbio, Albericus de Caprino. † De Placentia, Girardus de Artizone, Jacobus Strictus, Hermannus de Carnocampo, Judex. † De Pergamo, Albertus de Mapello, Attoficianus, Joannes de Piterigo, Lanfranchus de Monacha, Albertus Attonis, Albertus Albertonis. † De Verona, Corus, Judex; Ubertinus de Carcere, Valerianus de Castello, Martius de Castello, Theobaldinus de Nicaudo, Theobaldinus de Nascenguerra. † De Vincentia, Pileus, Judex; Ubertinus de Fonte-Vivo, Cardenarius Marchus de Pauliana. † De Padua, Jansuzellinus, Judex; Bugelescus de Fonte-Glina. † De Tervisio, Florius, Judex; Gumbertinus. † De Mantua, Alexandrinus, Jacobus de Amica, Angelus, Judex: Henricus de Angelo. † De Faventia, Bernardus, Judex; Hugolinus de Azo. †. De Bononia, Antonius, Potestas; Rolandus Guarini, Matthæus Rodulphi. †. De Mutina, Arlotus, Judex; Reinerius de Bucacabata. † De Rhegio, Albertus Cambiator, Rolandus de Charitate. † De Parma, Jacobus Petri Bravi, Mollobatus, Judex; Vetulus, Judex; Corradus Banzoni. † De Laude, Vincentius de Sisiraga, Anselmus de Summa-ripa. † De Novaria, Opizo de Briona, Tedixius Cabalacius, Gerardus de Bomprando. † De Vercellis, Meardus & Vercellinus. † Hæ autem sunt Civitates & Loca, quæ Pacem præscriptam sub Juramento Lombardorum nobiscum receperunt, & eandem per se juraverunt: Papia, Cremona, Communterdona, Asta, Cælarea, Janua, Alba, & aliæ Civitates & Loca, & Personæ quæ sunt, & quæ fuerunt in Pace nostra. † Hæc autem sunt nomina Nuntiorum, qui Investituram Consulatûs à nobis nomine Civitatum receperunt: De Mediolano, Adobatus. De Placentia, Gaardus Artizonus. De Laude, Vincentius Corno. De Vincentia, Pileus. De Padua, Jansus. De Tervisio, Florius. De Mantua, Alexandrinus. De Faventia, Bernardus. De Bononia, Antonius. De Mutina, Arlotus. De Rhegio, Rolandus. De Parma, Jacobus Petri Bravi. De Novaria, Opizo. De Vercellis, Meardus. De Pergamo, Attoficiarius. † Signum Domini Friderici Romanorum Inclytiss. Imperatoris. Ego Gotifredus Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Christiani Moguntinæ Sedis Archiepiscopi & Germaniæ Archicancellarii, recognovi. Acta sunt hæc anno Incarnationis millesimo centesimo octogesimo tertio, Indictione prima: regnante D. Friderico Romano Imperatore glorioss simo, anno Regni ejus octogesimo secundo, Imperii verò 39. Datum apud Constantiam in solemni Curia 7. Calend. Julii. † In Christi Nomine juro ego quòd à modo ero fidelis Domino Imperatori Friderico, & ejus Filio Regi Henrico; non ero in consilio vel facto quòd ipsi perdant vitam, vel membrum, aut mentem, seu Coronam Imperii vel Regni, vel caput: & si scivero aliquem feciss e, vel facere volentem; per me, vel per alium Domino Imperatori, vel Regi, vel Nuntio ejus, sine fraude manifestabo eis, & adjuvabo honorem Coronæ tenere: & si perdiderit, recuperare bona fide in Exercitu & Comitatu adjuvabo. Insuper Pacem Domini Imperatoris Friderici, & Filii ejus Regis Henrici, & suæ Partis factam cum Societate Lombardiæ, & ejus Societatis, sicut scriptum est inde, sine fraude intra quindecim dies post jurata bono intellectu, & Sigillo Imperatoris sigillata observabo bona fide, & sine fraude, & hoc jurare faciam omnes Masculos mecum habitantes à decimo sexto anno supra usque ad septuagesimum, intra quindecim dies postquam juratum habuero; exceptis Servis: & qui per me jurare noluerint, intra tertiam diem Imperatori, vel Regi, vel suis Nuntiis manifestabo per Breve. Millesimo centesimo octogesimo tertio, Indictione prima. Ego juro omnibus Civitatibus Societatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniæ, & Locis, & Domino Opizoni Marchioni Malespinæ, & omnibus Personis prædictæ Societatis, Concessiones & Permissiones atque Pacta, sicut in Scripto Pacis inter Nuntios Domini Imperatoris, & Rectores & Nuntios Civitatum Societatis Lombardiæ facto continetur, firmas tenere: nec ero in consilio vel facto ubi aliquid prædictorum minuatur alicui de Societate: & si qua Persona, aut Civitas, vel Locus alicui Civitati, vel Loco, aut Personæ prædictæ Societatis, aut jam dicto Marchioni auferre, vel diminuere voluerit, eos vel eas manutenere, & defendere bona fide & sine fraude contra omnes adjuvabo: & omnia Præcepta quæ Rectores concorditer omnes, vel major pars mihi fecerint, sine fraude observabo: & omnia supradicta attendam, à Calendis Majis usque ad triginta annos; & in capite uniuscujusque quinquennii, scilicet si per majorem partem Rectorum requisitus fuero, renovabo: & hoc totum sine fraude jurare omnes homines meæ Civitatis à decimo-octavo anno usque ad septuagesimum faciam, & hæc omnia faciam jurare Consules vel Potestates meæ Civitatis, & Credentias usque ad illum terminum qui mihi constitutus fuerit per Rectores Lombardiæ & Marchiæ, & Romaniæ, in hoc Eloquio.

ANNO 1183.

Die Lunæ undecimo Calendas Januarii in Placentia, in Ecclesia Sanctæ Brigidæ, in præsentia Mirabelli Guillelmi, Garonii Notarii, ibique in eorum præsentia Rectores Lombardiæ, Marchiæ & Romaniæ fecerunt prædictum Sacramentum; nomina quorum sunt hæc: De Brixia, Aldericus de Salla. De Verona, Vozo, Judex. De Bononia, Prendeparte, Potestas. De Padua, Bazotus. De Novaria, Rogerius Marcellinus, Potestas. De Tervisio, Oldericus de Montelio. De Mantua, Guillelmus de Azo. De Placentia, Bonizo, Judex. De Pergamo, Albertus de Ossa, Potestas. De Plebe de Granatina, Petrus Collus, Judex. De Faventia, Guillelmus Botinus, Potestas. De Mediolano, Petrus Vicecomes.

Hæc sunt nomina eorum qui juraverunt, ut superiùs legitur, ut dicti Rectores juraverunt, eo excepto, quòd non fuerunt districti facere jurare homines suæ Civitatis. De Brixia, Desiderius, Judex; Martinus de Potenalupis, Pax Consalonerius. De Padua, Ganiphus Achalaone. De Verona, Cancellarius Crescenonum, & Vivianus Advocatorum. De Tervisio, Travisius de Gualperto. De Pergamo, Lanfrancus de Monacha, Oprandus, Judex, Joannes de Petengo. De Novaria, Fridericus de Bon., Michaël Capra. De Mutina, Rolandus de Baimonte de Garino, Bunalellus de Garbonensibus. De Plebe de Granatoria, Gregorius Consul ita juravit, suus Rector. De Faventia, Anteus, Judex: anno à Nativitate Domini millesimo centesimo octuagesimo tertio, Indictione prima: & postea sequenti die Martis 12. Calend. Januarii Armanus de Parma Rector idem Sacramentum fecit, ut pridem Rectores: & Albertus de Theobaldo similiter.

LX.

Investitura per FREDERICUM *Romanorum Imperatorem Marchioni* OBIZONI DE HEST *data de Marchiâ Genue & de Marchia Mediolani & de omni eo, quod Marchio* AZZO *habuit. Actum in Veronâ in Palatio Sancti Zenonis die Veneris* 13 *exeunte Octobris* 1184. *Indictione II.* 1184. 19 Octob.

[LUD. ANT. MURATORI delle Antichità Estensi part. I. cap. 6. pag. 35.]

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Anno Dominicæ Nativitatis MCLXXXIV. die Veneris, qui est Tertio Decimo exeunte Mense Octobris, Indictione secunda. Cum Fredericus Romanorum Imperator apud Veronam in Palatio sancti Zenonis cum maxima Curia esset, ibi in præsentia bonorum hominum nomina quorum hæc sunt: Conradus Archiepiscopus Magontie, Gotifredus Cancellarius, Gotifredus Patriarcha Aquilegie, Pistor Episcopus Vicentie, Drudus Episcopus Feltrensis, D. Wezello de Cammino, Wenzelletus de Prata, Tisolinus de Campo sancti Petri, Rodulphus Prothonotarius, Rodulphus Camerarius, Leonardus Judex Veronensis, Gerardus de Rocha, Aldrigetus filius Arardi. In istorum, & aliorum multorum Nobilium Curiæ præsentia, Dominus Imperator Fredericus investivit Marchionem Obizonem de Hest de Marchia Genue, & de Marchia Mediolani, & de omni eo, quod Marchio Azzo habuit, & tenuit ab Imperio, ita ut jam dictus Marchio habeat & teneata prædicto Imperatore ad rectum Feudum cum omni honore illud totum, quod ad Imperium spectat & nominatim de eo quod fuit de Duce Henrico, ut jure Feudi ab Imperio habeat tantum. Jam dictus Mar-

ANNO 1184. Marchio tali conditione recepit investituram a prædicto Imperatore de feudo, quod olim a jam dicto Duce Henrico habebat. Quod si Dux, vel ejus heredes terram recupaverint, vel ipse Imperator ei, vel suis heredibus terram reddiderit, quod prædicta investitura nihil debeat ei Marchioni nocere, & insuper omnium rerum possessiones, quas ipse possidebat. Et si aliquis aliquid juris in prædictis rebus seu possessionibus occasione alicujus hereditatis habebat vel competebat, prædicto Marchioni Obizoni, Imperiali Auctoritate dedit, & concessit.

Actum in Verona in Palatio sancti Zenonis.

Ego Manfredinus sacri Palatii atque D. F. Imperatoris Notarius interfui, & scripsi & firmavi.

LXI.

1186. 17. Aout. *Diploma* OTTOKARI *Ducis Styriæ quo* LEOPOLDUM *Ducem Austriæ sibi Successorem nominat in Ducatu, si sinè herede decesserit, simulque Privilegia certa Styrensibus constituit. Actum 16. Calend. Septembris 1186. Indictione IV. Concurrentium II.* [R. Streinii **Handfesten/ Fryheiten / Gerechtigkeiten; und brieflichen Urkunden de Arz-Herzogthums Oesterreich 1. buch.**]

In Nomine Sanctæ Trinitatis & individuæ Unitatis.

OTtokarus Dux Stiriæ omnibus fidelibus in perpetuum. Divinis & humanis Legibus docemur ac propriæ naturæ disciplina commonemur, nostrorum saluti consulere, & eorum utilitati tam omnino quam in posteris providere, vita namque cujuslibet hominis divitis sive pauperis incerta, transit & instabilis. Ideoque quemlibet ante mortem deliberare decet, quid cui qualiter relinquat, quod post retinere non valet. Et quia Deus sola dignatione sive misericordia primo Parentibus nostris, deinde nobis magnam contulit in hominibus & rebus gloriam, sollicitudinem habuimus non minimam, cum non haberemus hæredem, cui nostra omnia cederent in hæreditatem. Communicato igitur meliorum nostrorum Consilio, nobilissimum, strenuissimum fidelissimumque Ducem Austriæ Leopoldum, Consanguineum nostrum, si sine hærede decesserimus, successorem nobis designavimus. Cujus Provincia cum nostra sit contigua, sub unius Pacis ac Principis facilius valeat utraque moderari Justitia. Quem quia nobis amicissimum fore credimus, quam diu vixerit, nihil mali in nos & nostros eum moliri satis confidimus. Veruntamen ne aliquis de successoribus suis, paterni moris simul & mutuæ familiaritatis obliviscens, in Ministeriales & Provinciales nostros, impiè crudeliterve præsumat agere, jura nostrorum secundum petitionem ipsorum scripto statuimus comprehendere, ac privilegio munire, Imprimis, siquidem statuentes, ut si idem Dux & filius ejus Fridericus, quibus nostra designavimus nos supervixerint, nostros in sua potestate habeant. Adeo, quod si etiam regni gratiam amiserint, à nobis sibi collatos amittere non valeant. Postea quicunque de suis nepotibus sibi succedentibus, Ducatum tenuerit Austriæ, Ducatum quoque regat Styriæ, cæteris fratribus nullo modo super hoc litigantibus. Si Dux idem sine filio decesserit, Ministeriales nostri, ad quemcunque velint, divertant. Item Dux Petitiones Ecclesiarum, Advocatias Monasteriorum a parentibus nostris fundatorum sine sub-Advocatis manuteneat, sua Domicilia, Munitiones, terram, ministeriales integraliter possideat, nisi forte petitione parentum ex multis filiis unum contingat alias transferri, causa majoris emolumenti benigna permissione Domini. Item quicunque in Styria vel Austria contraxerint matrimonium, ejus Provinciæ Jus habeant, in qua habitant. Si Styrensis intestatus obierit, jure succedat hæreditatis, qui proximus fuerit sanguinis. Lis exorta vel altercatio super negotio inter Stirenses non Campione, sed probabilium & cæterarum personarum dirimatur credibili testimonio. Quandocunque querimonia de prædiis fuerit habita, ejusmodi quæstio terminetur coram Judicibus probatorum & credibilium testium fidei testimonio. In beneficiis nullam Molestiam, quæ vulgo *Annual* dicitur, sustinere cogantur, sed etiam qui filios non habuerint, filiabus beneficium dimittere non prohibeantur. Beneficia ab aliis Dominis acquisita, si à Duce Austriæ in proprietatem fuerint empta, ei non auferat qui Jure beneficii possideat. De prædiis, quæ Duci Austriæ post obitum nostrum designavimus, interim si ex his fidelibus Ministerialibus ac propriis nostris dederimus, ratum esse decrevimus. Quisquis ergo ille fuerit, qui rerum summam post nos habuerit, circa nostros videlicet Clausterales, Ministeriales & Provinciales hanc formam petitionum earum conscripta modeste conservabit. Verumetiam ab infestationibus & exactionibus, quas per Præcones Austriæ fieri cognovimus, terram nostræ Ditionis sicut hactenus Ministerialis Stirensis alii Stirensi prædia sua vendat, vel etiam gratis tribuat. Similiter quicunque se convertere & de redditibus suis, quod conveniens fuerit Deo conferre disposuerit claustris subter nominatis cum licentia nostra facere poterit, scilicet Traunkirchen, Parsten, Gleinek, Admundt Seckaw, Vitring, Sancti Pauli, Ossiach, Rune Vallis sancti Johannis, Seytz, Voraw, Hospitali in Cerwald, Lambach, Vorbach, sancti Lamperti ex quibus quædam Avi & parentes nostri fundaverunt, omnia autem in multis nobis ministraverunt. Quicunque de nostris super quærimonia sua justa sententia coram nobis non fuerit terminata, eam habet opinionem quatenus coram Duce Austriæ suam renovet causam. Dapiferi, Pincernæ, Camerarii, Marsalci quidem, nostræ sunt Styriæ partes, intranti Duci Austriæ singuli cum suis objectis per officia sua ministrent, ea disciplina, qua nobis & parentibus nostris ministraverunt, petenti Curiam Imperatoris, aut in expeditionem eunti, dicti Officiarii paribus hebdomatibus, paribus diebus, paribusque sumptibus serviant, sicut & hi qui de Austria serviunt. Tandem si quis spreta æquitate clementer gubernare contempserit, sed quasi Tyrannus in nostros se exerceret, appellandi & adeundi Imperatoris Curiam & prætendendi per hoc privilegium suam coram Principibus Justitiam irrefragabilem habeant licentiam. Præterea adjicimus de nostris, ut qui in feudo suo Ecclesiam construere velit, construat, vel parochiæ suæ aliquid conferre voluerit, conferat. Capellanos nostros & Clericos nostros sessionem nobis proximam in mensa, sicut à patre nostro habuerunt, habere volumus. Et ne per Marsalcum hospitiis suis expellantur interdicimus. Acta hæc sunt Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo octuagesimo sexto indictione quarta, Concurrentium secundo, sexto decimo Calend. Septembr. die Dominica Lunæ vigesima octava, in Monte sancti Georgii apud Anesum Forum, ubi asciti in testimonium sunt, præsentesque fuerunt videntes & audientes, quorum nomina subjunguntur, Cunradus Comes de Peilstein. Sifridus Comes de Morlen. Heinricus & Sigehardus Comites de Schalach, Sigfridus & Otto de Leubenowe, Luipoldus & Heinricus Comites de Pleien, Conradus Comes de Dornbec. Albertus & Adalramus de Chambe, Wernherus de Haganawe, Wernhardus Comes de Schownberch, Engelbertus de Planckenberg, Hadmarus de Kuffarn, Wernherus de Grizboch, Fridericus de Perge, Ekebrechtus de Pereneke, Otto Comes de Chlame, Otto de Lengenbach, Heinricus de Wichselberg, Lyndolt de Gutenberch, Conrad & Rudolph de Chymenberch, Wichard de Carlsberch, Rudolph de Fluze, Eberhard de Erhach, & alii quam plures.

ANNO 1186.

LXII.

Verse le 16 Octobre. *Donatio Dominæ* PISCIS *facta* BONIFACIO *Marchioni* Montis Ferrati *de* Castro Montis Berzarii *& ejus appertinentiis. Actum juxta Domum B. Mariæ de Rocca Medio Octobri 1186. Indictione IV.* [Authentique tiré des Archives Archi-Ducales de Mantoue]

L. H. T. Anno Domini millesimo centesimo octuagesimo sexto in medio Octobris Indictione quarta, Placuit mihi Dominæ Pisci bona voluntate, & non coacte donare, & tradere tibi Domino Bonifatio Marchioni Montisferrati omne jus & rationem quam habeo vel habere visa sum in Castro Montis Berzarii & in tota ejus Curte, & in omnibus ejus pertinentiis, scilicet in Casis, & fæciminibus, & in omnibus hominibus ejusdem Castri, & suæ Curtis, & in omnibus redditibus annualibus ad me pertinentibus, & in omnibus servitiis annualibus hominum quæ ad me pertinere videntur, scilicet in watis, & scarwatis in fodero, & bannis, in albergariis, in rosis & carrigiis, & in annualibus fictis in angariis, & perangariis, in curadia, in Pedagiis, &

ANNO 1186. & in omnino omnibus servitiis, quæ usque nunc sum solita, & visa habere in toto Castro prænominato, & in tota ejus Curte, & iterum dono omne jus, quod habere visa sum ego Domina Piscis in Terris arrabilibus prænominati Castri, & Curtis in Pratis, in gerbis, in nemoribus, in Palcuis, in Viis, in Molendinis, & in locis Molendinorum, in aquis, & in aquarum ductibus, in Fluminibus, in Ripis, & sub Ripis, & in omnibus venationibus Nemorum, sive aquarum, & in omnibus aliis, si quæ inveniuntur servitia prænominatorum mei juris, ut amodo in antea prænominatus Marchio Bonifatius, & vestri hæredes habeatis omne jus, & rationem secundum quod supra memoratur, quod habere visa sum in Monte Berzario, & in toto ejus Curte proprietario nomine, & teneatis, & usufruatis sine omni mea contradictione, & lite, in pace, & quiete, & sine requisitione mea vel alterius submissæ personæ. Et promitto Ego Domina Piscis tibi Marchioni Bonifatio, & tuis hæredibus præfatam Donationem pro posse ab omni homine defendere, & neque per me, neque per submissam personam ullo tempore inquietare, sed semper tacita, & quieta me permanere. Et juravi ego Piscis tactis sacrosanctis Evangeliis omnia superius nominata semper firma tenere.

Facta est hæc Carta Donationis juxta Domum B. Mariæ de Rocca coram Henrico Marchione Incisæ, & Ferrario Valentiæ, & Tarano, & Guiella Villico de Rocca, & Behellchem testibus rogatis.

L. H. T. Ego Scopolus sacri Palatii Notarius hanc Cartam Donationis a Domina Pisce scribere rogatus scripsi, & complevi.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sic ut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ, Notarius ac dicti Archiducalis Mantuæ secretioris Archivii Cancellarius. In quorum fidem hîc me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 12. Septembris 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 13. Septembris 1720.

LXIII.

1188. 7 Juillet. *Pax & Concordia inter* Pisanos *&* Januenses *per Cardinales Apostolicæ Sedis Legatos Arbitrio sententiata, in Lucana Civitate Non. Julii anno Incarnat. Dominicæ* 1188 *Indictione VI.* CUM CLEMENTIS *Papæ III. Confirmatione. Dat. Laterani 2 Idus Decemb.* 1188. [PAOLO TRONCI, Memorie historiche della Città di Pisa. pag. 15. *Sur l'Original qui se garde dans les Archives de la Reformation de Florence.*]

CLEMENS *Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis Consulibus & Populo Pisanæ Diocesis in perpetuum.*

INutiliter inter discordantes compositione sive Sententiæ proferrentur, si ad memoriam posterorum non redigerentur in scriptum, & ad recidivæ contentionis scrupulum evitandum eis omnis disceptandi aditus clauderetur. Ea propter, dilecti in Domino filii, paci vestræ, & tranquillitati inposterum providere volentes, compositionem, quæ inter vos, & dilectos filios nostros Consules, & Populum Januensem, & Civitates vestras, per dilectos filios Petrum tit. S. Ceciliæ Presbiterum & Sofredum S. Mariæ in viâ latâ Diaconum Cardinales Apostolicæ Sedis Legatos, est provide confirmata, sicut in eorum Authentico continetur, & ipsa est à Partibus sine pravitate recepta & juramento firmata, devotioni vestræ duximus confirmandam auctoritate Apostolicâ, statuentes ut futuris temporibus inviolabiliter observetur, quam etiam juxta prædictorum Cardinalium Scriptum authenticum præsenti Paginæ duximus inserendam de verbo ad verbum, cujus tenor talis est, videlicet:

ANNO 1188.

Petrus Dei gratia tit. S. Ceciliæ Presbiter & Sofredus sanctæ Mariæ in viâ latâ Diaconus, Cardinales Apostolicæ Sedis Legati, Universis Dei fidelibus in pace, & dilectione colen. pacis, & dilectionis amorem. Inter cætera, quæ summo Pontifici, ut pote Patri, & Pastori universalis Ecclesiæ, imminent ex officio pastoralis sollicitudinis exequenda, curam ad hoc tenetur gerere specialem, ut materia seditionis & scandali prorsus tollatur de medio, & tranquillitas inter Dei fideles per Christi gratiam, & ejus sollicitudinem confirmetur. Hac igitur consideratione inducti & specialiter habentes ad subventionem Terræ sanctæ respectum, fel. record. B. P. Gregorius primò, & subsequenter eidem substitutus Ven. P. universalis Ecclesiæ Clemens per se, & sibi subditos instantissime laborarunt, ut inter Pisanos & Januenses, quos iniqua & periculosa guerrarum seditio diutius non absque suo, & aliorum discrimine fatigaverat per bonum pacis ad plenum possent, auxiliante Domino reformari; instanter proinde commoniti Consules Pisanorum juraverunt, prout prædicto Domino P. P. Clementi placuit, super omnibus controversiis, quæ inter Januenses & Pisanos vertebant, stare mandatis ejus, quæcumque per se ipsum vel per certos Nuntios aut Literas suas eis imponeret. Et nobiles prudentesque viri Niccolonus & Picchius, Nuncii Januensium Consulum, continuo hoc idem in animam ipsorum Consulum juraverunt. Quo facto gratanter pacis osculum ad invicem sibi dederunt. Dominus P. P. autem de communi consilio suorum Fratrum incontinenti præcepit ipsis Januensibus, ut mille de Civibus suis, quos Pisani eligerent, ut unum hominem in animam totius populi eodem modo facerent pacem juramento firmare. Similiter etiam præcepit ipsis Pisanis, ut mille de Civibus suis quos Januenses eligerent, ut unum hominem in animam totius Populi eodem modo facerent juramento firmare. Quod per Dei gratiam feliciter adimpletum est, super hoc ergo solitam & paternam gerens sollicitudinem Sum. Pont. ad imponendum finem supradictis litibus; & controversiis, nos, licet insufficientes, & immeritos de communi Fratrum consilio specialiter destinavit, certam in nonnullis Articulis formam diffiniendi præfigens. De speciali itaque Apostolicæ Sedis mandato, mercandi, immo fœnerandi detestabile genus, quod Dominicalia consuevistis nomine palliare in Sardinia penitus irritamus, vobis & Januensibus præcipientes sub debito juramenti, ne præteritis hujusmodi contractibus aliquid addatis, ut ulterius de novo tales præsumatis inire. Licentiam, tamen habeatis, ea absque omni dolo, & fraude colligere, quæ vobis è tali mercatione debentur. Præcipimus etiam vobis Pisanis, ne quovis ingenio aliquod impedimentum præstetis, quominus Januenses universa pignora & possessiones, quas in Sardiniâ habent, vel habere debent, & præcipue pignora, Bariolumque Regis Arboreæ quiete, & pacifice teneant, quo usque ipsis de sorte plenaria fuerit satisfactum. Hoc ipsum vobis Januensibus de pignoribus, & possessionibus Pisanorum sub districtu simili præcipimus observandum. Vobis quoque Pisanis districte sub debito juramenti præcipimus, ne aliquod per vos, vel per alios præstetis impedimentum, quominus universi Judices Sardiniæ, & decem de Magnatibus, & potentioribus in uno quoque Judicatu, & interposito Juramento, promittant omnimodam securitatem Januensibus, & universis de eorum districtu in terra & aqua, & ubicumque habent posse, & facultatem, atque licentiam, ut de suis hominibus, quoties Januenses contra ipsos quærimoniam deposuerint, faciant eis justitiæ plenitudinem exhiberi, nec impedimento sitis, quominus prædicti juramenta securitatis in terra & aqua, & in mari, firma & illibata serventur. Vobis etiam tam Januensibus quam Pisanis in commune præcipimus sub debito juramenti, ut liberam vobis ad invicem promittatis habere facultatem atque licentiam per Pelagus quocumque volueritis navigandi, & ad portum quemcumque volueritis applicandi, & exinde mercimonia transvehendi. Præterea vobis Pisanis sub debito juramenti præcipimus, ne Januenses prohibeatis ad Civitatem & alia loca de districtu, & Fortia vestra libere accedere, & apud vos, sicut amicos negotiari. Hoc idem vobis Januensibus

sub

ANNO 1188. sub simili districto erga Pisanos præcipimus observandum, salvis Decretis ab utraque Civitate absque malitiâ factis. De cæteris autem Capitulis id statuentes præcipimus observandum, ut siqua Partium, se in aliquo senserit prægravatam, & voluerit justitiam postulare, illa Pars contra quam fuerit querela deposita, de plano sine omni dolo, & absque ulla malitiosa dilatione & quolibet maligno subterfugio; coram Judicibus, sive Arbitris ab utraque Parte electis, ei Parti, quæ conquesta fuerit, exhibeat justitiæ complementum. Sententias quoque quas prædicti Judices sive Arbitri duxerint promulgandas, præcipimus utrique Parti, ut Consules suos faciant intra quadraginta dies à tempore latæ Sententiæ numerandos fideliter, & sine fraude executioni mandare. Et ut hoc, quod statuimus debitum sortiatur effectum, præcipimus, ut Januenses de Civitate Pisana & Pisani de Civitate Januense ab hodie intra menses duos vel plures, si voluerint, Judices, sive Arbitros eligant, qui interposito juramento promittant, se quod prædiximus de justitia facienda fideliter adimplere. Ut autem, quod in fine ponitur melius memoriæ commendetur, & tam hoc quam supradicta omnia firmius observentur sub debito juramenti vobis Januensibus, & Pisanis districte præcipimus, ut firmam ac perpetuam inter vos de cætero pacem teneatis, & ubique tam in terra quam in mari inconcusse servetis, & in nullo in personis vel rebus studiose vos præsumatis offendere. Hæc autem juramenta pacis per majores Consules Civitatis singulis annis, & per trecentos idoneos viros, quos Pisani de Civitate Januense & alios trecentos, quos Januenses de Civitate Pisana duxerint eligendos, qui tamen pacem istam specialiter non juratam habuerint, & per unum publicum hominem in animam totius Populi præsente & acclamante Populo de sexto in sextum annum præcipimus innovari. Statuimus quoque, ut Consules, sive Rectores, qui pro tempore fuerint in alterutra Civitate prædicta innovationis juramenta exigant, recipiant & faciant sine dolo & fraude præstari. Si vero quod Deus avertat, contra pacem supra firmatam pro commune alterutrius Civitatis contra alteram offendendo fuerit forisfactum, pace in suo robore permanente per Archiepiscopos utriusque Civitatis, & duos viros Juriperitos, quos ipsi Archiepiscopi elegerint sine dolo & fraude & malitiosa dilatione in integrum emendetur offensa. Illi autem Juriperiti, quos Archiepiscopi secum elegerint, statuimus, ut jurent, quod bona fide cum ipsis Archiepiscopis ad reformationem pacis laborabunt, & statuimus, atque præcipimus, ut Consules Civitatum, juxta quod Archiepiscopi ordinaverint fideliter, & bona fide studeant observare, adimplere & executioni mandare. Statuimus etiam ut Consules illorum Mercatorum qui ad diversas Provincias destinantur, jurent quod de querimoniis quæ ad eos deferentur, bona fide justitiam facient & executioni mandabunt, & ad pacem inviolabiliter observandam absque omni fraude studium adhibebunt, & operam efficacem. Hæc omnia supradicta ex parte Domini Papæ & auctoritate, qua de mandato ejus fungimur, in hac parte vobis Consulibus Pisanis & Januensibus, & per vos universitati Civitatum vestratum, quarum vicem de Mandato ipsarum geritis, in hac parte mandamus, atque præcipimus, ut ad bonum & purum intellectum perpetuo & inviolabiliter observetis, ut autem hæc Deffinitio, & Statutum nostrum perpetuam firmitatem & irrevocabile robur obtineat, præsenti Scripto, & sigillorum nostrorum munimine vobis tradimus insignitum. Data & recitata est hæc Sententia in Lucana Civitate in Curia Domini Episcopi Lucensis, præsentibus eodem Domino Guillelmo Episcopo Lucense & Alcherio Vecchii Lucense Potestate & donato de Ricottis, & Locterio Bernardi ejus Consiliariis, & Bonfilio ejusdem Lucanæ Civitatis publico Cancellario, & Forte-guerra, & Rolando Guarmignani, & Jacobo de Cervasiis Juriperitis, & Salamoncello, & Ildebrandino filio Malpilii, & Borcaino Alteminello de Alteminellis Batroso, Guidone Uberti de Tralmo, & Ildebrando de Gottellis Egregiis Lucensibus Consulibus, & Gargosso de Alica, & aliis pluribus Nobilibus Lucanæ Civitatis Concivibus, & multis aliis Lucani Populi, & præsentibus Pisanis Consulibus, videlicet Ugone Alde Vicecomite; Ildebrando Bambone, & Vitale Gattahianca, & Lamberto olim Rainerii Pandulphi, & Philippo olim Vernagalli; & Pipino olim Henrici Friderici, & præsentibus Viris Sapientibus Civitatis Pisanæ; scilicet Bulgherino Vice Comite Ugonis, & Uguccione olim Lamberti Bononis, & Gaetano Burgundi, & Bulso olim Petri Albitonis, & Guillelmo filio Gerardi Seretti, & Ugone olim Bernardi Marignani Judice, & Notario; præsentibus quoque Nicola Ebriaco Januense Consule, & Nuccelone Viro utique sapiente, & Guglielmo Caligopalli Publico Januense Cancellario. Anno autem Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo octuagesimo octavo, Indictione sexta, non. Julii, *Decernimus ergo*, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Constitutionis & prædictorum Fratrum nostrorum Sententiæ paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire; siqua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve Persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contra eam temere venire præsumpserit, secundò, tertiòve commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & à sacratissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divinæ subjaceat ultioni. Cunctis autem prædictam compositionem, & pacem servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

ANNO 1188.

Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, benevalete.

✠ Loco Sigilli. *In rotunditate Sigilli impressum est.*

✠ Domine doce me facere voluntatem tuam.

Et in medio (Sanctus Petrus) (Sanctus Paulus.)

(Clemens PP. III.)

Ego Joannes tit. S. Marci Presbiter Cardinalis subscripsi.

Ego Laborans Presb. Card. S. Mariæ Transtiberim tit. S. Callisti subscr.

Ego Pandulphus Presb. Card. Basilicæ XII. Apostolorum subscr.

Ego Albinus tit. S. Crucis in Jherusalem Presb. Card. subscr.

Ego Alexander Presb. Card. tit. S. Susannæ subscr.

Ego Jacintus S. Mariæ in Cosmedia Diaconus Card. subscr.

Ego Gratianus SS. Cosmæ & Damiani Diaconus Card. subscr.

Ego Ottavianus Sanctorum Sergi & Bacchi Diaconus Card. subscr.

Ego Gregorius Sanctæ Mariæ in Porticu. Diaconus Card. subscr.

Ego Joannes Felix S. Eustachii Diac. Card. juxta Templum Agrippæ subscr.

Ego Joannes S. Theodori Diaconus Card. subscr.

Ego Bernardus Sanctæ Mariæ novæ Diaconus Card. subscr.

Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card. subscr.

Datum Laterani per manum Moysi S. Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi vicem agentis Cancellarii secundo Id. Decemb. Anno M. CLXXXVIII. Pontificatus vero Clementis Papæ III. Anno primo.

Rescriptum Papæ ad Pisanos, *ut Pacem per Legatos ejus arbitrandam suscipiant & observent. Dat. Laterani* 14. *Kal. Junii ann.* 1188. [PAOLO TRONCI Memorie Istoriche della Citta di Pisa. pag. 101. *Sur l'Original qui se garde dans les Archives de la Reformation de Florence.*] 19 Mai.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis Consulibus & Populo Pisano salutem, & Apostolicam benedictionem.

PRo sedandis injuriis, & contentionibus sopiendis, quæ inter vos, & Januenses instigante humani generis inimico, à longis retro temporibus, occasione Sardiniæ pullularunt Dilectos filios nostros P. Ecclesiæ S. Ceciliæ Presbiterum, & S. Marci in via lata Diaconum Cardinalem, Viros utique providos, & discretos, de consilio, & assensu Fratrum nostrorum ad

ANNO 1188. partes illas duximus destinandos. Ut igitur cujuslibet dissensionis scrupulus in hac parte de cætero sopiatur, & nulla possit auctore Domino, materia scandali suboriri, Universitati vestræ sub debito juramenti, quod nobis super hoc præstitistis mandamus, atque præcipimus, quatenus mandata, quæ prædicti Cardinales super omnibus & singulis Capitulis ex parte nostra vobis indixerint, sicut ex ore nostro prolata suscipiatis, & inviolabiliter sine contradictione qualibet observetis; scientes quod Januensibus sub simili districtione hoc idem dedimus in Mandatis.

Dat. Laterani XIV. K. Junii Pontif. nostri anno primo.

LXV.

1189. 21 Mars. *Mandatum* HENRICI VI. *Romanorum Regis pro Episcopis* Mindensi, Paderburnensi, Osnaburgensi, *eorumque Comitibus, Nobilibus, ac Subditis de* Argentifodinâ *in Episcopatu Mindensi repertâ tanquam Regalibus suis, & Imperii non adeundâ. Datum apud Nonnensteine* 12. *Kal. Aprilis Anno* 1189. *Indictione VIII. vel potius VII.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. III. pag. 362.]

HEnricus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus, fidelibus suis Episcopis, Mindensi, Paderburnensi, Osnaburgensi, Comitibus quoque & Nobilibus, & universis hominibus in eisdem Episcopatibus constitutis gratiam suam & omne bonum.

Cum omnis argentifodina ad jura pertineat imperii, & inter regalia nostra sit computata, nulli venit in dubium, quin ea, quæ nuper in Episcopatu Mindensi dicitur inventa, ad nostram totaliter spectet distributionem. Unde in ea nulli hominum quicquam juris recognoscimus, nisi hoc à nostra liberalitate valeat specialiter impetrare. Mandamus igitur omnibus vobis & singulis sub obtentu gratiæ nostræ præcipientes, ut nullus vestrum se de prædicta Argentifodina intromittat, nec aliquid juris sine nostra licentia sibi in ea usurpet. Quod si quis temerario ausu forte attemptaverit, indignationem nostram se noverit incursurum. Puntium autem latorem fidelem Nuntium nostrum ad partes illas transmisimus, ut de eadem Argentifodina ordinet & disponat, prout nobis videtur expedire. Mandamus itaque Dilectioni vestræ attente rogantes, ut ei consilio & auxilio fideliter assistatis, grates affectuosas à Serenitate nostra recepturi. Datum apud Nonnensteine, anno Domini MCLXXXIX. Indictione VIII. XII. Kalend. Aprilis.

Donatio HENRICI VI. *Romanorum Regis Episcopo* Mindensi *facta de duabus partibus* Argentifodinæ *in ipsius Episcopatu repertâ, tertiâ parte sibi reservatâ. Datum apud Nonnensteine* 12. *Calend. Aprilis Anno Domini* 1189. *Indictione VIII. lege VII.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. III. pag. 363.]

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Henricus Sextus, divina favente Clementia Romanorum Rex Augustus. Cum Argentifodina, quæ est in Episcopatu Mindensi constituta, ad jura pertineat Imperii, & inter regalia nostra sit computata: notum fieri volumus universis Imperii fidelibus, præsentibus & futuris, quod nos fideli nostro Episcopo Mindensi & Ecclesiæ suæ, nec non & omnibus successoribus suis, in perpetuum concessimus, & regali auctoritate confirmamus, duas partes ejusdem Argentifodinæ, cum omni fructu, & jure exinde rationabiliter proveniente: tertiam vero partem totius Argentifodinæ & totius fructus sive juris exinde provenientis, sive ex divina, quæ in aliis locis recipi solet, sive ex jurisdictione vel judicio vel alio quocunque modo proveniat, nobis totaliter & integre salvam esse volumus & quietam conservari: Auctoritate regia firmiter præcipientes, ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Nobilis, nulla denique persona humilis vel alta, Secularis vel Ecclesiastica, hujus nostræ Concessionis & Confirmationis paginam audeat violare. Si quis autem hoc temerario ausu attentaverit, in ultionem temeritatis suæ centum libras auri puri componat, medietatem Cameræ nostræ, reliquam vero prædicto Episcopo & Ecclesiæ. Testes hujus rei sunt

Henricus de Nernesen,
Arnoldus de Hornebert,
Hunifredus de Valckensteine,
Henricus de Litt,
Camerarius Waltherus;
Comes de Sano,
Godeboldus Comes Senegaliensis, & alii plures.

ANNO 1189.

Datum apud Nonnensteine, Anno Domini MC LXXXIX. Indictione VIII. XII. Kalend. Aprilis.

LXVI.

Declaratio PHILIPPI *Colonensis Archiepiscopi de Castro* Staheleke *&* Advocatia *in* Bacheraché *a* CUNRADO *Comite Palatino susceptis, ac eodem momento ipsi &* IRMENGARDÆ *ejus Conjugi, in Feudum redditis. Actum Anno Incarnationis* 1189. [MARQ. FREHERI Origines Palatinæ. Part. 1. cap. XI. pag. 110.]

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. PHILIPPUS *divina dispensatione sanctæ Colonensis Ecclesiæ Archiepiscopus, universis Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Scire volumus omnes in Christo renatos, quod Castrum Staheleke & Advocatiam in Bacherache, à manu Domini Palatini Comitis Cunradi, cum aliis quæ illic à nobis in beneficio tenuit, ipso rogante & hæc nobis resignante suscepimus, & in eodem momento ipsi & ejus jugali Dominæ Irmengardæ ejusque filiæ Agneti jure feodali concessimus, accepto ab ipsis Dominabus hominio statuentes, ut dum vixerint hæc pariter possideant: & si unus (ut duo decesserint, quicunque illorum superstes fuerit, sine omni contradictione idem beneficium habeat. Quod quia piis eorum precibus annuentes sic instituimus, nec ab aliquo interitura revocari potuerit, in præsenti Carta conscribi, & hanc impressione Sigilli nostri muniri fecimus. Facta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis* MCLXXXIX. *Indictione* VII. *Clemente III. sanctæ Romanæ Sedis Antistite, regnante Frederico Romano Imperatore, ejusque filio Rege Heinrico, sub testibus his: Johanne Trevirorum Archiepiscopo, Brunone Præposito S. Mariæ in Colonia, ejusque fratre Everhardo Comite de Seine, Diodorico Comite de Widun, & filio Tiderico Clerico, Reginhero Comite de Froisbrecht, Ulrico Comite de Nurberg, & ejus filio; Gerhardo Comite de Are, Gerhardo Comite de Dietha, Bertholdo Comite de Kazenelnbogen, Ludovico Comite de Spanheim, Symundo Comite de Sareburgken, Heinrico Comite de Kessele, Reginboldo de Isenburg, Gerlaco de Couern, Friderico de Erenberg, & ejus filio Friderico, Heinrico de Milewalt, Wernhero de Brunneshorn, Heinrico de Dicke, ejusque filio Alexandro, Hermanno de Walebach, & ejus fratre Friderico, Vymando, Hemethono, Hereberto confratribus de Sigenheim, Frederico de Kirberg, Humberto de Sconenburg, Cunrado de Boparde, Richardo de Duna, Gerhardo Pincerna Episcopi Colonienf. qui dicitur Suar, Hermanno Advocato Pinguensi, Tidorico de Cloteve, Johanne de Daleheim, & aliis quampluribus.*

LXVII.

Pax inter HENRICUM VI. *Romanorum Regem &* HUGONEM *Ducem Divionensem, per quam constituitur, ut ille Dux Imperatori homagium præstet de Comitatu* Albonii *aliisque Terris, & Allodiis in Imperio jacentibus.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. III. pag. 363.] 1190.

HEnricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, dilecto & fideli suo, Hugoni Duci Divionensi, gratiam suam & omne bonum. Discretioni tuæ significamus, & firmiter constare volumus, quod nos Pacem, quæ inter nostram Sublimitatem & tuam Dilectionem ordinata est, secundum eam formam, quæ in præsenti pagina subscripta est, sicut in tuis Litteris continetur, hominium nobis facies, & ligietatem de tota terra Comitatus Albonii, quæ infra Districtum Imperii continetur, quem modo possides, & in posterum possessurus es. Bona quoque fide & sano intellectu, secundum usus & consuetudinem Burgundiæ atque Provinciæ recipies, & à nobis recognosces, Allodium Urrici de Blangeio, & alia etiam Allodia, quæ infra terminos

ANNO 1190. minos Imperii sunt constituta. In hoc etiam voluntati tuæ consentimus, quod filius tuus, ille qui futurus est Dux Divionensis, salva fidelitate Regis Franciæ, nobis hominium faciet de Allodio memorati Urrici de Blangeio, & similiter de allodiis, quæ habet & quæ habebit infra Imperium. Hoc quoque ratum similiter & firmum volumus observare, quod si forte Rex Francorum insultum fecerit Imperio, tu in propria tua persona auxilium nobis præbebis de omni casamento, quod à nobis habeas. Et si nos Regi Franciæ & Regno ejus insultum fecerimus, tu similiter in propria tua persona præstabis auxilium de omni casamento, quod de eo habes. Contra omnem etiam hominem, præter Regem Franciæ, pacem & guerram facies ad mandatum nostrum de universo Comitatu Albonii, salvo jure Ecclesiarum Imperii, &c.

LXVIII.

13 Sept. *Bulla* CLEMENTIS IV. *ad* PHILIPPUM II. *de Regalibus quæ Regi* Francorum *in Regno suo pertinent super Beneficiis Ecclesiasticis. Datum Viterbii Idus Septembris Pontificatus sui anno tertio.* [Preuves de l'Eglise Gallicane. Tom. I. pag. 603.]

CLemens Episcopus Servus Servorum Dei, charissimo in Christo filio Regi Francorum illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius noster G. titulo Sancti Marci Presbyter Cardinalis auctoritate nostra sibi à nobis oraculo vivæ vocis commissa, Præbendam quæ in Remensi Ecclesia per promotionem venerabilis Fratris nostri J. Archiepiscopi Remensis tunc Canonici ejusdem Ecclesiæ olim dignoscitur vacavisse, dilecto filio Magistro Joanni de Villansico Remensi Canonico contulisset: Nos collationem hujusmodi ratam habentes & firmam, eam auctoritate Apostolica duximus confirmandam, certo super hoc per nostras Litteras executore concesso, qui eundem Magistrum in possessionem ipsius Præbendæ auctoritate dictarum Litterarum dicitur induxisse. Verùm quia tu ea ratione, videlicet quod vacantes confers in Ecclesia ipsa Præbendas, à tempore quo eandem Ecclesiam Pastoris regimine contingit destitui, donec substitutus illi Archiepiscopus Regalia recipiat à te; hujusmodi collationem in præjudicium tuum asseris esse factam: Nos qui à cujuscumque de pusillis quantumcumque minimis scandalo abstinere intendimus, te quem pro tuis clarissimis meritis interne complectimur brachio charitatis, super hoc scandalisare nolentes, dilecto filio Dionysio Canonico ejusdem Ecclesiæ damus sub certa forma nostris litteris in mandatis, ut à dicto Magistro Joanne consignationem ipsius Præbendæ Literam auctoritate nostra recipere non omittat. Verum cum eidem Dionysio per alias nostras Litteras injungamus, ut ab eodem Magistro Joanne juxta priorum Litterarum nostrarum tenorem libera ipsius Præbendæ consignatione recepta, eam vacantem postmodum præfato Magistro Joanni auctoritate nostra, per se vel per alium conferat & assignet, ac eum in possessionem illius inducat, & defendat inductum: contradictores, persona tua excepta, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nos quòd per præmissa usui quo in præfata Ecclesia circa collationem Præbendarum ipsarum uteris, præjudicare nolumus, nec etiam intendimus; has Litteras nostras in testimonium Sublimitati Regiæ duximus concedendas. Datum Viterbii Idus Septembris, Pontificatus nostri anno tertio, *sub plumbo*. *Du Tresor Layette* Regale II. *num.* 5.

LXIX.

1191. 12 Janv. *Privilegium* HENRICI VI. *Romanorum Regis* Bononiensibus *concessum de* Monetâ *cudenda. Datum Bononiæ pridie Idus Januarias.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. III. pag. 364.]

NOs Henricus Rex Romanorum, studio Bononiensium incitati jus concedimus pecuniæ signandæ in Urbe Bononiæ, atque Agnellum Prætorem hujus Concessionis munere investimus, ut, prout expedire putaverit Civitati, pecuniam percutiendam curet, modo ne monetæ Imperiali sit aut forma, aut pondere par. Datum Bononiæ, pridie Idus Januarias.

LXX.

ANNO 1191. 13 Feb. *Restitutio* OBIZONIS *Marchionis de* Este *per* HENRICUM VI. *Romanorum Regem in Tenutam* Rodigii, *& ejus Comitatus. Datum Bononiæ Idibus Februarii* 1191. *Indictione octavâ. (ou plûtôt IX.)* [LUD. ANT. MURATORI delle Antichità Estensi part. I. cap. 36. pag. 357.]

HEnricus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus. Decet Regiæ Sublimitatis eminentiam fidelium suorum utilitatibus clementi benignitate providere, eisque secundum æquitatis tramitem jura sua illibata conservare. Notum igitur sit universis Imperii fidelibus tam præsentibus quam futuris, quod nos Consanguineum, & fidelem nostrum Obizonem Marchionem de Este Regia auctoritate restituimus in tenutam Rodigii & ejus Comitatus, & omnium honorum & jurisdictionum ad Rodigium, & ad ipsum Comitatum pertinentium, seu spectantium, & telonei atque Athesis, & Terræ, volentes ut hæc omnia, sicuti antea quam Azolinus captus esset a Veronensibus Marchio, & tota Domus ejus habebat, & tenebat, pro Imperio, sic de cetero habeat & quiete possideat. Statuentes & Regio precipientes Edicto, ut deinceps nec ulla Civitas, nec ullum Commune, nec ulla humilis vel alta Persona prænemoratum Marchionem vel ejus heredes, contra hanc Restitutionis nostræ paginam molestare, seu inquietare præsumat.

Datum Bononiæ Anno Domini MCXCI. Indictione IX. Idibus Februarii.

LXXI.

1192. Septemb. *Donatio per* ILDEFONSUM *Regem Aragonum facta* GASTONI *Vicecomiti Bearnensi, & heredibus illius tam masculis, quam feminis in Comitatum & Terram* Bigorritanam *eâ lege, ut Consanguineam suam, Filiam* BERNARDI *Comitis de Comenge, Neptem* CENTULLI *quondam Comitis Bigorritani in matrimonium ducat, ubi ad nubiles annos pervenerit, aut eâ etiam citius mortuâ, aliam ex eodem genere sibi accipiat. Factum Mense Septembris Anno* 192. [PIERRE DE MARCA Histoire de Bearn. liv. 6. chap. 9. pag. 495. E. Tabulario Barcin. in Reg. Ild. fol. 90.]

NOtum sit cunctis, quod Ego Ildefonsus Dei gratia Rex Aragon. Comes Barcinon. & Marchio Provinciæ, commendo & dono tibi Gaston Nobili Vicecomiti Bearnen. totum Comitatum meum, & Terram de Bigorra simul cum dilecta Consanguinea mea, filia Dilecti nostri Bernardi Nobilis Comitis de Comenge, Nepte Centulli felicis recordationis quondam Comitis Bigorritani quam ducas & habeas in uxorem cum prædicto Comitatu Bigorritano, statim cum ad nubiles annos pervenerit: hoc modo ut prædictum Comitatum & Terram, simul cum omnibus ad eundem Comitatum pertinentibus, villis scilicet, Castellis, munitionibus atque omnium generum possessionibus, cum Militibus etiam, & aliis hominibus a majori usque ad minorem, habeas & teneas per me & successores meos, ad meam meorumque fidelitatem & servitium, tu, *& filii & filiæ*, qui ex te & prædicta consanguinea mea fuerint procreati, & omnes eorum successores perpetuo. Verum si contigerit præfatam Consanguineam præmori, antequam a te nuptialiter ducta fuerit in uxorem, concedo tibi ut possis ducere aliam quæ sit de genere memorati Comitis Centulli, quæ ei ut legitima jure succedere possit & debeat, cum qua similiter habeas prædictum Comitatum, & Terram per me & per successores, sicut prædictum est, ad servitium & fidelitatem meam successorumque meorum, tu, & filii, filiæque tuæ, qui ex te & illa fuerint progeniti, & eorum successores. Sciendum autem sit, quod ita actum est inter me & te, quia si præfata Consanguinea mea, vel illa secunda de qua supradictum est decederet non superstitibus liberis ex te, & altera ipsarum procreatis, vel deficiente quandocunque legitima prole ex te & altera mulierum descendente, prædictus Comitatus & tota Terra illa libere, & absolute, & absque omni impedimento, ad me meosque successores incontinenti pleno jure revertetur. Sed dabo tibi quinquaginta

ANNO 1192. quinque millia ſolidorum Morlanenſium, aut permittam tibi habere omnibus diebus vitæ tuæ prædictum Comitatum & Terram, ſub prædictis conditionibus & pactionibus, ſervata mihi electione ad alterum iſtorum faciendum. Ita quod ſi jam dictam Terram conceſſero tibi, in vita tua habere ad obitum tuum, ipſo jure libere & in pace & abſque omni impedimento ad me meoſque ſucceſſores prædictus Comitatus & Terra revertatur. Quod ſi præfata Conſanguinea cum fuerit nubilis, non duxeris in uxorem, vel forte interim aliam acceperis conjugem, ex tunc totum prædictum Comitatum, & Terram ſimul cum ſæpedicta Conſanguinea mihi, meisque ſucceſſoribus & in noſtram poteſtatem ſine aliquo ingenio & ſine aliqua contradictione & dilatione integre & plenarie reſtitues. Similiter te mortuo non extantibus liberis ex te & ipſa Conſanguinea mea vel ex alia ſecunda ſuperius dicta procreatis, totus prædictus Comitatus & Terra ſimul cum Conſanguinea vel alia ſecunda de qua dictum eſt, ſi uxor tua fuerit, in meam meorumque ſucceſſorum poteſtatem revertatur. Excipio autem de prædicta Donatione, & expreſſim retineo mihi & meis, & proprietati meæ ac ſucceſſorum meorum, *totam Vallem & Terram quæ dicitur Aran* cum omnibus vallibus ſuis, montibus, pronis, inclinis & terminis omnibus ſimul cum ſuis habitantibus & ceteris omnibus ad uſum hominis quoquomodo pertinentibus; cum conſtet *prædictam terram vallis Aran ad ipſum Comitatum nihil omnino pertinere.* Præterea certum ſit & cognitum, quod tu Gaſton Vicecomes Bearnen. & ſucceſſores tui aſtricti mihi meiſque ſucceſſoribus tenemini hominio & juramento corporaliter præſtito ad hæc omnia prædicta ſervanda & complenda in perpetuum. Et tu & ſucceſſores tui dabitis mihi meiſque ſucceſſoribus in perpetuum poteſtatem *Irati & Pacati*, de Lorda, & de omnibus Caſtellis, munitionibus, & fortitudinibus ejuſdem Comitatus & Terræ, quotieſcumque a me vel a Nunciis meis inde requiſiti fueritis. Nec vos inde vetabitis, vel vitabitis videri a me & ſucceſſoribus meis, vel a noſtris Nunciis & miſſis ullo ingenio vel mala arte. Ego itaque Gaſton Vicecomes Bearnenſis prædictus, bono animo & gratuita voluntate convenio & promitto tibi Domino meo ſupradicto Ildefonſo Dei gratia Illuſtri Regi, & omnibus ſucceſſoribus tuis perpetuo, bona fide, & abſque fraude, & malo ingenio, atque ſine omni tuo tuorumque enganno, per me & ſucceſſores meos ſub ominiatico & juramento corporaliter præſtito, hæc omnia ut prædicta ſunt complere & attendere. Sub quo etiam ominiatico & juramento promitto me facturum quod Magnates & Milites prædicti Comitatus & Terræ, & in unaquaque villa centum de majoribus Populi jurent vobis & ſucceſſoribus veſtris fidelitatem de prædicto Comitatu & Terra, & de ſervandis præſcriptis conventionibus & pactionibus. Et promitto etiam per me ac ſucceſſores meos tibi & ſucceſſoribus tuis, quod adjuvemus vos ſemper integra fide & legalitate cum prædicto Comitatu & Terra *contra omnes homines & feminas perpetuo.* Hæc autem omnia quemadmodum ſuperius ſcripta ſunt & ad tuum commodum, Domine Rex, & ſine tuo tuorumque ſucceſſorum enganno, ſano intellectu, intelligenda promitto, & convenio attendere & complere per me & per ſucceſſores meos per ſecula cuncta. Sic Deus me adjuvet & hæc Sacroſancta quatuor Evangelia Dei. Item ego Rex præſcriptus manutenebo te & defendam tanquam *Nobilem Magnatem meum* per bonam fidem. Factum eſt hoc menſe Septembris anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo ſecundo.

LXXII.

1197. 27 Mai. *Impignoratio Comitatus* Meinevelde, *& Villarum* Engelſtad, Hedensheim, *&* Sickenbach, *facta per* HENRICUM *Ducem, & Comitem Palatinum Rheni,* HENRICO, ALBERTO, *&* GODEFRIDO *Comitibus de Spanheim pro* 1300. *Marcis. Actum Stalecka VI. Kalendas Junii* 1197. [Marquardi Freheri Origines Palatinæ part. I. cap. XI. pag. 112.]

HEINRICUS *Dei gratia Dux, & Palatinus Comes Rheni. Omnia facta temporalium temporalem ſequuntur motum, & pereuntibus hominibus ipſorum facta ſimul intereunt. Unde neceſſe eſt, ut quæ ſua natura tendunt ad interitum, litterarum adminiculo ſuſciantur, & ab oblivionis interitu defendantur. Notitiæ igitur tam præſentium quam futurorum præſentis ſcripti teſtimonio transmittimus, quod cum ad implendum peregrinationis noſtræ propoſitum pecunia nobis deeſſet, nos à Comitibus de Spanheim, Heinrico ſcilicet & Alberto, & Godfrido, ſexcentas quinquaginta marcas mutuo accepimus: & pro hac pecunia Comitiam in Meinefelde ex illa parte Moſellæ, ſuper petitione annonæ & denariorum, & aliorum quæſtuum eis in pignore dedimus, ſub hac forma, ut quandocunque nos jam dicta bona redimere voluerimus, libera nobis vel uxori noſtræ, vel pueris noſtris, vel aliis heredibus noſtris redimendi detur facultas. Impignoravimus nihilominus eisdem Comitibus pro eadem pecunia ſub eodem tenore villas quasdam, Engelſtad & Hedenesheim, has duas villas cum Comitia pro DL. marcis, & villam Sirenbach pro C. marcis. Hujus rei teſtes ſunt Præpoſitus Geneno de Revengeresburne, Emicko Irſutus Comes, Wernherus de Bruneshorn, Heinricus de Dicka, Algrandus filius Heinrici, Fridericus de Walbach, Gerlacus de Siebeneich, Diethmarus de Ulngelinge, Henricus de Uttesheim, Godefridus de Sumerſchenberg, Ebirhardus Berre, Walpertus de Binge, Berteramus de Bickenbach, Fridericus de Erenberg, Godfridus de Enkerich, Wilhelmus de Glane, Enericus de Dille, Gerlacus de Bommenkirchen, & alii quamplures liberi & miniſteriales noſtri. Facta ſunt hæc anno Domini* MCXCVII. *Indict.* XV. *Ne autem in poſterum aliqua ſuper hac inpignoratione oriatur dubietas, hac breve recordationis inde conſcribi & ſigillo noſtro inſigniri juſſimus. Datum in Stalecka,* VI. *Kal. Junii.*

ANNO 1197.

LXXIII.

1199. 9 Mars. *Excommunicatio contra* RAYMUNDUM *Comitem Toloſanum ob varia ipſius Crimina, hæreſim, & homicidia, per* INNOCENTIUM III. *Papam pronunciata, qua Subditos ejuſdem unà à ſacramento fidelitatis liberat, ac Terram ipſius à quolibet juſtè occupandam, ac detinendam declarat. Datum Laterani* 7. *Idus Martii Pontificatûs ſui Anno II.* [CATEL, Hiſt. des Comtes de Toloſe liv. 2. pag. 240.]

INNOCENTIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis nobilibus viris Comitibus, Baronibus & univerſis Militibus per Narbonenſem, per Arelatenſem, Ebredunenſem, Aquenſem, & Viennenſem Provincias conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Rem credulam audivimus, & in Communem luctum generalis Eccleſiæ deducendam, quod cum ſanctæ memoriæ F. P. de Caſtronovo Monachus & Sacerdos vir inter viros utique virtuoſus, vitâ, ſcientiâ & famâ præclarus ad evangelizandam pacem & confirmandam fidem, in Provincia Occitana cum aliis deſtinatus in commiſſo ſibi miniſterio laudabiliter profeciſſet, & proficere non ceſſaret, quippe qui plenè in ſchola Chriſti didicerat quod doceret, & cum qui ſecundum doctrinam & fidelem obtinendo Sermonem in ſana poterat exhortari doctrina & contradicentes revincere, paratus omni poſcenti reddere rationem ut poterat vir in fide Catholicus, in Lege peritus, in Sermone facundus, concitavit adverſus ipſum Diabolus, Miniſtrum ſuum Comitem Toloſanum Raimundum qui cum pro multis & magnis exceſſibus quos in Eccleſiam commiſerat, & in Deum, ſæpe cenſuram Eccleſiaſticam incurriſſet, & ſæpe ſicut homo verſipellis & callidus lubricum & inconſtans pœnitudine ſimulatâ fuerat abſolutus, tandem odium continere non prævalens quod ceperat contra ipſum eo quod noverat in ore ejus verbum veritatis, ad faciendam vindictam in Nationibus & increpationes in Populis, ac eo fortius in eodem Comite quo magis pro majoribus erat ipſe facinoribus increpandus, tam eum quam collegam ſuum Apoſtolicæ Sedis Legatos ad villam Sancti Aegidii convocavit, promittens ſuper cunctis quibus impetebatur Capitulis ſatisfactionem plenariam exhibere. Cum autem convenientibus illis in villam prædictam præfatus Comes ſalutaria monita ſibi facta modo velut verax & facilis promitteret ſe facturum, & modo velut fallax, & durus ea prorſus facere recuſaret, volentibus illis demum ab eadem villa recedere mortem eſt publice comminatus, dicens quod quocumque vel per terram divertant vel per aquam vigilanter eorum obſervaret egreſſum: & confeſtim dictis facta compenſans complices ſuos ad exquiſitas inſidias deſtinavit. Cumque

vero

ANNO 1199. vero nec precibus Dilecti filii Abbatis Sancti Aegidii, nec instantia Consulum & Burgensium furoris sui mitigari insania potuisset, ipsi eos invito Comite nimiumque dolente cum armatæ manus præsidio prope ripam Rhodani fluvii deduxerunt, ubi nocte quieverunt instante, quibusdam ejusdem Comitis satellitibus ipsi prorsus ignotis hospitantibus cum eisdem, qui sicut apparuit in effectu sanguinem quærebant eorum. In Crastino itaque manè facto & Missa celebrata de more, cum innocui Christi milites ad transitum se fluminis præpararent, unus de prædictis Satanæ satellitibus lanceam suam vibrans prænominatum Petrum supra Christum Petram immobili firmitate fundatum tantæ proditionis incautum inter costas inferius vulneravit, qui prius ipsum respiciens percussorem & Christi Magistri sui cum Beato Stephano secutus exemplum dixit ad ipsum, Deus tibi dimittat quia ego dimitto, pietatis & patientiæ verbum sæpius repetendo, deinde sic transfixus acerbitatem illati vulneris spe cælestium est oblitus: & instanti suæ pretiosæ mortis articulo cum ministerii sui sociis qui fidem promoverent, & pacem non desinens ordinare post justas orationes in Christo feliciter obdormivit, qui profecto cum ob fidem & pacem quibus nulla est prorsus causa laudabilior ad martyrium sanguinem suum fuderit, claris tam ut credimus miraculis coruscasset nisi hoc illorum incredibilitas impediret, de quorum similibus in Evangelio legitur, *quia ibi Virtutes Jesus non faciebat multas propter incredulitatem eorum*, quia quamquam linguæ non fidelibus sed infidelibus sint in signum, Salvator tamen præsentatus Herodi qui, teste Luca, valde gavisus est visu ipso pro eo quod signum aliquod ab eo fieri sperabat, & facere dedignatus est signum & reddere interroganti responsum, sciens, quia incredibilitas signorum non credulitatis inductio, sed vanitatis illum admiratio delectabat. Licet autem ipsa prava generatio & perversa Provincialium non sit digna ut tam scito sicut forsitan ipsa quærit, de suo sibi martyre signum detur, expedisse tamen credimus ut unus ipse pro ipsa ne tota pereat moreretur, quæ contagio hæreticæ pravitatis infecta per interpellantem occisi sanguinem à suo melius revocatur errore. Hoc est enim vetus sacrificium Jesu Christi, hoc miraculosum ingenium Salvatoris, ut cum in suis esse virtus putatur, tunc vincat potius in eisdem & ea virtute qua ipse Mortem moriendo destruxit à superatis interdum famulis suis superatores eorum faciat superari: nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet, si autem mortuum plurimum fructum affert. Sperantes igitur quod de morte hujus fecundissimi grani sit fructus in Christi Ecclesia proventurus, cum profecto sit dure culpabilis & culpabiliter durus cujus animam ipsius gladius non pertransit, nec umquam penitus desperantes, cum utilitas tanta debeat in sanguine suo esse, quod suæ prædicationis nunciis circa memoratam Provinciam, pro qua ipse in corruptione descendit, ob tanta Deus tribuat incrementa; Venerabiles Fratres nostros Archiepiscopos, eorumque suffragantes monendos duximus attentius & hortandos per Spiritum sanctum in virtute obedientiæ districtæ præcipiendo ut verbum pacis & fidei seminatum ab eo suæ prædicationis irriguis convalescere facientes & ad pugnandam hæreticam pravitatem ac fidem Catholicam confirmandam, ad extirpanda vitia & plantandas virtutes indefesso studio sedulitatis instantes jamdictum Dei famuli occisorem & universos quorum ope vel opere, consilio, vel favore tantum facinus perpetravit, receptatores quoque vel defensores illius ex parte omnipotentis Dei Patris, Filii & Spiritus Sancti, auctoritate quoque B. B. Apostolorum Petri & Pauli, & nostra excommunicatos & anathematisatos per suas Dioceses denuncient universis, & omnia loca prorsus ad quæ ipse vel aliquis ipsorum devenerint præsentibus eis interdicto faciant Ecclesiastico subjacere singulis diebus Dominicis & festivis pulsantibus Campanis & Candelis accensis, donec ad Sedem Apostolicam accedentes per satisfactionem condignam mereantur absolvi, sententiam hujusmodi solemniter innovantes: illi autem qui Orthodoxæ fidei zelo succensi ad vindicandum sanguinem justum qui de terra clamare non cessat ad cælum, donec ad confundendum subversos, & subversores de cælo descendat ad terram Deus ultionum, viriliter se accinxerunt adversus hos pestilentes qui simul in unum pacem & veritatem impugnant, suorum remissionem peccaminum a Deo ejusque Vicario securè promittant indultam: ut eis labor hujusmodi ad operis satisfactionem sufficiat: similiter illis offensis pro quibus cordis contritionem & veram confessionem oris obtulerint vero Deo, hujusmodi si quidem pestilentes Provinciales non tam nostra diripere, sed nos perimere moliuntur, nec solum ad perdendas animas linguas acuunt, verum etiam ad perdenda corpora manus extendunt, proditores animarum effecti & corporum peremptores. Licet autem præfatus Comes pro multis & magnis flagitiis quæ longum esset per omnia enarrare, jamdudum sit anathematis mucrone percussus, quia tamen certis indiciis mortis sancti viri præsumitur esse reus, non solum ex eo quod publice comminatus est ei mortem & insidias paravit eidem, verum etiam ex eo quod occisorem ipsius in multam familiaritatem admisit & magnis donis remuneravit eundem, ut de ceteris præsumptionibus taceamus quæ plenius innotescunt multis; ob hanc quoque causam idem Archiepiscopi & Episcopi publice nuntient anathematizatum eundem. Et cum juxta Sanctorum Patrum Canonicas Sanctiones ei qui fidem Deo non servat fides servanda non sit, à communione fidelium segregato, ut pote qui vitandus est potius quam fovendus, omnes qui dicto Comiti fidelitatis seu societatis, aut fœderis hujusmodi juramento tenentur astricti auctoritate Apostolica denuncient interim absolutos, & cuilibet Catholico viro licere, salvo jure Domino principali, non solum persequi personam ejusdem, verum etiam occupare & detinere terram ipsius, illius præsertim obtentu quod ab hæresi per suam prudentiam fortiter expietur, quæ per illius nequitiam fuit hactenus turpiter sauciata & maculata: quia dignum est, ut manus omnium contra ipsum consurgant, cujus manus extitit contra omnes. Quod si nec sic vexatio dederit intellectum, manus nostras in eo curavimus aggravare; si quo modo vero satisfactionem promiserit exhibere, ipsum pœnitudinis suæ hæc signa præmittere opportebit: Ut de toto suo depellat pravitatis hæreticæ sectatores & se paci satagat conciliare fraternæ, cum principaliter propter culpam quam in utroque noscitur commisisse in eum Ecclesiastica fuerit prolata censura; quamquam si in suas iniquitates Deus voluerit observare, vix posset congruè satisfacere, non tantum modo pro seipso, sed pro alia multitudine quam in laqueum damnationis induxit. Quia vero secundum sententiam Veritatis timendi non sunt qui corpus occidunt, sed ille qui potest mittere corpus & animam in gehennam, confidimus & speramus in eo qui ut a fidelibus suis timorem mortis auferret mortuus die tertia resurrexit, quod præfati hominis Dei mors, Venerabili Fratri nostro Coseranensi Episcopo, & dilecto filio A. Abbati Cistercienſi Apostolicæ Sedis Legatis, aliisque Orthodoxæ fidei sectatoribus, non solum timorem non incutiet, sed amorem accendet ut ejus exemplo qui vitam æternam temporali morte fœliciter est mercatus, animas suas in tam glorioso certamine, si necesse fuerit pro Christo ponere non formident. Unde Archiepiscopis & Episcopis consulendum duximus admovendo preces præceptis, præcepta precibus inculcantes ut Legatorum ipsorum salubribus monitis, & mandatis efficaciter intendentes, tamquam strenuissimi commilitones assistent, idem in omnibus quæ propter hæc ipsis duxerint injungenda; scientes quod sententiam quam ipsi non solum in rebelles, sed etiam in defides promulgaverint, nos ratam haberi præcipimus, & inviolabiliter observari. Eia igitur Christi milites, eia strenui militiæ Christianæ Tyrones, moveat vos generalis Ecclesiæ gemitus, succendat vos ad tantam Dei nostri vindicandam injuriam pius zelus, mementote quia Creator noster nostri non indiguit cum nos fecit, qui quamquam nostro servitio non indigeat, ut quasi per illud minus in agendo fatigetur, & sua omnipotentia minor sit obsequio nostro carens, occasionem tamen in hoc articulo nobis tribuit acceptabiliter serviendi. Cum igitur post interfectionem præfati Justi Ecclesia quæ in partibus illis est absque consolatore in tristitia, & mœrore sedente fides evanuisse, periisse pax, hæretica pestis & hostilis rabies fortius invaluisse dicatur, ac si potenter in ejus novitate procellæ non succurratur eidem penè penitus videbitur navis Ecclesiæ naufragari. Universitatem vestram monemus attentius & propensius exhortamur, ac in tantæ necessitatis articulo in virtute Christi confidenter injungimus, & in remissionem peccaminum indulgemus, quatenus tantis malis occurrere non tardetis & ad pacificandum gentes illas in eo qui est Deus pacis, & dilectionis intendere procuretis & quibuscumque modis revelaverit vobis Deus, hæreticam ibi studeatis perfidiam abolere, Sectatores ipsius eo quam Saracenos securius quo pejores sunt illis in manu forti & extenso bracchio impugnando. Prænominatum etiam Comitem quasi fœdus percussisset cum eadem morte.

ANNO 1199.

ANNO 1199. morte, propria non recogitat, si forte vexatio sibi tribuat intellectum & impleta facies ejus ignominia incipiat inquirere nomen Dei ad satisfaciendum nobis & Ecclesiæ, imo Deo, pondere non definatis inducto super eum oppressionis urgere ipsum & fautores ejusdem de castris Domini depellendo, auferendo terras eorum in quibus relegatis hæreticis habitatores Catholici subrogentur, qui scilicet Orthodoxæ fidei nostræ disciplinam in sanctitate & justitia serviant coram Deo.

Datum Laterani 7. Idus Martii, Pontificatus nostri anno 11.

LXXIV.

1204. *Charta Donationis Comitatus de* Muha, *per Comitem* ALBERTUM *Ecclesiæ Leodiensi libere & absolute factæ. Actum anno Verbi incarnati* 1204. *Indictione VII.* [JOANNIS CHAPEAVILLI Annotationes, in Ægidii Aureæ Vallis Gesta Pontificum Leodiensium ad cap. 99.]

UT ea quæ geruntur in tempore non labantur cum tempore, scripti debent munimine perennari.

Innotescat igitur tam futuris quam præsentibus, quod Comes Albertus de Muha Allodium suum de Muha & de Waleve cum familia & omnibus appenditiis suis pro se & omnibus antecessoribus suis ad honorem Dei, & beatæ Dei Genitricis Mariæ, & beati Lamberti Ecclesiæ Leodiensi contulit libere & absolute, tali interveniente compositione, quod ipse in priori libera & legitima possessione quamdiu vivet jam dictum Allodium possidebit. Post mortem vero ejus, si decedat sine liberis, jure hæreditario, omni alio hærede excepto, ad jam dictam Ecclesiam Leodiensem libere & absolute cum omni integritate pertinebit. Alioquin si filius vel filia superstes fuerit, jure hæreditario supradictum Allodium possidebit hoc modo, quod ab Ecclesia præfata in feudum recipere & ligium homagium facere teneatur. Qui etiam filius scilicet vel filia, si sine liberis subinde decesserit usque in tertiam & quartam generationem & amplius ad prætaxatam Ecclesiam memoratum revertetur Allodium libere & absolute. Actum anno Verbi incarnati 1204. indictione 7.

Sequitur

Compromissum inter Ducem Lotharingiæ, *videlicet* inferioris, *& Episcopum* Leodiensem *mediante Abbate* Altæ Sylvæ, *de certa pecuniâ ex supra scriptâ Donatione Comitatus de Muha debitâ.* [JOANNIS CHAPEAVILLI Annotationes ibidem.]

EGo Henricus Dei misericordia Altæ Sylvæ dictus Abbas omnibus ad quos præsens scriptum, Salutem in salutis auctore.

Noverint universi quod cum inter Episcopum & Ecclesiam Leodiensem ex una parte, & Albertum bonæ memoriæ quondam Comitem de Muha ex altera, quæstio habita esset in vita ipsius super quadam summa pecuniæ, & rebus aliis quas idem Comes requirebat, post mortem ejusdem Comitis Episcopus ex una parte & Dux Lotharingiæ & Theobaldus filius ejus Mamburnus Gertrudis filiæ dicti Comitis ex altera, in nos compromiserunt voluntariè de his omnibus, & nos omnibus istis pacatis ordinavimus inter ipsos quod ipsi sibi invicem, ubi poterunt cum honore, auxilium & consilium facere & ferre de cætero tenebuntur. Et qui in his omnibus fuit eorum consensus, præsentem paginam Sigillo nostro, & Sigillis eorum in testimonium fecimus communiri.

LXXV.

11. Novembre *Juramentum Fidelitatis & Obedientiæ Summo Pontifici* INNOCENTIO III. *à* PETRO *Arragonum Rege, in Coronatione sua præstitum, cum obligatione annui Censûs ducentarum & quinquaginta Macemutinarum, Sedi Apostolicæ solvendarum Actum Romæ apud S. Petrum, tertio Idus Novembris, anno* 1204. [SURITA Indices rerum ab Aragoniæ Regibus gestarum lib. 1. pag. 87.] ANNO 1204.

EGo Petrus Rex Aragonum profiteor, & polliceor quod semper ero fidelis, & obediens Domino Papæ Innocentio: ejusque Catholicis successoribus: & Ecclesiæ Romanæ: Regnumque meum in ipsius obedientia fideliter conservabo: defendens fidem Catholicam & persequens hæreticam pravitatem: libertatem & immunitatem Ecclesiæ custodiam: & earum jura defendam. In omni Terra meæ potestati subjecta pacem & justitiam servare studebo: sic me Deus adjuvet: & hæc sancta Evangelia.

Deinde præfatus Rex cum multo laudis præconio, & favoris applausu coronatus rediit juxta Dominum Papam, ad Basilicam S. Petri: super cujus altare sceptrum, & diadema deposuit: & de manu ejusdem Domini Papæ militarem ensem accepit: Regnumque suum S. Petro Apostolorum Principi obtulit: illudque sibi constituit censuale per Privilegii paginam: quam eidem Domino Papæ tradidit super ipsum altare: cujus tenor est talis.

Cum corde credam, & ore confitear, quod Romanus Pontifex, qui est beati Petri successor, Vicarius sit illius, per quem Reges regnant, & Principes principantur, qui dominatur in Regno hominum, & cui voluerit, donabit illud: Ego Petrus Dei gratia Rex Arragonum, Comes Barcinonensis, & Dominus Montis Pesulani, cupiens principaliter postea beati Petri, & Apostolicæ Sedis protectione muniri, tibi, Reverendissime Pater, & Domine summe Pontifex Innocenti, & per te Sanctæ Romanæ Ecclesiæ offero Regnum meum: illudque tibi, & successoribus tuis in perpetuum divini amoris intuitu, pro remedio animæ meæ, & progenitorum meorum constituo censuale: ut annuatim de camera Regis C. C. L. Macemutinæ Apostolicæ Sedi reddantur: ac ego, sicut & successores mei specialiter ei fideles, & obnoxii teneamur: ac lege perpetua serviendum fore decerno: quia spero firmiter, & confido, quod tu & successores tui me, ac successores meos, & Regnum prædictum auctoritate Apostolica defendetis: præsertim cum ex multo devotionis affectu, me ad Sedem Apostolicam accedente, tuis, quasi beati Petri manibus, in Regem duxeris solemniter coronandum. Ut autem hæc Regalis Concessio inviolabilem obtineat firmitatem, eam de consilio Procerum Curiæ meæ, præsenti venerabili Patre meo Arelatensi Archiepiscopo, & Sanctio Patruo meo, & Hugone de Baucio, & Arnalde de Jociano Baronibus meis Sigilli mei feci munimine roborari. Actum Romæ apud S. Petrum, Anno Dominicæ Incarnationis MCCIV. III. Id. Novembris. Anno Regni mei IIX.

LXXVI.

PHILIPPI II. *Romanorum Regis, Investitura de quibusdam Civitatibus in Episcopatu Vicentino sitis pro* AZONE VI. *Marchione Estensi & ALISIA ejus Uxore nec non eorum Heredibus utriusque sexus nunc primum ab ipso in feudum erectis. Datum apud Argentinam 14. Kal. Julii Anno Incarnat.* 1207. *Indictione X.* [LUD. ANT. MURATORI delle Antichità Estensi. part. 1. cap. 39. pag. 381.] 1207. 18 Juin.

PHilipus secundus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus. Regalis eminentiæ provida circumspectio eos in suis desideriis consueta est diligentius exaudire, per quorum sollicitudinis operam possunt utilitates & commoda Imperii beneficiis poscentibus interdum diligentius promoveri. Qua sane consideratione habita ad omnium Imperii fidelium præsentis ætatis, & posteritatis successuræ notitiam duximus perferendum. Quod nos intuentes finceram fidem ac devotionem, quam erga progenitores nostros semper habuit, & circa nos incessanter gerit dilectus Consanguineus noster Azo Marchio Estensis, animadvertentes quoque obsequia fructuosa, quæ ipse Imperio & nobis imposterum poterit exhibere, regia liberalitate damus, concedimus, & confirmamus sibi, & uxori suæ Dominæ Alisiæ, & eorum heredibus in rectum & perpetuum feudum cum Imperiali & Regali per omnia jurisdictione, villas subnotatas in Episcopatu Vicentino sitas: Prexanam, Coloniam, Baldariam, Simellam & Bagnolum cum silvis, pratis, pascuis, agris, vineis, molendinis, piscationibus, & cum omnibus appen-

ANNO 1207. appendiciis earum, & tenimentis, ſicut prædicta Matrona Aliſia de Theſauro ſuo illas comparavit. Ut deinceps ipſa ,& Maritus ſuus Azo Eſtenſis Marchio, cum plenitudine totius poteſtatis eas habeant, & cum quiete exerceant, & exigant, non ſolum per ſe, ſed etiam per Nuntios ſuos in hiis rationes & jura univerſa. Si vero ſine heredibus maſculis aut feminis ſimul procreatis prædictarum perſonarum alteram premori contingat; decernimus ut ſuperſtes Marchio, aut ejus Uxor Domina Alis, nec non heredes eorum maſculi, ſeu feminæ, ſine omni repulſa, in eadem ſuccedant hereditate, & in prememoratis poſſeſſionibus plenam & omnimodam, ſicut premiſſum eſt, pro voluntate ſua diſponendi habeant facultatem. Et licet Legum ſanxit auctoritas, feminas a civilibus & publicis officiis poſſe removeri, ex certa tamen ſcientia indulgemus. Permittimus quoque, ut deficientibus maſculis, femine, que ex ipſo Marchione, & uxore ſua progenite fuerint, pre aliis mulieribus eo gaudeant honore, & beneficio ut tanquam legitime hæredes in eisdem bonis ſuccedant, & que perſonis feminei ſexus jure regulari denegata ſunt Officia, per ſe & ſuos Vicarios libere poſſint exercere. Statuimus itaque, & Regio Edicto firmiter precipimus, ut nulli perſone humili, vel alte, Eccleſiaſtice, vel ſeculari licitum ſit huic noſtre Conceſſioni, & Confirmationi contradicere, vel ipſam aliquo improbitatis auſu in irritum revocare. Quod qui fecerit, in ultionem temeritatis ſexaginta libras auri puriſſimi componat, dimidium fiſco noſtro, reliquum vero paſſis injuriam. Ad cujus rei evidentem in poſterum notitiam hanc paginam, exinde conſcriptam ſigilli noſtri munimine juſſimus corroborari.

Teſtes hujus rei ſunt Conradus Spirenſis Episcopus, Henricus Argentinus Episcopus, Fridericus Dux Lotharingiæ, Comes Albertus de Tagispurth, Comes Sibertus de Werda, Comes Rodolfus de Hauspurc, Willelmus Viennenſis & Maſticonenſis Comes, Henricus de Kuningiſpere, Henricus de Hiſten, Conradus de Korburt, & fratres ſui, Cono Mintinberc, Fridericus de Schovinbert, Sefridus Mareſcalus de Hagnove & alii quamplures.

Datum apud Argentinam Anno Dominice Incarnationis milleſimo CCVII. XIIII. Kalendas Julii, Indictione Decima.

LXXVII.

1208. 5. Juin *Fœdus inter* Cremonenſes *ex unâ, &* Ferrarienſes *ac Marchionem* AZONEM VI. DE HEST *ex altera parte initum, quo hi ſe obligant* Cremonenſes *defendere, contra quoslibet, & diſtrictus eorum amiſſos recuperare. Actum Mantue 5. Junii Anno ab Incarnat.* 1208. *Indictione XI.* [LUD. ANT. MURATORI *delle Antichità Eſtenſi part.* 1. *cap.* 39. *pag.* 387.]

ANno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducenteſimo octavo, Indictione Undecima, die quinto intrante Junio; in Civitate Mantue. Concordium, & Societas, factum & facta inter Cremonenſes, & Ferrarienſes, & Marchionem Azonem de Heſt cum illis de ſua parte Ferrarie & Commune Ferrarie, tale eſt, videlicèt quod Ferrarienſes, & Marchio Azo de Heſt cum illis de ſua parte Ferrarie, & Commune Ferrarie, debeant guardare, & ſalvare, atque defendere, & manutenere per totam eorum terram & aquam in eorum Episcopatu & diſtrictu, in eundo, ſtando, & redeundo, omnes homines Cremone & Episcopatus ſeu Diſtrictus ejus in avere & perſonis & rebus. Et quod debeant ipſos Cremonenſes adjuvare, & manutenere, & defendere, & recuperare, totam eorum terram & Diſtrictum, ſeu Episcopatum, & totam illam terram, quam tenent, & habent, contra omnem gentem & perſonam ſeu perſonas, & omnem Civitatem, & Civitates, & locum & locos, & ſpecialiter Cremam, & totam Inſulam Fulcheriam, & omnes Terras, que ſint citra Aduam, quas Cremonenſes habuerunt vel tenuerunt aliquo tempore, & que tenentur, vel imbrigantur aliquo modo ab aliqua perſona, loco vel locis, Civitate vel Civitatibus, Cremonenſibus vel Communi eorum. Nec dictos Cremonenſes per ſe vel per alium in eorum terra vel aqua offendent in avere vel in perſonis, & ſemel omni anno ibunt in ſervicio Communis Cremone cum Carozolo, & cum omnibus ſuis Militibus & Peditibus Civitatis & Episcopatus, & cum tota eorum forcia; & his in anno cum omnibus Militibus, & Archatoribus Civitatis & Episcopatus, ſtando in eorum ſervicio omnibus ſuis expenſis & perditis per quindecim dies, poſtquam juncti fuerint ad exercitum Cremonenſium; nec non recedent absque parabola Rectoris, vel Rectorum Cremone, qui per tempora fuerint data in Credentia communiter coadhunata, vel Concione, ſine fraude. Et transactis dictis quindecim diebus, ſi Cremonenſes voluerint expenſas & damna, & perditas reficere rerum, quod teneantur ſtare per alios quindecim dies, nec non recedere absque parabola data, ut dictum eſt. Et hoc facient & attendent, quoties ei petitum fuerit per Rectorem, vel Rectores Cremone vel per Conſules Juſticie, vel per Litteras Sigillo Communis Cremone ſigillatas. Nec fraude evitabunt Ferrarienſes, & Marchio, quin eis peti poſſit. Et poſt petitionem vel amonicionem eis factam movebuntur infra quindecim dies cum Carozolo & cum Militibus & Peditibus Civitatis & Episcopatus, & cum Militibus, & Archatoribus tantum infra decem dies. Et poſtquam moverentur, citius quam poterunt ad exercitum Cremonenſium ibunt; & omnibus inimicis Cremone vetabunt ſtratam ſuccurſum, & omnem negociationem per eorum terram & aquam, & Diſtrictum, quibus Cremonenſes vetuerint, poſtquam a Cremonenſibus denunciatum fuerit, videlicet a Communi Cremone, per ejus Nuncium, vel Litteras infra octo dies; nec ire amplius permittent absque eorum parabola. Item ſi prædicti cum fuerint, in ſervicio Cremone, caperent aliquem, vel aliquot de inimicis Cremone omnes dabunt, & reſignabunt Communi Cremone infra octo dies, poſtquam capti fuerint ſalvo Cambio, ſi de ſuis capti fuerint. Et hæc omnia attendent & obſervabunt bona fide & ſine fraude usque ad annum novum, & ab anno novo usque ad viginti quinque annos completos. Hoc acto, quod omni anno Poteſtas vel Conſul prædictarum Civitatum debeat jurare hæc omnia prædicta attendere & obſervare & in Statutis dictarum Civitatum debeat poni, & quod facient jurare Poteſtatem vel Conſules, qui per tempora erunt, ita attendere & obſervare cum eorum exercitu. Et omnes de eatum Civitate & diſtrictu a quindecim annis ſupra, & a ſeptuaginta infra, facient jurare omnia prædicta attendere & obſervare ad terminum inter Poteſtates locatum; & ſingulis quinquenniis Sacramenta debeant renovari infra unum menſem, poſtquam a Communi Cremone, vel ab ejus Nuncio nunciatum fuerit. Et quod bona fide amplificabunt Societatem dictam cum voluntate Cremone, eo ſalvo, ſi Ferrarienſes, & Marchio, & illi de ſua parte Ferrarie, vellent facere Concordium cum Salinguerra & ſua parte Ferrariæ quod facere poſſint, dum tamen jurent Sacramentum prædicte Societatis Cremone coram Nuncio Communis Cremone, & aliter non poſſint cum eis concordare. Et ſi accideret, quod poſt Concordium Salinguerra, vel ſua pars, ad diſcordiam cum Communi Cremone venirent, vel contra ipſum Commune facerent, quod Ferrarienſes, & Marchio per prædictum Sacramentum teneantur adjuvare Commune Cremone contra ipſum Salinguerram, & ejus partem. Et hæc omnia attendent, ſalvo honore Imperii, & ſalvis Sacramentis factis Communi Verone, & Communi Mutine, & Communi Bononie. Et ſi accideret, quod Mediolanum pro Communi, vel diviſo, per ſe, vel cum alio veniret in Episcopatu ſeu Diſtrictu Brixiæ cum Exercitu quod dicti Ferrarienſes, & Marchio teneantur ſuccurrere Milites Brixiæ, qui facient dictum Sacramentum. Et ſi quid additum, vel mutatum, vel diminutum fuerit a Rectoribus dictarum Civitatum, qui per tempora fuerint, & a Marchione, in Concordia, voluntate, & conſilio ipſarum Civitatum pulſato ad Campanam de addito tenentur, de diminuto ſint abſoluti. Ibique dictus Marchio Poteſtas Ferrarie juravit ad Sancta Dei Evangelia pro Communi Ferrarie attendere, & obſervare, ut in dicta Carta continetur, & quod facient omnes homines Ferrarie jurare ita attendere & obſervare, ut dictum eſt.

ANNO 1208.

Actum fuit coram D. Aſavito Sancti Nazarii Poteſtate Cremone, & D. Iſacco de Dovaria, & de Guberto Multi Denariis, D. Piceno, & D. Poncio Amato, & Comite Narixio, & Comite Bonifacio, Sancti Martini, & Soperto de Forlio, & D. Johanne Bono de Surdo, & D. Johanne Frixono Teſtibus rogatis.

Ego Oldefredus Notarius Sacri Palacii interfui, & hanc Cartam rogatus ſcripſi.

ANNO 1210.

LXXVIII.

20. Janvier. *Investitura per* OTTONEM IV. *Romanorum Imperatorem* AZZONI VI. *Marchioni Estensi in Marchiam* Anchone *concessa. Datum apud Clusinam Civitatem* 13. *Kal. Februarii, Indictione XIII. Anno Incarnat.* 1210. *Regni* 12. *Imperii I.* [LUD. ANT. MURATORI delle Antichità Estensi part. 1. cap. 39. pag. 392.]

IN nomine Sancte & Individue Trinitatis. Ottho Quartus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Imperialis eminentie Celsitudo præclara suorum fidelium servitia præ oculis suæ Majestatis semper habere consuevit. Nobiles quoque viros, & eos, qui pro dilatando Imperialis Corone solio tempore Pacis, & Werre, fideliter, & strenue plurimos labores, & maximas angustias, & expensas toleraverunt, congruis honoribus & amplioribus & amplioris gratiæ beneficiis decorare, ut recompensatis obsequiis ad nostra magis inanimentur obsequia, & alii ad nostros libentius accedant famulatus. Quapropter universorum Imperii nostri fidelium tam præsens ætas, quam succesiva posteritas noverit; quod nos attendentes fidelia & præclara servitia, quæ fidelis & cognatus noster Azzo Marchio Estensis nobis, & Imperio hactenus exhibuit, & in posterum exhibiturum non dubitamus, damus ei atque concedimus totam Marchiam Anchone, sicut Marchio Marquardus habuit, & tenuit eam tempore Serenissimi Antecessoris nostri Henrici Romanorum Imperatoris Divi Augusti, melius, & plus si inveniri potest, sicut Alpes Apenini tenditur inferius, scilicet Civitates, Castella, Villas, fideles, & servitia: videlicet Civitatem Asculi cum toto Comitatu & Episcopatu, Civitatem Firmanam cum toto Comitatu & Episcopatu, Camerinum cum toto Episcopatu & Comitatu, Humanam cum toto Comitatu & Episcopatu, Anchonam cum toto Comitatu, & Episcopatu, Ausemum cum toto Comitatu & Episcopatu, Esium cum toto Comitatu & Episcopatu, Senegalliam cum toto Comitatu & Episcopatu, Fanum cum toto Comitatu & Episcopatu, Pesarum cum toto Comitatu & Episcopatu, Fossambronam cum toto Comitatu & Episcopatu, Callim cum toto Comitatu & Episcopatu, Saffum Ferratum, & Rocham Apenini. Damus etiam prænominato Marchioni aquas, silvas, prata, pascua, campos, vineas, colles, valles fructiferas, & infructiferas, Pedagia, Bandora, Tholonea, placita, portos, albergarias, foderos, fundos, exercitus, cavalcatas, & omnes res, & jurisdictiones ad Imperium pertinentes. Damus itaque prædicto Marchioni atque concedimus plenam potestatem, & licentiam omnium istorum prædictorum tenendi, & possidendi, & quicquid jam dictus Azzo Marchio de supradictis rebus disposuerit, & ordinaverit, apud eminentiam nostram perhenni gaudebit firmitate. Statuimus igitur, & Imperiali Edicto firmiter sancimus, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vice Comes, Capitaneus, nulla Civitas, nullum Commune, nulla denique persona alta, seu humilis, secularis, vel Ecclesiastica, dictum Marchionem contra hanc nostræ Serenitatis Concessionem perturbare audeat, vel molestare. Quod qui facere attemptaverit, in ultionem suæ temeritatis C. libras auri puri, medietatem Camere nostre, & reliquam medietatem injuriam passo solvere cogatur. Ad cujus rei certam imposterum evidentiam præsentem paginam inde conscribi jussimus, & nostræ Majestatis Sigillo communiri. Hujus rei testes sunt Wolferus Aquilegiensis Patriarcha, Gregorius Aretinus Episcopus, Heinricus Mantuanus Episcopus Vicarius Curie, Walfredus Clusinus, Episcopus Salinverra de Ferraria, Ezelinus de Tervisio, Bonus Comes de Montefeltrano, Heinricus de Ravensburc Camerarius, Albertus Strutius Monachus, Passaverra Presbyter, & Ruffinus Judices Curie, & alii quamplures.

Signum Domini Ottonis IV. Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Conradus Episcopus Imperialis Aule Cancellarius Vice Domini Thederici Colonienfis Archiepiscopi Italie Archi-Cancellarii recognovi.

Acta sunt hæc anno Dominice Incarnationis MCCX. Glorioso Domno Othone Romanorum Imperatore imperante, anno Regni ejus XII. Imperii vero primo. Datum per manum Walrerii Protonotarii apud Clusinam Civitatem, mense Januario, XIII. Kalendas Februarii, Indictione XIII.

ANNO 1210.

LXXIX.

1211. 5. Janvier. *Literæ* FERRANDI *Comitis Flandriæ & Hannoniæ quibus fatetur se esse Hominem Ligium* PHILIPPI *Regis Francorum. Actum Vicennis* 5. *Januarii Anno* 1211. [FAVIN Theatre d'honneur & Chevalerie.]

EGo Ferrandus Comes Flandriæ & Hannoniæ notum facio universis, ad quos hæ præsentes Literæ pervenerint, quòd ego sum homo ligius Domini mei Illustrissimi Francorum Regis Philippi contra omnes homines & fœminas qui possunt vivere & mori. Et juravi eidem quòd ego faciam ei bonum servitium, & fidele, neque ab eo deficiam, quamdiu mihi voluerit facere rectum in Curiâ suâ. Si autem de bono & fideli servitio ei deficiam, volo, & concedo, quòd omnes homines mei tam Barones, quàm Milites, & omnes Communiæ, & Communitates Villarum, & Burgorum Terræ meæ contra me sint eidem Domino meo Regi in auxilium, & mihi sint in nocumentum ad posse suum, usque dum sit Domino meo Regi emendarum ad gratum suum. Et volo, & præcipio quod prædicti tam Barones, quàm Milites, & alii hanc Domino meo Regi jurent, & faciant securitatem. Si autem aliquis esset, qui nollet hoc jurare, omne malum, quod possum, faciam ei, nec Pacem, nec Treugam cum illo nunquam habebem, nisi per voluntatem, & beneplacitum Domini mei Regis esset, Quod ut non possit oblivione deleri, & ut prædicta perpetuam obtineant firmitatem, & securitatem præsentes Literas sigilli nostri munimine & testimonio corroborari fecimus. Actum Vincennis Anno Domini millesimo ducentesimo undecimo mense Januarii die quinta.

LXXX.

Juillet. *Homagium Ligium per* ARTURUM *Ducem Britanniæ* PHILIPPO II. *Francorum Regi præstitum de* Feudo Britanniæ, *nec non de* Andegaviâ, Cenomaniâ, Turoniâ, *uti & de Dominio* Pictavienfi, *si illud acquisierint aliquando. Actum apud Gornacum mense Julio Anno* 1211. [D'ARGENTRE, Hist. de Bretagne, liv. 4. chap. 70. pag. 259.]

ARTURUS Dux Britanniæ, Comes Andegaviæ, & Cenomaniæ, universis ad quos præsentes Litteræ pervenerint, salutem. Noveritis quod ego feci charissimo meo Domino PHILIPPO Regi Francorum illustri, HOMMAGIUM LIGIUM contra omnes qui possunt vivere vel mori, de Feudo Britanniæ, & de Andegavia, Cenomania, & Turonia, quando, Deo volente, ipse vel ego prædicta acquisierimus, salvis omnibus tenentiis, de quibus ipse Dominus Rex, & homines sui tenentes erant eo die, quo ipse diffidavit Joannem Regem Angliæ pro interceptionibus quas ei fecerat de hac ultima guerra, de qua ipse obsedit Houtavant, videlicet tali modo quando ego recipiam hommagia de Andegavia, Cenomania, & de Turonia, ego recipiam Hommagia illa salvis Conventionibus inter ipsum & me factis, ita quod si ego resiliierim à Conventionibus inter ipsum & me factis, ipsi cum Feudis suis ibunt ad Dominum Regem, & ipsum juvabunt contra me. Insuper autem de Dominio Pictavensi, feci eidem Domino meo Regi HOMMAGIUM LIGIUM, si Deus dederit, quod ipse, vel ego eum quocunque modo acquisierimus: Barones verò Pictavenses, qui in præsentia Domini Regis sunt, & alii quando ipsi voluerint, facient ei HOMMAGIUM LIGIUM de Terris suis contra omnes, qui possunt vivere vel mori, & de præcepto ipsius facient mihi Hommagium ligium salva fide ejus. Si autem illustris Rex Castellæ in Terra aliquid juris clamaverit, per judicium Curiæ Domini Regis Franciæ diffinietur: si ipse Dominus Rex Franciæ prædictum Regem Castellæ, & me de utriusque nostrum assensu non poterit pacificare. De Normania sic erit, quòd ipse Dominus Rex Franciæ hoc quod acquisivit, & de eis quæ Deus ipse dabit acquirere, ad opus suum retinebit quantum sibi placuerit,

ANNO 1211. rit, & hominibus suis, qui pro ipso Terras suas amiserunt, dabit id quod sibi placuerit, de Terra mea Normaniæ. Actum apud Gornacum, anno Domini M. CCX. mense Julio.

LXXXI.

1212. 1. Decembre. *Ordonnances de* SIMON *Comte de* MONTFORT *Général de la Sainte Eglise contre les* Albigeois, *faites de l'avis de plusieurs Evêques, Barons & autres Sages hommes, pour le Gouvernement de Terres conquises par lui sur les Heretiques, & pour l'entiere extirpation de l'Heresie. A Pamiez le premier jour de Decembre l'an de l'Incarnation de notre Seigneur* 1212. [CATEL Hist. des Comtes de Thoulouse liv. 2. pag. 268.]

AU nom de nostre Seigneur Jesus Christ. Nous acheminons tousjours tous nos Conseils, & tous nos Actes, parce que par luy, nous feusmes constituez, en Siege de Justice non petit, à fin que ce qui est attempté contre Dieu, l'Eglise Romaine & Justice, soit par nostre provision & solicitude, revoqué à la droicte voye, & estant revoqué soit maintenu en fermeté mesmement pour abolir la malice des Heretiques, & extirper celle des predateurs & tous autres malfacteurs. Pour ce nous Simon Comte de Licestre, Sieur de Montfort par la Providance Divine, Viscomte de Besiers & Carcassonne, Sieur d'Alby, & Rhodes: desirant accomplir toutes les choses, susdites, avoir & maintenir la terre en paix & repos, à l'honneur de Dieu & de la Sainte Eglise Romaine, de nostre Seigneur le Roi de France, & à l'utilité de tous nos Subjects, par le Conseil des venerables Seigneurs, sçavoir est les Archevesques de Bourdeaux, Evesques de Tolose, Carcassonne, Agen, Perigueux, Couserans, Commenge, & Bigorre, & des Sages hommes nos Barons & Principaux Vassaux, mettons en toute nostre terre telles generales coustumes, lesquelles commandons estre de tous inviolablement observées, & sont celles qui ensuivent.

Que tous Privileges des Eglises, & maisons de Religion octroyées de droict Canon ou Humain, & leurs Libertés soient de tous & par tout observées & entretenües: deffendons que les Eglises ne soient par les Lays converties en Chasteaux, ou Fortereresses, ne reduittes en servitude; ainsi commandons, que celles qui l'ont esté soient desmolies, ou reservées à la volonté des Evesques, lesquels toutes fois, ne pourront retenir telles Eglises fortifiées en Chasteaux, & Villes des autres Seigneurs.

Item, toutes primities soient sans aucune difficulté rendües aux Eglises, selon que l'on a accoustumé les rendre en ce Païs, & toutes diximes soient payées, comme il est écrit, & commandé par nostre Saint Pere le Pape.

Item, nul Clerc, soit taillé mesmes à cause de l'heritage qu'il a, s'il n'est marchant ou marié, & le semblable soit de la pauvre Vefve.

Item, nulle foire ou marché, soit doresnavant tenu le jour de Dimanche, & s'il s'en treuve aucun qui y ait esté institué, soit remis à autre jour, par la volonté du Seigneur de la terre & du Comte.

Item, quiconque aura prins un Clerc, en crime quel qui soit, ou en autre maniere, ores qu'il n'aye que la simple tonsure, le rende sans delay à l'Evesque, ou à l'Archidiacre, ou à autre par leur mandement, & s'il le retient soit incontinent excommunié, & par le Seigneur superieur constraint le rendre.

Item, chacune maison habitée de la commune terre conquise, soit tenüe payer chacun an trois deniers Melgoriens, à nostre Saint Pere le Pape, & à la Sainte Eglise Romaine en signe & memoire perpetuelle, que par son aide, elle a esté acquise contre les Heretiques, & donnée à tousjours audit Comte & ses Successeurs, & sera le temps pour lever ce devoir, despuis le commancement du Careſme jusques à Palques.

Item, nuls Barons, ou Chevaliers, contraignent les hommes des Eglises, & Maisons de Religion à payer taille, sçavoir est, ceux qu'elles ont par don, ou concession des Roys, Princes, ou autres Seigneurs des terres, ou autre juste maniere jusques à present possedé libres & exempts de toute exaction, envers les Seigneurs & Terres ou Villes desquels s'ils demeurent, & si leur possession, en cest endroit a esté interrompüe par la malice des Heretiques, ou autres mauvais Princes, au moyen de quoy y ait doubte de leur exemption, la verité en soit enquise sans delay, & la preuve soit receüe sans demeure, & s'il est vrayement trouvé que la violence y soit intervenüe, dessors les Seigneurs des Chasteaux & Villes où lesdits hommes habitent, s'abstiennent de toute exaction & taille sur eux. ANNO 1212.

Item, soient constraincts les Paroissiens ès jours des Dimanches & Festes, esquelles on ceſe des œuvres manuelles venir à l'Eglise, y ouyr la Messe entiere & le Sermon, & s'il advient que lesdits jours, le Seigneur, ou la Dame de chacune maison estans en la Ville ou Village, sans empechement de maladie, ou autre cause raisonnable, ne viennent à l'Eglise, ils soient tenus payer six deniers tournois monoye applicable, la moitié au Seigneur desdits Ville, ou Village, & l'autre soit divisée, entre l'Eglise & le Curé.

Item, en tous Villages, lesquels n'y a Eglise, & y a maisons d'Heretiques, la plus propre soit baillée, pour y faire Eglise, & l'autre au Curé, pour habiter, & s'il y a Eglise, & ledit Curé n'aye maison, la plus voisine de ladite Eglise, ayant esté aux Heretiques, soit donnée audit Curé.

Item, quiconque doresnavant, permettra sciemment l'Heretique habiter en sa terre, soit par argent, ou autre cause quelconque, le confessé ou convaincu, pour le seul fait, perdra à tousjours toute sa terre & son corps sera en la puissance de son Seigneur, pour le rançonner à sa volonté.

Item, sera permis à chacun, soit Chevalier ou Roturier, donner de son propre heritage en aumosne, jusques au quint, selon la coustume de France, & usage pres Paris, exceptés toutesfois les Baronies, & Fortereresses, & droit d'autruy, & sauf l'entier service du Seigneur superieur, qui luy demeurera sur les parts appartenans aux Heretiques, par titre de succession.

Item, en office ou redition de Justice, nulle exaction soit faite sur les parties plaidantes par le Juge, soubs pretexte d'aucune coustume, ou occasion de Conseil d'Advocats ou Assesseurs, mais soit la Justice, du tout gratuitement administrée, & l'Advocat distribue par la Cour au pauvre, qui n'en aura.

Item, nul Heretique croyant encore qu'il soit reconcilié à l'Eglise, soit fait Prevost, Bailly, Juge, ou Assesseur en Jugement, ou receu tesmoing, ou Advocat, & le semblable du tout soit du Juif, fors qu'il pourra estre tesmoing contre autre Juif.

Item, nul Heretique vestu ores qu'il soit reconcilié à l'Eglise, ait licence demeurer en la Ville, en laquelle il auroit conversé, durant sa perverse profession, mais puisse habiter hors en tel lieu que le Comte permettra.

Item, tous les Clercs, Religieux Pelerins, & Chevaliers passent par toute nostre terre, francs & exempts de tous peages, s'ils ne sont Marchans.

Item, les Barons de France, & Chevaliers, soient tenus servir le Comte, quant & en tout lieu qu'il aura guerre contre sa personne à cause de cette terre conquise, & celle qui y reste à conquerir, & ce avecque le nombre des Chevaliers, à la charge desquels ledit Comte, leur a donné leursdites terres & revenus, pourveu que lesdits revenus, leur ayent entierement & suffisament esté assignés, selon que leur avoit esté promis: car le Chevalier, auquel l'assignation plainement n'auroit esté faicte, selon la Convention precedente, ne seroit tenu servir de l'entier nombre des Chevaliers promis, mais selon la raison, & quantité de l'assignation faicte, devroit estre determiné le nombre des Chevaliers pour servir, & si ledit Comte, sans necessité de deffendre sa personne, ou ladite terre, ains de sa propre volonté vouloit secourir en guerre aucun, ou aucuns de ses voisins, ou autres, ne seroient ces Chevaliers susdits, tenus en ce cas le suivre, ou servir de leurs personnes, ou par autres, s'ils ne le faisoient d'amour, ou leur bon plaisir.

Item, les Chevaliers François, devans servir au Comte seront tenus le servir avecques Chevaliers François, d'icy à vingt ans, sans que il leur soit loisible, durant iceux, au lieu desdits Chevaliers François, mettre en son service Chevaliers de cette terre, mais les vingt ans passés chacun les servira, avecque tels Chevaliers idoynes, qu'il pourra trouver en ladite terre.

Item, les Chevaliers qui auront congé d'eux en aller

ANNO 1212.

ler en France, n'y devront demeurer, ſans legitime empeſchement, que jusques au terme a eux prefix par ledit Comte, lequel neantmoins, leurs devra attendre, ſauf ſon ſervice jusques à quatre moys, après ledit terme eſcheu, & iceux paſſés luy ſera loiſible, nonobſtant oppoſitions, ou appellations quelconques ſaiſir & mettre leur terre en ſa main, & en diſpoſer en ſa volonté, s'ils ne luy peuvent monſtrer plainement la cauſe inevitable, pour laquelle ils n'ont peu revenir pluſtoſt.

Item, tous Barons, Chevaliers, & autres Seigneurs de la terre dudit Comte ſeront tenus luy rendre ſoit courroucé, ou appaiſé ſans aucun delay ne contradiction, leurs Chaſteaux, & Forteresſes, tenus de luy, toutes fois & quantes qu'il voudra, auſſi ſes affaires parachevées, il les leur devra, comme bon Seigneur, rendre en l'eſtat & valeur qu'ils eſtoient, lors qu'il les aura receus ſans diminution ne dommage.

Item, tous les Barons, & Gens de guerre, Maieurs & moindres appellés ſeront tenus aller à la Bataille de la Compagnie, ou nommer journée, aſſignée pour ſecourir ledit Comte auſſi s'il eſt aſſiegé, ou à ſa retraicte: & ſi aucun Baron, Chevalier, ou autre Seigneur de terre, eſt bien prouvé avoir deffailly, à donner ayde audit Comte, en celle ſupreme neceſſité, s'il ne ſe peut excuſer de cauſe ſuffiſante, la terre qu'il tient dudit Comte ſera en ſa puiſſance & volonté, & les autres Gens de guerre moindres, ſçavoir Bourgeois & Laboureurs des champs ſeront tenus, ez cas ſusdits, s'ils ont eſté ſuffiſamment appellés d'aller de chacune maiſon, deux des meilleurs, ſi tant y en a, & s'il n'y en a qu'un, il y devra aller, & de celuy qui deffaudra, s'il ne ſe peut excuſer de cauſe raiſonnable, les biens, meubles, & immeubles, ſeront par moitié, à la volonté, & puiſſance dudit Comte & du Seigneur, ſoubs lequel il ſera demeurant.

Item, les Barons, Chevaliers, & autres Seigneurs des terres qui doivent ſervice audit Comte, appellés à quinzaine, s'ils ne ſe rendent au lieu aſſigné à l'Armée, pour ledit Comte, ou ne s'y ſoient dedans ladite quinzaine acheminés, le quint des revenus d'un chacun pour un an de la terre qu'ils tiennent dudit Comte ſera pour l'amende en ſa puiſſance & volonté, s'ils ne ſe peuvent excuſer d'exonie ſuffiſant, & s'ils y viennent accompaignés de moindre nombre de Chevaliers, qu'ils doivent, bailleront pour chacun Chevalier, qui deffaudra, double gage, jusques à ce qu'ils ayent le nombre deu des Chevaliers: ſemblable peine ſera aux Barons & Chevaliers, nays de cette terre, s'ils ne rendent audit Comte le ſervice qu'ils lui doivent.

Item, nul Subjet dudit Comte entreprenne en ſa terre, ſans ſon conſentement fortifier de nouveau aucune place, ou redifier Forteresſe desmolie.

Item, les Chevaliers Catholiques nays de cette terre ayant jusques icy perſeveré en la foy, ſoient quittes, en faiſant le ſervice à leurs Seigneurs, ſoit ledit Comte ou autres, tels qu'ils doivent faire à leurs propres Seigneurs de cette dite terre, auparavant que les Crpiſés y vinſſent. Mais ceux qui ont eſté croyans aux Heretiques, ſeront tenus ſervir ledit Comte, & les Barons à leur volonté.

Item, nul Baron, Chevalier, ou autre quelconque Seigneur qui ayt terre en ce Païs par don dudit Comte, pourra exiger, outre la meſure de la taille ſtatuée, & confirmée par les Lettres de leurs Seigneurs, & dudit Comte, ſoit ſoubs nom de taille ou queſte, bonté, ou autre quelconque cauſe, ſauf toutes fois les centz & autres revenus des terres, vignes, maiſons, & autres heritages, & les juſtices, car cette taille, a eſté conſtituée, moderée & arbitrée pour toute autre taille, ſoit queſte ou amande, afin que outre icelle par aucun ne ſoit plus choſe quelconque exigée ou extorquée, & ſi aucun eſt convaincu avoir fait du contraire, & la plainte en ſoit faite, ledit Comte ſera tenu envoyer en la Ville ou au Seigneur d'icelle, à laquelle l'exaction aura eſté faite, & conſtraindre ledit Seigneur à rendre, ou quitter ce qu'il aura exigé ou impoſé outre ſa chartre, laquelle il ſera tenu obſerver.

Item, ſera loiſible à tous hommes taillables, ſe retirer de la ſubjection d'un Seigneur en la Seigneurie de la autre a leur bon plaiſir & ſans aucune contradiction à la charge toutes fois, que ceux qui ſont de condition libre, n'emporteront que leurs meubles, & lairront à leur precedant Seigneur leurs heritages tant tenus d'eux que d'autruy. Et ceux qui ſont de ſerve condition, que l'on appelle propres hommes, lairront leurs meubles & immeubles à leur Seigneur precedant, lequel ne leur pourra plus rien demander en quelque lieu qu'ils ſoient, aptes qu'ils auront demeuré ſoubs autre Seigneur, ſoit pour raiſon des meubles, queſte, ou autre choſe, pourveu qu'ils ne ſe transferent en la domination des Clercs, ou Gens d'Egliſe, qui ne leur ſera loiſible, juſques à ce que de leur conſentement, ayent eſté baillé Lettres auſdits Comtes & Barons.

ANNO 1212.

Item, nul homme ſoit empriſonné, ou pris, retenu, tant qu'il pourra donner ſuffiſants pleiges, d'eſter à droit.

Item, nul Seigneur reçoive pleige, ou autre caution de ſes hommes, qu'ils ne ſe retireront en la domination d'autruy, pour la forme deſſus eſcrite.

Item, les Seigneurs reçoivent de leurs hommes les courvées ſelon l'ancienne couſtume des Terres, Villes, & Villages, & ſelon icelle les nourriſſent.

Item, les Subjets des Princes, & Seigneurs, nays en cette terre, ſont trop grevés de tailles, & exactions, & s'en plaignent audit Comte, il fera aſſembler les Seigneurs & Chevaliers à fin qu'ils gardent meſure competante & raiſonnable, à impoſer & lever leſdites tailles, & ſubſides, & ſi beſoin eſt les y pourra conſtraindre, à fin que leſdits Subjets ne ſoient grevés, par la trop grande malice des Seigneurs.

Item, les hommes des Villes, & Villages ayent leur uſage en bois, eaux, & paſſages, tels qu'ils ont eu depuis trente ans, juſques à preſent & ſi ſur ce ſord aucun different entre le Peuple, & le Seigneur, qui aura la jouïſſance y demeure juſques à ce que la verité ſoit enquiſe par le ſerment des Anciens d'icelle terre ou autrement.

Item, nul Subjet ſoit pris pour le debte de ſon Seigneur, s'il n'eſt pleige, ou debteur.

Item, nul Baron, ou Chevalier, Bourgeois, ou Rural ſoit ſi oſé de gaiger ou prendre par violence les choſes d'autruy, ne celui auquel tort aura eſté fait, ſe venger ſans licence du ſuperieur, auquel ils ayent recours, & faſſent leurs plainctes. Quiconque aura confeſſé, ou ſera convaincu avoir fait le contraire, l'amandera au Seigneur Superieur, s'il eſt Baron, de vingt livres, s'il eſt Chevalier de dix livres, s'il eſt Bourgeois de cent ſols. Et outre rendra par le commandement dudit Seigneur, à celuy auquel il a fait tort, tout ce qu'il aura prins, & luy ſatisfera entierement de ces dommages s'aucuns à eux. Qui ſe ſera vengé de ſon authorité, l'amandera audit Sieur ſon ſuperieur, & davantage payera l'amende de ſoixante ſols, à celuy duquel il s'eſt vengé, luy reſtituera tout ce qu'il luy a prins, & les dommages & intereſts. De ce toutesfois eſt excepté, qu'a chacun eſt loiſible repeller incontinent la force par force.

Item, nuls Barons, Bourgeois, ou Ruraux, ſoient tant oſés de faire en aucune maniere obligeance par foy ou ſerment en aucune conjuration, meſmes ſoubs pretexte de confraire ou autre bien ſi ce n'eſt du conſentement & vouloir dudit Seigneur, & ſi aucuns ſont prouvés avoir ainſi conjuré contre luy, ils ſeront de leurs corps & biens en ſa puiſſance & volonté, ains au dommage de quelques autres, les conjurateurs, qui en ſeront confès ou convaincus, s'ils ſont Barons, chacun l'amandera de dix livrres, ſi ſimples Chevaliers de cent ſols, ſi Bourgeois de ſoixante ſols, ſi Ruraux de vingt ſols: de cette peine ſont exceptés Negotiateurs, & Pelerins qui jurent les uns aux autres garder leurs Compagnies & Societé.

Item, quelconques d'oresnavant ſans le ſceu & vouloir dudit Comte, conduira vivres, ou autres choſes quelconques hommes aux Toloſains, ou autres ſes ennemis, & en ſera confez ou convaincu, perdra pour ce ſeul faict ſon heritage à tousjours, avecques tous ſes autres biens, & ſi ceſt un Sergent ou Baillif qui l'ait faict ſans la volonté & ſceu de ſon Seigneur, il confiſquera tous ſes biens, & ſon corps ſera en la miſericorde dudit Comte, & tous les hommes, & choſes priſes en telle conduite, ſeront à celuy qui les prendra ſans diminution ne reclamation.

Item, quiconques aura pouvoir prendre en la terre dudit Comte, les ennemis de la foy & les ſiens, & ne l'aura fait, s'il en eſt convaincu, ſa terre ſera confiſquée, & ſon corps en la miſericorde dudit Comte: autant ſera de celuy qui les aura veus, n'aura voulu crier contr'eux, & les pourſuivre de bonne foy ſelon la couſtume de ladite terre.

Item, les Boulangers faſſent & vendent le pain ſelon la maniere, meſure, & poix à eux donnés par le Seigneur; s'ils ne l'obſervent, autant de fois qu'ils y con-

ANNO 1212. contre viendront perdront tout le pain, & le semblable soit fait des Taverniers.

Item, les Putains publiques, estans ez Villes, soient mises hors les murs d'icelles: les peages institués par les Princes & autres Seigneurs, depuis vingtquatre ans, soient du tout, & sans aucune dilation ostés.

Item, les possessions tenues à cens, ne soient données ne vendües, avecques diminution de la Seigneurie superieure.

Item, les cens soient rendus & payés aux Seigneurs ausquels ils sont deubs, 'ez termes constitués, & en leurs maisons, & toutesfois & quantes que les debteurs n'auront payé dedans le jour, pour chacun terme passé payeront cinq sols au Seigneur pour l'amande, & s'ils cessent le payement du cens par trois ans continuels, ledit Seigneur pourra sans reclamation du debteur, donner ou vendre l'heritage à autre, s'il le retient en sa main, sera tenu le rendre en luy payant pour chacune année, es termes escheus, comme dit est, la peine de cinq sols.

Item, tant entre les Barons & Chevaliers que Bourgeois, Ruraux les heritiers succederont à leurs heritages, selon la coustume, & usage de France près Paris.

Item, toutes les femmes des traistres, & ennemis dudit Comte, sortiront de sa terre, encores qu'elles soient treuvées Catholiques, à fin qu'aucune suspitation ne tombe sur elles; & neantmoins elles auront leurs terres & revenus de leurs mariagés, en jurant qu'elles n'en feront aucune part à leurs maris, tant qu'ils seront en guerre contre la Chrestienté, & ledit Comte.

Item, nulles vefves qui soient grandes Dames ou heritiers Gentil-femmes ayant Fortereſles & Chasteaux, soient si osées se marier à leur volonté, à hommes de cette terre, sans la licence dudit Comte d'icy à dix ans, pour esviter le peril, qui en pourroit advenir à ladite terre, mais se marient à tels François qu'elles voudront sans congé dudit Comte ne autres, & les dits dix ans passés, à qui bon leur semblera, soit François, ou nay de cette terre.

Donques ces coustumes generales cy-dessus escrites, moy Simon Comte de Licestre, Seigneur de Montfort par la Providance de Dieu, Viscomte de Besiers, Carcassonne, Alby, & Rhodez, ay juré garder de bonne foy & semblablement tous mes Barons ont juré les garder, sauf le mandement & melioration de sainte Eglise, & de nosdits Barons, sauf aussi les conventions & privileges octroyés & confirmés par serment à aucuns lieux, & autres coustumes constituées, non contraires à ces presentes. Fait à Pamies en nostre Palais le premier jour de Decembre, l'an de l'Incarnation de nostre Seigneur mil deux cens.

LXXXII.

1217. *Investitura Marchiæ* Anconitanæ *per* HONORIUM III. *Papam* AZZONI VII. *Anconitano & Estensi Marchioni collata sub censu annuo centum librarum Pruvinienſis monetæ, & centum militum per mensem in campum educendorum.* [LUD. ANT. MURATORI, delle Antichità Estensi. part. 1. cap. 42. pag. 424. ANNO 1217.

HOnorius Episcopus Servus Servorum, Dei dilecto filio Nobili Viro Azoni Anconitano, & Estensi Marchioni, salutem, & Apostolicam benedictionem. Sinceritas devotionis, & fidei quam ad Nos, & Romanam Ecclesiam, claræ memoriæ Azzo Marchio Pater tuus probatus est habere, promeruit, ut ad tuum commodum & honorem efficaciter intendamus, cum per illius discretionis prudentiam, & strenuitatis virtutem eidem Ecclesiæ commoda magna provenerint, & per tuæ quoque probitatis industriam multa sperentur auctore Domino proventura. Ut ergo te ad ejus obsequium fortius astringamus, de Communi fratrum nostrorum consilio Marchiam Anconitanam in rectum tibi feudum concedimus, in quæ istæ sunt Civitates cum Comitatibus sive Diœcesibus suis, Ancona, Asculum, Humana, Firmum, Camerinum, Auximum, Hesis, Senogallia, Fanum, Pensaurum, Callis, & Forum Sempronii. Quæ omnia, sicut prædictum est, cum jurisdictione, districtu, honore, ac Dominatu, & aliis ad nos remporaliter pertinentibus, in rectum tibi feudum concedimus, sub annuo censu centum librarum Pruvinienſis monetæ Sedi Apostolicæ persolvendo. Ita quod quandocumque ac ubicumque, per totum ipsius Ecclesiæ patrimonium a Mari usque ad Mare & a Radicofano usque ad Ceperanum requisitus fueris, nobis cum centum Militibus sumptibus tuis uno integro mense per annum, tempore veniendi, & recedendi minime computato ipsamque Marchiam a Sede dumtaxat Apostolica recognosces cujus juris & proprietatis existit, & de illa contra omnem mortalem facies pacem & guerram ad mandatum ipsius. Nos ergo dilectum filium Nobilem Virum Ottonem Rambertiprocuratorem tuum ad hoc specialiter destinatum pro te de Marchia ipsa solemniter investivimus per vexillum. Ita quod tempore congruo ad nostram accedas presentiam, ligium nobis in manibus nostris facturus hominium, & fidelitatis juramentum personaliter prestiturus. Ne igitur hæc nostra Concessio in dubium revocetur, sed debitam potius obtineat firmitatem, eam per presentis Privilegii paginam confirmamus, statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Concessionis & Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.



Ego Honorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Nicolaus Tusculanus Episcopus.
Ego Peregrinus Albanensis Episcopus.
Ego C.th. Portuensis, & Sanctæ Rufinæ Episcopus.
Ego Leo tit. Sanctæ Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis.
Ego Petrus Sanctæ Pudentianæ tit. Pastoris Presbyter Cardinalis.
Ego Robertus tit. Sancti Stephani in Celio Monte Presbyter Cardinalis.
Ego Stephanus Basilicæ XII. Apostolorum Presbyter Cardinalis.

Ego

* La date manque à cette Piece. Nous suivons l'arrangement de Monſi. *Muratori* en la donnant sous l'an 1217. [DUMONT.]

ANNO 1217. Ego Gregorius tit. Sanctæ Anastasiæ Presbyter Cardinalis.
Ego Thomas tit. Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis.
Ego Guido Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis.
Ego Octavianus Sanctorum Sergii & Bacchi Diaconus Cardinalis.
Ego Gregorius Sancti Theodori Diaconus Cardinalis.
Ego Rainerius S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis.
Ego Romanus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis.
Ego Stephanus Sancti Adriani Diaconus Cardinalis.
Ego Aldobrandinus Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis.
Ego Egidius Sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconus Cardinalis.

LXXXIII.

24. Avril. *Investitura Marchiæ* Guarnerii *per* HONORIUM III. *Papam Marchioni* AZZONI VI. Estensi *concessa. Actum in Palatio Lateranensi in Consistorio* 14. *Aprilis* 1217. *Indictione V.* [LUD. ANT. MURATORI delle Antichità Estensi part. I. cap. 42. pag. 423.]

IN nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo CCXVII. Pontificatus Domini Honorii Papæ Tertii primo, die XIII. intrante Mense Aprilis, Indictione Quinta, in præsentia & testimonio rogatorum testium infrascriptorum, coram Cardinalibus, scilicet Dominis G. Prænestino & P. Albanensi, & C. Portuensi Episcopis, nec non Domino L. tituli sanctæ Crucis, in Hierusalem, Domino P. Sanctæ Potentianæ, Domino S. Basilicæ XII. Apostolorum, Domino R. tit. Sancti Stephani in Celio monte, Domino Thom. tit. Sanctæ Sabinæ, & Domino I. de Columna tit. Sanctæ Praxedis, Presbyteris Cardinalibus, & Domino G. Sancti Nicolai in Carcere, Domino G. Sancti Theodori, Domino S. Sancti Adriani, Domino R. Sancti Angelli, Dom. Ildebrandino Sancti Eustachii, Dom. Egidio Sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconis Cardinalibus: Dominus Honorius Papa Tertius de Consensu & Consilio fratrum suorum prædictorum Cardinalium investivit per Vexillum Beati Petri Oddonem Ramberti de tota Marchia Guarnerii, nomine & vice Marchionis Azzonis Estensis recidentem pro eo procuratorio nomine, sicut investiti fuerunt Pater, & Frater dicti Azzonis per Ecclesiam Romanam, cum omnibus rationibus, & libertatibus, juribus, & honoribus ejusdem Marchiæ, scilicet ad voluntatem dicti Marchionis & Matris suæ Comit.... De spiritualibus ab eadem Marchia perceptis debeat respondere Domino Papæ, & Ecclesiæ Romanæ. De omnibus vero temporalibus fructibus debeat respondere dicto Marchioni & Matri suæ. Et quod dictam Marchiam tenebit & salvabit ad voluntatem dicti Marchionis, & Matris suæ pro Ecclesia Romana. Et cum dictus Marchio ad majorem accesserit ætatem quod ipse in propria persona debeat visitare Curiam Romanam, & jurare fidelitatem Domino Papæ & Ecclesiæ Romanæ pro dicta Marchia. Et hæc omnia attendere & observare dictus Oddo tacto libro corporaliter juravit. Testes Rogati:
Dom. Wilielmus Marchio Montisferrati.
Dom. Salinguerra de Ferraria.
Dom. Johannes Capotius Romanus.
Dom. Paganus de Saviola.
Dom. Saxinellus de Ferraria.
Dom. Ugolinus Sancti Johannis.
Dom. Presbyter de Placentia.
Dom. Guido Lisnelli de Regio.
Dom. Alvizius de Regio.
Petrus Capotius Hostiarius Domini Papæ.
Petrus Nicolaus Sotio suo.
Zapulinus Notarius de Ferraria.
Actum in Palatio Lateranensi in Consistorio feliciter.
Ego Thomas, qui vocor Rizardus, Domini Ottonis Imperatoris Notarius interfui, audivi, & scripsi.

LXXXIV.

ANNO 1218. *Literæ* EUDONIS DE RUPE DERIANI, *quibus Hierosolymam proficiscens* GAUFRIDO *Vicecomiti de* Rohan *terram suam in minori* Britannia *pro sexcentis libris cursualis monetæ pignori tradit, & tam hujus terræ, quàm* Castelli de Rupe *hæredem instruit, si in eâ peregrinatione moriatur, & Filius Avunculi sui pariter decesserit cum conditione, ut alter Fratrum* GAUFRIDI *ducat Filiam ipsius in uxorem. Actum Anno* 1218. [LOBINEAU *Histoire de Bretagne* aux preuves du 3. liv. pag. 160. tiré des Titres de Bon Repos sous num. 15.]

NOverint universi præsentes Litteras inspecturi quod ego Eudo de Rupo Deriani tradidi universam terram meam in minori Britannia sitam Gaufrido Vicecomiti de Rohan super sexcentis libris cursualis monete quas mihi tradidit Jerosolymam proficiscenti exceptis dotalicio & maritagio Vilanæ meæ uxoris, filium quoque & filiam Eudonis de Quemper avunculi mei & Castellum de Rupe dicto Vicecomiti tradidi tali conditione quod ipse Vicecomes ponat in eodem Castello servando quemdam servientem, & dictis filiis fideliter consulat. Si vero me contigerit in peregrinatione decedere & si filius decedat, ad hoc tenetur quod alter fratrum suorum ducat filiam in uxorem. Omnes autem redditus & exitus terræ meæ ad solutionem prædictarum librarum coram locato meo mittentur exceptis expensis quas sepe fatus Vicecomes vel etiam locati fecerint rationabiliter circa negotia mea & terram meam tenendam & servandam. Cum autem de Jerosolymitanis partibus Deo favente rediero, nisi summa librarum prædicta Vicecomiti fuerit integre persoluta, ego super residuo ipso satisfaciam nummis vel pignore competenter priusquam habeam terram meam. Si quid vero ultra solutionem completam dictarum librarum superfuerit, inde mihi Vicecomes dimidium reddens sibi dimidium reliquum retinebit quod volo. Dicta igitur pecunia integre persoluta sepe fatus Vicecomes terram meam & castellum & filios dictos pacifice mihi reddet. Testamentum autem meum prout ipsum composuero tenetur fideliter adimplere. Et ut hoc ratum & firmum permaneat in futurum sigilli mei appposui testimonium & munimen, actum anno gratie MCCXVIII.

LXXXV.

Donatio FREDERICI II. *Romanorum Regis,* LUDOVICO *Duci Bavariæ, Comitique Palatino Rheni facta de Auri & Argenti fodinis omnibus quæ in Terris Patrimonii & Feudi sui reperiuntur. Datum anno Dominicæ Incarnationis* 1219. *Indict. VIII. Regni ejus in Germania VII. ac in Sicilia XXII.* [MARQUAR. FREHERI Origines Palatinæ Part. 2. cap. 17. pag. 81. On trouve aussi cette Piece dans GOLDAST, *Constit. Imper.* Tom. I. pag. 298. sous deux fausses dates; l'une marginale de l'an 1229. l'autre dans la Piece même de l'an 1299.] 1219.

FRIDERICUS *secundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ. Dignum est & consentaneum rationi, ut hii qui ad exaltationem nostram votis fidelibus & servitiis preclaris aspirant, à munificentia nostra ampliora beneficia consequantur. Hac itaque consideratione inducti universis Imperii fidelibus tam presentibus quàm futuris notum facimus, quod nos attendentes sinceram fidem & devotionem, nec non & obsequia, quæ dilectus consanguineus noster Ludovicus Dux Bavarie, Palatinus Comes Reni, majestati nostræ frequenter exhibuit, & in antea poterit exhibere, ex vera scientia & de mera liberalitate nostra donavimus sibi & heredibus suis & in rectum Feudum concessimus, omne genus metalli tam in auro & argento quàm in aliis, quod in terris patrimonii & Feudi sui fuerit repertum, cum omni jure & utilitate exinde perveniente, & quam nos & Im-*

ANNO 1220. *Imperium percipere deberemus. Statuimus igitur & auctoritate regia districtè precipimus, ut nulla unquam persona alta vel humilis, Ecclesiastica vel secularis, contra hanc nostram Concessionem venire presumat; quod qui presumserit, offensam nostram & gravem indignationem incurret, & pro pœna temeritatis suæ centum libras auri componat, quarum medietas Camere nostre, altera verò passis injuriam persolvatur. Ad hanc autem nostræ Donationis & Concessionis memoriam præsens privilegium inde scribi & sigillo magnificentiæ nostræ jussimus communiri. Hujus rei testes sunt Cunradus Ratisponensis Episcopus, Otto Frisingensis Episcopus, Otto Dux Moravie, Palatinus Comes Burgundie, Comes Cunradus de Sosbech, Genehardus Landgravius de Laikenberg, Diepoldus frater ejus, Anshelmus Marescalus de Finstingen, Ramungus de Swabach, Albertus Lupus, Albertus Rindesmul, & alii quam plures. Ego Cunradus Metensis Episcopus & Spirensis, Imperialis Aule Cancellarius, vice Domini Sifridi Moguntinensis Sedis Archiepiscopi & totius Germanie Archicancellarii recognovi. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis* MCCXIX. *Indict.* VIII. *regnante Domino nostro Friderico Dei gratia illustrissimo Romanorum Rege semper Augusto & Rege Sicilie, anno regni ejus in Germania septimo, & in Sicilia vicesimo secundo, feliciter.*

LXXXVI.

17. Avril. *Edictum* FRIDERICI II. *Romanorum Regis ad universos Archiepiscopos aliosque Prælatos, Marchiones, Comites, Capitaneos, Valvasores, Nobiles, Civitates & Populos per totam Italiam constitutos, de Fidelitate ei & Imperio debita, atque juranda in manibus Legati ejus Cæsarei. Datum in Francfort in Curia solemni* 15. *Kalend. Maii anno* 1220. [GOLDASTI Constitut Imp. Tom. 3. in prætermissis pag. 657.]

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Rex, & Siciliæ: Archiepiscopis, Abbatibus, cæterisque Ecclesiarum, Prælatis, Marchionibus, Comitibus, Capitaneis, Valvasoribus, & Nobilibus, Potestatibus, Consulibus seu Rectoribus, & Communitatibus omnium Civitatum, & Oppidorum, simul & Rectoribus, atque Populo, & universis per Lombardiam, Romaniolam, & Tusciam, atque per totam Italiam constitutis, gratiam & bonam voluntatem suam.

1. Post multas Imperii perturbationes, post obitum HENRICI patris nostri Imperatoris, sedatis Teutonicis seditionibus, & pace ubique constituta, cum jam simus accepturi benedictionem Imperialem, ut inde propositum reformandæ pacis, & unitatis, & concordiæ nobis & Imperio admodum necessariæ per Lombardiam, Romaniolam, Tusciam, seu totam Italiam firmiter habeatis, præmittimus ad vos Legatum nostrum à latere Episcopum Spirensem & Metensem Conradum, nostræ Imperialis Aulæ Cancellarium, ut ipse fidelitates, & alia jura à vobis recipiat, & discordiis tollendis nobis viam planam faciat, quatenus adire ad Coronam possimus.

2. Notum facimus vobis, quod huic legalem dedimus potestatem supponendi Civitates, Burgos, Castra, Villas, Marchiones, Comites, Capitaneos, & Valvasores, seu quoslibet universam Italiam, & partes ejus constitutos banno nostro: & extrahendi: faciendi concessiones: pœnas etiam exigendi: conficiendi tabelliones: dandi possessiones, & restituendi: habendi etiam jus animadvertendi in facinorosos: nec non vicibus nostris agendi, prout commodum & honestum erit Imperio: ratum habituri quidquid ille statuerit, decernimus, ne ab eo fiat appellatio. Mandamus etiam, ut ei, tanquam nobis, obtemperetur. Datur in Francfort in Curia solemni, Anno Domini MCCXX. 15. Kalend. Maii.

LXXXVII.

7. Juillet. *Literæ* AGNETIS *Ducissæ* Lotharingiæ *super Infeudatione sibi factâ per Comitem de* Lutzelbourg *de Castello* Sethenaio. *Nonis Julii* 1220. [G. LEIBNITII *Codex Juris Gentium* in Mantissâ part. 2. pag. 195.]

INnotescat præsentibus, etiam posteris, quod Ego *Agnes Ducissa Lotharingiæ recepi in feodo Castellum de Sethenaio cum omnibus appendiciis à Comite de Lutzelbourg, & modo sicut Pater meus Th. bonæ memoriæ quondam Comes Barrensis habuit, à Domino Henrico quondam Comite Namurcensi, & Luxemburgensi*; si autem propter decessum meum, hæc hæreditas ad hæredem meum, qui sit Dux in Lotharingia pervenerit, ipse Dux dictum Castellum cum appendiciis eo modo à Comite de Lutzelburg recipiet, sicut ipse à Comite Campaniæ alia sua feoda recipere consuevit, si verò alter hæres meus, qui non sit Dux vel hæres Ducis, qui Dux non erit, memoratum Castellum in hæreditatem habuit, ille, si credant & voluntas Ducis fuerit, supradictum Castrum cum appendiciis recipiet in feodum à Comite de Luxemburg, & de eo homo suus efficietur. Præterea de omni querimonia, de quâ Ego, & hæredes mei Sethenaium possidebunt, coram prædicto Comite de Luxemburg stare jure voluimus, ipse Comes, si quis inde nos impetere voluerit, mihi & meis potenter teneri [tenebitur] astare & consilium suum impendere & conferre. Hoc autem ut firmum, & stabile permaneat, Sigilli nostri munimine feci roborari. Actum Anno Dominicæ Incarnationis 1220. Nonas Julii. ANNO 1220.

LXXXVIII.

Literæ MATHEI II. *Ducis* Lotharingiæ & *Marchionis, quibus fatetur se à* BLANCA *Comitissa* Trecensi & THEOBALDO *Comite* Campaniæ *Castrum novum & totam Castellaniam prædicti Castri in feudum accepisse. Actum anno ab Incarnatione Domini* 1220. *mense Julio III. Kalend. Augusti.* [GODEFROI, en ses Notes sur *l'Hist. de Charles VI. Roi de France.* In 4. pag. 591. On trouve aussi cette Piece dans MARTENE *Thesaurus novus Anecdotorum* Tom. 1. col. 880.] 30. Juillet.

EGo Matheus Dux Lotharingiæ & Marchio. Notum facio universis præsentibus & futuris, quod novum Castrum in Lotharingia, quod de alodio meo erat, & totam Castellaniam ejusdem Castri, cum omnibus appendiciis quæ de alodio meo erant, recepi in feodum, & homagium de charissima Domina mea Blancha, Comitissâ Trecensi, & de charissimo Domino meo Theobaldo Comite Campaniæ nato ejus, in augmentum feodi quod de ipsis tenebam, & eis juravi bona fide, & sine malo ingenio, quod quandocunque, & quotiescunque fuero requisitus ab ipsis, vel ex parte ipsorum, tradam eis, vel eorum mandato dictum castrum forteritiam videlicet & burgum, ut ibi ponant de suis gentibus ad voluntatem suam. Ipsi autem infra quadraginta dies, postquam de essonio vel de guerra sua liberati erunt, tenentur mihi reddere per juramentum suum Castrum illud ita munitum & in eo puncto in quo eis traditum fuerit bona fide. Preterea faciam milites & homines universos de dicto castro, & tota Castellania jurare super sanctos, quo si ego, quod absit Castrum, illudnollem tradere Comitissæ, vel Comiti, vel ipsorum mandato ipsi milites & homines Castrum illud eis vel eorum mandato traderent, & ipsos bona fide juvarent tanquam Dominos suos. Hæc eadem juramenta, & easdem conventiones tenentur facere & observare ad invicem hæredes prædictorum Comitissæ, & Comitis, qui erunt Comites Campaniæ & hæredes mei, qui novum Castrum tenebunt. Quæ ut nota permaneant & firma teneantur litteris annotata, sigilli mei munimine roboravi. Actum anno ab Incarnatione Domini M. CC. XX. mense Julio, tertio Calend. Augusti.

LXXXIX.

22. Novemb. FRIDERICI II. *Romanorum Imperatoris, Constitutiones quibus Statuta omnia & Consuetudines editæ per Civitates, Potestates, aut Consules contra libertatem Ecclesiæ cassantur; Immunitates Personarum & Locorum Religiosorum confirmantur; Jus hospitii Naufragis Peregrinisque quibuscunque in Imperio asseritur; Gazari verò, Pataveni, Leneniſtæ, Speroniſtæ omnes*

ANNO 1220. *omnesque alii hæretici Banno Imperiali damnantur, cum* HONORII III. *Papæ Approbatione & Confirmatione.* [Corp. Jur. Civil. Tit. Constitution. FRIDERICI II.]

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, Marchionibus, Comitibus, cunctisque Populis, quos Clementiæ nostræ regit Imperium, salutem, & gratiam.

In die *, qua de manu Sacratissimi Patris nostri summi Pontificis recepimus Imperii Diadema. Curavimus ad Dei, & Ecclesiæ suæ honorem edere quasdam Leges, quas in præsenti pagina jussimus annotari, per totum nostrum Imperium publicandas. Per Imperialia vobis scripta, præcipiendo mandamus, quatenùs eas quisque Litteras in suo Districtu irrefragabiliter, & inconcussè servet.

Et sunt hæ Leges.

Ad decus, & honorem Imperii, & laudem Romani Principis nihil omnino magis videtur accedere: quàm ut expurgatis quibusdam erroribus, & iniquis quorumdam statutis penitus destitutis, de cætero Ecclesia Dei plena quiete vigeat, & secura gaudeat libertate. Sanè adeò infidelium quorumdam, & injustorum iniquitas abundavit, ut non dubitent contra Apostolicam Disciplinam, & sacros Canones statuta sua confingere contra Ecclesiasticas Personas, & Ecclesiæ libertatem. Cùm ergo dispositione Divina favente nihil velit Ecclesia (quæ nihil debet præter bonum appetere) quod nobis eodem concursu, & eadem non placeat voluntate.

1. Nos Fridericus, Romanorum Imperator semper Augustus, hac edictali Lege irritamus, & irrita nunciamus omnia statuta, & consuetudines, quæ Civitates, vel Loca, Potestates, Consules, vel quæcumquè aliæ Personæ contra libertatem Ecclesiæ, vel Ecclesiasticas Personas edere, vel servare adversùs Canonicas, vel Imperiales Sanctiones præsumpserint: & ea de capitularibus suis mandamus intra duos menses post hujus publicationem Edicti penitus aboleri: et si de cætero similia attentaverint, ipso jure decernimus esse nulla, & eos sua jurisdictione privatos, superiori protinùs applicanda: nec non locum, ubi deinceps talia præsumpta fuerint, banno mille marcarum præcipimus subjacere: Potestates verò, Consules, Rectores, Statuarii, & Scriptores dictorum Statutorum, nec non & Consiliarii locorum ipsorum, qui secundùm statuta, vel consuetudines memoratas judicaverint sint ex tunc ipso jure infames: quorum sententias, & actus alios illegitimos præcipimus aliquatenus non tenere. Quòd si per annum hujus nostræ Constitutionis inventi fuerint contemptores; bona eorum per totum nostrum Imperium mandamus impunè ab omnibus occupari, salvis nihilominus aliis pœnis contra tales in generali Concilio promulgatis.

2. Item nulla potestas, vel Persona publica, vel privata collectas, sive exactiones, angarias, vel perangarias Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Ecclesiasticis Personis imponere, aut invadere bona Ecclesiastica præsumant: quod si fecerint, & requisiti ab Ecclesia, vel ab Imperio emendare contempserint, triplum refundant: & nihilominus Banno Imperiali subjaceant: quod absquè satisfactione debita nullatenus remittatur.

3. Item quæcumque Communitas, vel Persona per annum in communicatione facta propter libertatem Ecclesiæ perstiterit, ipso jure Imperiali Banno subjaceat: à quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab Ecclesia absolutus fuerit.

4. Item statuimus, ut nullus Ecclesiasticam Personam in Criminali Quæstione, vel Civili trahere ad judicium sæculare præsumat contra Constitutiones Imperiales, & Canonicas Sanctiones. Quòd si fecerit, actor à suo jure cadat, & judicatum non teneat: & Judex sit ex tunc judicandi potestate privatus. Statuimus enim, ut siquis Clericis, vel Personis Ecclesiasticis justitiam denegare præsumpserit tertiò requisitus, suam jurisdictionem amittat.

5. Gazaros, Patarenos, Lenonistas, Speronistas, Arnaldistas, Circumcisos, & omnes Hæreticos utriusque Sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus, atque bannimus: præcipientes, ut bona talium confiscentur, nec ad eos ulteriùs revertantur: ita quòd filii ad successiones eorum pervenire non possint, cùm longè gravius sit æternam, quàm temporalem offendere Majestatem. Qui autem inventi fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum Ecclesiæ, juxta considerationem suspicionis, ac qualitatem personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, tanquàm infames, & banniti ab omnibus habeantur, ita quòd si sic per annum manserint, ex tunc eos sicut Hæreticos condemnamus. ANNO 1220.

6. Statuimus etiam hoc Edicto in perpetuum valituro, ut Potestates, Consules, seu Rectores, quibuscunque fungantur officiis, pro defensione fidei præstent publicè juramentum, quod de terris suæ jurisdictioni subjectis universos Hæreticos ab Ecclesia denotatos bona side pro viribus exterminare studebunt, ita quodammodò quandocunque fuerit quis in potestatem sivè perpetuam, vel temporalem assumptus, hoc teneatur Capitulum juramento firmare: alioquin nec pro Protestatibus: nec pro Consulibus habeantur: & eorum sententias irritas ex tunc decernimus, & inanes.

7. Si vero Dominus temporalis requisitus, & admonitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab Hæretica pravitate: post annum à tempore admonitionis elapsum, terram illius ipsis exponimus Catholicis occupandam: qui eam exterminaris Hæreticis absquè ulla contradictione possideant, & in fidei pietate conservent: salvo jure Domini Principalis: dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod aliud impedimentum opponat: eadem nihilominus Lege servata contra eos, qui non habent Dominos Principales.

8. Credentes præterea, Receptatores, Defensores, & Fautores hæreticorum bannimus, firmiter statuentes, ut si postquàm quilibet talium fuerit ab Ecclesia excommunicatione notatus, satisfacere contempserit intra annum, ex tunc ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendum aliquos ab hujusmodi, neque ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis Successionem accedat. Nullus præterea ei super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si Judex extiterit, ejus Sententia nullam habeat firmitatem: nec causæ aliquæ ad ejus audientiam proferantur. Si fuerit Advocatus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si Tabellio Instrumenta per eum confecta, nullius penitus sint momenti.

9. Navigia quocumque loco pervenerint, si quo casu contingenti rupta fuerint, vel aliter ad terram pervenerint, tam navigia ipsa, quàm navigantium bona illis integra reserventur, ad quos spectabant, antequam navigium illud periculum incurrisset, sublata omnium locorum penitus consuetudine, quæ huic adversatur Sanctioni: nisi talia sint navigia, quæ piraticam exerceant pravitatem, aut sint nobis, vel Christiano nomini inimica. Transgressores verò hujus nostræ Constitutionis, bonorum suorum publicatione mulctentur: & si res exegerit, eorum audacia juxta mandatum nostrum modis aliis compescatur.

10. Omnes Peregrini & Advenæ liberè hospitentur ubi voluerint: & hospitati, si testari voluerint, de rebus suis ordinandi liberam habeant facultatem: Quorum ordinatio inconcussa servetur. Si qui verò intestati decesserint, ad hospitem nihil perveniat, sed bona ipsorum per manus Episcopi loci tradantur hæredibus, si fieri potest: vel in pias causas erogentur. Hospes verò si aliquid de bonis talium contra hanc Constitutionem nostram habuerit, triplum Episcopo restituat, cui visum fuerit assignandum: nonobstante Statuto aliquo, seu Consuetudine, seu Privilegiis, quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra præsumpserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur in quo deliquerint: aliàs prout culpæ qualitas exegerit, puniendi.

11. Agricultores, & circa rusticitatem occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint quacunque parte terrarum: ita ut nullus inveniatur, tam audax, qui personas, vel boves, agrorum instrumenta, aut siquid aliud sit, quod ad operam rusticalem pertinet, invadere, capere, aut violenter auferre præsumat. Siquis autem hujusmodi Statutum ausu temerario violare præsumpserit, in quatruplum ablata restituat, infamiam ipso jure incurrat, Imperiali animadversione nihilominùs puniendus.

Nos verò Honorius Episcopus, Servus Servorum Dei,

* *Frederic II.* fut couronné à Rome le 22 Novembre 1220, & comme c'est la seule date qui paroisse en cette Piece, on a cru devoir s'y arrêter. [DUM.]

ANNO 1220. Dei, has leges à Friderico Romanorum Imperatore Filio noſtro Chriſtiſſimo pro utilitate omnium Chriſtianorum editas laudamus, approbamus, & confirmamus, tanquam in æternam valituras: Et ſi quis auſu temerario, inimico humani generis ſuadente, quocunque modò has infringere tentaverit, indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe noverit incurſurum.

XC.

1221. Mars. *Inveſtitura per* FRIDERICUM II. *Romanorum Imperatorem*, AZZONI VII. *Marchioni Eſtenſi collata, de bonis omnibus Eſtenſibus, de Comitatu* Rodigi, *nec non de* Adria & Adriano *cum adjacentiis & pertinentiis. Dat. apud Brundyſium menſe Martii anno* 1221. *Regni ejus in Germania IX. in Sicilia XXIII. Imperii vero I. Indictione IX.* [LUD. ANT. MURATORI delle Antichità Eſtenſi. part. 1. cap. 42. pag. 426.]

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus Secundus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Imperialem decet clementiam juſtis poſtulationibus ſuorum fidelium benivolum præbere aſſenſum, illorum maxime, quorum fidei puritas, & ſincera devotio, & præclara obſequia nobis & Imperio exhibita plurimum recommendant. Ea propter notum facimus univerſis Imperii fidelibus tam præſentis ætatis quam futuræ poſteritatis, quod nos attendentes multimoda & accepta beneficia, quæ Progenitores dilecti fidelis noſtri Azzonis Marchionis Eſtenſis & Anconenſis Prædeceſſoribus noſtris claræ memoriæ hactenus exhibuerunt fideliter & devote; & illa præſertim ad memoriam reducentes, quæ quondam Azzo Pater Marchionis prædicti, & Aldobrandinus frater ejus ad noſtram Excellentiam fideliſſime habuerunt, ad inſtar Progenitorum noſtrorum, & eorum veſtigia imitando, dictum Marchionem cum omnibus bonis ſuis ſtabilibus & mobilibus ſub Imperii & noſtra protectione ac defenſione ſuſcipimus ſpeciali, & præſentis Scripti Privilegio communimus. Concedentes eidem Marchioni, ſuisque heredibus, & Imperiali auctoritate, ex certa ſcientia, perpetuo confirmantes ea, quæ certis vocabulis inferius duximus nominanda. Videlicet Eſtum, Calaonum, Cerum, Baonum, Soleginum, Villam cum ejus curte, Montagnanam, Meradinam, Urbanam, Merlariam, Villam quæ vocatur Plagenza, Coloniam cum ejus curte, Villam Saleti, Caſalem, & Viguzolum. Inſuper concedimus, donamus, & largimur, & Imperiali auctoritate perpetuo confirmamus prædicto Marchioni & ſuis heredibus Comitatum Rodigi cum omnibus adjacentiis & pertinentiis ſuis in integrum. Ad hæc etiam concedimus, & donamus, & confirmamus eidem Marchioni, ſuisque heredibus integraliter Adriam & Adrianum cum omnibus adjacentiis & pertinentiis eorumdem. Hæc autem omnia de certa ſcientia, & plenaria voluntate concedimus prædicto Marchioni, & heredibus ſuis donamus, & Imperiali auctoritate perpetuo confirmamus cum jurisdictione plenaria, cum omni honore, diſtrictu, & dominatu, & omnibus publicis functionibus cum angariis & perangariis, cum jure mercati, pedagiis, & teloneis tam in aqua quam in terra, cum poteſtate animadvertendi in facinoroſos, cum pratis, ſilvis, paſcuis, venationibus, piſcationibus, molendinis, terris cultis & incultis, aquis, aquimoliis, ſalictis, aquarumque decurſibus, paludibus, & cum omnibus quæ ad integram & plenariam jurisdictionem pertinent, & pertinere videntur, ſicut ea omnia Azzo Pater Marchionis prædicti, & Obizo Marchio Avus prænominati Azzonis olim temporibus noſtrorum Prædeceſſorum Imperatorum vel Regum Divorum Auguſtorum juſte habuiſſe, & tenuiſſe ac poſſediſſe noſcuntur, vel alii nomine eorumdem. Et generaliter omnes Terras, poſſeſſiones, & bona omnia quæ nunc idem Marchio, vel alii nomine ſuo tenent juſte & poſſident ubique concedimus, ipſi Marchioni, & ſuis heredibus in perpetuum, & Imperiali auctoritate concedimus & confirmamus. Statuentes, & Imperiali Edicto firmiter præcipientes, ut de cætero nulla Civitas, nullum Commune, nullus Dux, nullus Comes, Vicecomes, nulla Poteſtas, nulla unquam perſona magna vel parva, Eccleſiaſtica, vel Secularis, hujus noſtri Privilegii paginam audeat infringere, vel ei aliquo temerario auſu contraire, ſed rata permaneant prædicta omnia & perpetuo penitus inconvulſa. Quicumque autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem noſtram ſe noverit graviter incurſurum, & pro ſuæ temeritatis pœna quingentas libras auri optimi compoſiturum, medietatem Cameræ noſtræ reliquam Marchioni prædicto & heredibus ſuis. Ut autem hæc omnia vera credantur, & perpetuam obtineant firmitatem, præſens Privilegium ſcribi, & Sigillo noſtræ Celſitudinis juſſimus inferius communiri, non obſtantibus aliquibus Legibus, Conſuetudinibus, vel Conſtitutionibus alicujus Civitatis, vel Communitatis, quæ contra prædicta facere viderentur.

Hujus rei teſtes fuerunt Ulricus Patavenſis Epiſcopus, Albertus Tridentinus Electus, Diupoldus Marchio de Foburg, Bertoldus, Comes de Monte Sacro, Envardus Comes de Feſteme, Gotifredus Comes de Blandrato, Anſelmus de Juſtingen Mareſcalcus, Conradus de Werde Camerarius, Fridericus de Stopho Pincerna & alii quamplures Nobiles & Barones.

Acta ſunt hæc apud Brandyſium Anno milleſimo ducenteſimo XXI. menſe Martii Indictione VIIII. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ glorioſo. Anno Regni ejus in Germania VIIII. in Sicilia XXIII. Imperii vero ejus anno primo feliciter. Amen.

XCI.

1225. Août. *Carta* HELISSENDIS *Comitiſſæ* Barri *qua ſe vendidiſſe* TH. CAMPANIÆ & Briæ *Comiti totum ſuum dotalitium teſtatur. Actum menſe Auguſto Anno Domini* 1225. [MARTENE *Theſaurus novus Anecdotorum.* tom. 1. col. 934.]

Ex cartario Campaniæ Colbertino. 1225.

EGO, HELISSENDIS Barri-ſuper-Sequanam Comitiſſa, notum facio univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, me vendidiſſe Cariſſimo Domino meo TH. Campaniæ & Briæ Comiti Palatino totum dotalitium meum Comitatus Barri-ſuper-Sequanam, quod ſcilicet dotalitium movet de feodo Comitatus Campaniæ, & omnes conqueſtus meos, quos feci tempore bonæ memoriæ M. Comitis Barri mariti mei, quos habebam & tenebam tempore venditionis, excepto feodo ROBERTI militis de *Fontetes*, & excepto Bardino qui erat in contentione poſt dictam venditionem: de qua quidem contentione prædictus TH. Co-

ANNO 1225. mes, & ego, promisimus in Dominum Hugonem Presbyterum de Barro, & Guillelmum *Putemonoie*, qui bonâ fide, & per juramentum suum secundum veritatem quam inde sciunt, & secundum legitimam inquestam quam inde facient, proferrent dictum suum. In hujus rei gratia, &c.

Actum anno Domini MCCXXV. mense Augusto.

XCII.

1226. Mars. *Literæ* FRIDERICI II. *Romanorum Imperatoris, quibus Donatio terræ Culmensis à* CONRADO *Duce Mazoviæ & Cujaviæ* HERMANNO A SALTZA *Magno Magistro Ordinis Teutonici pro præfato Ordine suo oblata confirmatur, eidemque potestas conceditur, Terram Prussiæ cum omnibus suis pertinentiis & juribus oppugnandi, ipsáque & quæcunque alia per eum acquisita, & acquirenda terra dicto* HERMANNO *ejúsque Successoribus in perpetuum cum omnibus Regalibus confertur. Datum Arimine mense Martio Anno Incarnationis Dominicæ* 1226. *Imperii VI. Regni Hierosolymitani I. Siciliæ verò XXVI. Indictione XIV.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales. Tom. I. pag. 168.]

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. FRIDERICUS II. divina clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem, & Siciliæ Rex.

Ad hoc Deus Imperium nostrum præ Regibus Orbis terræ sublime constituit, & per diversa mundi climata nostræ ditionis terminos amplificavit, ut ad magnificandum in seculis nomen ejus, & fidem in gentibus propagandam, prout ad prædicationem Evangelii sacrum Romanum Imperium præparavit, sollicitudinis nostræ cura versetur, ut non minus ad depressionem, quàm ad conversionem gentium intendamus, illius provisionis gratia indulgente, per quam viri Catholici pro subjugandis Barbaris Nationibus & divino cultui reformandis, instantiam diuturni laboris assumant, & tam res quàm personas indeficienter exponant.

Hinc est igitur, quod præsentis scripti serie notum fieri volumus modernis Imperii, & posteris universis, qualiter Frater Hermannus sacræ domus Hospitalis sanctæ Mariæ Theutonicorum in Hierusalem venerabilis Magister, fidelis noster, devotam sui animi voluntatem attentiùs referando proposuit coram nobis, quod devotus noster CONRADUS Dux Mazoviæ & Cujaviæ promisit, & obtulit ei providere & Fratribus suis de terra, quæ vocatur Culmen, & in alia terra, inter Marchiam suam videlicet & confinia Prutenorum, ita quidem ut laborem assumerent, & insisterent opportunè ad ingrediendum & obtinendum terram Prussiæ, ad honorem & gloriam veri DEI, quam promissionem recepisse distulerat, & Celsitudinem nostram suppliciter implorabat, quod si dignaremur annuere votis suis, ut autoritate nostra fretus inciperet aggredi & prosequi tantum opus, & ut nostra sibi & domui suæ concederet & confirmaret Serenitas, tam terram, quam prædictus Dux donare debebat, quàm totam terram, quæ in partibus Prussiæ per eorum instantiam fuerat acquisita, & insuper Domum suam immunitatibus, libertatibus, & aliis concessionibus, quas de dono terræ Ducis præfati, & de Prussiæ conquisitione petebat, nostræ munificentiæ privilegio muniremus, ipse oblatum donum dicti Ducis reciperet, & ad ingressum & conquisitionem terræ continuis & indefessis laboribus bona Domus exponeret & personas.

Nos igitur attendentes promptam & expositam devotionem ejusdem Magistri, qua pro terra ipsa suæ Domûi acquirenda ferventer in Domino æstuabat, & quod terra ipsa sub Monarchia Imperii est contenta: confidentes quoque de prudentia Magistri ejusdem, quòd homo sit potens opere & sermone, & per suam & suorum Fratrum instantiam potenter incipiet, & conquisitionem terræ viriliter prosequetur, nec desistet inutiliter ab inceptis, quemadmodum plures multis laboribus in eodem negotio frustrà tentatis, cùm viderentur proficere, defecerunt: autoritatem eidem Magistro concessimus, terram Prussiæ cum viribus Domus & totis conatibus invadendi, concedentes & confirmantes eidem Magistro, successoribus ejus, & Domui suæ in perpetuum, tam prædictam terram, quam à præscripto Duce recipiet, ut promisit, & quamcunque aliam dabit, nec non totam terram, quam in partibus Prussiæ conquiret, Domino favente, velut vetus & debitum jus Imperii, in montibus, planicie, fluminibus, nemoribus, & in mari, ut eam liberam ab omni servitio & exactione teneant & immunem, & nulli respondere proinde teneantur. ANNO 1226.

Liceat insuper eis de Concessione nostra per totam terram conquisitionis eorum, sicut acquisita per eos & acquirenda fuerit, ad commoda Domus, passagia, & theolonea ordinare, nundinas & fora statuere, monetam cudere, talliam & alia jura taxare, directuram per terram in fluminibus, & in mari, sicut utile viderint, stabilire; fodinas, mineras auri, argenti, ferri, ac aliorum metallorum, ac salis, quæ fuerint, & invenientur in ipsis terris, possidere perenniter & habere.

Concedimus insuper eis Judices & Rectores creare, qui subjectum sibi populum, tam eos videlicet, qui conversi sunt, quàm omnes alios in sua superstitione degentes, justè regant & dirigant, & excessus maleficiorum animadvertant & puniant, secundum quod ordo exegerit æquitatis. Præterea civiles & criminales causas audiant, & dirimant secundum calculum rationis.

Adjicimus insuper ex gratia nostra, quòd idem Magister, & successores sui, jurisdictionem & potestatem illam habeant & exerceant in terris suis, quam aliquis Princeps Imperii meliùs habere dinoscitur in terra sua, quam habet, ut bonos usus & consuetudines ponant, assisias faciant, & statuta, quibus & fides credentium roboretur, & omnes eorum subditi pace tranquilla gaudeant & utantur.

Cæterum autoritate præsentis Privilegii prohibemus, ut nullus Princeps, Dux, Marchio, Comes, Ministerialis, Scultetus, Advocatus, nullâve persona sublimis vel humilis, Ecclesiastica vel mundana, contra præsentis Concessionis & Confirmationis nostræ paginam audeat aliquid attentare. Quòd qui præsumserit, pœnam mille librarum auri se noverit incursurum, quarum medietas Cameræ nostræ, reliqua passis injuriam persolvetur.

Ad hujus itaque Concessionis & Confirmationis nostræ memoriam, & stabilem firmitatem, præsens Privilegium fieri, & Bulla aurea typario nostræ Majestatis impressa fecimus communiri.

Hujus rei testes sunt

Magdeburgensis, Ravennensis, Turensis, Panormitanus, & Reginus. — Archiepiscopi.

Bononiensis, Ariminensis, Cesanus, Mantuanus, & Tortosanus. — Episcopi.

Saxoniæ, & Spoleti. — Duces.

Marchio de Monte Ferraro, Salingirra de Ferraria, Henricus de Schwartzburg, Guntherus de Keverenburg, Wernherus de Kyburg, Albertus de Habspurg, Ludovicus & Hermannus de Froburg, & Thomasius de Acerris. — Comites.

Albertus de Arnstein. Gotfridus de Hohenloe. Rucardus Marscalcus, & Ricardus Camerarius Imperialis Aulæ, & alii quàm plures.

Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis millesimo, ducentesimo, vicesimo sexto, mense Martii, decima quarta Indictione, imperante Domino FRIDERICO Dei gratia Serenissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Hierusalem & Siciliæ Rege, Romani Imperii ejus Anno sexto, Regni Hierosolymitani primo, Regni verò Siciliæ vigesimo sexto, fœliciter, Amen. Datum Ariminæ, Anno, mense & Indictione præscriptis.

ANNO 1226.

XCIII.

Octobre. *Literæ* LUDOVICI VIII. *Francorum Regis quibus* NUNNONI SANCIO *Comiti Roſſilionis & heredibus ſuis concedit Vicecomitatum Fenoleti, & Petræpertuſæ in Feudum ligium & perpetuum, ſub certis conditionibus. Actum in Caſtris juxta Bellumpodium, menſe Octob. anno Incarnationis* 1226. [PETRI DE MARCA, *Marca Hiſpanica.* in Appendice Col. 1411. Ex Authentico Bibliothecæ Colbertinæ]

LUdovicus Dei gratia Francorum Rex. Noverint univerſi præſentes pariter & futuri quòd nos donamus & concedimus dilecto & fideli noſtro Nunnoni Sancii Comiti Roſſilionis, Confluentis, Valleſpirii, & Carritaniæ & heredibus ſuis in perpetuum Vicecomitatum Fenoleti & Petræpertuſæ cum pertinentiis & juribus eorundem. Et ipſe Comes Nuno fecit nobis de hiis homagium ligium contra omnes homines & feminas qui poſſunt vivere & mori; & ipſe & heredes ſui ſimiliter facere tenentur heredibus noſtris, ſalva fidelitate Regis Aragonum. Ita tamen quòd ſi aliquo tempore, quod abſit, guerra inter nos & dictum Regem Aragonum moveretur, ipſe Nuno vel heredes ſui non juvarent dictum Regem Aragonum contra nos vel hæredes noſtros, de eo quod tenent de nobis, ſed totum illud nobis vel heredibus noſtris durante guerra redderent, & illud tencremus quouſque guerra finiretur; qua finita, totum illud ad ipſum vel heredes ſuos ſine contradictione aliqua revertetur. Quod ut perpetuæ ſtabilitatis robur obtineat, præſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate præcepimus confirmari. Actum in caſtris juxta Bellumpodium anno Dominicæ Incarnationis M. ducenteſimo viceſimo ſexto, menſe Octobris.

Literæ LUDOVICI IX. *Francorum Regis de eâdem re. Actum apud Meledunum menſe Julio Anno Domini* 1228. [PETRI DE MARCA, *Marca Hiſpanica* in Appendice. col. 1411.] Ex authentico ejuſdem Bibliothecæ.

LUdovicus Dei gratia Francorum Rex univerſis ad quos Litteræ præſentes pervenerint ſalutem. Noveritis quòd nos dilectum & fidelem noſtrum Nunonem Comitem Roſſilionis in hominem noſtrum ligium recipimus de terra illa quam claræ memoriæ Ludovicus genitor noſter quondam Rex Francorum illuſtris dedit eidem. Conceſſimus etiam prædicto Comiti, ut dictam terram teneat & poſſideat ſicut in Carta ejuſdem genitoris noſtri ſuper hoc confecta, quam idem Comes habet, plenius continetur. Actum apud Meledunum anno Domini MCCXXVIII., menſe Julio.

XCIV.

1227. *Edictum* FRIDERICI II. *Romanorum Imperatoris contra* GREGORIUM IX. *Papam & Cardinales jus ſibi in Imperatorem, & Imperium uſurpantes, quo ſimul præfatum Papam ſeriò monet, ut revertentem ad gremium Matris Eccleſiæ benignè recipiat Filium ſingularem, præſertim cum petat inſtanter veniam absque culpâ.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales. tom. 3. pag. 372.]

FRIDERICUS IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS REGIBUS ET PRINCIPIBUS MUNDI. *Collegerunt Pontifices & Phariſæi conſilium in unum adverſus* Principem & Romanorum Imperatorem. *Quid faciamus*, inquiunt, *quia hic homo* de hoſtibus ſic triumphat? *ſi ſic eum dimittimus, omnem ſibi* ſubjiciet gloriam Lombardorum, & more Cæſareo veniens non tardabit, ut poſſe nobis *& locum auferat, & deſtruat gentem noſtram.* Vineam autem Domini Sabaoth aliis locabit agricolis, & nos absque judicio judicabit, & male perdet. Obſtemus ergo principiis, ne forte ſcintilla tenuis in flammam tranſeat deſtructivam, & morbus quidem fiſtulare incipiens, non abſciſus uſquequo perveniat in medullas. Sæpe enim vix fumus ignis extinguitur, & morbo Chronico ſalubris ſerò parabitur medicina. Nullos igitur hujusmodi ſermones Principis attendentes, percutiamus acriter (ajebant) ipſum lingua, nec ſagitta noſtra plus lateat, ſed procedat: ſic procedat, ut feriat; ſic feriat, ut lædat; ſic lædatur, quod jaceat; ſic proſternatur, ut amplius non reſurgat; & tunc clare videbitur, ſi ſua ſomnia proſint illi.

ANNO 1227.

2. Super cathedra Moyſi ſedentes hoc tempore Phariſæi ſic moti ſunt contra Romanorum Principem oberrantes, quod actores malitiæ facti, ſimul & Judices, aperte judicium perverterunt. Tandem illos ſui cordis malitia ſic intus & extra penitus obcæcavit, quod una prorſus errante clavium poteſtate inſontem & juſtum Principem ligaverunt. Sed audite mirabilem tam glorioſi Principis ligaturam. Iſte Pater Patrum, qui dicitur *Servus ſervorum Dei*, omni prorſus excluſa juſtitia, factus eſt aſpis ſurda, non admittens Romani Principis allegata; & velut lapis qui de funda jacitur, ſic emiſit ſubito verbum malum; ac velut omnino reſpuens in perturbatione conſilium, *Quod ſcripſi ſcripſi*, vociferans, reſpuit viam pacis. Sed qui Chriſti Vicarius diceris, & Petri ſucceſſor etiam humilis piſcatoris, cur accenſus furore refugis id, pro quo Rex omnium induit formam ſervi? Dic rogo, quid reſurgens à mortuis dixit primo diſcipulis ille Magiſter omnium Magiſtrorum? Non, inquit, arma & ſcutum ſumite, nec ſagittam vel gladium, ſed *Pax vobis*. Ad quid gloriaris in malitia, qui ſolus in orbe diteris fraude & dolo? Quid aliud niſi pacem ympnus dicit Angelicus, & tertius Agnus Dei? vel quid ille mirabilis Regis æterni filius, corporali præſentia diſceſſurus, tunc reliquit diſcipulis, cum rediit unde venit? Certe pax & dilectio ſunt principaliter illa duo, quæ teneri voluit poſt diſceſſum. Ergo ſi Chriſti Vicarium, & Petri te aſſeris ſucceſſorem, à Chriſti prorſus & Petri tramite non diſcedas: ſed actus concordent actibus, & Campanus inhæreat Galilæo.

3. Iſtud autem ſatis & merito turbat Chriſti fidelium puritatem, quod Petrus relictis omnibus & rete, ſequi Chriſto vocante voluit viam vitæ, qui tamquam omnia poſſidens & nihil habens ad theſaurum cæleſtis patriæ ſemper ardentius aſpirabat. Tu vero tamquam nihil prorſus habens, omnia autem poſſidens, quæris ſemper quid derodas, devores & diglutias, nec ſedare poteſt aliquando totus mundus tui ventris ingluviem, quia tibi non ſufficit orbis terræ. Petrus autem Apoſtolus, ut legitur, ad portam veniens Speciosam: *Nec aurum nec argentum habeo*, dixit Claudo: tu vero, ſi forſan incipit acervus pecuniæ, quem adoras, minui, ſtatim cum claudo claudicas, quærens anxie quæ ſunt mundi. Sed qui, Chriſto jubente, prædicas tamquam paſtor Eccleſiæ paupertatem, cur refugis quod hortaris, & quæris ſemper ut copules aurum auro? In hiis ergo non reſtat aliud, ſi non dormis, niſi ut Summi Pontificis prorſus prædicatio contempnatur. De cælo namque, ſi bene recolis, deſcendit lintheum ſupra Petrum, cui; *Surge, macta, & comede*, dictum eſt, dum oraret, qui tamen immunda noluit manducare, dira quamvis eſſet eſurie ſtimulatus. Tu vero ad hoc vivis ut comedas, in cujus vaſis & cyphis aureis ſcriptum eſt, *Bibo bibi*. Cujus verbi præteritum ſic frequenter in menſa repetis, & poſt cibum, quod quaſi raptus usque ad cœlum tertium Hebraice, Græce loqueris & Latine. Poſtquam autem impleta fuerit vino ventris ingluvies, & ſtomachus usque ad ſummum ejus, tunc ſuper pennis ventorum exiſtimas te ſedere. Tunc tibi Romanorum ſubſtat Imperium, tunc afferunt tibi munera Reges terræ; tunc vinum mirabiles cito facit exercitus, & tibi ſabſerviunt omnes gentium nationes.

4. Ploret igitur mater Eccleſia, quòd paſtor gregis Dominici factus eſt lupus rapax. Craſſum quidem de grege comedens, confractum non alligat, & diſſolutum ad propria non reducit, ſed velut amator ſchiſmatis, caput & auctor ſcandali, pater doli, contra jura Romani Principis & honorem tuetur Hæreticos, Dei quidem & omnium Chriſti fidelium inimicos, omni prorſus Altiſſimi timore poſtpoſito, & hominum verecundia retrojecta. Sed ut poſſit hic melius ſui cordis malitiam occultare, prædictos Crucis hoſtes & fidei fovet, & protegit, ſub quadam ſpecie pietatis, adſerens ſe Lombardis ad hoc tantum ferre ſubſidium in hac parte, ne Cæſar illos cædat, aut judicet plus, quam requirit ſeries ſui juris. Sed doloſæ vulpis aſtu-

ANNO 1227. tia nunquam in hoc fallet ingenium venatoris: ac qui regis Iſrael, intende ſingularis gregis Dominici paſtor: dic, rogo, quid eſt hoc, quod *curabat*, ut legitur, *infirmos à morbis validis umbra Petri?* Tu vero, tamquam vir ſanguinum, ad hoc ſolum invigilas, ut facta ſtrage viventium ſanguis innoxius effundatur: & de te, Sacerdos male, optime dici poteſt, qui tuo tempore Deo diſplicere proponis, & per excellentiam tuam iracundiæ turpis es imitator, dicens; Guerram veni mittere in terram, & quid aliud volo, niſi ut inter ſe homines prælientur? Non enim eſt hoc Romani Pontificis, cui *Paſce*, dictum eſt, *oves meas*, ut illas quidem mortifices, quarum paſtor & caput diceris, dux etiam & ſervator. Iſtud quidem conſideres, ut nec voluntas vel furor opprimat jus & verum, quod ille Rex terreſtrium & cœlorum, in terris diutius converſatus, nil prorſus habere voluit cum terrenis, ſed docendo diſcipulos, *beatos pauperes Spiritu* tunc vocavit. Tu vero tantum in terris habens proprium & commune terrenis, in terris orrea theſaurizas. Sed, proh dolor, quod theſauros Eccleſiæ raro vel nunquam in uſus erogas egenorum: ſed, ut teſtatur Anagnia, mandaſti ſtatim domum fieri mirabilem, ſicut regia Solis erat, oblitus prorſus Petri inopiæ, qui dudum non habuit niſi rete: &, quod pejus eſt, etiam illa noſtra Hieruſalem, in qua Chriſtus effuſo ſanguine pati voluit & occidi, jacet ancillata canibus, & tributaria Sarracenis. Et tu Chriſti Vicarius in hoc dormis, nec curas, quod noſtra deletur hæreditas ad alios devoluta. Sedet enim deſerta civitas, olim plena populo & gentibus ſpecioſa, Romani quidem Antiſtitis omni prorſus ſolatio deſtituta, fundens rivos amaritudinis, quæ lac olim & mel fundere conſuevit. Vox cujus vox turturis, quæ pro cantu dat gemitum, viduata plorat anxie, velut filios ſuos, quos non vidit in templo ſancto ſuo ſabbata venerari, aſſidue Regem Regum Romanum expectans Principem, captivitatis ſuæ fiduciam & ſui exterminii redemtionem. Sed tu hoſtes Herodes impie, illuc ire times, lapis offenſionis & petra ſcandali, maris & terræ ſemitas conturbaſti, ne Cæſar iſte mirabilis, mundi lumen & ſpeculum ſine ruga, ſuccurrat more Cæſareo terræ Dei. Sed defendens Hæreticos perditionis filios & errorum, audire potes merito verbum illud; *Error tui non reſiſtitur, approbatur.* nec eſt mirum: non enim cares occultæ ſocietatis ſcrupulo, cum manifeſto facinori deſinis obviare.

5. Ad cor ergo revertere, nec opponas te Principi matris Eccleſiæ defenſori; ſed cogita & attende, quod Silveſtro dudum Papæ pauperrimo, latenti tunc temporis in cavernis, reſpondit, ut decuit tantum virum, ſacri magnificentia Conſtantini, qui curatus à lepræ vitio dedit Eccleſiæ quicquid habet libertatis hodie vel honoris. Sed Silveſtri Vicarius male reſpondet Friderico. Nunquid enim dimittis ſeptuageſies ſeptics, ſicut æterni Regis filius dixit Petro, qui non vis inſonti ſemel parcere, ſæpe & inſtanter veniam poſtulanti? Aut cum dicat Apoſtolus; *Omnis poteſtas à Domino Deo eſt: qui poteſtati reſiſtit*, divinæ potentiæ contradicit. Revertentem ergo ad gremium matris Eccleſiæ benigne recipias filium ſingularem, præſertim cum petat inſtanter veniam absque culpa: alioquin leo noſter fortiſſimus, qui ſimulat hodie ſe dormire, rugitu ſolo terribili trahet omnes à terræ finibus tauros pingues, & plantando juſtitiam, Eccleſiam diriget, evellens prorſus ac deſtruens cornua ſuperborum.

Edictum ſecundum ejusdem FRIDERICI *contra Sententiam Excommunicationis à* GREGORIO IX. *Papa adverſus ipſum latam.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales tom. 3. pag. 373.

FRIDERICUS Imperator Cardinalibus. Cum ſit Chriſtus caput Eccleſiæ, & in Petri vocabulo ſuam fundaverit Eccleſiam ſuper petram, vosque Apoſtolorum ſtatuerit ſucceſſores, ut Petro pro omnibus miniſtrante vos, qui eſtis candelabra Eccleſiæ ſupra montem non ſub modio conſtituti, revera omnibus, qui ſunt in domo domini, ex effectu bonorum operum luceatis, nec à publica mundi, vel conſcientia generali veritatis, vos ſubtrahere intendatis, cum ad ſingula, quæ Præſidens Sedi Petri proponit ſtatuere, vel denunciando decreverit, æqua participatio vos admittat, niſi ipſius religionis Eccleſiaſticæ ſtatus & zelus effervens evitandi ſcandalum generale, cautelam vobis ſuggeſſerit ob futura. Quis enim non miretur & ſtupeat, quod tot venerabilium Patrum aggregatione munitus Eccleſiæ generalis ſedens in ſolio (utinam juſtus judex) inconſulte velit procedere, ac ſuis moribus excandeſcens, in Romanum intendat Principem, Advocatum Eccleſiæ, ad præcipitationem omnium, Sententiam depoſitionis ſtatuere, & ob favorem Lombardorum rebellium exercere ſpiritualem gladium, ſi dici liceat, minus juſte; cum alias quicquid ex objectis Eccleſiarum gravaminibus, quæ vel dicuntur objecta, vel quæ ut ſpecies à genere per individuum deriventur, vel emendationem ceperint; vel ad deliberationem veſtri conſilii ſit in proximo, prout juſſio jam præceſſit debita, & integra emendatio ſecutura. ANNO 1227.

2. Nam ecce per patentes Litteras Prælatorum, per quas mandatum Apoſtolicum nos præſtitit monituros, evidens teſtimonium declaratur, & præcedens noſtra Conſtitutio ſuper vocatione Prælatorum damna paſſorum, & de eisdem præſtanda integra ſatisfactione Prælatis, tum per Litteras venerabili Archiepiſcopo Meſſanenſi vocato ad hoc Aſſeſſori noſtro transmiſſas, evidens teſtimonium exhibetur veritatis. Propter quod non indigne dolemus, ſi pater Apoſtolicus offendere tam graviter nos intendit, ut nos, dum in conſtantem virum, tam vehemens cadat injuria; & ſi patienter ferre voluerimus, immanitas negotii non permittit, quin ad ultiones, quibus Cæſares uti ſolent, facti violentia nos compellit. Verumtamen dum conſideramus impotentiam dominantis vel procedentis, & difficultatem attendimus defenſorum, ſi ex quo liceret privatas exercere vindictas, quas in hominem, per quem ſcandalum venit, & in ſui participes ſanguinis compenſare poſſemus, ut in ipſum & ſuos attentata noſtræ Sedis injuria redundaret, tolerabilius duceremus: ſed cum nec ipſe, nec tota ejus ſucceſſura progenies tanta foret, ut Imperii culmen zelaret in ultionem ipſorum, cumque Apoſtolicæ Sedis Antiſtes audaciæ ſibi frena relaxet, & tot venerabilium Fratrum ſuorum moles cum eo concurrere in concepta furorum pertinacia videatur, angit nos altiori mente turbatio, quod dum nos intendimus à perſequente defendere, oportet nos defendendo gravius offendere ſatagentem, ſalva in omnibus Eccleſiæ ſanctitate, quam cultu ſacro, debita reverentia corde & opere veneramur.

3. Quapropter venerandum veſtrum cœtum affectuoſius deprecamur, quatenus motus Summi Pontificis, quos ex cauſis evidentiſſimis, tam miniſtros quam voluntarios mundus agnoſcit, ex deliberata modeſtia compeſcatis, generali ſtatui Eccleſiæ præſertim & quieti mentium ac ſcandalis providentes. Nam cum ad ſalutem & honorem omnium veſtrum favorabiliter alligemur, & ſic principiis obſtare non poſſumus, licite liceat nobis injurias, quas revocare non poſſumus, injuriis propulſare. Datum Paduæ.

Edictum tertium ejusdem FRIDERICI *contra Romanos quod ſe Papæ non oppoſuerunt quando Excommunicationis in ipſum Sententiam protulit, quo ſimul ipſos monet ad injuriam illatam ulciſcendam.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales tom. 3. pag. 374.]

FRIDERICUS Imp. Romanis. Cum Roma ſit noſtri caput & auctrix Imperii, & Romanus Imperator à Romæ vocabulo nuncupetur, ut ſibi noſtri nominis & honoris proceſſus & auſpicia debeamus, in ammirationem ducimur vehementem, ſi, ubi promovendus eſt honor, & injuria propulſanda inter eos, qui tenentur & debent pro culmine noſtro ſe murum defenſionis opponere inſurgentibus ex adverſo, ipſis audientibus & diſſimulantibus contrarium patiamur. Propter quod dolore compellimur, quod Romanus Antiſtes contra Romanum Principem, quod alibi non auderet, ſicut dicitur, in Urbe præſumpſit ſic Romanum Imperatorem, auctorem Urbis, & benefactorem Populi Romani, ipſis non reſiſtentibus impie blaſphemare, dum beneficiorum noſtrorum, tam Proceres quam Populum Romanum, quibus ſpecialiter & communiter ſtuduimus & liberali ac ſpontanea munificentia providere, & eorum intendimus continuatis augmentis commoda promovere, recte monemur immemores extitiſſe, ac inerti ſompno detentos, ut de tribu Romulea non eſſet vir de tot Proceribus & tribu

Qui-

ANNO 1227. Quiritum, vel de tot Romani Populi milibus, qui pro nobis exurgeret, & verbum unicum loqueretur, quique noſtræ injuriæ condoleret, cum nos Urbem triumphorum titulis inſignitam noſtræ victoriæ ſucceſſibus honoremus, & ad reformandum nomen, ſicut in diebus antiquis, & ſedandum ſtatum Romani Imperii, continuis laboribus intendamus.

2. Quapropter neceſſario decrevimus vos requirere, inſtanter monere, pariter & hortari, quatenus quod omiſſum eſt aliqua negligentia vel torpore, nunc inſtanter reſumere debeatis, inducentes alios monitis & exemplo, ut omnes & ſinguli prompta voluntate concurrant ad noſtrum & veſtram injuriam ulciſcendam: ne idem blaſphemator noſter, qui auſus eſt in noſtri nominis blaſphemiam prorumpere, de tanta præſumptione gloriari ſe poſſet, quod volentibus & nolentibus Romanis contra nos talia perpetrarit, quia cum poſt id poſſet veſtræ magnitudini imputari, ſi quod autem impedire laudabiliter potuiſtis, poſt factum noſtram & veſtram injuriam poſtponatis inultam. Nam cum alter ad alterutrum teneamur, & nos Romanorum honorem, & vos Romanum defendere nomen noſtrum, ſi ad hoc vos ſegnes & negligentes invenerimus, cum nullus timor nos coegerit ad beneficia Romanorum, ſed gratia induxerit ſpecialis, per ingratitudinem iſtam, licet inviti, cogemur ab univerſis & ſingulis exhibitam gratiam revocare.

XCV.

1228. Avril. *Pax inter* LUDOVICUM IX. *Regem Francorum &* RAIMUNDUM *Comitem Toloſanum; quâ Comes prædictus tanquam devotus jam Romanæ Eccleſiæ Filius omnem eidem obedientiam, fidem, & obſequium promittit, cum Reſtitutione univerſorum damnorum tam Eccleſiæ, quàm Eccleſiaſticis hominibus in bonis mobilibus, & immobilibus factorum. Conventum ad hæc inter ipſos eſt, ut præfatus Comes tradat Filiam ſuam uni è Fratribus prænominati Regis in Uxorem, qui ſolus, poſt mortem* RAIMUNDI, *ceteris omnibus ipſius poſteris vel Conſanguineis excluſis hæres ſit. Actum Pariſiis, Menſe Aprili Anno Domini* 1228. *Regni Ludovici Regis III.* [CATEL, Hiſt. des Comtes de Thouloufe liv. 2. chap. 6. pag. 332.]

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. Noverint univerſi præſentes pariter & futuri, quod cum Raimundus filius Raimundi quondam Comitis Toloſani diu in excommunicatione perſiſtens, Eccleſiæ & Dei volens eſſe longo tempore contumax & rebellis ad cor tamen rediens Domino faciente ad mandatum Eccleſiæ & chariſſimi amici noſtri Romani Sancti Angeli Diaconi, Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legati, & nimium venit humiliter, & devote abſolutionem ſuam petens gratiam & miſericordiam Eccleſiæ & noſtram, & non judicium poſtulando: promiſit autem dicto Legato nomine Eccleſiæ Romanæ & nobis, quod Eccleſiæ, & nobis & hæredibus noſtris de cætero erit devotus & uſque ad mortem fideliter adhærebit, & quod Hæreticos & eorum credentes, fautores, & receptatores, in terra quam ipſe, & ſui tenent & tenebunt ſemper totis viribus expugnabit, non parcens in hoc proximis Vaſſallis, Conſanguineis nec amicis, & terram tandem purgabit ab Hæreticis & Hæretica fœditate & juvabit etiam purgare & deffendere terram quam nos tenebimus & promiſit quod juſtitiam debitam faciet ſine mora de Hæreticis manifeſtis, & fieri faciet per Bailivos ſuos viriliter & potenter. Inquiret etiam diligenter & inquiri faciet de inveniendis Hæreticis, credentibus, fautoribus & receptatoribus eorundem ſecundum ordinationem quam ſuper hoc faciet dictus Legatus: & ut facilius & melius Hæretici valeant inveniri promiſit, quod ſolvet uſque ad biennium duas marchas argenti & exinde in perpetuum unam & qui Hæreticum ceperit & per Epiſcopum loci vel alium qui poteſtatem habeat ille qui captus erit & fuerit de hæreſi condemnatus, ita quod ſi plures ceperit pro ſingulis dabit vel dari faciet tantumdem. De aliis non manifeſtis & credentibus & receptatoribus & fautoribus Hæreticorum ſervabit & ſervari faciet ſecundum quod dictus Legatus vel Romana Eccleſia ordinabunt. Item ſervabit & ſervari faciet pacem in terra quam ipſe & ſui tenebunt & juvabit ſervari in terra quam nos in manu noſtra tenebimus & Ruptarios expellet & puniet animadverſione condigna & debita & receptarios eorum: Eccleſias & viros Eccleſiaſticos deffendet & deffendi faciet a ſuis, & jura libertates & immunitates quas habent conſervabit eisdem, & faciet firmiter conſervari: & ne de cætero in terra iſta Claves Eccleſiæ contemnantur, Sententias excommunicationis ſervabit & à ſuis ſervari faciet & per ſuos. ANNO 1228.

Excommunicatos vitabit vel vitari faciet. Sicut in Sacris Conſtitutionibus continetur: & ſi aliqui in excommunicatione per annum contumaciter permanſerint, ex tum idem Raimundus ad mandatum Eccleſiæ ipſos ad ſinum Matris Eccleſiæ redire compellet, occupando omnia bona ſua, mobilia & immobilia, & tenebit ea donec ad plenum ſatisfaciant de cauſa pro qua fuerunt excommunicationis vinculo innodati, & de damnis datis occaſione excommunicationis prædictæ, faciet omnes Baglivos ſuos inſtitutos & inſtituendos in ipſa inſtitutione jurare quod omnia ſupradicta fideliter obſervabunt ita quod ſi negligentes in his reperti fuerint pro modo delicti punientur, & ſi culpabiles extiterint, omnium puniantur amiſſione bonorum.

Inſtituet etiam Baglivos non Judæos ſed Catholicos in terra, & nullius hæreſis ſuſpicione notatos, & tales prohibiti non poſſunt admitti ad emendum reditus Civitatum & Villarum vel caſtrorum vel pedagiorum; & ſi fortè talis ignoranter inſtitutus fuerit, expellet eum & puniet dum ſuper hoc fuerit certificatus.

Item, promiſit idem Raimundus quod omnia bona immobilia & jura Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonarum ad præſens reſtituet, & reſtitui faciet ad plenum à ſuis in tota terra quam ipſe & ſui tenebant, illa videlicet quæ Eccleſiæ vel perſonæ Eccleſiaſticæ tenebant ante primum adventum Cruce Signatorum, vel de quibus conſtabit eos ſpoliatos. De aliis autem ſtabit juri coram ordinariis, vel coram dicto Legato vel à Sede Apoſtolica delegatis.

Promiſit etiam quod ipſe ſolvet impoſterum integrè decimas, & ſolvi faciet integrè à ſuis bona fide; & quod Milites & alii Laici non habeant decimas in terra quam ipſe & ſui tenent & tenebunt; nec permittet eos habere, ſed ad Eccleſias juxta diſpoſitionem ipſius Legati vel Eccleſiæ Romanæ integrè revertentur: pro damnis vero illatis à ſe vel à ſuis, Eccleſiis vel viris Eccleſiaſticis ſuper rebus mobilibus vel deſtructione Caſtrorum vel Villarum, vel aliarum rerum exceptis immobilibus de quibus fieri debet reſtitutio, ſicut ſuperius dictum eſt, ſolvet decem millia marcharum argenti aſſignanda bonis perſonis idoneis & fidelibus quos ipſe Legatus eliget vel Eccleſia Romana quæ quantitatem prædictam de bonorum virorum conſilio proportionaliter & fideliter divident, juxta quantitatem damnorum, nec poterunt ipſe vel ipſi pro damnis mobilium vel deſtructione domorum vel villarum, ſicut expreſſum eſt ſuperius, ultra ſummam illam amplius conveniri.

Item, ſolvet Abbatiæ Ciſtercienſi duo millia marcharum argenti ut emantur inde reditus pro refectione Abbatum & Fratrum in Capitulo generali. Abbatiæ Clarevallis quingentas Marchas ad emendos reditus pro refectione Abbatum & Fratrum qui conveniunt in feſto Nativitatis B. Virginis Abbatiæ Grandis Silvæ mille Marchas: Abbatiæ Bellæ-perticæ trecentas Marchas, Abbatiæ Candelli ducentas Marchas, ad dicta Monaſteria conſtruenda, tam pro damnis eisdem illatis in rebus mobilibus, quam pro ſalute animæ ſuæ.

Item, ſex millia Marcharum ſolvet, quæ retinebuntur ad muniendum, infortiandum, & cuſtodiendum Caſtrum Narbonenſe, & alia Caſtra, quæ nos pro Eccleſiæ & noſtra ſecuritate tenebimus uſque ad decennium prout inferius continetur, & ſicut viſum fuerit expedire: ſupradicta vero viginti millia Marcharum ſolvet hinc ad quatuor annos.

Item, quatuor millia Marcharum deputabuntur ab ipſo Raimundo duobus Magiſtris Theologiæ, duobus Decretiſtis, ſex Magiſtris liberalium Artium, & duobus Magiſtris Grammaticis regentibus Toloſæ quæ dividentur hoc modo. Singuli Magiſtrorum Theologiæ habebunt ſingulis annis quinquaginta Marchas, uſque ad decennium, ſcilicet annuatim, uterque Magiſtrorum Decretorum habebunt triginta Marchas uſque ad decennium, ſinguli Magiſtri Artium habebunt viginti Marchas uſque ad decennium.

Item, ſtatim poſt abſolutionem ſuam aſſumet pro penitentia Crucem de manu Domini Legati contra

ANNO 1228. Sarracenos, & ibit ultra mare infra biennium, ibidem per quinquennium integrè continuum moraturus illos autem qui adhæserunt Ecclesiæ nobis, Patri nostro, Comitibus Montisfortis, & adhærentibus eis occasione hujusmodi quod adhæserunt Ecclesiæ nobis, Patri nostro, Comitibus Montisfortis & adhærentibus eis, non gravabit, sed benignè tractabit idem Raimundus cos tanquam amicos, ac si ei contrarii non fuissent exceptis hæreticis & credentibus ipsorum; & Ecclesia & nos humiliter faciemus illud idem de illis qui ipsi Raimundo contra nos & Ecclesiam adhæserunt, exceptis illis qui ad pacem Ecclesiæ & nostram non veniunt cum eodem Raimundo.

Nos autem attendentes humilitatem ejusdem Raimundi, & sperantes quod in devotione Ecclesiæ & fidelitate nostra perseveret fideliter, volentes sibi facere gratiam, filiam suam quam nobis tradet, trademus in uxorem uni de fratribus nostris per dispensationem Ecclesiæ, & dimittemus eidem Raimundo totum Episcopatum Tolosanum, excepta terra Marescalli, quam Marescallus tenebit à nobis: post mortem autem ejusdem Raimundi, Tolosa & Episcopatus Tolosanus erit fratris nostri qui habebit filiam suam in uxorem, & filiorum susceptorum ex ipsis duobus: si autem frater noster, quod absit, moreretur sine filiis ex ipsa, Tolosa & Episcopatus Tolosanus revertentur ad nos & hæredes nostros, & filia, vel alii filii, vel filiæ, vel hæredes ipsius Raimundi nihil juris in ipsis poterunt reclamare: & si ipsa filia sine filiis ex fratre nostro moreretur, Tolosa similiter & Episcopatus Tolosanus ad nos & hæredes nostros revertentur. Ita quod omni casu contingente, ad nos & hæredes nostros Tolosa & Episcopatus Tolosanus revertentur, & nulli poterunt ibi jus aliquod reclamare, nisi filii, aut filiæ descendentes ex fratre nostro & filia ejus, sicut est supradictum.

Item, dimittimus eidem Raimundo Agennensem & Caturcensem Episcopatus: de Episcopatu Albiensi dimittimus eidem Raimundo quicquid de Episcopatu Albiensi citra fluvium de Tarn, videlicet ex parte de Gaillac: & Civitas Albiensis remanebit ex parte nostra, & quicquid est ultra fluvium illum versus Carcassonam in eodem Episcopatu Albiensi, & nos habebimus ripam & aquam ex parte usque ad medium flumen, & idem Raimundus similiter habeat ripam & aquam ad medium flumen ex parte sua, salvis juribus & hæreditatibus aliorum, dummodo de iis qui ex parte Raimundi faciant quod debebunt, & similiter ex nostra. Episcopatum Caturcensem dimittimus eidem Raimundo, excepta Civitate Caturcensi & Feudis & aliis quæ habuit in eodem Episcopatu Rex Philippus avus noster tempore mortis suæ: & si dictus Raimundus sine filiis de legitimo matrimonio procreatis decesserit, tota terra remanebit filiæ suæ, quam habebit frater noster in uxorem & hæredibus susceptis ab ea, ita quod dictus Raimundus ut verus Dominus habeat plenum jus, & liberum Dominium in supradictâ terrâ, quæ dimittitur ei, salvis conditionibus supradictis, tam de Civitate Tolosæ, & Episcopatu Tolosano, quàm de terrâ aliâ superiùs nominatâ, ut in morte pias eleemosynas facere possit, secundùm usum, & consuetudines aliorum Barònum Regni Franciæ: supradicta omnia dimittimus ei salvo jure Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum virorum, sicut superiùs est expressum. Unde Viridifolium cum pertinentiis suis, & villam de Lasbordes cum pertinentiis suis dimittimus secundùm ordinationem bonæ memoriæ Patris nostri Ludovici Regis, & Comitis Montisfortis, Episcopo Tolosano, & Filio O. de Luers, ità tamen quòd Episcopus Tolosanus pro Viridifolio faciat Raimundo, quod debebat facere Comiti Montisfortis, & Filius ejusdem faciat quod debebat facere bonæ memoriæ Regi Ludovico Patri nostro, donationes aliæ à nobis vel à Patre nostro, vel à Comitibus Montisfortis factæ non teneantur, nec idem Raimundus vel sui ad eas teneantur in terrâ, quæ ipsi Raimundo dimittitur. De omnibus supradictis dictus Raimundus faciet nobis homagium ligium, & fidelitatem secundùm consuetudinem Baronum Regni Franciæ. Totam aliam terram, quæ est citra Rhodanum in Regno Francorum, & omne jus siquid ipsi Raimundo competit, vel competere in ea præcisè, & absolutè quitavit nobis, & hæredibus nostris in perpetuum.

Item, omnes indigenæ, qui Fayditi fuerunt de terrâ illâ pro Ecclesiâ, pro Patre nostro, & Comitibus Montisfortis, & adhærentibus eis, vel propriâ voluntate recesserunt ab eâdem terrâ nisi inveniantur Hæretici ab Ecclesiâ condemnati, integrè restituantur in statum pristinum quoad hæreditates, & possessiones, propter illa, si qua ex causa Donationis à Patre nostro, vel à nobis, vel à Comitibus Montisfortis habuerunt. Si verò aliqui hominum, qui remanebunt in terrâ, quæ dimittitur Raimundo, noluerint redire ad mandatum Ecclesiæ & nostrum specialiter Comes Fuxensis, & alii, idem Raimundus faciet eis vivam guerram, nec pacem cum ipsis faciet, nec treugas sine assensu Ecclesiæ, & nostro, & si terræ eorum occupabuntur, remanebunt eidem Raimundo, destructis tamen prius omnibus munitionibus, & fortalitiis, muris, & fossatis, nisi vel pro securitate Ecclesiæ & nostra voluerimus ea retinere usque ad decennium post acquisitionem, & tunc cum reditibus & proventibus ipsorum castrorum retinebimus ipsa. ANNO 1228.

Item, idem Raimundus faciet dirui muros Civitatis Tolosæ omnino, & fossata impleri juxta mandatum, voluntatem, & ordinationem Legati.

Item, diruentur funditus, & replebuntur fossata, triginta Villarum, & Castrorum per ipsum Raimundum videlicet de Fano Jovis, de Castronovo, de la Besseda, de Avinioneto, de Podio Laurentii, de Sancto Paulo, de Vauro, de Rabastentiis, de Gaillaco, de Monte-acuto, de Podio-celsis, de Verduno, de Castro Sarraceno, de Moyssaco, de Monte Albano, de Monte-acuto, de Agenno, de Condomio, de Saverduno, de Altâ Ripâ, de Cassanolio, de Pugeolis, de Alta Villar, de Villa Petrutii, de Layrac, & de quinque aliis ad voluntatem ipsius Legati, nec poterunt reædificari sine voluntate Ecclesiæ, & nostra, nec alibi fient novæ fortiæ. Villas tamen non infortiatas bene poterit facere idem Raimundus si voluerit in terrâ quæ dimittitur ei: si verò aliqua Villarum, vel Castrorum, quæ debent dirui, ut dictum est, essent hominum suorum, & nollent, quod diruerentur, idem Raimundus faciet eis vivam guerram nec pacem vel treugas sine assensu Ecclesiæ & nostro cum eis faciet donec diruantur muri, & impleantur fossata omnia supradicta. Promisit & juravit nobis & dicto Legato præfatus Raimundus se firmiter, & perpetuo servaturum bonâ fide, & sine fraude, & malo ingenio, & quod faciet bonâ fide ab hominibus, & vassallis, & fidelibus suis firmiter observari: faciet etiam illud idem jurare omnes cives Tolosanos, & alios homines terræ, quæ dimittitur ei, & addet juramento illorum, quod ipsi dabunt operam efficacem, quod ipse Raimundus servet ea, & si idem Raimundus venit contra prædicta, vel aliquod prædictorum ipso facto de voluntate ejus sunt absoluti, & ex nunc ipse eos absolvit à fidelitate, & hommagio, & omni aliâ obligatione quibus ipsi tenentur ei, & adhærebunt Ecclesiæ & nobis contra ipsum nisi infra quadraginta dies, postquam fuerit monitus hoc emendaverit, vel juri steterit coram Ecclesiâ, de iis, quæ ad Ecclesiam pertinent, & juri coram Rege de his, quæ ad Regem pertinent, & tota terra ipsa quæ dimittitur ei incidet in commissum Regis, & erit idem Raimundus in eo statu in quo nunc est quoad Regem, & quoad excommunicationem & omnia alia, quæ fuerunt statuta contra ipsum, & Patrem suum in Concilio Generali vel postea. Addetur etiam in juramento ipsorum quod juvabunt Ecclesiam contra Hæreticos, credentes, fautores, & receptatores eorum, & contra omnes alios, qui occasione Hæresis vel contemptus excommunicationis Ecclesiæ contrarii existerent in terrâ quæ dimittitur eis, & in terris aliis supradictis, & Regem juvabunt contra omnes, & eis facient vivam guerram donec ad mandatum Ecclesiæ revertantur, & Regis; renovabuntur autem prædicta juramenta de quinquennio ad quinquennium ad mandatum Regis.

Ut autem omnia supradicta adimpleantur & Ecclesiæ & nobis pleniùs & meliùs observentur, tradet pro securitate Ecclesiæ, & nostra in manibus nostris Castrum Narbonense, quod tenebimus usque ad decennium, muniemus, & infortiabimus, si visum fuerit expedire.

Item, tradet nobis pro securitate Ecclesiæ, & nostrâ manibus nostris caput Castri Vauri, Castrum de Monte acuto, Penam de Agenesio, Rupeperusii, Castrum de Cordis, Castrum de Verduno, Castrum de Villo Muri, & usque ad decennium tenebimus ea, ita quod primis quinque annis solvet idem Raimundus nobis pro expensis custodiæ quolibet anno mille quingentas libras Turonenses non computatis in iis sex millibus Marcharum supradictis: in aliis quinque annis si voluerimus tenere faciemus expensis propriis custodiri; nos tamen poterimus si placuerit Ecclesiæ & nobis diruere quatuor Castra de prædictis, videlicet

Castrum

ANNO 1228. Castrum Vauri, caput Castri Novi, de Villo Muro, & Verdunum, & propter hoc non diminuetur prædicta summa mille, & quingentarum librarum Turonensium reditus, & proventus Castrorum & omnia, quæ jure Dominii percipiuntur erunt Raimundo, & nos ad sumptus nostros tenebimus capita ipsorum Castrorum, & Corduam, & dictus Raimundus habebit ibi Baylivos suos non suspectos Ecclesiæ & nobis, qui faciant justitiam hominibus, & recipiant reditus & proventus prædictos. Post decennium autem restituemus dicta capita Castrorum, & Corduam dicto Raimundo libere salvis conditionibus supradictis: & si prædicta omnia quantum ad Ecclesiam & nos fuerint observata, Penam autem de Albigesio tradet nobis infra Kalendas Augusti proximas cum aliis Castris detinendam à nobis usque ad decennium. Si verò illam non poterit habere usque ad terminum illum, tunc obsideri faciet, & vivam guerram fieri tamdiu quousque eam habeat, nec pacem, nec treugam cum ipso faciet, qui tenet eam, vel tenebit, donec ipsam habeat; non tamen propter hoc retardetur à peregrinatione transmarinâ de quâ superiùs est ordinatum, & si usque ad annum integrum post ipsas Kalendas Augusti tradiderit nobis prædictam Penam de Albigesio, erit in conditione supradictorum Castrorum, scilicet quod reddemus ei quando reddemus alia Castra: si verò post annum prædictum ipsam Penam de Albigesio non poterit assignare, tunc eam tradet Templariis, vel Hospitalariis, sive aliis Religiosis in Eleemosynam perpetuò salvis hæreditatibus eorum qui se tenent ex parte nostrâ possidendam ad voluntatem Legati vel Ecclesiæ Romanæ, tali conditione quod ipsi non alienent ipsam de manu suâ, nec de eâ faciant guerram dicto Raimundo, nisi de mandato Ecclesiæ. Et si non poterunt aliqui Religiosi inveniri qui velint eam habere, diruatur omnino, nec possit reædificari sine voluntate Ecclesiæ Romanæ, & nostrâ, & ipsius Raimundi. Item donec dictam Penam de Albigesio tradat nobis, vel Templariis, vel Hospitalariis, vel aliis Religiosis, sicut dictum est, tenebimus propter hoc obligatam Penam de Agenesio & Castrum Narbonense. Et si etiam infra decennium det Penam de Albigesio Templariis vel Hospitalariis vel aliis Religiosis, ut dictum est, tanto tempore post decennium sumptibus nostris tenebimus si voluerimus illa duo Castra prænominata, quanto tempore distulerit tradere Penam. Et si post decennium Penâ de Albigesio non esset acquisita, tamdiu post tempus memoratum tenebimus post decennium illa duo Castra, quousque ipsa esset restituta, & esset assignata, sicut superius est expressum.

Et nos absolvimus quantum ad nos pertinet Cives Tolosanos, & alios homines terræ, quam ipsi Raimundo dimittimus, à juramento, & aliis obligationibus factis nobis, & Patri nostro & Comitibus Montisfortis vel aliis pro eis à pœnâ & incursibus, quibus nobis vel Patri nostro, vel Episcopo Tolosano, vel aliis Prælatis vel aliis Comitibus Montisfortis se obligaverant, si unquam in Dominium ipsius Raimundi, vel Patris ejus reverterentur salvis in omnibus & per omnia conditionibus supradictis. Ut autem prædicta omnia rata maneant, præsentem paginam Sigilli nostri auctoritate, & Regii nominis caractere inferius annotato fecimus communiri. Actum Parisiis Anno Domini 1228. Mense Aprilis, Regni verò nostri anno tertio; astantibus in Palatio nostro quorum nomina supposita sunt, & signa, Dapifero nullo, signum Roberti Buticularii, signum Bartholomæi Camerarii, signum Matthæi Constabularii, datum vacante Cancellariâ, explicit.

Declaratio LUDOVICI IX. *Regis Francorum de voluntariâ* RAYMUNDI *Comitis Tolosani in captivitate suâ Parisiis apud Luparam remansione pro majori Ecclesiæ ac Regis securitate, donec Filiam suam cum quinque Castris in Instrumento Pacis denominatis Nunciis Regiis in potestatem tradiderit & Tolosæ muros dejecerit. Actum Parisiis Mense Aprili Anno Domini* 1228. [CATEL, Histoire des Comtes de Tolose. liv. 2. chap. 7. pag. 338.]

LUdovicus Dei gratia Francorum Rex, universis ad quos præsentes Literæ pervenerint salutem. Noverit universitas vestra quod Raimundus filius quondam Raimundi Comitis Tolosani remansit in prisione nostra Parisiis apud Luparam ad petitionem suam & de propria ipsius voluntate pro pleniori Ecclesiæ securitate & nostra, donec idem Raimundus filiam suam in potestate nostra apud Carcassonam Nunciis nostris tradiderit, & quinque Castra, videlicet Castrum Narbonense, Penam in Agenensi, Rupemparvæ, Cordam & Verdunum nostris similiter Nunciis assignaverit, ita quod cum filiam suam & dicta Castra, sicut præmissum est, tradiderit & de hoc nobis & Romano Sancti Angeli Diacono, Cardinali, Apostolicæ Sedis Legato constiterit, idem Raimundus libere revertetur, & cum eo revertentur Claudius de Cavaillone, Raimundus de Castronovo, Bertrandus Descalquens, Pontius Molanus. A. Barraux. Raimundus Yarnus. B. de Villanova. Petrus de Tolosa. Mauran R. filius Ægidii Hugonis de Alfario & filius Hugonis Joannis, qui ad majorem securitatem Ecclesiæ & nostra remanserant obsides cum eodem penes nos, in ostagio remanebunt donec nobis & eidem Legato constiterit, quod de muris Tolosanis dirutum sit usque ad quingentas Tayfias raptales in parte illa videlicet quæ circuit Castrum Narbonense. Ita quod ad ipsum Castrum liber pateat accessus & repleta sint item ad plenum fossata. Quod cum factum fuerit & de hoc nobis dicto Legato constiterit ijdem obsides libere revertantur. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus Litteris duximus apponendum. Actum Parisius anno Domini 1228. mense Aprilis.

ANNO 1228.

Declaratio LUDOVICI *Regis Francorum super Homagio per* RAIMUNDUM *Comitem Tolosanum sibi præstito ac sub conditione recepto, si nempe præfatus Comes articulis in Instrumento Pacis contentis satisfecerit. Actum Parisiis Mense Aprili Anno Domini* 1228. [CATEL, Histoire des Comtes de Tolose. liv. 2. chap. 7. pag 339.]

LUdovicus Dei gratia Francorum Rex, universis præsentes Literas inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum Raimundus filius quondam Raimundi Comitis Tolosani venit ad mandatum Ecclesiæ atque nostrum, nos ipsius homagium sub conditione recepimus: Videlicet si ipse omnia servaret quæ instrumento Pacis factæ inter Ecclesiam, nos & ipsum continentur. Si autem prædictus Raimundus dicta omnia quantum ad nos & Ecclesiam, non servaret, vel in aliquo contraveniret, nos ipsum ex tunc de voluntate sua in eo statu reponimus in quo fuit antequam homagium reciperemus ipsius, & ipso facto ex tunc in eo statu omnimodo erit quoad nos & regnum nostrum in quo tunc fuit, ita quod pro nullo habeatur homagium præstitum, & nos & nostri facere possemus currere contra eum & occupare terram quam per pacem dimisimus ei. Noveritis etiam quod nos Castra ipsius quæ usque ad decennium tenere debemus, tenebimus per memoratum spatium pro Ecclesiæ securitate & nostra: Ita quod si dictus Raimundus conventiones quas habet erga Ecclesiam non servaret & læderet vel damnificaret eandem, infra decem annos quibus Castra tenebimus antedicta, si ipse infra quadraginta dies emendare noluerit, & tunc nos infra duos menses emendare faciemus. Quod si prædicta Castra omnia, Ecclesia ea habere voluerit, trademus Ecclesiæ tenenda, ita quod fructus eorundem Castrorum interim percipiet donec sit satisfactum eidem. Et cum fuerit satisfactum Castra nobis restituet memorata, nec illa Castra vel aliquid ex ipsis dicto Raimundo tradet, vel alicui qui nostrum esset vel Regni Francorum inimicus. Et si forte vellet Ecclesia ipsa Castra retinere vel à nobis recipere, nos ipsa tenebimus donec sit ipsi Ecclesiæ plenarie satisfactum. Si vero post decennium contra Ecclesiam idem Raimundus de terra illa quæ incidet in commissum nostrum cum veniet ad manus nostras, restituemus Ecclesiis possessiones & libertates, & jura rerum immobilium quæ in terra illa dictus Raimundus Ecclesiis abstulisset, seu etiam ipsa Ecclesia amisisset. Ut autem præmissa omnia rata & inconcussa permaneant præsentes Literas Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum Parisius, anno Domini 1228. mense Aprilis.

ANNO 1228.

XCVI.

24. Août. HENRICI *Romanorum Regis Confirmatio de omnibus & singulis Privilegiis Austriæ & Styriæ per Reges & Imperatores antehac concessis; hoc insuper addito, ut* LEOPOLDUS *tunc temporis Austriæ & Styriæ Dux, uti & Successores ejus omnes Feoda sua quæcunque in Equo residentes recipere, & in Principatus Pileo Regalis Coronæ Diadema solemniter ferre possint. Datum apud Eselingen 9. Kalend. Septemb.* 1228. *Indictione prima.* [Tiré des Archives Imperiales du petit Tresor de la Regence & de la Chambre à Vienne.]

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen. Heinricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, dignum est nimirum & consentaneum, possibilibus rogatibus Regiam Majestatem omni tempore annuendo, largissimè subvenire, ipsosque benigniter adimplere. Noverit igitur omnium Christi nostrique Regni Fidelium etas & successura posteritas, quòd nos Principum, quorum jure quemque Romanorum Regem est eligere, bene placito consilio & favore, omnia jura, gratias & libertates cunctasque bonas consuetudines, Nobilium terrarum scilicet Austriæ & Styriæ, quæ usque ad nos, ab antiquis Imperatoribus, Romanorumque Regibus plænariè devenerunt, de quibus etiam ritè & rationabiliter noster & sacri Regni dilectus Leopoldus Dux Austriæ & Styriæ, Antiquorum Imperatorum, Romanorumque Regum Literis, quas certitudinaliter, lesione qualibet procul mota, vidimus, plenius nos instruxit. Et cum divina gratia, Regia perfectissimè perfruimur potestate, procul dubio nostram Regalem bene condecet largitatem, ut nostros & sacri Regni Principes, eorumdemque terras Juribus, & gratiis specialibus sublimemus: è quibus specialiter Magnificum & Sacro Regno fidelissimum summum nostrum Principem Leopoldum Ducem Austriæ & Styriæ easdemque suas terras sequentibus juribus, gratiis & libertatibus, volumus honorare, primò quod si aliquis, alicui Ducum Austriæ & Styriæ, quacunque censeretur dignitate, suarum terrarum Provincias, & talia cetera quocunque nomine nuncupationeque censeantur, quæ aut à Regali Magnificentia, seu à Principibus spiritualibus, Concessionis, collationisve officio derivaretur, legare, dare, obligare, vendere contingeret, eosdemque venditores, sive obligatores hujusmodi regalis nostra Majestas, nec aliquis hominum aliqualiter valeat impedire. Quòd si autem eadem vendicio, obligatio, datio, legatio evenire contingeret tam repente, quod nec Regia Sublimitas, nec horummodi Collatores possent aliquatenus requiri, Ducibus Austriæ & Styriæ prædictis in eorum juribus, ob hoc nullum eveniat penitus detrimentum; etiam idem Generosus Princeps Leopoldus Dux Austriæ & Styriæ, coram nostræ Majestatis oculis & Electorum Romani Regni culminis, inquisitione & sententia obtinuit, ut secundum suarum Antiquarum Literarum recitationem, omnia sua jura, seu feoda cujuscunque sint conditionis, in Equo residens recipiat, talibus Collationibus magnifice præditatus; præterea eidem Illustrissimo Principi Leopoldo Duci Austriæ & Styriæ, cunctisque suis sequacibus, hanc largiter concedimus dignitatem, ut in sui Principatus pileo nostre Regalis Corone diadema solenniter ferre possit; volentes largius, omnes suas Terras, seu Ditiones, Districtus & cetera, ad hujusmodi pertinentia, vel quæ in posterum poterint obtinere, habere cuncta Jura, libertates, gratias, bonasque consuetudines, quas Duces olim terrarum jam dictarum pie recordationis in commendabilem ex antiquis consuetudinem perduxerunt, aut quæ recenter à nostræ manibus Excellentiæ, susceperunt, quibusvis impedimentis inviolabiliter procul motis, ... demum mandantes, & sub interminatione gratiæ nostræ districtè precipientes, ut nullus sit, qui ausu ductus temerario strenuissimum Principem Leopoldum Ducem Austriæ & Styriæ præfatum, suosque sequaces . . . . . audeat impedire, vel alicujus ingenii scrupulo molestare. Quod qui facere præsumserit offensam nostræ Celsitudinis se noverit incursurum, ad quarum etiam gratiarum concessarum perhennem memoriam, præsentem eis Literam conscribi, & Sigillo nostro jussimus insigniri. Testes hii sunt Ludovicus Dux Bavariæ Palatinus Comes Rheni, Ulricus & Ludovicus Comites de Ferreto, Conradius Purgravius de Nurnber, Fridericus de Trubendingen, Eberhardus Dapifer de Walpurc, Conradus Pincerna de Winterstetен, Cunradus de Schmidelfeld & alii quam plures. Actum apud Eselingen Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo octavo nono Calendas Septembris, Indictione prima.

ANNO 1228.

XCVII.

1230. Juin. *Sententia per Pares Franciæ aliosque Judices in Curiâ sedentes contra* PETRUM *Comitem Britanniæ lata; qua propter Defectionem ejus & Forisfacta, de Comitatu suo ejicitur. Datum in Castris juxta Ansenix Anno Domini* 1230. *mense Junii.* [ANNALES DE BELLEFOREST. Tome I. fol. 645.]

GAlterus Dei gratia Senonensis Archiepiscopus, Galterus eadem gratia Carnotensis, & Guillielmus Parisiensis Episcopi, Ferdinandus Comes Flandriæ, Theobaldus Comes Campaniæ, Comes Nivernensis, Comes Blesensis, Comes Carnotensis, Comes Montisforti, Comes Vindocinensis, Comes Rouciacensis: Matthæus de Montemorencio Franciæ Costabularius, Joannes de Suessione, Matthæus de Sacrocæsaris, Vicecomes Bellimontis, & alii Barones & Milites, quorum præsenti scripto suppositа sunt sigilla: universis tam præsentibus quàm futuris ad quos pervenerit præsens scriptum salutem in perpetuum. Notum facimus quod nos, coram charissimo Domino nostro Ludovico Rege Francorum illustri indicavimus unanimiter quod Petrus quondam Comes Britanniæ propter ea quæ Domino Regis forisfecerat, quæ pro majori parte coram nobis omnibus ibi dicta fuerunt Balium Britanniæ per justitiam amisit: & quod Barones Britanniæ & alii, qui eidem fecerunt homagium, vel fidelitatem ratione illius Balli, sunt penitus absoluti, & quicti ab illa fidelitate, & illo homagio: nec tenentur ei obedire, vel aliquid pro eo facere quod pertineat ad rationem illius Balli. In cujus rei testimonium præsens scriptum fecimus consignari nostrorum impressionibus Sigillorum. Datum in Castris juxtà Ansenix, Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo, mense Junio.

XCVIII.

1231. *Traité de Paix* (1) *entre* LOUIS IX. *Roi de France, &* PIERRE DE DREUX, *dit* MAUCLERC, *Duc de Bretagne, par lequel ledit* PIERRE *se soumet lui, & son Duché, au Roi* LOUIS, *& à ses Successeurs Rois de France, pour le tenir d'eux à Foi & Hommage, sous la reservation de ses Droits Royaux, Superiorités, Prerogatives, Noblesses, & Franchises, selon qu'elles y sont exprimées. Donné à Angers l'an du Seigneur* 1231. [D'ARGENTRE, Histoire de Bretagne. liv. 5. chap. 17. pag. 291.]

LOYS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE, A tous ceux qui ces presentes Lettres verront & orront, Salut en celuy qui est le vray salut de tous. Nous voulons estre notoire à ceux qui sont à advenir, que comme autrefois notre aymé cousin PIERRE DE DREUX, autrement de Brenne, Duc de Bretagne, par l'instigation & exhortement de Henry Roy d'Angleterre, eust encommencé guerre à l'encontre de nous, & desia gasté plusieurs parties de nostre Royaume, & mesme par puissance d'armes eust pris nostre Chasteau de Belesme, & iceluy longuement detenu de sa saisine, affirmant avoir droict audict Chasteau, pour raison de certaines demandes à nous

(1) *D'Argentré* en donnant cette Piéce, avertit que ce n'est qu'une Traduction du Latin, qui peut être vicieuse. Le Pere *Lobineau* la rejette entierement, comme fausse, & il soupçonne qu'elle a été fabriquée par l'Auteur du *Chronicon Briocense*, qui la donne sous l'an 1231. Les raisons du Pere *Lobineau* se peuvent voir au 14. Livre de son Histoire, & aux Preuves. Col. 815. & 1255. [DUM.]

ANNO 1231. nous autresfois exhibées, & par nous pour partie desniées, tant pour cause de la succession de bonne memoire Messire Robert son pere, & nostre frere germain, comme autrement. Nous pour ce desirans à ses malices obvier, & le peuple à nous subjet deffendre des oppressions d'icelle necessité, à ce nous contraignant & interpellant mesme sur puissante Armée encontre de luy, & pour les injures par luy inferées reformer, & obvier à celles qu'il pourroit au temps advenir inferer, & mesmes pour les droicts de nostre heritage conserver & garder, vinsmes en nostre Ville d'Angers, voulans mieux au secours & ayde de nos Subjets & adherens à l'encontre de luy aller, & manifestement recourir, que les perils par luy encommencez & continuez attendre à nos portes. Et comme illec en l'expedition de nostre guerre longuement benissions la grace de Dieu aydante, & moyennant la supplication de plusieurs Comtes & Barons, nous & nostre dit Cousin aux choses soubscrites admonestans, & nous considerans les inconveniens & dommages irreparables, lesquels non pas seulement à nous & à nos Subjets, ou au Duc dessusdit & à ses Subjets, mais à moult d'autres sont advenus, & pourroient avec le temps advenir plus griefs, si par la providence de Dieu par paix & concorde n'estoient estaints: & non voulans si grand bien comme le bien de paix, à la desplaisance de nostre Redempteur empescher, ainçois à ce nous rendre de toutes parts appareillez, afin que Dieu vueille addresser & conduire nos affaires, & par la beatitude de paix les Subjets de nous & du dessusdict Duc, puissent vivre & demeurer en seureté & nous & iceluy Duc, par lequel entiere paix est dediée à ceux de bonne volonté plus franchement servir, & à la rage de batailles cesser, eux delecter en la tranquillité & bonté de paix: & que les entreprises d'aucuns forcenez, & comme serpens venimeux decourans par les terres les cornes esleyées, & sans aucun frein, en furent par le vouloir de Dieu extirpées du tout en tout, le peuple Chrestien uni en prosperité, & nous & ledict Duc de Bretagne corps & biens & Subjets sans empeschement contraire, puissions contre les mescreans & blasphemes du nom Chrestien, ou passage outre mer exposerons en la guerre de Dieu entendre: laquelle las! est maintenant contemnée en la honte non pas petite de la Chevalerie Chrestienne. Icelles choses & autres qui ensuivent de chacune partie diligemment considerées pour concorde de paix, & perpetuelle memoire & confederation & amitié entre nous & ledict Duc encommencée, sommes convens & accords en ceste maniere.

C'EST A SÇAVOIR, premierement ledict Duc de toutes ses demandes tant à cause de sa succession devant dicte, comme autrement, nous quittera du tout, ainsi comme de fait IL A QUITTE' ET SUBMIS LEDIT DUC SOY ET SONDIT DUCHE' A NOUS ET NOS SUCCESSEURS ROYS DE FRANCE, de cy en avant soubs certains poincts à declarer cy dessous: & pour ceste cause NOUS A FAIT L'HOMMAGE & submission. En outre en bonne foy a promis pour luy & ses successeurs Ducs de Bretagne, nous & nos successeurs contre toutes personnes de quelque dignité, estat, ou preéminence qu'ils soient, ayder & conseiller loyallement selon son pouvoir, sauf & excepté nostre sainct Pere le Pape, & l'Eglise saincte de Dieu: lesquels ledict Duc a exceptez & voulu excepter: lesquelles submissions & hommages dessusdicts, nous considerans & attendans, euë sur ce meure deliberation, avons promis en bonne foy, & pour nous & nos successeurs Roys de France: & par ces presentes promettons les dessusdict Duc, & ses successeurs Ducs de Bretagne, perpetuellement és temps à advenir loyallement ayder, conseiller, & conforter de sa partie tenir contre tous ses adversaires quelconques qu'ils soient, EXCEPTEZ l'Eglise de Rome, & son Vicaire, nostre S. Pere le Pape, ET TOUS SES DROICTS ROYAUX, ET SON DUCHE', ET SUPERIORITEZ, Prerogatives, Noblesses, & Franchises quelconques cy dessoubs plus à plein declarées. Promettons en bonne foy tenir, garder au temps advenir, entierement & sans aucune diminution selon nostre pouvoir. C'EST A SÇAVOIR, son Parlement, de droict de Regale, lequel és Eglises Cathedrales de son Duché luy compete, & appartient d'ancienneté, ainsi qu'on disoit communement la garde ou sauvegarde dessusdictes Cathedrales, & des autres Eglises, de gens d'Eglise, de veufves, & d'orphelins, la cognoissance & tuition des chemins publics de son Duché, DE MOUVOIR ET FAIRE GUERRE à ses ennemis, si & entant comme besoin seroit: De deffendre ports d'armes en son Duché, DE FORGER ET FAIRE FAIRE SES MONNOYES BLANCHES ET NOIRES, ainsi comme à luy & à ses autres successeurs plaira. De punir & deputer à execution faux Monnoyeurs: D'avoir & exercer toute maniere de justice par luy & ses Senescha[illegible], Baillifs, & autres ses Justiciers, ainsi comme iceux constituer, & deputer comme luy plaira, DONNER SAUVEGARDES, d'avoir ports de mer, romptures de nefs, avec forfaictures, amendes, & emolumens, tant pour raison de nefs pareilles, comme des brevets, ou seaux de mer, prendre, percevoir, avoir, & lever és villes, havres, & ports de son Duché, & en la mer, toutes & quantes fois le cas esdicts lieux, ou aucun d'iceux adviendra, CONFISCATION DE BIENS des condamnez à mort à cause de l'heresie, biens vacans par exheredation, thresors mucez & trouvez, pescheries en mer, & ez fleuves doux de son Duché, desiccations en terre, poissons Royaux pris en la mer de Bretagne, brevets, ou seaux de brevets: c'est à sçavoir de salvations & saufconducts de vivres pour les marchans & passans par la mer de Bretagne, en la salvation & faveur d'iceux marchans d'ancienneté par certaine composition pour ce ordonnez, tant aux ports, havres, & villes de son Duché, comme aussi à Bordeaux & à la Rochelle, & de deposer & forbannir les malfaicteurs, de leur pardonner, & eux absoudre de tous crimes: les deposez & forbannis rappeller comme au Duc dessusdict, & à ses successeurs Ducs de Bretagne semblera de faire. Tous lesquels Droicts Royaux, Prerogatives, Superintendences, Noblesses, & Franchises dessusdictes, & chacune d'icelles audict Duc, & non autre d'ancienneté appartenans, & par ledict Duc reservez à luy & à ses successeurs, specialement en nostre presence & specifiez, comme dict est. NOUS PAR LA TENEUR de ces presentes, promettons en bonne foy, & sommes tenus pour nous & nos successeurs Roys de France, sans enfraindre en aucune dimunition observer & loyallement garder, comme dict est. Lesquelles choses ainsi faictes, reservées, specifiées, & d'un costé & d'autre permises, LE DICT DUC EN SIGNE DE LADICTE SUBMISSION, & en icelle declarant, voulant alors que de son Parlement de Bretagne d'oresenavant on appelleroit, où par ressort seroit devolu en notre Parlement de France, EN DEUX CAS, TANT SEULEMENT qui s'ensuivent, JAÇOIT QUE LEDIT DUC ET SES PREDECESSEURS n'eussent onques accoustumé jusqu'alors hommage ou submission avoir faict à nous & à nos Predecesseurs (ainsi comme notoirement & publiquement on disoit.) C'est à sçavoir. LE PREMIER CAS, que de faux & mauvais jugement ou sentence inique en sondict Parlement de Bretagne au temps à advenir données, on appellera d'oresnavant en nostre Parlement, LE SECOND QUE DUDICT DUC semblablement on appellera par faute, ou denegation de droict, ledict Duc toutesfois en personne, si bonnement & en lieu seur il peut estre trouvé par trois fois, & par interval-le de temps, premierement sommé & requis suffisamment: & iceluy Duc (qui ia ne face) ledit droict premier refusant, ou desniant, & pour cause de ressort des deux cas dessusdits & non autrement. LE DUC NOUS A FAIT LE PREMIER HOMMAGE ou submission, & obeyssance du Duché de Bretagne, & serment de fidelité pour luy, ses successeurs, sauvez & exceptez tous ces devant dicts droicts, superioritez, & prerogatives quelconques à chacun d'iceux par ledict Duc ainsi comme dict est, reservées, & entierement retenues en la forme & maniere que dessusdict: & ainsi comme luy & ses Predecesseurs de toute ancienneté les souloient avoir devant ceste submission. Lesquels aussi nous de ceste auctorité Royale, & de certaine science, audit Duc & à ses successeurs Ducs de Bretagne, par la teneur de ces presentes, en tant comme besoin seroit, nous reservons. EN OUTRE FUT declaré & specifié entre nous & ledict Duc, afin d'eviter toutes dissensions, lesquelles pour ce pourroient (que Dieu ne vueille) sourdre au temps à advenir, que les appellans du dessusdit Duc, en demandant ou en deffendant, ne doivent jouyr d'aucune exemption soubs la protection Royalle, fors és cas, esquels ils seront appellans tant seulement, & ainçois en toutes leurs autres causes, tant en demandant comme en deffendant, demeureroient justiciables dudict Duc, ainsi comme ils estoient, & avoient accoustumé estre

ANNO 1231.

ANNO 1231. paravant ceſt hommage & ſubmiſſion. ET FUT ENCORE APPOINTE', & accordé entre nous & ledit Duc, que leſdicts appellans de quelque condition qu'ils ſoient, ne puiſſent ledict Ducs ou ſes Subjects, par ſimples adjournemens, ou autrement, devant nous ou les gens de noſtre Parlement, adjourner & convenir FORS EN CAS D'APPELLATION par faute de droict à noſtre Cour juſtement interpoſée, ou de mauvais & faux jugement ou ſentence unique au Parlement dudict Duc donnée, comme deſſus eſt plus amplement declaré ſeulement & non autrement ET SI (QUE ja à Dieu ne plaiſe) le contraire advenoit, en ce cas ledict Duc, ny ſes Subjects, ne ſeroient point tenus à nous, ny aux gens de noſtre dit Parlement aucunement obeïr: & nous ou nos ſucceſſeurs ne pourront pour ceſte cauſe iceux ou aucun d'eux, au temps à advenir reprendre, corriger, ny punir. Toutes leſquelles choſes devant dictes, & chacunes d'icelles en nos preſentes Lettres contenues, tant d'un coſté comme d'autre, avons fermes & agreables: & icelles d'un commun accord & conſentement avons voulu & voulons, louons, approuvons, confirmons, & à l'encontre d'icelles avons juré, & de chacune part jamais au temps à advenir, aucunement non venir. Leſquelles choſes afin qu'elles obtiennent force de fermeté, nous avons fait ces preſentes ſceller de noſtre ſeau. Donné en noſtre Ville d'Angers, l'an de noſtre SEIGNEUR, MCCXXXI.

Signé,

LOUYS.

PIERRE. ET DE CREVECOEUR.

XCIX.

1232. 10. Mai. *Privilegium* FRIDERICI II. *Romanorum Imperatoris* HEINRICO *Seniori*, & HEINRICO *Juniori Dominis de Plauen conceſſum de metallis fodiendis, & moneta cudenda quo ſimul ipſis Oppida* Aſchk & Selb *cum omnibus eorum pertinentiis donat. Datum ad Portum Naonis in Carinthiâ* 10. *Mai: Anno ab Incarnatione Domini* 1232. *Indictione V.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales. Tom. 1. pag. 298.]

FRIDERICUS II. Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſolimitanæ & Siciliæ Rex, Dilectis ac Nobilibus ſibi Heinrico ſeniori, Regni noſtri Advocato, & exercitus noſtri Capitaneo, Domino de Plauen, & Heinrico Juniori, ſtrenuo militi ejus filio, ſalutem in perpetuum.

Conſideratâ devotione veſtrâ quam geritis circa Deum, propter quem non tantùm laborum & rerum, verùm etiam proprii ſanguinis effuſione & prodigi moribus vos indifferenter expoſuiſtis ad propulſandum & evacuandum Gentilitatis errorem, tum maximè cum circa Ratisbonam Civitatem noſtram, ſanctæ Mariæ & matris Eccleſiæ inimicos & campo expuliſtis & occidiſtis, ad laudem Dei noſtri & ſacri Imperii, veſtræque ſtirpis ad honorem, propter quam veſtram ſtrenuitatem, multa commoda nobis & Eccleſiæ evenerunt. Comperta igitur fidelitate ſingulorum & omnium veſtrorum progenitorum ex nobiliſſima proſapia veteranorum Romanorum oriundorum, quam in obſequiis noſtris & Imperii indefeſſam invenimus & probatam. Operæque pretium judicamus veſtris expenſis & laboribus Imperiali noſtra munificentia ſubvenire. Propterea vobis Heinricis ſeniori & juniori de Plauen, & omnibus veſtris hæredibus facultatem concedimus: & poteſtatem quærere & fodere aurum & argentum, aliaque omnia metalla uti debeatis & poſſitis. Et ſi quæ in præſenti vel in poſterum aurifodinæ vel argenti ad cujuscunque æris commoda, vel utilitates in territorio diſtricti Dominationis veſtræ ſupervenerint, hæc vobis & hæredibus cedant cum proventu omnimodo, Nobis nec alicui ulli aliquid inde teneri debere. Inſuper indulgentes vobis & hæredibus veſtris maſculis, ut debeatis & poſſitis aureos Groſſos & Denarios monetare, quæ ab omnibus Chriſti fidelibus, ut bona moneta tanquam noſtra accepta debet eſſe & rata. Donamus etiam Oppida Aſchk & Selb cum omnibus eorum requiſitis, quatenus per amborum veſtram vitam de noſtro beneplacito & conſenſu ea poſſideatis, & deinceps ſemper frui poſſitis. Et ſi quando contingat, nos ex hac vita decedere præ omnibus aliis hæredibus noſtris oppignorari debent. Ad evidentiam autem & perpetuitatem omnium promiſſorum præſentem paginam noſtri Sigilli appenſione munitam vobis decernimus indulgendam. Datum ad Portum Naonis in Carinthia, Anno ab Incarnatione Domini 1232. 10. Maji, Indictione quinta. ANNO 1232.

Ad mandatum Cæſareæ Majeſt.

C.

1233. 13. Juillet. *Arnhemium Oppidum in Civitatem erectum, & Privilegia eidem per* OTHONEM *Comitem Gelriæ conceſſa. Actum Altenæ* 3. *Idus Julii Anno* 12.3. CUM *Ratificatione* REINALDI *dicti* OTHONIS *Filii, Regiâ, & ſpeciali licentiâ* HENRICI VII. *Romanorum Regis factâ. Datum & actum Brummen feriâ tertiâ in craſtino* BONIFACII *Martyris Anno* 1312. [J. J. PONTANUS, Hiſt. Gelriæ lib. 6. pag. 182.]

IN nomine Sanctæ ac Individuæ Trinitatis, Amen. Reinaldus Comes Gelrienſis omnibus harum Literarum inſpectoribus ſalutem & pacem æternam. Omnia facta mortalium temporalem ſequuntur motum, & pereuntibus hominibus ipſorum ſimul facta intereunt. Quare neceſſe eſt, ut quæ ſua natura tendunt ad interitum, Literarum adminiculo fulciantur, & ab oblivionis interitu defendantur. Cum itaque anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo feriâ ſextâ ante nativitatem beatæ Virginis excellentiſſimo Principe Domino noſtro Henrico Romanorum Rege in Spira pro Tribunali ſedente in communi Sententiâ per Principes videlicet venerabiles Colonienſem ac Magontinenſem Archiepiſcopos & Spirenſem Epiſcopum, nec non Illuſtrem Thybaldum Ducem Lotharingiæ, Principem & Nobilem virum Dominum Gerhardum Comitem Juliacenſem, noſtrum conſanguineum ac perplures alios Nobiles aſtantes quæſitum & obtentum fuerit, quod nullus Princeps aut Dominus poteſt alicui Opido conferre vel concedere aliquas libertates, vel privilegiare aliqua Opida abſque manu & expreſſo conſenſu Regis in cujus Regno Dominium ipſius Domini ſitum exiſtit; & cum etiam eodem modo per dictos Principes & Nobiles quæſitum & obtentum fuerit, quòd cum nos & noſtri Prædeceſſores conceſſerimus quibuſdam noſtris Opidanis & præcipuè Opido Zutphanienſi, quod ſine ſolutione telonii ſolvendi apud Lobede (quod telonium ab Imperio habemus) debeant liberè tranſire: & cum ex hujusmodi conceſſione ipſum feudum diminuatur in præjudicium ac gravamen Imperii, talem Conceſſionem ac Libertatem per nos & noſtros Prædeceſſores factas illegitimè carere viribus & nullius exiſtere firmitatis. Præterea cum Sereniſſimus Dominus noſter Henricus Romanorum Rex prædictus motu Regiæ libertatis nobis liberaliter conceſſerit, quod omnes Libertates & Privilegia data noſtris Opidis per nos aut per noſtros Prædeceſſores ſine etiam manu & conſenſu Imperatorum & Regum Prædeceſſorum ſuorum & ſuo, Opidis, quibus voluerimus, poterimus inviolabiliter & inconvulſa tenere, & quod etiam nobis & noſtris hæredibus licet imponere & inſtituere in Opidis noſtris ubi expedire viderimus, telonia & nundinalia & hebdomadalia & illa recipere tanquam juſta, ſecundum quod præmiſſa omnia & ſingula, in Literis Domini noſtri Romanorum Regis prædicti nobis datis plenius & expreſſius continetur. Cæterum etiam quia dilectus Dominus & parens noſter Dominus *Otho*, quondam Comes Gelrenſis piæ recordationis, Opidum de Arnhem olim libertavit, dicens ex parte Regis Romanorum ſe poſſe habere (quod bene credimus, licet nondum vidimus Literas ei à Rege ſuper hoc datas,) viſoque quod Literæ ſive Chartæ dicto Opido ſuper Libertatibus & Privilegiis per Dominum Patrem noſtrum prædictum & per nos datæ, eſſent annihilatæ & penitus deſtructæ; notitiæ igitur præſentium & poſterorum præſentis ſcripti teſtimonio tranſmittimus, quod nos Reinaldus Comes Gelrienſis prædictus, attendentes grata & multimoda obſequia a dicto Opido noſtro de Arnhem nobis impenſa & in poſterum impendenda, ex præhabito Conſilio amicorum noſtrorum nobilium & miniſtralium, authoritate Regiâ & ſpeciali licentiâ Opidum de Arnhem prædictum de novo libertamus & eidem omnes antiquas Libertates tam per Dominum Patrem noſtrum prædictum, quàm per nos ipſi olim datas concedimus & innovamus. Quarum Liber-

ANNO 1233. Libertatum sive Privilegiorum, prout ex Instrumentis & relatu fide dignorum didicimus, tenor talis est:

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Otho Comes Gelrensis & Zutphanensis omnibus harum Literarum inspectoribus salutem & pacem æternam. Omnia facta mortalium temporalem sequuntur motum, & pereuntibus hominibus ipsorum simul facta intereunt: quare necesse est ut quæ naturâ suâ tendunt ad interitum, Literarum adminiculo fulciantur, & ab oblivionis interitu defendantur. Noticiæ igitur præsentium & futurorum præsentis Scripti testimonio transmitto; quod ego Otho Comes Gelrensis & Zutphanensis ex præhabito consilio amicorum meorum, nobilium & ministerialium meorum, authoritate Imperiali & Regiâ & speciali licentia de Opido Arnhem Civitatem condidi, & ei omnem libertatem cum integritate rerum suarum contuli, ut hæc Civitas gaudeat eâdem libertate & homines in ea manentes & mansuri, quâ libera Civitas fruitur & nostra Civitas Zutphanensis, & nullam faciam in eâ exactionem, nec accreditum præter Civium voluntatem, instituens etiam ut duodecim Scabinorum consilio, qui ibidem eligentur, eadem Civitas regatur, ut si quæ in ea inordinata fuerint, ipsorum maturiori consilio pertractentur & ad integrum statum reformentur, & omnia in eâ fiant secundum jus & bonas consuetudines Civitatis Zutphanensis, judicio solùm excepto, cujus emolumentum meus Judex capiet sicut ante, qui tamen per sententiam & consilium Scabinorum præjudicabit: Præterea nullum Burgensem in eâ degentem infra terminos Comitiæ & Terræ meæ duello volo posse convinci; quin actione adversus ipsum habitâ actor recurrat ad Judicem & Scabinos de Arnhem, ut causâ coram eis ventilatâ ipsi super hoc judicent & negotium fine debito exequantur. Ipsi vero Burgenses ab omni exactione telonii & solutione in Terrâ & Comitiâ meâ sint immunes nec domorum nec armorum dabunt hæreditatem. Si qui verò fuerint advenæ inhabitantes, cujuscunque conditionis fuerint, qui nec dominos nec parentes habeant, quod constet Civitati, si decesserint, nec ego, nec villicus meus hereditatem invadet, sed Scabini inter se occupatam detinebunt ad annum & sex septimanas, quod si intra annum vel Dominus vel hæres ipsorum comparuerint, qui de hæreditate ipsorum proposuerint actionem, Scabini omnem sibi justitiam facient: si verò nec Dominus nec hæres intra annum venerit, qui jus habeat in hæreditate illâ, tunc liberè Comes percipiat. Accedentes autem cum curris & carrucis propter forum rerum venalium Sabbato, si sextâ feriâ præcedente venerint & Sabbato expediti non fuerint die Dominicâ recedant, & nullo onere telonei premantur, quin salvis rebus eorum salvi recedant. Naves quoque ascendendo & descendendo ibidem applicantes cum mercibus suis, si eadem via revertantur, quâ venerint, & nullum transitum fecerint, absque teloneo recedant. Et ne per me, vel per aliquem hæredum meorum præsentis facti memoria aboleatur, & tanti beneficii gratia, juramenta meo cum nobilibus & ministerialibus meis, quos subsequens testimonium declarabit, tactis sacrosanctis reliquiis, confirmavimus. Nobilium meorum nomina, qui juraverunt Libertatem prædictam, sunt hæc: *Hermannus* de Lohen, *Henricus* de Kuick; *Henricus* de Kloute, & *Adam* filius ejus; *Gyselbertus* de Bronchorst; *Arnoldus*, *Fredericus* & *Gerhardus* fratres de Reden, *Gerardus* de Oye, *Florentius* de Batenburch; nomina vero Ministerialium & hominum meorum, qui juraverunt eandem Libertatem, sunt hæc: *Christianus* & *Jacobus* filius ejus, milites de Arnhem, *Helbertus* de Dolre, *Jacobus* de Driele, *Henricus* de Langerache, *Arnoldus* Clericus, *Reinerus* de Meinersdyck, *Arnoldus* de Dolre, *Wilhelmus* de Benthem, *Gerlacus* Luceus, *Giselbertus* de Stochoven, *Henricus* de Helberge, *Theodoricus* Doys & alii multi. Hanc verò Concessionem & donationem Libertatis imperialis & regiâ potestate & meâ feci Civitati & Civibus de Arnhem, anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo trigesimo tertio, tertio idus Julii apud Altenis, præsentibus testibus subscriptis, *Arnoldo* de Walhem, *Henrico* de Monte, *Gerhardo* de Loen, *Jacobo* de Arnhem, *Conrado* de Altenis militibus, *Giselberto* Magistro coquinæ, *Everhardo* Boehenoghe, Clerico & Notario & aliis quamplurimis. Et hanc paginam Sigilli mei impressione feci roborari.

Præmissa omnia & singula authoritate regia & speciali licentia Domini *Henrici* Romanorum Regis prædicti dicto Opido de Arnhem ratificamus. Et ut præmissarum Libertatum donatio sive Privilegiorum innovatio & confirmatio per nos facta rata inconcussaque & stabiles perseverent, & ne etiam per nos aut per aliquem hæredum nostrorum prædictæ Libertates seu Privilegia Opidanis Arnhem manentibus & mansuris quoquo modo in posterum violari valeant vel infringi, præsentem paginam duximus nostri Sigilli munimine roborandam. His quidem præmissis omnibus & singulis interfuerunt tanquam testes, videlicet Dominus *Theodoricus* dictus Loyff de Clivo, Comes de Heylherade, *Giselbertus* Dominus de Bronchorst, *Stephanus* Dominus de Wysche, *Theodoricus* Dominus de Bylant, *Walterus* Dominus de Keppel, & Dominus *Baudechinus* de Avesaet Milites ac fideles nostri, nec non quam plures alii nostri fideles side digni. Datum & actum Brummen, anno Domini MCCC. duodecimo feria tertia in crastino Bonifacii Martyris.

ANNO 1233.

CI.

Literæ Feudales LUDOVICI IX. *Regis Francorum pro* GUALTERO DE AVESNIS *Comite Blesensi de Feudo de* Andeignies *& de* Villaribus. *Actum Peronæ mense Novembri Anno* 1233. [MARTENE *Thesaurus novus Anecdotorum Tom.* 1. *col.* 974. *Ex Ms. Cl. V.* Petr. Menard *Urbis Turonensis Præfecti.*] Novembre.

LUdovicus &c. Noverint &c. quòd cùm Renerus de Sanis teneret de nobis ligiè feodum de *Andeignies* & de Villaribus quod videlicet feodum Baudricus de *Roisin* tenebat de dicto Renero, ideo quòd Renerus feodum illud in manu nostra dimisisset, nos de voluntate ipsius Reneri recepimus in hominem ligium de prædicto feodo dilectum & fidelem nostrum Galterum de *Avesnin* Comitem Blesensem, salvo jure alieno, ita quod tam idem Comes quam heredes sui tenentur reddere nobis & heredibus nostris feodum prænominatum ad magnam vim & ad parvam, quoties super hoc ex parte nostra & heredum nostrorum fuerunt requisiti; & sciendum quod sicut de hoc feodo fecit nobis hommagium per se, ita & heredes ejus tenentur nobis & heredibus nostris facere hommagium de dicto feodo per se. Quod ut &c. Actum Peronæ anno Domini MCCXXXIII. mensis Novembris.

CII.

Dotalitium BLANCHÆ *Filiæ Regis Navarræ, per P. Ducem Britanniæ constitutum, cùm* JOANNES *Filius ipsius eandem* BLANCHAM *in uxorem duceret. Actum apud Castruni* Theodorici *die Mercurii post festum B. Laurentii.* [MARTENE, Thesaurus novus Anecdotorum tom. 1. col. 991. Ex Cartario Campaniæ Bibliothecæ Regiæ.] 1235. 15 Août.

EGo P. Dux Britanniæ, Comes Richemontis, & ego JOHANNES filius ejus, notum facimus universis præsentes Litteras inspecturis, quod cum JOHANNES filius meus duceret in uxorem BLANCHAM filiam nobilis viri THEOBALDI Dei gratia Regis Navarræ, Campaniæ & Briæ Comitis Palatini; dictus JOHANNES filius meus dotavit eam de tertia parte terræ suæ Britanniæ, & de medietate terræ quam teneo in Regno Franciæ, & in Comitatu Campaniæ post decessum meum, & de castro de Fara, sito infra partum de Fara. De hiis conventionibus tenendis requiremus bonâ fide carissimam nostram Comitissam Drocarum, quod Litteras suas patentes tradat Domino Regi Navarræ, de eo quod pertinet ad feodum suum de rebus prædictis: Et si ipsa nollet facere hoc pro nobis, faceremus pro posse nostro, quod JOHANNES filius ejus super hoc Litteras suas patentes daret Regi prædicto, quando venerit ad ætatem. Hæc autem omnia supradicta juravimus fideliter adimplere; & quia ego JOHANNES Sigillum non habebam, rogavi patrem meum, ut pro se & pro me præsentes Litteras roboraret.

Actum apud Castrum-Theoderici, anno Domini MCCXXXV. die Mercurii post festum beati Laurentii.

ANNO 1236. 25. Mai.

CIII.

Emptio Villæ Gronloe *sive* Grollæ *de* HENRICO DE BURCKULOE *per* OTHONUM *Comitem Gelriæ facta. Actum Zutphaniæ* 8. *Calendas Junii Anno* 1236. [J. J. PONTANI Hist. Gelricæ lib. 6. pag. 139.]

IN nomine Sanctæ individuæ Trinitatis, OTHO Dei gratiâ Comes Gelriæ & Zutphaniæ, universis has Literas lecturis notum esse cupimus, quod nos erga Dominum Henricum de Burckuloe titulo emptionis comparavimus villam Grunloe, jurisdictionem, firmentum & monetam, areas, aquam & montem, curtem voce *Grunloe*: Molendinum cum una area eidem Molendino attinenti à nobis tenet in feodo, & firmentum (sive id *frumentum* est) quantum in sua domo Burckuloe sibi fuerit necessarium, nec proinde aliquid ab eo nec à suis nunciis requiretur. Aqua verò nostrum erit allodium tali conditione, ut cum nos Grunlo non fuerimus, aqua erit in custodia Henrici: ita quod in ea poterit piscari ad usus suos. Nullum etiam ibi Molendinum à nobis vel alio locabitur, per quod suo Molendino videatur ingeri detrimentum. In montem autem cujuscunque castrum operis (excepto ædificio lapideo) poterit sine nostra contradictione collocare. Quicunque verò excesserit infra indicium Grunloe, quique maleficio confugerit supra montem, in ipso non obligabitur nec accipietur quamdiu in eo manserit, sed cum à monte recesserit juri suo, prout poterit, innitatur. In bonis etiam dicti Henrici non habebimus largius jus hospitii quam habuit pater nec petitionem faciemus largiorem. Item homines Domini Henrici non recipientur in villam Grunloe nec ibidem manebunt sine suo consensu & liberâ voluntate. Si verò Dominus Henricus propter hanc nostræ emptionis causam ab aliquo fuerit impulsatus vel gravatus, Nos eidem consilio & auxilio fideliter assistemus, ut autem harum conditionum articuli in perpetuum observentur, præsentes Literas Sigilli nostri munimine roboramus. Huic Instumento & ordinationi interfuerunt isti, Henricus Dominus de Monte, Rutgerus Dominus de Brempt, Andreas Capellanus, frater Godefredus, Peregrinus, Canonicus Zutphanienſis, Stephanus de Lantdorpe, Gerlacus Lucenshert, Henricus de Burckloe, Hermannus Wulff, frater suus Henricus Castel, Milites, Bartoldus Lappe de Borckloe & alii. Actum & datum Zutphaniæ anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, octavo Calend. Junii.

ANNO 1236.

CIV.

1237. Avril. *Confirmatio Privilegiorum Ducatus* Styrensis *Ministerialibus, & Comprovincialibus ab* OTTOCARO *Styriæ &* LEOPOLDO *Austriæ, ac Styriæ Ducibus datorum per* FRIDERICUM II. *Romanorum Imperatorem facta. Datum apud Anasum Mense Aprili* 1227. *Indictione X. Imperii sui Anno* 18. *Regnorum Jerusalem* 12. *Siciliæ* 38. [R. STREINII **Hand-vesten Freyheiten / Gerechtigkeiten / brifliche Urkunden / des Ertzhertzogthums Oesterreich / 1. buch.**]

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus Secundus, Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Hierusalem & Siciliæ Rex. Ad Romani Decus Imperii provenit, & Augustalis exigit officium dignitatis, ut Subjectorum Statui benigne prospiciens, ipsos à jugo deprimentium eruat, approbatas consuetudines, & eorum jura restauret, ac ea, quæ suis provisa sunt commodis prosequatur & approbet gratia generali. Hinc est igitur, quod præsentis Privilegii serie notum fieri volumus, modernis ac posteris universis Imperii fidelibus, quod cum Ministeriales & Comprovinciales Styriæ fideles nostri, Celsitudini nostræ humiliter supplicarint, ut eos in nostram & Imperii Ditionem perpetuo recipere ac tenere, nullique alii concedere, nec non jura & consuetudines approbatas, quæ per Ottocarum Styriæ, & per Leopoldum Austriæ Duces, ex illorum Privilegiis obtinuisse noscuntur, nostri prosequentes approbatione favoris de nostra confirmare gratia dignaremur. Nosque attendentes immensam fidem & devotionem sinceram, quibus Ministeriales Styriæ supradicti, jugum oppressionis & injustitiæ declinando, quod Majestatem nostram & imperii enormiter offendebat, nostrum & Imperii justum & dulce dominium sunt affectibus totis amplexi. Universos & singulos tam Ministeriales quam ceteros in eodem Ducatu Styriæ constitutos, fideles nostros, sub nostram & Imperii recepimus ditionem, ut non nisi a nobis Imperatoribus & Regibus successoribus nostris perpetuo teneantur. Si autem prædictorum Ministerialium Styriæ favorabilis instantia, nostram providentiam pulsaverit, ut eundem Ducatum, de manibus nostris & Imperii, alicui Principum, quem nostra viderit dignum ad hoc Sublimitas, porrigamus, non Principi Austriæ, ut hactenus fuit consuetum, qui pro tempore fuit, sed specialiter speciali Principi, eundem Ducatum Styriæ porrigi promittimus, per nos vel nostros successores Imperatores sive Reges, hanc prærogativam nostræ specialis gratiæ, dictis Ministerialibus, pro ipsorum merito speciali per nos factam, hujus nostri Privilegii auctoritate, benignius confirmantes. Confirmamus insuper eis omnes consuetudines approbatas, & jura, quæ prædicti quondam Ottokar Styriæ & Leopoldus Austriæ & Styriæ Duces, ipsis liberaliter confirmarunt, prout in eorum Privilegiis continentur, quæ propriis Capitulis duximus exprimenda, videlicet, quod quicunque fidelis noster de Styria, cum aliquo de Austria, vel Australis cum Styriensi contraxerit, utatur & gaudeat consuetudinibus & juribus Provinciæ, in qua degit, & suam elegit mansionem, cum pro personis singularibus, specialis consuetudo non debeat excipere generalem. Inimicam quoque justitiæ consuetudinem, quæ memoratos Styrienses indebite, per Principes eorum in eo premere videbatur, quod filiæ ac filii eorum coactim quodammodo matrimonio copulabantur. Nos ut Zelatores æquitatis penitus removemus hanc eisdem dantes, ac imperiali justitia confirmantes Libertatem, ut libere filios ac filias eorum cui voluerint copulare debeant in futurum. Quicunque autem Styriensis ab intestato decesserit, hæres ejus, vel qui in consanguinitatis linea ei proximus fuerit, succedere debeat bonis suis. Si inter Styrienses quæstionem oriri contigerit, duellum locum non habeat, vel probatio per Campionem, ubi testes idonei producentur, secundum quorum testimonium quæstio dirimatur. Querimonia vero super prædiis habita, coram statutis Judicibus, auditis assertionibus testium, ordinario judiciario, secundum justitiam terminetur. In beneficiis autem molestiam, quæ *Anfel* vulgo vocatur, tanquam bonis & honestis consuetudinibus adversantem penitus amovemus. Ex innatæ quoque Clementiæ nostræ gratia, præsentis Privilegii auctoritate sancimus, ut filiæ in bonis patrum succedant, eis herede carentibus masculino, per quas patrum memoria in filiis propagatur. Statuimus insuper, ut beneficia ab aliis acquisita, etiamsi a Domino terræ in proprietatem fuerint empta, ei qui jure beneficii possidet, dimittantur. Concedimus insuper eisdem Ministerialibus nostris, & aliis Comprovincialibus Styriæ, ut liceat eis eorum prædia vendere vel donare. De affluentiori quoque gratia nostra eximimus Ducatum Styriæ, & habitatores ipsius ab exactionibus & gravaminum molestiis, quæ per præcones Austriæ fieri & inferri solebant. Concedimus eis licentiam videlicet, cuicunque de Styria in fundo suo, si voluerit, Ecclesiam construendi vel conferendi de prædiis eorum Ecclesiis, intuitu pietatis. Ad hæc statuimus auctoritate, qua fungimur, confirmantes, ut sæpedictis Ministerialibus ac Comprovincialibus Styriæ homines ipsorum proprietatis vel in prædiis eorum modo quolibet positos, qui ad Civitates vel villas forenses, quæ erectæ per omnem ipsam terram fuerint, & libertati deditæ, occasione hujus Libertatis confugiunt, sine licentia Dominorum, ad quos pertinent, propriis Dominis ipsorum restituantur, cum rebus, occasionibus quibuslibet prætermissis. Volentes etiam nostræ nostrorumque successorum saluti ac sæpedictis Styrienſibus salubriter providere, statuimus, ut omnes mutæ per Styriam, quæ ultra debitum fuerant in suis redditibus aggravatæ, in summam redditum, quam solverunt prædicti Ducis Leopoldi tempore, revertantur, nullique Principi ejusdem Terræ licet eas præter quod dictum est, quibuslibet exactionibus aggravare. Monetam quoque, quæ singulis annis, avaritia exposcente, solebat renovari, in præjudicium commune habitatorum ejusdem Terræ, ex nunc volumus sine consilio communi Ministerialium majorum Styriæ nullatenus renovari, & renovatam in pondere primo per quinquennium perdurare. Statuimus igitur, & imperiali sancimus Edicto, ut nulla persona alta vel humilis,

ANNO 1236. milis, publica vel privata, Ecclesiastica vel Secularis, contra præsentis Privilegii confirmationem, ausu temerario venire præsumat. Quod qui venire præsumserit, centum libras auri puri componat, medietate Fisco nostro, reliqua passis injuriam persolvenda. Ut autem hæc nostra Confirmatio robur obtineat, in posterum perpetuæ firmitatis præsens Privilegium fieri, & Sigillo nostro Typario Majestatis impressio jussimus insignari. Hujus rei testes sunt hi: Sifridus Moguntinus, & Eberhardus Salzburgensis Archi-Episcopi, Ekbertus Bambergensis, Sifridus Ratisbonensis, Imperialis Aulæ Cancellarius, Rugerus Pataviensis, Conradus Freysingensis, Episcopi, Otto Palatinus, Comes Rheni, Dux Bavariæ, Henricus Landgravius Turingæ, Comes Palatinus Saxoniæ, Bernhardus Dux Carinthiæ, Hermannus Marchio de Baden, Conradus Burggravius de Nürmberg, Gottfried de Holenhoh, Fridericus de Truhendingen. Comes Hermannus de Orttenburg. Comes Hartmannus de Tylingen. Comes Wilhelmus de Hunenburg. Comes Conradus de Hardeckh. Henricus de Schauenburg. Heinricus de Prunne. Irenundus de Hintperch. Hadmarus de Sunnenberg, & alii quam plures.

Actum Domini nostri Friderici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti Jerusalem & Siciliæ Regis.

Acta sunt hæc Anno dominicæ Incarnationis, millesimo, ducentesimo, tricesimo septimo, mense Aprilis, decimæ Indictionis, imperante Domino nostro Friderico secundo, Dei Gratia Romanorum Imperatoris, semper Augusti, Jerusalem & Siciliæ Regis. Imperii ejus anno octavo decimo, Regni vero Siciliæ tricesimo octavo feliciter Amen.

Datum apud Anasum Anno, mense & Indictione præscriptis.

CV.

1237. Juin. *Compositio inter* PETRUM *Ducem Britanniæ &* ANDREAM DE VITRIACO *de Terris quas Dominus* VITRIACUS *Dominus de* COMBOR *&* D. ALANUS DE ACIGNEIO, *habent in Britannia; videlicet quod dictæ Terræ ipsis, & eorum hæredibus in perpetuum liberæ dimittuntur ac* Foresta Redon. *ad eundem* VITRIACUM *pertinens pro aliis bonis permutatur. Datum apud Crespeium Anno* 1237. *Mense Junii.* [LOBINEAU, Hist. de Bretagne, aux Preuves du 6. liv. *col.* 334. tiré des tit. du Chasteau de Vitré.]

UNiversis, &c. P. Dux Britanniæ, Comes Richemondiæ, &c. Noveritis quod cum inter nos & Andream de Vitriaco super pluribus contentio verteretur, tandem ad hanc formam pacis devenimus, videlicet quod Terræ Domini Vitriaci, Domini de Combor, & D. Alani de Acigneio quas habebant in Britannia in feodis & in dominicis, remanent eis & hæredibus suis liberæ & immunes in perpetuum de nobis & hæredibus nostris, & de omnibus ballis & rachatis & gardis. Item pro maritagio quod D. Vitriaci habebat in forestis Red. cum Katerina uxore sua, nos excambiavimus dicto Andreæ & hæredibus suis de dicta Katerina in perpetuum habendum totum jus quod Dominus Fulco Paganelli & uxor sua & hæredes sui habebant in Albigneio, pro quo nos assignavimus dicto Fulconi cv. lib. annui redditus in Terra quam D. Guido Malivicini habebat in Normannia de D. Rad. de Fougeriis per pacem quam dictus Guido fecit cum eodem Radulpho. Item de Terra & hæreditate D. Vitriaci quam nos occupavimus apud S. Albinum & apud Redones per Fortericias nostras, nos faciemus excambium dicto Andreæ pro ut milites qui positi fuerunt ad hoc dixerunt; de residuis vero dampnis de quibus illi nihil dixerunt, nos faciemus legitimum excambium ad dictum D. Dolensis Episcopi & Alani de Acigneio militis. Item de mercato de S. Albino quod statueramus ad diem Martis, quo die mercatum de Chevreio erat ab antiquo, removebimus illud mercatum de S. Albino ad aliam diem. Item de Terris istius Andreæ quas vertimus ad forestas nostras, ita fuit ordinatum, &c. Quoniam autem propter minorem ætatem Johannis filii nostra plena securitas de hoc non poterat fieri, nos tradidimus Domino nostro Regi Franciæ omnes Terras quas de eo tenemus in Francia, Normannia & in Terra Castricelsi & Montis Falconis, excepta Fortericia Castricelsi, & etiam terram hæreditariam fratris nostri Archiepiscopi Remensis, si interim nobis excideret, tenendas in manu sua à tempore legitimæ ætatis dicti filii nostri, si pacem istam nollet tunc jurare, & exitus inde redderet D. Rex præfatis Andreæ de Vitriaco, Domino de Combor, & A. de Acigneio. Nos autem tenemur dare plegios D. Regi de MM. marcarum argenti quod si dictus filius noster pacem suprad. non juraret, D. Rex gagiaret plegios de dictis MM. marcis argenti quas solvi faceret D. Andreæ de Vitriaco. Item nos jurabimus pacem istam tenere, & Johannes filius noster idem jurabit intra festum Assumpt. B. M. coram Allocato D. Regis, & quando ad ætatem legitimam pervenerit, eam iterum jurabit & Litteris suis patentibus confirmabit. Item si D. Rad. de Fougeriis eamd. pacem jurare & per suas patentes Litteras confirmare voluerit, concedimus ei eamd. pacem & libertatem de rachatis, ballis, & gardis, in terris suis de Britannia, tam in feodo quam in dominicis, &c. Datum apud Crespeium. Anno Dom. MCCXXXVII. mense Junii.

ANNO 1237.

Ratificatio JOANNIS *Ducis Britanniæ postquam ætatem legitimam attigit. Datum Parisiis die Lunæ post Festum B. Martini Hyemalis Mense Novembri Anno* 1237. [LOBINEAU, Hist. de Bretagne aux Preuves du 6. livre col. 335. Ibid. Le même Acte se trouve au Ch. de Nantes arm. F. Cass. A. n. 20.]

JOhannes Dux Britanniæ, Comes Richemondiæ, &c. Ut hæc omnia quæ superius exprimuntur perpetuum robur obtineant, nos in ætate legitima constituti & probata coram excellentissimo Domino nostro Ludovico D. G. Francorum Rege, & ab eodem in hominem recepti, hanc Compositionem concessimus, &c. & proprii Sigilli munimine roboravimus. Datum Parisius die Lunæ proxima post festum B. Martini Hyemalis. Anno Dom. MCCXXXVII. mense Novembris.

CVI.

Rescriptum FRIDERICI II. *Romanorum Imperatoris ad Principes Imperii de superbia* GREGORII IX. *Papæ ejusdémque iniquitate contra Imperatorem & Imperium.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. 3. pag. 392.] 1239.

FRedericus Imp. Principibus suis. Æmula Regum & Principum Orbis Terræ, ac consortium impatiens, dudum in superbiam secularium liberaliter adducta Romana Sedes, propter illius, qui Princeps esse dicitur Sacerdotum, in suum adversus nos præconceptum odium, ad universale scandalum sic exarsit, adeo adverso Ecclesiasticæ Religionis ordine, præter Mandata Legis, quorum lator & Pater esse debuerat, quæ prævertit, dum se hostilibus rebus immiscens dubios bellorum eventus, cædes hominum, obsidiones Urbium & universitatum procurat, & undique pericula populorum: sponsam Christi Ecclesiam, matrem nostram, cujus auctoritate libitum pro licito sequitur, è sanctuario Dei suarum vindictam inimicitiarum exercens, reddit (proh dolor!) mundo notabilem, ut sub tam inconstanti, & volubili rerum actore, qui præsidet, & nomine Ecclesiæ diversa variat & confingit, experientia facti singulos edocente non immerito ab Ecclesia, pro ejus præside ac patre mendacii, meticulosa suspicio cordibus hominum inferatur.

2. Quapropter devotionem tuam contingentia non patimur ignorare. Nuper enim per quosdam de majoribus Fratribus suis, & Religiosos alios viros, aspirantes ad quietum Ecclesiæ statum, & piis zelantes desideriis bonum pacis, adhibita est cura propensior intuendi modum, & habendi tractatum, per quem inter nos & Pontificem Pharisæum istum, contra nostri honorem nominis prava consilia colligentem, ad certum tempus Treugarum compositio fieret, infra quod per te, quem habemus in omni dilectione præcipuum, & alios Principes Orbis Terræ, ad integræ pacis reformationem opportunitas commodior haberetur. Cum-

ANNO 1239. que nos iisdem viris, inventoribus hujus viæ, præter ſpem & creditum, pro Eccleſiæ reverentia condeſcendere dignaremur, Gregorius dictus Papa petebat Lombardos rebelles noſtros & noſtri bannitos Imperii Treugis ipſis debere muniri; quibus excluſis Treugas ipſas non poterat acceptare, ut evidentiorem daret omnibus intellectum; quod negotium rebellium Lombardorum fovit, & fovet in noſtrum odium manifeſtum, illud gerens & reputans velut ſuum: quanquam hactenus alias palliarat, quod non in favorem ipſorum, ſed ob transgreſſiones noſtras alias, quas fingebat, contra nos ad excommunicationis Sententiam proceſſiſſet. Quod intolerabile viſum eſt nobis, ut rebellibus noſtris diutino guerrarum diſcrimine fatigatis, & in majori parte depreſſis, Treugas concedere deberemus: ad quorum perſecutionem & vindictam accincti vexilla neceſſaria & præpotentia caſtra noſtra triumphaliter duximus educenda. Et licet nobis in confinio caſtra metatis Campaniæ, ſuggereretur inſtanter ad ingreſſum illius Provinciæ, data plena fiducia de obtentu, ſuper quo doloris gladius ad injuriatoris noſtri animam pertranſiret, nos tamen ad præſens ob honorem Dei, & reverentiam BB. Apoſtolorum Petri & Pauli, quibus, utpote qui ſacrum Imperii Diadema de ara B. Petri ſuſcepimus, eſſe volumus non ingrati, ab ingreſſu & receptione ipſius terræ deſtitimus, expectantes interim, ſi noſtrum injuriatorem omiſſa vexatio revocet ab offenſis.

3. Præterea non patimur te latere, qualiter homo iſte dictus Papa in obſidione Ferrariæ civitatis Imperii, & Salinguerræ fidelis noſtri, Bononienſibus, Venetis, & aliis convicinis noſtris rebellibus convocatis, Legatum ſuum cum Mediolanenſibus fecerit convenire, Ducem ibidem exercitus & rectorem: qui adeo cum ſuis complicibus eundem Salinguerram & Ferrariam in exhæredationem Imperii coarctavit, quod à ſuis proditus, receptis tamen promiſſionibus & pactis de indemnitate perſonæ ſuæ ac rerum ſuarum & de ſalubri mora ſua in eadem Civitate, nec non per eundem Legatum, Ducem Venetiarum, Poteſtates, Rectores, Capitaneos exercitus, & generaliter per totum exercitum juramento firmatis, nomine Eccleſiæ juramentum impendit, ac ſæpe dictam Civitatem aſſignavit Eccleſiæ ſpecialiter poſſidendam, commiſſa fide ſua fidei Legati Eccleſiæ, quod præſtita & jurata ſibi ſecuritas plenarie ſervaretur. Sed poſt deditionem Civitatis & ſuam Legatus idem eadem celebritate, qua præſtiterat juramenta, cum prædictis omnibus dejerando, demolitis domibus & bonis ejuſdem Salinguerræ, ipſum ſimul duxere fide mentita Venetias captivatum, Ecce qualis invenitur in Legato fides? qualis de patre Legati mentiendi prodeat auctoritas? ut fidem reputent, fidei juramenta non ſervare. O quam peſtiferum ab Eccleſiæ rectoribus emanat exemplum: quam evidens omiſſa veritate deceptio: ut Regibus & Principibus Orbis, quibus propter impatientiam invident, ſint præcipue præcavendi, ne de facili ſe præbeant in manus eorundem, qui ſemper intercipere conantur incautos, & pium reputant innocentiam condemnare. Nos autem qui omnes & ſingulos eorum tum ex vicinitate, tum ab experto, intus & in cute jam novimus, taliter te per imaginem rerum ab eorum fallaciis cautum volumus obſervari, ut vobis intendamus præcavere, ſperantes in eo, qui Reges & Regna conſtituit, quod juſte injuriam propulſantes, violentiam nobis illatam noſtrarum virium conamine propellemus, & in gladio juſtitiæ, quem auctore Domino bajulamus, Sacerdotum gladios, quibus abjecta ſtola lumbos ſuos inhoneſte præcingunt, juſtius retundemus.

4. Dignum inſuper duximus ad tuam notitiam perferendum, quod idem Papa, ſicuti eſt ſuis motibus præceps, & inconſtans in omnibus viis ſuis, ſtrenuis viris de Francia, Cruceſignatis, & pro voti executione ad iter accinctis, prohibuit Cenſura Eccleſiaſtica, ne tranſeant in præſenti, non attendens neceſſitatem Chriſtiani exercitus in Ultramarinis partibus commorantis, cui in emergentis caſus articulo nedum de Cruceſignatis, ſed de noviter conſignandis deberet in auxilium ſubvenire. Unde ab operibus ejus, quæ ſuo teſtimonio profitetur, auctorem potes agnoſcere, quod duplicitas viarum ſuarum ſcandalum generet, & totius univerſitatis incommodum ſubminiſtret.

Reſcriptum FREDERICI II. *Romanorum Imperatoris ad Senatores, & Populum Romanum de Poteſtate* Imperatoris, *& Obedientiâ Urbis* Romæ *Imperio contra Papam debitâ* [GOLDASTI *Conſtitutiones Imperiales* Tom. 3. pag. 393.] ANNO 1239.

FRIDERICUS Imp. Senatoribus & Populo Romano. Præteritæ culpæ veſtræ convicium, quod ſub patientiæ hactenus regulariter duximus, factionum veſtrarum faciente protervia, cum tolerantia pati ulterius non valemus: ſed in hoc motus noſtros reſtringimus, & audaciæ refrenamus inſtinctum, ne poſſet ultio culpam excedere, & à quo trames juris oritur, inde juſtitiæ limites deviarent. Quanquam etenim Serenitati noſtræ; quam divina potentia ſervare non ceſſat, ſubjacet omne quod volumus, noſtræ tamen voluntatis Imperium de rationis fonte colligimus & de virtutum puteo temperamus. Dudum etenim ſi ſub teſta, nucleus non celatur, dum victrix Aquila noſtri proceſſus prævia, in Romanis prædiis victricia ſigna pandebat: dum caſtrorum ſtabilitate micantium angulos veſtræ perfidiæ cingebamus: dum noſtræ victoriæ gladius, qui vinci neſcit, per vicinitatis inſtantiam vobis hactenus cuſpide minabatur, dum noſtræ potentiæ fremitu terror & ſtrepitus ſic greſſus veſtros præcluſerat, ſic puſillanimitatis affectus oppreſſerat, ſicut in experientiæ libro legere potuiſtis, quod cordis cogitatio non palpitabat intrinſecus, nedum quod in modum audaciæ imo inſipientiæ (ut loquela ſit prior) Cæſaream incitaretis victoriam ad ultionis meritæ funera, ſicut improvide nuper attemptaſtis, non attendentes, quod licet noſtra non ſit ubique corporalis præſentia, noſtræ tamen ad longinquos Orbis terminos laxantur habenæ, potati de calice Babylonis. Nam poſſe veſtrum, quod contra noſtram potentiam non poſſe putatur, feciſtis in partibus Tyburtinis, ova rumpentes aſpidum, ex quibus jam prodii regulus, telas araneas texuiſtis. Cum itaque omnis ſubita rerum mutatio non ſine quodam quaſi conflictu proveniat animorum, iniquæ temeritatis eventibus, potentiæ noſtræ propoſito mutante judicium, veſtra diſſolvetur Babylon; Damaſcus deficiet, ſufflatorium conſumetur in igne, ſedes ab Aquilone poſita corruet, & lumbare veſtrum circa lumbos appoſitum computreſcere faciet noſtræ Serenitatis induſtria, quam divinus intuitus non definit illuſtrare. Et quæ livorem cujuslibet tenebroſitatis obducit, cuique ſe totus fere Orbis inclinat, faciente divina clementia, per locum à genere Urbem ſibi ſentiet emolliri, ut à quo Romanum Imperium meruit nominari vere nobis Roma ſubjaceat, quibus terra ſervit, mare favet, & ad motum omnia deſiderata ſuccedunt.

CVII.

Compoſitio inter JOHANNEM *Comitem Britanniæ &* RADULPHUM *Dominum* FOUGER, *quâ Comes promittit* RADULPHUM *tueri in juribus ſuis de Feodo de* Porrehoet, *terrisque ipſius liberas & immunes de ballis, & rachatis pronunciat, nec non juriſdictionem in Judæos confirmat;* RADULPHUS *verò prædicto Comiti ſpondet ſe illi facturum homagium pro Feodo de* Fouger. *Actum apud Andeg. Menſe Martio Anno* 1239. [LOBINEAU, Hiſt. de Bretagne aux Preuves du 8. livre. col. 391. Tiré des ch. de Nantes Arm. L. Caſſette A. n. 23. Mars.

HÆc eſt forma pacis factæ inter Johannem Comitem Britanniæ & Radulphum Dominum Fouger. Conceſſit idem Comes predicto Radulpho in fidelitate & homagio quod recepit à dicto Radulpho, quod ipſe Comes tenebit firmam juſtitiam & fidelem dicto Rad. de Domino Petro de Chemilleio, & de aliis, quos dicit, ſive dicet, tenere jura ipſius Rad. de feodo de Porrehoet, de quibus dictus Rad. conqueretur. De ballis autem & rachatis conceſſit idem Comes quod terræ ipſius Rad. & hæredum ſuorum quitæ erunt & immunes, ſalva aſſiſia Comitis Gauffredi quondam Comitis Britanniæ. De Judæis autem conceſſit prædictus Comes quod uſuræ eſſent à tempore principii guerrarum. Quantum vero ad juſtitiam debitorum Judæorum, quæ ipſi Judæi ſibi dicent deberi, conceſſit idem Comes quod

ANNO 1239. quod prædictus Rad. eandem jurisdictionem habeat omnino quam habet Dominus Vitreii. De firmatura autem Castri de Marcilleio concessit prædictus Comes quod ipse Rad. firmet ipsum Castrum, secundum quod sibi melius placuerit. Hæc autem pax facta est, salvis aliis juribus ipsius Comitis & ipsius Rad. Promisit autem dictus Rad. quod ipse veniet ad homagium ipsius Comitis de feodo de Fouger, ex quo licentiam Domini Regis Franciæ, ore ad os, vel per litteras pendentes habebit. In cujus rei testimonium & firmitatem perpetuam nos dictus Johannes Dux Britanniæ & Comes Richem. præsens scriptum sigillavimus. Actum apud Andeg. anno gratiæ MCCXXXIX. menſe Martio.

CVIII.

Mars. *Transactio inter* HERVEUM *Vicecomitem de Leonia &* JOHANEM *Ducem Britanniæ, quâ Duci Villa, Castrum, & Portus de* Breſt *remanent contra excambium centum librarum annui reditus, & Herveus eidem homagium facit pro Feodis suis. Actum apud Kemperlé Menſe Martio Anno* 1239. [LOBINEAU, Hiſt. de Bretagne aux preuves du 8. liv. col. 392. tiré des Ch. de Nantes Arm. L. caſſette F. n. 6.]

UNiverſis, &c. Herveus Vicecomes de Leonia, Noveritis quod cum contentio verteretur inter me ex una parte, & nobilem virum Johannem Ducem Brit. & Com. Richem. ex altera, tandem compoſitum fuit inter nos & ipſum ſub hac forma: quod Villa de Breſt, & Caſtrum & Portus, remanerent dicto Comiti & hæredibus ſuis in feodo & hæreditate, faciendo mihi excambium C. lib annui redditus; & ego feci homagium Domino Comiti de feodis meis. Omnes milites & alii homines qui de me renebant in Villa de Breſt, dicto Comiti remanent; & feoda ſua quæ habent in terra mea & hominum meorum extra Villam de Breſt, de me & hæredibus meis tenebuntur, ſicut antea tenebant, legitimos redditus ſuos mihi & hominibus meis perſolvendo; & homines qui extra Villam de Breſt ante guerram manebant in feodis meis & hominum meorum, & habebant Plateas & Grangias in dicta Villa, mihi & hominibus meis remanent, & Plateæ & Grangiæ dicto Comiti & hæredibus ſuis remanent ad voluntatem ſuam plenarie faciendam. Hæc omnia ego juravi quod fideliter obſervabo. In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras Sigillo meo ſigillavi. Actum apud Kemperlé anno Dom. MCCXXXIX. menſe Martii.

CIX.

1240. 4 Juin. *Lettres de* PHILIPPES *Comteſſe de Bar portant Donation de la Terre de Ligney avec ſes dependances à ſa Fille* MARGUERITE *en faveur de ſon Mariage avec* HENRI *Comte de Luxembourg, contenant auſſi toutes les autres conditions matrimoniales dudit Mariage, tant à l'égard du Douaire qu'autrement. Fait le lendemain de la Pentecoſte au Mois de* (1) *Juillet* 1240. [Van den Haer, Chatelains de l'Iſle. Liv. 2. chap. 4. pag. 240.]

JE Philippe Comteſſe de Bar, fay ſçavoir à tous ceux qui ces preſentes Lettres verront, que j'ay donné a Monſieur Henry Comte de Luxembourg en mariage avec Marguerite ma fille, Liney & ſes appendices, & ly doy faire valoir ſept cents livres de terre à fors, en telle maniere que Meſſire Henry ne peut ceſte Terre repeinre d'autre, ne mettre en autruy main, & s'il advenoit que Marguerite ma fille moriſt ſans hoir de ſon corps, ou li hoir de ſon corps moriſt ſans hoir d'oir en hoir, Linei, & les appendices revenront au S. de Bar, & Madame Ermenſens Comteſſe de Lutzembourg a deviſe à Monſieur Henry ſon Fils, Lutzembourg & les appendices, Erlons & ſes appendices, la Roiche & les appendizes apres ſon decés, ſaulf cen qu'elle peut donner a Gerrard ſon Fils, ſe elle veut deux cents livres de terre a Metaius en la Chaſtellerie de Lutzembourg ou de la Roche, fors le fortreſſe, & Meſſire Henry ſes fils a drée Marguerite ſa femme de Erlons & de la Chaſtellerie, & des appendices, & c'eſt doaire doibt on faire valoir ſept cents livres de terre à fors à plus preis que on porra de Erlons par ledit de deulx preudommes dont je paieray ung, & li autre partie ung autre, Et cil' aduenoit que acuns de ces mortoit celle partie cui li ſiens morut repenroit un aultre, ſaulf ce que Madame Ermenſens le tenra toute ſa vie: Et de ce li ferons Madame Ermenſens la Comteſſe & Meſſieurs Henrys ſes fils avoir la fealté des Chevaliers & Bourgeois, & des hommes des villes: & pour cen que Marguerite ma fille ne peult en douaire devant dict, viens paure a la vie Madame Ermenſens la Comteſſe pour celi aſſennent il Eſternay & Biedbourch & les appendizes, & ly doit on faire valoir ſept cents livres de terre à fors: & ſe aucune choſe en defaloit on li aſſeroit à plus pres que on porroit denqui par ledit de deulx preudhommes qui ſont devantdits: & cil meſavenoit paraventure de Monſieur Henry ainçois que de Madame Ermenſes la Comteſſe que ja n'aviegne, Marguerite ma fille tenroit ſon douaire d'Eſternay & de Biedbourch & toutes les appendices, & lors quand cil d'Erlons eſcherra de Madame Ermenſens, la Comteſſe Marguerite revenra à ſon douaire qui eſt devant dis, & cil d'Eſternay & de Biedbourch ſera neans: & pour en ce que ce ſoit ferme choſe & eſtable, j'ay faict l'endemain de Pentecouſte quand li miliaires courroit par mil deux cents & quarante ans au mois de Jullet.

(1) Il faut lire ici *Juin* au lieu de *Juillet*. La Pentecôte ne peut jamais échoir en Juillet, & en 1240. elle tomba au 3 Juin. [Duм.]

ANNO 1240.

CX.

1242. Janvier *Declaration de* LOUIS *Roi de France, touchant l'hommage lige qui lui a été rendu par* ROGER *Comte de Foix, avec les obligations reciproques. Donnée à Montargis l'an* 1242. *au mois de Janvier.* [PIERRE DE MARCA, Hiſtoire de Bearn liv. 8. chap. 23. pag. 764.]

LOUIS par la grace de Dieu Roi de France, à tous ceux auxquels ces Lettres parviendront, ſalut. Nous faiſons ſavoir que noſtre amé & feal Roger Comte de Foix nous a fait homage lige contre tous hommes, & femmes, qui peuvent vivre & mourir, de tout ce dont il eſtoit Homme de noſtre Couſin, & feal Raimond Comte de Toloſe, au temps de cette derniere guerre meuë entre nous, & ledit Comte de Toloſe. Et avons accordé au meſme Comte de Foix que nous ne le metrons point, ni ſes heritiers en l'homage de ce Raimond Comte de Toloſe, ſinon avec le gré & conſentement du meſme Comte de Foix, & de ſes heritiers. Comme auſſi ledit Comte de Foix, ni ſes heritiers ne pourront ſe mettre en l'homage de Raimond Comte de Toloſe, ſinon de noſtre volonté, & celle de nos heritiers. Nous avons auſſi octroyé au meſme Comte de Foix, que lui & ſes heritiers tiennent ces choſes a perpetuité, en la meſme liberté, en laquelle le Comte de Foix les tenoit du Comte de Toloſe. Le meſme Comte de Foix nous a juré auſſi, & à nos heritiers ſur les Sacroſaincts Evangiles qu'il nous ſervira fidelement, & à nos heritiers, contre tous hommes & femmes qui peuvent vivre ou mourir. Donné à Montargis l'an 1242. au mois de Janvier.

CXI.

5 Octobre *Lettres de* ROGER *Comte de Foix à* RAIMOND *Comte de Toulouſe lui declarant que pour les raiſons y contenuës il ſe croit libre de la Foi & hommage qu'il lui devoit auparavant, & qu'il a transporté l'un & l'autre au Roi de France dont il eſt preſentement Vaſſal; & qu'il eſt reſolu de rendre audit Roi & à l'Egliſe tout le ſervice qu'il pourra contre lui en Guerre. A Pamiés le 3 des Nones d'Octobre* 1242. [PIERRE DE MARCA, Hiſtoire de Béarn liv. 8. chap. 23. pag. 763.]

A l'Illuſtre & Tres-noble homme le Seigneur Raimond par la grace de Dieu Comte de Toloſe, Marquis de Provence, Duc de Narbonne, Roger par la meſme grace Comte de Foix, Vicomte de Caſtelbon, ſalut, & travailler en tout & par tout à retenir ſa grace, s'il le pouvoit ſans le danger de l'ame, & du corps,

ANNO 1242. corps, & ſans la crainte imminente & evidente de ſon exheredation, & la perte de ſa reputation. Nous ne croyons pas qu'il ſoit echapé de la memoire de voſtre Alteſſe, comment vous ne laiſſates pas ſeulement en guerre noſtre pere de louable memoire Roger Bernard Comte de Foix, par la paix que vous fites à Paris avec le Seigneur Roi de France, mais auſſi que vous promites de lui faire vive guerre. Et enfin vous donnates congé á noſtre pere, qu'il fit telle paix & acord qu'il aviſeroit avec le Roi ſuſdit, & l'Egliſe. Laquelle paix il fit, comme il peut, & non pas comme il voulut, obligeant & ſoi & ſes heritiers à pluſieurs pactes & conventions, qui empeſchent en cet endroit noſtre bonne volonté pour voſtre ſecours, & pour voſtre profit. En outre nous croyons, que vous vous reſouvenez, comme vous avez baillé noſtre pere caution pour vous à l'Egliſe, & l'avez abſous de tout lien de fidelité, homage, & ſerment, auquel il pouvoit vous eſtre obligé, & l'avez fait jurer d'eſtre du parti de l'Egliſe contre vous, ſi vous faiſiez jamais la guerre contre le Roi, ou l'Egliſe. Et voſtre Nobleſſe ne doit point ſe faſcher, ſi pour noſtre excuſe evidente & veritable, nous ramentevons l'exheredation que vous avez fait à noſtre pere, &, à nous de la Terre de S. Felix avec ſes appartenances, & de pluſieurs autres Terres; & neanmoins vous y avez ajouté depuis peu l'invaſion des autres Chaſteaux, que le Roi nous avoit donnez en la Terre de Carcaſſes, encore que vous n'euſſiez aucune jurisdiction en iceux; & que ces Chaſteaux nous euſſent eſté baillez en recompenſe de la Terre, que noſtre pere avoit perdue pour vous, & pour voſtre guerre. C'eſt pourquoi attendu que le Seigneur Roi de France, auquel nous avons preſté homage, & ſerment de fidelité, avec voſtre conſentement, qui meme nous a honorez de pluſieurs bienfaits, non ſeulement en la reſtitution de nos Chaſteaux, qu'il nous a rendus reparez, & fortifiez, ſans nous precompter aucuns fraix, leſquels peut-eſtre il euſt pu demander raiſonnablement; mais auſſi en pluſieurs autres choſes, Nous preſſe avec tres-grande inſtance par tous les moyens qu'il peut, nous ſignifie & nous requiert, que nous lui baillions ſecours contre vous, ſans aucun delai, & que nous ne puiſſions obtenir aucune treve, ni reſiſter à ſes commandemens ſans eſtre coulpables de parjure, & ſans encourir le dommage d'exheredation, avec note d'infidelité, & perte de la reputation: Nous ſignifions par les preſentes à voſtre Alteſſe, que nous voulons & deliberons de nous attacher fidelement, au meſme Seigneur Roi, & à l'Egliſe, leur baillant noſtre ſecours, & conſeil, comme nous pourrons, eſtimans que nous ſommes en cet endroit entierement abſous de voſtre fidelité, & homage. Et que voſtre eſprit ne ſoit point indigné, ſi eſtans mus & contraints par lesdites raiſons, nous vous attaquons à l'avenir. C'eſt pourquoi nous vous ſignifions, que nous ne vous ſommes aucunement obligez d'homage ou de fidelité en la guerre que nous vous ferons ci-apres pour le Roi, ou pour l'Egliſe. Donné à Pamiés le troiſieſme des Nones d'Octobre l'an 1242.

CXII.

1245. *Literæ* FRIDERICI II. *Romanorum Imperatoris, ad Reges & Principes mundi ut Romanæ ac Papalis præſumtionis exemplum ex ipſo capiant, contra quem* INNOCENTIUS IV. *Papa, tametſi nec vocatum nec auditum auſus eſt Sententiam depoſitionis ſtatuere; ſimul ipſos hortatur ut nimias Clericis divitias ſubtrahant, & ad ſtatum primævum reducant.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales tom. 3. pag. 374.]

FRIDERICUS Imperator Regibus & Principibus mundi. Illos felices deſcribit antiquitas, quibus ex alieno præſtatur cautela periculo. Status namque ſequens formatur ex principio præcedentis, & ut impreſſionem cera recipit ex ſigillo, ſic humanæ vitæ formatur mortalitas ab exemplo. Hanc utinam felicitatem noſtra Serenitas præguſtaſſet, ut cautelæ ſolertiam, quam vobis, ô Chriſtiani Reges & Principes, ex noſtræ Majeſtatis nimia læſione relinquimus, nobis potius Chriſtiani Reges & Principes læſi reliquiſſent.

2. Porro quia Clerici cenſentur pauperum eleemoſynis impinguati, filios opprimunt: ipſique noſtrorum filii Subditorum paternæ conditionis obliti, nec Imperatorem nec Regem aliqua veneratione habere dignantur, quotiens in Patres Apoſtolicos ordinantur. Quod autem circumlocutionibus noſtris innuitur, ex Innocentii Papæ IIII. præſumptione probatur, quia vocata Synodo, ut aſſerit, generali contra nos non vocatos, nec ſuper aliqua fraude vel pravitate convictos, auſus eſt Sententiam depoſitionis ſtatuere, quam præter omnium Regum enorme præjudicium non poterat ſtabilire. Quid enim vobis, & ſingulis Regibus ſingularum regionum, à facie tanti Principis Sacerdotum timendum non immerito ſupereſt, ſi nos & Principum electione ſolempni, & adprobatione totius Eccleſiæ, ac in Chriſtianæ fidei religione viventium, Imperiali diademate divinitus inſignitos, & alia Regna nobilia magnifice gubernantes, ille deponendos adgreditur, & cujus, quoad Imperiale Diadema, non intereſt aliquid in nos exercere rigoris, etiamſi cauſæ legitimæ probarentur. Verum id propter quod Sacerdotalis ſic infeſtat abuſio poteſtatis, & à ſummo nos conatur præcipitare deorſum, nec primi ſumus nec ultimi.

3. Et hoc quidem vos facitis obedientes religionem ſimulantibus ſanctitatis, quorum ſperat ambitio, quod totus mundus influat in os ſuum. O ſi veſtræ credulitatis ſimplicitas à Scribarum & Phariſæorum fermento, quod eſt hypocriſis, juxta ſententiam Salvatoris, ſibi curaret attendere: quot illius Curiæ turpitudines execrari poſſetis? quas inhoneſtas & pudor prohibet nos effari. Sane redditus copioſi, quibus ex plurium depauperatione Regnorum ditantur, quemadmodum ipſi noſtis, ipſos faciunt inſanire. Apud vos Chriſtiani mendicant, ut apud eos Patareni manducent: ibi veſtras domos obſtruitis, ut illic adverſariorum Oppida conſtruatis. Sicque de veſtris elemoſynis impinguati tales Chriſti pauperes ſuſtentantur, qui beneficii compenſatione, ea ſaltem gratitudinis exhibitione vobis ſe præbent obnoxios, quidem quanto manus eis indigentibus largiores oſtenditis, tanto non ſolum manus, ſed etiam nus & cubitos avidius adprehendunt, ſuo vos laqueo detinentes, ſicut aviculam, quæ quanto ad evaſionem fortius nititur, tanto firmius alligatur.

4. Hæc vobis in præſens ſcribenda curavimus mittere, inſufficienter exprimentia votum noſtrum. Cætera vero ſecretius intimanda decrevimus omittere: videlicet in quos uſus divitias pauperum expendit prodigalitas avarorum. Quid ſuper Imperatore comperimus eligendo, niſi pax, quam per magnos mediatores intendimus reformare inter nos & Eccleſiam ſaltem ſuperficialiter reformetur: Quid de Regum omnium communibus ſpecialibusque negociis diſponere intendatur. Quid ſuper Inſulis Oceani fuerit ordinatum. Quid contra Principes univerſos quibusdam conſiliis vel negotiis, quæ nos qui nonnullos ibidem habemus familiares & Subditos, licet clamdeſtine, latere non poſſint, illa Curia machinetur. Quantis viribus, quot virorum inſidiis, qualiter inſtructorum ad bella, in hoc ipſo vere, quod inſtat omnes, qui nos opprimunt, opprimere poſſe ſperemus, etiamſi ſe nobis opponeret totus mundus. Quicquid autem tales & tales fideles noſtri, latores præſentium, vobis retulerint, certe credatis, ac etiam ſi ſanctus Petrus juraſſet, firmiſſimum habeatis, nec per hoc quod à vobis petimus, videatur vobis, quod propter in nos latam Sententiam depoſitionis, noſtræ magnanimitas Majeſtatis aliquatenus incurvetur. Habemus enim conſcientiæ puritatem, ac per conſequens, Deum nobiſcum: cujus teſtimonium invocamus, quia ſemper fuit noſtræ voluntatis intentio, Clericos cujuscunque Religionis ad hoc inducere, & præcipue maximos ad illum ſtatum reducere, ut tales perſeverent in fide, quales fuerant in Eccleſia primitiva, Apoſtolicam vitam ducentes, & humilitatem Dominicam imitantes. Tales namque Clerici ſolebant Angelos intueri, miraculis coruſcare, ægros curare, mortuos ſuſcitare, & ſanctitate non armis ſibi Principes ſubjugare. At iſti ſeculo dediti, & inebriati deliciis Deum præterponunt, quorum ex affluentia divitiarum Religio ſuffocatur. Talibus ergo ſubtrahere nocentes divitias, quibus damnabiliter onerantur, opus eſt charitatis potius quam erroris. Ad hoc vos omnes Principes una nobiscum, ut cuncta ſuperflua deponentes, modicis rebus contenti, Deo ſerviant, cui ſerviunt omnia, omnem, quem poteſtis, debetis diligentia madhibere.

ANNO 1245.

ANNO 1245. ou 1246.

CXIII.

Diploma FRIDERICI II. Romanorum Imperatoris FRIDERICO II. Duci Austriæ *indultum, quo* Ducatus Austriæ *& Styriæ ad* honorem Regium *promovet*, Ducemque in Regem *evehit, salvis tamen Juribus Imperatoris & Imperii; & ita quidem ut natu major ex generatione dicti Ducis in Regno succedat. Insimul facit ei potestatem erigendi Provinciam* Carniolæ *in Ducatum.* [R. STREINII Hand-vesten Freyheiten/ Gerechtigkeiten/ brifliche Urkunden/ des Ertzhertzogthums Oesterreich/ 1. buch. FUGGER Spiegel der Herrn des Ertzhauszes Oesterreich/ 2. buch. 3. Capitel. pag. 180. col. 2. d'une copie plus mauvaise que celle-ci. GOLDAST. Constitut. Imper. Tom. 1. pag. 305. LIMNÆUS. Juris publ. Imp. Romano-Germanici lib. 5. cap. 2. Num. 31.

NB. Toutes ces Copies diferent en quelque chose l'une de l'autre. Cependant *Streinius, Fugger* & *Limnæus* citent également les Epitres de *Pierre* de *Vineis* qui étoit Secretaire de l'Empereur *Frideric II. Limnæus* cite aussi en second *Cuspinianus in Austria* pag. 35. La Date manque entierement à toutes ces Copies. *Cuspinien* croit que le Diplome fut donné en 1245. & *Streinius* en 1246. [DUM.]

FRIDERICUS II. Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex, Friderico II. Duci Austriæ & Styriæ suo Dilecto Principi & Comiti Carniolæ, Gratiam suam & omne bonum. De fulgore Throni Cæsarei velut ex sole radii sic cæteræ prodeunt Dignitates, ut primæ lucis integritas minorati Luminis non sentiat detrimenta, tantóque magis Imperiale Sceptrum extollitur, & tanta cura regiminis à solicitudinibus relevatur, quantò Tribunal ipsius Digniores in circuitu circumspicit consimiles Regiones. Hac igitur consideratione commoti, qui cœlesti providentia Romani Imperii moderamur habenas, solii nostri Decus tam veterum Dignitatum ornatibus confovemus, quam novis honoribus ampliamus. Tuis, igitur, Devotissime Princeps noster, supplicationibus favorabiliter inclinati nec minus ad exaltationem honoris Sacrii Imperii Nostri respectum habentes de infra Scriptorum Principum nostrorum consilio videlicet C. Ratisponensis Episcopi, L. Wormatiensis Episcopi, O. Bambergensis electi, P. Brixiensis electi, A. Abbatis Campidunensis C. Abbatis Cluniacensis, F. Ducis Brabantiæ, R. Ducis Bavariæ, Ducatûs Austriæ & Styriæ cum pertinentiis suis & terminis quos hactenus habuerunt ad Nomen & honorem regium transferentes te hactenus prædictorum Ducatuum Ducem de potestatis nostræ plenitudine & magnificentiâ speciali promovemus in Regem, eisdem Libertatibus, Immunitatibus & Juribus prædictum Regnum tuum præsentis epigrammatis authoritate Donantes, quæ deceant regiam authoritatem, ut tamen ex honore, quem Tibi libenter addicimus nihil honoris & Juris nostri Diademmatis aut Imperii subtrahatur, quin immo sicut hactenus tanquam Dux Princeps & Fidelis noster extiteras; sic imposterum regio decoratus honore tu & successores tui legitimi Principes fideles & devoti nobis & successoribus nostris in Imperio perpetuo persistatis, nihilque propterea Juri & honori Imperii in prædictis regno & terris suis omnino depereat vel decrescat, & quæ hactenus in eisdem, eo specialiter & nominatim expresso quod Successores tui non per Electionem Prælatorum, Ducum, Comitum aut quorum Nobilium eligantur in Regem, sed semper major natu seu senior ex generatione tua ex te & ex Successoribus tuis legitime descendentes in Regno succedant, nullúsque in eis coronam & consecrationem à prædicto tuo Regno de manu cujusquam accipiat, sed à nobis vel successoribus nostris tantum in Curia nostra vel ab his qui speciale mandatum à nobis super hoc habeant coronationis & consecrationis munus & decus pro tempore consequentur. Alii vero Hæredes minores natu non habeant aliud nisi quod ex Regis gratia poterunt obtinere. Illud etiam Juri regio & honori conjungimus, ut si aliquis Comes, Nobilis aut Ministerialis, vel miles de regno tuo contra te & successores tuos & terram tuam forsitan excesserit & pro suo Excessu Castrum vel munitationes suas ab excedente per te vel per nuncios tuos peti contigerit, ipseque negaverit assignare, ipsum ex Jure Regiæ Dignitatis per Sententiam Curiæ tuæ bannire & forbannire valeas ipsumque extra legem facere omnis Juris suffragio prout est moris Imperii carcerari. Cæterum ut pacem & Justitiam, quæ sunt regnorum omnium fundamenta, possis in prædicto regno tuo constantius confovere, præsentium tibi autoritate concedimus, ut si quis in prædicto regno tuo manifestus extiterit malefactor tuo videlicet justo judicio aut Curiæ tuæ condemnetur, cumque aliquis de prædicto regno tuo tenuerit, foverit, vel defenderit eundem, & requisitus tuo judicio noluerit assignare, eadem pœna puniri debeat receptator, eadem Defensor, quâ malefactor ipse puniri debet & transgressor. Ad decus præterea regni tui præsentis Privilegii auctoritate permittimus, ut de Provincia Carniolæ Ducatum facias immediate Tibi subjectum & per te nobis & successoribus nostris & Imperio responsurum, & ut in Ducatu ipso cognatum tuum fidelem nostrum in Ducem valeas promovere plenam tibi concedimus potestatem ad cujus rei memoriam, & robur perpetuò valiturum præsens Privilegium fieri & Bulla aureo typario nostræ Majestatis impressa jussimus communiri.

ANNO 1246. ou 1246.

CXIV.

Literæ Recognitionis HENRICI DE HOMBORCK. *Quod de communi suorum Hæredum voluntate, castrum* Lowenstein *Duci Brunovicensi & ejus hæredibus in proprium dederit, illudque ab eo pro se suisque hæredibus in feudum receperit. Actum Tsellis in commemoratione Sti. Pauli anno* 1247. [LUNIG Teutsch Reichs Archiv. Part. Spec. Continuat. 2. abs. 4. p. 380.] 1247. 30. Juin.

HENRICUS Dei gratia Miles dictus de Homborck, Omnibus quibus hoc scriptum fuerit præsentatum in perpetuum. Quoniam omnia simul cum tempore a memoria evanescunt, facta digna memoriæ scriptis non immerito committuntur ad cautelam. Ad notitiam ergo omnium, tam futurorum quam præsentium, volo pervenire, quod ego de communi omnium hæredum meorum voluntate pariter & assensu, castrum Lewenstein dedi Illustri Domino meo Duci de Brunsuic & suis hæredibus, in proprium & ab ipso recepi in Pheodo: similiter & mei hæredes, dictum Castrum a Duce de Brunsvic in pheodo perpetuo recipient & tenebunt. Sane ut hoc factum meum à nullo possit processu temporis immutari, præsens scriptum inde confectum, Sigillo meo ad veritatis judicium communivi.

Hujus rei testes sunt, Hermannus Laicus, Gerhardus de Houvardessen, Baldejoinus de Blanckenborch, Henricus Advocatus de Tsellis, Henricus de Csinge, Herwicus filius suus, Hartmannus de Osbernehusen, Thidericus de Arca, Everhardus de Oden, & alii quam plures. Acta sunt Tsellis, Anno Dominicæ Incarnationis 1247. in Commemoratione Pauli.

CXV.

Capitulatione delli Zarattini *colla Republica di* Venetia, *per laquella essi gia vinti e scacciati della loro Sede di* Zara *si sommettano al Doge ed alla detta Republica, cedendo a essa la Città col suo Territorio, e promettendogli perpetua fideltà.* [JOANNIS LUCII Dalmatini de Regno Dalmatiæ & Croatiæ. Lib. 4. pag. 168.] Vers l'an 1248.

1. CHe Zarattini ciedono, & danno liberamente la Città e territorio di Zara al Dose, & al Comun di Venetia & promettono perpetua fidelità & obedienſa.

2. Che i Zarattini habiano l'elettion de l'Arcivescovo di Zara, il qual deba esser presentado al Patriarcha

ANNO 1248. de Grado, & confirmado, & consagrado da lui.

3. Che al detto Arcivescovo siano prefervade tutte le jurisdition, & privilegii consueti possessi da i Arcivescovi predecessori.

4. Che Chierizi debiano ogni anno in la festa della Nativirà, & della Resurettione del Nostro Signor. cantar le laude della solennità del Dose di Venetia, & Patriarcha, e Conte, & Arcivescovo per il che recevano la benedittion consueta nella messa solenne della Chiesa Cathedral pregando Dio per la conservatione del Comun di Venetia promettendo essi prima, & poi i sudditi della Citta per nome di tutto il popolo perpetua fede & obedienza.

5. Che i Zarattini accettino per suo governo un Conte mandato, & eletto dal Consejo de Venetia, il qual stia in quel rezimento quanto tempo ghe sara limitado dal Dose, el qual Conte habbia il governo libero di quella Citta in ogni negotio amministrando Giustitia cosi nella roba come nelle persone, & in tutte le cose occorrenti per salute di quella Citta, & per honor, & conservation del Comun di Venetia; Reservando però i patti compresi in quelli Capitoli, dovendo quella Citta haver li suoi Offitiali consueti senza pregiuditio de alcuna sorte del detto Conte.

6. Che mandino i Venetiani appresso il Conte doi Consigleri per governo di quella Citta.

7. Che per salario del detto rezimento debano dare ogni anno li Zarattini lire do mille Venetiane.

8. Che il Conte debba haver tutte le sue ragioni & honoranze consuete come li altri Conti solevano havere.

9. Che il Conte debia haver per sua habitation la casa che fu de quond. Damian Varicassi con tutte le sue habentie & pertinentie, & sia assegnada a f. Angelo Moresini eletto Conte di quella Citta.

10. Che se accadesse che il Dose per qualche occorrenza andasse a Zara, possa volendo abitar nell' Arcivescovado, overo siano obligadi de darghe una casa honorevole, e conveniente alla Dogal dignità.

11. Che accadendo à Venetiani de far armada che debba passar il numero de trenta galie, le quali passino Ragusi, debano i Zarattini dar un homo per casa, che stiano di continuo à servir su la detta armada fin che ella starà fuora per li occorrenti bisogni di Venezia.

12. Che fazando esercito li Venetiani non possino i Zarattini dar ne ajuto ne favor, ne in palese, ne occulto à i nemici de i detti.

13. Che à ogni richiesta del Dose debano li Zarattini mandar a Venetia 90. homini à zurar fedelta, & à renovar il sagramento à i quai sia fatto le spese del Comun di Venetia.

14. Che non possano i Zarattini resar le mura della Citta, ne refabricar le cose rovinate nella presente guerra senza licenza espressa del Dose.

15. Che per il Comun di Venetia sia mandado un Castellan à Zara il quale habiti nel Castello e lo custodisca & habia in guardia anche tutta la munition.

16. Che quindeci Zarattini, che sono sta capi, & autori de questa ultima rebellion debbano personalmente vegnir ad habitar à Venetia, e starghe cinque anni continui à i quali sia fatto salvocondotto, essendo pero obligadi tegnir le sue famete dentro della Citta de Zara.

17. Che per honor, & reverenza del' Altezza Dogal debbano li Zarattini mandar 200. homini armadi 100. de i quali siano eletti à volontà del Dose, li quali per nome de tutta la Citta genuflessi, & prostrati in terra dimandino perdonanza dell' error commesso.

18. Che a Zuanne Michiel ultimo Conte de Zara, & descazzado da quella per la rebellion siano dadi per la sodisfation dell' inzuria ogni anno dal Comun di Zara, fin che il detto viverà lire 200. Venetiane.

ANNO 1248.

19. Che al detto Zuanne siano restituidi tutti li suoi beni, & possessioni che l'haveva nel territorio de Zara.

20. Che li Zarattini de bano dar in quattro anni ai heredi del quondam Zuanne Erizzo che fù ammazato in Zara lire 4250. Venetiane.

21. Che i Zarattini, che condurranno legne da Nona à Zara debbano tegnirle, & venderle a voluntà del Dose i vero del Comun de Zara.

22. Che li Zarattini predetti, che intraranno in la Citta de Zara ogni volta che saranno rechiesti dal Dose, e dal Commun de Venetia, e li Nontii de tutta Zara a mazor conformità, & à piu piena deliberation come in la predetta publica convention, patti, promision, obligation, & condition approveranno, & prometteranno per essi, & suoi heredi, & successori col zuramento per ciaschedun de tutte, & cadaune cose fare, & conservare in perpetuo & non controvegnir per alcun modo.

Et cosi tutte le sopradette cose noi Papo de Petroni, e Grisogono de Mauro Nontii, Sinici, Procuratori, & Auditori delli predetti Zarattini promettemo a voi Dose nostro, & nostri successori per el Commun de Venetia; & hiuramo per li Santi Evangelii de attender, adempir, & osservar fermamente in perpetuò, & in niun tempo controvenir in alcun modo & causa.

CXVI.

Literæ WILHELMI *Regis Romanorum quibus* AELIDI *Sorori suæ, ac* JOHANNI DE AVESNIS *Marito ipsius concedit in connubium Terram, quam à Scotiæ Regibus tenuerant Comites Hollandiæ. Datum apud Maguntiam V. Cal. Maji Anno* 1248. *Indictione VI.* [MARTENE, Thesaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1032. lig. 14. Ex Cartario Hasnonienſi Dominorum de Avesnis.] 27. Avril.

WILHELMUS Dei gratia Romanorum Rex semper augustus, universis hanc Litteram inspecturis salutem & omne bonum.

Significandum duximus, tam præsentibus quàm futuris, quod nos ex deliberatione Feudum ac Terram quam progenitores nostri Comites Hollandiæ à Domino illustri Scotorum Rege & suis progenitoribus hactenus tenuerunt; Karissimæ sorori nostræ AELIDÆ, ac illustri viro JOHANNI de Avesnis filio Comitissæ Flandriæ & Haynnoniæ marito ejus in connubium duximus conferendum. Volentes quod ipsa soror nostra & heres suus, etiamsi dictum JOHANNEM præmori contingeret, prælibatam Terram liberè tenere debeat, & perpetuò possideret, hoc scilicet pacto interposito & condicto, ut non liceat eis vendere ipsam Terram, aut aliqualiter alienare, nisi manu nostra, & assensu super hoc plenius requisito. Igitur ne super his quæstio aliqua possit in posterum, aut alicujus dubitationis scrupulus suboriri, præsentes Litteras Sigillo nostræ Serenitatis jussimus communiri.

Datum apud Maguntiam, anno Domini MCCXLVIII. v. Cal. Maji. Indict. VI.

Mandatum WILHELMI *Regis Romanorum ad homines Comitatus* Namurcensis, *ut accipiant* JOHANNEM DE AVESNIS *in Dominum, & debitum ei proinde homagium faciant. Datum apud Maguntiam 5 Cal. Maii Anno Domini* 1248. *Indictione VI.* [MARTENE, Thesaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1034. Ex Hasnonienſi Cartario Dominorum de Avesnis.]

WILLELMUS Dei gratia Romanorum Rex semper augustus dilectis fidelibus suis universis Paribus, Nobilibus, Castellanis, hominibus censualibus ac aliis hominibus omnibus cujuscumque conditionis fuerint, Comitatui & castro Namurcensi attinentibus, gratiam suam

ANNO 1248. ſuam & omne bonum. Cùm per Principum & Magnatum & Nobilium Imperii quorum intererat ſententiam generalem ab omnibus approbatam BALDUINO Imperatori Conſtantinopolitano Comitatus & caſtrum Namurcenſe & omnia his attinentia abjudicata ſunt, ex eo quod ab ipſo à quo eadem bona titulo feodo poſſidere debebat, ſcilicet de cariſſimo ſororio noſtro JOHANNE de Aveſnis primogenito Comitiſſæ Flandriæ & Haynnoniæ infra annum & diem, prout moris & juris eſt, requirere noluit & contemſit, ad hæc quod ipſum Comitatum & caſtrum cum omnibus pertinentiis ſuis abſque conſenſu & voluntate ejus à quo tenere debebat, & alia bona cariſſimo fratri noſtro & amico L. illuſtri Regi Franciæ pignori obligavit. Mandamus igitur prudentiæ univerſitatis veſtræ, noſtra & Imperii auctoritate, firmiſſimè præcipientes, quatinus prædicto ſororio JOHANNI de Aveſnis cui adjudicatus eſt prædictus Comitatus & caſtrum Namurcenſe cum attinentiis eorumdem, ſicut in Inſtrumento ſuper hoc confecto plenius continetur, ad quem ſunt devoluti ejusdem reditus, prævia ratione tamquam domino vero intendatis & reſpondeatis ad plenum recipientes ab eo feoda noſtra, officia & honores ſeu quæcumque alia bona, quæ uſque nunc à Namurcenſi Comite tenuiſtis, debitum ei proinde homagium facientes quod qui facere neglexerit de noſtra & Imperii licentia ſaiſire poterit & ſuis uſibus vendicare feodum ſuum, poſtmodum ſi requiſitus fuerit, ei juſtitiam feodalem de eodem tenetur exhibere. Datum apud Maguntiam anno Domini MCCXLVIII. v. Cal. Maii, Indictione VI.

Judicium WILHELMI *Regis Romanorum ac Principum Imperii in favorem* JOHANNIS DE AVESNIS *latum contra* BALDUINUM *Imperatorem Conſtantinopolitanum ſuper Comitatu Namurcenſi. Actum apud Maguntiam 5. Cal. Maji Anno* 1248. *Indictione VI.* [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1032.]

WILLELMUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus univerſis Imperii fidelibus hanc Litteram inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Ad notitiam ſingulorum volumus pervenire, quos ſcire fuerit opportunum, quod conſtitutus coram nobis ac Principibus & Magnatibus Imperii cariſſimus ſororius noſter JOHANNES de Aveſnis, primogenitus Comitiſſæ Flandriæ & Haynoniæ, propoſuit noſtræ Celſitudini graviter conquerendo, quod cùm ipſe nobis in ſublimatione electionis noſtræ cum aliis Principibus & Magnatibus de Comitatu Namurcenſi quem ab Imperio & à nobis titulo feudi poſſidet, legium & debitum fecerit homagium, BALDUINUS Imperator Conſtantinopolitanus qui eundem Comitatum ab ipſo tenere debuit, poſtquam idem JOHANNES nobis de ipſo fecit homagium & ipſi JOHANNI tale homagium facere quale dictum feudum requirebat, illud feudum, ſcilicet dictum Comitatum Namurcenſem infra annum & diem, prout moris & juris eſt, nec per ſe nec per alium requiſivit, nec de ipſo fecit quod debuit. Ad hæc tam Principibus, quam nobis gravius conqueſtus eſt præfatus JOHANNES, quod BALDUINUS imperator Caſtrum Namurcenſe, & omnes fortacias ac poſſeſſiones eidem caſtro & Comitatui attinentes, ſine aſſenſu & voluntate ipſius JOHANNIS, qui præfati Comitatus hæres erat, ſicut ille à quo teneri debebat, cariſſimo Fratri & amico noſtro LUDOVICO illuſtri Regi Franciæ per mutuum & cuſtodiam obligavit, caſtri & Comitatûs prædictorum eum conſtituens peſſeſſorem. Quæ omnia ut prædicta ſunt dictus JOHANNES manu propria, & per teſtes idoneos legitimè comprobavit, & ſuper hoc petiit à nobis ut eidem per Principes & homines noſtros de imperio quod jus exigit, faceremus. Nos enim qui vidimus & inſpeximus quod HENRICUS bonæ memoriæ anteceſſor noſter, & nos numquam habuimus alium hominem de prædicto Comitatu præter dictum JOHANNEM, Principes & homines noſtros de Imperio requiſivimus, ut ipſi de jure dicerent quid eſſet dicto JOHANNI ſuper hoc faciendum. Principes autem, Magnates & Nobiles Imperii, quorum intererat, a noſtra Celſitudine requiſiti hoc tulerunt judicium, & dederunt quod ab omnibus communiter extitit approbatum, quod idem JOHANNES qui dominus eſt feudi auctoritate noſtra & auctoritate judicii per Principes & homines noſtros & Imperio prolati, caſtrum, Comitatum, fortatias, & omnia bona prælibato feudo attinentia de pleno jure ſuis poteſt & debet uſibus vendicare, & tamquam ſua propria perpetuò poſſidere. Et hoc de jure dicentes dictum Comitatum præfato B. Imperatori & ſuis hæredibus abjudicaverunt, & ſæpedicto JOHANNI adjudicaverunt. ANNO 1248.

Quapropter mandamus univerſis & ſingulis infeudatis tam nobilibus quàm miniſterialibus & caſtellanis ac hominibus cujuſcumque conditionis fuerint, ſæpedictis Comitatui & caſtro attinentibus, noſtra & Imperii auctoritate diſtricte præcipientes, ut quemadmodum Principum, Magnatum & Nobilium dictavit judicium coram nobis ſæpefato JOHANNI de Aveſnis, tanquam veſtro Domino intendatis, & reſpondeatis ad plenum, recipientes ab ipſo feuda veſtra, officia & honores ſeu quæcumque alia bona, quæ quondam à Comitibus Namurcenſibus hactenus tenuiſtis, tale ſibi homagium quale debent facientes. Quod qui facere recuſaverit, ex jure lati judicii, ac de noſtra licentia & mandato, ſaiſire poterit & habere & ſingula univerſa feuda, quæ, à caſtro & Comitatu prænominatis hactenus poſſediſtis. Et poſtquam ipſe ſaiſitus fuerit, omnes infeudati in dicto Comitatu debent ab ipſo requirere feuda ſua infra annum & diem; quod ſi non fecerint, ex tunc ipſa tamquam ſua propria licitè poterit poſſidere. Ut autem hoc judicium rationabiliter latum & ab omnibus approbatum ratum permaneat in poſterum & inconvulſum, præſentem Litteram conſcribi & Sigillo noſtræ Serenitatis juſſimus inſigniri; Teſtes hii ſunt. Venerabilis Trevirenſis Archiepiſcopus, H. venerabilis Spirenſis electus imperialis Aulæ Cancellarius, HERMANNUS Comes de Henneberg, EMICO Comes de Linigen, EMICO Comes Silveſter, CONRADUS Comes Irſutus, nobiles viri GODEFRIDUS de Eppenſtein, REINHARDUS de Hawogen, ANSELMUS Mareſcallus de Juſtingin, WERNHERUS Dapifer de Bonlandia, WERNHERUS Pincerna filius ejus, WOLRICUS Camerarius de Miſemberg, GODEFRIDUS de Biegen, & alii quam plures. Actum apud Maguntiam anno Dom. MCCXLVIII. v. Cal. Maii, indictione VI.

CXVII.

Teſtamentum (1) FREDERICI II. *Romanorum Imperatoris.* CONRADUM *Filium ejus primogenitum, atque in Regem Romanorum jam electum pro hærede principali inſtituit, eidemque* HENRICUM *Secundo-natum & huic* MANFREDUM *Nothum ſubſtituit. Præcipit inſuper ut* HENRICUS *Regnum Jeroſolymitanum vel Regnum Arelatenſe,* MANFREDUS *Principatum Trentinum cum Baliatu Regni Siciliæ, &* FREDERICUS *Nepos Ducatum Auſtriæ & Stiriæ habeant; relictis præterea unicuique eorum certis pecuniæ ſummis. Actum apud Florentinum in Capitanate die Sabbati 17 Decembris Anno ab Incarnatione Domini 1250. Imperii ſui 32, Regni Jeruſalem, 28 Siciliæ vero 51 Indictione.* IX. [MARTENE, Theſaurus Novus Anecdotorum. Tom. III. in Chronica Siciliæ. col. 13.] 1250. 17. Decembre.

„ IN nomine Domini & Dei æterni & Salvatoris noſtri JESU-CHRISTI. Anno ab Incarnatione ejus „ milleſimo ducenteſimo quinquageſimo, die ſabbati, „ ſeptimo decimo menſis Decembris, VIIII. Indictio„ ne. Primi parentis incauta transgreſſio ſic poſteris „ legem conditionis indixit, ut eam nec dil . . . pro„clivis ad pœnam effuſio effre . . . adduceret, nec „baptiſmatis tam ſalutis u ili liniret, quin fatali„ tatis

(1) Mon Livre ayant été partagé en deux Parties, & imprimé à deux fois, je n'ai pu retirer de la Premiere le petit Extrait de ce Teſtament qui s'y trouve Tom. I. pag. 198. tiré de *Goldaſt* & de *Matthieu Paris.* Le voici maintenant tout entier, d'une Copie paſſablement bonne pour ces têms-là, dont il ne nous reſte gueres de Documens qui ne ſoient corrompus. La date du Samedi 17 Decembre 1250 eſt juſte, car ce jour-là fut effectivement un Samedi, & celle de l'Indiction peut auſſi ſe ſoutenir en la comptant du 24. Septembre; mais pour celles des Années des Regnes, elles ſont abſolument fauſſes. L'Empereur *Frederic II.* fut couronné à Rome le 22 Novembre 1220. à Jeruſalem le jour de Pasques 1229. & à Palerme en 1200. ſelon l'Auteur qui nous fournit ce Teſtament, c'eſt à dire trois ans après la mort de ſon pere, arrivée le 4 Octobre 1197. Ainſi les Années des Regnes doivent être corrigées & lues en cette maniere *Imperii ſui* 31. *Regni Jeruſalem* 22. *Sicilia vero* 54. [DUM.]

ANNO 1250.

„ tatis eventus mortalibus ſeneſcentis, cui præſentis „ laſcivia tranſgreſſionis in pœnam culpa transfuſa „ tamquam cicatrix ex vulnere remaneret. Nos igitur „ FREDERICUS II. divina favente clementia Roma„ norum Imperator ſemper auguſtus, Jeruſalem & „ Siciliæ Rex, memores conditionis humanæ, quam „ ſemper comitatur innata fragilitas, dum vitæ nobis „ inſtaret terminus, loquelæ & memoriæ in nobis in„ tegritate vigente, ægri corpore, ſani mente, ſic a„ nimæ noſtræ conſulendum providimus. ſic de Impe„ rio & Regnis noſtris duximus conſulendum, ut rebus „ humanis abſumti vivere videamur & filiis noſtris, „ quibus nos divina clementia fœcundavit: quos præſenti „ diſpoſitione noſtra ſub pœna benedictionis noſtræ vo„ lumus eſſe contentos, ut indignatione ſublata, omnis „ materia ſcandali ſopiatur. Statuimus itaque CONRA„ DUM Romanorum in Regem electum & regni Jeroſoly„ mitani heredem, dilectum filium noſtrum nobis he„ redem imperio & hominibus aliis emtitiis & quoquo „ modo acquiſitis, & ſpecialiter in Regno noſtro Sici„ liæ, quem ſi decedere contigerit ſine liberis, ei ſuc„ cedat HENRICUS filius noſter. Quo defuncto ſine „ liberis, ſuccedat ei MANFRIDUS filius noſter. CON„ RADO autem manente in Alemania vel alibi extra „ regnum, ſtatuimus prædictum MANFREDUM ba„ lium dicti CONRADI in Italia & ſpecialiter in regno „ Siciliæ, dantes ei plenam poteſtatem omnia faciendi, „ quæ perſona noſtra facere poſſet ſi viveremus, vi„ delicet in concedendis terris, caſtris, villis, paren„ telis, dignitatibus, beneficiis & omnibus aliis juxta „ diſpoſitionem ſuam, præter antiqua domania regni „ Siciliæ: & quod CONRADUS & HENRICUS prædi„ cti filii noſtri, & heredes eorum, omnia quæ ipſe „ fecerit, firma & rata teneant & obſerventur. Item, „ concedimus & confirmamus dicto MANFREDO filio „ noſtro Principatum Tarenti, videlicet à porta Roſe„ ti uſque ad ortum fluminis Brandani, cum Comitati„ bus Montis Caverſi, Tibi, Cavei & Gravinæ, prout „ Comitatus ipſe protenditur à maritima Terræ Bari uſ„ que ad Pallinarium, & ipſum Pallinarium cum Terris „ omnibus à Pallinario per totam maritimam uſque ad „ prædictam Terram Roſeti, ſcilicet Comitatibus, ca„ ſtris, & villis infra contentis, cum juſtitiis, & per„ tinentiis, & rationibus omnibus, tam ipſius Princi„ patus, quàm Comitatuum prædictorum. Concedi„ mus etiam eidem Civitatem Montis S. Angeli cum „ toto honore ſuo, omnibus Civitatibus, caſtris, & „ villis, terris, pertinentiis, & juſtitiis, & rationibus „ eidem honori pertinentibus, ſcilicet quæ de domanio „ in domanium, & quæ de ſervitio in ſervitium. Con„ cedimus etiam & confirmamus eidem quicquid ſibi „ in Imperio eſt à noſtra majeſtate conceſſum; ita ta„ men quòd prædicta omnia à prædicto CONRADO te„ neat & etiam recognoſcat: Cui MANFREDO judi„ camus ſibi pro expenſis decem millia unciarum au„ ri. Item, ſtatuimus, quòd FREDERICUS nepos „ noſter habeat Ducatus Auſtriæ & Stiriæ, quòd à „ prædicto CONRADO teneat & recognoſcat. Cui „ FREDERICO judicamus pro expenſis decem millia „ unciarum auri. Item, ſtatuimus, ut HENRICUS „ filius noſter habeat Regnum Jeroſolymitanum, vel „ Regnum Arolacenſe, quorum alterum dictus CON„ RADUS prædictum HENRICUM habere voluerit; cui „ HENRICO judicamus pro expenſis ſuis centum mil„ lia unciarum auri. Item, ſtatuimus & mandamus, „ ut centum millia unciarum auri expendantur pro ſa„ lute animæ noſtræ in ſubſidio terræ ſanctæ ſecundùm „ ordinationem dicti CONRADI & aliorum nobilium „ cruce-ſignatorum. Item, ſtatuimus, quòd omnia „ bona militiæ domus Templi, quæ Curia noſtra tenet, „ reſtituantur eidem, ea ſcilicet quæ de jure debent „ habere. Item, ſtatuimus, ut omnibus Eccleſiis & „ Domibus religioſis reſtituantur jura eorum, & „ gaudeant ſolita libertate. Item ſtatuimus, ut „ homines regni noſtri Siciliæ ſint liberi & exemti „ ab omnibus generalibus collectis, ſicut conſueve„ runt eſſe tempore Regis GUILLELMI II. conſobrini „ noſtri. Item, ſtatuimus, quòd Comites, Barones, „ & milites, & alii pheudatarii Regni noſtri gaudeant „ juribus ſuis & rationibus omnibus quæ conſueverunt „ habere tempore Regis GUILLELMI in collectis & a„ liis. Item, ſtatuimus, Luceriæ & Soz. & ſi quæ „ aliæ læſæ ſunt, per Officiales noſtros reſtituantur. I„ tem, ſtatuimus, quòd tota maſſaria noſtra, quam „ habemus apud S. Nicolaum de Auſido, & omnes „ proventus ipſius deputentur ad reſervationem & re„ parationem pontis ibi conſtructi vel conſtruendi. I„ tem, ſtatuimus ut omnes captivi in carcere detenti „ liberentur, præter illos de Imperio, & præter illos „ de Regno, qui capti ſunt ex proditionis nota. Item „ ſtatuimus quòd præfatus MANFRIDUS filius noſter „ omnibus benemeritis de familia noſtra [vice noſtra] „ in terris, caſtris, & villis, ſalvo de domanio Regni „ noſtri Siciliæ; & quòd CONRADUS & Henricus filii „ noſtri & heredes eorum ratum & firmum habeant „ quicquid idem MANFREDUS ſuper hoc duxerit fa„ ciendum. Item, volumus & concedimus quòd „ nullus de proditoribus Regni aliquo tempore reverti „ audeat in Regnum, nec aliqui de ipſorum genere „ ſuccedere poſſint: immo heredes noſtri teneantur „ vindictam de eis ſumere. Item, ſtatuimus quòd „ Mercatoribus creditoribus noſtris debita ſolvantur. „ Item, ſtatuimus quòd ſacroſanctæ Romanæ Eccle„ ſiæ Matri noſtræ reſtituantur omnia jura ſua, ſalvis „ in omnibus & per omnia juribus & honore Imperii, „ & heredum noſtrorum, & aliorum fidelium noſtro„ rum, ſi ipſa Eccleſia reſtituet jura Imperii. Item, „ ſtatuimus quòd ſi de præſenti infirmitate nos mori „ contigerit, in majori Eccleſia Panormitana, in qua „ divi Imperatoris HENRICI & divæ Imperatricis CON„ STANTIÆ parentum noſtrorum memoriæ recolendæ „ tumulata ſunt corpora, corpus noſtrum debeat ſe„ peliri. Cui Eccleſiæ dimittimus uncias auri quin„ gentas pro ſalute dictorum noſtrorum parentum „ animarum & noſtræ per manus BERARDI Panormi„ tani Archiepiſcopi, familiaris & fidelis noſtri, in re„ paratione ipſius Eccleſiæ erogandas, prædicta au„ tem omnia quæ acta ſunt in præſentia prædicti Archie„ piſcopi, BERTOLDI Marchionis de Bonburgio di„ lecti conſanguinei & familiaris noſtri, RICHARDI „ Comitis Caſertani dilecti generi noſtri, RUFFI de „ Calabria Mareſcalli noſtri magni, RICHARDI de „ Monte-nigro magnæ Curiæ noſtræ Juſtitiarii, Magi„ ſtri JOHANNIS Yeronno, FULCONIS RUFFI, JO„ HANNIS DE OCREA, Magiſtri JOHANNIS DE PRO„ CIDA, Magiſtri JOHANNIS de PANORMO, Imperii „ & Regni Siciliæ & magnæ Curiæ Judicis, & Magiſtri „ NICOLAI DE BRUNDUSIO publici Tabellionis Impe„ rii & Regni Siciliæ, & Curiæ noſtræ Notarii noſtro„ rum fidelium, quos præſenti diſpoſitioni noſtræ man„ davimus intereſſe per prædictum CONRADUM filium „ & heredem noſtrum, & alios ſucceſſivè fideles no„ ſtros ſub pœna benedictionis noſtræ tenaciter volu„ mus obſervari, alioquin hereditate noſtra non gau„ deant. Idem autem univerſis fidelibus noſtris præ„ ſentibus & futuris ſub ſacramento fidelitatis, quo „ nobis & heredibus noſtris tenentur, injungimus, „ quòd prædicta omnia illibata teneant & obſervent. „ Præſens autem Teſtamentum, noſtrum & ultimam „ voluntatem noſtram, quam robur firmitatis volu„ mus obtinere, per prædictum Magiſtrum Nicolaum „ ſcribi, & ſigno ſanctæ crucis propriæ manus no„ ſtræ, ſigillo noſtro, & prædictorum ſubſcriptionibus „ juſſimus communiri. Actum apud Florentinum „ in Capitanata, anno, menſe, die, & indictione præ„ niiſſis, anno imperii noſtri XXXII. regni Jeruſa„ lem XXVIII. regni Siciliæ quinquageſimo primo.

ANNO 1250.

CXVIII.

17 Avril. 1251.

Sententia INNOCENTII *Papæ IV. de Natalibus* JOANNIS *&* BALDUINI DE AVESNIS MARGARETÆ *Comitiſſæ Flandriæ Filiorum, qua declarantur legitime thoro noti. Datum Lugduni 15. Calend. Maij, Anno Pontificatus VIII.* CUM *Literis Executoriis* NICOLAI *Cameracenſis Epiſcopi. Datum feria 2 poſt Quaſimodo Anno Domini* 1252. [MARTENE, Theſaurus novus anecdotorum Tom. I. col. 1047. Ex Cartulario Dom. de Aveſnis.]

N. Dei gratia Cameracenſis Epiſcopus viris diſcretis in Chriſto chariſſimis Attrebatenſi, Morinenſi, Tornacenſi & Cameracenſi Officialibus ſalutem in Domino.

Noverit univerſitas veſtra nos Litteras Domini Papæ vidiſſe ac recepiſſe in hæc verba: INNOCENTIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili Fratri Epiſcopo Cameracenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Lecta

ANNO 1251. Lecta nobis dilectorum filiorum nobilium virorum JOHANNIS de Aveſnis & BALDUINI fratrum natorum nobilis mulieris MARGARETÆ Comitiſſæ Flandriæ & Haynoniæ petitio continebat, quod, cùm olim ſuper eo quod quidam, ut proceſſu temporis à bonis ad eos hereditario jure ſpectantibus poſſent excludi, eis illegitimatis maculam impingebant, id occaſione quarumdam litterarum ſuper hoc à Sede apoſtolica obtentarum, plurimorum auribus inſtillando: venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Catalaunenſi, & dilecto filio Abbati ſancti Sepulchri Cameracenſis noſtris dedimus Litteris in mandatis, ut ſuper ipſorum cauſa natalium, non obſtante quod ſuper hoc inter eos ex parte una & nobiles viros GUILLELMUM GUIDONEM & JOHANNEM fratres ipſorum ex altera litigatum fuerat, aliquando tamen liti finis impoſitus, coram nobis inquirerent, ſicut magis de plano poſſent diligentius veritatem; & quod canonicum eſſet, appellatione remotâ, ſtatuerent, quæſtione bonorum principali Domino reſervata. Idem Epiſcopus & Abbas Leſſienſis cui ſuper hoc dictus Abbas commiſerat vices ſuas, Mandati apoſtolici forma ſervata, de Juriſperitorum conſilio, natalia dictorum JOHANNIS & BALDUINI legitima eosque legitimos ac legitimè natos eſſe, per diffinitivam Sententiam ratam habentes & gratam, illam auctoritate apoſtolica duximus confirmandam.

Quocirca fraternitati tuæ per apoſtolica Scripta mandamus quatinus dictos Nobiles non permittas contra Confirmationis noſtræ tenorem ſuper his ab aliquibus indebitè moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Lugduni, XV. Calendas Maji. Pontificatus noſtri anno VIII.

Hujus igitur auctoritate Mandati vobis mandamus, quatinus in locis vobis ſubditis, de quibus fueritis requiſiti; in generali inhibeatis & inhiberi faciatis, ne aliquis ſuper præmiſſis dictos Nobiles indebitè contra Confirmationem Domini Papæ moleſtare præſumat, intimantes publicè ſimul cum inhibitione prædicta quod nos juxta formam Mandati apoſtolici ad nos directi moleſtatores hujuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam compeſcemus.

Datum anno Domini MCCLII. feria II. poſt Quaſimodo, quid inde feceritis nobis quiſlibet veſtrum reſcribat. Datum ut ſupra.

CXIX.

Octobre. *Literæ* LUDOVICI IX. *Regis Francorum ad* BLANCHAM *Reginam Matrem ſuam, ut Compoſitionem factam cum Abbate Craſſenſi adimpleat. Actum in Caſtris juxta Cæſaream Paleſtinæ menſe Octobri Anno Domini* 1251. [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. I col. 1047. Ex autographo.]

LUDOVICUS Francorum Rex ad excellentiſſimam & cariſſimam Dominam & matrem ſuam B. Dei gratia Francorum Reginam illuſtriſſimam.

Rogamus veſtram Serenitatem quatinus ſecundùm quod videbitis in Litteris patentibus datis apud Aquas mortuas, quibus, ſecundum quæ mediante B. de Cane-ſuſpenſo inter nos & Monaſterium Craſſæ intervenit, quædam feuda dicti Monaſterii cum feidimentis & hæreſibus ipſi reſtituimus, ipſam compoſitionem ſeu ordinationem, nec non conceſſionem à nobis factam ipſi Monaſterio faciatis & mandetis firmiter obſervari, & ea quæ in prædictis Litteris continentur adimpleri. Actum in caſtris juxta Cæſaream Paleſtinæ anno Domini MCCLI. menſe Octobri.

CXX.

ANNO 1252.

LEY II. *Como el [Fijo mayor ha adelantamianto & Mayoria ſſobre los otros ſſus ermanos.* [LAS Siete Partidas. Partida 2. Tit. 15. Ley 2.]

C'EST A DIRE,

Une Loi par laquelle la ſucceſſion à la Couronne de Caſtille eſt reglée en faveur des ainez de Ligne en Ligne, & en faveur des Filles, au defaut des Mâles.

MAyoria en naſcer primero, es muy grand Señal de amor, que mueſtra Dios a los fyos de los Reges, aquellos que le da entre los otros ſſus ermanos, que nascen deſpues del. Ca agl aquien eſta onrra erre fazer, bien da a entender que lo adelanta, & lo pone ſſobre losotros: por que le deven obedeſcer, & guardar: aſſi como a padre, & a Señor. Eque eſto ſſea verdad, pruevaſſe por tres razones. La primera naturalmente. La ſſegunda por Ley. La tercera por coſtumbre. Ca ſſegund natura, deſpues que el padre, & la madre, cobdician auer linaje que crede lo ſugo, o quel que primero naſce, & llega mas ayna, para complirlo que deſſean ellos: aquel por derecho deue ſſer mas amado dellos, & lo ha de auer. E ſſegund Ley ſſe prueua; por lo que dixo nueſtro Señor Dios a Abraham quando le mando, como prouando le, que mataſſe ſſu fyo Yſac el primero, que mucho amava, & le degollaſſe por amor del. E eſto le dixo por dos razones. La una por quea quel era el fyo que mas amava, aſſi como aſſi mesmo por lo que de ſſuſo dixiemos. La otra, por que Dios le auia eſcogido por ſſanto, quando quiſo que naſcieſſe primero, & por eſſo le mando, que de aquelle fizieſſe Sacrificio. Ca ſſegund el dixo a Moyſen en la vieja Ley: todo maſculo que naſcieſſe primeramente, ſſeria llamado coſa ſſanta de Dios. E que los ermanos, le deuen tener en lugar de padre ſſe mueſtra, por que el ha mas dias que ellos, & vino primero al mundo. E que le han de obedeſcer como a Señor: ſſe prueua por las palabras, que dixo Yſac a Jacob ſſu fyo, quando le dio la bendicion, cuydando que era el mayor: tu ſſeras ſeñor de tus ermanos, & ante ti ſſe encoruaran los fyos de tu madre. E aquel que bendixieres ſſera bendito: & aquel que mal dixieres caer le ha la maldicion. Onde, por todas eſtas palabras, ſſe da a entender, que el fyo mayor, ha poder ſſobre los otros ſſus ermanos, aſſi como padre, & ſeñor, & que ellos en aquel lugar le deuen tener. Otroſſi ſſegun antigua coſtumbre como quier que los padres, communalmente, auian piedad de los otros fyor, non quieſieron que el mayor lo ovieſſe todo: mas que cada uno dellos ouieſſe ſſu parte. Pero con todo eſſo, los omes ſſabios, & entendidos, catando el procomu nal de todos, & conoſciendo que eſta particion, non ſſe podria fazer en los regnos, que des truidos non fueſſen, ſſegund nueſtro Señor Jeſu Chriſto, dixo, que todo regno partido ſſeria eſtragado, touieron por derecho que el Señorio del regno, non lo ouieſſe ſſi non el fyo mayor, deſpues de la muerte de ſſu padre. E eſto uſaron ſſiempre, en todas las tierras del mundo, do el Señorio ouieron por linaje: & mayormente en Eſpaña. E por eſcuſar muchos males que acaeſcieron: & podrian aun ſſer ſechos puſieron que el Señorio del regno, eredaſſen ſſiempre a quellos, que vinieſſen por la liña derecha. Eporede eſtablecieron, que ſſi fyo varon, y non ouieſſe, la fya mayor eredaſſe el regno. E aun mandaron, que ſſi el fyo mayor murieſſe, ante que eredaſſe, ſſi dexaſſe fyo a fya, que quedaſſe de ſſu muger legitima, que aquello, o aquella lo ouieſſe, & non otro ninguno. Pero ſſi todos eſtos falleſcieſſen, deuen eredar el regno, el mas propinco pariente, que ouieſſe, ſſeguendo ome para ello: & no auiendo ſe cho coſa, por que lo deuieſſe poder. Onde todas eſtas coſas es el pueblo tenudo de guardar, ca de otra guiſa, non podria el Rey ſſer complidamente guardado ſſi ellos aſſi non guardaſſen el regno. Epor ende, qual quier que contra eſto fizieſſe, faria traycion conoſcida, & deue auer tal pena, como de ſſuſoes dicha, de aquellos que deſconoſcen Señorio al Rey.

ANNO 1252. Ley V. *Como El Rey* (de Eſpana) *& todos los del Regno, deven guardar, que el Señorio ſſea ſſiempre uno, y no lo enajen en lo departir & cómo & quienes le deven aſſi jurar.* [Las Siete Partidas. Part. 2. Tit. 15. Ley 5.]

FUero & eſtablecimiento fizieron antiguamente en Eſpaña, que el Señorio del Regno non fueſſe departido, nin enajenado. E eſto por tres razones. La una por fazer lealdad contra ſſu Señor, moſtrando que amauan ſſu onrra, & ſſu pro. La otra, por onrra de ſſi miſmos, por que quanto mayor fuere el Señorio, & la ſſu tierra, tanto ſſerien ellos mas preciados, & onrrados. La tercera, por guarda del Rey & de ſſi mismos, por que quanto el Señorio fueſſe mayor, tanto pornian ellos mejor guarda al Rey & aſſi. E porende, pu ſieron que quando el Rey fueſſe finado, & el otro nuevo entraſſe en ſſu lugar, que luego juraſſe ſſi fueſſe el de edad de catorze años, o dende arriba, que nunca en ſſu vida departieſſe el Señorio, nin lo enajenaſſe. Eſſi non fueſſe deſta edad, que ſizieſſen la jura por el, aquellos, que diximos en la Ley ante deſta, que le han de guardar. Eel, que la otorgaſſe deſpues quando fueſſe de la edad ſſobredicha & todos los que ſſe acertaſſen con el, que juraſſen dos coſas de guardar. La una, aquellas que tañe a el mismo: aſſi como ſſu vida, & ſſu ſalud, & ſſu onrra, & ſſu pro. La otra de guardar ſſiempre, que el Señorio ſſea uno, & que nunca en dicho nin en fecho, conſientan, nin fagan por que ſſe enajene, nin parta. E deſto deven fazer omenaje los mas onrrados omes del Reyno, que y fueren aſſi como los perlados, & los ricos omes, & los cavalleros, de los fyos dalgo, & los omes buenos de las cibdades, & las viellas. E eſto mismo deven venir a fazer los otros que ſſe non acertaſſen y. Fueras ende, ſſi algunos ovieſſen enfermedad: o otro tal embargo por que non podieſſen y ſſer. Ca eſtonce, deven lo reſcebir dellos, aquellos que el Rey embiare, ſſeñaladamente para eſto. E por que todos non podrian venir al Rey, nin ſſeria guiſado, para fazer omenaje, deven lo fazer en cada viella, en eſta manera. Primeramente ayuntando todo el concejo apregon ferido. & deſpues dando omnes ſſeñalados que lo fagan, por todos los otros, tan bien en omes, como en mugeres, grandes & pegueños, aſſi por los que eſtonce ſſon bivos, como por los otros que han de venir. E eſte omenaje, ſſe de e tomar, ementando y que el que lo non touieſſe, cayeſſe por ello en tal pena, como ſſi fizieſſe la mayor traycion que podieſſe ſſer fecha. E desque el omenaje deſta guiſa fueſſe fecho, deue todo el pueblo, alcar las manos, & otorgarlo. Pero eſte omenaje que dezimos, non ſſe entiende ſſino de aquellos lugares que ſſon del Rey, mas de los otros que los otros omes ouieſſen por eredamiento, en ſſu ſſeñorio, los Señores mismos lo deven venir a fazer por ſſi & por los ſſuyos, ſſegund deximos de ſſuſo, en las otras leges. E a on por mayor guarda del Señorio, eſtablecieron los ſſabios antigos, que quando el Rey guiſieſſe dar eradamiento a algunos, que non lo podieſſe fazer de derecho, amenos que non retouieſſe y aquellas coſas que pertenescen al Señorio, aſſi como que fagan della s guerra & par por ſſu mandado, & que le vayan en hueſte: & que corra y ſſumoneda, & gela den ende, quando gela dieren en los otros lugares de ſſu Señorio: & que le finque y juſticia en teramente: & las alcadas de los pleytos, & mineras, ſſi las y ouiere. E maguer en el priuillejo del donadio, non dixieſſe, que tenia el Rey eſtas coſas, ſſobredichas para ſſi, non deue por eſſo entender aquel aquien lo da, que gana derecho en ellas. E eſto es, por que ſſon de tal natura, que ninguno non las puede ganar, nin uſar derechamente dellas. Fueras ende, ſſi el Rey gelas otorgaſſe todas, o algunas dellas, en el priuillejo del donadio. Ea un eſtonce non las puede auer, nin deue uſar dellas, ſſi ſſolamente en la vida de aquel Rey, que gelas otorgo, o del otro que gelas quiſiere confirmar. Eporende, todas eſtas coſas que dichas auemos, deue el pueblo guardar que el Señorio ſſea toda via uno: & non conſientan en ninguna manera que ſſe enagene, nin eſſe departa. Ca los que lo fizieſſen, errarian en muchas maneras. Primeramente contra dios, departiendo lo que el ayuntara. E despreciandolo, teniendolo en vil, lo que les el dieta por contra. Eyendo contra la palabra, que el dixo por Yſayas Profeta, non enajenaras tu onrra nin la daras a otri. Ea un contra ſſi mismos errarian, ſi ellos conſejaſſen al Rey, & le dieſſen carera para eſto fazer: o no lo eſtoruaſſen quanto podieſſen que non fueſſe fecho. E los que aſſi non lo fizieſſen, errarian en traycion: & deuen auer tal pena, como aquellos aquien plaze, & guiſan que ſſu Señor ſſea deſeredado. ANNO 1252.

CXIX.

Jugement de HENRI *Evêque de Liege, & Seigneur Feodal de Haynaut portant que nonobſtant la Donation du Comté de* Haynaut *faite par la Comteſſe* MARGUERITE *au Comte d'*ANJOU *neanmoins le Droit en apartient à* JEAN DE AVESNES *ſon Fils comme heritier naturel, & que les Sujets dudit Comté doivent lui faire hommage. Donné à Malines le Samedi apres les Octaves de la Chandeleur l'an* 1253. MARTENE, Theſaurus Novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1051. Ex Haſnonienſi Cartario Dominorum de Aveſnis.] 1253. 15 Fevrier

NOus HENRIS par la gráſſe de Diu eſſius dou Liege, faſons ſavoir à tous chiaus qui ces Lettres verront, que le Juedy apries les octaves de la Candeler, nous fumes à Mallines, en la preſenſe de mout de nos homes, & la nous mouſtrames unes Lettres leſqueles la Conteſſe de Flandres avoit à nous envoiies, qui contenoient ces paroles: Qu'ele avoit donet au Conte d'Anjo la conte de Haynau, à lui & à ſes oirs à tous jors, & nous prioit & requairoit que nous le Conte d'Anjo retenisiens à home de la contet de Haynau. Et le mouſtra li quens de *Luſeleborg* unes autres Lettres pendans, qui contenoient teles paroles: Que la Conteſſe de Flandres faiſoit ſavoir au Conte de *Luſemborc*, qu'ele avoit donet au Conte d'Anjo le Contet de Haynau, & li mandoit & commandoit qu'il feſiſt homage au Conte d'Anjo de tou qu'il tenoit en la conte de Haynau. Et unes autres Lettres nous au teles: Qu'ele avoit envoijet au ſegnor de *Mortagne*, & là vint li quens de *Luſenborc*, & nous requiſt que nous li feſiſſiens par droit dire, à cui il devoit faire homage de tou qu'il tenoit en la Contet de Haynau. Et dont vint JEHANS d'Aveſnes ſiuls le devant dite Conteſſe, en la preſenſe de nous & de nos homes, & diſt à nous: Sire, je ſuis venu à vous, come à mon ſigneur & voſtre home ſui de la Contet de Haynau, & drois hoirs de la terre, & ma mere l'a donet au Conte d'Anjo, & miſe hors de ſa main, & en main d'eſtrenges gens, dont je vos pri, Sire, & requier come à mon ſegneur, ke vous me facies dire par droit, ſi li home de la Conte de Haynau me doive faire homage par droit. Et nous HENRIS par la graſſe de Diu eſſius dou Liege, recouneumes bien le devant dit JEHAN a home en la preſenſe de nos homes, & qu'il eſt drois hoirs de la contet de Haynau, & ſour chou ke nos mouſtrames à nos homes, & ſour chou ke li devant dis JEHAN monſtra pardevant nos, & pardevant nos homes, & li cuens de *Luſſenborc* auſſi, nous meiſmes le jugement ſour WILLAUME de Hornes, ſegneur de Thenay, noſtre gentilhome: & li conjurames ſour le foit qu'il nous devoit, qu'il nos en deſiſt droit. Et il WILLAUMES devant dis & noſtre gentilhome furent à conſeil, & il WILLAUMES nos diſt par jugement que tot li home de Haynau ki tenoient lor fies en la Conte de Haynau dou ſegneur de la terre, devoint faire houmage au-devant dit JEHAN d'Aveſnes como à ſegneur, & à droit hoir de la terre. Et nous HENRIS par la graſſe de Diu eſſius dou Liege, tel jugement loons & approuvons, & voulons qu'il ſoit tenus, & mandons & coumandons à tous les homes de Haynau, qui fies tienent de la Contet de Haynau, qui facent homage au devant dit JEHAN d'Aveſnes come à ſegneur, & à droit hoir de la terre, enſi qu'il eſt jugiet en noſtre cort. Et à ce jugement furent come noſtre home gentilhome OTHES cuens de Gelres, HENRY cuens de Luſſenborc, ERNOUS cuens de Los & de Cigny, OTHES provos d'Ays, GODEFROY arcedya kenes de Liege, ENGLEBIERS doiens d'Utreth, ENGLEBIERS arcedya kenes de Liege, THIERIS Sires de Faukemont, HENRIS Sires de Huſaliſe, WATIERS Biertaus, GOSSUINS de Bome, WILHAUME d'Ohena, la

ANNO 1253. Gossevins de Mile, & cuenes d'Heire. Et por con que toutes ches choſes devant dites ſoient fermes & eſtables à tous jors, nos avons fait faieler ces preſentes Lettres de noſtre propre ſaiel.

Che fut donnet à Mallines noſtre ville, le Samedy aprés les octaves de Candeler en l'an del Incarnation noſtre Segneur MCC. & ciuncquante trois.

Confirmation de WILLAUME *Roi des Romains ſur le Jugement rendu par* HENRI *Evêque de Liege contre la Donation du Comté de* Hainaut. *Donné à Malines le Samedi après les Octaves de la Chandeleur l'an* 1253. [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1053. Ex eodem Cartario.]

WILLAUMES par la graſſe de Diu rois des Romains, & toudis acroiſſans à tous chiaus qui ces Lettres veront ſa graſſe & tout bien.

Nos faſons ſavoir à tous, que nous fûmes à Mallines le Juedy apres les octaves de la Candeler, en la preſenſe de mout de nos Princes; & là fu dit par droit, & par jugement ke li home qui tenoient terres & fies en la Conté de Haynau dou ſignеur de Haynau, devoient faire homage à noſtre chier Prince & noſtre chier ſerouge JEHAN d'Aveſnes, fil la Conteſſe de Flandres, come à lor ſegnor, & à droit hoir de la terre, & tel jugement qui là fu fais, nous le loons & approuvons, & volons qui ſoit tenus à tous jors fermes & eſtables, enſi qu'il eſt contenu es Lettres noſtre chier Prince & noſtre couſin HENRY par la graſſe de Diu eſlius dou Liege, leſqueles Lettres li devant dit JEHANS a dou devantdit eſlius. Et toutes ces choſes devantdites nous les confermons come ſouvrains ſires par l'auctorité roial de noſtre propre ſaiel. Che fu donnet à Mallines l'an de l'Incarnation noſtre Segneur MCC. ciunquante-trois, le Samedy apries les octaves de la Candeler.

CXXII.

2 Septembre. *Allodium* OTHONIS *Comitis Benthemienſis, quod habet in terrâ Gelriæ, infeudatum per* OTHONEM *Comitem Gelriæ. Actum Zutphaniæ Menſe Septembri Anno* 1253. Jo. Iſ. PONTANUS, Hiſt. Gelricæ lib. 6. pag. 144.

NOs Otho de Benthem notum facimus univerſis præſens ſcriptum inſpecturis, quod nos bonâ noſtrâ voluntate, nobili viro Domino Othoni Comiti Gelrienſi contulimus totum Allodium noſtrum, ſicut jacet ab Aſperen ſuperius, quam longè terra ejuſdem Comitis tendit & durat, videlicet manſionem cum omnibus ſuis attinentiis; tum in hominibus, tum in miniſterialibus cum omnibus juribus ſuis in perpetuum habendam: Similiter contulimus eidem Comiti Gelrienſi totum noſtrum Allodium, ubicunque illud jacet in Terra ſua. Prædictum autem Allodium nos & ſucceſſores noſtri in feudum tenebimus à dicto Comite & ſuis ſucceſſoribus, & proinde effecti ſumus Ligius homo, quod Teutonicè dicitur *Ledigman*, ejuſdem Comitis Gelrienſis contra quoslibet, præterquam contra Dominos noſtros Archiepiſcopum Bremenſem, Epiſcopum Trajectenſem, Epiſcopum Monaſtarienſem & Oſnabrugenſem: in cujus rei teſtimonium præſens Scriptum Sigilli noſtri munimine roboravimus. Actum & datum Zutphaniæ 1253, menſe Septembri.

CXXIII.

ANNO 1254. 15. Juin. *Lettres de* HENRI *Roi d'Angleterre & Duc d'Aquitaine en faveur d'*ESQUIVAT *Comte de Bigorre nouvellement receu par lui à foi & hommage. Lui promettant de le proteger & le defendre comme ſon Vaſſal & homme lige. Données à St. Macaire le* 15. *Juin de l'année* 38. *de ſon Regne.* [PIERRE DE MARCA, Hiſtoire de Béarn, liv. 9. chap. 12. pag. 829.

HENRI par la grace de Dieu Roi d'Angleterre, Seigneur d'Irlande, Duc de Normandie, & d'Aquitaine, Comte d'Anjou, à tous ceux, qui ces preſentes Lettres verront, Salut. Comme ainſi ſoit que noſtre cher & feal Eſquivat de Cabanes, Comte de Bigorre, ait receu de nous le Comté de Bigorre avec ſes appartenances, pour le tenir lui, & ſes hoirs, de nous & de nos ſucceſſeurs à perpetuité; & que du conſentement expres de l'Eveſque & Chapitre du Puy, ci-devant Seigneurs directs dudit Eſquivat, & de ſes predeceſſeurs Comtes de Bigorre, qui ont cedé, quité, & tranſporté entierement à nous & à nos hoirs, la Seigneurie qu'ils avoient ſur ledit Comté, ledit Eſquivat nous ait fait homage lige d'icelui pour lui, & ſes hoirs. Nous promettons de bonne foi, octroyons & proteſtons par ces preſentes, que nous, ni nos ſucceſſeurs n'exigerons du dit Eſquivat, ni de ſes hoirs, autres couſtumes, ni ſervices, que ceux que ſes predeceſſeurs Comtes de Bigorre avoient acouſtumé de rendre à l'Egliſe du Puy: ſauf toutefois à nous, & nos heritiers l'homage dudit Eſquivat, & de ſes hoirs, pour raiſon dudit Comté. Et lui promettons de lui faire tous les devoirs, que l'Egliſe du Puy faiſoit aux Comtes de Bigorre. Et aſſiſterons & defendrons ledit Eſquivat Comte de Bigorre, & ſes hoirs, comme notre homme lige. En teſmoignage dequoi nous avons fait expedier ces Letres patentes. Teſmoin moi meſme. A. S. Macaire le 15 de Juin, l'année 38 de notre regne.

CXXIV.

1 Novembre. *Renunciatio Juris in totam Gaſconiam vel partem illius facta ab* ALFONSO VI *Rege Caſtellæ in favorem* EDUARDI, HENRICI III. *Regis Angliæ heredem & primogenitum, Affinem & ſororium ſuum. Factum apud Burgos* 1. *Novembris Anno Domini* 1254. [PIERRE DE MARCA, Hiſtoire de Bearn liv. 7. chap. 8. pag. 601.]

CUm Regalis Celſitudo viros claræ propaginis diligere ac honorare teneatur, illis tamen præcipuè qui ſibi ex conſanguinitate, vel affinitate ſunt conjuncti, & inveniuntur in beneplacitis promptiores. Idcirco, Nos Alfonſus Dei gratia Rex Caſtellæ, Toleti, Legionis, Galliciæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, & Jahin, inclitum & chariſſimum affinem, & ſororium noſtrum Edwardum illuſtris Regis Angliæ primogenitum & hæredem, *quem cingulo accinginus militari*, inter ceteros Orbis Principes, affectione multiplici diligentes, ac affectantes eundem dignis meritis honorare, ipſum ſpeciali gratia proſequimur & favore, Ea propter nos memoratus Rex Caſtellæ & Legionis per præſens Scriptum notum fieri volumus univerſis, quod nos præfatum Edwardum amplecti quadam prærogativæ gratia cupientes damus, dimittimus, cedimus & quitamus pro nobis & heredibus noſtris, eidem Edoardo & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis libere & abſolute omni exceptione remota, quidquid juris habemus, vel quaſi habemus, vel habere debemus in *tota Gaſconia, vel in parte*, in terris, poſſeſſionibus, hominibus, viribus vel quaſi, Dominiis vel quaſi, actionibus & rebus aliis; *ratione donationis quam fecit vel feciſſe dicitur, Dominus Henricus quondam Rex Angliæ, & Aleonora uxor ſua Aleonoræ filiæ ſuæ & bonæ memoriæ Alfonſo Regi Caſtellæ*, & quidquid juris, vel quaſi ibidem habemus, vel habere debemus per ſucceſſionem ſupradictorum, *vel per collationem Regis Ricardi, ſeu Regis Joannis*, vel per collationem nobis, vel alii cujus jus ad nos pertineat, factam *a Regina Berengaria filia Alfonſi Regis & Reginæ Aleonoræ*, & omnes Chartas quas habemus ſuper hoc a præ-

ANNO 1254. prædictis, vel aliquibus eorum promittimus bona fide dicto Edwardo restituere vel debere, & volumus quod si inventæ fuerint ex hac hora inantea sint vacuæ & cassæ. Facta Charta apud Burgos Reg. Christo I. die Novemb. anno Domini M. CC. LIV. Et nos prænominatus Rex Alfonsus una cum uxore nostra Regina Yoland, & cum filia nostra Infante Berengaria regnans in Castella, Toleto, Legione, Gallicia, Sibilia, Corduba, Murcia, Jahin, Badollocio, & in Algarbe, universa quæ in hoc Privilegio sunt expressa, volumus pro nobis & heredibus nostris in perpetuum valitura. Et ad majoris roboris firmitatem, hoc Privilegium communitum *nostro sigillo aureo* roboramus. Infans Alfonsus Dominus Molin. confirmat. Infans Ericus conf. Infans Fridericus conf. Infans Manuel conf. Infans Ferrandus conf. Infans Philippus electus Hispalen. conf. Infans Sancius electus Ecclesiæ Toletan. Joannes Compostell. Archiepiscopus conf. Alvarus Garsiæ de Fromesta scripsit.

CXXV.

1255. Juillet. *Hommagium ligium* LUDOVICO IX. *Regi Francorum præstitum, ab* AYMERICO DE THOARTIO *pro Castellis* Bugonii *&* Rocha *super* Oyon. *Actum apud Meledunum Mense Julio. Anno Domini* 1255. [MARTENE, Thesaurus novus Anecdotorum Tom. I. col. 1062. Ex Mſ. Cl. V. Petri Menard Urbis Turonensis Præfecti.]

EGO AYMERICUS de Thoartio, notum facio universis præsentes Litteras inspecturis, quod ego carissimo Domino meo LUDOVICO Regi Franciæ illustri hommagium feci ligium contra omnem creaturam quæ possit vivere & mori de feodis illis quæ teneo de eodem, videlicet de portione illa quam habeo in castellis Bugonii & de Rocha super *Oyon*, & pertinentiis eorumdem; & tactis sacro-sanctis Evangeliis, juravi quod eidem Domino Regi & ejus hæredibus de cetero fideliter serviam contra omnes, & quod dicta castra eidem Domino Regi, sicuti Domino meo ligio, vel ejus heredibus, seu eorundem mandato reddam, ut magnam vim & parvam, quoties ex parte ipsorum fuero super hoc requisitus. In cujus rei testimonium, præsentes Litteras feci Sigilli mei munimine roborari.

Actum apud Meledunum, anno Domini MCCLV. mense Julio.

CXXVI.

1256. 18 Mars. *Instrumentum publicum quo* Pisani, *nomine suo & universi Imperii, agnoscunt & eligunt* ALPHONSUM *Regem Castellæ in Romanorum Regem & Imperatorem cum Clausulâ Investituræ dicti Imperii per vetus & novum Testamentum, per Crucem & Ensem; dicto* ALPHONSO *præsente & acceptante. Actum in Soria de Hispania die* 15. *Kal. Aprilis Anno* (1) 1256. *Indict. XIV.* [PAULO TRONCI, Memorie Historiche delle Citta di Pisa. pag. 302.] *Sur la Copie qui se garde dans les Archives de la Reformation de Florence.*

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen.

QUia Vos Excellentissimum, & invictissimum, & triumphatorem Dominum Alphonsum Dei gratia Regem Castellæ, Toleti, Legionis, Galletiæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, & Giene, Commune Pisanorum & tota Italia & totus fere mundus cognovit excelsiorem super omnes Reges, qui sunt vel fuerunt unquam temporibus recolendis, præsertim gratia Spiritus sancti Vobis divinitus inspirata vos dote multiplici decorante, & vos etiam sciverit præaliis pacem, veritatem, misericordiam, & justitiam diligere, & esse præ aliis Christianissimum, & fidelem, & cognoverit etiam vos ad ampliationem honoris Matris Ecclesiæ Romanæ, & bonum ejus statum, nec non etiam Romani Imperii toto animo aspirantem, & Imperium nimis vacasse, & ab æmulis dilaniatum, & nos cognoverint esse natum de progenie Domus Ducum Sueviæ, ad quam de Privilegio Principum, & de concessione Romanæ Ecclesiæ Pontificum, Imperium juste & digne dignoscitur pertinere, & successione ad vos, qui ex ea domo descenditis recta Linea, & per vos cum succedatis Excellentissimo Manueli olim Rom. Imperatori, Imperia abusive divisa in unum videantur posse colligi, & in vobis diviniter couniri, sicut tempore Cæsaris, & Constantini Christianissimi fuit unum, & propter prædicta mot. animorum & oculi Sanctorum & discretorum hominum & Principum, & Baronum & Dominorum, & Communium, & totius populi Italici, & etiam Teutonicorum, & aliorum de imperio in habendo vos dignum, & Romanorum Regem, & Imperatorem sunt directi; Idem ego Bandinus Lanceæ filius quondam Domini Guidonis Lanceæ de Casa Lei de Pisis Missaticus; Ambassiator Sindicus, & Procurator Communi Pisanorum Sindicat. nomine proprio Communi, & ex Baliis, & Potestatibus, & mandatis mihi concessis per publicum Instrumentum ad gloriam Dei, & ad honorem Glorioſissimæ Virginis Mariæ Matris Christi Dei viventis, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, & ad honorem Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ, & ejus Antistitis; suorumque Fratrum, & ad honorem & bonum Statuum, Principum, Baronum, Comitum, Marchionum, Procerum, & aliorum omnium Dominorum, & Civitatum, Terrarum, & omnium Communium, & totius Populi Christiani, & Imperii Romanorum invocata gratia unius Dei & individuæ Trinitatis, Vos Dominum Alphonsum prædictum præsentem pro toto Imperio Romanorum, & ejusdem Imperii nomine & totius Populi de Imperio, ejus negotium utiliter gerendo, in Romanorum Regem & Imperatorem Romani Imperii nunc vocantis eligo, & assumo, promoveo, atque voco. Quare nos prædictus Alphonsus Rex prædictam assumptionem, promotionem, & vocationem & omnia prædicta Spiritus Sancti gratia invocata, ad gloriam Dei, & honorem Virginis Sanctæ Mariæ, & omnium Sanctorum & Sanctarum, & ad honorem Sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ & ejus Antistitis, suorumque Fratrum, & ad honorem & bonum statum Principum, Baronum, Comitum, Marchionum, Procerum, & aliorum omnium Nobilium, & Civitatum, Terrarum & omnium Communium, & totius Populi Christiani & Imperii Romanorum Acceptamus, percipimus, volumus, & firmamus; & in signum, & Investituram dicti Imperii, Ego jam prædictus Bandinus Sindicus, Sindicorum nomine pro Communi Pisanorum, & pro omnibus suprascriptis, ut servus Jesu Christi per vetus, & novum Testamentum, & Crucem, & Ensem Vos prædictum Dominum Alphonsum investio, & flexis genibus osculum pacis & fidelitatis pedi vestro porrigo, & ex nunc pro Communi Pisanorum, & pro omnibus prædictis pro Rege Romanorum & Imperatore recipio, & ab hac hora in antea habebo, & tenebo, & ut modo Legitimo Imperatori adhæreo, toto tempore adhærebo, etiam vestris filiis, & hæredibus vobis in hoc honore succedentibus, & sic ad Sancta Dei Evangelia juro. Quam Investituram & omnia prædicta nos prædictus Alphonsus Rex, sicut dictum est, recipimus, & ad veritatis memoriam, de prædictis perpetuo conservandam, & prædictus Dominus Rex me Matthæum Notarium filium quondam Salvii de Civitate Pisarum de prædictis omnibus ut supra scripta sunt, Cartam, & Cartas publicas, unam & plures, & semel & pluries scribere, & firmare & in publicam scripturam redigere rogaverunt. Acta sunt hæc omnia in Villa de Soria de Hispania Regni Castellæ in palatio Regali supradicti Domini Regis in præsentia mei Matthei Notarii supradicti & in præsentia DD. fratris Stephani de Ordine Fratrum Prædicatorum Archiepiscopi Turritani (*alii dicunt Treccani*) Fratris Laurentii de Portugallia de Ordine Fratrum Minorum Pœnitentiarii Dom. Papæ, & prosecutoris negocii, cujus in tota Hispania, & Suerii Petri Episcopi de Zamorra, jam d. Dom. Regis Notarii, & Garziæ Petri Archidiaconi Marrocchitani, testium adhuc specialiter vocatorum & electorum d. I. Anno MCCLVI. secundum Cursum Pisarum Indict. XIV. XV. Kal. Aprilis.

Ego Mattheus Salvii quondam filius, Serenissimi Romano-

ANNO 1256.

(1) Cette piece est curieuse à tous égards. Elle sert entre autres à prouver contre la plûpart des Historiens Modernes, que la double élection de *Richard* & d' *Alphonse* se fit en 1256. & non en 1257 ou 1258. Ceux qui alleguent le temoignage de *Mathieu Paris* pour l'an 1257 n'ont pas bien pris garde à ses dates & à sa Narration. Il commence toujours l'année au jour de la Nativité, & c'est ce qui les a trompés. Voyez ce que nous en avons dit dans nos Prolegomenes sur la premiere partie. [DUM].

ANNO 1256. manorum Imperatoris Notarius prædictis omnibus interfui. & hæc omnia rogatu præsentis Dom. Alphonsi in Romanorum Regem, & Imperatorem electi, & præfati Sindici ad veritatis memoriam perpetuo conservandam scripsi, & meo signo firmavi.

Literæ Promissionis per ALPHONSUM *in Romanorum Imperatorem electum Communi Pisarum factæ: uti & de Investiturâ eidem concessa de Comitatu, Districtu, Civitatibus, Castris & Locis omnibus, ad eam pertinentibus. Actum in Soria de Hispaniâ 15 Kal. Aprilis Anno 1256. Indictione XIV.* (PAOLO TRONCI, Memorie Historiche della Citta di Pisa. pag. 204. *Sur la Copie qui se garde dans les Archives de la Reformation de Florence.*]

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

NOs Alphonsus Dei gratia in Romanorum Regem, & Imperatorem electus, Rex Castellæ, Toleti, Legionis, Galletiæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, & Gienuæ, Cognoscentes devotionem sinceram, & fidei puritatem, quam Commune Pisarum erga Romanum Imperium, & antecessores nostros Romanorum Imperatores, & Majestatem nostram semper habuit præ ceteris clariorem, & servitia, & excelsa, quæ hactenus præstitit, & in antea, dante Domino, habebit, & affectuose præstabit nobis, & nostris filiis, qui honore Imperii fuerint decorati. Convenimus, & promittimus tibi Nobili viro Bandino Lanceæ filio quond. Dom. Guidonis Lanceæ de Casa Lei de Pisis Missatico Ambassiatori, Sindico, & Procuratori Communis Pisarum, Sindicatus nomine pro ipso Communi, & Civitate Pisanorum recipienti, quod faciemus & jurabimus pro toto conamine, & posse nostro quod dante Domino, ejusque favente Clementia, Imperium Romanum consilio, & auxilio Communis Pisarum, & aliorum nostrorum fidelium obtinebimus, & manutenebimus universum, & quod tempore nostræ coronationis Romanæ vel ad DD. PP. secundum quod alterum magis de consilio nostro ipsius Communi Pisarum, & aliorum fidelium Imperii & Regnorum nostrorum præcesserit utile, veniemus magnifice, ac potenter, ut nostram decet Majestatem, & quod ad Imperium manutenendum, & augendum erimus studiosi pro posse nostro, & operam dabimus efficacem. Et quod Imperii fideles nostros manutenebimus justitia, commodo, & honore, & infideles subjugabimus nobis juxta divinam providentiam nobis datam, & præcipue Pisanos, ut fidelissimos honorabiliter tractabimus, & eos ex nunc sub nostra custodiâ, tutelâ, protectione, omnimodaque defensione recipimus contra omnem personam, & locum, & omnes suos honores, & jura, dignitates, possessiones, privilegia, bona, consuetudines Comitatûm & Districtum eis servabimus, & servari faciemus, & mandabimus per Officiales nostros, prout nunc habent, & tenent, & eisdem à divis Romanorum Imperatoribus sunt concessa, & ex nunc ea omnia authoritate qua fungimur, confirmamus, & tempore nostræ Imperialis Coronæ per Privilegium promittimus confirmare, & ex nunc Comitatum, Districtum, Civitates, Castra, Villa, Loca, & Insulas pro ut Communi Pisarum a Divis Rom. Imperatoribus sunt concessa, tibi pro Communi Pisano, & ipsi Communi Pisano in feudum, & nomine feudi damus, concedimus, & largimur, & ea auctorizzare, & defendere ab omni persona, & loco, tibi pro dicto Communi, & ipsi Communi Pisarum promittimus; Et inde te per vexillum quem in manu tenemus de nostris armis investimus, & tempore nostræ Coronationis ensem, & vexillum eidem Communi concedemus. Quare Ego supradictus Bandinus Sindicatus nomine pro dicto Communi Pisarum, & omnibus adhærentibus de Communi convenio, & promitto vobis supradicto D. Alphonso Dei gratia in Romanorum Regem, & Imperatorem electo, quod Commune Pisarum Majestatem vestram, & personam vestram, & filiorum vestrorum & omnium Nuntiorum, qui pro vobis fuerint, salvabit & custodiet in Terra, & Mari, & ubique juxta suum posse, & scire, omni tempore, bona fide; & quod Commune Pisarum non erit in consilio, consensu vel facto quod vestra Majestas, vel filii vestri, vel Vicarius vester in Italia, vel Capitaneus vester in Tuscia, sive Nuntii, atque Officiales perdant vitam, vel membrum, vel capiantur mala captione, aut perdant imperium, vel honorem, Regnum, vel Terram, quam nunc habetis, vel in ante dante Domino, acquisiveritis, & si sciret, Vos, & ipsos inde defendent juxta suum posse, & si non posset, vestræ Majestati, & filiorum vestrorum, & cuilibet prædictorum citius, quam poterit nuntiabit, & vos, & ipsos recipiet honorabiliter debitis reverentia, & honore, & quod omnia, & singula consilia, quæ vos, vel alii pro vobis petieritis a dicto Communi fideliter, & recte dabit, prout divina gratia ministrabit, & quod omnes credentias, quas sibi mandaverit, vel Vicarius vester in Italia sibi mandaverit, sive Capitaneus in Tuscia, servabit, & tenebit, & ad damnum credentiæ non manifestabit, & quod operam & studium, & juvamen dabit Comune Pisanorum juxta suum posse, ut antecessoribus Imperatoribus fecit, vel facere consuevit, quoad Imperium universum in tranquillitate, & pace habeatis & possideatis in perpetuum, Vos & vestri filii Legitimi, qui vobis in hoc honore successerint bona fide, sicut Romanorum antecessores Imperatores, etiamsi aliqui de Imperio, vel pro Imperio contradixerint. Et quod omnia, & singula, quæ alicui Romanorum Imperatorum antecessorum vestrorum dictum Comune fecit, vel tenet facere, seu consuevit, faciet vobis & vestris filiis legitimis, qui vobis in hoc honore successerint, tam per mare quam per terram bona fide, sine fraude, & remota omni malitia. Et quod Sacramentum fidelitatis Imperatoribus consuetum, tam per Potestatem, quam per Capitaneum Populi, & Antianos & Senatores, & Capitaneos militum, & Consules ordinis maris, & Consules Mercatorum terræ, & Consules Artium, & omnes Officiales, & Populum universum, tam de Civitate, quam de Districtu, & Insulis per Sacramentum Populi Pisis præstare consueverunt dictum Comune præstabit ad vestram, vestrorumque Nunciorum requisitionem, & ex nunc Ego dictus Bandinus Sindicatus nomine pro dicto Communi invocata Christi Gratia, & auxilio, ad gloriam Dei omnipotentis, & ad honorem Gloriosissimæ Virginis sanctæ Mariæ & Archiepiscopi, & Archiepiscopatus Pisani, & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris, ejusque Capituli, & aliarum Ecclesiarum, & dictorum Potestatis, & Capitanei, Antianorum & aliorum omnium prædictorum in animas dicti Communis, & omnium & singularum Pisanorum, ex licentia, & potestate mihi data per publicum Instrumentum bullæ ceræ Pisis Communis bullatum, Sacramentum fidelitatis facio, sicut Pisani consueti sunt facere Imperatoribus Romanorum Vobis Dom. Alphonso prædicto excellentissimo & invictissimo Romanorum Imperatori & juro ex nunc Comitatum, Districtum, Civitates, Castra, Villas, Loca & Insulas prout Comuni Pis. à divis Imperatoribus sunt concessa à M. V. pro Comm. Pisar, Sindicatus nomine me in feudum fateor recepisse; & ad veritatis memoriam de prædictis in perpetuum conservandam præfatus Dominus Imperator, & dictus Syndicus me Matheum Notarium filium quond. Salvii de Civitate Pisarum de præfatis omnibus, ut superius dicta sunt, Cartam, & Cartas publicas, unam, & plures, semel, pluries scribere, & firmare & in publicam redigere, rogaverunt. Acta sunt hæc omnia in Villa de Soria de Hispania regni Castalle in Palatio Regali supra scripti D. Regis in præsentia mei Mathei Notarii supradicti & in præsentia Dominor. fratris Stephani de Ordine fratrum Prædicatorum, Archiepiscopi Trevani, & Fratris Laurentii de Portugalia de Ordin. fratrum Minorum, Pœnitentiarii Dom. Papæ & prosecutoris Negotii Crucis in tota Hispania; & Suerii Petri Episcopi de Zamorra jam d. Dom. Regis Notarii & Garziæ Petri Archidiaconi Marrochitani testium ad hæc specialiter vocatorum, & electorum D. J. Anno MCCLVI. secundum Cursum Pisanorum, Indict. XIV. 15. Kal. Aprilis.

ANNO 1256.

ANNO 1256. Octobre.

CXXVII.

Lettres de MARGUERITE *Comteſſe de Flandres & de Haynau par lesquelles elle aſſûre le Comté de Haynau à ſon Fils* JEAN D'AVESNES *& ſes Heritiers aprés lui. Donné au Mois d'Octobre l'an* 1256. [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum Tom. I. col. 1078. Ex Haſnonienſi Cartario Dominorum de Avesnis.]

NOus MARGUERITE Conteſſe de Flandres & de Haynau faſons ſavoir à tous chiaus ki ces Lettres veront & oront, que nos avons en couvent a JEHAN d'Aveſnes nôtre chier fil, & a ſes oirs, que tant que nous vivrons ne ferons, ne ne porchacerons, ne par nous, ne par autrui, par quoy li devant dis JEHAN, ne ſi oir, ſoient eſlongiés apriés nous de la Contet de Haynau: que le ne viengne a lui, & a ſes oirs apriés nôtre dechies, ne par don, ne par vendenge, ne par eſcange, ne par nulle autre maniere d'alienation, ſauf çou que ce nos avons aucunes choſes donees, u donrons en la terre de Haynau par l'aſſentement de noſtre fil JEHAN devant dit, eſtable doivent ieſtre, & ſans les dis le Roy de France en toutes choſes. Et s'il avenoit par avanture que nous veniſſions en contre chouque deſeure eſt dit, nos otroions & volons que li eveſque de Cambray & de Tournay, puis que ce ſeroit couneu par aus de plein, ſans debat de plait, nospuiſſe excumenier, & entredire noſtre Terre, ne relaiſcier ne doivent ces ſentences, juſques adont que nous auriens amandè ſouffiſanment çouque nous auriens entrepris contre ceſte convenance deſeuredite. Et de ce nous metons nous en la juridiction des Eveſques deſeuredis, & volons & leur requairons que il a ces choſes faire, tout enſi que il eſt deviſé, nos puiſſent deſtraindre, & deſtraignent par juſtice de ſainte egliſe, ce metier eſtoit, & en toutes ces choſes renonçons nous apreſſement a toutes exceptions, & a toutes barres, & a toutes aires de loy de creſtienté, & de loy mundaine, & a tous previleges donnes & a donner a nous, au croiſſies, u a autrui, de par nous & a toutes choſes qui aidier nos i poroient, ne a noſtre fil JEHAN d'Aveſnes, ne a ſes hoirs deſeuredis nuire ne faire damage, ne grevance tant come a çou. Et proumetons en bonne foy & loiaument, que nous en contre la deſtrainte des Eveſques deſeurdis, ſe il le voloient faire, u faiſoient enſi que deſeure eſt deviſé, ne ne metrons nul debat, ne par nous, ne par autrui de par nous. Et toutes ces choſes deſeuredites avons nous jureès ſolempnement a tenir & a garder loiaument, & requairons à tous nos homes de Haynau, & de toutes nos bones viles de Haynau, que ſi nous aliens encontre ceſte convenence deſeuredite par nous ne par autrui de par nous qu'il ſoient en laide dou devant dit JEHAN noſtre fil & de ſes oirs, & en nôtre grevance duſques adont que nous auriens amendé çouque nous auriens entrepris contre cete convenence & leur en prions qu'ils en doinſent lor lettres au devantdis JEHAN, & volons que por ce ne meffacent riens encontre leur homage, ne encontre la fianche que il nous doivent, & devront il & lor oir: & porchouque ces choſes deſeuredites ſoient fermes & eſtables, nous avons fait ces Lettres ſaieler de nôtre ſaiel, leſqueles furent donées en l'an de l'Incarnation noſtre Signeur MCCLVI. el mois d'Octobre.

Lettre de BAUDOUIN D'AVESNES *portant renonciation en faveur de ſon Frere* JEAN *à tous les Droits, qu'il pourroit avoir ſur le* Comté de Haynau. *Donnée au mois d'Octobre l'an* 1256. [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum Tom. I. col. 1079. Ex Haſnonienſi Cartario Dominorum de Aveſnis.]

JOu BAUDUINS d'Aveſnes fius a la conteſſe MARGHERITE de Flandres & de Haynau fac ſcavoir à tous chiaus qui ces lettres veront ke je par l'aſent & par la volenté de Madame ma mere devant dite, por mi & por mes hoirs, de ma bonne volente, ſans nule deſtrece, ai renonchié à la Conté de Haynau & a tous les droits, que je & mi oir i poons avoir de leſeance Madame ma mere la Conteſſe devantdite, & ſi le wel es otrois por mi & por mes oirs, que la Contes de Haynau devantdit demeure a mon Signeur JEHANS d'Aveſnes mon aiſne frere, & a ſes oirs apries le dechies de Madame la Conteſſe devantdite, & ſi voel & otroie & requier, que tous li home & totes les bones viles de la Conté de Haynau aſſeurent Monſeigneur JEHAN mon frere & ſes oirs devant dis, & le recoivent & le tiengnent por Signeur & por Conte de Haynau, & ſes oirs apries lui, apries le deces de madame la Conteſſe ma mere: jaçoi ce choſe que de mon Signeur JEHAN devant defaile devant madame la Conteſſe ma mere devant dite, & apres, & ſi requier que tout li home & les bones viles de Haynau ſoient aidant & conſellant a mon Signeur JEHAN & a ſes oirs devantdis encontre mi & encontre mes oirs, s'il avenoit que je & mi hoir, veniſſiens encontre conke deſeure eſt dit. Et ce ai je fais por ſouffiſant par con de terre que je en ai encontre mon Signeur JEHAN mon frere devant dit dedans la Conté de Haynau, dont je me tieng bien a paijet por mi & por mes hoirs, & s'il avenoit que Meſire JEHANS ne ſi hoir devantdit voſiſſent, que je feſiſſe, & deſiſſe autre choſe por plus grant ſeurté faire, le dois ſans le mien doner a leur requeſte, & mi hoir autre ſi. Et s'il avenoit que je veniſſe encontre ce que deſeure eſt dit, & mi hoir, je wel & otrioe por moi & por mes hoirs, que li Eveſque de Cambray & de Tornay, & ſi uns d'aus puiſque ce ſeroit conneut par aus, & par l'un d'aus, de plein ſans forme de droit, me puiſſent excumeiner, & ma maiſnie & ma Terre entredire, & mes hoirs autreli ne relaſcier ne doivient ces ſentenſces duſques adont que jou u mis hoir ariens amandet ſouffiſanment çouque jou, & mi hoir ariens mesfait encontre chouque deſeuredit eſt, & de ce mai je mi & mes hoirs en la juriſdiction des Eveſques devant dis, & voel & lor requier pour moi & pour mes hoirs, que il a ces choſes faire tout ainſi com il eſt deviſet puiſſent moi & mes hoirs deſtraindre & deſtrangnent, ſe meſtiers eſtoit, & toutes ces choſes devantdites renoncent jou eſpreſſement pour moi & pour mes hoirs, a toutes exceptions de boisdie, a toutes barres & toutes ajuwes de loi, & de creſtienté, & de loi mundaine, a tous Previleges dounes & a doner a moi & a mes hoirs, a croſiés, a autrui & a toutes choſes qui aidier poroient a mi u a mes hoirs ne a mon Signeur JEHAN d'Aveſnes mon frere, ne a ſes hoirs devantdis nuire ne faire damage, u grevance, & proumet a bone foi por moi & por mes hoirs kencontre la deſtrainte des eveſques devant dis, ſe il le voloient faire, u faiſoient, ſi com deſeure eſt dit, je ne mi ou metrons nul debat, ne por nous, ne por autrui, & tutes ces choſes devant dites; ai je jurées ſolempneument a tenir & a warder loiaument, por moi & por mes hoirs. En thieſmougnages de ces choſes devant dites, ai je fait ſaieler ces lettres de mon ſaiel; leſqueles furent donées l'an del Incarnation MCCLVI. el mois d'Octembre.

Declaration du Prevôt, des Jurez & Echevins &c. de Valenciennes *par laquelle en ſe conformant à la diſpoſition de la Comteſſe* MARGUERITE *leur Dame ils reconnoiſſent* JEAN D'AVESNE *ſon Fils, pour ſon Heritier après elle dans le Comté de Haynaut, & lui promettent toute aide, conſeil, & obeiſſance. Donné au mois d'Octobre. Le Dimanche devant le jour Touſſaints l'an* 1256. [MARTENE, Theſaurus Novus Anecdotorum Tom. I. col. 1081. Ex Cartario Haſnonienſi Dominorum de Aveſnis.

ANNO 1256.

NOus Provoſt, Juret, Eſkievin, & li communs de Valenchienes, faſons ſavoir à tous chiaus ki ces Lettres veront & oront, que nous en la preſenſe noſtre chiere Dame MARGUERITE Conteſſe de Flandres & de Haynau, & mon Signeur BAUDUIN ſon fil, de lor aſſens, & à lor requeſte, avons aſſeuret mon Signeur JEHAN d'Aveſnes ſen fil & ſes hoirs de quele eure qu'il defalle de Madame la Conteſſe devantdite ſe mere, nous le tenrons por Signeur, & por Conte de Haynau, & ſes oirs apries lui, ja fuſſe coſe qu'il defaliſt de mon Signeur JEHAN devantdit devant madame le Conteſſe ſe mere devantdite, ou apries. Et s'il avenoit que nus ſe voſiſt mettre contre lui, ne encontre ſes oirs des coſes

ANNO 1256. coſes qui deſeure l'ont dites, ne faire anvi, ne deſtourbier, nous proumetons que à lui & à ſes oirs nous ſeront aidant & conſellant de toutes nos forces, & de tous nos pooirs, & à chou obligons nous, nous & nos oirs, ne autrui ne devons, ne poons tenir por Signeur ne Conte de Haynau, que mon Signeur JEHAN d'Aveſnes, & ſes oirs, apres le decies madame ſe mere devantdite. Et toutes ces coſes nos li avons juret ſour ſains en la preſence noſtre eveſque, l'eveſque de Cambray, à tenir bien & loiaument. Et por ce que ce ſoit fermement tenut & wardet, ſi avons nous ces lettres ſaielées del ſaiel de no vile de Valenchienes, & livrees à mon Signeur JEHAN d'Aveſnes devantdit par le requeſie de no Dame le Conteſſe devant noumée, & de mon Signeur Bauduin ſen ſil.

Ce fu fait l'an del Incarnation JESU-CHRIST MCCLVI. le diemence devant le jour Touſſains; el mois d'Otembre.

CXXVIII.

1257. Août. *Echange de quelques Terres fait entre* THOMAS DE COUCY *de Vrevin, & Meſſires* BALDUINS DE AVESNIS *Sires de Biaumont. Au Mois d'Aout* 1257. [MARTENE, Theſaurus Novus Anecdotorum. Tom. I. col. 1091.]

JE THUMAS de Coucy de Vrevin, fac ſavoir à tous chiauls ki ces preſentes Lettres veiront & oront, ke cum mes chiers freres meſires BAUDUINS d'Aveſnes, Sires de Biaumont, teniſt & euiſt Terre en la Conté de Reteſt; c'eſt à ſavoir à Lauſnoit, à Bleton, & à Rocourt, dont il eſtoit homs mon Signeur mon oncle GAUCHER Conte de Reteſt pour tote cele Terre devantdite, laquelle il m'a quitée; je li ai donné en eſcange ſis vins livrées de Terre ke je renoie en la Conté de Haynnau, c'eſt à ſavoir de Madame la Conteſſe de Flandres ſoiſſante livrées, & ſoiſſante livrées de Monſigneur JEHAN d'Aveſnes, ſil madame la Conteſſe devantdite: & de ces ſis vins livrées de Terre devantdite, je l'en doi faire mettre en poſſeſſion, ſelonc l'uſage dou pais. Du theſmongnage de laquel choſe iou en ai ces preſentes Lettres donnees ſaielées de mon ſaiel.

Ce fut fait en l'an del Incarnation noſtre Signeur mil deux cent ciuncquante & ſiet ou mois d'Aouſt.

CXXIX.

8 Septembre. RICHARDI *Romanorum Regis Conſtitutio continens inter alia, ne bona ad Eccleſiam devoluta à conſuetis tributis eximantur. Datum Moguntiæ* 8. *Septembris Anno Domini* 1257. *Regni jui I. Indictione XV.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales Tom. I. pag. 308.]

RICHARDUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, Conſulibus & Civibus de N. &c.

1. Specialiter duximus indulgendum, ne aliquis civium filiam vel neptem ſive conſanguineam in uxorem alieni tradere per nos abſque ſuo pleno conſenſu aliquatenus compellatur.

2. Inſuper quod nullus Civium per nos vel per aliquem alium noſtro nomine pro aliqua pecunia extorquenda ſingulariter ab ipſo aliquatenus capiatur.

3. Ad hæc ſtatuimus & mandamus, ut omnia bona & prædia, quæ hactenus cum civibus precariam Imperio perſolvebant, quomodocunque, ad loca Religioſorum vel perſonas alias Eccleſiaſticas vel mundanas prædicta bona devolvi & transferri contingat, bona ipſa ad ſolvendam precariam, ſicut antè, nihilominus teneantur.

Datum Moguntiæ die VIII. Septembris, Indict. XV. anno Domini MCCLVII. Regni verò noſtri anno primo.

CXXX.

22. Novembre. *Literæ* GUIDONIS *Flandriæ Comitis, &* JOANNIS DE DOMNA-PETRA *Fratris uſus, quibus poſt ſecundam Compromiſſionem pro ſe & Matre ſuâ ex unâ, nec non* JOANNE *&* BALDUINO *Fratribus uterinis ex alterâ parte factam, ratam habent ſententiam* LUDOVICI IX. *Francorum Regis &* ODONIS *Epiſcopi Tuſculani Apoſtolicæ Sedis Legati pronunciatam apud Peronam, vel ibi potius confirmatam ſuper diviſione hæreditatis* MARGARETÆ *Flandriæ Comitiſſæ Matris ipſorum. Datum Menſe Novembrii in die Beatæ Cæciliæ. Anno* 1257. CUM *Literis Regis & Legati de Compromiſſo in ſe facto, & Sententiâ per ipſos latâ. Actum Pariſiis Menſe Julio Anno* 1246. NEC NON *Quitatione* JOANNIS *&* BALDUINI *quarundam terrarum, quas in præfatâ Sententiâ contenderunt haud eſſe concluſas, Januario Anno* 1248. QUIBUS ACCEDIT *Alterum Compromiſſum, & Sententiæ prioris Confirmatio. Actum apud Peronam Menſe Septembri Anno Domini* 1256. [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1092. Ex Hasnonienſi Cartario Dominorum de Aveſnis.] ANNO 1257.

NOS GUIDO Comes Flandriæ, & JOHANNES Dominus Domnæ-petræ fratres milites filii illuſtris Dominæ MARGARETÆ Flandriæ & Haynoniæ Comtiſſæ, notum fieri cupimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quod nos in præſentia Illuſtriſſimi Domini LODOVICI Dei gratiâ Francorum Regis, Prælatorumque plurium, ac Baronum & multorum aliorum, fide interpoſitâ, & corporali præſtito ſacramento, publicè & ſolemniter juravimus, quod nos dictum Domini Regis prædicti, ac venerabilis Patris Domini ODONIS Dei gratiâ Epiſcopi Tuſculani, tunc Apoſtolicæ Sedis Legati, quod inferiùs eſt inſertum tenebimus & ſervabimus inviolabiliter in futurum.

Tenor autem dicti Dominorum Regis ac Legati prædictorum talis eſt:

Compromiſſum.

LUDOVICUS Dei gratiâ Francorum Rex & ODO eâdem gratiâ Tuſculanus Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Notum facimus, quod cùm inter liberos nobilis MARGARETÆ Comitiſſæ Flandriæ & Haynoniæ; quos de nobili viro BORCHARDO de Aveſnis ſuſceperat ex una parte, & eos quos de nobili viro GUILLELMO de Domna-petra eadem Comitiſſa ſuſceperat ex altera, mota eſſet contentio ſuper eo quod utraque Partium prædictarum Comitatus Flandriæ & Haynoniæ, & totam Terram quam tenet dicta Comitiſſa, dicebat ad ſe poſt obitum ipſius matris eorum jure hereditario pertinere. Tandem de voluntate & aſſenſu præfatæ Comitiſſæ & utriuſque Partis, amicorum conſilio ſupradicti liberi in nos duos unanimiter compromiſerunt tali modo, quod ſecundum formam juris vel judicii non eſſet in hoc arbitrio procedendum, cùm tota Terra prædicta per viam juris Parti alteri debere cedere dinoſceretur: ſed de Terra prædicta debebamus taliter ordinare, quod utrique Partium de dicta hæreditate partem aſſignaremus, ſecundum quod nobis videretur bonum eſſe; ita videlicet, quod ambo capita dictorum Comitatuum uni eorum dare, vel alteram uni; & reliquum alii, vel partem alteri in Comitatu altero, vel utroque, prout nobis bonum videretur, poſſemus aſſignare.

Conditum etiam fuit & conceſſum quod ſi Comitatu Flandriæ alteri Parti per dictum noſtrum aſſignato, alii vellemus in eodem Comitatu partem terræ aſſignare; ille qui partem illam haberet, Comitatum habenti de ea homagium faceret, & partem illam teneret de eodem. Similiter ſi à Comitatu Haynonenſe per dictum noſtrum alicui eorum aſſignato in Comitatu illo alii partem aſſignaremus; ille qui partem illam in Comitatu haberet, comitatum habenti homagium faceret, & partem ſuam de illo teneret, niſi Terræ conſuetudo in contrarium ſe haberet. Quod ſi eſſet, homagium faceret, & partem ſuam teneret ſecundum quod Terræ requireret conſuetudo. Inſuper eſt ſciendum, quod Partes in hoc unanimiter convenerunt, quod ſi ſine liberis de uxore ſua deſponſata procreandis contingeret aliquem prædictorum decedere: frater ejus germanus, vel ſoror ejus germana, ſi decedens fratrem non haberet germanum, eidem decedenti ſuccederet in tota Terra quam haberet. Fuit etiam concorditer conceſſum, quod ſi nos, ODONEM Legatum hiis exequen-

ANNO 1257. dis contingeret non adeſſe: vir nobilis ROBERTUS Comes Attrebatenſis, frater Domini Regis ad hæc exequenda reciperetur ſine contradictione aliqua loco noſtri. Voluerunt autem Partes & conceſſerunt, quod illud quod ordinaretur, fieret, ſalvo honore utriuſque Partis: ita tamen quod propter hoc non remaneret, quin partes & diviſiones Terrarum & totius hereditatis prædictæ manerent ſtabiles & firmæ, prout à nobis eſſet ordinatum. Conceſſerunt etiam Partes, quod contentæ eſſent diviſionibus illis & partibus quas eis aſſignaremus, nec contra ordinationem noſtram venirent aliquo modo, nec unus in parte alii aſſignanda, ſive in proprietate, ſive in poſſeſſione, aliquid per ſe, vel per alium reclamaret; nec moveret quiſquam eorum contra alterum ſuper hiis in Eccleſiaſtica, vel Sæculari Curia, quæſtionem aliquo modo, vel aliquâ ratione juris aut facti. Conceſſimus autem nos Rex, quod nos reciperemus in hominem de Comitatu Flandriæ, vivente dictâ Comitiſſâ, ſi ipſa hoc peticrit, illum qui per ordinationem noſtram dictum Comitatum haberet, ſalvâ vitâ Comitiſſæ, & ſalvo in omnibus jure noſtro. Propter abſentiam autem utriuſque Partis, vel alterius, non dimitteremus, quin ſi vellemus in eodem arbitrio procederemus; & quidquid fieret vel ordinaretur per nos duos, tantum valeret, & ita tenerentur Partes firmiter obſervare, ac ſi ipſis Partibus præſentibus factum eſſet. Hæc autem omnia facta fuerunt & conceſſa, eo ſalvo quod Comitiſſa prædicta, non obſtantibus dictâ compromiſſione, vel arbitrio noſtro, aut ordinatione, quam ſupra his faceremus, plenam quamdiu vixerit habeat poteſtatem, & adminiſtrationem prædictorum Comitatuum, & totius Terræ ſuæ; & de ipſis poſſit pro voluntate ſua facere, ſicut poterat ante compromiſſionem prædictam. Salvo eo quod prædicta Comitiſſa nulli prædictorum liberorum ſuorum poſſit Terram aliquam, ſeu redditum dare, præter partes quæ per nos eis eſſent aſſignatæ, nec alicui eorum aliquid dare ſupra partem alteri aſſignatam. Supradicta autem omnia & ſingula promiſerunt nobis & ſibi invicem dictæ Partes ſe firmiter ſervaturas, & contra nullo umquam tempore quocumque modo venturas, præſtito coram nobis ſuper his corporaliter juramento.

Li dis à Paris.

Nos autem in Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs-Sancti. Amen.

In negotio præfato taliter ordinamus, & per dictum noſtrum aſſignamus JOHANNI de Aveſnis militi totum Comitatum Haynoniæ cum omnibus pertinentiis: ita quod BALDUINO fratri ſuo militi tenetur de eodem Comitatu in portione hereditaria providere. GUILLELMO verò de Domna-petra militi aſſignamus totum Comitatum Flandriæ cum omnibus pertinentiis: ita quod fratribus ſuis germanis GUIDONI ſcilicet & JOHANNI, tenetur de eodem Comitatu in portione hereditaria providere. Hæ autem proviſiones fient ſecundum conſuetudines Comitatuum prædictorum. Hæc ſiquidem pronuntiamus, retentâ nobis poteſtate declarandi & exponendi ea quæ in dicto noſtro continentur, ſi fortè inter Partes ſuper eo aliqua dubietas oriretur. Prænominatæ autem Partes dictum noſtrum ſicut prolatum eſt approbaverunt, & ratum & gratum habuerunt: promittentes ſe dictum iſtud fideliter ſervaturas, & nullo umquam tempore contraventuras; & ad majorem ſecuritatem Litteras ſuas ſuper his nobis dederunt Sigillis ſuis ſigillatas. In cujus rei teſtimonium, præſentibus Litteris Sigilla noſtra duximus apponenda.

Actum Pariſius, anno Domini MCCXLVI. menſe Julio.

Tenor autem Declarationis quam ſuper præmiſſis aliàs fratres noſtri Dominus JOHANNES & BALDUINUS de Aveſnis ſupradicti fecerunt in Gallico, talis eſt in Latino.

Li reclamations apries le dit.

Nos JOHANNES de Aveſnis, & BALDUINUS, fratres milites, filii illuſtris Dominæ MARGARETÆ Comitiſſæ Flandriæ & Haynoniæ, notum facimus univerſis præſentes Litteras inſpecturis & audituris, quod quando Dominus Rex Francorum, & Epiſcopus Tuſculanus, tunc Legatus in Francia, protulerant dictum ſuum de compromiſſo facto in ipſos a nobis ex parte una, & fratribus noſtris, GUILLELMO, GUIDONE, & JOHANNE de Domnapetra ex altera, nos poſt illud dictum poſuimus in calengia, ſive reclamavimus Terram de Waveres, de *Zubeveland*, de *Norbeveland*, de *Berſele*, & omnes Inſulas Zelandiæ cum pertinentiis earum: Quatuor etiam Officia, Waiſiam & Terram de *Aloſt*, Geraldi-montem, & omnes dictarum Terrarum pertinentias, & omnes Terras quas Domini Flandriæ tenebant ac tenuerant de Imperatore, temporibus illis in quibus Comites Flandriæ non tenebant Haynoniæ Comitatum, & dicebamus quod prædicta non pertinebant ad dictum Regis & Legati prædictorum, nec erant de pertinentiis Flandriæ. ANNO 1257.

Li quitations.

Et nos poſt dictam reclamationem, ad preces & requiſitionem kariſſimæ Dominæ ac Matris noſtræ ſupradictæ, dimittimus calengiam, ſeu reclamationem prædictam totaliter, & quitamus in perpetuum, pro nobis & heredibus noſtris, fratribus noſtris ſupradictis, & eorum heredibus Terras antedictas & earum pertinentias tali modo, quod neque nos, neque alius ex parte noſtra de cetero poſſumus aliquid reclamare in dictis terris, aut earum pertinentiis, neque in feodis, neque in demaniis, neque in allodiis, neque in hereditatibus de quibuſcumque teneantur, & renuntiamus expreſsè pro nobis & noſtris ſucceſſoribus, omnibus juribus, & omnibus legibus, omnibuſque conſuetudinibus, & uſagiis, quæ valere nobis in his poſſent, aut noſtris heredibus, contra fratres noſtros prædictos, aut eorum heredes. Recognoſcimus etiam, quod omnia ſupradicta, & feodum Angliæ, atque Catellania de Cameraco, & Gavalus de Cambreſis, ſunt de pertinentiis Flandriæ, & pertinent ad fratres noſtros prædictos, & eis debent ac eorum ſucceſſoribus permanere. Promiſimus inſuper, fide & ſacramento præſtitis, quod numquam ab hac die, & deinceps contra hanc quitationem, & contra prædicta, per nos, vel per alium veniemus; ſed ea ſervabimus, & tenebimus bene & fideliter omnibus diebus. Et in teſtimonium & ſecuritatem prædictorum, fecimus præſentes Litteras fieri, & Sigillis noſtris ſigillari.

Actum anno ab Incarnatione Domini noſtri MCCXLVIII menſe Januario.

Li autres Compromis au Roy.

Cùm autem poſtmodum, defuncto GUILLELMO fratre noſtro Comite Flandriæ ſupradicto, & Illuſtriſſimo Domino LUDOVICO Francorum Rege præfato extante in partibus tranſmarinis, inter dictos fratres noſtros JOHANNEM & BALDUINUM, & ſuos ex parte una, & dictam Dominam Matrem noſtram, & nos ac noſtros ex altera, gravis eſſet iterum orta diſſenſio; tandem mediantibus bonis viris ſalubri ducti conſilio, in dictum Dominum Francorum Regem dicti fratres noſtris JOHANNES & BALDUINUS, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, & dicta Domina Comitiſſa mater noſtra pro ſe & pro nobis, ac noſtris heredibus, compromiſerunt de alto & de baſſo.

Li dis a Pierone.

Qui Dominus Rex apud Peronam, anno Domini MCCLVI. menſe Septembri, dicta Domina Matre noſtra pro ſe & pro nobis ex parte una, & dictis fratribus noſtris JOHANNE & BALDUINO ex altera, coram ipſo præſentibus, dictum ſuum protulit, ac ſolemniter publicavit, & in ipſo dicto ſuo expreſſit, quod ipſi fratres noſtri prædicti dictum & ordinationem ab ipſo Domino Rege & venerabili Domino ODONE Tuſculano Epiſcopo, tunc in partibus Franciæ fungente Legationis officio, factam inter ipſos JOHANNEM & BALDUINUM de Aveſnis ex una parte, & GUILLELMUM de Domna-petra defunctum, & nos GUIDONEM & JOHANNEM fratres ex altera, ipſi JOHANNES & BALDUINUS de Aveſnis perpetuò tenerent & firmiter obſervarent cum declaratione facta poſtmodum ab ipſis, prout in Litteris eorum ſuper hoc confectis continebatur: hoc ſalvo quod feodum de *Crievecuer* & de *Allues*, cum pertinentiis eorumdem, & *Boucaing* & *Loſtrevant*, ſicut eadem Domina Comitiſſa Mater noſtra tenebat ea, antequam Comitiſſa fuiſſet, ego GUIDO Comes Flandriæ, & heredes mei ac ſucceſſores deinceps haberemus, poſſideremus & teneremus hereditariè à Dominis à quibus ipſa tenentur, aut movent.

Com-

ANNO 1257.

Comment li Quens de Flandres rendit à ſes freres Loſtrevant.

Nos igitur GUIDO Comes Flandriæ, & JOHANNES Dominus Dominæ-petræ prædictam compromiſſionem factam apud PERONAM à dicta Domina Matre noſtra, pro ſe & nobis in dictum Dominum Francorum Regem ratam & gratam habentes pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, dictum iſtud Domini Regis Francorum grato recipientes animo & concordi aſſenſu, ac per omnia approbantes: prædicta omnia & ſingula, quæ in dicto præfatorum Domini Regis Francorum, ac Domini Epiſcopi Tuſculani, atque in præmiſſis Declarationis dictorum fratrum noſtrorum Litteris continentur, cum præfato Domini Regis dicto, ſeu arbitrio, ſolemniter ac publicè juravimus, ac promiſimus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus, nos in perpetuum firmiter & inviolabiliter ſervaturos, & nullo umquam tempore per nos, aut per alium contraventuros: hoc expreſſo & ſalvo, quod ego GUIDO Comes Flandriæ de præfato Domini Regis Francorum dicto ſeu arbitrato, *Boucaing* & *Loſtrevant*, ſicut dicta Domina Mater noſtra tenebat ea, antequam fuiſſet Comitiſſa, & ſicut ad Comitatum ſeu Comites Haynoniæ pertinebant, amicabiliter remitto & remiſi, ac pro me & meis heredibus, atque ſucceſſoribus dicto Domino JOHANNI de Aveſnis fratri meo, & ſuis heredibus ac ſucceſſoribus Comitibus Haynoniæ, liberè, ſpontaneè, ac voluntariè quitto in perpetuum & quitavi: ita tamen quod feodum de *Crievecuer* & de *Allues*, cum omnibus pertinentiis ſuis, ego GUIDO, & heredes, ac ſucceſſores mei Comites Flandriæ in perpetuum habebimus, poſſidebimus, & hereditariè tenebimus à Domino à quo movet & tenetur, & ad Comites Flandriæ ſine contradictione & calengia dictum feodum cum ſuis feodis perpetuo pertinebit dicto Domini Regis & arbitrato ſuper aliis omnibus per omnia ſalvo remanente.

Li Cuens reconnoiſt que jamais il, ne ſi oir ne puent rien demander à Haynaut.

Nos igitur Comitatum Haynoniæ cum ſuis pertinentiis pro nobis ac noſtris ſucceſſoribus quitamus & concedimus, in quantum ad nos ac noſtros ſucceſſores pertinere poteſt, Domino JOHANNI de Aveſnis fratri noſtro & ejus heredibus ad ipſum JOHANNEM poſt obitum dictæ Matris noſtræ jure perpetuo devolvendum, & ad heredes ipſius dicti JOHANNIS, ſive ante deceſſum dictæ Dominæ Matris noſtræ, ſive poſtea ipſum Johannem decedere vel obire contingat, pro nobis ac noſtris ſucceſſoribus: promittentes fide, & corporali ſacramento publicè ac ſolemniter præſtito, quod nullum jus per nos vel per alium reclamabimus in prædictis, vel in aliquo prædictorum, ſalvis mihi GUIDONI & meis heredibus feodo de *Crievecuer* & de *Allues* cum ſuis pertinentiis, ſicut ſuperius eſt expreſſum, & ſalva Domino BALDUINO de Aveſnis fratri noſtro & ejus heredibus portione ſua in dicto Comitatu Haynoniæ, prout inter ipſum & dictum Dominum Johannem ſpecialiter eſt conventum, & in eorum Litteris ſuper hoc confectis plenius continetur.

Li Cuens eſclaire li quel fief apiertienent a le Conte de Haynau en ce Marce.

Declaramus etiam & expreſsè recognoſcimus, tenore præſenti profitentes, quod homagium de Comitatu ſeu Marchionatu Namurcenſi, & feoda de *Poilevaké*, de *Durbuis* & de *la Roche* cum ſuis pertinentiis ſunt de attinentiis Haynoniæ, & ad Haynoniæ Comitatum ſeu Comites pertinent, nec aliquid juris in eis nos aut heredes noſtri in perpetuum poterimus reclamare.

Promiſimus inſuper & juravimus, quod faciemus fideliter poſſe noſtrum, ſine noſtro dando, ad hoc quod Dominus Rex Alemanniæ qui fuerit pro tempore inſtitutus & electus, ſeu Epiſcopus atque Eccleſia Leodienſis, Epiſcopus Cameracenſis & Domini quicumque de quibus prædictus Comitatus Haynoniæ ſeu pertinentiæ ſupradictæ tenentur aut movent, prædicta omnia ac ſingula rata & grata habebunt, & quantum ad ipſos pertinebit, per ſuas Litteras confirmabunt; & quod omnia Judicia, ſi qua facta ſunt in dictis Curiis vel aliqua ſeu aliquibus dictarum Curiarum, quæ ſint vel eſſe poſſint contra prædicta vel aliquod prædictorum, vel quæ poſſint eſſe in dictorum Domini JOHANNIS & BALDUINI fratrum noſtrorum vel ſucceſſorum ſuorum, quantum ad prædicta præjudicium & gravamen, revocabunt & penitus adnullabunt. ANNO 1257.

Promiſimus etiam ac juravimus, quod faciemus fideliter totum poſſe noſtrum, ſine noſtro dando, ad hoc quod dicti Dominus Rex Alamanniæ Electus atque Eccleſia Leodienſis, Epiſcopus Cameracenſis, & Domini quicumque de quibus prædicta movent, recipiant ad homagium de Comitatu Haynoniæ, & de homagio Marchionatus Namurcenſis, & de omnibus illis quæ ſupra diximus eſſe de pertinentiis Comitatus Haynoniæ, dictum Dominum Johannem poſt obitum dictæ Dominæ Matris noſtræ, vel etiam ante ejus obitum ſi ipſa Domina Mater noſtra hoc voluerit, & duxerit requirendum, ſalvo nobis & noſtris ſucceſſoribus feodo de *Crievecuer* & de *Allues* cum pertinentiis eorumdem.

Promiſimus inſuper & juravimus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus, quod nullo umquam tempore faciemus aliquod homagium per nos aut per alios Domino Regi Alamanniæ, Electo, ſeu Epiſcopo vel Eccleſiæ Leodienſi, ſeu Dominis quibuſcumque de Comitatu Haynoniæ, ſive de Terris illis, ſeu de Marchionatu Namurcenſi, ſeu feodis aut homagiis, ſeu aliquibus, aut aliquo eorum quæ ſuperius declaravimus eſſe de Comitatu vel pertinentiis Comitatus Haynoniæ, & ad fratres noſtros prædictos perpetuo pervenire, præterquam de feodo de *Crievecuer* & de *Allues* ac eorum pertinentiis. Et ego GUIDO Comes Flandriæ prædictus pro me & meis ſucceſſoribus omnes abjudicationes & adjudicationes ſeu omnia judicia, ſi qua facta ſunt, aut dicuntur fuiſſe facta, in Curia Domini Regis Alamanniæ; vel Electi Leodienſis, ſive alibi contra dictam Dominam Matrem meam, aut dictum JOHANNEM de Aveſnis fratrem meum & ejus ſucceſſores, aut quæ poſſent in eorum detrimentum vergere ſeu gravamen, facientia ſcilicet mentionem de Comitatu Haynoniæ, ſive de Marchionatu, aut homagio Namurcenſi, ſive de terris, feodis, homagiis, aut aliis ſupradictis, vel aliquo eorum quæ ſupra declaravimus eſſe de pertinentiis Haynoniæ, & ad fratrem noſtrum Dominum JOHANNEM de Aveſnis & ejus ſucceſſores Comites Haynoniæ pertinere, & omnia homagia, ſi qua dictis Dominis feciſſem de prædictis vel aliquo prædictorum; & omnes Litteras, ſive Cartas, aut Inſtrumenta, ſi qua eſſent ſuper dictis judiciis vel abjudicationibus & adjudicationibus, aut homagiis confecta, ſeu de ipſis facientia mentionem à Domino Papa vel ejus Legatis aut Delegatis ſeu Subdelegatis, vel Rege Alamanniæ, ſeu Electo Leodienſi, aut alio quocumque data vel danda, impetrata vel impetranda ex tunc reddo, irrito, caſſo, renuntio penitus, & annullo, renuntio pro me, heredibus & ſucceſſoribus meis omnibus ſingulis Sententiis, Privilegiis, & aliis Litteris Apoſtolicis, regalibus & imperialibus & aliis Litteris & Privilegiis quibuſcumque ſuper præmiſſis, & eorum quolibet promulgatis, impetratis, obtentis, & quæ poſſent in poſterum impetrari, & modo quolibet obtineri contra prædicta vel aliquod prædictorum.

Renuntio pro me, heredibus meis, & ſucceſſoribus, omni juri, & juribus realibus & perſonalibus, utilibus, directis & mixtis, quod, & quæ mihi, heredibus & ſucceſſoribus meis competierant, & competere poterant, competunt, & poſſent competere in futurum, contra prædicta, vel aliquod prædictorum, ex juribus & auctoritate prædictæ Sententiæ, & Sententiarum, Privilegii & Privilegiorum, & Litterarum Apoſtolicarum, Imperialium & regalium, & aliarum quarumcumque Litterarum, & proceſſuum quorumcumque, & alio quoquo modo. Volens & concedens dicta Judicia, homagia ac inſtrumenta ex nunc irrita & inania eſſe, & nullius omnino roboris aut valoris, & ipſa inſtrumenta reddo ex nunc & reſigno, & quandocumque aliqua eorum apparuerint, teneor ea reddere dicto JOHANNI fratri meo, aut ejus mandato ad requiſitionem ejus, vel ipſius fratris mei heredibus, ad eorum requiſitionem.

Ego etiam JOHANNES Dominus Domnæpetræ, pro me & ſucceſſoribus meis expreſſè renuntio omnibus ſupradictis judiciis, ſeu abjudicationibus, homagiis ac inſtrumentis, quibus dictus Dominus GUIDO Comes Flandriæ frater meus abrenuntiat & abrenuntiavit, & ea omnia & ſingula irrita & inania eſſe conſentio atque volo, & quantum ad me, vel meos ſucceſſores pertinere poteſt, irrito & annullo.

Promiſimus etiam nos dicti GUIDO & JOHANNES de Domna-petra, ſub præſtiti vinculo Sacramenti, quod prædicta omnia faciemus bene & ad legem, ſecundum

ANNO 1257. legitimum posse nostrum, sine nostro dando, & recognoscemus ea in Curia Domini Regis Alamanniæ, cùm fuerit institutus, & in Curia Domini Electi, & Ecclesiæ Leodiensis, prout verbo vel scripto mandaverit, aut ordinaverit dicta Domina Mater nostra,

Promitimus insuper ac juravimus, quod si Imperator Romanus, seu Rex Alamanniæ, qui pro tempore fuerit, vel illi Domini de quibus movent, seu tenentur, aut tenebuntur Comitatus Haynoniæ; aut ejus pertinentiæ supradictæ, & Marchionatus Namurcensis, quâcumque occasione dictæ Dominæ Matri nostræ, vel Domino JOHANNI de Avesnis fratri nostro, aut ejus heredibus de dicto Comitatu, vel ejus pertinentiis, & Marchionatu prædicto, de terris scilicet illis, tenuris seu Dominiis, aut aliis quæ Comites Haynoni de dictis Rege vel Electo, aut aliis Dominis quibuscunque tenuerunt, seu tenere consueverunt, prout superius expressimus, voluerint ire ad malum per ablationem videlicet dictarum Terrarum, Dominiorum, aut tenurarum in toto vel in parte aliqua, seu per abjudicationem quamcunque de facto vel de jure factam aut faciendam, contra dictam Dominam Matrem nostram, aut Dominum JOHANNEM de Avesnis fratrem nostrum, seu ejus heredes de Terris prædictis, Dominiis, aut tenuris: nos, vel heredes nostri, aut successores, neque ratione doni, vel excambii, neque alio modo quocumque prædictas Terras, Dominia, vel tenuras, vel aliquid prædictorum recipere poterimus per nos, vel per alium: nec juris aliquid in eis, vel aliquo eorum, per nos, aut per alium reclamare, neque reclamantibus præstabimus auxilium, quoad ea, seu consilium, aut favorem: salvo mihi GUIDONI & meis heredibus feodo de *Crievecuer* & de *Allues*, cum eorum pertinentiis, & salvâ Domino BALDUINO de Avesnis, & ejus heredibus, portione suâ in Comitatu Haynoniæ, prout inter dictum Dominum JOHANNEM & ipsum specialiter est conventum.

Et quia prædicta omnia & singula quæ sequuntur, firmissimè cupimus observari; volumus, consentimus, & à sacro-sanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifice humiliter requirimus instanter, quatenus pro tanto bono pacis & concordiæ conservando, & ne quis de cetero contraire, aut tam periculosa guerrarum discrimina, quæ hactenus inter nos habita sunt, movere, aut excitare præsumat, prædicta omnia & subscripta confirmare, & Litteras suas inde dare dignetur: in quibus de verbo ad verbum tenor præsentium sit insertus. Supplicantes summo Pontifici, ac venerabilibus Patribus Cameracensi & Tornacensi Episcopis, ut ad prædicta & sequentia omnia & singula firmiter & inviolabiliter in perpetuum observanda, nos & successores nostros de plano, ac sine strepitu judicii procedendo per excommunicationis in personas nostras, heredum, successorum, & adjutorum nostrorum, & interdicti in terras nostras habitas, & habendas Sententias coërceant & compellant: quibus Episcopis, & eorum successoribus, à Domino Papa supplicamus humiliter, & cum instantia requirimus, id committi & eosdem Prælatos ad prædicta exequenda fideliter & sine dilatione per Censuram Ecclesiasticam e justdem summi Pontificis auctoritate compelli.

Volumus autem & concedimus, à Domino Papa cum instantia requirentes, quatinus ut provideat paci Comitatuum Flandriæ & Haynoniæ prædictorum, & multarum regionum ex hoc dispendiis, corporumque ac animarum periculi innumerabilibus occurratur in personas nostras, heredum, vel successorum & adjutorum nostrorum excommunicationis Sententiam ex nunc ferat in casibus specialiter infrascriptis. Videlicet si (quod absit) aliquo fortè tempore nos contingat, aut nostros successores, eundo contra prædicta, vel aliqua prædictorum, movere guerras & arma per nos vel per alium, aut moventibus opem dare contra dictum Dominum JOHANNEM de Avesnis fratrem nostrum, aut ejus in posterum successores, aut si contingat nos, vel Successores nostros, aut aliquos ex parte nostra, vel auxilio nostro occupare in toto vel in parte, vel invadere, eundo contra prædicta, vel aliquod prædictorum, seu etiam reclamare Comitatum Haynoniæ, Marchionatum Namurcensem, aut ejus pertinentias supradictas, videlicet feodum de *Poilevake*, de *Durbuis*, & de *le Roche* in Terris, Dominiis seu tenuris, excepto feodo de *Crievecuer* & de *Allues*, cum pertinentiis suis: aut si contingeret nos super præmissis in aliqua Curia sæculari vel ecclesiastica contra dictum Dominum JOHANNEM de Avesnis fratrem nostrum, aut ejus successores movere aliquam quæstionem, aut homagium aliquod facere de prædictis, seu homagio aut homagiis uti factis aut faciendis super prædictis vel aliquod prædictorum contra ipsum Dominum JOHANNEM de Avesnis fratrem nostrum aut ejus in posterum successores. In quibus casibus volumus, confentimus, ac requirimus, quod Dominus Papa sit contra nos, & heredes, seu successores nostros, ac nostrorum successorum in prædictis adjutores excommunicationis ferat sententiam, quod ipso facto quo nos, heredes, vel successores, & adjutores nostri, aut successorum nostrorum iremus contra prædicta, vel aliquod prædictorum in casibus memoratis, nos, heredes, vel successores, & nostri, aut successorum nostrorum in prædictis adjutores, dictam excommunicationis sententiam incurramus, & dictam sententiam dictus Dominus Papa jam à se in dictis casibus esse latam per totas Remensem, Colonienſem, Senonensem, & Rothomagensem Provincias, ac alibi ubicumque dicto Domino JOHANNI, aut ejus heredibus expedire videbitur, denuntiari faciat, ac dictis Prælatis per se, ac per alios denuntiandum committat; & nihilominus committat ac injungat eisdem Prælatis, ut in personas nostras, heredum, vel successorum, & adjutorum nostrorum in prædictis sententiam excommunicationis aggravent: ac nos ipsam incurrisse per dictas Provincias ac alibi, ubi dicto JOHANNI, aut ejus heredibus visum fuerit expedire, per se & per alios denuntient ac promulgent, & Terras nostras habitas & habendas supponant Ecclesiastico interdicto, & omnia loca in quibus nos, aut familiæ nostræ erunt, postquam de plano sine strepitu judicii cognitum fuerit ab eis, nos venisse contra præmissa, vel aliquod præmissorum in casibus antedictis: nec prædictæ sententiæ relaxentur, donec quod factum erit contra præmissa, plenariè fuerit emendatum.

ANNO 1257.

Prædicta autem supplicamus à Domino Papa dictis Prælatis ac eorum successoribus sic committi: ut de Sententiis prædictis, sive à Domno Papa, sive ab ipsis Episcopis latæ fuerint, absolvere valeant ac relaxare eadem, ac dispensare cum Clericis, qui post latam occasione prædictâ in eos sententiam ingesserint temerè se divinis, post satisfactionem debitam & condignam.

Volumus etiam & concedimus, quod si dictos Episcopos, aut eorum alterum non superesse, aut legitimo impedimento detineri contingat, Decanus Ecclesiæ Cameracensis loco Cameracensis: Decanus verò Tornacensis Ecclesiæ loco Tornacensis Episcoporum auctoritate Apostolicâ interim per omnia admittantur, & prædicta exequi sine dilatione fideliter teneantur. Præfatis autem Episcopis, dictisque Decanis, & eorum successoribus in forma præscripta instanter requirimus à summo Pontifice prædicta committi, & ad ea exequenda ipsos Ecclesiasticâ censurâ compelli.

In omnibus autem & singulis supradictis renuntiamus expressè pro nobis, heredibus, & successoribus nostris, omnibus Privilegiis & Instrumentis, seu Litteris Papalibus, vel Imperialibus, seu regalibus, & aliis quibuscumque impetratis, & impetrando concessis, & quæ possent in posterum impetrari, & Privilegiis cruce signatis & cruce signandis indultis, vel indulgendis, & singulis indulgentiis, gratiis, & Litteris à Domino Papa, Imperatore, Rege, vel alio quocumque impetratis, vel impetrandis, concessis & concedendis, & etiam de quibus de verbo ad verbum, & de toto tenore ipsarum & nominibus impetrantium generalem, vel expressam, & specialem oporteat fieri mentionem.

Promittentes sub præstiti vinculo sacramenti, quod nec impetrabimus à Domino Papa, Imperatore, Rege, vel alio quocumque, nec utemur impetratis contra prædicta, vel aliquod prædictorum; & specialiter renuntiamus indulgentiæ quæ nobis concedi potest, ne in nos possint excommunicationis, nec in terram nostram interdicti Sententia promulgari: nisi in Litteris Apostolicis de hujusmodi indulgentia mentio habeatur: & juri quo cavetur, quod re integra, mortuo mandatore, expirat mandatum.

Renuntiamus etiam beneficio restitutionis in integrum, & omnis juris auxilio, tam canonici, quàm civilis, & omni consuetudini, usuagio, & statuto: & specialiter usuagio, & juri illius loci, vel patriæ, sive terræ, in qua pro usuagio & jure habetur, vel haberi dicitur: quia qui non est adheredatus de terra aliqua feodali, seu alia quacumque, non potest se exheredare de ea, vel ei renuntiare, sive alii concedere ipsam, vel in alium aliquo modo, seu aliqua ratione transferre, sive se ad hoc obligare, vel suos successores, seu de ipsa transigere aut pacisci.

Con-

ANNO 1257. Constitutioni etiam de duabus Dietis Concilii generalis, & ceteris Constitutionibus factis & faciendis, & omni appellationi ad quamcumque Curiam, & ceteris omnibus quæ possent objici contra præsens Instrumentum, vel factum, & contra prædicta, seu aliquod prædictorum.

Renuntiamus etiam omnibus actionibus personalibus & realibus, utilibus, directis & mixtis, quæ nobis, heredibus, & successoribus nostris competunt & competerint, quibus possemus in toto, vel in aliqua sui parte, nos, heredes, & successores nostri contra præmissa venire & quodlibet præmissorum; & si quod jus, vel jura, nobis, heredibus, & successoribus nostris, propter quod, vel quæ possemus, vel possimus venire contra præmissa in aliquo, vel in parte nobis competant, & possint competere in futurum contra dictos fratres nostros, heredes & successores eorum, contra prædicta videlicet, aut aliquod prædictorum, illi juri & juribus renuntiamus expressè, & prædictum jus & jura quæ nobis competunt, & possent competere in futurum, contra prædicta scilicet, vel aliquod prædictorum paciscendo prædictis fratribus nostris, heredibus & successoribus eorum, & ad opus eorum remittimus & quittamus. Dictos autem Prælatos qui dictas ferent & publicabunt, seu facient publicari Sententias, & omnes alios cujuscumque conditionis existant, à quibus, vel per quos dictæ Sententiæ publicabuntur, aut deferentur, assecuramus ubicumque fuerint, de nobis, & de nostris, & in nostra eos custodia recipimus, & conductu per omnes Districtos nostros, atque Terras nostras habitas & habendas. Promittentes sub præstito Sacramento, quod eis, nec in personis per nos, aut per alium nocebimus, nec in rebus, neque per nos, aut per alium impediemus, seu faciemus, quominus dictæ Sententiæ valeant publicari.

Hoc etiam specialiter & expressè hîc ducimus inserendum, quod nec nos de Comitatu Flandriæ, & Flandriæ pertinentiis, sicut sunt in dictorum Domini JOHANNIS & BALDUINI de Avesnis fratrum nostrorum Litteris declaratæ, neque de terris, feodis, Dominiis, & homagiis supradictis, nec dicti fratres nostri de Comitatu Haynoniæ, & Haynoniæ pertinentiis, sicut superius sunt expressæ, neque de Terris, feodis, Dominiis, homagiis supradictis, ponimus nos sub judicio Domini Papæ, vel Episcoporum, seu Decanorum supradictorum, ad hoc quod cognoscant utrum ad nos & heredes nostros, an ad ipsos, & heredes eorum debeant pertinere: cùm ex præmissis dictis & arbitris, ac ex nostris & dictorum fratrum nostrorum Litteris, prædicta finita sint & sopita, & evidens est & clarum, quis Comitatus, & quæ pertinentiæ, & quæ Terræ ac Feoda, Dominia, & homagia ad nos & heredes nostros, & quis Comitatus, & quæ pertinentiæ, & quæ Terræ ac Feoda, Dominia, & homagia ad dictos fratres nostros & heredes eorum debeant pertinere: sed nos dictorum Domini Papæ & Episcoporum ac Decanorum jurisdictioni & potestati supponimus nos & successores nostros ad hoc, quod nos & nostros in posterum successores, ad omnia & singula supradicta tenenda, & nullo tempore veniendum contra in toto, vel in parte Ecclesiastica censurâ compellant, secundum quod suprà plenius est expressum.

Renuntiamus insuper specialiter & expressè, ne nos, vel heredes nostri, seu successores possimus dicere, vel prætendere, quod non teneamur, nec teneremur ad observationem omnium & singulorum quæ superiùs continentur: pro eo quod dicti fratres nostri JOHANNES & BALDUINUS, vel alter eorum, vel heredes ipsius JOHANNIS & successores omnia præmissa & singula non servassent, nisi priùs id esset judicialiter cognitum, & per Sententiam definitum.

Prædicta autem omnia & singula delato nobis juramento super observatione omnium prædictorum & singulorum, & de non veniendo, vel faciendo per nos, nec per heredes, aut successores nostros contra in posterum ex certa scientia, tactis Sacro-Sanctis Evangeliis, juravimus & juramus, nos in omnibus & singulis servaturos pariter & facturos, & contra in aliquo non venturos, ad hoc nos, & nostros heredes & successores, & bona nostra omnia habita & habenda, mobilia & immobilia prædictis JOHANNI & BALDUINO fratribus nostris obligantes stipulatione solemni.

In præmissorum autem omnium & singulorum testimonium & munimen perpetuum nos GUIDO Comes Flandriæ & JOHANNES Dominus Damnæ-petræ fratres milites supradicti præsentibus Litteris Sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno Domini MCCLVII. mense Novembri in die beatæ Ceciliæ.

ANNO 1258.

CXXXI.

1258. 8. Juin.

Pax & Concordia inter RICHARDUM *Regem Romanorum &* LUDOVICUM *IX. Regem Francorum de Dominiis in Gallia sitis quæ dicto* RICHARDO *jure Successionis paternæ vel fraternæ competere possint. Datum Parisius die* 8 *Junii* 1258. CUM *Ratihabitione* RICHARDI *Regis.* [MARTENE, Thesaurus novus Anecdotorum Tom. I. col. 1105.]

RICHARDUS Dei Gratia Rex Romanorum semper Augustus Universis ad quos præsentes pervenerint salutem.

Noveritis nos vidisse formam Conventionum & Pacis quas Magister Arnaldus Wet Flavienfis Præpositus noster Protonotarius & Procurator nomine nostro fecit cum Illustri Rege Francorum, quarum tenor hic est: NOTUM sit omnibus præsentibus & futuris, quod ego Magister Arnaldus Wet Flavienfis Præpositus, Protonotarius & Procurator sereniſſimi Domini RICHARDI Romanorum Regis Illustris Semper Augusti visa est diligenter perlecta forma pacis ordinatæ inter Illustres Franciæ & Angliæ Reges & per juramenta Procuratorum dicti Regis Augusti confirmatæ, eandem pacem ex auctoritate & plenaria potestate mihi data à prædicto Domino meo Rege Richardo, gratam & ratam habeo, & ejusdem Domini mei nomine & heredum quitto penitus & remitto dicto Domino Regi Franciæ præsenti & recipienti pro se, fratribus, necnon & anteceſſoribus suis, heredibus, ac successoribus, omne jus & omnem actionem, quod vel quæ dicto Domino meo Regi jure successionis vel hereditatis paternæ vel fraternæ seu alio quocumque jure competit vel poterit competere in futurum in terris infra nominatis, videlicet in Ducatu & tota Terra Normaniæ, in Comitatu & tota Terra Andegaviæ, Turoniæ, & Cenomaniæ in Comitatu & tota Terra Pictaviæ, in Ducatu & tota Terra Aquitaniæ, & generaliter in omnibus Terris, & Feodis & de ..... & de possessionibus in Terra regni Franciæ constituta, quas vel quæ dictus Rex Franciæ vel fratres ejus habent vel tenent, vel aliquid ex parte ipsorum vel anteceſſorum suorum ex causa donationis vel permutationis, seu alia quacumque causa: ab hac quittatione excipio nominatim jus quod eidem Domino meo competit in Comitatu Angoliſmenſi, vel alibi ex successione materna, hoc excepto, quod si forsitan, quod Deus avertat, successio Regis vel Regni Angliæ devolvetur ad ipsum Dominum meum, jus quod tunc ex illa successione competeret in Terris & rebus illis, quæ secundum formam pacis inter Reges Franciæ & Angliæ remanerent vel debent assignari eidem Domino meo RICHARDO Romanorum Regi, salvum sit, non obstante quittatione prædicta: ita tamen quod pro eisdem Domino Regi Franciæ faceret quæ Dominus Rex Angliæ facere tenebatur. Ex eadem etiam potestate Procuratoris nomine pro ipso Domino meo Rege Romanorum & jure ipsius quitto penitus & expressè eumdem Regem Franciæ & fratres ejus, necnon anteceſſores, heredes, & successores eorum ex omnibus arreragiis & pertinentiis perceptis, & quæ percipi potuerint in omnibus supradictis, & de omni rencore, & contestatione hinc inde habitis, & de omnibus sumtibus, & missis, & damnis occasione guerrarum irrogatis. Promitto insuper Procuratoris nomine pro ipso Domino meo RICHARDO & jure ipsius Regi Franciæ præsenti & recipienti, quod dictus Dominus meus non nocebit ipsi Regi Franciæ, ducendo vel mittendo milites, vel dando seu mittendo pecuniam ad faciendam ei guerram, vel Litteras aut Nuntios dirigendo ad guerram ei movendam, vel alias contra visum, & quod ipse Dominus meus personaliter faciet quittationes prædictas, & jurabit omnia prædicta quantum ad ipsum pertinet bona fide servare, nec contra venire per se vel per alium in futurum. Et quoniam de his omnibus Domino Regi suas patentes Litteras, quando Rex Angliæ faciet quittationes & alia in pace sua contenta, vel si fortè tunc commodè non posſit quamcito, postmodum poterit bona fide. Quod autem prædictus Dominus meus hæc omnia rata habeat & compleat, & bona fide quantum ad ipsum pertine-

ple-

ANNO 1258. bit, observet, in anima jusjuravi tactis Sanctis Evangeliis & ejusdem Domini mei mandato, & auctoritate plenaria ab eodem super hoc mihi data, in quorum omnium testimonium & evidentiam pleniorem, tam viri venerabilis mansueti prædicti Capellani Pœnitentiarii Sigillo, quam meo procuratorio feci præsentem Litteram communiri.

Actum Parisius VIII. die Junii anno Domini MCCLVIII. Nos vero dicta forma Conventionum & Pacis visa, & diligenter perlecta, quittationes & juramentum in anima nostra ab eodem Procuratore nostro præstitum, & hæc omnia & singula in dicta forma pacis contenta rata & firma habemus & præsentis Scripti patrocinio communimus. Hoc adverto dumtaxat quod si ad nos successio Regis vel Regni Angliæ devolvatur, jus quod tunc nobis ex illa successione in Terris & rebus illis quæ secundum formam pacis Regi Angliæ remanent, nobis salvum manet, eodem modo heredibus nostris salvum sit, si ad eos contingat successionem ejusdem Regis vel regni Angliæ pervenire, dummodo ipsi Reges Franciæ faciant quod Rex Angliæ facere tenebatur. In cujus rei test. &c. Datum &c.

CXXXII.

25. Juillet. **Verzicht-Brief Graf Reinhards von Hanau / auf die Burg Königstein und alles was darzu gehöret / wie auch auf alle Lehen / die da ruhren von denen Graffen von Nassau / beschehen in favorem Herrn Ulrichs von Müntzenberg / und Philipps zu Falckenstein. Geben zu Müntzenberg am St. Jacobstag anno 1258.** [LUNIG Teutsch Reichs Archiv. Part Special. Continuat. Z. Abtheilung. C, Ablatz. pag. 36.]

C'EST A DIRE,

Renonciation de REINHARD *Comte de Hanau au Chateau de Königstein & à ses Dependances, comme aussi à tous les Fiefs de la Maison de Nassau, en faveur d'*ULRIC *de Muntzenberg & de* PHILIPPE *de Falkenstein. A Muntzenberg le jour de St. Jaques* 1250.

DJe Ding / die da geschehen in der Zeit / daß die mit der Zeit nit henefallen / so geziemet es wohl / daß man sie dem Gedächtniß befele / und mit Warnungen der Briff befestige / diß ist / daß ich Reinhard von Hanau verzehen / und an diesem gegenwärtigen Brieff öffentlich erkenne / daß ich und Alheit / mein Hauß-Frau / mit gemeiner Hand offenbarlich han verziehen alles Rechten / das wir hatten / und han an der Burg Königstein / und an allen dem / daß darzu gehöret / als mein Schweher Ulrich / und mein Schwager Ulrich / Herren zu Müntzenberg / dieselbe Burg / und daß darzu gehöret / besassen / und wir verjehen auch / daß wir verzehen han aller der Lehen / die da rühren von dem Edlen Mann / dem Graffen von Nassau / die vorgenanden mein Schweher / und mein Schwager besassen / und verlassen alle unser Recht in dem vorgenanten / mit Namen an der Burg / und an allen dem / daß dazu gehöret / und die Lehen von Nassau / unserm lieben Magen / Philippsen von Falckenstein / Philippsen und Wernern seinen Söhnen / und ihren Erben / und vermessen uns / unserm Kindern oder unsern Erben vordinne keines Rechten zu den vorgenanten Gütern / als es auch in den Briffen / die darüber gemacht seynd / ist beschrieben / und wir wollen diese Verzeyhung stetun fest halten / und ander werde verzehen wir / und zuletzt erneuen wir es mit diesem Briff / auch verzehen Ich / daß ich in gutem Treuen gelobt han und geschworen / daß ich den vorgenantem meinem Magen / und ihren Erben / ich meine Kinder und meine Erben / sie nimmer bemühen / oder kein Sach gehaben sollen wider das Erb / daß ihnen gebürt / von ihren wegen / in der Herrschafft Muntzenberg / sondern ich soll ihnen getreulich beystehen nah allem meinem Vermogen / mit Rath / mit Hülff und mit Gunst / wieder jegl. Ansprecher / und Anverriger zu dem vorgen Erbe / daß ich und die vorgenandte meine Mage / jetzund mit einhaben / oder von GOttes gaben hernach mögen haben / in Behaltniß der vorgenanten Gelobt und Eyde / so han ich gebeten den Edlen Mann / Hernn Werner / Propst zu Mains / Einnichen von Leuninge / Eberhard von Dietz / Henr. von Wilnau / Diether von Catzenelenbogen / seinen Bruder Conrad Ruhen / Graffen Gottfrieden von Eppstein / Gottfrieden seinen Sohn / Werner von Rolandem / und sein Sohn Philipps von Höhenfelß / und sein Sohn Werner Reingraff: and alle unsere Burgmanne zu Müntzenberg / zu Assenheim / und zu dem Hain / ob ich licht und mein Kind alle diese vorgeschriebene Dinge an keinen Stücken letzeten / oder brechen / daß GOtt nit wölle / so in sollen sie mir keinen Rath noch Hulff thun / sondern sie solsen offenbarlich mich kündigen / treuloß und meineydig mit diesem gegenwärtigen Brieff / und sollen mein Magen offenbarlich widert mich mit allem ihrem Mugen / mit Rath / mit Hulff / mit Gunst beystehen / alle diese Ding haben wir die vorgen. Edlen / und Burgmanne / durch beede Willen / des vorgen. Reinharts von Hanau / gelobt / und in guten Treuen getreulich zu erfüllen / doch also bescheidentlich / wer es / daß er keine Ding brecht / und daß in einem Mond / nach Rath zweyer oder dreyer Edler Mann / und Burgmann / der vorgen Reinhard / oder die seine nit in besserten. In dieses Dings Zeugniß und stetige Bestigkeit ist dieser gegenwärtige Brieff mit unsern und des vorigen Reinharts Insiegeln besiegelt Geschehen und gegeben zu Müntzenberg / nach GOttes Geburt zwolff hundert Fahr / in acht und sünfftzigsten Jahr / an St. Jacobs Tage.

ANNO 1258.

CXXXIII.

Ratification des Seigneurs d'Angleterre sur le Traité fait entre le Roi & SIMON Comte de MONTFORT *touchant le Comté de Bigorre. Donné à Londres le Samedi après la Magdeleine* 1259. [MARTENE, Thesaurus Novus Anecdotorum Tom. I. col. 1108. Ex Cartario Campaniæ Regio.]

1259. 26. Juillet.

A TOUS cels qui ces Lettres verront & orront, VAUTIER par la grace de Dieu Esvesque de Viceſtre, RICHARS DE CLARE Cuens de Gloceistre & d'Erfort, ROGIER DE BRIGOT Cuens de Monfort & Marechaus d'Angleterre, HUNFROIS DE BOM Cuens de Elfort & de Essex, WILLAUME DE FORT Cuens d'Albemar, HUGO LE BIGOT Justice d'Angleterre, PIERRE DE SAVOIE, JEAN MANSEL Tresorier d'Esurvic, ROGER DE MORTEMAR, PHILIPPE BLASET, RICHART DE GREL & PIERRE DE MONFORT salut en nôtre Seignor. Sachés que nos les convenances faites antre seignor lo Roy d'Angleterre d'une part, SIMON DE MONFORT Conte de Leyceſtre d'autre part, d'androit la Comté de Bigorre; que li devandis conte a baillé au devandis Roy selon la forme qui est contenuë en l'ecrit qui en est fais antre aus parti par cirographe, loons & consoillons, & avons promis en bonne foy que nos les tanrons, & ferons tenir & accomplir quant à nos an apartient. Et en tesmoinance de ce avons mis nos sceauxs an ceſtes Lettres overtes, qui furent donées à Londres l'an de l'Incarnation nôtre Seignor MCC. & LIX. lo samedy apres la Magdeleine.

ANNO 1260.

CXXXIV.

13. Octobre. *Instrumentum de Investiturâ Civitatis* ALEXANDRINÆ *facta Civibus ejusdem per* GUILLIELMUM *Marchionem Montisferrati. Datum* 13. *Octobris die Mercurii, Anno* 1260. *Indictione III.* CUM *Procuratione Civitatis pro* PAPARINO GUASCO *die Lunæ* 2. *exeuntis Augusti* 1260. NEC NON *Pactis super quæ Marchio, & Procurator præfatus jurárunt ipsoque juramento. Datum die* (1) *Dominica* 4. *exeuntis Septembris eodem anno* 1260. UTI ET *Transumpto* LEONIS DE PRATO *Judicis Clavasii. Datum Clavasii* 26. *Maji* 1321. *Indictione IV.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

L.H.T. In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis Eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo primo, Indictione quarta die vigesimo sexto mensis Madii. In Clavas. Præsentibus Dominis Henrico de Cocconato, Germano de la Salla, Oddone de Crapil. Judic. Fratre Vincentio Conversо Stæ Mariæ de Lozed. & pluribus aliis testibus ad hæc vocatis. Dominus Leo de Prato Judex Clavas. sedens pro Tribunali sub Portic. Ecclesiæ Sti. Michaelis dicti Loci ubi jus redditur, præcepit mihi Notario infrascripto ad instantiam & requisitionem Domini Lanceæ de Cortexellis Generalis & Ordinarii Judicis Illustrissimi Viri Domini Theodori Marchionis Montisferrati quatenus infrascriptum Instrumentum autenticarem, & autenticare deberem in formamque Instrumenti redigerem sic quod, robur & vim obtineat publici Instrumenti, Tenor cujus talis est. In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Amen. Anno Eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo Indictione tertia die Mercurii decima tertia intrantis Octobris. In Alexandria inter domos Domini Bonifatii de Pontis Testes Allamar . . . . . Ruffinus Bazanus, Carandus de Corticellis, Jacobus de Sto. Sebastiano, Robaudus Faxolius, Arius Ast. & alii multi in quorum præsentia Dominus Paganus de Putheo, Ruffinus Guasta . . . . . Tres. Bonellus Rubeus, Occagna de Montecastello, Mussius Gatti, Frigosius Taurus, Brigonus Tarcus, Guardus Muscardus, Nichola Nauonus, Henriottus Baxolius, Ruffinus . . . . . Dominus Albanus, Opicius Guascus Amelinus de Bosco Palodius, Vicciatus, Gullielmus Flotius, Gullielmus Gambarinus, Jacobus Gorzonus, Jacobus Pettinarius, Peroija Clarus, Jacob Moycius, Jacob Spanteadenar . . . . . Manfredus Spanteadenar. Belengius Louraстus, Obertus de Alleriam, Gullielmus Milanus, Jacob Coveram. Beccius Squarzaficus, Ruffinus Guastarinus Caxicius Gastaldus, Obertus de Epo. Macharius Pasto . . . . Fredericus Rubeus, Bonellus Merlanus, Antonius Trottus, Jacob Stracha Symon Moycius Guerius de Trottis, Frexineria de Casalug., Lanfrancus Mazona Anselmus Pius, Melanus Squarzaficus, Stordellus Rubeus, Perucius de Ritiis Ruffinus de Putheo, Ottacius Vicciatus, Manfredus Tranchedus . . , . . , . Judex, Jorius Pellatus, Martinus de Putheo, Bosus Clarus, Albertus Vacca, Ruffinus Galea, Belaccha Inviciatus, Bergognonus de Putheo, Balbus Blancardus, Jacob Viciatus, Petrus . . . . . Ruffinus Bulfus, Guertius de Putheo, Borgognonus de Pylo, Ruffinus Pecollus, Ruffinus Saccus, Belengius Guascus, Paganinus de Putheo, Ruffinus de Jacob. Ottacius Orabona Anfus . . . . . Jacob Asinarius, Obertus Muscardus, Henricus Viragius, Perotus Spanteadinar. Nicolaus Rubeus, Jacob Grillus, Baldezonus Scappacaza, Palodius Viciatus Pattinerius Bucca de latte, Buzanus Virardus, Ruffinus de Putheo & Manuel Gastaldus, eorum sponte non metu, vel dolo ad hoc inducti dederunt Domino Gullielmo Marchioni Montisferrati ibi præsenti & recipienti Dominium Civitatis Alexandriæ & insuper dederunt ei omnia ea bona quæ habent & possident vel habere visi sunt, & tenere titulo donationis ad præsens inter vivos ubi in continenti dictus Dominus Marchio supradictis omnibus omnia eorum bona titulo donationis data uti supra præter Dominium Civitatis, quod in se retinuit, restituit, & eis Nobilis recti, antiqui, paterni, & aviti Feudi investivit ut deinceps ex hiis ratione feudi ut supra faciant quicquid eis utile fuerit sine contradictione dicti Domini Marchionis & ejus heredum & cum ejus defensione. Qua Investitura facta prædicti omnes Cives Alexandriæ juraverunt fidelitatem dicto Domino Marchioni recipienti pro se & heredibus suis, ita quod amodo erunt veri & fideles dicto Domino Marchioni & suis heredibus & observabunt eidem omnia quæ in formâ fidelitatis continentur. Item præscripti omnes nomine suo & nomine totius Comunitatis Alexandriæ, tactis Evangeliis Sacrosanctis jurarunt dicto Domino Marchioni stipulanti observare, & attendere omni tempore pacta infrascripta quæ sic incipiunt. In Nomine Domini Amen. Dicit Dominus Paganus de Putheo, quod ipse & ejus socii & Amici ipsius de Alexandria volunt facere Domino Marchioni fidelitatem & ipsum ubique & ejus heredes juvare tanquam Dominos & Amicos in rebus, & personis & havere & ipsi & . . . . . præstare consilium & juvamen cum Amicis ad suam voluntatem cum suo honore & utilitate. Item quod volunt tenere dictum Dominum Marchionem tamquam Dominum, & Capitaneum in Civitate Alexandriæ, & in Civitate Terdon. & Aquis pro suo posse si placuerit dicto Domino Marchioni. Item, quod facient, & curabunt pro suo posse suo loco, & tempore quod omnia jura quæ habuit dictus Marchio vel ejus Prædecessores in Villis & Castris, quæ modo tenentur per Civitatem Alexandriæ ut restituantur dicto Domino Marchioni, hoc est quam cito haberent Dominium & Bayliam in sua Civitate, & quod etiam facient & curabunt pro posse suo quod eligatur Potestas in Civitate Alexandriæ cum Consilio ipsius Domini Marchionis. Item dicunt, quod habebunt coloquium cum dicto Domino Marchione & si quid videbitur Marchioni addendum, vel minuendum prædictis Capitulis, quod fiat, prout melius videbitur eidem Marchioni, & ipsi Domino Pagano, & quod Castrum Genz. perveniet in ipsum Dominum Marchionem per Comune, & Consilium Alexandriæ. Item dicunt & petunt à prædicto Domino Marchione, quod volunt, quod ipse, & ejus heredes teneatur, & teneantur ex debito Sacramenti juvare & manutenere prædictum Dominum Paganum & ejus sequaces, & Amicos de Alexandria, Terdon. & Aquis cum armis, & sine armis, in personis, & rebus, & havere specialiter in Civitate Alexandriæ, si opus fuerit, & facere jurare Consilium Villarum, & Castrorum suorum venire in Alexandriam in succursum, & auxilium dicti Domini Pagani. Item quod dabit eis reductum in Castris, & Villis, & locis suis, & patietur quod ipsi faciant guerram de ipsis locis, & Villis inimicis suis tam de Alexandria quam de alia parte, si opus fuerit, quod nollit. Item quod faciet guerram omnibus illis, quibus Dominus Paganus, & Amici ejus, facient, ad voluntatem dicti Pagani & ejus Amicorum, & quod teneatur ipse Marchio, & ejus heredes venire in Alexandriam cum toto suo exfortio per se & homines suos, ad hoc ut possit habere Dominium & Bayliam in Civitate Alexandriæ. Item quod non faciet conventionem, nec contrahet Amicitiam cum aliqua persona, vel personis de Alexandria, quæ non sunt Amici ipsius Pagani & ejus Amicorum. Quæ pacta, ut supra jam firmata fuerint per dictum Dominum Marchionem ex una parte, & Paparinum Guascum Procuratorem, Sindicum, Actorem, & certum Nuntium dicti Domini Pagani, & ceterorum qui in Carta Procurationis continentur vel continetur in Carta hinc infra denotata quæ sic incipit, Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo Indictione tertia die Dominico quarto exeuntis Septembris. In Agris Turicule, & præsentibus Dominis Mantredo & Conrado de Bono, Domino Bon. de Sto. Civo. de Comunitate Blandratæ. Amedeo Cattaneo & Domino Buldesien Judic. testibus ad hæc rogatis. Ad honorem Dei & Beatissimæ Virginis Mariæ & omnium Sanctorum, & ad bonum, & utilitatem Illustris Viri Domini Gullielmi Marchionis Montisferrati & suorum omnium Amicorum & fidelium dictus Dominus Marchio per se & heredes suos, & Vassallos cum consilio prædictorum Testium ex una parte & Paparinus Guascus Actor, Procurator & Sindicus & certus Nuntius Dominorum Pagani de Putheo, Bonelli Rubei, Dulii Gambarini, & ceterorum qui in Carta Sindicatus continentur, eorum omnium, & suo nomine facta eodem anno & Indictione die Lunæ secundo exeuntis Augusti per manum Amati de Nigro tactis Sacrosanctis Evangeliis juraverunt attendere, & observare,

ANNO 1260.

(1) *Die Dominicâ 4 exeuntis Septembris.* Il y a faute en cette Date. Le 4. *exeuntis Sept. Anno* 1260. fut un Lundi & non pas un Dimanche la date du Mois d'Août est juste. [DUM.]

ANNO 1260. ut in prædictis Capitulis continetur. Carta Sindicatus sic incipit: Anno Nativitatis millesimo ducentesimo, sexagesimo, Indictione tertia, die Lunæ secundo exeuntis Augusti. In Alexandria Dominus Paganus de Putheo, Dominus Bonellus Rubeus, Dominus Dulius Gambarinus, Dominus Guillielmus Milanus, Albertus de Putheo, Fultius Paualionus, Simon Moyocius, Peronus Taurus, Stordellus de Rubeis, Niger de Bosco, Palodius Vicciatus, Dominus Ruffinus Rugerius, Casitius Gastaldus, Dominus Facius Visagius Kall. Canestrus, Gerardus de Occiniano, Ruffinus Notarius, Volmanus de Occimiano, Dominus Antonius Notarius. Andreas Sterza, Dominus Bonellus Milanus, & Ruffinus Vastamalia, eorum nomine & nomine omnium de parte ipsorum fecerunt, constituerunt & ordinaverunt Paparinum Guascum suum Actorem & Procuratorem, Sindicum, & certum Nuntium specialem ad faciendum Ligam & Conjurationem cum Domino Guillielmo Marchione Montisferrati & cum Domino Ug. Erix. Potestate Calialcatæ & quam plurium aliorum Militum & quolibet ipsorum communiter & divisim, secundum quod ipsi Procuratori videbitur, dando prædicto Procuratori, Sindico, & Actori plenam, & integram facultatem & Bayliam faciendi ipsam Ligam, & conjurationem cum prædictis Domino Marchione & Ug. & quolibet ipsorum ad voluntatem & arbitrium, & electum ipsius Procuratoris, & promittendi eis & cuilibet eorum quicquid ei placuerit, & videbitur. Promittentes mihi Notario infrascripto recipienti nomine, & vice prædictorum Domini Marchionis & Ug. & cujuslibet eorum se ratum & firmum habituros quicquid dictus Procurator & Sindicus fecerit in prædictis, & aliquo prædictorum vel circa prædicta, obligantes indemihi jam dicto Notario prædicto nomine pignori omnia. Et inde hanc Cartam fieri rogaverunt infrascripti, Jac. de Putheo, Raynerus Bucca de lacte. Ego Amatus de Nigro Notarius Sacri Pallatii hanc Cartam tradidi, & scripsi. Ego Henricus de Trezo Pallatii Notarius prædictis omnibus tam fidelitate quam Pactis aliis ut supra firmandis interfui & Instrumenta prædictæ Procuræ vidi & legi & de dictis omnibus de voluntate dicti Marchionis & dictorum Civium Alexandriæ, hanc Cartam scripsi. L. H. T. Et Ego Antonius de Bayla de Clavax. Notarius dictum Instrumentum ad autenticum fideliter exemplavi prout in ipso Originali continebatur & ipsum una cum dicto Domino Judice & infrascriptis Notariis auscultavi, & legi, & quia utrumque concordare inveni me subscripsi & Signum meum consuetum apposui.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor. Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti Archiducalis Mantuæ secretioris Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 11. Julii. 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Mariæ Castileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 12. Julii 1720,

CXXXV.

20. Novembre. *Donatio Castri Montispulciani Vallis Clanæ, cum tota sua Curte, & Districtu, facta per* MANFREDUM *Regem Siciliæ, Civitati & Communi Senensi. Datum Foggiæ* 20. *Novembris anno* 1260. [ORLANDO MALAVOLTI, Historia di Siena. Part. 2. Lib. 2. fol. 25.]

MAnfredus Dei Gratia Rex Siciliæ, Cedit ad titulos Principis, & spectat ad excellentiam præsidentis servitiorum magnitudinem, & devotorum constantiam, condignis beneficiis compensare, ut dum remunerata laborum suorum servitia, devotorum accenditur sinceritas ad continuanda devotionis obsequia, cujus fructum gustavit, & meritum, fortius, & studiosius accendatur, ea propter per præsens Privilegium notum fieri volumus universis tam præsentibus quam futuris quod nos puritatem fidei, & devotionis constantiam attendentes, quam Commune, & homines Civitatis Senensis fideles nostri ad divæ memoriæ Dominum patrem, & omnes progenitores nostros continua semper successione habuerunt, considerantes quoque præclara satis, & grata servitia quæ dictis progenitoribus nostris, & nobis post eos jugiter præstiterunt, indefessoque studio præstant assidue, ut præstare melius possint in futurum, Castrum Montispulciani Vallis clanæ cum tota sua Curte, & Districtu, hominibus feudatis, & non feudatis, Terris cultis, & incultis, silvis, pratis, pascuis, nemoribus, aquis, & aquarum decursibus, Domibus, tenutis, possessionibus, affictis, servitutibus, Censibus, redditibus, usibus, & omnimodam ac plenissimam jurisdictionem, nec non cum omnibus nobis competentibus, & in posterum competituris, & quæ ad Imperium pertinent, & pertinere videntur, & omnibus juribus, & actionibus quocunque modo quæsitis, in omnibus supradictis eidem Comuni Senensi in devotione nostri nominis existenti, in perpetuum de speciali gratia, & ex certa scientia duximus concedendum dantes eidem Comuni liberam & plenam potestatem apprehendendi propria authoritate corporalem possessionem, & quasi, dicti Castri, & omnium prædictorum, ad hujus autem Gratiæ, & Concessionis nostræ memoriam ac robur perpetuo valituruna, presens Privilegium per Magistrum Joannem de Brundisio Notarium, & fidelem nostrum scribi, & Sigillo Majestatis nostræ jussimus communiri. Datum Foggiæ per manus Gualterii de Oera Regni Siciliæ Caucellarii, anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo mense Novembris, vigesima ejusdem quartæ indictionis, Regnante Domino nostro Manfredo Dei gratia Serenissimo Rege Siciliæ, Regni ejus anno tertio feliciter. Amen.

ANNO 1260.

CXXXVI.

1261. 31. Juillet. *Instrumentum duplex: Primum de Ratificatione pactorum inter* GUILLIELMUM *Marchionem Montis Ferrati ex unâ, & Cives* Alexandriæ *ex alterâ parte, quibus Marchioni præfato jura, rationes, & fidelitates in Civitatem prædictam, & homines illius remanent, Dominio & fidelitate* MANFREDO *Regi Siciliæ reservatis; secundum de pactis inter eundem Marchionem, &* MANFREDUM *Regem Siciliæ de se mutuo juvandis, & defendendis. Datum in Pertinentiis Cellæ* 31. *Julii* 1261. *Indictione IV.* CUM *alio Instrumento de Juramentis præstitis tam à dicto Marchione de fidelitate, & pactis Regi servandis, quàm* BERNARDO ARNARIO *Regio Capitaneo in Lombardiâ de pactis pariter per Regem adimplendis. Actum* 22. *Octobris* 1261. *Indictione IV.* [Authentique tiré des Archives Archi-Ducales de Mantouë.]

L. H. T. Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, Indictione quarta die Dominico ultimo Julii. In Pertinentiis Cellæ in præsentia Domini Gilfredi de Rouemburch Marescalchi Domini Regis, Manfredi Berardi de Aquilen. Domini Henrici de Slegital. Comestab. Domini Sall. de Drua, Bastardini de Monteferrato & Ruffini de Putheo testium ad hoc specialiter rogatorum, & vocatorum. Nobilis Vir Dominus Berardus de Arnario Regius Capitaneus in Lombardia a Papia superius promisit & convenit & ratificavit & acceptavit Domino Guillelmo Illustri Marchioni Montisferrati pacta & promissiones factas nomine, & pro parte ipsius Marchionis prudentibus Viris Sup. Gambarino, Gullielmo Merlano, Milano Squarzafico & Andreæ Strachæ, videlicet quod reservabit eidem Marchioni omnia jura, rationes & fidelitates quæ & quas ipse Marchio habet in Civitate, & Hominibus Alexandriæ & districtu, salvo & re-

ANNO 1261. reſervato Dominio, & fidelitate Illuſtris Domino Manfredi Dei Gratia Excellentis Regis Siciliæ, de quibus omnibus prædicti D. D. Berardus Capitaneus & Dominus Gullielmus Marchio rogaverunt me Henricum de Trezo publicum Notarium duo conſimilia facere Inſtrumenta: Unum, nomine, & pro parte dicti Marchionis & reliquum ad cautelam dicti Capitanei ſuum cuilibet tribuendum. Eodem die, & loco & præſentibus ſupraſcriptis Pacta, & Conventiones factæ inter DominumGuillielmumIlluſtrem MarchionemMontisferrati ex una parte, & Nobilem Virum Dominum Berardum de Arnar. Regium Capitaneum in Lombardia a Papia ſuperius pro parte & nomine Domini Manfredi Excellent. Regis Siciliæ ex altera, videlicet. quod dictus Marchio promiſit eidem Capitaneo recipienti pro parte & nomine prædicti Domini Regis, & aſſecuravit eundem Capitaneum cum gente ſua per totam fortiam, & diſtrictum ejusdem Marchionis, & ipſum, & gentem ſuam, & fideles Regios ipſarum Partium a Papia ſuperius juvare totis viribus ſuis, deffendere, & manutenere contra omnes volentes ipſos offendere, & guerram, & pacem facere cum eisdem pro honore & ſervitio prædicti Domini Regis, donec Nuntii ipſius Marchionis, & ipſius Domini Capitanei vadunt, & redeunt ſuper certis Tractatibus, & conditionibus habitis inter eos, ad prædictum Dominum Regem, qui Dominus Capitaneus e converſo promiſit, & convenit eidem Marchioni ſalvare ipſum Dominum Marchionem & ſuos juvare, & deffendere, & manutenere cum tota gente ſua & fidelibus dicti Domini Regis dictarum Partium contra omnes volentes ipſum offendere, & guerram, pacem cum eodem, donec prædicti eorum Nuntii vadunt & redeunt a Domino Rege cum conditionibus ſupradictis de quibus omnibus prædicti Dominus Marchio, & Dominus Capitaneus rogaverunt me Henricum de Trezo publicum Notarium duo exinde conſimilia conficere Inſtrumenta, unum ipſi Marchioni & reliquum eidem Capitaneo aſſignandum.

Ego Henricus de Trezo publicus Notarius rogatus interfui & ſcripſi.

L. H. T. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo, Indictione quarta, die Sabbathi XXII. Menſis Octobris Teſtes Baſtardinus de Monteferrato, Dominus Baldeſſer Judex, Dominus Paganus de Putheo, Dominus Sitrel. de Drua, Perettus Alex. Ruffinus Bazanus, Dominus Gandinus, Dominus de Cocconato, & plures alii, in quorum præſentia Dominus Gullielmus Montisferrati Marchio habito conſilio ſuo Curiæ promiſit, & tactis Sacroſanctis Evangeliis corporaliter juravit in manibus Domini Berardi de Arnario Regii Capitanei a Papia ſuperius in Lombardia recipientis nomine, & vice Seren. Domini Manfredi Dei Gratia Regis Siciliæ, quod attendet & obſervabit omnia Pacta & Conventiones habita & habitas inter prædictum Dominum Berardum, & Dominum Jacobum Marchionem de Buſca pro parte Regia ex una parte, & dictum Dominum Marchionem ex alia, tam ſuper fidelitate facienda ipſi Domino Regi & Matrimonio cum eo contrahendo, quam ſuper omnibus aliis pactis, & conventionibus habitis inter eos, prout patent per publica Inſtrumenta facta per me Notarium infraſcriptum, dummodo ipſi Domino Marchioni per prædictum Dominum Regem prædicta pacta integrè obſerventur. Ibidem ſupradictus Dominus Berardus Capitaneus promiſit & tactis Sacroſanctis Evangeliis corporaliter juravit ſe facturum, & curaturum pro toto poſſe ſuo, quod dicta pacta, tam ſuper Matrimonio, quam aliis per dictum Dominum Regem dicto Domino Marchioni integraliter attendantur & obſerventur. Et de prædictis omnibus prædicti Dominus Marchio, & Dominus Berardus Capitaneus rogaverunt me Henricum de Trezo publicum Notarium pro ipſo Domino Marchione hoc componere Inſtrumentum, & Petrum de Cap. ad cautelam Domini Regis Manfredi prædicti ſimile componere Inſtrumentum.

Ego Henricus de Trezo publicus Notarius hiis omnibus interfui, & hanc Cartam pro parte ipſius Domini Marchionis ſcripſi.

ANNO 1261. Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor. Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti Archiducalis Mantuæ ſecretioris Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi hac die 11. Julii. 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 12. Julii. 1720.

CXXXVII.

Rinovamento di Pace e Capitulatione di Commercio fatta per XX Anni tra ELMIR MOMMINI BUABI *Re di Tunis e la Citta di Piſa, per laquale molti Privilegii ſi concedono aſſai avantagioſi a la Natione Piſana, e a quelli chi ſotto la ſua Protetione verrano fare Commercio a Tunis, a Buggea, e per tutte le Terre Affricane de la Dominatione del detto Re. Datum a die* 14. *del meſe de Sciavel anno* 662 *ſecondo l'corſo delli Saracini, a* 3 *Idus Auguſti* (1) 1265. *Indict. VII. ſecondo il corſo delli Piſani.* [PAULO Tronci, Memorie Iſtoriche della Citta di Piſa pag. 215.] 1264. ou 1265. 11 Août.

SANCTI SPIRITUS ADSIT NOBIS GRATIA. AVE MARIA GRATIA PLENA DOMINUS TECUM.

Queſta eſte la Pace facta inter Dominum Elmirum Momini Regem Tunichi, & Dominum Parentem Veſconte Ampaſciadore dello Comuni di Piſa.

Prologus Pacis.

IN Nomine Domini. Per lo comandamento dello Sign. Califfo grande, & alto per la grazia di Dio Elmire Mommini Buabi delle filio de lo alto, e de lo potente, e gentile, cui Dio mantenga, e diale la ſua buona voluntade, e rimanga a li Saracini la ſua benedittione. In de la preſentia delli Teſtimoni di queſto ſcritto, che queſto Teſtimonio di rinovamento die queſta pace la quale eſte formata per lo comandamento altiſſimo, che Dio guardi cum Domino Parente Veſconte filio quondam Domini Galgani Froſſi Veſconte Imbaſciadore mandato da la Poteſtade de Piſa in de la Indit. ſubſcritta da Domino Guillelmo da Cornaſſano Poteſtade de Piſa, e da li Sucha, e de lo Comuno di Piſa, dimandando, e fermando la lor parte. Unde giungendo lo ſopradetto Imbaſciadore, e domandando dalla parte di culoro, che l'havevano mandato carta di pace, de la quale elli haueua Imbaſciata, alli patti che elli domandone, e pregone, e piacqueli, e comandolo l'Altiſſimo, & lo magno, cui Dio mantenga che li fuſſe datolo ſuo dimandamento, e la ſua voluntade.

Terminus Pacis.

E fermoſſi queſta pace con lui per anni XX. la quale pa-

(1) 1265. C'eſt à dire de l'Incarnation, qui depuis le 25 Mars revient à l'an de la Nativité 1264. & correspond ju qu'au 22. Octobre à l'an 662 de l'Hegire, de même qu'à l'Indiction VII. (DUM.)

ANNO 1264. pace ſempre ſia ferma in dello ſottoſcritto termino a die XIIII. de lo meſe de Sciavel anni LXII. & D. C. de ſecondo lo corſo delli Saracini, & ſub annis Dom. MCCLXV. Indictione VII. tertio Idus Auguſti ſecondo lo corſo delli Piſani, ſecondo che ſi contiene anco la Inditione di ſotto tutti li Capitoli infraſcritti.

Quod Piſani ſint ſani & ſalvi.

Et che tutti li Piſani, che verranno in tutta la terra di Affrichiam, & in tutta quella di Buggea, & in delle altre contrade, & XX. de lo d. D. Elmira, lo quale Dio guardi, e difenda ſiano, & eſſer debbano ſalvi, ſani, e ſiguri in perſona, & havere, & in fine che queſta pace durerane, chome ditto eſte diſopra.

De l'Iſule de li Piſani.

Lo quale Dominus Parente diſſe, e ricordone le confine de le terre loro, le quale meſſe ſono in queſta pace & le quale ſono in terra ferma, & grande cio eſte, dallo Corbo in fine a Civitavecchia, & l'Iſule le quale ſono in Mare, ciò eſte tutta l'Iſula de Sardigna, & Caſtello di Caſtro, & l'Iſula di Corſica, & l'Iſula di Pianoſa, e l'Iſula d'Elba, l'Iſula Capraia, e l'Iſula di Gorgona, & l'Iſula de Gilio, e l'Iſula di Monte Chriſto.

Di non far male.

Et che nullo delli legni de la forza noſtra vegna in de le predette Terre per fare alchuno male, in fin che queſta pace durerane.

Delli Fondachi.

Et che dobbiate havere Fondaco in ciaſcheduna Terra delle predette Terre di Affrichia, e di Puggia, cio eſte in della Cittade, e non debbia in queſto ſtare alcuna altra perſona, ne alcuno altro Chriſtiano, ſet non quelli che li Piſani vorranno, e debbia a loro eſſer fatto in ciaſcheduno Fondaco una Eccleſia, & uno Cimiterio, & debbia havere in ciaſcheduna Terra un bagno, lo quale uno die in ciaſcheduna Septimana havere debbiano, e che debbiano havere in ciaſcheduna Terra un forno.

De lo Decino e de lo Diritto.

Et che di tutte le merci le quali venderanno debbiano pagare il decino in de lo loro partimento, quelli che partire ſi vorranno, è quelli, che partire non ſi vorranno, e vorranno dimorare, debbiano lo detto Diritto pagare da inde a treie anni, che elli quine, o vero la giunti ſino, & de loro, & de lariento debiano pagare mezzo diritto quando elli giungeranno, ſecondo che uſato eſte.

De lo naufragio, vel rompimento.

Et ſe alcuna Naue, & legno loro in alcuna parte de le Terre de Affrichia, vel de Puggea che ditte ſono, rompeſſe, ut andaſſe ad terra, & impedimento haveſſe, quelli, li quali fuſſero nella Naue, ut in de lo legno, poſſano andare allo luogo pupulato, ut vero in de la quale fuſſeno legente, e debbiano eſſere aiutati da loro ſenza preſcio alcuno, in fine a tanto che iſpedicati fuſſeno legente, e debbiano eſſere aiutati da loro ſenza preſcio alcuno, in fine a tanto che iſpedicati fuſſeno quelli de la ſteſſa Naue, ut legno & ſe elli voleſſero le loro coſe tramutare, ut ad altre parte andare, ut ad altra terra quelle portare fare, la portatura ſecondo, che uſato eſte pagare debbiano, e ſe diſcordiane fuſſe tra lo Criſtiano, e lo Saracino, debbiano eſſere a raſcione.

De li Peſatori.

Li Peſatori a loro peſare debbiano ſecondo uſato eſte.

Delle Mercie.

Et chiunque peruerrane ad alcuna terra di Affrichia & di Buggea, poſſa in quella ſtare, quanto elli vorrane, & poſſa, & ſia lecito a lui di partirſene, & andarne, quando elli vorrane, e poſſa & ſia lecito a loro di comperare quelle coſe, che comperare vorranno, e nominatamente aqua, e vidanda, e poſſino, e ſia lecito a loro di portare le mercantie, che elli recheranno, ſed elli quelli vendere non voleſſero. ANNO 1264.

Della Douana.

Quelli, li quali ſono ſopra la Douana, e li Turcimanni e li Garabarii, & li Baſtaſci, ut vero li portatori non debiano a loro tollere ne reſigere alcuna coſa ſed non ſecondo, che uſati ſono di tollere e di piliare.

De lo Spedicamento.

E poi che lo Mercante ſia ſpedicato, non habbia eſſer ditenuto per alchuna cauſa.

De li ſtranieri.

Et ſe alcuno buono huomo verrave con li Piſani debbia eſſere, e pagare come Piſano.

De la Falicha.

E che elli poſſano, e debbiano hauere Faliche, ſecondo che uſato eſte di fare.

De lo Fondaco in Tunichi.

Et che lo Fondaco, il quale eſte in Tunichi, lo quale Dio mantenga, debbia eſſere creſciuto, & ampliato, ſecondo la grandezza del Fondaco delli Genoueſi, & muro ſi faccia tra noi, e li Genoueſi, che noi ſi à loro, e loro a noi andare non poſſano, & e converſo.

De la Giuletta.

Tutto, e quanto tolto fuſſe de alcuna mercanzia, che alla Giuletta ſi reccaſſe, ſia, & eſſer debbia ſoprali Guardiani di detto Luogo.

Delli Fondachi di Buggea.

Et li Fondachi, li quali hauete in Buggea, ſi debbiano acconciare, & in quelli altro huomo con voi ſtar non debbia, & che ſi debbia fare in de li Fondachi l'Eccleſie.

De la Raſcione.

Et che ſi debbia a loro fare la raſcione, quando unqua elli vorranno.

De l'uſanza.

Et che non ſi debbia a loro tollere alcuna coſa, ſed non come uſato eſte.

Del Fondaco di Buona.

Et che a Buona dobbiate hauer Fondaco, & non poſſe in quello ſtare, ne albergare alcuna altra perſona, ſed non culoro, che voi vorrete.

Dello uſo come in Tunichi.

Et che in Buona ſi debbia tenere, e fare ad voi quello uſo che eſte in Tunichi, & in quello medeſimo modo e ſimiliantemente ſi debba fare ad voi in Affrichia, & in Cappiſi, & in Iffachixi & in Tripuli, & in tutte le altre terre, ſecondo che in Tunichi.

De lo Dritto delle Naue.

Et che non ſi debbia tollere a voi alcuno diritto de alcuna Naue, la quale voi vendeſſe ad huomini, che haueſſero con voi pace.

Di portar le Mercie.

Et che poſſiate, & a voi ſia lecito portare le mercie voſtre, de la quali fuſſe pagato il diritto a qualſivoglia terra, ut parte delle noſtre terre, uti vorrete.

De lo Naulo aelle Naue.

Et che non debbia ad voi alchuna coſa eſſer tolta di

ANNO 1264. di meſo diritto de lo Naulo de le Naue.

De le Naue ad naulo per la Coſta.

Et ſe biſognaſſe alla Corte noſtra, poſſa la Corte pigliare de le treie naue, una ad naulo, e quella, la quale lo Conſulo, che qui ne ſi per li Piſani vorraue, & eligeraue.

De lo raccomandamento delle coſe.

Et ſia lecito a ciaſcheduno Piſano, che diritto delle ſue coſe habbia pagato, laſſare, & accommodare le ſuie coſe ad alcuno ſuo parente, & amico della ſua gente.

De la Falucha, ut de lo Moſceuuto.

Et che tutte le coſe, le quali ſi vendeſſero in Falicha, de le quali lo preſcio pagato non fuſſe, ſia, & eſſer dobbia ſopra la Douano, & quelle coſe, le quali ſi vendeſſero per Turcimanni con teſtimonia ſiano, & eſſer debbiano ſopra li Turcimanni.

De la Copia de lo Elmire.

Et che li Conſuli delli Piſani una volta ogni meſe poſſano, e debbiano andare a vedere lo Signore, ut lo Soldano, lo quale Dio mantegna, e ſimiliamente in ciaſcuna Cittade debbiano entrare li Conſuli delli Piſani alli Signori, che quine fuſſero una volta lo meſe.

De li Corſali Piſani.

Et ſe alcuno Corſale Piſano eſciſſe della Cittade di Piſa, e de le predette Iſule per far male in Affrichia & in Buggea, li Conſuli, e li Poteſtade de li Piſani, li quali per temporali fuſſeno, quinde vendetta fare debbiano ſopra loro, & ſopra li loro beni.

De le coſe de li Corſali.

Et che li Piſani non debbiano comprare alchuna mercia delli Saracini de Affrichia, & di Puggea, le quali a loro per Corſali tolte, ò rapite fuſſero, ne alcuno Schiauo Saracino, & che quelle coſe, ut Iſchiani, li quali delle terre delli Piſani veniſſero, ut redutte fuſſeno a le noſtre terre, che a colui, che le recaſſe ſiano tolte ſenza alcuno riſtauro.

De le brighe, che fuſſero intra li Piſani.

Et ſe li Piſani alcuna briga, ut diſcordia, o vero alcun fatto faceſſero intra loro, che alcuna altra perſona inde intramettere non ſi debbia, ſet non li Conſuli de li Piſani.

De l'uſanza de la Duana.

E de la Duana non ſi debbia tollere alli Piſani alcuna altra coſa, ſed non quello che uſato eſte di piliare.

De lo exempio di queſta pace.

E che ſi debbia fare exemplo di queſta Pace, e mandare per tutte le terre noſtre, in de le quale li Piſani uſano.

Di comprare liberamente.

Et che ad alcuno Mercante Piſano non debbia eſſer vietato di comperare liberamente lo che unqua comperare vorraue.

Di non vietare il comperare.

Et ne per alcuno Genoueſe, ne per alcuna altra perſona non debbia eſſere vietato ad alcuno Piſano, che elli non comperi, & comperare non poſſa liberamente.

De lo buono uſo.

Et che, li Piſani debbiano eſſere ſalvati, & guardati a tutti i buoni uſi, li quali haueſſe alcuno Criſtiano, che con noi habbia pace, ut che nella noſtra terra uſi. Et queſto eſte lo compimento di tutti li Capitoli di queſta pace.

Lo Teſtimoniamento, e lo datale di queſta Pace. ANNO 1264.

Er Teſtimonio ne Dominus Parente per culoro, che lui mandano in ſua bona voluntade, & in ſua buona memoria, & in ſua buona ſanitade, che queſta pace a lui piace, e cuſi la riceuette, & fermone, & inteſeno li Teſtimoni da lo Scecha grande, & alto & conoſciuto Secretario, & faccia di d. Elmira Momini, & facitore di tutti li ſuoi fatti, lo quale Dio mantegna, & in queſto mondo, & in quell' altro, e rimanga ſopra li Saracini la ſua benedicione. Buabi delle filio dello Scecha, a cui Dio faccia miſericordia. Puali Aſen filio de lo Scecha alto, a cui Dio faccia miſericordia. Elbuluſaid filii Said lo gentile, cui Dio guardi. Et lo compimento di queſta pace ſcritta, chome ditto eſte, in queſto modo ſentito, & ſù ſcritta in die di Sabbato, ali die XIIII. de lo meſe, che ſi chiama Sciauel Anni LXII. & D. C. ſecondo lo corſo delli Saracini, & ſub annis Domini milleſimo ducenteſimo Sexageſimo quinto Indict. ſeptima, tertio Idus Auguſti ſecondo il corſo delli Piſani. Li nomi delli Teſtumoni Bulcaſſomo Elbeccali, Elbinelbaca & Tenuchii, Maometto Benandi de Gebdat, Maometto Erroanſi Maometto Benali, & Beneabmi, Abbideramen Beneumar, Elcarſi Varbellaid, Met Bidonie, Illi Ebrain, & Beni Biaman. Maometto Bene alraim Lorbori, Et per la gratia di Dio cognoſcendo, & ſapiendo, & teſtimoniando queſte coſe preditte Maometto, Bonmeſmetto Benelgamego, lo quale eſte Cadi, & habbia ſalute chiunque la leggera. Rainerius Scorcialupi Notarius Scriba publicum Piſanorum, & Communis, Portus in Tunichi præſens translatum hujus Pacti ſcripſit, exiſtente interprete, probo Viro Bonaiunta de Caſcina di lingua Arabica in Latina.

CXXXVIII.

Inveſtitura Regni Siciliæ citra Pharum per Legatos CLEMENTIS IV. *Papæ in* CAROLUM *Andegavenſem* LUDOVICI *IX. Regis Francorum fratrem collata, pro ipſo ac heredibus ſuis tam fœminis quam maſculis, ſub Cenſu* 8000 *unciarum auri in feſto Sancti Petri annis ſingulis ſolvendarum; hac lege ut nec ipſe, nec ſucceſſores ejus in Regno, unquam temporis poſſint in Romanorum Imperatores eligi. Actum Romæ in Baſilica S. Salvatoris ante Sacratiſſimum Altare* 4 *Calendas Julii anno Domini* 1265. *Pontificatus vero ejuſdem* CLEMENTIS I°. CUM *Confirmatione pontificia prædicti* CLEMENTIS *Papæ data Peruſiii per manum Magiſtri Michaelis de Tholoſa* 2 *Nonas Novembris Incarnationis Dominicæ anno* 1265. *Pontificatus* 1°. (1) *Indictione IX.* [MARTENE Theſaurus novus Anecdotorum Tom. II. col. pag. 220. Ex MS. Sancti Vincentii Biſuntini.] 1265. 28. Juin.

CLEMENS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio CAROLO Regi Siciliæ Illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Conſtituti ab eo per quem Reges regnant & Principes imperant, & qui ſolum habet in regno hominum poteſtatem ſuper gentes & regna, neceſſe habemus interdum regnis ipſis, & ſpecialiter quæ Romanæ Eccleſiæ juris & poteſtatis exiſtunt, cum fratribus noſtris ad pacem & juſtitiam populorum perpetua ſtabilitate diſponere, ac in eorum ſoliis ad regimen gentium ſubjectarum quos dignos credimus ſublimare; & quia inſtructi ab eo, qui ſpiritus angelos ſuos facit, ſuper hujuſmodi diſpoſitione regnorum nonnunquam aliquibus ex fratribus ipſis aliqua committimus peragenda, ut ea quæ ab ipſis fratribus ſuper illis cum maturitate debita rite ac provide ordinantur, eo ipſo quod conſtat ipſa de noſtra fieri juſſione, robur obtineant firmitatis: ne tamen vacillent in poſterum vel cavillationi ſubjaceant, eo ſunt fortius Apoſtolico munimine roboranda. Quo circa majora in quibus majus periculum formidatur, major eſt cautelæ diſcretio adhibenda. Sane porrecta nobis tuæ filialis devotionis petitio continebat, quod cum, regno Siciliæ & tota Terra citra Pharum uſque

(1) *Indictione IX.* Liſez VIII.

ANNO 1265. usque ad confinia terrarum Romanæ Ecclesiæ, quæ de prædicto Siciliæ regno esse dignoscitur, ad dispositionem & ordinationem Sedis Apostolicæ, ad quam specialiter pertinet, plene ac libere devolutis, Sedes ipsa obtentu devotionis, qua persona tua erga prædictam Romanam fulget Ecclesiam, & pro fidei puritate, qua Christianissimum genus tuum semper noscitur claruisse; perpenso consilio disposuerit ad laudem Dei & honorem & pacem ipsius Ecclesiæ & tranquillitatem & profectum fidelium regni ejusdem de regno ipso personam ac domum tuam regiam honorare, habitis diligentibus & diutinis inter te & Sedem eamdem Tractatibus de prædictis regno & Terra in feudum tibi & tuis heredibus concedendis, nos ad finalem consummationem eorumdem Tractatuum & negotii Regni prædicti nostrum animum firmiter dirigentes, dilectis filiis nostris AMBALDO Basilicæ duodecim Apostolorum Presbytero, RICHARDO S. Angeli, JOHANNI S. Nicolaï in carcere Tulliano & JACOBO S. Mariæ in Cosmedim Diaconis Cardinalibus dedimus Litteris in mandatis, ut juxta conditiones & formam tibi per venerabilem fratrem nostrum B. A. chiepiscopum Cusentinum & dilectum filium Magistrum PETRUM Notarium nostrum præsentatas, (quas conditiones & formam & nostram super dicto negotio diffinitionem, aliaque ipsi opportuna negotio sub bulla nostra eisdem Cardinalibus miseramus), ad plenariam executionem ejus negotii, & ad collationem & investituram tibi de prædicto regno auctoritate nostra faciendam efficaciter procederent, concessa eisdem per dictas Litteras à nobis de ipsorum fratrum consilio & assensu procedendi ad consummationem, collationem, investituram hujusmodi plena & libera potestate. Qui considerantes ad diffinitionem prædictam à nobis super dicti regni negotio editam nostra & fratrum nostrorum subscriptionibus & bulla, nec non eorumdem fratrum Sigillis ad perpetuam memoriam roboratam, & etiam prædictas conditiones & formam per prædictos Archiepiscopum & Notarium tibi ex parte nostra novissime præsentatas, ac diligentius attendentes, quod ea quæ ante consummationem prædicti negotii tibi facienda & implenda incumbebant, & forma prædicta per te facta fuerant & etiam adimpleta, ad plenariam consummationem ejusdem negotii collationem & investituram faciendam tibi de regno & Terris prædictis juxta præstitas conditiones & mandato nostro & potestate tibi super hoc tradita processerunt, tibique totum regnum Siciliæ & totam Terram quæ est citra Pharum usque ad confinia Terræ prædictæ Romanæ Ecclesiæ, excepta Civitate Beneventana cum toto Territorio & omnibus districtionibus & pertinentiis suis per Romanum Pontificem districtis, vel in posterum distrahendis, quam sibi Ecclesia Romana usque ad tempus istud retinuisse & reservasse dignoscitur, & tunc etiam expresse retinuit, & ad suum Dominium reservavit, in feudum perpetuo tuisque heredibus ex te legitimè descendentibus, prædictum consummando negotium, sub prædictis conditionibus tibi plenius expressis & expositis conferentes etiam & concedentes investierunt & per vexillum Ecclesiæ præsentialiter de eisdem à te vice nostra & prædictæ Romanæ Ecclesiæ fideliratis juramento recepto, juxta formam in eisdem conditionibus comprehensam, receptione homagii, quod teneris nobis & dictæ Ecclesiæ reddere, nobis specialiter reservata, prout patentibus Litteris dictorum Cardinalium inde confectis & ipsorum Sigillis pendentibus communitatis plenius continetur. Ut autem collatio seu concessio & investitura prædictæ sub prædictis forma & conditionibus expressis & appositis robur obtineant firmitatis perpetuæ, humiliter supplicasti, eas sub ipsis forma & conditionibus Apostolicæ confirmationis munimine roborari. Nos igitur volentes tibi & heredibus tuis in posterum super his salubriter providere, tuis supplicationibus inclinati, collationem, concessionem, investituram prædictorum Regni & terræ sub conditionibus & forma prædictis à prænominatis Cardinalibus tibi & heredibus tuis factas, ac regnum ipsum ac totam terram prædictam tibi & prædictis heredibus ex certa scientia & fratrum nostrorum consilio & assensu, auctoritate Apostolica confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Ceterum quia in quibusdam Articulis seu capitulis conditionum ipsarum expressius continetur, quod in certis casibus tu & tui heredes excommunicationum sententias incurratis, & dictum regnum & tuæ ac ipsorum heredum terræ sint Ecclesiastico suppositæ interdicto: nos & nunc hujusmodi sententias videlicet excommunicationis in te ac eosdem heredes & interdicti in prædictum regnum, ac terras prædictas, si tui vel ipsorum culpa hujusmodi casus emerserint, de dictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica promulgamus, tenorem prædictarum Litterarum Cardinalium eorumdem de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est. ANNO 1265.

Illustri & magnifico Principi Domino CAROLO Illustri Regi Siciliæ, Nato claræ memoriæ LUDOVICI Regis Franciæ, miseratione divina fratres AMBALDUS Basilicæ XII. Apostolorum Presbyter, RICHARDUS S. Angeli, JOHANNES S. Nicolaï in Carcere Tulliano, & JACOBUS S. Mariæ in Cosmedim Diaconi Cardinales ad perpetuam rei memoriam. Quoniam ad subsistentiam multorum & regimen præesse oportuit unum singulare principium, pro eo quod pluralitas in præsidentia scissuram induceret & solidam gubernaculi dirumperet firmitatem, præeminent singulis regnis & mundi Provinciis singula regnantium solia, & singulæ principantium potestates: quia dum Reges regnant, prospere imperant & populi Regibus reverenter intendunt, hi humiliter subsunt, & illi benigne præsunt, dum, congruis præerunt jussibus & devotis isti animis obseeuntur, viget ex hoc in eisdem populis concordium animorum unitas, misericordia & veritas sibi obviant, ac justitia & pax se invicem amplectuntur. Ideo namque ex summo illo cælesti Rege, per quem singuli Reges regnant & Principes principantur, temporalis gladii ad malorum vindictam laudemque bonorum Regibus terrenis attributa est potestas, ut ipsi assumto dominandi officio judicent in æquitate populos & dirigant in terris subjectas sibi gentium Nationes, quatinus sit voluntas eorum in executione justitiæ, ac meditatio in lege rectitudinis, & ob reverentiam sanctæ pacis. Sane regno Siciliæ & tota terra citra Pharum usque ad confinia terrarum Romanæ Ecclesiæ, quæ de prædicto Regno Siciliæ esse dignoscitur, ad dispositionem & ordinationem Sedis Apostolicæ, ad quam specialiter pertinent, plene & libere devolutis, Sede ipsa circa statum ejusdem Regni sollicitè cogitante, illiusque regimen alicui Catholico & devoto Principi cupiente committere, qui ad laudem Dei, honorem & pacem Ecclesiæ, & tranquillitatem fidelium ipsius Regni ejus solio præsideret, tandem quia persona vestra multa erga Romanam Ecclesiam devotione refulget, vestrumque Christianissimum genus præcipuæ semper fidei claruit puritate, Sedes ipsa consilio perpetuo disposuerit vos de Regno ipso domumque vestram honorare, habitis igitur diligentibus diutinisque Tractatibus inter eamdem Sedem de prædictis Regno & Terra in feudum vobis vestrisque heredibus concedendis, demùm Sanctissimus Pater & Dominus noster, Dominus CLEMENS Sacro-sanctæ Romanæ & universalis Ecclesiæ Pontifex ad salutarem consummationem eorumdem Tractatuum & negotii Regni Siciliæ suum animum firmiter dirigens, suas transmisit nobis Litteras in hac forma:

CLEMENS Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis AMBALDO Basilicæ XII. Apostolorum Presbytero, RICHARDO S. Angeli, JOHANNI S. Nicolaï in carcere Tulliano, & JACOBO S. Mariæ in Cosmedim Diaconis Cardinalibus salutem & Apostolicam benedictionem. Plene vos scire credimus conditiones & formam dilecto filio nostro CAROLO Andegavensi & Provinciæ Comiti per venerabilem fratrem nostrum B. Archiepiscopum Cusentinum & dilectum filium Magistrum PETRUM Notarium nostrum super negotio Regni Siciliæ ex parte nostra vobis novissime præsentatas, cum & nos illas necnon & nostram super negotio ipso definitionem & alia eidem opportuna negotio nuper vobis sub bulla nostra duximus destinanda. Volumus igitur, & de fratrum nostrorum consilio & assensu vobis per Apostolica Scripta mandamus, quatinus ad plenariam consummationem ipsius negotii, & ad collationem & investituram prædicto regno ipsi Comiti faciendam auctoritate nostra juxta easdem conditiones & formam efficaciter procedatis. Nos enim procedendi ad consummationem, collationem, & investituram hujusmodi plenam & liberam de ipsorum fratrum consilio & assensu vobis concedimus auctoritatem: nobis tamen receptione homagii, quod per ipsum Comitem sine interpretatione Ministri volumus nobis opportuno tempore præsentialiter exhiberi, specialiter relervata: non obstante quod dictus Comes ex forma diffinitionis hujusmodi tenebatur infra festum B. Apostolorum Petri & Pauli ad nostram venire præsentiam, collationem & investituram easdem, & etiam ipsius consummationem negotii de nostris manibus recepturus. Datum Perusii XI. calendas Julii Pontificatus nostri anno I.

Nos itaque considerantes diffinitionem ab ipso summo

ANNO 1265. mo Pontifice editam super dicti regni negotio, & ejusdem Domini Papæ & fratrum suorum subscriptionibus, ejusque bulla, & eorumdem fratrum Sigillis ad perpetuam memoriam roboratam ac formam & conditiones & per venerabilem Patrem B. Archiepiscopum Cusentinum & discretum virum Magistrum PETRUM Notarium ipsius summi Pontificis super ipso negotio nobis ex parte ipsius summi Pontificis noviſſime præsentatas, ac diligentius attendentes ea quæ ante consummationem prædicti negotii vobis facienda & implenda incumbebant ex forma prædicta per vos facta sunt & etiam adimpleta, ad plenariam consummationem ejusdem negotii, & ad collationem & investituram faciendam vobis de Regno & Terra prædictis juxta prædictas conditiones & formam, ex mandato ipsius summi Pontificis & potestate tradita nobis, per supradictas Litteras duximus procedendum.

Ad honorem igitur Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti, & B. & gloriosæ semperque Virginis MARIÆ, Beatorum quoque Apostolorum Petri & Pauli, nec non prædicti D. CLEMENTIS Papæ IV. & Sacro-Sanctæ Romanæ Ecclesiæ totum Regnum Siciliæ & totam Terram quæ est citra Pharum usque ad confinia terrarum Romanæ Ecclesiæ, excepta Civitate Beneventana, cum toto territorio & omnibus Districtibus & pertinentiis suis, quam Romana Ecclesia hactenus sibi reservat, in feudum vobis vestrisque heredibus ex vobis legitimè, sicut infra dicitur, descendentibus sub infra scriptis conditionibus auctoritate & potestate nobis in hac parte concessa, dictum ejusdem Regni negotium consummando concedimus atque conferimus, vosque de ipsis Regno & terra per vexillum Ecclesiæ præsentialiter investimus, non obstante quod ex forma dictæ diffinitionis tenebamini infra instans Beatorum Apostolorum Petri & Pauli ad ipsius summi Pontificis personaliter præsentiam, collationem & investituram easdem & totam ipsius negotii consummationem de suis manibus recipere. Recipimus etiam vice ipsius summi Pontificis & Ecclesiæ Romanæ juramentum fidelitatis à vobis secundum formam in eisdem contentam conditionibus & inferius annotatam, nec non & aliorum super quibus secundum tenorem conditionum ipsarum Romano Pontifici & prædictæ Ecclesiæ præstare tenemini juramenta, receptione homagii prædicto summo Pontifici generaliter reservata. Omnes quoque concessiones Communitatum, Baroniarum, feudorum, & aliorum quorumcumque bonorum & jurium factas in prædicto Regno Siciliæ per quemdam FRIDERICUM, olim Romanorum Imperatorem, & CONRADUM, & MANFREDUM natos ejus, ipsorum Officiales, familiares, fautores, post depositionis Sententiam in ipsum Fridericum per felicis recordationis Dominum INNOCENTIUM Papam IV. promulgatam in Lugdunensi Concilio revocamus. Conditiones autem sunt hæ:

1. Si in vestro & heredum vestrorum obitu legitimum, prout sequitur, heredem vos aut ipsos, quod absit, non habere contigerit; regnum ipsum ad Romanam Ecclesiam, ejusque dispositionem libere revertatur. Descendentes autem ex vobis & vestris heredibus Siciliæ Regibus mares & feminæ in eodem Regno succedent: sic tamen quod de Liberis duobus maribus eodem gradu per eamdem lineam concurrentibus, primogenitus, & de duabus feminis primogenita; & de mari & femina in eodem gradu similiter concurrentibus, masculus omnibus aliis præferatur. Si vero vos, quod absit, sine Liberis ex vobis legitime descendentibus mori contigerit; possit vobis in Regno & Terra prædictis succedere duntaxat nobilis vir ALPHONSUS Comes Pictavensis Germanus vester. Et si dictus ALPHONSUS vobis non supervixerit, possit vobis succedere unus ex filiis Domini LUDOVICI Illustri Regis Francorum, videlicet major natu post illum, qui succedit in Regno Francorum. Et hæc gratia vel successio tam ex parte vestra, quam ex parte illorum erit tantummodo personalis: ita scilicet quod ad nullum filiorum vel heredum ipsius ALPHONSI, si Alphonsum ipsum præmori contigerit, hujusmodi successio extendet: sed hujus major natu succedat in regno Siciliæ & Terra prædictis; similiter & nullus filiorum vel hæredum ipsius majoris natu, si idem major natu vobis non supervixerit, hujusmodi successionem habebit, sed Regnum Siciliæ & Terra prædicta ad Romanam Ecclesiam, ejusque dispositionem libere devolventur. Si vero ALPHONSUM & majorem natu prædictos præmori vobis contigerit: nullus alius vobis sive liberis ex vobis legitime descendentibus in eisdem Regno & Terra succedit; sed liberum erit eidem Romanæ Ecclesiæ de ipsis Regno & Terra disponere, juxta suæ beneplacitum voluntatis. Si autem prædictos ALPHONSUM & majorem natu post successionem hujusmodi, aut eorum heredes, sine liberis ex ipsis legitime descendentibus mori contigerit, regnum Siciliæ & Terra prædicta similiter ad eamdem Romanam Ecclesiam ejusque dispositionem libere revertentur. Sed si aliquem de aliis successoribus vestris Regem vel Reginam Siciliæ sine legitima prole sui corporis mori contigerit, in futurum succedent eidem, servatis gradibus, si superstites fuerint, hæ personæ, videlicet Regis vel Reginæ sine prole legitima sui corporis descendentes, frater vel soror ac collaterales superiores, mares & fœminæ, utpote patrui & avunculi, amitæ & materteræ, & sursum usque ad quartum gradum dumtaxat, illis collateralibus, quos vos habebitis ad præsens dum vixeritis, & qui post obitum forsitan ex eisdem orientur exceptis, collaterales etiam inferiores succedunt similiter mares & feminæ, utpote nepos & neptis ex fratre vel sorore & inferius usque ad eumdem tantummodo quartum gradum. Quod autem de feminabus rectæ lineæ & collateralium superius est expressum, intelligendum est tam de nuptis, quam de innuptis, dummodo nuptæ sint fidelibus & Romanæ Ecclesiæ devotis. Et sicut inter eas personas gradus servari volumus, ut scilicet prior gradus posteriori gradui præferatur; sic in eodem gradu pluribus concurrentibus, priorem natu posteriori & marem feminæ in hujusmodi successionibus volumus anteferri. Personarum autem hujusmodi nulla superstite, regnum ipsum, ut præfertur, ad Romanam Ecclesiam & ejus dispositionem libere revertatur. Quod si forte deficientibus masculis, contigerit feminam innuptam in Regno succedere; illa maritabitur personæ quæ ad ipsius Regni Regimen & defensionem existat idonea, Romani tamen Pontificis super hoc consilio requisito. Nec nubat nisi viro Catholico, & Ecclesiæ Romanæ devoto. Et si contra hoc fecerit; licebit eidem Romano Pontifici contra ipsam ad privationem Regni & Terræ prædictorum, sine figura judicii, & absque omni juris solemnitate, in quacumque ætate femina ipsa constet, procedere, si hoc videbitur expedire. In Regnum vero & Terram prædictam nullus succedet qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus.

2. Adhuc tam vos quam viri in Regno heredes Regnum & Terram prædictam nullatenus dividatis, sed semper illa unus tantum sub ipsis conditionibus in membris ac in capite ab Ecclesia Romana tenebit.

3. Vos autem, nobis recipientibus vice prædicti Romani summi Pontificis & Ecclesiæ Romanæ, præstabitis ad præsens juramentum fidelitatis reservata receptione homagii eidem summo Pontifici juxta ipsius mandatum, & tam vos sibi, quam ejus successoribus canonicè intrantibus expressis eorum nominibus & ipsi Ecclesiæ, quam vestri in prædicto Regno heredes sub propriis nominibus ligium homagium facietis, & dictum juramentum fidelitatis faciendo mentionem de præsenti Instrumento seu Litteris præstabitis in hunc modum: *Ego* CAROLUS *Dei gratia Rex Siciliæ plenum & ligium homagium faciens Ecclesiæ Romanæ pro regno Siciliæ & tota terra quæ est citra Pharum usque ad confinia terrarum ipsius Ecclesiæ, excepta Civitate Beneventana cum toto territorio & omnibus districtibus & pertinentiis suis, secundum antiquos fines territorii pertinentiarum & districtus Civitatis ejusdem per Romanum Pontificem distinctos vel in posterum distinguendos, ab hac hora in antea fidelis ero & obediens B. Petro & Domino meo Domino* CLEMENTI *Papæ IV. suisque successoribus canonice intrantibus & Sanctæ Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ: non ero in consilio aut consensu vel facto, ut vitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium quod mihi creditum sunt per se aut nuncios suos sive per Litteras ad eorum damnum, illud pro posse impediam, & si impedire non possum illud eis significare curabo. Papatum Romanum & regalia S. Petri, tam in Regno Siciliæ & Terra prædictis, quàm alibi existentia, adjutor eis ero ad retinendum & defendendum ac recuperandum & recuperata manutendum contra omnem hominem. Universas & singulas conditiones contentas in præsenti Instrumento seu Litteris plenarie super ipsarum Regni & Terræ concessionem confectis, & omnia & singula quæ continentur in eodem Instrumento, seu Litteris adimplebo & inviolabiter observabo, nec umquam tempore ullo veniam contra illa. Sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia.*

ANNO 1265.

Hujusmodi autem homagia vos & dicti heredes facere & juramentum fidelitatis præstare secundum formam præscriptam, si Romanus Pontifex in Italia fuerit, infra sex menses; si vero eum extra Italiam esse contigerit,

ANNO 1265. rit, infra annum, postquam Regni Dominium adeptifueritis, teneamini, & singulis ipsis succeſſionibus & eidem Eccleſiæ Romanæ renovabitis tam ipsum homagium, quam hujusmodi juramentum. In optione autem & beneplacito erit Romanæ Eccleſiæ vos vel heredes vestros vocare ad præstandum personaliter juramentum fidelitatis & ligium homagium Romano Pontifici & eidem Eccleſiæ, dummodo ad hæc vobis locum tutum statuant & assignent; vel aliquem Cardinalem ipsius Eccleſiæ alium, qui vice Romani Pontificis juramentum juxta eamdem formam & homagium recipiat destinare, vosque prædicto Summo Pontifici & Eccleſiæ in vestris nominibus manibus junctis ad præsens vos ad hæc specialiter obligantes, & tam vos quam vestri in dicto Regno heredes præfato summo Pontifici & singulis ejus succeſſoribus ac prædictæ Eccleſiæ, quando præstabitis hujusmodi juramentum fidelitatis, jurabitis vos ad hæc specialiter obligantes, quod numquam per vos vel alios seu quocumque modo perjurabitis, ut eligamini vel nominemini in Regem vel Imperium Romanum, vel Regem Teutoniæ, seu Dominum Lombardiæ seu Tusciæ, vel majoris partis earumdem Lombardiæ vel Tusciæ. Et si electionem vel nominationem ad Imperium vel Regnum Romanum, seu Regnum Teutoniæ, aut ad Dominium Lombardiæ vel Tusciæ, seu majoris partis earumdem de vobis celebrari contigerit; nullum hujusmodi electioni vel nominationi assensum præstabitis, nec intromittetis vos ullo modo de regimine ipsius Imperii vel Regni Romanorum, seu Regni Teutoniæ aut Lombardiæ seu Tusciæ vel majoris partis ipsarum, ad quodcumque horum nominati fueritis vel electi. Quod si vos vel aliqui vestrorum in Regno sedentium heredum eodem, procurantibus vobis aut eis ad Imperium ipsum sive ad dictum Regnum Romanorum, sive regnum Theotoniæ, aut Dominium Lombardiæ seu Tusciæ vel majoris partis earum electi vel nominati fueritis vel fuerint: si hoc verum & manifestum fuerit. aut si post talem electionem vel nominationem de Imperii, regni Romanorum seu regni Teutoniæ aut Lombardiæ seu Tusciæ seu majoris ipsarum partis regimine vos manifeste intromiseritis, vel intromiserint; eo ipso à jure regni Siciliæ & Terræ prædictæ cadatis vel cadant ex toto, ipsaque prorsus amittatis & amittant, & eadem Regnum & Terra ad Romanam Eccleſiam libere devolvatur. Si autem vos aut aliquis ex prædictis heredibus electioni vel nominationi factæ seu juri omnino renuncietis & renuncient, & quod de imperio seu aliquo alio præmissorum, ad quod electi seu nominati fueritis vel fuerint vos ullatenus intromittatis & intromittant, moniti infra quatuor mensium spatium post nominationem hujusmodi, tali electioni vel nominationi seu juri non renunciaveritis vel renunciaverint; vel de ipso imperio vel de aliquo præmissorum ad quod electi seu nominati fueritis, vel fuerint, vos intromiseritis, vel intromiserint quoquo modo, ex hoc sitis & sint eisdem regno Siciliæ & Terra & omni prorsus jure eorumdem privati; &, ut dictum est, eadem regnum & Terra ad Romanam Eccleſiam libere devolvatur. Si vero ad vos vel in dicto regno heredes vestros non poterit commodè talis monitio per venire, super quo utique impedimentò, videlicet quod moneri commode nequeatis vel nequeant, credetur, & stabitur assertioni Romani Pontificis, monitio publica & solemnis: ita quod si infra VI. menses post illam non renunciaveritis seu renunciaverint, aut de imperio seu de aliquo alio prædictorum ad quæ vos vel dicti heredes electi seu nominati fueritis vel fuerint, vos quolibet modo intromiseritis, vel intromiserint; ex hoc cadatis vel cadant omni jure ipsorum regni & Terræ, & regnum & Terra ipsa ad Romanam Eccleſiam libere devolvatur. Ceterum si contigerit aliquem ex vestris heredibus, qui deberent in prædictis regno Siciliæ & Terra succedere, in Regem vel Imperium Romanorum seu in Regem Teutoniæ vel Dominum Lombardiæ seu Tusciæ sive majoris partis earum nominari seu eligi vel assumi, nullatenus possessionem eorum Regni Siciliæ & Terræ nanciscatur & habeat, nec se de illorum cura seu Dominio & regimine per se vel per alios aliquatenus intromittat, nisi prius imperio vel regno Teutonico aut Dominio Lombardiæ vel Tusciæ, seu majoris earum partis, ad quodcumque eorum electus seu nominatus fuerit vel assumtus; & omni juri sibi in illo competenti omnino renuntiet, & illorum regimen nec de jure, nec de facto illud gerens vel retinens, omnino dimittat, ipsum nullo umquam tempore resumturus: alioquin cadat ab omni succeſſione & jure, quæ in Regno Siciliæ & Terra prædictis sibi competerent ipso facto, ita quod eadem regnum Siciliæ & Terra ad Romanam Eccleſiam ejusque disposition liberè devolvatur. Quod si, non extantibus masculis, femina in eisdem Regno & Terra succeſſerit, illa Regi vel Imperatori Romanorum seu in regnum & imperium electo, aut Regi vel electo Teutoniæ aut Domino Lombardiæ seu Tusciæ aut majoris partis earum seu electo ad earum Dominium, numquam matrimonialiter copuletur; & si contrarium fecerit, eo ipso cadat à Siciliæ regno & Terra prædictis, maneatque prorsus ipsorum jure privata, ipsis Regno & Terra Siciliæ ad eandem Eccleſiam devolutis. Si autem vos vel aliquis vestrum in Regno heredes contra hoc veneritis vel venerint, eo ipso excommunicati, & insuper labe & reatu perjurii respersi & noti existatis vel existant, In hujusmodi quoque juramento vos addetis, & tam per vos quam vestros in dicto regno heredes addetur expressè, quod nullo umquam tempore regnum seu imperium Romanorum, aut regnum Teutoniæ vel Dominium Lombardiæ, vel Tusciam, vel majorem partem ipsarum, per vos vel per alium aut alios occupabitis, capietis, vel acquiretis, aut vobis alias quolibet modo vindicaveritis; & si secus feceritis secundum præscriptam formam pœnas similes incurratis. Quod autem dicitur de majori parte Lombardiæ sive Tusciæ, intelligitur scienter; si vero ignoranter, eam ad mandatum Eccleſiæ dimittere teneamini, & si eam ad mandatum dimittatis, non incidatis in pœnam in isto articulo & in consimilibus constitutam. Si vero moniti non dimittatis, remaneat pœna prout est in hoc articulo & in similibus constituta. Quod si forte in posterum Regem Siciliæ contingat in Imperatorem eligi, postquam fuerit Regni Siciliæ possessionem adeptus, non transeat ad imperium; alioquin in pœnas incidat in hoc articulo vel aliis similibus comprehensas. Quod si regni possessione prædicti nondum habita seu obtenta, in Imperatorem electus transire voluerit ad Imperium, in manu prius Romani Pontificis, vel illius quem ad hoc idem Pontifex duxerit destinandum filium suum succeſſurum in regno cujuscumque fuerit ætatis emancipet, & regno renunciet, nihil juris in eo retinens clam vel palam, nec cujuslibet etiam potestatis nec ipsum filium ad servitium seu subsidium aliquod faciendum juramento vel voto, stipulatione vel pacto, sibi vel succeſſoribus suis astringat, sicque factus filius sui juris, ab eodem Romano Pontifice vel alio destinato ab ipso protinus investiatur in Regno, ad cujus regni succeſſionem, si forte decederet sine liberis, nullo umquam tempore Pater veniat Imperator existens. Sed si imperio & omnibus quæ pertinent ad imperium idem pater renunciare voluerit, & regno tantum esse contentus, post renunciationem hujusmodi ad illius succeſſionem libere admittatur: & tunc ab ipso Romano Pontifice vel alio destinato ab eodem investituram recipiat Regni ejusdem.

ANNO 1265.

4. Quod si dictus filius ad regnum assumtus major annis XVIII. fuerit, libere administret: sed quamdiu minor extiterit, tam ipse quam regnum ipsius in custodia Romanæ Eccleſiæ remaneat, donec ipse impleverit supradictam ætatem, fructibus & obventionibus regni, ex quibus sumtus necessarii faciendi pro ejusdem regni custodia deducantur Regi conservandis, eidem, & lucro alterius ratione ipsius custodiæ non cesſuris. Quæ vero de filio dicuntur, ut ei videlicet regnum possit sub observatione præmissa à patre ad imperium transeunte dimitti, de filia etiam duximus concedendum. Et si Rex non habens filium in Imperatorem electus, ad Imperium transire voluerit, & de personis, quas supra diximus, liberis non extantibus, in regno posse succedere, aliqui superstites fuerint, quæ de filio & filia prærordinavimus observentur in illis, excepto emancipationis articulo, quæ in solis ipsis procedere poterit, qui capaces emancipationis existant ratione patriæ potestatis.

5. Declaramus etiam, si illi Regi Siciliæ sine filio decedenti superstes sit filia vel mulier alia, quæ juxta prædictam formam debeat ad hujusmodi succeſſionem admitti, quæ Imperatori dum ipse Rex viveret, fuerat desponsata vel nupta, succedat in Regno, & si Regno sibi delato Imperatori nupserit, cadat protinus ab eo, nisi vir ejus imperio prorsus renuntians, regno solummodo sit contentus, imperio autem casu repulsis filia & alia prædicta, ad personas ipsas servatis gradibus Regnum perveniat, quas præmortuo filii non superstite. In secundo autem casu Regnum ad Romanam Eccleſiam devolvatur, Regnum quoque Siciliæ & Terra prædicta imperio nullo modo subdentur, seu sibi nullo umquam

ANNO 1265. quam tempore in eadem persona quolibet modo venient, & præcise super hoc articulo, tam per pœnas spirituales, quam alias cautiones, cavebitur juxta Ecclesiæ voluntatem, quandocumque Romanus Pontifex duxerit requirendum; cum intentionis sit Romanæ Ecclesiæ, ut Regnum & Terra prædicta nullo umquam tempore imperio uniatur, ut scilicet Romanus Imperator & Siciliæ Rex existat. Quod autem circa unionem ipsorum Regni & Terræ cum imperio dicimus, hoc ipsum circa unionem Regni & Terræ cum Regno Romano, aut Regno Theutoniæ, seu cum Lombardia, seu Tuscia, seu cum majori parte ipsarum Lombardiæ vel Tusciæ intelligimus, & volumus esse dictum.

6. Pro toto vero generali censu octo millia unciarum auri ad pondus ipsius Regni in festo S. Petri, ubicumque Romanus Pontifex fuerit, ipsi Romano Pontifici, & Romanæ Ecclesiæ annis singulis persolventur. Si vero vos vel vestri in dicto Regno heredes quocumque termino non solveritis integre ipsum censum, & expectato per duos menses terminum ipsum immediate sequentes, de illo ad plenum non satisfeceritis, eo ipso eritis excommunicationis vinculo innodati. Quod si in secundo termino infra sequentes duos menses eumdem censum sine diminutione qualibet non persolveritis, totum Regnum Siciliæ ac tota Terra prædicta erunt supposita interdicto. Si vero nec in tertio termino, nec infra duos menses proximos per plenam satisfactionem illius ejusdem census vobis duxeritis consulendum; ita ut tractatis eodem termino tertio & duobus mensibus proxime sequentibus, non sit de octo millibus hujusmodi prædicti termini ipsi Ecclesiæ integrè satisfactum; ab ipsis Regno & Terra ipsorumque jure cadatis ex toto, & Regnum ipsum & Terra ad Romanam Ecclesiam integre & libere revertatur. Si autem de censu octo millium unciarum hujusmodi prædicti termini inter dictos tertium terminum & sequentes duos menses plenarie satisfeceritis, nihilominus semper pro singulis octo millibus unciarum singulorum terminorum, si solummodo in eorum solutione cessaveritis, vel ipsas non solveritis, pœnas similes incurretis, salvis aliis pœnis & processibus, quæ vel qui de jure inferri vel haberi poterunt per Romanum Pontificem in hoc casu.

7. In quolibet etiam triennio dabitis vos & vestri in dicto Regno heredes Romano Pontifici unum palefridum album, pulcrum & bonum in recognitionem veri Dominii eorumdem Regni & Terræ.

8. Adhuc priusquam prædictum Regnum vel tantum de ipso acquisiveritis, vel adhibueritis, quod etiamsi aliquæ ipsius Regni Civitates vel munitiones aut aliqua alia loca adhuc vobis rebellia fuerint, reputemini & possitis ipsius Regni Rex vel Dominus reputari, solvetis Romanæ Ecclesiæ quinquaginta millia marcharum sterlingorum per infrascriptos terminos, scilicet quod infra sex menses postquam dictum Regnum acquisiveritis, prout dictum est, solvetis eidem Ecclesiæ x. millia marcharum sterlingorum, & infra singulos sex menses succesive sequentes solvetis singula x. millia, donec tota prædicta quinquaginta millium summa fuerit integrè persoluta. Quod si vos in hujusmodi terminis illa non solveritis; liberum erit Romano Pontifici contra vos pro singulis terminis ad pœnas spirituales procedere, prout sibi videbitur expedire. Quia, vero sicut in Tractatu negotii actum extitit, tempore quo esset tractatus sive negotium consummandum, Dominus Papa petitionem super remittendis vobis eisdem x. millibus marcharum factam crederet ex parte saltem aliqua, de qua vos teneri sibi ad gratiam deberetis, nolimus quod per præfixionem hujusmodi aliquod in hoc vobis faciet, vobis per gratiam de prædicta summa x. millium marcharum deducatur.

9. Quandocumque autem Romanus Pontifex qui pro tempore fuerit, asserverit, vel dixerit Romanam Ecclesiam indigere, ita quod super indigentia hujusmodi ipsius Romani Pontificis simplici verbo stetur, vos vel vestri in dicto Regno heredes, requisiti ab eo in Urbem, in Campaniam, in Maritimam, in Patrimonium B. Petri, Tusciam, Ducatum Spoletanum, Marchiam Anconitanam, & in præmissam Civitatem Beneventanam, ac ejus territorium & pertinentias quæ remanebunt Ecclesiæ, & omnes Terras alias ipsius Ecclesiæ per Italiam trecentos milites equis & armis bene & decenter munitos & paratos, ita quod unusquisque ipsorum habeat quatuor equitaturas vel tres ad minus in Ecclesiæ prædictæ obsequium & subsidium transmittetis, per tres menses integros in vestris

vel dictorum in Regno heredum sumtibus & stipendiis semel tantum in anno in servitio ejusdem Ecclesiæ maturaturos, mensibus ipsis à die quo iidem milites Terram vestri Dominii vel fines vestri districtus egressi fuerint, per vulgatas dietas & solitas computandis. Quod si maluerit Ecclesia eadem ingruenti necessitate, qua stetur verbo Romani Pontificis, ut dictum est, navali in mari exercitu prædicti milites, debita taxatione & recompensatione præhabita, in navale stolium commutetur. ANNO 1265.

10. Verum prædicta Civitas Beneventana, quam hactenus Romana Ecclesia sibi retinuit, & in suum Domanium & Dominium cum omnibus juribus & pertinentiis reservavit, & totum tenementum Civitatis ejusdem cum finibus ejus antiquis, quos Romanus Pontifex quandocumque semel, cum sibi placuerit, bona fide distinguet, eidem Ecclesiæ & in ejus proprietate libere remanebit, nullo jure nobis, vel cujuscumque cuicumque alii de Regno prædicto seu quolibet reservato. Distinctioni quoque per Romanum Pontificem semel faciendæ, ut dictum est, stabitis absque contradictione seu refragatione quacumque, prout ipsa distinctio per Apostolicas Litteras apparebit.

11. Pro prædicta quoque Civitate Beneventana hac vice reficienda per Beneventanos, exponetis per septennium pro lignaminibus omnia nemora ipsorum Regni & Terræ, & omnem materiam ad ædificia opportuna, puta lapides, avenam quæ Puteolana vocatur, cæmentum & similia, sine præjudicio juris singularum personarum ad unam dietam prope Beneventum.

12. Præstabitis etiam ipsis securitatem per totum Regnum & Terram prædictam; nisi in terra vestra de novo delinquant, propter quod ad vos de jure justitia pertinebit.

13. Privilegia insuper dictæ Civitatis à Regibus & Principibus concessa illibata servabitis. Omnia statuta per FRIDERICUM olim Romanum Imperatorem, seu quoscumque alios Reges Siciliæ facta contra libertatem Civitatis ejusdem revocabitis in omnibus, & per omnia quæ libertatis fuerint ceteris regnicolis, purificabitis illa, nec aliqua Statuta seu aliquas Leges condetis inposterum, per quæ dictæ Civitati directe vel indirecte possit præjudicium generari, ac pro Apostolicæ Sedis & B. Bartholomæi patroni Civitatis ejusdem reverentia, fidancias ab omnibus remitti facietis & remittetis eisdem. Fidantiarum autem remissio est concessio libertatis, ut Cives Beneventani possint libere proprias vineas & Terras excolere, ipsarumque fruges & fructum colligere, & easdem vineas ac Terram vendere, & de ipsis pro sua voluntate disponere sine aliqua exactione vel munere vel etiam datione. Vos autem & vestri in Regno Siciliæ heredes in dicta Civitate ac ejus territorio & pertinentiis quæ remanebunt in Ecclesia vel Urbe, seu Campania vel Maritima, seu in Ducatu Spoletano aut Marchia Anconitana, aut in Patrimonio B. Petri in Tuscia sive aliquibuscumque Terris aut Dominiis, sive feudis ipsius Ecclesiæ ubilibet constitutis, ex successione vel legato aut conditione sive donatione, aut alio quocumque jure, vel titulo, seu contractu, nihil umquam vobis acquiretis vel vindicabitis, seu poteritis acquirere vel quolibet modo vindicare; & nihil umquam recipietis, habebitis, & retinebitis: seu poteritis recipere, habere vel retinere, ac nullam Potestariam, Capitaneam vel Rectoriam; nullum alium honorem, dignitatem, seu potestatem senatoriam, aliam administrationem vel commendam, nec quodcumque officium recipietis, seu recipere poteritis, habebitis, vel retinebitis, seu habere vel retinere poteritis in eisdem. Hoc autem intelligimus de illis heredibus vestris qui vobis in eodem Siciliæ Regno succedent. Nolumus enim quod delictum vobis in Comitatibus & aliis Terris vestris in pœnam heredis, qui est vobis successurus in Regno aliquatenus extendatur. Ne vero hujusmodi alii heredes vestri contra ea, quæ continentur in isto Articulo, forsan aliquo tempore venire præsumant, acquirendo vel vindicando, aut recipiendo, vel habendo seu retinendo aliquid in Terris in Articulo ipso expressis; vel recipiendo, habendo, seu retinendo in eisdem Terris Potestariam seu Capitaniam, vel aliquid aliud de his quæ articulo continentur eodem, sic semper hoc duximus concedendum, ut videlicet nulli etiam hujusmodi aliorum heredum vestrorum nullo umquam tempore liceat sibi quicquam in eisdem Terris acquirere vel vindicare, recipere, habere vel retinere Potestariam, sive Capitaniam vel Rectoriam aut aliquid aliud ex his quæ, prout

ANNO 1265. dictum est, in eodem Articulo plenius exprimuntur. Quicumque autem ipsorum secus præsumserit, eo ipso excommunicatus existat, nec ipse, nec ejus posteri in perpetuum possint in eodem Regno succedere, si eis in casu aliquo hujusmodi succesio devolveretur; sed ab illo repellatur omnino, & nihilominus qui hujusmodi Regni gubernacula possidet, Romano Pontifici contra eum potenter assistere teneatur. Si vero vos vel vestri in Regno heredes prædictam Beneventanam Civitatem, Territorium, vel pertinentias ejus, quæ remanebunt Ecclesiæ, vel aliquam partem earum, aut Campaniam, aut Maritimam, seu Urbem aut Ducatum Spoletanum, vel Marchiam Anconitanam, sive Patrimonium B. Petri in Tuscia, aut alias quascumque Terras Romanæ Ecclesiæ ubilibet constitutas occupaveritis, vel occupari feceritis, aut molestari; & postquam super hoc à Romano Pontifice moniti vel requisiti fueritis, vel commode moneri aut requiri nequiveritis juxta ipsius Romani Pontificis assertionem vel dictum, postquam de hoc tempore publice aut solemniter vos monuerit infra tres menses non restitueritis integre omnia occupata, eo ipso ab ejusdem Regni Siciliæ & Terræ jure cadatis totaliter, ipsaque Regnum & Terram prorsus amittatis, & hæc ad Romanam Ecclesiam libere devolvantur.

Quod si etiam restitueritis occupata, nihilominus ad plenum de universis injuriis & damnis illatis ad mandatum ejusdem Romani Pontificis satisfacere teneamini, alii quoque heredes vestri, videlicet qui vobis non succedent in Regno, occupare vel facere occupari easdem Terras Romanæ Ecclesiæ, vel molestare & molestari facere super illis eamdem Ecclesiam non attentent. Illi vero qui secus attentaverint, præmissas pœnas, ut videlicet eo ipso sint excommunicati, & tam ipsi quam eorum posteritas in perpetuum ad succesionem prædicti Regni, si aliquando forte casu ejusdem succesio devolvetur ad illas, nullatenus admittantur, incurrant; & Rex Siciliæ qui tunc erit, teneatur assistere Romano Pontifici contra ipsos, prout superius est expressum.

14. Sane omnibus Ecclesiis tam Cathedralibus quàm aliis Regularibus & quibuslibet Religiosis, sæcularibus nec non omnibus Prælatis & Clericis, ac universis personis Ecclesiasticis, sæcularibus & regularibus, & quibuslibet Religionis locis plenarie dimittentur & restituentur integre omnia bona eorum immobilia à quibuscumque ablata vel occupata sint, & per quoscumque detineantur. Mobilia vero quæ extant & poterunt inveniri simili modo restituentur eisdem. Hæc autem restitutio fiet absque contradictione vel difficultate qualibet, sicut nanciscemini prædictorum Regni Siciliæ & Terræ possessionem, hoc modo, scilicet quod statim in illa parte ipsorum Regni & Terræ quæ vobis obediet restitutio ipsa fiet, ipsaque succesive consummabitur, sicut eadem Regnum & Terra habebuntur. Ne autem super his rebus restituendis ingeri possit aliqua difficultas, deputabuntur à Romano Pontifice aliqui juris discreti, ad quorum mandatum & arbitrium jurium & rerum immobilium & mobilium quæ extant restitutio plenè fiat: ita quod de his de quorum Dominio vel proprietate seu possessione notorium fuerit, ad eorum mandatum & arbitrium mox reddentur. In dubiis vero per ipsos de plano & absque strepitu judicii veritas diligentius inquiretur. Sufficit enim vocari Cam. seu Baillium, in cujus Jurisdictione vel Ballivia seu Territorio bona, de quibus agetur, consistant, ad videndum jurare testes, qui in hujusmodi inquisitione deponent.

15. Omnes insuper Ecclesiæ tam Cathedrales quam aliæ Regulares & Sæculares, nec non & omnes Prælati & Clerici, & omnes personæ Ecclesiasticæ Seculares & Religiosæ, & quæcumque religionis loca cum omnibus bonis suis in electionibus, postulationibus, nominationibus, provisionibus & omnibus aliis plena libertate gaudebunt, nec ante electionem sive in electione vel post, assensus vel consilium aliquatenus requiretur. Quam utique libertatem vos & vestri in prædicto Regno heredes semper manutenebitis & conservabitis & manuteneri facietis quod in omnibus aliis plena libertate gaudebunt, nec ante electionem sive in electione vel post regius assensus vel consilium aliquatenus requiretur. Quam utique libertatem vos & vestri in prædicto Regno heredes semper manutenebitis & manuteneri facietis ab omnibus Subditis vestris, dictæque Ecclesiæ ac personæ utentur libere omnibus bonis & juribus suis, salvo vobis & vestris in Regno heredibus jure patronatus in Ecclesiis in tantum quantum vel antiqui Reges Siciliæ hujusmodi jus patronatus in ipsis Ecclesiis habuerint. ANNO 1265.

16. Omnes etiam causæ ad Forum Ecclesiasticum pertinentes libere & absque ullo impedimento agitabuntur, tractabuntur & ventilabuntur coram ordinariis & aliis Ecclesiasticis Judicibus, & terminabuntur per eos. Et si ad Sedem Apostolicam super hujusmodi causis appellari contigerit, tam appellantes quam appellati ad eamdem venire Sedem pro appellationum exequutionibus libere & absque aliqua inhibitione permittantur.

17. Sacramenta vero fidelitatis præstabuntur secundum antiquam & rationabilem consuetudinem, prout Canonica Statuta permittunt, ab illis Ecclesiarum Prælatis, quorum prædecessores antiquis illa Siciliæ Regibus præstiterunt. Ab illis autem Prælatis Ecclesiasticis, qui temporalia sive regalia bona tenent, si qui tamen sunt, qui hujusmodi bona tenent à Domino Rege vel aliis Dominis temporalibus, & qui hujusmodi ratione bonorum ab antiquo consueverunt Regibus & ipsis Dominis temporalibus servitia exhibere, hujusmodi honesta & antiqua servitia eis secundum rationabilem & antiquam consuetudinem, & sicut antiqua patiuntur canonica Statuta impendantur, salva semper circa Ecclesias Cathedrales & alias Regulares & Seculares ac personas & loca Ecclesiastica, tam in faciendis provisionibus & electionibus confirmandis, quam in omnibus quibuscumque aliis, Romani Pontificis & Ecclesiæ Romanæ jurisdictionibus ac auctoritate plenaria & libera potestate. Revocabitis quoque omnes Constitutiones seu Leges per dictum FRIDERICUM vel per Reges Siciliæ, seu per CONRADUM ipsius Friderici filium, aut MANFREDUM Principem Tarentinum, qui de facto retinet ipsum regnum occupatum, editas, contra Ecclesiasticam Libertatem, nec Statuta vel conditiones aliquas ederis, aut etiam promulgabitis, per quæ Juri aut Ecclesiasticæ Libertati derogetis.

18. Promittetis etiam quod nullus Clericus vel persona Ecclesiastica eorumdem Regni & Terræ in civili vel criminali causa convenietur coram Judice sæculari, nisi super feudis judicio petitorio conveniatur civiliter, sed omnes personæ Ecclesiasticæ omnimodè erunt liberæ, & in nullo Regi vel Principi subjacebunt.

19. Nullas insuper tallias vel collectas imponetis Ecclesiis, Monasteriis, Clericis & nostris Ecclesiis vel rebus eorum, & in Ecclesiis vacantibus, vos vel vestri in Regno heredes nulla habebitis regalia, nullosque fructus, redditus & proventus, nullas obventiones, ac nulla prorsus alia percipietis ex iisdem, custodia earumdem Ecclesiarum interim libere remanente penes personas Ecclesiasticas juxta Canonicas Sanctiones.

20. Comites vero, Barones, Milites, & universi homines totius Regni & Terræ prædictæ vivent in ea libertate, & habebunt illas immunitates, illaque Privilegia, ipsisque gaudebunt, quas & quæ tempore claræ memoriæ GUILLELMI II. Siciliæ Regis, & aliis antiquis temporibus habuerunt.

21. Omnes exsules Regni Siciliæ & Terræ prædictæ, cujuscumque conditionis existant, ad mandatum Ecclesiæ reducantur in Regnum & prædictam Terram. Ipsisque de bonis & juribus eis debitis restitutio plena fiet, in hujusmodi autem restitutione secundum prædictam formam in capite de bonis Ecclesiasticis tuendis contentam tam in notoriis quam in dubiis procedetur; omnesque captivos & obsides, qui tenentur in Regno & Terra prædictis, Romanos regnicolas, & alios de Terra Ecclesiæ, Tuscos & Lombardos & illos de Marchia Tarvisina bona fide restituetis libertati pro posse.

22. Heredibus vero quondam RICHARDI Comitis Sorani germani felicis recordationis INNOCENTII Papæ IV. jus quod in Comitatu Sorano & aliis Ecclesiæ Romanæ fidelibus illud in aliis Comitatibus & bonis, si qua eis in Regno & Terra prædictis à Regibus & Principibus concessa obtinent, erit salvum, nec per præsentem ipsorum Regni & Terræ cessionem Comitatuum sic concessorum eorumdem cuique ad proprietatem seu possessionem præjudicium generetur, regio in his omnibus jure salvo.

23. Nullam etiam confœderationem vel pactionem, seu societatem cum aliquo Imperatore, vel Rege, vel Principe, seu Barone Saraceno, Christiano, vel Græco, aut cum aliqua Provincia seu Civitate aut Communitate vel loco aliquo scienter contra Romanam Ecclesiam, vel in damnum Ecclesiæ facietis; & si feceritis ignoranter, teneamini ad mandatum Ecclesiæ revocare.

24. Habeatis autem mille ad minus Ultramontanorum

ANNO 1265. rum militum comitivam: quorum quilibet equitaturas quatuor ſecum habebit. Habebitis etiam trecentos baliſtarios & tot alios bellatores, quot ad proſecutionem negotii fidei ſufficere videtur, & uſque ad annum à præſenti die computandum ſic muniti cum tota veſtra hujuſmodi comitativa eſſe teneamini, & ſitis extra fines Comitatus Provinciæ verſus Italiam vel in Italia; & ex tunc infra tres menſes immediate ſequentes eſſe teneamini, & ſitis in Terris contiguis Regno Siciliæ, niſi forſitan in Italia hoſtium obſtaculo impediamini vel occurſu, quorum impugnationem & debellationem quamdiu taliter muniti perſeveranter inſtiteritis, intelligamini negotium proſequi, nec vobis tempus prædictum trium menſium currat. Quod ſi vos ſic muniti uſque ad hujuſmodi annum non fueritis extra fines prædicti Comitatus; vel ſi infra eoſdem tres menſes tali non præpediti obſtaculo non fueritis in Terris eiſdem Siciliæ Regno conterminis cum comitiva hujuſmodi conſtituti, vel in quocumque caſu proſecutionem negotii opportunam non impendentibus operam in eiſdem Terris conterminis dicto Regno infra ipſos tres menſes non fueritis ſic muniti, liberum erit Romano Pontifici ac in poteſtate remanebit ipſius, dicere, pronunciare, vel proferre in ſcriptis vel ſine ſcriptis, de conſilio vel ſine conſilio fratrum, vobis aut alio etiam quocumque cujus forſitan intereſſet non vocatis, & abſque omni juris ſolemnitate, collationem, conceſſionem, inveſtituram, vobis & heredibus veſtris de Regno & Terra prædictis factas, vacuas omnino eſſe, nullumque robur vel valorem habere, ac eas revocare, caſſare, irritare, ac ipſas caſſas & irritas nunciare.

25. Liberum quoque erit eidem Romano Pontifici hoc idem facere, ſi, quod abſit, vel longa præpediti valetudine vel morte præventi dictum negotium juxta eamdem formam non aſſumſeritis, vel aſſumtum non fueritis proſecuti, niſi forte talis perſona & tam idonea juxta formam eamdem vices veſtras vel veſtrorum heredum in hac parte ſuppleverit, quæ merito ad hoc ſufficere & poſſit & debeat à Romana Eccleſia reputari. Quod ſi forte vos aliquo impedimento fueritis irretiti, & hoc ſignicaveritis Romano Pontifici, in poteſtate remanebit ipſius dicere, pronunciare & approbare & proferre juxta formam in capitulo ipſo contentam collationem, conceſſionem & inveſtituram hujuſmodi vobis & heredibus veſtris factas de Regno & Terra prædictis vacuas omnino eſſe, nullumque valorem & robur habere ac eas revocare, caſſare & irritare, & ipſas caſſas & irritas nunciare, vel talem perſonam & tam idoneam aſſumere vel admittere ad dictum negotium, quæ merito ab ipſo ſufficiens reputetur. Deinde omnes præmiſſas conditiones, quæ in perſona veſtra apponuntur, circa veſtros etiam in dicto Regno heredes & ſucceſſores intelligimus & volumus eſſe dictas, ſalvis omnibus quæ circa alios heredes ordinata conſiſtunt, prout ſuperius eſt expreſſum.

26. Vos etiam dabitis privilegium veſtrum Domino Papæ ac Romanæ Eccleſiæ, ac bulla aurea bullatum, in quo proprio juramento fatebimini & cognoſceris expreſſè Regnum Siciliæ & totam Terram quæ eſt citra Pharum uſque ad confinia Terrarum Romanæ Eccleſiæ, excepta Civitate Beneventana cum territorio & pertinentiis ejus, quæ Eccleſiæ remanebit eidem, ex ſola gratia & mera liberalitate Sedis Apoſtolicæ vobis veſtriſque heredibus de novo fore conceſſa, voſque recepiſſe ac tenere Regnum & Terram hujuſmodi a dicta Romana Eccleſia ſub pactis & conditionibus ſupradictis. Ut autem prædicti negotii conſummatio, & hæc noſtra collatio, conceſſio & inveſtitura, ac revocatio, ac alia præmiſſa illibata perpetuo maneant & inconcuſſam ſemper obtineant firmitatem, præſens Inſtrumentum, ſeu præſentes Litteras Sigillorum noſtrorum munimine roboratas vobis duximus concedendas. Actum Romæ apud Lateranum in baſilica S. Salvatoris, quæ appellatur Conſtantinaria, ante ſacratiſſimum altare ipſius Baſilicæ IV. calendas Julii anno Domini MCCLXV. Pontificatus vero prædicti CLEMENTIS Papæ IV. anno primo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii per manum Magiſtri Michaëlis de Tholoſa S. R. E. Vice-Cancellarii II. nonas Novembris indictione nona, Incarnationis Dominicæ MCCLXV.* Pontificatus vero Domini Clementis Papæ IV. anno primo.

CXXXIX.

ANNO 1266. 29. Nov.

Inſtrumentum publicum de Inveſtiturâ Syndicis & Hominibus Civitatis Hyppioregiæ *factâ per* GUILLELMUM *Marchionem* Montisferrati *de bonis ipſorum illi anteà certis conditionibus donatis. Actum in Caſtro Clevaxii die Lunæ 2. exeuntis Novembris Anno* 1266. *Indictione IX.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantouë.]

ANno Dominicæ Nativitatis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto Indictione Nona die Lunæ ſecundo exeuntis Menſis Novembtis. In Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti Amen. Cum Comune & Homines Hyppórigiæ contuliſſent in Dominum Gulielmum Illuſtrem Marchionem Montisferrati pro ſe & ejus heredibus Contile, & Jurisdictionem, merum ac mixtum Imperium Civitatis ejuſdem, & diſtrictus, ſive ipſi Civitati competentes, & competitura, & pacem, & guerram, exercitus, & Cavalcatas in Hypporigia, & hominibus Hypporigiæ, & diſtrictus, & eis pertinentibus, & ſubjectis . . . . auctoritatem imponendi Poteſtates, & Rectores in ipſa Civitate, & diſtrictu, dando eisdem pro Salario ſingulis annis libras ducentas Aſtenſium Planorum & contuliſſent eidem Domino Marchioni pro ſe & heredibus ejus Pedagia, gabellam, bamna, pœnas & mutas datas, ſive judicaturas, & alios proventus, Caſtra etiam, & res omnes, & jura Comuni prædicto, & eidem Civitati pertinentes, & pertinentia quoquomodo & homines dictæ Civitatis eidem Domino Marchioni feciſſent homagium pro ſe, & heredibus, & de rebus ſuis, hominibus, & juribus univerſaliter, & ſingulariter eidem Domino Marchioni donationes, & conceſſiones feciſſent. Ecce quod Domini Martinus de Prato, Petrus de S. Andrea, Jacobus Lege Maredonius de Solerio; ac Ugonus de Sollaco, & Jacobus Perlottus Syndici Communis & Hominum Hypporigiæ, ut apparet per Cartam atteſtatam factam per me Ottinum de Guatacio Notarium publicum infraſcriptum ſub prædicta Incarnatione, & Indictione die Martis octavo exeuntis Menſis Novembris, vice, & nomine dicti Comunis, & nomine proprio ac omnium & ſingulorum dictæ Civitatis, & diſtrictus ejuſdem confitentes omnia, & ſingula prædicta vera eſſe eorum proprio nomine, & dicti Comunis, & ſpontanea voluntate laudaverunt, approbaverunt; conceſſerunt, ac ratificaverunt omnia prædicta, & ſingula eorum proprio nomine & dicti Comunis, & prædictorum omnium, & ſingulorum Civitatis ejuſdem, & diſtrictus, & ſupplicaverunt eidem Domino Marchioni nominibus antedictis, quod dignaretur homagium, ad fidelitatem, & Vaſſalagium reducere, & ſibi hoc eſt ipſi Domino Marchioni pro ſe, & hæredibus ſuis integraliter, & in ſolidum conceſſis & re . . . . . pœnis, & mutis, & bamnis homicidiorum, ferutarum, Incendiorum, & furtorum, ac rapinarum, & injuriarum illatarum, vel . . . . . in Poteſtates, ſeu Rectores dictæ Civitatis, & diſtrictus, & etiam in Milites & Judices & familiam eorundem medietatem aliarum pœnarum, Mutarum, ſeu Bamnorum, datarum, ſive judicaturarum, & medietatem Pedagiorum, & Gabellæ eidem Domino Marchioni conceſſarum a Comuni jam dicto eisdem Sindicis nomine dicti Comunis & ipſi Comuni concedere debeat in Fendum gentile, ſalvo tamen quod Dominus Marchio redditus ipſius gabellæ habeat integraliter hinc ad annum & res omnes ſingularium hominum eidem Domino Marchioni donatas ſeu conceſſas eiſdem donatoribus infendare, & in feudus gentile concedere dignaretur, ſine ſupradictis Sindicis eorum nomine, & nomine prædictorum, ita tamen quod liceat eisdem ſingularibus hominibus de Hypporigia, & diſtrictu res prædictas, quas petunt ſibi in feudum concedi, ut poſſint venderé, donare, & alienare, tam inter vivos, quam in ultimis voluntatibus ſalvo jure Domini Marchionis, & heredum ipſius, videlicet in perſonas dicti loci, & diſtrictus, ſeu in aliis ſubjectis Domino Marchioni, quæ perſonæ eodem modo eaſdem res tenere debeant in feudum ab ipſo Domino Marchione, & de ipſis eidem fidelitatem facere cum placeat eidem Marchioni, & quod eis prædicto nomine concedatur, quod prædicti homines de Hypporigia, & diſtrictus poſſint donare, & legare pro animabus ipſorum, & remedio peccatorum ſuorum uſque ad tertiam

ANNO 1266. partem libere, & si forte ultra donarent vel legarent & videretur Domino Marchioni, quod esset in fraudem, quod Dominus Marchio revocare possit, & infringere id, quod ultra donatum, vel relictum esset, nisi donatarius vel legatarius probare posset, quòd bona fide facta fuisset dicta Donatio, vel Legatum, & quod dictus Dominus Dominus Marchio concedat, quod sicut Masculi succedunt in feudis, sic & Mulieres succedere possint sicut fit in Allodiis, & consuevit fieri, etiam Masculis existentibus, & quod possint facere Statuta ad eorum voluntatem, super quibus Potestates, & Rectores jurare debeant, & ea observare, salvis semper præceptis omnibus, & voluntatibus Domini Marchionis, contra ejus præcepta & voluntatem non valeant aliqua Statuta. Qua petitione seu supplicatione facta Domino Marchioni memorati Sindici nomine dicti Communis, & prædictorum omnium, & singulorum iterato resignarunt prout melius potuerunt in manibus Domini Marchionis omnia prædicta bona, & jura tam Comunis, quam singulorum hominum, & in ipsum Dominum Marchionem penitus transtulerunt, quoad Dominium, & possessionem, & quasi, cedentes sibi omnia jura sua, & dicti Comunis, & hominum singulorum ex causa donationis, & concessionis prædictæ & præsentis, & pro bono, & utilitate, & deffensione Civitatis Hypporigiæ & districtus, & hominum prædictorum, & dicti Comunis se se & ipsum Comune, & homines singulares prædicta omnia & singula nomine dicti Domini Marchionis possidere, & quasi possidere, Qui Dominus Marchio volens dictis Sindicis nomine dicti Comunis, & proprio ac etiam nomine singulorum Civitatis ejusdem, & districtus facere grariam spetialem, concessit prædicta in omnibus, & per omnia secundum formam dictæ petitionis, seu petitionum, quam diu dicti Sindici, & Comune, & homines dictæ Civitatis, & districtus eidem Domino Marchioni, & ejus heredibus fideles extiterint, & observaverint omnia, & singula supradicta, & omnia & singula eidem Domino Marchioni concessa secundum prædicta, & secundum tenorem Instrumenti scripti seu abreviati manu Maynfredi cui dicitur Macarius Notarius eodem Anno, & Indictione die Veneris decimo Octavo Mensis Junii, salva tamen gratia & concessione inferius & superius concessis. Unde facta solemni rassignatione, & translatione plenissima in ipsum Dominum Marchionem de omnibus bonis, tam Comunis quam singulorum hominum & possessiones ipsorum, & quasi, dictus Dominus Marchio eosdem Sindicos, ut supra eorum nominibus, & dicti Comunis, & prædictorum de omnibus prædictis secundum formam petitionum gentiliter, & in gentile feudum investivit per se, & heredes suos, & dictum Homaggium ad Vassalaggium, seu fidelitatem reduxit, & qui Sindici eorum nominibus & prædictorum omnium, & singulorum & suorum heredum receperunt in feudum gentile in Masculos, & fœminas prædicta a prædicto Domino Marchione donata ipsi Domino Marchioni ab ipsis omnibus singularibus personis, & medietatem pænarum sive mutarum infrascriptarum, & bamnorum, & datarum, seu judicaturarum, pedagiorum, & gabellæ nomine dicti Comunis concessam, seu petitam ab ipso Domino Marchione nomine dicti Comunis in gentile feudum receperunt. Salvis eisdem Domino Marchioni Castris, & ceteris omnibus aliis, & singulis a Comuni prædicto, & hominibus collatis, & donatis prædicto Domino Marchioni, vel ab eo acquisitis. Confitentes, & protestantes dicti Sindici nomine dicti Comunis, & omnium & singulorum prædicti loci, & districtus, quod Comune, & homines Hypporigiæ concesserunt ipsi Domino Marchioni, & adhuc de novo concedunt jus faciendi Castra, & Fortalitias, & munitiones in Civitate Hypporigiæ, & districtu ad suam voluntatem ubicunque voluerit, & licet alias concesserint, & in prædictum Dominum Marchionem contulerint Castrum Francum, & Villam, iterum dictum Castrum cum Villa, & hominibus, & plena Jurisdictione, & imperio, & territorio, & ceteris juribus eidem Comuni pertinentibus integraliter cum fodris, bamnis, & cereris exactionibus, salvis futis, & debitis redditibus hominum Hypporigiæ & habitantium in Hypporigia, quos & quæ possint habere, & percipere sicut consueverunt, salvis prædictis pactis, & concessionibus. De debitis vero & obligationibus, & delictis civilibus, & criminalibus ordinariis, & extraordinariis reddatur & fiat jus sub Potestate Hypporigiæ vel Castellano dicti Castri, videlicet ibi, ubi factus fuisset contractus vel obligatio, seu crimen commissum, & hoc tam de præteritis, quam futuris. Hoc salvo addito expresse de comuni voluntate, quod non liceat dicto Comuni Hypporigiæ, vel hominibus dicti loci, vel districtus facere juram, conspirationem, pacem seu guerram, vel amicitiam cum aliquo Comuni, vel Universitate, Comite, vel Barone, vel Clerico seu Laico sine voluntate expressa dicti Domini Marchionis, vel ejus heredum. Promittentes nominibus, quibus supra, per se, & suos hæredes prædicto Domino Marchioni pro se & ejus heredibus stipulanti sub pæna totius feudi, & damnorum, & expensarum & interesse restitutione, & sub obligatione bonorum suorum attendere & observare integraliter omnia & singula suprascripta, & omnia, & singula, quæ continentur Instrumento superius nominato, salva tamen gratia, & concessione in præsenti Instrumento concessis, ipsa gratia præscripta non observantibus prædicta non profit, sed observantibus, profit. Et promiserunt eidem Domino Marchioni sub obligatione prædicta quod erunt fideles eidem Domino Marchioni, & ejus heredibus in perpetuum sicut boni Vassali Domino suo tam ipsi quam sui heredes, & quod attendent, & observabunt omnia, & singula, quæ in sacramento fidelitatis continentur, quæ si non facerent, vel contravenirent in toto, vel in parte confitentur dicti Sindici illos, qui contrafacerent, vel non observarent, esse proditores, atque perjuros, & infideles & eos obligant tanquam perjuros, & proditores, atque infideles & Deum, & Beatam Virginem Mariam, & omnes Sanctos, & Sanctas, & virtutes Dei ponunt in auxilium Domini Marchionis & in damnum & detrimentum ipsorum non observantium tam animarum quam corporum. Concedentes eidem Domino Marchioni pro se, & ejus heredibus, quod ipse pro se & ejus homines amicos & fideles illos capere possit, & punire in personis & rebus, ubicumque voluerit tamquam suos proditores, & malos homines ad quæ omnia se se, & Comune Hypporigiæ & personas prædictas, & bona ipsi Domino Marchioni spetialiter obligaverunt. Renuntiando conditioni sine causa & ex injusta causa, & doli, & in factum, & Legi dicenti donationem non valere sine insinuatione ultra quingentos aureos sive soldos, & ne possint dicere hunc Contractum ipso jure fore nullum, & beneficium in integrum restitutionis, & omni Juri, & Legi scriptæ, vel non scriptæ & Consuetudini pro eis introductis: promittentes per stipulationem nomine dicti Comunis, & Hominum Hypporigiæ & districtus prædicto Domino Marchioni, ut hæc omnia, & singula facient, & curabunt cum effectu iterum concedi, & confirmari per totam credentiam majorem & contionem Comunis Hypporigiæ & etiam de ore ad os, & per singulas domos omnium, & singulorum de Hypporigia ad voluntatem Domini Marchionis, & quod ea jurabunt, & jurari facient per Sta. Dei Evangelia, & firmabunt, prout firmare poterunt ad consilium unius, vel plurium sapientum electorum ab ipso Domino Marchione, & teneatur Comune Hypporigiæ facere, & jurare, & renovare fidelitatem prædicto Domino Marchioni ad voluntatem & præceptum ipsius Domini Marchionis, quoriescunque sibi placuerit, & ejus heredibus. Qui Dominus Marchio promisit dictis Sindicis eorum, & prædictorum nomine personas dictæ Civitatis & districtus, & eorum feudum prædictum deffendere ab omni persona, & personis, Comuni, & Universitate pro toto suo posse, & sub obligatione bonorum suorum & de juribus prædictis superius declaratis secundum tenorem dictarum petitionum datis, seu concessis per dictum Dominum Marchionem. Ipse Dominus Marchio cum baculo uno, quem suis manibus tenebat investivit dictos Sindicos eorum, & prædictorum nomine gentiliter, & per gentile feudum & ipsi Sindici incontinenti eorum nomine, & nomine dicti Comunis ipsi Domino Marchioni fidelitatem jurarunt, & promiserunt attendere, & observare omnia & singula quæ in sacramento fidelitatis continentur, & omnia alia prædicta. Et de prædictis dictus Dominus Marchio, & dicti Sindici eorum, & prædictorum nomine præceperunt mihi Ottino de Guatacio Civi Hypporigiensi publico infrascripto, & Maynfredo cui dicitur Macarius Notarius fieri unum, & plura Instrumenta unius tenoris, Actum in Castro Clevaxii. Interfuerunt testes Dominus Guilielmus Archidiaconus Hypporigiensis Dominus Gradius de Riparia, Dominus Sidonius, & Dominus Bonifatius de Sto. Georgio, Dominus Arducio de Fronte, Dominus Bastardius de Monteferrato, Frater Agnelinus, & Frater Homarius de Ordine Fratrum Minorum. Dominus Bergontius de Sto. Nazaro, Dominus Rosinus Bagarius, Dominus Raynaldus de Sto. Sebastiano, Dominus Obertus de Platea de Asti Judex, Dominus Otto Pelizonus de Taur. Judex, Dominus Ghirardus

ANNO 1266.

Mos-

ANNO 1266. Moſcardus Judex, Dominus Monacus de Pinarolio Judex, Dominus Beterinius de Commentina, Dominus Fredericus de Pontonibus Judex. Johannes de Fronte, Guerinus de Gattinaria, Magiſter Petrus Phiſicus, qui habitat in Clivaxio, Raymondinus de Candia, Jacobus Caliandus, Ant. Kairaſchus Johanninus de Gignoſa de Hypporigia, & Bonellus Johannes de Hypporigia, & alii plures.

L. H. T. Ego Ottinus Notarius Civis Hypporigiæ, quondam Domini Bonifatii Guatacii, prædictis interfui & rogatus hanc Cartam tradidi, & ſcripſi ſicut ſuperius continetur.

Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor. Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi hac die 27. Junii. 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 28. Junii. 1720.

CXL.

1267. 4. Juin. *Literæ* CLEMENTIS *Papæ IV. ad* CAROLUM *Siciliæ Regem, quo, ſolio Cæſareo vacanti, eum Vicarium Imperii in partibus Tuſciæ conſtituit. Datum Viterbii, 2. Non. Junii Pontificatus ſui Anno III.* [Nova eaque plena Aſſertio Juris quod Cæſ. Maj. & S. Imperio in Magnum Tuſciæ competit Ducatum. Append. pag. 67. Ex Raynaldo. On la trouve auſſi dans THOMÆ FRITSCH Exercitatio Juris publici, de Jure Imperii in Magnum Ducatum Etruriæ. In Append. pag. 3. Lit. C. & dans *Recherche de la verité du* Memoire ſur la *Liberté de Florence.* In Append. pag. 2.]

CLemens &c. chariſſimo in Chriſto filio, Carolo, Illuſtri Regi Siciliæ, ſalutem, & cum Te in partibus Tuſciæ, *Romano ſubjectis Imperio nunc vacanti*, pacis conſtituerimus per Noſtras ſub certa forma Literas ſervatorem, in eisdem tibi Paciarii ſeu pacis ſervatoris officium committentes; dictum officium, & omnia in eisdem Tibi conceſſa Literis, cæteraque ad hujuſmodi ſolidationem negocii pertinentia, ea te lege volumus tantummodo uſque ad triennium obtinere, *quod ſi forſan Imperatorem vel Regem Romanorum a Sede Apoſtolica approbatum infra prædictum tempus regnare contigerit*, aut per Sedem eandem prædictum Tibi officium interdici, Tu amplius eodem officio ultra menſem poſt interdictum hujuſmodi non utaris; & ſi contrarium feceris, eo ipſo perſonam Tuam excommunicationis, Terram vero interdicti ſententiis, quas propter hoc ex nunc ferimus, decernimus ſubjacere. Dat. Viterbii II. Non. Junii Pont. Noſtri anno III.

CXLI.

1268. 16 Fevrier *Epiſtola* CLEMENTIS *Papæ IV. ad C. Regem* SICILIÆ, *quâ eum* Imperii Vicarium *in Tuſciâ conſtituit. Datum Viterbii 15. Calendas Martii Anno Pontificatûs ſui IV.* [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. II. col. 587.]

A Multo tempore ſciſſuris variis Provinciam Tuſciæ laceratam ad pacem reducere cupientes Te cujus in majoribus longè negotiis fidem probavimus & induſtriam, in ipſius Tuſciæ finibus Romano ſubjectis imperio, dudum conſtituimus Paciarium; ſed cum pacis filios in diverſis Civitatibus & locis earum partium non inveneris, immò potius turbatores, ne officii commiſſi tenuitas noſtrum poſſit propoſitum & tuum impedire proceſſum, nos qui fluctuantis Imperii curam gerimus, te Vicarium ipſius Imperii in dictis partibus conſtituimus generalem. Confortare igitur, fili cariſſime, & eſto robuſtus, & ſic ſtude quod injungitur exequi, ut qui pacem diligunt, pacem habeant, & qui eam turbare voluerint, ejus beneficio careant, damnaque propria culpa ſenſerint, non utique nobis aut tibi, ſed temerariis ſuis auſibus adſcripturi. Datum Viterbii XV. calendas Martii anno IV. ANNO 1268.

CXLII.

Pragmatica Sanctio a Sancto LUDOVICO *Francorum Rege ordinata pro conſervatione Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ Menſe Martio* 1268. [DU TILLET, Recueil des Rois de France, aux Memoires ſur les Libertez de l'Egliſe Gallicane, ſur une Copie tirée, *dit-il*, des anciens Regiſtres, & imprimée es plus viels ſtiles du Parlement l'an 1515. pag. 356. Cette Piece ſe trouve auſſi dans les *Preuves des Libertez de l'Egliſe Gallicane*, Tom. I. pag. 558.] Mars

LUdovicus Dei Gratia Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam, pro ſalubri & tranquillo ſtatu Eccleſiæ Regni noſtri nec non pro divini cultus augmento & Chriſti fidelium animarum ſalute, utque gratiam & auxilium omnipotentis Dei (cujus ſolius ditioni ac protectioni Regnum noſtrum ſemper ſubjectum extitit, & nunc eſſe volumus) conſequi valeamus, quæ ſequuntur, hoc Edicto conſultiſſimo in perpetuum valituro ſtatuimus & ordinamus.

I. Primo, ut Eccleſiarum Regni noſtri Prælati, Patroni & beneficiorum collatores ordinarii jus ſuum plenarie habeant, & unicuique ſua Jurisdictio ſervetur.

II. Item Eccleſiæ Cathedrales, & aliæ Regni noſtri, liberas electiones, & earum effectum integraliter habeant.

III. Item Simoniæ crimen peſtiferum Eccleſiam labefactans, à Regno noſtro penitus eliminandum volumus & jubemus.

IV. Item promotiones, collationes, proviſiones, & diſpoſitiones Prælaturarum, dignitatum & aliorum quorumcumque beneficiorum & officiorum Eccleſiaſticorum Regni noſtri, ſecundum diſpoſitionem, ordinationem, & determinationem Juris communis, ſacrorum Conciliorum Eccleſiæ Dei, atque inſtitutorum antiquorum Sanctorum Patrum fieri volumus & ordinamus.

V. Item exactiones & onera graviſſima pecuniarum per Curiam Romanam, Eccleſiæ Regni noſtri impoſitas, vel impoſita, quibus Regnum noſtrum miſerabiliter depauperatum extitit, ſive etiam imponendas vel imponenda levari aut colligi nullatenus volumus niſi duntaxat pro rationabili, pia & urgentiſſima cauſa, vel inevitabili neceſſitate ac de ſpontaneo & expreſſo conſenſu noſtro & ipſius Eccleſiæ Regni noſtri.

VI. Item libertatem, franchiſias, immunitates, prærogativas, Jura & privilegia per inclytæ recordationis Francorum Reges prædeceſſores noſtros & ſucceſſive per nos, Eccleſiis, Monaſteriis, atque locis piis religioſis, nec non perſonis Eccleſiaſticis Regni noſtri conceſſas & conceſſa innovamus, laudamus, approbamus & confirmamus per præſentes eorum tenore univerſis Juſtitiariis, Officiariis & Subditis noſtris ac loca tenentibus, præſentibus, & futuris, & eorum cuiliber, prout ad eum pertinuerit, diſtinctè præcipiendo mandamus, quatenus omnia & ſingula prædicta diligenter & attentè ſervent, teneant & cuſtodiant atque ſervari, teneri & cuſtodiri inviolabiliter faciant, nec aliquid in contrarium quovis modo faciant vel attentent, ſeu fieri vel attentari permittant, Tranſgreſſores aut contra facientes, juxta caſus exigentiam, tali pœna plectendo, quod ceteris deinceps cedat in exem-

ANNO 1268. plum. In quorum omnium & singulorum testimonium, præsentes Litteras Sigilli nostri appensione muniri fecimus. Datum Parisius anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, mense Martio.

CXLIII.

7. Juiller. *Privilegium* CONRADI SCANDI *vulgo* CONRADINI *Siciliæ Regis & Sueviæ Ducis, Communi & Civitati Senensi, de mero & mixto Imperio, gladii potestate, & omni jurisdictione, atque Immunitate à persolvendis Pedagiis, exceptò, quod apud Cathenam Accon solvere tenentur. Concessum Senis die 7. Julii, undecimæ Indictionis*, 1268. [ORLANDO MALAVOLTI, Historia di Siena Part. 2. lib. 2. fol. 37.]

21. 22. COnradus Scandus Dei Gratia Hierusalem, & Siciliæ Rex, Dux Sueviæ, regiæ fortunæ fastigiis, & principalis cujuslibet solio dignitatis inter cætera vehementius expedire cognoscitur, & ad gloriosum virtutum genus adscribitur devotos, benemeritos, & fideles sic gratis benevolentiæ oculis intueri, & eis suæ gratiæ januam taliter aperire, quod ipsi in suis petitionibus, præsertim quas meritorum suffragia comitantur, non repulsam recipiant, sed favorem: per hoc enim regale sceptrum extollitur, per hoc roboratur, & augetur fides, & numerus devotorum, & regius tronus se comperit devotis & fidelibus communitum; Cum igitur Commune, & homines Civitatis Senensis inter cæteros devotos, & fideles nostros Italiæ purioris dilectionis brachiis amplectamur, & habeamus merito cariores, qui præter grata, & alta servitia, quæ divis Augustis celebris memoriæ progenitoribus nostris, in quorum fide nunquam aliquibus temporibus repuerunt, extitisse noscuntur, existentibus dudum nobis in Theutonia in teneritate pueritiæ constitutis, & hæreditario regno, ac aliis juribus nostris per Carolum Provincæ Comitem nequiter occupatis, ac nomine nostro in Italia sub indicto silentio, quasi ex toto sepulto fidei nostræ prædicatores incessabiles extiterunt, & nominis nostri gesserunt inconcussa vivacitate vexillum, ac mittentes ad nos crebros nuncios suos ad recuperationem regni prædicti, & aliorum jurium nostrorum, nos fideli instantia induxerunt pro felici adventu nostro in Italiam se, & sua totaliter exponentes, adeo quod ipsi, si verum attenditur, ipsius adventus nostri fuerunt occasio principalis: Nos eorum tam laudabilem fidem, & servitiorum gratitudinem tam acceptam inremuneratam transire nolentes, & etiam sine læsione Conscientiæ non valentes, ut in exaltatione nostra, ad quam causam dederunt potissimam, ipsi etiam exaltentur volumus, & præsentium authoritate decernimus, ut cum ad Imperialis dignitatis culmen, ad quod progenitorum nostrorum imitantes vestigia, non immerito aspiramus, scandere nos Deo authore contigerit, ipsum Commune, & ipsi homines in Civitate, & Comittatu, & jurisdictione Senensi, omnia pedagia, quæ ad Imperii jus, & nostrum spectare noscuntur, omnem jurisdictionem, merum, & mixtum imperium, ac gladii potestatem, quo in facinorosos animadvertere valeant, & eos debitæ pœnæ supplicio coercere: Quæ omnia ex nunc eisdem concedimus, & in perpetuum confirmamus. Amplius cum iidem ad liberandum de impii manu Tyranni Caroli hostis nostri hæreditarium Regnum nostrum Siciliæ, & ipsum in devotionem nostri nominis reducendum, exposuerint liberaliter, & fideliter se, & sua, eisdem de gratia speciali, & ex certa conscientia nostra concedimus, & volumus, ut Cives omnes, & districtuales Civitatis Senensis ubilibet per nostram fortiam, & virtutem, & specialiter in regnis Hierusalem, & Siciliæ, Apuliæ, Terræ Laboris, Principatus, & in Accon prorsus sint liberi, & immunes, & omnes Mercadantias per omnes suprascriptas regiones, & loca eis libere ducere, & abinde extrahere liceat, sine aliquo jure, vel pedagio persolvendo; Ita tamen, quod apud Cathenam Accon tam in introitu, quam exitu de singulis Centum unum nostræ Curiæ solvere teneantur, in Riveriis, vel alibi præterquam ad Cathenam prædictam, nihil penitus exsolvendo, & si forte (quod absit) aliqui ex dictis Mercatoribus naufragium paterentur, res eorum nulli penitus acquirantur, sed eis salve & inviolate permaneant, consuetudine aliqua non obstante quam quoad dictos Senenses penitus abolemus. Nulli ergo hominum liceat præsentem paginam nostram infringere, vel ausu temerario contraire, personæ, ac rerum dispendium inremediabiliter incurrurum, qui contra hæc præsumpserit attentandum indignationem nostræ perpetuam Majestatis. Ad quorum omnium futuram memoriam, & dictorum Senensium cautelam ac robur perpetuo valiturum præsens Privilegium inde sibi fieri & Sigillo Majestatis nostræ jussimus communiri. Actum & datum Senis per manus Magistri Frederici, magnæ Curiæ nostræ Protonotarii, Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, Die Sabbati septimo Julii undecimæ Indictionis. ANNO 1268.

CXLIV.

Compromissum inter CAROLUM I. *Regem Siciliæ, & Episcopum* Avinionensem *in* Arelatensem *& Aquensem Archiepiscopos, ad diffiniendum Quæstiones super Castris & Villis* Novarum, Berbentanæ, *&* Verqueriarum *inter eos, exortas. Actum Florentiæ 22. Junii, Indictionis primæ.* [Authentique tiré des Archives de la Grande Cour Royalle de Naples.] 1269. 22. Juin.

SCriptum est Universis præsentes Literas inspecturis &c. Noverit Universitas vestra, quòd inter Procuratorem nostrum, & Procuratorem venerabilis Patris Avinionensis Episcopi coram Senescallo, & Majori Judice Provinciæ, quæstio mota fuit super eo, quòd Procurator noster petebat Juramentum fidelitatis, & homagium à dicto Episcopo pro Castris, & Villis, & Terris, quæ habet, vel habere debet Ecclesia Avinionensis infra Comitatum Provinciæ, & specialiter pro Castris, & Villis Novarum, Berbentanæ, & Verqueriarum, & eo, quod tenet, in Territorio Ayragæ, Item etiam super eo, quod ipse Procurator noster petebat Cabalcatam pro dictis Castris, & Alberguam pro Castro Novarum, asserens dictum Episcopum prædicta teneri, sicut alii Prælati, atque Barones de Provincia facere tenebantur, de quibus omnibus asserebat Curia fuisse, & esse in possessione, dictus verò Episcopus dicebat, pro Castris Novarum, Verqueriarum, & pro tenimento de Agello ad prædicta minimè se teneri, pro Castro verò Berbentano dicebat, quod si Procurator noster prædictus posset per aliquam viam ostendere ipsum Episcopum ad Juramentum fidelitatis, & homagium faciendum teneri, hoc facere promptus erat, prout juris ratio suadebat, cùm autem idem Procurator noster super prædictis coram Senescallo & Judice memoratis dictum Episcopum fecisset citari, idem Episcopus excipiendo proposuit, quòd non renebatur coram ipsis super prædictis in aliquo respondere, licet se offerret paratum coram competenti Judice stare juri, & sic illicentiatus a præsentia dicti in Senescalli, vel locum ejus tenentis recessit, prout præfatus Procurator noster dicebat, postmodum cùm idem Procurator noster ipsum Episcopum coram prædictis solemniter citari fecisset, idem Episcopus per Procuratores comparuit coram ipsis, & quia dicti Procuratores non inveniebantur de consensu Avinionensis Capituli constituti, pronunciaverunt Procuratorium non valere, & coram se ipsis debere ipsum Episcopum respondere, & Procuratorem nostrum prædictum in possessionem, vel quasi dictorum Castrorum fore mittendum propter contumaciam in qua dicebatur dictus Episcopus fuisse, & statim infrascripti dicti Procuratores ad Sedem Apostolicam proùt idem asserebat Episcopus appellaverint, cùm verò deinde Senescallus, & Judex appellationem hujusmodi minimè deferentes dictum Procuratorem nostrum in possessionem dictorum Castrorum misissent, idem Episcopus, prout suus Procurator dicebat, eosdem fecerit monere, peremptorie, ut sibi restituerent dicta Castra, & de damnis, & injuriis Ecclesiæ Avinionensis satisfacere procurarent, alioquin contra eos procederetur, prout Juri consonum videretur, & sic cum dicta restitutio sibi non fieret, dictos Senescallum, & Judicem Procuratorem, & occupatores dictorum Castrorum, & eorum Fautores, & Consiliarios excommunicationis sententia innodavit. Terras Episcopatus Avinionensis quæ sunt citra Durentium in sua Dioceси supponens Ecclesiastico interdicto:

ANNO 1269. dicto. Ex adverso idem Procurator noster dicebat Sententiam hujus interdicti ipso jure fore nullam, vel saltem injustam, cùm lata fuerit, ipso Domino Rege, & Comite non monito, nec etiam requisito, ut prædicta faceret emendari & etiam sententiam excommunicationis præfatam injustè latam contrà Senescallum, Judicem, & alios superiùs nominatos, quia non fuerunt citati, nec moniti, & quia etiam aliqui ex eis non erant de jurisdictione Episcopi, nec in ejus jurisdictione delinquerent vel contemnerent, propter quæ posset in eos Sententiam excommunicationis proferre, & dicebat quòd quamvis delictum Episcopi non posset Ecclesiæ Avionensi nocere, tamen ipse, propter suam contumaciam privandus erat possessione, vel quasi, & perceptione fructuum omnium prædictorum.

Demùm autem post multas contentiones, & Tractatus hinc inde habitos, utraque pars ad viam admicabilem se convertit. Nos igitur viam ipsam etiam acceptantes, damus tenore præsentium plenam, & liberam potestatem Guillielmo de Lagonissa Senescallo Provinciæ, ac Guillielmo de Aquis Procuratori Curiæ nostræ dilectis, familiaribus, & fidelibus nostris, ut eorum quilibet in solidum de consensu, & consilio venerabilis Patris A., Dei Gratiâ Episcopi Sistenscensis compromittendi alterè, & bassè de præmissis omnibus Venerabiles Patres, Dominos D. quondam Arelatensem in Sabinensi, & V. quondam Aquensem Archiepiscopos in Penestrivensi Episcopos electos, licèt absentes tanquàm in Arbitros, Arbitratores, & amicabiles Compositores, sub forma inferiùs annotanda, videlicet, quòd dicti Patres per se, vel alios seu alium prædicta Castra, & Terras fructusque extantes, & perceptos, & non consumptos ex eis, nec non res alias omnes ibidem, tempore acceptæ possessionis, inventas ad manus suas recipient, teneant, possideant, & gubernent: De restitutione fructuum non extantium, & consumptorum, ac deperditarum rerum, inventarum ibidem tempore possessionis acceptæ facienda, si fieri debeat ad arbitrium, & benè placitum Patrum ipsorum, sufficiens & idonea nostro nomine securitas impendat. Quibus peractis dictus Episcopus memoratam interdictorum Sententiam suspendet usque ad tempus de quo videbitur Patribus supradictis, dictam vero excommunicationis Sententiam penitùs relaxabit, hùisque completis de plano, & absque strepitu, & figura Judicii non oblato libello, & aliàs ordine Juris omisso. Hujusmodi quæstiones, & alias super damnis, atque injuriis illatis hinc inde audient, & examinabunt per se, vel per alios tempore feriato, vel non feriato, definient, & determinabunt utraque parte, præsente vel absente, aut una absente & præsente altera semel, vel pluries secundùm quid ipsis partibus videbitur expedire, damus etiam eisdem Senesciallo, & Procuratori liberam potestatem promittendi nostro nomine sub pœna duorum millium Marcarum argenti, Vos impleturos, & inviolabiliter servaturos, quidquid dicti Patres super præmissis de jure vel voluntate seu amicabiliter semel, vel pluries ordinandum, arbitrandum, laudandum, diffiniendum duxerint, & etiam statuendum, quæ utique pœna totiès solvatur, quoties commissa fuerit, & nihilominùs prædictorum Patrum arbitrium in sua maneat firmitate. Damus insuper eisdem Guillielmo de Lagonesia Senescallo, & Guillielmo de Aquis Procuratoribus nostris, ut eorum cuilibet plenam & liberam potestatem recipiendi ab ipso Episcopo promissionem, & securitatem pro nobis & nostris hæredibus in forma prædicta, quòd ipse Episcopus, & sui successores observabunt dictum arbitrium, & mandatum prædictorum Venerabilium Patrum super omnibus, & singulis supra dictis sub eadem pœna, & eadem forma, prout superius continetur; hujusmodi autem Compromissum durare volumus usque ad unum annum, à die quo factum fuerit, computandum. Ita tamen quòd prædicti Arbitri possint infrà dictum annum prorogare tempus ferendi arbitrii si eis videbitur expedire. In cujus rei testimonium &c. Datum Florentiæ per eundem Joannem XXII. Junii. Primæ Indictionis,

Extracta est præsens Copia ab Originali Regesto Regis Caroli I. signato de Anno 1269. litera A. folio 84 quod conservatur in Archivio Magnæ Regiæ Curiæ Siculæ, cum quo facta collatione concordat, meliori tamen semper salva, & in fidem rever. J. U. D. Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ Canonicus Præsbyter Cardinalis D. Honuphrius Sicola, Regius Archivarius, à Jna Catholica, & Cæsareâ Majestate constitutus, post subscriptionem cujuslibet paginæ hic tandem se subscripsit. Datum Neapoli die 13. Julii 1718. ANNO 1269.

Canonicus D. Honuphrius Sicola.

L.S.

CXLIV.

Donation du Comté de Clermont & autres Terres faite par St. LOUIS *Roi de France à son Fils* ROBERT *pour les tenir en Fief de la Couronne, & à charge de reversion en cas que la Ligne de sa Descendance vienne à defaillir. Fait à Paris au mois de Mars* 1269. [MARTENE, Thesaurus Novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1125.] 1269. 1270. Mars.

LOys par la Grace de Dieu Roy des Frans. Nous faisons chose cognuë tant aux presens come avenir, que nous à ROBERT notre fil & à ses hoirs de son corps donnons & assignons ces choses qui dessous sont denotées aprés nostre decés, à tenir & possessier: c'est-à-sçavoir nostre chastel de Clermont avec toutes ses appartenances, le Nueville en Hes la forest & les appartenances d'icelle, Crecey avec toutes ses appartenances, Sachy avec toutes ses appartenances, & tout ce que nous avons à Gournay sur Aronde; & quelcunques autres choses que nous avons & possessons en la Comté de Clermont & Mori avec les appartenances, fiefs & domaines & quelcunques autres choses nous avons illenc, Et toutes ces choses devantdites ycil ROBERS & si hoirs tennu en fié & hommage lige de nous Roy des Frans. Et de ce seront tenu rendre service de huz à yceux des choses toutes voyes que li Comte de Clermont ont tenu ou devront tenir des Evesques de Bieauvais & de l'Abbé de saint Denys, sont tenu tant ycieux nôtre sieux come le hoir faire hommage à l'Evesque & à l'Abbé, qui aront esté pour le temps. Adecertes cette donation & assignation nous faisons sans les dons fiez & aumosnes données & ottroiées jusques ai ores lieux & Terre devantdit & sauves donations & restitutions, se aucunes en avons fait ou avons ordenné estre faites à yceux, & sauf adecertes & tout le droit d'autruy. Et si il aura avenu par avanture icelui nostre fil ou l'oir ou les hoirs morir sans hoir de son corps; toutes les choses devantdites retourneront franchement à nostre hoir ou successeur que pour le tems aura tenu le Royaume. Que ce soit ferme & estable & permanant à tousjours nous avons fait garnir ces Lettres par l'impression de nostre seel.

Fait à Paris l'an du Seigneur MCCLXIX. au mois de Mars.

CXLV.

Lettres de HENRI *Comte de Luxembourg, contenant un Partage & Delaissement de ses Biens à ses Fils* HENRI *&* WALERAND, *sauf le Douaire qui apartenoit à la Comtesse sa Femme. Données le Lundi apres Pasques au Mois d'Avril* 1270. [VAN DER HAER, Chatelains de l'Ille. liv. 2. chap. 5. pag. 267.] 1270. 14. Avril.

JE Henry Cuens de Luxembourg & de la Roche & Marchis d'Eilons fais sçavoir a tous que je ay ordonné & ordonne de mes biens que Dieu m'ait donné & presté en tel maniere, que je veuil tous premiers que la Comtesse ma femme ayt & joyet & tiegne son douaire & se que li donna a mariage avec toutes les appendises qui y sont, & qui sont depuis que je le pris à femme, & veuil qu'il tiegne & joyet des tous les aquas que je & elle avons fais puisque nous venismes ensamble par mariage, tout ensi comme les choses devant dites sont divisees en un autre Lettre que je ay fait de ce, apres je veuil, ordonne, devise & comant que Henris mes aymez fils ou Wallerans ses freres se de luy defail

ANNO 1270. defailloit, ait, tiegne & joye tout le remanant de ma Terre, & en soit à lieu de moy comme Sires; tant comme je sera ou voyage de la S. Terre d'outre mere, & tant comme je sera dela la mer, ainsi qu'il est contenu plainement en une aultre Lettre, en laquelle mes Testament & ma Terre sont generallement divisei, & veuil, ordonne & commant que Henris mes fils pourvoit honorablement & convenablement Walerand son frere de toutes choses & de tout ce que mestier li sera tout comme il seront & accorderont ensamble, & que se il discordoient Henry li donrait & asseurait Terre au dit le Comte de Jullei & la Comtesse ma femme, & se soudit Comte defailloit, au dit la Comtesse ma femme & de dous ou trois de mes hommes que la Comtesse ma femme estiroit lequel assennement li dis Wallerans mes fils tenroit jusques apres le decesse sa mere, & apres le decesse la Comtesse sa mere revaurait la dite Terre a Henry mon ainnel fils, & Walerans averoit & tanroit par ma divise & mon consentement & par l'ottroy de la Comtesse sa mere, & de Henry son frere qui par sa volonté expressement s'est accordé à ce, Linei & la Chastellerie toute, & que la terre, que nous avons ans Flandres, & Rousley le Chastell & toutes les appendises, laquelle terre de Rousley Henry ses freres le doit faire valoir chacun an quatre cens livres de fors, & parmis ce Walerans me meuns fils ne pourait ne ne devrait plus demander a Henry son frere, & est assçavoir que le dit Chastel de Rousley & les appendises & la Terre de Rousley dessus dite que li doibt estre fait vaillans chacun au quatre cent livres à fors, doit li dis Wallerand il & si hoir tenir de Henry ses freres, & ses hoirs agement an fié & an hommaige, & est a entendre des hoirs Henry qui seront Comte de Lucembourg, que Wallerand & si hoirs seront homme de Rousley, apres ce veuil que si une de mes filles qui encor sont a marier estoit ailleur marié qu'à l'un des enfans de Flandres apres les convenances accomplies des enfans, le Comte de Flandre & de mes Filles qu'il ait cinq cent livres de terre à fort sur mar, & sur la terre, & que Henry sen frere li laisse vaillant au plus pres que il porroit du marché tresque a tant qu'il auroit rendu cinq mille livres de tournois, ainsi comme il est devisei aux Lettres de mon testament, & veuil & commant que Henry mes fils devant dit ou Wallerand ses freres se de luy defailloit paisse les dates ainsi comme on trouverait que je les dois par bon compte loyaul, & soient obeissant & aydant ma femme la Comtesse leur meire & a ciaux que j'ay fait executeurs de rendre mes forfais, & de faire assez comme il est a une lettre & appert que de ce est faire especiaux, & nous Henry & Wallerand frere devant nommei avons jurei & jurons à tenir les devises devant dites, & les choses ainsi qu'elles sont faites & devisée, & vollons par nostre pleindre vollenté sens coaction nulle & si nous venions au contraire par aucune occasion que li official de Trieves, de Liege & de Mez, & chacun par luy, nous puissent escommunier & nostre Terre mettre en antredit, & ancor vollons que se nous faisiens contre les choses devant dites que Dieu ni plaise, que li homme & li sieme de la Comté de Lucelbourg & de la Roche ne nous faissent adant ne conciliant tant comme nous ne tanrions les choses devant dites, & vollons que Madame la Comtesse ma meire fut creuë par sa simple parolle, se nous alliens au contraire les choses devisées. Ces choses si comme de sout est dist doiens nous tenir par nostre serement bien & loyaulment, & renoncons à benefices de Droict que nous porroient aidier, avenir & à faire contre les choses devant dictes, c'est à dire que nous nous fuissiens concordei pour paour de peire ou de meire, & à ce que on pourroit dire que nous n'eussions mies âge souffisant, & que nous fussiens de ceu, & generalement a tout benefice de droict, & de fait que aidier nous pourroient avenir & à faire au contraire ces choses dessus devisoies, & est a sçavoir & entendre ce que deseur est divisei, & laissement faire. Wallerand par le dit de la Comtesse ma femme & de deux ou trois de mes hommes, que la Comtesse ma femme estiroit, se du Comte de Jullet defailloit, ou il ne fut present au pays, ou a la contrée, ou par avanture occumbée par aucun occasion, en tel maniere que par luy ne puist estre fais li assennemens devant dis, & est ancor à entendre ce que deseur est devisei de mes dattes a payer, que si de Henry defailloit, que Wallerand les parroit; ainsi le veuil je & commans si Wallerand est Cuens de Luccembourg, & pour ce que les choses devant dites soient fermes, estaubles, & bien tenues, ay je mis mon seel an ces lettres, & la Comtesse ma femme, & Henry & Wallerand me fils devant nommei, & que a ces choses si comme deseure est divisei se sont accordei, & ont aussi mis leurs seels en tesmoignage de choses devant dictes, & a ma priere & ma requeste, la Comtesse ma femme & de Henry & Walleraud mes fils deseur nommei, Reverans Peres Sires Maistres Bernars de Chastenay Chapellain nostre Pere l'Apostol & Legat de la Court de Rome Aministres de l'Eglise de Treuves en temporels choses, & en Spirituels, & nobles hommes Willames Cuens de Julley, & mi homme & mi fiauble J'offrois Sire d'Aisle & Gilles Sires Dourreiont, aussi mis leurs Seels, & tesmoignage de veritei, ce fut fait & donné l'an de nostre Seigneur mil deux cens soissante & dix, le Lundy apres Pasques, au mois d'Avril.

ANNO 1270.

CXLVI.

Compositio inter CAROLUM I. *Siciliæ Regem & Commune* Pisanum *quâ, pro satisfactione cer-* 1273. 3. Janv.
tarum offensionum, dicta Communis obstringitur solvere Regi duo millia unciarum auri, eique singulo biennio submittere Electionem Potestatum suorum, ut ex iis unum admittere & confirmare valeat. Actum die 3 Januarii 1272. sed verius 1273. [Authentique tiré des grandes Archives de la Cour Royale de Naples.]

IN Nomine Domini Dominus Orlandus de Navachio Prior Antianorum Pisani Populi pro se, & Sociis suis Antianis pro Comuni Pisano, & ejus viæ, & nomine per stipulationem sollemnem convenit & promisit Dominis Philippo Minutolo Canonico Neapolitano, & Aleamo Lauandario, Civi Placentiæ, Ambassatoribus, Procuratoribus, & Nuntiis Serenissimi Domini Caroli Regis Siciliæ, & Vicarii Imperii in Thuscia per Sanctam Romanam Ecclesiam Generalis ad hoc specialiter constitutis ut apparet per Literas ipsius Domini Regis Sigillo ceræ virmiliæ pendenti suæ Majestatis munitas, quarum tenor inferius continetur, pro ipso Domino Rege recipientibus, & agentibus sub pœna quatuor millium Marcarum argenti, stipulatione præmissa, quod Comune Pisanum ab hodie ad diem XX proximos dabit, vel dari faciet eidem Domino Regi, vel alteri legitimæ personæ pro eo in Civitate Pisana duo millia Unciar: auri pro satisfactione offensionum a Pisanis factarum, & pænis illis impositis post pacem inter ipsum Dominum Regem, & Comune Pisanum factam, & omnibus aliis præteritis, quæ dictum Dominum Regem tangunt, & quod de prædictis Unciis sint solvendi, ut dictum est, supra Comune Pisanum ad requisitionem, & voluntatem suprascriptorum Ambassatorum & Procuratorum præstabit eisdem Ambassatoribus, & Procuratoribus pro dicto Domino Rege recipientibus in Civitate Pisana fidejussores idoneos, & sufficientes de Civitate Pisana & quod ipsum Comune Pisanum a Calen. Januarii proximò venturi ad annos duos proximo completos tantum in omni anno in ipsos. Termino duorum annorum eliget quatuor Potestates, quæ sint de amore dicti Domini Regis, & parte Ecclesiæ, quas quatuor Potestates primi anni eliget, hinc ad per totum mensem Augusti proximò venturum, & nomine ipsarum quatuor Potestatum præsentari faciat dicto Domino Regi, & quatuor Potestates secundi anni eliget de alio mense Augusti tunc proximo, & ipse Dominus Rex habeat potestatem quamlibet prædictorum duorum annorum acceptandi & confirmandi unam ex prædictis quatuor Potestatibus; quam voluerit, & acceptaverit, & ille debet esse Pisanorum Potestas & debet jurare ad breve, & statuta Pisani Communis, & Populi, & observabit statuta & ordinamenta omnia & singula Communis Pisani, & Populi, quæ non sint contra Romanam Ecclesiam, quam acceptationem & confirmationem dictus Dominus Rex facere debet quolibet anno eorum duorum annorum infrà quindecim dies tempore a die præsentationis ipsarum Potestatum numerandos; qui prædicti duo anni computari debent in termino, quo Pisanum Commune ex forma pactorum dudum initorum inter eum, & dictum Dominum Regem tenetur eligere Potestates de amatis dicti Domini Regis Siciliæ, & Vicarii Imperii & parte Ecclesiæ,

ANNO 1273. siæ, & in Gibellinis extraneis expellendis de Pisis, & Districtu & in habendo Capitaneum Populi & Potestatem de amore Domini Regis, & parte Ecclesiæ, & in aliis, quæ in Conventionibus continentur, Commune Pisanum pacem observabit inter ipsum Dominum Regem, & eos olim habitam, & tractatam, jure singularium Personarum in omnibus semper salvo. Quapropter prædicti Ambassatores, Procuratores, & Nuntii prædicti Domini Regis Siciliæ, & Vicarii Imperii Procuratorio nomine pro dicto Domino Rege Siciliæ, & Vicario Imperii per stipulationem sollemnem convenerunt, & promiserunt suprascripto Orlando de Novatio Antiano, & Priori suprascriptorum Antianorum Pisani Populi pro Comuni Pisano recipienti sub eadem pœna quatuor millium Marcarum argenti, stipulatione præmissa, quod præstita prædicta fidejussoria cautione prædictarum duarum unciarum millium auri, uti supra scriptum est, ipsi Ambassatores, Nuntii, & Procuratores prædicti Domini Regis Siciliæ, & Vicarii Imperii Procuratorio nomine pro ipso Domino Rege Siciliæ, & Vicario Imperii facient Communi Pisano, vel ejus Sindico pro ipso Communi recipere pro prædictis duobus milibus unciis auri finem & refutationem, remissionem, & generalem transactionem & pactum de non petendo, & de non imbrigando de cætero de prædictis offensionibus à Pisanis factis, & pœnis illatis, impositis post prædictam Pacem, si quæ factæ, vel illatæ apparerent, & eorum Comune & omnibus aliis præcitatis, quæ ipsum Dominum Regem Siciliæ, & Vicarium Imperii tangunt, salvo in omnibus Jure singularium personarum, & Cartam inde facient pro Communi Pisano recipere, ita quod dicta pœna quatuor millia Marcarum argenti, si contingat committi soluta, vel non, nihilominus contractus Pacis jam habitus cum pœna ibidem adjecta, si quæ est, integraliter perseveret, & sic pro prædictis omnibus firmis tenendis, & inviolabiliter observandis prædicti contrahentes oscula Pacis ad firmitatem omnium prædictorum sibi invicem præbueruut. Tenor verò prædictarum Literarum Domini Regis, & Mandati dictorum Ambassatorum, & Procuratorum dicti Domini Regis talis est: Carolus Dei gratia Rex Siciliæ actum pænes . . . . . in domo Ecclesiæ Sancti Sepulchri, præsentibus Dominis Comite Hugolino de Donoratico; & Joanne Sadobi, & Nicolao Benigni Judicibus, & Girardo de Fagiano Juris Professore . . . . Anno Domini 1272. Indictione XV. quarto nonas Julii . . . . . De prædictis pactis, & conventionibus factum fuit publicum Instrumentum continens tenorem Conventionum & Pactorum ipsorum, quod incipit: In Nomine Domini nostri Jesu Christi amen. Anno Incarnationis ejusdem (1) 1272. die tertio Januarii primæ Inditionis Regnante Domino nostro Carolo &c. Regni ejus anno octavo feliciter. Amen. Nos Berardus de Pacentro publicus authoritate populi Notarius, & Testes subscripti ad hæc specialiter vocati, & rogati, præsenti scripto publico notum facimus Universis præsentibus, & futuris, quod prædictus Magnificus Princeps Dominus Carolus Dei gratia Rex Siciliæ volens certificari de Pactis, & Conventionibus factis nomine suo per Magnificum Philippum Minutolum Canonicum Neapolitanum, & Aleamum, Lavandarium Civem Placentiæ Procuratores suos cum Sindicis Communis Pisani nomine ejusdem Communis fecit vocare dictum Magnificum Philippum in sua præsentia, & injunxit ei, ut diceret plenarie veritatem de omnibus Pactis & Conventionibus quæ ipsi Philippus, & Alerarmus Socii fecerunt simul, cum Sindicis Communis Pisani, qui Philippus juravit super Sancta Dei Evangelia in persona dicti Domini Regis, & prædictis omnibus dicere veritatem, & dixit sub Sacramento quod ipse Philippus cum dicto Alerarmo fecit Pacta, & Conventiones infrascripti tenoris, & nullas alias. Tenor autem Pactorum, & Conventionum talis est. In Nomine Domini Amen. Orlandus de Navacchio &c. concluditur postea in fine. Actum Neapoli in Castro Capuano Anno, mense, die & Inditione prædictis præsentibus Venerabilibus, & discretis Viris Guillelmo Decano Sancti Petri Virorum, Joanne Archi Diacono Panormitano Petro de Bajocis Canonico Cenoman. Nicolao Bount Canonico Turonensi Domino, Roberto de Lauen. Juris Civilis Professore, & Joanne de Mafflectis, & ad majorem certitudinem omnium præmissorum dictus Magister Philippus huic Instrumento Sigillum suum appossuit in testimonium veritatis, & ego Berardus de Pacentro publicus authoritate Populi Notarius de prædictis mandato ejusdem Domini Regis, & dicti Magistri Philippi Minutoli inde feci præsens publicum Instrumentum, quod propria manu scripsi, & solito signo signavi. ANNO 1273.

Extracta est præsens Copia ab originali Regesto Regis Caroli Primi signato de Anno 1272. *litera C. folio* 140. *quod conservatur in Archivo Magnæ Regiæ Curiæ Siclæ, cum quo facta collatione concordat, meliori tamen semper salva, Et in fidem Reverend. J. U. D. Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ Canonicus Præsbyter Cardinalis, D. Honuphrius Sicola Regius Archivarius à sua Catholica, & Cæsarea Majestate constitutus post subscriptionem cujuslibet paginæ hic tantum se subscripsit. Datam Neapoli die* 11. *Julii* 1718.

L.S.

(1) Il faut lire 1273. La date du Pouvoir du Roi *charles* qui précede & celle-ci marquée au 3. Janvier de l'indiction premiere, & de l'an VIII. du Regne, le montrent clairement. [Du M.]

CXLVII.

Confirmatio Romanorum Regis RUDOLPHI, *Civitati* Ulmæ, *de omnibus juribus per Antecessores ejus, Civitati* Eslingæ *concessis. Datum Ulmæ* 16. *Kalendas Maji, Indictione II. anno* 1274. [Tiré d'une *Information de Droit*, publiée en 1714. de la part de la Ville d'Ulme, sous le Titre de Ulmische gründliche Refutation ex parte des Löbl Harthaus Burstein heraus gegebener Deduction.] 1274. 16. Avril.

RUdolphus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis sacri Romani Imperii fidelibus, quibus præsens scriptum fuerit exhibitum, in perpetuum. Consideramus, quod Majestatem decet Regiam ad eorum vota perficienda, qui Romano Imperio tanquam membra capiti conjunguntur, fideliter inclinari. Eorumque justis petitionibus tam benignum tamque favorabilem prebere consensum, quod ex specialis gratiæ prærogativa cognoscant specialius se dilectos. Noverit igitur præsens ætas & successorum posteritas, quod nos attendentes dilectos nostros Cives in Ulma eam fidem semper Romano Imperio observasse, quod dilectionis specialis à Serenitate regia mereant signa specialia reportare. Ipsorumque devotis supplicationibus inclinati jura ipsis concedimus omnia, & præsentis scripti munimine confirmamus, quæ dilectis Civibus Nostris in Ezzlingen a Divis Imperatoribus & Regibus inclite recordationis nostris Anteccessoribus sunt indulta, tradita & concessa. Statuentes Sanctione Regia & volentes, ut nulla cujuscumque conditionis persona alta vel humilis, Ecclesiastica vel Sæcularis, hanc nostram Concessionem, & Confirmationem audeat intringere, vel ei ausu temerario contraire. Quod qui facere præsumserit, gravem nostræ Majestatis indignationem se noverit incurrisse.

In cujus rei testimonium præsens scriptum nostræ Majestatis Sigillo duximus roborandum.

Signum Domini Rudolphi Romanorum Regis invictissimi.

Datum Ulmæ, XVI. Kalend. Maij. Anno Domini Mo. CCo. LXXIVto. Indictione secunda, Regni vero nostri Anno primo.

CXLVIII.

Romanorum Regis RUDOLPHI *Confirmatio, omnium Privilegiorum Civitati Ulmæ concessorum. Datum Hagenove pridie Idus Augusti, Indictione secunda anno* 1274. [Tiré d'une *Information de Droit* publiée en 1714. de la part de la Ville d'Ulme, sous le Titre Ulmische gründlicher Refutation der ex parte deß Harthaus Burstein heraus gegebener Deduction. 12. Août.

RUdolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis Imperii Romani fidelibus præsentes Litteras inspecturis gratiam suam & omne bonum. Universitatis vestræ notitiæ declaramus. Quod

ANNO 1274. nos universa Privilegia, Libertates, & Jura à dive recordationis Imperatoribus, & Regibus Romanis nostris prædecessoribus, dilectis Civibus nostris in Ulma tradita, ac a nobis postmodum de consueta regalis benignitatis munificentia innovata, seu confirmata ac etiam, quæ de novo eisdem ex prærogativa specialis favoris & gratiæ concessimus ipsis volumus illibata servare, & perpetua roboris subsistere firmitate. Nolentes ea a quoquam nostrorum fidelium in suorum articulorum partium aliquo violari, & super hoc præsentium dantes testimonium literarum. Datum Hagenove pridie Idus Augusti. Indictione secunda Regni vero nostri Annô primo.

CXLIX.

1275. 15. Mai. *Diploma* RUDOLPHI I. *Romanorum Regis, pro* HENRICO *Duce Bavariæ, de Jure eligendi Romanorum Regem ab antiquo Ducibus Bavariæ competente. Datum Augustæ Anno* 1275. [NICOLAI BURGUNDI Electoratus Bavaricus pag. 20. LUNIG Teutsches Reichs Archiv. Part. Special. Continuat. 2. abtheil. 4. absatz 1. pag. 4. PET. LAMBECII Comment. de Biblioth. Cæs. Lib. 2. cap. 8. pag. 828. avec quelques legeres diferences. GOLDASTUS de Regni Bohemiæ Juribus & Privilegiis. Col. 37. & 38. Idem in *Constitutionibus Imperialibus* Tom. I. pag. 311. On a tiré cette Piece de ce dernier Ouvrage.]

RUdolfus Dei gratia Romanorum Rex semper-Augustus, universis præsentia inspecturis in perpetuum declaramus, quòd præsidentibus nobis Curiæ apud Augustam Idibus Maji solemniter celebratæ, & constitutis ibidem in præsentia nostra Illustrium Principum Ottockari Regis Bohemiæ Nunciis, & Henrici Ducis Bavariæ Procuratoribus, subortaque inter eos quæstione super quasi possessione juris éligendi Romanum Regem per Procuratores dicti Ducis Henrici & Illustrem Ludovicum Comitem Palatinum Rheni Ducem Bavariæ, filium nostrum charissimum, fuit propositum, ratione Ducatus Bavariæ hoc eis competere ex antiquo. Idemque noster filius Ludovicus coram nobis, cunctisque Principibus, Prælatis, Baronibus, Militibus, & universo Populo, qui eidem Curiæ assidebant, extitit publicè protestatus, quòd prædictus Dux Heinricus frater ipsius, olim electioni Inclyti Richardi Romanorum Regis, nostri prædecessoris, unà cum ipso præsentialiter cum cæteris Principibus Coëlectoribus interfuit, & in eum uterque direxit legaliter votum suum, eundem in Romanum Regem cum aliis Conprincipibus jus in hoc habentibus eligendo.

2. Deinde verò electionis tempore apud Franchanfurte de nobis ab omnibus Principibus jus in electione habentibus concorditer celebratæ, per Nuncios & Procuratores ejusdem Ducis Henrici, videlicet Henricum Præpositum Oetingensem & Fridericum Rectorem Ecclesiæ de Landshuet, ipsius absentiam propter impedimenta legitima legitimè excusantes, præsente Venerabili Berchtoldo Babenbergensi Episcopo, Procuratore prædicti Regis Bohemiæ, & contradicente quidem ipsis Procuratoribus, sed ipsius contradictione à Principibus Electoribus omnibus tam Ecclesiasticis quam Secularibus, non admissa, in dictum Ludovicum Comitem Palatinum Rheni nostrum filium, unà cum aliis Principibus omnibus, qui in nos direxerant sua vota, prout jam dicti Procuratores in mandatis receperant, concorditer extitit compromissum, qui commissum hujusmodi in se recipiens, suo & dicti Henrici Ducis fratris sui; ac omnium aliorum Principum jus in electione habentium auctoritate & nomine, in Romanum Regem solemniter nos elegit, vocibus eorundem fratrum Ducum Bavariæ, Comitum Palatinorum Rheni, ratione Ducatus pro una in septem Principum jus in electione Regis Romani habentium numero computatis: prout etiam in prædicta Curia Augustensi vivæ nostræ vocis eloquio, utrique ipsorum, in præsentia Nunciorum præfati Regis Bohemiæ, videlicet Venerabili Wernhardo Seckovienfi Episcopo, Magistro Henrico Præposito Werdensi, N. Commendatore Domus Theutonicæ per Austriam, & Wolfingo Magistro Hospitali S. Johannis de Muurperge, ac omnium ibidem præsentium Principum, Prælatorum ac Baronum recognovimus, & recognoscimus manifeste. In hujus rei testimonium, & perennem memoriam prædictorum, prælentes eis Literas donavimus, nostro Regali Sigillo, nec non subscriptorum testium Sigillis munitas. Qui sunt ANNO 1275.

Hartmannus Augustensis
Hiltprandus Eistetensis } Episcopus.
Henricus Tridentinus

N. de Sancto Gallo
N. de Augea } Abbates.

Rudolfus Cancellarius noster.
Ex Laicis verò filius noster Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ.
Philippus Dux Karinthiæ.
Meinhardus Comes Tyrolensis.
Fridericus Burgravius de Nurnberg.
Heinricus Marchio de Burgaue.

Ulricus de Helfenstain,
Ludovicus de Oetingen
Albertus & Buchardus de Hochenberg
Henricus de Furstenberg
Tybaldus de Pirreto
& Ludovicus de Honburg } Comites.

Henricus & Berchtoldus de Niffen
Albertus de Pruckberch
Hermannus de Hæginberch
Volkmarus de Chemnaten
& Marquartus filius suus
Winhardus de Rœrbach
Henricus de Prisingen } Barones.

& alii quamplures. Actum & datum Augustæ, Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto; Regni verò nostri anno secundo.

CL.

1277. Janvier. *Infeodation de la Ville de* Womelgen *faite par* JEAN *Duc de Lothier & de Brabant en faveur de* JEAN DE LYRA *Chevalier, & de ses hoirs. Au mois de Janvier* 1277. [JURISPRUD. HEROÏCA; seu Commentarius in Edictum Ser. Archid. Alberti & Isabellæ de Nobilitate & Insignibus ad Artic. 8. pag. 406.]

NOus Jehans par le Grace de Dieu Dux de Lothier & de Brabant, faisons assavoir, à tous cheaux, qui ces Lettres verront & orront, que nous avons donnet & donnons en droict fief à Monseingneur Jean de Lyra Chevalier fil Monseingneur Ernoul de Lyra, & à ses hoers, toute la Ville de Womelgem avec tous cens, toutes rentes, toutes tailes, toutes drotures, toutes les Justices, hautes & basses, & quant que nous y aviens ou pouriens avoir, en quelconque maniere que ce fust, &c. Et pour ce que ce soit ferme chose & stable, & que nous, ne nos hoir nen puission venir par nous ne par autruy en contre le don, & les choses devant dites à noul jour, avons nous les presentes Lettres scellees de nostre propre seel, avec les seaux de nobles hommes Monseingneur Godefroit nostre frere, Monseingneur Henry de Lovaing Seingneur de Harstal, Monseingneur Gerart Seingneur de Bruec, & de Marbais, Godefroit de Vyane, avec les seaux d'autres nos homes, Monseingneur Ernoul d'Yscha, Monseingneur Wautier Volkart, Monseingneur Ernoul de Winegem, qui en connissance de veriteyt ont ces Lettres seeleies de leur propre seaux en l'an nostre Seingneur 1277. el mois de Janvier.

CLI.

29. Avril. *Venditio partis Castri* Wissenloch *per* ENGELHARDUM *Seniorem &* CONRADUM *Juniorem de* WINSBERG *facta* LUDOVICO *Comiti Palatino Rheni. Datum Schurberch* 3. *Kal. Maij* 1277. [MARQ. FREHERI Origines Palatinæ Part. 1. cap. 7. pag. 79.]

NOs Engelhardus senior, & Conradus junior de Winsberg, tenore præsentium profitemur, & notum facimus universis intuentibus seriem hujus scripti, quod nos Serenissimo Domino nostro Ludwico, inclito Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, accedente consensu & voluntate uxorum nostrarum carissimarum, videlicet Agnetis de Lewenstein, & Lukardis de Nisen, nec non Conradi junioris de

ANNO 1277. de Weinsberg, & Elſſbethæ conſortis ſuæ dictæ de Katzenelnbogen, partem noſtram caſtri in Wiſſenloch cum omnibus ſuis appendiciis, videlicet jure capellæ ibidem, hominibus & bonis, cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, quæ nobis competebant vel competere videbantur, vendidimus & donavimus jure proprietatis perpetuo poſſidenda, facientes ſibi de hoc guarandiam, quod vulgo Gewerſchafft vocatur, ſecundum conſuetudinem terræ debitam & perfectam. In cujus rei teſtimonium præſentem cedulam dedimus noſtrorum Sigillorum munimine roboratam. Actum & datum Schurberch anno Domini MCCLXXVII. tertio Kal. Maij.

CLII.

1278. 2. Mai. *Pacta & Conventiones inter* GUILLELMUM *Marchionem Montisferrati ex unâ, & Syndicos Communis, & Civitatis* Alexandriæ *ex alterâ parte. Quibus remiſſis utrimque injuriis, & offenſionibus, nec non captivis ſine pretio relaxatis, mutuam ſibi defenſionem promittunt, & auxilium contra hoſtes. Actum 2. Maji* 1278. *Indictione VI.* [Authentique tiré des Archives Archi-Ducales de Mantoüe.]

IN. H. T. Anno Nativitatis Domini milleſimo duceteſimo ſeptuageſimo octavo, Indictione ſexta, Die lunæ ſecundo Menſis Madii circa tertiam, in Refectorio Domus Fratrum de Lucedio ſitæ apud Montem Calium, Præſentibus Dominis Franzino de Caſtellengo, Guala de Sto. Geminiano Juliano de Cremona Ambaxatoribus Communis Uccellarum, & Dominis Conrado de Opizonis, Guillielmo de Monteculo, Lucho de Caſtelletto, & Ugone de Barocciis Ambaxiatæ Comunis Terdon., ibi teſtibus vocatis & rogatis. In Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Hæc ſunt Conventiones, Pacta, Promiſſiones, obligationes, remiſſiones, abſolutiones, & juramenta inter Egregium Virum Dominum Gullelmum Marchionem Montisferrati pro ſe ſuisque hominibus, Subditis & Vaſſalis ex una parte & Dominos Obertum Canem de Guaſchis, Ruffinum de Putheo, Dulium Gambarinum, & Gullielmum Cirimellum nomine Communis, & hominum atque Civium, & diſtrictualium, & Vaſſalorum Alexandriæ, quorum Sindici ſunt ex altera; de quo Sindicatu conſtant publica Inſtrumenta, unum quorum factum per Thomam Piccenum Notarium hoc eodem anno, & Indictione die Martis decimo nono Aprilis, aliud factum per eundem Notarium hoc eodem anno, & Indictione, die Martis decimo nono Aprilis, aliud factum per eundem Sabbathi vigeſimo tertio Aprilis, factæ, & facta, firmatæ, & firmata, promiſſæ, & promiſſa, juratæ, & jurata per dictas Partes occaſione concordiæ, pacis, & fraternitatis faciendarum inter dictas Partes. In primis fiat pax, & remiſſio inter ipſum Dominum Marchionem Montisferrati & ſuos ſequaces, Subditos, & Vaſſalos ex una parte, & Comune, Homines, & Vaſſalos Alexandriæ, & Diſtrictus. . . . . Hinc inde datis ſeu factis realiter vel perſonaliter, comuniter ſeu diviſim, ſeu ſingulariter quocunque modo hinc retro, & de omni, & toto eo, de quo ipſe Dominus Marchio poſſet appellare, ſive inquietare aliquo modo aliquem ſeu aliquos Cives Alexandriæ, ſive ipſum Comune, ſive Homines, vel diſtrictuales, vel Vaſſalos Alexandriæ. Verſa vice fiat pax & remiſſio de omni eo, & toto, de quo Comune, & Homines Alexandriæ ſive diſtrictuales vel Vaſſalli Alexandriæ poſſent appellare, ſeu aliquo modo inquietare ipſum Dominum Marchionem. Item quod per dictum Comune Alexandriæ & homines dictæ Civitatis fiat reſtitutio eidem Domino Marchioni de Civitate Acquen. & Caſtro dictæ Civitatis Rocca Valle Urbar. & Caſtro Carpeneti, & totius juris, ſeu remiſſio, ſalvis & reſervatis Dominis qui modo habitant in Villa Rochæ omnibus juribus, quæ habebant in Caſtro, Villa, hominibus Contili, & juriſdictione, ſive in Territorio ipſius loci eo tempore quo Comune & homines Alexandriæ occupaverunt dictum locum, & Caſtrum . . . . . vel quod Caſtellani tenentes dicta Caſtra nullo modo extrahantur de ipſis, niſi primo eis ſatisfiat de toto eo, quod habere debent pro eorum cuſtodia, quæ ſatisfactio fieri debeat eiſdem a Comuni, & hominibus Alexandriæ. vel ab aliis nomine Comunis. Item quod ipſe Dominus Marchio per ſe, & omnes Subditos & Vaſſalos, & ſequaces cum effectu, & toto ſuo poſſe teneatur, & debeat omnibus modis juvare, & manutenere & deffendere Comune, & homines Alexandriæ, & Diſtrictus & omnes & ſingulos Cives, & Vaſſalos Alexandriæ, & omnia jura, omnemque Juriſdictionem & honorem ipſius Comunis, & cujuſlibet Civis, & Vaſſali Alexandriæ contra omnia loca, Civitates, Univerſitates & perſonas, maximè contra quæ ſeu quas Comune, & homines Alexandriæ habent ſeu habebunt, vel habere poſſent aliquam Guerram, & facere per ſe, & omnes ſuos Subditos, Vaſſallos, & ſequaces, vivam, continuam & perpetuam guerram omnibus, & ſingulis locis, Civitatibus, Univerſitatibus, & perſonis cum quibus, ſeu contra quas, & quæ Comune, & homines Alexandriæ modo aliquo habent ſeu habebunt guerram, & inde non facere aliquam pacem, treguam, ſive guerram recreutam, niſi de voluntate expreſſa Comunis Alexandriæ, facto inde inter homines Alexandriæ prius Conſilio generali, & teneatur, & debeat ipſe cuſtodire, ſallariare, & gubernare Cives, & homines Alexandriæ, & diſtrictus modis omnibus, & omnia jura omnemque Juriſdictionem, & honorem atque diſtrictum Comunis & cujuſlibet ſingularis perſonæ Alexandriæ, & dare fortiam, aut aliud etiam juvamen Comuni, & hominibus Alexandriæ ad recuperandum Terram & jura, quam, ſeu quæ Comune, & homines Alexandriæ tenere, ſeu habere, vel qui aliquo tempore conſueverunt a quocunque loco, Univerſitate, Civitate, vel perſona detineantur, quando placebit Comuni Alexandriæ, ſalvis juribus ipſi Domino Marchioni competentibus & quæ competere conſueverunt, & quod non conſentiet nec dabit conſilium, auxilium vel favorem, quod aliqua perſona extrahatur nec detineatur, nec extrahi vel detineri poſſit aliquo modo, vel aliqua de cauſa de Civitate Alexandriæ, nec diſtrictu contra ſuam voluntatem, nec etiam hoc faciet ipſe, ſeu fieri faciet, ſeu permittet, ſed ſuo poſſe modis omnibus prohibebit. Eo ſalvo quod homines Alexandriæ & diſtrictus teneantur ire, & ſtare in exercitus, qui ordinabuntur, & fient per Comune Alexandriæ. Verſa vice, quod Comune, & homines Alexandriæ per ſe, & ſuos diſtrictuales, Cives, & Vaſſallos teneantur, & debeant cum effectu & toto eorum poſſe modis omnibus juvare & manutenere, ac deffendere prædictum Dominum Marchionem, & omnes ejus Subditos, & Vaſſallos, & omnia Jura, omnemque Jurisdictionem, & honorem ipſius Domini Marchionis, & cujuslibet Vaſſalli ipſius contra omnia loca, Civitates, Univerſitates & perſonas, maximè contra quæ ſive quas prædictus Dominus Marchio habet ſeu habebit, vel habere poſſet aliquam guerram, & facere per ſe & omnes ſuos Cives, & diſtrictuales & Vaſſallos & ſequaces vivam, continuam, & perpetuam guerram omnibus, & ſingulis locis, Civitatibus, Univerſitatibus, & perſonis cum quibus ſeu contra quas & quæ dictus Dominus Marchio modo aliquo habet ſeu habebit guerram, & inde non facere aliquam pacem, treuguam ſeu guerram recreutam, niſi de voluntate expreſſa dicti Domini Marchionis, & teneantur, & debeant Comune, & Homines Alexandriæ cuſtodire, ſalvare, & gubernare ipſum Dominum Marchionem modis omnibus & omnia jura omnemque Jurisdictionem & honorem atque diſtrictum ipſius Domini Marchionis, & cujuslibet Vaſſalli dicti Domini Marchionis, & dare fortiam, auxilium, & juvamen ipſi Domino Marchioni ad recuperandum Terram, & jura, quam ſeu quæ prædictus Dominus Marchio vel Pater ſuus teneret, ſeu haberet, vel qui aliquo tempore conſuevit, a quocunque loco, Univerſitate, Civitate, & perſona de tineantur, quando placebit eidem Domino Marchioni, ſalvis juribus competentibus Comuni Alexandriæ, & quæ competere conſueverunt. Item quod dictus Dominus Marchio teneatur ita facere, & jurare, quod Comune Alexandriæ habeat pacem cum hominibus Papiæ & Aſtæ, ſalvis omnibus juribus Comunis, & hominum Alexandriæ, & per ipſas paces in nihilo diminuendis & ſalvis omnibus juribus dictorum Communium infra menſes duos, poſtquam completa ſeu firmata fuerint pacta inter ipſum, & Comune Alexandriæ, in qua pace juretur expreſſim, quod Comunia, & homines prædictarum Civitatum renuntient omnibus ſacramentis, promiſſionibus, ligis & obligationibus, quæ, & quas habent tam cum Extrinſecis, quam cum Intrinſecis Alexandriæ, & ſe adſtringant eſſe comunales & equales Amici modis omnibus inter homines Alexandriæ, & diſtrictus, & ſi hæc facere non poſſent, teneatur & debeat juvare, manutenere, & deffendere modis om-

ANNO 1278.

ANNO 1278. omnibus Comune, & homines Alexandriæ, & distrıctus contra prædicta Comunia & quodlibet prædictorum & factis, firmatis atque juratis Pactis & Conventionibus infrascriptis & insertis per ipsum Dominum Marchionem & Comune Alexandriæ, & facta remissione & absolutione per Extrinsecos Alexandriæ de omnibus, & singulis injuriis, promissionibus, & obligationibus, quas habent, vel fecissent, seu aliquo tempore hinc retro habuerint, vel fecerint cum ipso Domino Marchione, atque cum dictis Comunibus Papiæ & Astæ vel aliquo eorum, vel cum aliquibus singularibus personis unquam sint, quæ non sint de Alexandria; possit dictus Dominus Marchio per pacem, & per modum pacis, & tranquilitatis ipsos extrinsecos reducere in Civitate. Alexandriæ, eo salvo, quod antequam ipsos inducat in Alexandriam inter Comune, & intrinsecos Alexandriæ ex una parte, & extrinsecos ex altera fieri faciet veram pacem, & remissionem omnimodam de omnibus discordiis, injuriis, offensionibus, & damnis, datis quocunque modo inter ipsum, & intrinsecos, & extrinsecos seu aliquos ex ipsis Partibus vicissim factis seu datis realiter, seu personaliter, & postea dare consilium, & juvamen omnibus, & singulis observantibus quam pacem, & contrafacientibus resistere & eos offendere toto suo posse. Eo etiam salvo, quod Comune, & Homines Alexandriæ non astringantur, nec astringi possint modo aliquo, causa, vel jure ad aliquod dandum, concedendum, vel solvendum de avere Comunis Alexandriæ, nec ad remittendum, vel relaxandum alicui personæ vel Universitati de Jure, honore, vel jurisdictione Comunis, seu Populi Alexandriæ, vel alicujus singularis personæ de Alexandria, vel districtu. Et quando prædicta, & infrascripta Capitula firmabunt inter ipsum Dominum Marchionem, & Comune Alexandriæ, teneatur ipse Dominus Marchio renuntiare omnibus ligis, juramentis, & promissionibus, quibus unquam fuisset astrictus aliquibus tam intrinsecis, quam extrinsecis de Alexandria, & publice protestare in scriptis, quod ipse non vult amplius teneri prædictis de prædictis nec eis inde aliquid amplius observabit. Item quod dictus Dominus Marchio teneatur, & debeat reducere & restituere omnes Forenses de Bosco, & de Styanaria, & de omnibus aliis Villis Alexandriæ in locis, in quibus stare consueverunt in suis possessionibus, & juribus & omnes & singulos Intrinsecos Alexandriæ restituere teneatur in omnibus suis juribus vel quasi, sicut reducentur, & restituentur illi de Lanzavegiis, & Merlanis, & eorum parte in Alexandria in eorum juribus, & possessionibus, vel quasi. Eodem modo, & forma intelligatur de Forensibus Villarum, quæ sunt de parte extrinseca. Item quod dictus Dominus Marchio teneatur, & debeat infra quindecim dies postquam fecerit fieri pacem inter Comune & Intrinsecos Alexandriæ ex una parte, & extrinsecos ex altera facere restitui pleno jure Comuni Alexandriæ omnia Castra, Fortalitias, Villas, & loca, quæ & quas tenent aliqui de Alexandria Intrinseci, vel extrinseci, ita tamen quod si aliquis debet aliquid recipere, seu tenet aliquod Castrum a Comuni Alexandriæ ex contractu vel obligatione seu promissione quem, vel quam secum fecerit Comune Alexandriæ pro ipsis Castris, Fortalitiis, seu locis non possit inde extrahi, nisi secundum in ipsis Contractibus, promissionibus, & obligationibus continetur. Et quod ipsi facient Comuni Alexandriæ, & omnibus, & singulis de Alexandria pacem, finem, & remissionem, vel pactum de non petendo de omnibus offensionibus, damnis, & injuriis realibus, & personalibus datis, seu factis per ipsum Comune, sive per homines Alexandriæ, & de omni, & toto eo, quod petere posset a Comuni Alexandriæ, sive ab aliquo vel aliquibus de Alexandria prædictis de causis. Versa vice, quod Comune, & singulares homines Alexandriæ facient prædictis Extrinsecis pacem, finem, & remissionem, vel pactum de non petendo de omnibus offensionibus, damnis, & injuriis realibus & personalibus, datis seu factis per ipsos Extrinsecos, seu per aliquem ipsorum, & de omni & toto eo, quod petere posset ab ipsis Extrinsecis sive ab aliquo, vel aliquibus ipsorum prædictis de causis. Item quod dictus Dominus Marchio teneatur, & debeat liberare & absolvere, liberari, & absolvi facere omnes illos, qui sunt sive fuerunt in Carceribus ipsius sive Terra ipsius, sive quondam Domini Bastardini, sive quondam Domini Raynerii, sive alicujus Vassalli ipsius & cassare, & irritare, & cassari, & irritari facere omnes promissiones, obligationes, & pænas factas, seu promissas per ipsos Carceratos, seu per aliquos manulevatores, fidejussores, seu sponsores ipsorum incarceratorum, sive per aliquos occasione ipsorum & omnes assecurationes, lucrationes & cessiones, cartas, & scripturas & quoslibet contractus factos occasione dictarum pænarum, obligationum, promissionum, fidejussionum, & intercessionum quocunque modo, & qualitercumque & per quæcunque, & ex nunc ipso jure, & facto prædicti omnes contractus, obligationes, pœnæ, fidejussiones, promissiones Cartæ, & scripturæ sint cassi & cassæ, & nullius valoris, & pro cassis, & irritis perpetuo habeantur. Eo salvo quod Comune & homines Alexandriæ teneantur dare, & solvere illis de Alexandria, quibus fuerunt nomine Comunis Alexandriæ data, sive concessa jura contra fidejussores & manulevatores qui manulevarunt Oddinum Cavallarium, & Odonem de Quinzano, & quosdam alios, medietatem ejus quantitatis in qua fuerunt eis data, cessa, sive concessa jura eo modo & forma, & eo tempore quo fiet solutio illis qui tenent Castra Aqu. Carponen. & Rocchæ, & ipse Dominus Marchio debeat curare bona fide sine cohatione aliqua quod prædictis fiat prædicta solutio prædicto modo, forma, & tempore, excepto quod si Domino Oberto Cani observabitur id; quod continetur in infrascripto Capitulo quod loquitur de Barufaudo Guaicho, nihil habere debeat de prædictis, nec occasione prædicta. Versa vice, quod Comune & homines Alexandriæ teneantur, & debeant liberare, & absolvere, & liberari & absolvi facere omnes illos qui sunt, sive fuerunt in Carceribus Comunis, & Hominum Alexandriæ seu in terra alieni Vassalli ipsius Comunis, & cassare & irritare, & cassari & irritari facere omnes promissiones, obligationes & pænas factas sive præmissas per ipsos Carceratos sive per aliquos Manulevatores, fidejussores, sive sponsores ipsorum incarceratorum sive per aliquos occasione ipsorum, & omnes assignationes, lucrationes, & cessiones, Cartas, & Scripturas, & quoslibet Contractus factos occasione dictarum pænarum, obligationum, promissionum, fidejussionum, & intercessionum quoquo modo, & qualitercunque, & quæcunque, & ex nunc ipso jure, & facto prædicti omnes Contractus, obligationes, pænæ, fidejussiones & promissiones, cartæ, & scripturæ sint cassi, & cassæ & nullius valoris, & pro cassis, & invitis perpetuo habeantur. Item quod dictus Dominus Marchio promittat juvare, & manutenere Dominum Petrum Trotum in Regimine, seu Rectoria Populi Alexandriæ, & in omni honore, & Baylia quem & quam habet in ipso Populo seu in Comuni Alexandriæ pro ipso Populo toto tempore ad quod electus est in ipso Regimine per ipsum Populum, & ei faciet solvi totum Salarium sibi ordinatum. Hoc salvo quod si per Populum Alexandriæ, seu per tam magnam quantitatem hominum Popularium Alexandriæ dicatur ipsi Domino Marchioni, quod ipse Petrus removeatur ab ipsa Rectoria Populi, quæ recte moveat ipsum Dominum Marchionem ad audiendum ipsos; Tunc possit convocare ad se Consules & Ancianos Populi, & eis injungere, quod ipsi congregent Populum eo modo quo congregare consueverunt pro aliis magnis factis Populi vel Comunis Alexandriæ & in ea Congregatione petant consilium, quod eis videtur faciendum de Regimine Populi ipsius Domini Petri. Et si eis, vel majori ipsorum parti videbitur, quod ipse Dominus Petrus permaneat in ipso Regimine, teneatur ipse Dominus Marchio eum juvare & manutenere modis omnibus ut supra; sin autem eis videbitur quod sic removendus fiat, & plena solutione de toto eo, quod est sibi ordinatum pro salario Regiminis ipsius Populi pro toto tempore ad quod fuit electus antequam inde removeatur, & interim donec sibi fuerit integrè satisfactum ut supra teneatur ipse Dominus Marchio ipsum Dominum Petrum manutenere & juvare modis omnibus ut supra, postquam autem sibi integre satisfactum fuerit de toto suo Salario ut supra, removeatur seu removeri possit ab ipso Regimine secundum voluntatem ipsius Populi ut supra. Et si Consules, & Anciani non congregarent Populum quando eis injungeretur per Dominum Marchionem; tunc liceat ipsi Domino Marchioni prædicta de causa ipsum Populum facere congregari observando semper omnia, & singula inserta. Item quod ipse Dominus Marchio promittat, & promittere debeat manutenere Populum & Societatem Populi, & Rectorem, & Consules, & Ancianos ipsius Populi, qui modo sunt & qui pro tempore fuerint, & quemlibet de ipso Populo & de Societatibus Populi, in omni suo jure & honore, statu, & baylia, & prærogativa in quo vel qui-

ANNO 1278.

ANNO 1278. quibus modo sunt vel esse consueverunt, seu aliquo tempore in majori, & meliori fuerunt, seu esse consueverunt & in Consiliis Populi & Comunis publicis & secretis & in Statutis tam Populi, quam Comunis & in omnibus & singulis honoribus, Offitiis, & Bailiis, & prohibere cum effectu ne aliqua societas, liga vel unitas seu conspiratio, vel alio quocunque modo censeatur, sit, vel esse possit in Alexandria vel districtu nisi tantummodo Populus & societas Populi, non obstantibus aliquibus Statutis, Capitulis vel Ordinamentis, seu pactis generalibus, vel spetialibus superius vel inferius seu alibi factis, seu quæ fieri possent. Item quod dictus Dominus Marchio procuret bona fide facere & fieri facere concordiam inter Dominos Ruffinum de Putheo, Petrum Trotum, & hæredes quondam Ruffini Troti & alios habentes jura a quondam Domino Alberto de Inciſa ex una parte & Possessores vel quasi bonorum, & jurium, quæ quondam dictus Dominus Albertus habuit, tenuit, & possedit, vel quasi in Inciſa, Bergomasco, Castro novo, & Jurisdictione Inciſæ. Et si hoc facere non poterit, teneatur cognoscere, deffinire, & terminare summarie & sine strepitu Judicii inter ipsas Partes de prædictis quæstionibus & mandare executioni quod terminaverit & deffinierit quæ facere teneatur usque ad Festum Nativitatis Domini proximum venturum. Item quod dictus Dominus Marchio teneatur, & debeat reducere Caparos & alios extrinsecos Bergamaschi in Bergomascho, & restituere in omnibus suis bonis, possessionibus, & juribus quæ, & quas habere, tenere, & possidere & quasi consueverunt in loco, & Poderio Bergomaschi & in Terra Marchionum de Inciſa, & quod omnes securitates, quas fecerunt prædicti de Caparis versus Marchiones de Inciſa, sive versus aliquem ex eis, videlicet Obertus, Jacob, & Guillielmus occasione fugæ, quam fecerunt a Carceribus, cassentur & ab omnibus obligationibus factis prædicta de causa ipsi fidejussores, & manulevatores a prædictis Marchionibus penitus absolvantur, & hæc omnia fiant, & fieri debeant infra dies quindecim postquam ipse Dominus Marchio intraverit in Civitatem Alexandriæ. Eo salvo quod si prædictis de causis aliquid voluissent non fiat eis inde aliqua restitutio. Item quod dictus Dominus Marchio teneatur manutenere Dominum Paganum de Putheo, & Liberos in omnibus Juribus suis sibi competentibus, & cuilibet ipsorum versus Comune Alexandriæ. Item quod dictus Dominus Marchio teneatur ita facere & curare sine coatione quod satisfaciat Domino Rombicomiti de Guaschis per Mulinarios Alexandriæ, & ab ipsis de toto salario ei ordinato per ipsos Mulinarios vel aliquos ex eis, & de toto tempore ad quod fuit electus, vel quod non removebit eum vel faciet removere, donec sibi fuerit satisfactum ut supra. Item quod dictus Dominus Marchio teneatur & debeat liberare, & liberari facere Barifardum Guascum a Carceribus, ubi est à Comuni d'Ast, & si dictum Comune d'Ast nollet liberare dictum Barifardum, & relaxare seu liberari, & relaxari facere ab illis qui eum detinent in dictis Carceribus sine aliquibus expensis, exceptis expensis factis in cibo, & potu, & guarandiis, precibus & Mandato Domini Marchionis, dictus Dominus Marchio non debeat consentire alicui treguæ seu paci, quam faceret Comune Alexandriæ, seu facere vellet cum Comuni d'Ast, donec dictus Barifardus esset liberatus a dictis Carceribus. Et prædicta omnia fiant, & attendantur infra Menses duos postquam completa fuerint Pacta, & Conventiones inter ipsum Dominum Marchionem, & Comune Alexandriæ, vel si prædicta fieri non possent, extrahatur, & liberetur dictus Barifardus a dictis Carceribus, expensis Comunis Alexandriæ usque in quantitatem librarum trecentum Astenxium, & non plus quas Comune Alexandriæ eidem Barifardo vel alii pro eo dare teneantur infra mensem unum, elapsis prædictis duobus mensibus. Et ipse Dominus Marchio teneatur facere, & jurare bona fide, quod prædicta attendantur, & observentur. Item quod dictus Dominus Marchio promittat juvare, manutenere, & deffendere Dominum Conradum de Bosco, donec fuerit restitutus in omnibus suis rebus & juribus toto suo posse & facere vivam guerram tenentibus res & jura ipsius Domini Conradi, donec fuerit restitutus ut supra. Eo salvo, quod si Dominus Thomas Malaspina se compromittat in ipsum Dominum Marchionem ad voluntatem Domini Marchionis de discordiis, quæ sunt inter ipsum ex una parte & ipsum Dominum Conradum ex altera, & si Dominus Conradus nollet se compromittere, non teneatur dictus Dominus Marchio de prædictis contra Dominum Thomam, & si dictus Dominus Thomas non observaret cum effectu dicta, seu pronunciata per ipsum Dominum Marchionem, tunc ipse Dominus Marchio teneatur contra ipsum Thomam, ut supra. Item quod ipse Dominus Marchio sit Capitaneus Comunis, & hominum Alexandriæ, & districtus usque ad quatuor annos tantum ad manutenendum & conservandum pacem quæ fiet inter partes Alexandriæ & ad resistendum omnibus, & singulis contra ipsam pacem facientibus, & ad dandum cuilibet Potestati, qui erit in Regimine Alexandriæ, favorem, & auxilium ad faciendum suum Regimen, & puniendum Maleficia, & etiam si contigerit, quod Comune Alexandriæ habeat aliquam guerram, ad faciendam ipsam guerram, & omnia, & singula pertinentia ad ipsam guerram secundum voluntatem, & consilium Consilii generalis Alexandriæ, & ad conservandum, & conservari faciendum omnia, & prædicta & singula, & hanc pro salario ipsius Capitanei pro quolibet anno libr. mille Papiens., & non plus. Item quod dictus Dominus Marchio teneatur, & debeat jurare, manutenere, attendere, & observare in perpetuum omnia prædicta, & singula & etiam infrascripta & nullo jure, modo vel causa contrafacere, vel venire, nihil diminuere de honore, Jurisdictione, Imperio mero, & misto, potestate, & baylia, quod, quam, quæve Comune, & homines Alexandriæ habent seu habere & tenere consueverunt tam intra Civitatem Alexandriæ, quam extra & nulli volenti diminuere consentire sed & modis omnibus se opponere, & quod non possit aliquid ulterius, seu plus, quam in istis Capitulis continetur de jure vel de facto in homines seu contra homines Alexandriæ & districtus nec in Civitate Alexandriæ, vel districtu habere, petere seu acquirere vel acquistare per se, nec per alium, per aliquem modum, nec etiam a Comuni seu ab aliquibus sive ab aliquo offerentibus in præjuditium seu diminutionem juris vel honoris vel Jurisdictionis Comunis Alexandriæ recipere aliquo modo, sive ingenio vel causa, quæ dici vel excogitari possit, & si contra prædicta seu aliquod prædictorum, seu infrascripta vel aliquid infrascriptorum in aliquo faceret vel veniret vel modo aliquo haberet, acquireret, reciperet seu peteret vel faciendum committeret quod ei facere aliquo modo non liceat, non valeant, neque teneant prædicta, nec aliquid de prædictis & infrascriptis in præjuditium observantis. Et Comune, & homines Alexandriæ non teneantur eidem in aliquo de prædictis, & quidquid haberet, acquireret, seu reciperet per se vel alium ultra, præter, vel contra prædicta seu aliquid de prædictis aliquo titulo, dignitates, honores, seu bayliæ quocunque nomine censeatur, vel quolibet alio modo, totum sit cassum, & irritum, & nullius valoris, & pro casso, & irrito habeatur, excepto, quod possit petere gratis, & recipere à singularibus personis Comunis Alexandriæ, & districtus sine præjuditio, & diminutione Comunis Alexandriæ, & jurium ipsius Comunis. Versa vice quod Comune, & homines Alexandriæ teneantur, & debeant jurare, manutenere, & attendere & observare in perpetuum omnia prædicta & singula, & etiam infrascripta, & nullo jure, modo, vel causa contrafacere, vel venire, & nihil diminuere de honore, Jurisdictione, Imperio mero, & misto, & potestate, & baylia, quod, quam, quæ dictus Dominus Marchio habet, seu habere, & tenere consuevit ipse, & Pater suus, & nulli volenti diminuere consentire, sed ei modis omnibus se opponere, & quod non possit aliquid ulterius, seu plus, quam in istis Capitulis continetur de jure, vel de facto in homines, sive contra homines districtus, vel de districtu dicti Domini Marchionis habere, seu acquirere vel acquistare per se, vel per alium per aliquem modum ab aliquo seu aliquibus offerentibus in præjuditium sive diminutionem Juris, vel honoris, vel Jurisdictionis ipsius Domini Marchionis recipere aliquo modo, seu ingenio, vel causa, quæ dici vel excogitari possit, & si contra prædicta vel aliquid prædictorum, seu infrascripta, vel aliquid infrascriptorum in aliquo facerent, vel venirent, vel modo aliquo haberent, acquirerent, seu reciperent, seu peterent, vel faciendum omitterent, quod eis facere modo aliquo non liceat; Non valeant neque teneant prædicta, nec aliquid de prædictis & infrascriptis in præjuditium observatis, & Dominus Marchio non teneatur eisdem Comuni, & hominibus in aliquo de prædictis, & quicquid haberent, acquirerent, seu reciperent per se, vel per alium ultra præter, vel contra prædicta, seu aliquid de prædictis, totum sit cassum, & irritum, & nullius valoris, & pro

ANNO 1278.

ANNO 1278. cassо, & irrito habeatur. Excepto, quod possit petere gratis, & recipere a dicto Marchione, & a singularibus personis districtus ipsius sine præjuditio & diminutione jurium ipsius Domini Marchionis. Quæ omnia, & singula jurentur, & firmentur, & promittantur attendi & observari secundum purum, & simplicem intellectum litteræ per ipsum Dominum Marchionem, & per Castellanos, Vassallos, & homines ejusdem per tot, quot videbitur Comuni Alexandriæ. Versa vice, quod prædicta omnia, & singula jurentur, firmentur, & promittantur attendi, & observari secundum purum & simplicem intellectum litteræ per Comune, & Homines Alexandriæ, & per Vassalos, & Cives Civitatis prædictæ per tot, quot videbitur eidem Domino Marchioni. Et quæ omnia & singula inserta prædictus Dominus Marchio, pro se, & suis subditis, & Vassallis & dicti Sindici nomine dicti Communis & hominum, & Vassalorum Alexandriæ sibi ad invicem attendere, & observare solemni stipulatione promiserunt, & nullo tempore modo, vel causa contra facere, vel venire, & Sacramento corporaliter præstito juraverunt, & perinde ipse Dominus Marchio prædictis Sindicis dicto nomine obligavit pignori omnia sua bona, & dicti Sindici prædicto nomine ipsi Domino Marchioni omnia bona Comunis Alexandriæ, & inde plura Instrumenta super omnibus prædictis, & quolibet prædictorum dictæ Partes fieri rogaverunt mihi Ruffino de Bredolano Notario Domini Marchionis, & Guillielmo Frascharæ Notario Comunis Alexandriæ.

L. H. T. Ego Ruffinus de Bredolano Notarius ab Imperatore Frederico, & tunc etiam Notarius ejusdem Domini Marchionis hiis omnibus interfui, & rogatus scripsi.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor. Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 11. Julii. 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 12. Julii. 1720.

CLIII.

1279. 17. Septembre. BERTHOLDI *Episcopi Babenbergensis Literæ, de Infeudatione per eum* ALBERTO, HARTMANNO *&* RUDOLPHO, *Romanorum Regis* RUDOLPHI I. *Filiis, facta de Universis Feudis, quæ sibi & Ecclesiæ per mortem Principum Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Marchiæ in eisdem Terris vacare cœperunt, & specialiter de Castro Mytembach cum omnibus harum Terrarum pertinentiis. In quorum compensationem præfatus Romanorum Rex aliquas Advocatias eidem Episcopo sub certa conditione cedit Datum apud Babenberch Anno* 1279. *XV Kalend. Octobris.* [Tiré des Archives Imperiales du petit Tresor de la Regence & de la Chambre à Vienne.]

BErtholdus Dei gratia Babenbergen. Ecclesie Episcopus Omnibus inperpetuum. Equitas rationis & censura justicie nos inducunt, ut memoriter recolentes, & devotione laudabili attendentes illa largiflua munera gratiarum, que Serenissimus Dominus noster Rudolfus Romanorum Rex Inclitus, suique prædecessores divi Imperatores, & Reges Romanorum Illustres nobis & venerande Babenbergensi Ecclesie liberaliter impendunt, ad reddendam sibi & suis condigne vicissitudinis repensivam pronis affectibus & promptis effectibus inclinemus, ut dum per eorumdem Principum munificentiam nos & Ecclesiam nostram dotatos pariter & ditatos esse cognoscimus, digne ipsis gratitudinis debitum laudabiliter exsolvamus, Eapropter nosse volumus universos tam posteros quam presentes, quod nos tantorum beneficiorum que nos & Ecclesia nostra de manibus Principum Romanorum, & specialiter Domini nostri Rudolfi Romanorum Regis prædicti recepimus, non immemores nec ingrati, ut nostre fidei claritas quam ad ipsum & Romanum Imperium gerimus sibi plene clarescceret, ipsum in liberis suis specialiter duximus honorandum. Nam feuda illa universa & singula que nobis & Ecclesie nostre per mortem clare memorie Principum Austrie, Styrie, Karinth. Carnyole & Marchie in eisdem Terris vacare ceperunt, & specialiter Castrum Mytenbach cum nuta & omnibus suis pertinenciis Illustribus viris filiis suis Alberto, Hartmanno & Rudolfo, ac eorum Liberis heredibus masculis tantum, contulimus, ipsosque ad instar & formam dictorum Principum infeudavimus de eisdem, ita tamen, quod feudorum hujusmodi dictis suis filiis concessorum ordinatio & conservatio in ipsius Domini nostri Regis manibus remanebit tantum pro tempore vite sue. Si vero dicti liberi sui decederent, sine filiis heredibus, dicta feuda vacantia & absoluta ad Babenbergensem Ecclesiam libere revertentur. Hanc nostre fidei claritatem quam ipsi Domino nostro Regi in liberis suis ostendimus, & obsequiole devotionis promptitudinem qua suum & Imperii honorem & gloriam sicut tenebamur ex debito hactenus indefesse coluimus, idem Dominus noster Rex gratioso vultu respiciens, & propter hoc & alia que & sibi Imperio tempore quo imninebat necessitas constanter impendimus, nostre devotionis obsequia, nolens nos & Ecclesiam nostram digna retributionis vicissitudine defraudari, hiis nos libertatibus & gratiis que inferius annotantur de regia pietate decrevit liberaliter honorandos. Primo videlicet, quod ab Advocatia in Velkirchen suo, & filiorum suorum nomine vel cujuscunque tempore Principis aut Domini futuri in Karinthia, nichil aliud exigatur, recipiatur aut etiam requiratur, nisi tantum jus illud quod in Litteris super collatione dicte Advocatie confectis venerabilis quondam Hermanni Babenbergensis Episcopi, & Illustris quondam Hermanni Ducis Karinthiæ Sigillorum munimine roboratis, evidentius est expressum. Injustis judiciis, exactionibus & steuris indebitis & aliis vexationibus que a dicta Advocatia ultra jus in dictis Instrumentis expressum hactenus sunt extorte, sublatis penitus & deletis. Preterea renunciavit & cessit idem Dominus noster Rex pro se & filiis suis, ac omnibus futuris Austrie & Styriæ Ducibus & Dominis omni juri quod sibi competit in Advocatiis de Hage, de Chirchdorf & valle Gerstental, quos quondam Principes Austrie & Styriæ, ab Ecclesia Babenbergensi in feudum tenuerunt, ipsas Advocatias cum redditibus, proventibus, judiciis, silvis, pratis, pascuis, nemoribus & generaliter omnibus juribus & bonis quesitis & inquirendis ad dictas Advocatias pertinentibus, nobis & Ecclesiæ nostre libere & absolute relinquens, ac volens nos & successores nostros in sepedictarum Advocaciarum ac ipsis attinentium possessione pacifica illesos perpetuo conservari. Ita tamen quod nos & quilibet Episcoporum Babenbergensium Successorum nostrorum qui pro tempore fuerit, de prædictis Advocatiis singulis annis, in festo Sti. Georgii viginti talenta Wiennensium denariorum nostre & Successorum nostrorum in eisdem Principatibus, camere solvere teneatur. Idem renunciavit & cessit Dominus noster Rex prædictus omni actioni seu juri quod sibi in quadam area in Castro Straffide competit sive competere videbaturque per quondam Babenbergensem Episcopum Duci Karinthiæ data fuit. Insuper quia nos tempore quo filius Domini nostri prædictis feuda terrarum prænotata contulimus, Castrum Werdenbach cum quadraginta marcarum denariorum redditibus de feudis ante dictis deduximus, nobis & Ecclesie nostre de beneplacito Domini Regis prædicti perpetuo retinendum, idem Dominus noster Rex, pro se, filiis suis prædictis & universis successoribus suis in Principatum Karinthiæ deductioni, retentioni & reservationi castri prædicti cum omnibus juribus & pertinentiis suis consensum suum perpetuum ad-

ANNO 1279.

ANNO 1279. adhibuit & assensum. Promittens firmiter pro se & filiis suis ac Principibus predictis, nos & Ecclesiam Babenbergensem pro dicto Castro & suis attinenciis numquam de cetero impeti vel turbari. Hoc tamen signanter adjecto, quod redditus Castri predicti, qui redditus XL. marcarum denariorum excesserint, suis & Successorum suorum usibus attinebunt. Provinciali judicio quod eidem Castro usque modo deservire consuevit, ipsis XL. Marcarum denariorum redditibus nichilominus intercluso. Promisit insuper Dominus noster Rex prædictus, pro se, filiis suis & successoribus suis, nobis & Ecclesie nostre predicte, quod iidem Principes nobis & nostre Ecclesie ac Successoribus nostris aderunt consilio, auxilio & favore, ad hoc; quod universa feuda que nobis & Ecclesiæ nostre jam vacant, & que deinceps in dictis terris per mortem cujuscumque, & in aliis terris per mortem Principum, Comitum, Nobilium, Ministerialium, vel aliarum personarum cujuscumque condicionis aut status existant, vacare inceperint, & nos & Ecclesia nostra plene & integraliter assequamur. Similiter in feudis illis que nobis & Ecclesie nostre per statuta sive tradiciones Imperiales & Regales aut per Sententias judiciarias, vel per modum alium debitum & consuetum vacare ceperunt vel ceperint in futurum, nobis & nostre Ecclesie aquirendis dictum Dominum nostrum Regem, liberos suos, ac Successores suos prædictos adjutores habebimus, & utiles promotores. In quorum feudorum juribus & libertatibus conservandis, ipse Dominus Rex, filii & successores sui in terris prædictis prefate Ecclesie nostre defensores esse tenebuntur pariter & tutores. Acta sunt hec presentibus viris & Dominis venerabilibus: Petro Patavienſi Episcopi Johanne Gurcensi Episcopo, Rudolfo Imperialis Aule Cancellario. Magistro Gotfrido Domini Regis prothonotario. Viris quoque Illustribus & Spectabilibus, Domino Alberto Duce Saxonie, Friderico Burgravio de Nurenberch, Eberhardo Comite de Catzenellpogen. Gerhardo Comite de Rineke. Ulricode Tiwers, & aliis quampluribus. In predictorum omnium testimonium & perpetui roboris firmitatem presentes Litteras, Sigilli nostri munimine roboramus. Nos quoque Heinricus Prepositus, Emicho Decanus totumque Kapitulum Babenbergensis Ecclesie in signum ratihabitionis omnium Promissorum, & pleni consensus nostri qui ad predicta accessit Sigillum Capituli nostri præsentibus duximus appendendum. Datum apud Babenberch. Anno Domini millesimo ducentesimo septimo VIIII. XV. Kalendas Octobris.

CLIV.

1280. 18. Juillet. *Concordia inita inter* LUDOVICUM IX. *Regem Francorum*, & JACOBUM I. *Regem Aragonum, quâ præfatus* LUDOVICUS *Rex pro se & successoribus suis* JACOBO *Regi & successoribus illius cedit omne jus, quod habet in Comitatum Barchinonensem & alios*; JACOBUS *vero prænominatus* LUDOVICO *Regi pariter cedit omne jus quod obtinet in Comitatus Carcassonæ, Redes atque alios. Actum Barchinonæ* 17. *Kalendas Augusti* 1278. [PETRI DE MARCA, Marca Hispanica in Appendice col. 1444.]

NOverint universi quòd cum inter nos Jacobum Dei gratia Regem Aragonum, Majoricarum, & Valentiæ, Comitem Barchinonæ & Urgelli, & Dominum Montispesulani ex una parte, & Ludovicum eadem gratia Regem Franciæ Illustrem ex altera, suborta esset materia quæstionis super eo quòd idem Rex dicebat Comitatum Barchinonæ, Urgelli, Bisuldunensem, Rossilionis, Empurdanensem, Cerritaniæ, & Confluentis, Gerundensem, & Ausonensem cum eorum pertinentiis de regno Franciæ & de feudis suis esse, & nos ex adverso dicebamus nos jus habere in Carcassona & Carcasses, in Redis & Redes, Lauraco & Lauragues, Terminis & Termenes, Biterris & Vicecomitatu Biterrensi, Agde & Agades, Alby & Albeges, Ruthena & Ruthenes, Comitatu Fuxensi, Caturcensi & Caturcino, Narbona & Ducatu Narbonensi, Minerba & Minerbes, Fenoleto & Fenoledes, Terra de Saltu, Petrapertusa & Petrapertusio, Amiliano cum toto Comitatu Amiliani, Credona cum toto Vicecomitatu Credonensi, Gavaldano, Nemauso, Nemausensi, Tolosa cum toto Comitatu Tolosæ & Sancti Ægidii, cum honoribus, districtibus, & juribus universis ac pertinentiis eorundem, tandem post multos Tractatus habitos hinc inde, bonorum mediante consilio cum ipso Rege Franciæ ad hanc Compositionem & Transactionem devenimus. Quod idem Rex pro se & heredibus ac successoribus suis nobis & heredibus ac successoribus nostris & à nobis & anteccessoribus nostris causam habentibus & nostris Procuratoribus ac Nuntiis pro nobis & vice nostra præsentibus, recipientibus, & admittentibus diffinivit, quittavit, cessit, & omnino remisit quicquid juris & possessionis vel quasi habebat, siquidem habebat vel habere poterat seu dicebat etiam se habere tam in Domaniis sive Dominicaturis quàm feudis & in aliis quibuscunque in prædictis Comitatibus Barchinonensi & Urgelli, Bisuldunensi, Rossilionensi, Empurdano, Cerritano, Confluentino, Gerundensi, & Ausonensi, cum omnibus honoribus, homagiis, districtibus, jurisdictionibus, & juribus universis, ac pertinentiis eorundem, & cum omnibus fructibus & proventibus per nos & anteccessores nostros inde perceptis ac quæ etiam percipi poterunt, promittens & ad hoc se & successores suos obligans in perpetuum quòd in prædictis omnibus & singulis nihil de cetero per se aut per alium reclamabit aut petet, renuntians omnino specialiter & expresse pro se & heredibus suis ac successoribus omnibus, Chartis & Instrumentis, si quæ super his habuit vel habebat, volens ac decernens ea penitùs esse nulla, ac promittens quòd ea omnia reddet nobis, renuntians etiam pro se & heredibus & successoribus suis omni juris auxilio tam canonici quàm civilis nec non consuetudinarii & omni Privilegio reali & personali quibus contra prædicta vel aliquid prædictorum juvare se posset. Nos autem similiter vice versa pro nobis, & heredibus & successoribus nostris præfato Regi Franciæ & heredibus ac successoribus suis & ab ipso & anteccessoribus suis causam habentibus diffinimus, quittamus, & cedimus, atque remittimus omnino specialiter & expresse quicquid juris & possessionis vel quasi habebamus vel habere poteramus sive dicebamus etiam nos habere tam in Domaniis seu Dominicaturis quàm feudis & aliis quibuscunque in Carcassona & Carcasses, in Reddis & Reddesio, Lauraco & Lauragues, Terminis & Termenes, Biterris cum Vicecomitatu Biterrensi, Minerba & Minerbes, Agde & Agades, Alby & Albeges, Ruthena & Ruthenes, Caturco & Caturcinio, Narbona & Ducatu Narbonensi, Podio Laurentii, Karbus, Castro fideli, terra de Saltu, Fenoleto & Fenoledes, Petrapertusa & Petrapertusensi, Amitiano & Comitatu Amiliani, & Gavaldano, Credona & Vicecomitatu Credonensi, Nemauso & Nemausensi, Tolosa & Comitatu Tolosæ & Sancti Ægidii, & omni alia Terra & jurisdictione Raimundi quondam Comitis Tolosani, cum omnibus honoribus, homagiis, districtibus, jurisdictionibus, ac juribus universis & pertinentiis eorumdem, cum omnibus fructibus & proventibus per ipsum Regem Franciæ vel anteccessores suos inde perceptis & quæ etiam percipi poterunt. Condictum est tamen & ordinatum quod si aliqua feuda moventia de dominatione Fenoledes sita sint infra terminos Comitatus Rossilionis vel Bisuldunensi seu aliorum Comitatuum prædictorum, de quibus Comitatibus nobis quitationem facit Rex Franciæ memoratus, penes nos & heredes ac successores nostros perpetuo remanebunt, & ea nobis & heredibus ac successoribus nostris cessit idem Rex Franciæ & omnino quittavit, salvo tamen jure, si quod fuerit, alieno. Similiter si aliqua feuda moventia de dominatione Comitatuum eorundem sita sint infra terminos Fenoledes, penes ipsum Regem Franciæ ac heredes & successores suos perpetuò remanebunt, & ea sibi, heredibus, ac successoribus suis diffinimus, cedimus, & quittamus omnino; salvo tamen jure, si quod fuerit, alieno. De Amiliano autem & Comitatu Amiliani sciendum est, nos quittationem & cessionem facere prædicto Regi Franciæ, sicut ea tenet & possidet idem Rex Franciæ, & ab ipso & suis tenentur & possidentur. Præterea memorato Regi Franciæ per hanc compositionem cedimus penitùs & expresse concedimus ac heredibus & successoribus suis & ab ipso causam habentibus omne jus repetendi pignoris & actioni quam habemus in prædictis Amiliano & Comitatu Amiliani, Credona & Vicecomitatu Credonensi, & in Gavaldano, cum pertinentiis eorumdem, quæ quidem bonæ memoriæ Petrus quondam Rex Aragonum genitor noster olim titulo pignoris obligaverat Raymundo quondam Comiti Tolosano; & per hanc compositionem omnes Chartas & Instrumenta quæ habemus super dicto negotio confecta reddemus plenariè Regi Franciæ memorato. Per eandem etiam compositionem cedimus, penitùs concedimus, & donamus expresse pro nobis & heredibus ac successoribus

ANNO 1280.

ANNO 1280. bus noſtris prædicto Regi Franciæ & heredibus & ſucceſſoribus & ab ipſo cauſam habentibus quicquid juris nobis competit, ſi quod competit, vel quocunque caſu ſeu ratione vel titulo poſſet ad nos vel heredes aut ſucceſſores noſtros nunc vel in futurum aliquatenus devenire in Toloſa & toto Comitatu Toloſæ & Sancti Ægidii & in Terris Ageneſii & Veneſini ac in tota alia terra, juriſdictione, ac poteſtate Raymundi quondam Comitis Toloſani. Hæc ſi quidem omnia & ſingula, ſicut ſuperiùs continentur, pro nobis & heredibus ac ſucceſſoribus noſtris diffinimus, quittamus, cedimus, & remittimus omnino ſpecialiter & expreſſè prædicto Regi Franciæ & heredibus ac ſucceſſoribus ſuis & ab ipſo & anteceſſoribus ſuis cauſam habentibus ac Nuntiis & Procuratoribus ſuis præſentibus coram nobis & pro ipſo Rege vice & nomine ipſius recipientibus & admittentibus diffinitionem, ceſſionem, & quittationem, omnium prædictorum, cum honoribus, homagiis, diſtrictibus, juriſdictionibus, & juribus omnibus ac pertinentiis eorundem, & cum omnibus fructibus & proventibus per ipſum Regem Franciæ & anteceſſores ſuos inde perceptis & qui etiam percipi poterunt, promittentes & ad hoc nos & heredes ac ſucceſſores noſtros ſpecialiter obligantes quod in prædictis omnibus & ſingulis nihil de cetero per nos vel per alium reclamabimus aut petemus, nec ipſum Regem Franciæ nec heredes aut ſucceſſores ſuos ſeu cauſam ab ipſo vel anteceſſoribus ſuis habentes ſuper prædicta aut aliqua prædictorum per nos vel per alium moleſtabimus in futurum, renuntiantes omnino ſpecialiter & expreſsè pro nobis & heredibus ac ſucceſſoribus noſtris omnibus Chartis & Inſtrumentis, ſi quæ ſuper ipſis habuimus vel habemus, volentes & decernentes ea penitùs eſſe nulla quoad ipſius Regis Franciæ præjudicium & ſuorum, & quòd ea omnia reddemus eidem. Renuntiamus etiam penitùs & expreſſè pro nobis & heredibus ac ſucceſſoribus noſtris omnis juris auxilio tam canonici quàm civilis ac conſuetudinarii & omni privilegio reali & perſonali quibus nos vel heredes aut ſucceſſores noſtri contra prædicta vel aliquod præmiſſorum nos juvare poſſemus. In cujus rei teſtimonium præſentem Chartam Sigilli noſtri plumbei fecimus impreſſione muniri. Acta fuerunt hæc Barchinonæ in palatio noſtro XVII. Kalendas Auguſti Anno Domini MCCLVIII.

CLV.

1281. 9. Aout. *Conſtitutio in Comitiis Generalibus Norimbergæ habitis per* RODULPHUM *Romanorum Regem facta, quod donata de bonis Imperii per* RICHARDUM *Regem Romanorum aut Prædeceſſores illius à tempore quo lata fuit in* FREDERICUM II. *depoſitionis ſententia, nullam debeant habere firmitatem, niſi à majori electorum Imperii parte fuerint approbata. Datum in Nuremberg 5. Idus Auguſti Anno* 1281 *Indictione IX. Regni ſui VIII.* [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1169. Ex Haſnonienſi Cartario Dominorum de Aveſnis.]

NOS RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, tenore præſentium profitemur, & publicè proteſtamur, quod nobis pro Tribunali ſedentibus in ſolemni Curia noſtra apud *Nuremberg*, ſententiatum extitit coram nobis, omnium Principum, Nobilium, ac aliorum fidelium noſtrorum qui fuere præſentes, applaudente conſenſu, quod omnia donata confirmata, ſeu facta quocumque modo alio de rebus vel bonis Imperii, per quondam RICHARDUM Regem illuſtrem, aut prædeceſſores ſuos in Romano Imperio, à tempore quo lata fuerat in olim FREDERICUM Imperatorem II. depoſitionis Sententia: nullius habere debeant roboris firmitatem, niſi conſenſu majoris partis Principum in electione Romani Regis vocem habentium fuerint approbata. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum conſcribi fecimus, & Majeſtatis noſtræ Sigillo juſſimus communiri.

Datum in *Nuremberg*, v. Idus Auguſti, Indict. IX. anno Domini MCCLXXXI. Regni verò noſtri anno VIII.

CLVI.

ANNO 1281.

9. Aout. *Literæ* RODULPHI I. *Romanorum Regis pro deputando idoneo Executore, & Commiſſario, qui D.* JOHANNEM DE AVESNIS *Comitem* Haynoniæ *mittat in poſſeſſionem locorum illi in feodum ab ſe cum Imperii Principum conſenſu datorum. Datum Nuremberg V. Idus Auguſti Anno Domini* 1281. *Indictione IX. Regni ſui VIII.* [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1170.]

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis ſacri Imperii Romani fidelibus præſentes Litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum.

Ad univerſitatis veſtræ notitiam duximus deferendum, quod nobis pro Tribunali ſedentibus apud *Nuremberg*, ſententiatum extitit coram nobis, omnium Principum & Nobilium ceterorumque fidelium noſtrorum qui fuere præſentes applaudente caterva, quod cum ſpectabili viro JOHANNI de Aveſnis Comiti Haynoniæ dilecto fideli noſtro propter ſuæ fidei & probitatis præſtantiam, Terram de *Aloſt*, Terram ſuper Scaldam, Terram Geraldi-montis, Terram Waſiæ, & Terram Quatuor-officiorum cum omnibus attinentiis ſuis in feodum conceſſerimus, & eum inveſtiverimus de eiſdem, prout in Inſtrumentis ſibi ſuper hoc traditis plenius continetur: Nos eidem executorem idoneum, quem ipſe Comes nominaret, deputare & concedere deberemus, qui principaliora loca prædictarum terrarum accedens, & tam Inveſtituram prædictam, quàm nos earumdem Terrarum eſſe Warandos pronuntians, ſæpedictum J. Haynnoniæ Comitem, vel certum Procuratorem ipſius nomine ſuo in corporalem poſſeſſionem prænominatarum Terrarum & attinentiarum ſuarum quarumlibet noſtra auctoritate regali induceret cum ſolemnitatibus debitis & conſuetis, & nihilominus ab omnibus ſuper earum Terrarum diſtrictibus conſtitutis præciperet auctoritate regia ſibi tamquam Domino ſuo debitam obedientiam & reverentiam exhiberi. In cujus rei teſtimonium, præſens ſcriptum exinde conſcribi, & Majeſtatis noſtræ Sigillo fecimus communiri.

Datum *Nuremberg*, v. Idus Auguſti, Indictione IX. anno Domini MCCLXXXI, Regni vero noſtri VIII.

CLVII.

21. Novembre. *Allodium Culenburg per* REINALDUM *Comitem Gelriæ infeudatum pro* HUBERTO DE BOSINCHEM. *Actum Anno* 1281. *feriâ ſextâ, quæ fuit Vigilia beatæ Cæciliæ Virginis.* [J. J. PONTANUS, Hiſt. Gelriæ lib. 6. pag. 158.]

EGO Hubertus dictus de Boſinchem præſenti ſcripto proteſtor & recognoſco evidenter me nobili viro Reinaldo Comiti Geltiæ & Duci Limburgenſi caſtrum meum dictum Culenburg de libera meâ voluntate pro centum libris Hollandicorum denariorum hæreditariè vendidiſſe in hunc modum, quod ipſe Comes & ſui hæredes de ipſo Caſtro profectum ſuum facere poterunt & utilitatem contra quoscunque; nec hoc ego Hubertus prædictus ſeu mei hæredes contradicere poterimus nec debemus vel impedire. Ego etiam Hubertus prædictus ac mei hæredes à Comite prædicto ſuiſque hæredibus Caſtrum prædictum hæreditariè tenebimus & poſſidebimus jure Zutphanienſi, in teſtimonium & robur hujus facti Sigillum meum præſenti Literæ duxi apponendum. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo primo feriâ ſextâ, quæ fuit Vigilia beatæ Ciciliæ virginis.

CLVIII.

13. Decembre. *Compoſitio per* RODOLPHUM I. *Romanorum Regem facta inter* WERNHERUM *Archiepiſcopum Moguntinum ex una, &* JOHANNEM, *ac* HENRICUM *Comites de* Sponheim *ex alterâ parte, ſuper*

ANNO 1281. *per controversiis de castro* Beckelnheim. *Actum Moguntiæ in profesto S. Luciæ Anno Domini* 1281. [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. 1. pag. 313.]

RODOLPHUS Dei gratia Rex Romanorum semper-Augustus, notum facimus universis ac singulis has Literas lecturis aut legi audituris; Quòd nos omnem discordiam, litem & contentionem, quæ fuerunt inter dilectos Principes nostros, Wernherum Archiepiscopum Moguntinum, Ecclesiam suam, Henricum fratrem Comitis de Sponheim, cum omnibus amicis & auxiliariis eorum, partibus ex altera, complanavimus, concordavimus & pacificavimus integraliter, perfectè ac in perpetuum super omnibus factis commissis & perpetratis, in toto tempore illo, quo discordia inter eos cœpit & duravit, in hunc modum.

2. In primis castro Beckelnheim, castrensibus hominibus & bonis, quæ præfatus Archiepiscopus emerat, sicut habetur in Literis divisionis inter Comitem Johannem & Henricum fratrem ejus factæ, renunciavit prædictus Comes Johannes, cum uxore & fratre suo Everhardo, pro se & cunctis hæredibus suis, coram nobis in perpetuum: debetque meo judicio, sub quo dicta bona constare nolcuntur, facere omnia & singula, quæ ordo juris cum Warandia expostulat. Comes Henricus sua tertia parte ibidem debet esse contentus, quemadmodum hucusque tenuit eandem; & Archiepiscopus cum Ecclesia Moguntina in duabus partibus, quas ei vendidit Henricus frater Comitis Johannis, sine alicujus eorum molestatione in possessione quieta permanebit.

3. Captivi omnes facto jurejurando pacis, ut moris est, liberi dimissi sunt.

4. Omnia præscripta Johannes & Henricus Comites de Sponheim, se firmiter observaturos, super sancta Dei Evangelia juraverunt. Quòd si hanc concordiæ & pacis nostram Compositionem ad injuriam Archiepiscopi & Ecclesiæ Moguntinæ præfati Comites violare præsumpserint, tunc nos unà cum Civitatibus Regni, Francofordia, Fridburg, Wetzlaria, Geilenhausen, Oppenheim, Wesalia, ac Bopardia, & ipse nobiscum adversus eos, sæpedicto Archiepiscopo & Ecclesiæ ejus auxilium ferentes, assistentiam faciemus. Contra hæc auxilium ferre præfatis Comitibus Johanni & Henrico non debebunt Fridericus Comes de Liningen, neque filius ejus, neque Everhardus Comes de Katzenellenbogen, neque Emicho Comes de Liningen, seu aliquis eorum, adversus Archi-Episcopum & Ecclesiam Moguntinam.

5. Hanc autem concordiæ & pacis Compositionem de consensu & bona voluntate præfatorum, Archiepiscopi Moguntini, & Comitum Johannis & Henrici de Sponheim fecimus, & ad instantiam eorundem sigillum nostrum Regium, una cum sigillis eorum, & Friderici Comitis de Liningen, & Everhardi Comitis de Katzenelnbogen, his Literis fecimus appendi. Actum Moguntiæ, anno Domini MCCLXXXI. in profesto S. Luciæ.

CLIX.

1283. *Literæ* GERALDI DE MALOMONTE *ad Abbatem* Moyssiacensem *de potestate* CAROLO *Regi Siciliæ à Pontifice* MARTINO *factâ eligendi unum ex liberis suis in Regem Aragonum, & Comitem Barsalonæ quem placuerit.* [Gesta Comitum Barcinonensium apud PETRUM DE MARCA in Marcâ suâ Hispanicâ col. 593. Ex Archivo Monasterii Moyssiacensis.]

VEnerabili Patri in Christo Domino Abbati Moyssiacensi Magister Geraldus de Malomonte Domini Regis Clericus salutem & paratam ad sua beneplacita voluntatem: Noveritis quod Rex Aragonum in die impresi certaminis inter ipsum ex una parte & Illustrem Regem Siciliæ Karolum ex altera viliter omnino defecit, nullam habens excusationem proprii corporis, cùm die præcedenti ad duas leucas de Burdegala Domino Johanni de Greilly Senescallo Vasconiæ fuerit locutus in propria persona. Nec prætextu alicujus metus juvare vel excusare se potest, cùm habeat Litteras Domini Regis Siciliæ de securo & salvo conducto, & Dominus noster Rex Nuntiis ejus, qui propter hoc venerant, obtulerit se daturum eidem Litteras suas de salvo & securo conductu & dictam securitatem jurari facere ab omnibus Baronibus qui erant Burdegalæ cum eodem.

ANNO 1283. Dominus Cardinalis ostendit Domino nostro Regi Litteras summi Pontificis, quarum auctoritate Dominus noster Rex potest unum ex liberis suis, de quo sibi placuerit, in Regem Aragonum & Comitem Barsalonæ eligere seu etiam nominare, & sic electo vel nominato ab eo debet idem Cardinalis regnum deputare prædictum. Quia verò prædictæ Litteræ continebant quædam periculosa & quædam obscura, Dominus Rex nondum concessionem hujusmodi acceptavit, sed mittitur ad Curiam pro periculosis tollendis & ambiguis declarandis. Quibus sublatis & declaratis, dictus Dominus noster Rex est in firmo proposito concessionem hujusmodi simpliciter acceptandi. Mittit tamen nihilominus ex nunc magnam multitudinem armatorum in Regnum Navarræ ad aggrediendum dictum Petrum quondam Regem & Regnum Aragoniæ, vel fortè Regnum Castellæ, contra Xancium rebellem filium Regis Castellæ, si secundùm rei exigentiam, cùm illuc venerit, sibi magis viderit expedire. Dominus Rex declinat apud Tolosam, ibi moram facturus & circa donec audiverit quid inchoaverint & quid fecerint illi quos mittit. Barones de Francia fere pro majori parte die Martis ac die Mercurii post Pentecosten ab ipso licentiam habuerunt. Ipse facit convocationem generalem omnium Baronum in villa de Tolosa in festo Annuntiationis beatæ Mariæ, aggressurus alterum ex dictis Regnis cum manu potenti & forti, prout secundùm illa quæ interim acciderint tunc sibi visum fuerit expedire. Alia quæ acta sunt, cùm vos videbimus, vobis latiùs exponemus. Valeat vestra Paternitas reverenda.

CXL.

Pacta & Conventiones inter GUILLELMUM *Marchionem Montis Ferrati, ex unâ & Commune, atque homines Civitatis* Albæ, *& ejus districtûs initæ. Actum* 26. *Januarii* 1283. *Indictione XI.* [Authentique tirée des Archives Archi-Ducales de Mantoüe.] 26 Janv.

INcipiunt Pacta, & Conventiones que, & quas Illustris Dominus Guilielmus Marchio Montisferrati habuit cum hominibus Civitatis Albe & districtus secundum quod in scripto Instrumento plenius continetur.

Anno à Nativitate Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tertio Indictione undecima die Martis vigesimo sexto mensis Januarii in Ecclesia Sancti Laurentii Albensi in plena convocatione per Campanas, & voce preconia more solito congregata, præsentibus Venerando Viro Domino Benedicto Dei gratia Abbate Sancti Victoris de Guaxano Domino Mainfredo filio Illustr: Viri Domini Thome Marchionis Saluciarum, Dominis Johanne Polgio, Anselmo, & Guilielmo de Gliano, Bonifacio de Cilio, Antonio Crosello de Parma Judice, Brennio de Beage de Cremona Judice, Domino Guillelmo de Buxero Canonico Albensi, Mainfredo de Sta. Julia, Domino Jacobo Panterio de Alba Judice, Girardo de Basignana, Anselmo Bruto, & Pontio Costantio testibus rogatis, & infrascripti interfuerunt Notarii Mainfredus Macharius Ameot de Prato, Oddonus de Begono, Bartholus Costancius, & Obertus Rasteri. In nomine Domini nostri Jesu Christi amen. Infrascripta pacta, & conventiones volunt Dominus Guilielmus Rapa Capitaneus Albensis, & homines Albe fieri, & firmari cum Illustri, & Excell. Domino Domino Guilielmo Marchione Montisferrati, primo cum tractetur per Dominum Episcopum Albensem, & Dominum Joannem de Mella Concordia inter dictum Dominum Capitaneum & homines, & Comune Albæ ex una parte & Guastagnos, sive Forestatos Albe ex altera, si per ipsos inveniri poterit de voluntate, & consensu ipsarum partium & quod ipsa concordia isto modo fiat & sit, & si non reperiretur concordia ut supra, prædictus Dominus Marchio teneatur ipsos Guastagnos, sive Forestatos Albæ concordare, & in Albam redducere, sicut placeret Domino Marchioni prædicto cum consilio D: Episcopi Albensis, & Domini Guilielmi Rapæ prædicti, & Sapientium ad hoc electorum, sive elligendorum per ipsos D. Episcopum, & Capitaneum, & Consilium Albe. Item volunt, & concedunt quod dictus Dominus Marchio Montisferrati per se, & filios masculos ab ipso descendentes habeat Civitatem Albæ, & homines, Castra, & Villas, Jurisdictionem, & jura omnia Civitatis ejusdem cum toto posse, & districtu, & pertinentiis, & cum mero, & mixto Imperio libe-

ANNO 1283. re, & expedite exercendis ſecundum modum, & formam inferius denotatam excepto Caſtro, Villa, Juriſdictione, & Concilii Montisfortis, & Caſtri, & Ville ipſius loci que ſint, & eſſe debeant Domini Guilielmi Rape per ſe, & ſuos heredes cum mero, & mixto Imperio faciendo, & reddendo ibi juſtitiam de Civilibus, & Criminalibus ſicut Dominus, non obſtantibus aliquibus Statutis factis, vel faciendis per Comune Albæ, in quo Caſtro & Villa, Comune, & homines Albæ habeant pacem, guerram, treuguam, exercitum, Cavalcatam, & redductum contra quoſcunque, perſonam, Collegium, & Univerſitatem, quam Civitatem, Juriſdictionem, homines, & jura dictus Dominus Marchio ſalvis Pactis & Conventionibus infraſcriptis, que Pacta & Conventiones dictus Dominus Marchio & filii ejus prædicti obſervare teneantur, & per Officiales ſuos facere inviolabiliter obſervare, & dictum Caſtrum, & Villam, & Juriſdictionem Montisfortis teneatur deffendere pro poſſe ſuo, & manutenere dicto Domino Guilielmo Rapæ, & hæredibus ejus tenentibus ipſum Caſtrum in gentile feudum à dicto Domino Marchione, & eidem fidelitatem preſtantibus. Eo tamen ſalvo quod ultra fidelitatem de Caſtro prædicto dictus Dominus Guilielmus dicto Domino Marchioni aliquid aliud facere non teneatur niſi modo, & forma quo, & qua ſicuti facerent alii Cives Civitatis Albenſis. Item volunt quod omnes homines Albæ, & diſtrictus, qui emerunt regalia ſeu coanceas ipſas habeant, & teneant ſine aliqua inquietatione uſque ad tempus quod conſtitit ipſos eas emiſſe, vel eas conceſſas fuiſſe à Domino Rege Siciliæ, ſive Officialibus ejus vel à Comuni Albæ & modo, & forma contenta in Inſtrumento dictarum coancearum, ſive Emptionis ipſarum. Et teneatur dictus Dominus Marchio firma habere, & haberi facere pacta omnia, & ſingula venditionis novæ Gabellæ, & novi molecii, & obligationem, ſeu Contractum factum de Notaria, ſive Officio Notariæ Civitatis Albe & de . . . . . & Capitulum factum, & ſcriptum in volumine Capitulorum Civitatis Albæ de ſolutione facienda pro mercibus ductis uſque marinam, & de marina in Albam in omnibus, transacto vero tempore venditionis prædictarum Coancearum dictus Dominus Marchio habeat coanceas ſupra dictas, & tranſacto tempore novæ Gabellæ, & novi Molecii prædicti nihil tamen poſtea exigatur, & firma ſit venditio prædicta, ſive venditiones prædictæ novæ Gabellæ & novi Molecii . . . . . propter hoc dictus Dominus Marchio, vel alius pro eo poſſit tamen aliquando habere, vel aliam Gabellam, ſeu novum Molecium facere prædicto vel alio modo: & poſtquam predicte coanceæ in ipſum Dominum Marchionem perveniunt, ipſe Dominus Marchio faciat expenſas Pontium, & alias expenſas omnes quas, & ſicut faciunt vel facere debent Emptores dictarum coanceatum. Item volunt poſſe elligere tres homines de terra dicti Domini Marchionis, vel de parte ſua de quibus contentus eſſet ipſe Dominus Marchio omni anno, & dictus Dominus Marchio unum illorum quem voluerit ponat in regimine Poteſtariæ Civitatis Albe, & diſtrictus, habendo, & tenendo dictus Poteſtas Judicem, & militem, & familiam competentem in dicto Regimine: Et Commune Albe teneatur ſolvere omni anno pro ſalario dicti Poteſtatis, & aliorum Officialium, & familiæ ſuæ libris ducentas Aſtenſes donec dictæ Coanceæ pervenerint in prædictum Dominum Marchionem, & non ultra, & ab inde in antea dictus Dominus Marchio prædictum Poteſtatem, & alios Officiales habeat, & teneat ſuis propriis expenſis in dicto regimine habendo ex nunc dictus Dominus Marchio bamna, & datas omnia, & omnes impoſterum comittenda ſeu comittendas ſtatuta, & ſtatutas per Capitulum Civitatis Albæ, vel que in poſterum ſtatuentur per Comune prædictum. Comiſſa autem vel comiſſa hinc retro minime poſſet exigere, vel habere in totum, vel in parte. Et ſi prædicti tres renuntiarent Poteſtariam prædictam, alii eligantur modo prædicto quoulque unus reciperet dictam Poteſtariam. Item teneatur dictus Dominus Marchio procurare, & facere bona fide quod Comune Albe habeat, & recuperet quicquid dictum Comune habere conſuerit in balneis, ſalvo jure Eccleſiæ Aſtenſis, ſi quod habet. Item teneatur dictus D: Marchio, & ejus Officiales regere ſemper Civitatem Albe, & diſtrictum ſecundum formam Statutorum Civitatis Albe conditorum, vel condendorum per ipſum Commune que ſtatuta fieri poſſint per Comune prædictum ſuper Civilibus, & Criminalibus, & ordinamentis aliis ſuper negociis Civitatis & diſtrictus ad voluntatem liberam Comunis prædicti omni anno, dummodo ipſa ſtatuta non ſint contra Eccleſiæ libertatem, nec contra D: Epiſcopum Albenſem, vel Terram ſuam, & dummodo ipſa ſtatuta non obvient præſenti Donationi & Conceſſioni facte dicto Domino Marchioni ſicut ſuperius, & inferius continetur. Item quod prope Civitatem Albe per miliaria quadraginta teneantur facere exercitum generalem per menſem unum in anno, eorum expenſis, ſi fuerint requiſiti à dicto Domino Marchione, computando à die quo moverent de Alba & diebus quibus redirent computatis, ita tamen quod ſi aliquo anno non facerent exercitum prædictum pro prædicto Domino Marchione ob hoc non poſſet in aliquo alio anno requirere exercitum pro tempore preterito, hoc tamen addito, quod ſi prædictus Dominus Marchio exercitum prædictum in quadraginta miliaria prædicta ultra prædictum menſem vellet retinere, hoc poſſit facere ſuis propriis expenſis, ſtipendiis idoneis. Milites vero, ſeu equites habentes equos de armis per Lombardiam tantum ſecum, & niſi eſſet, perſonaliter ducere poſſit quocumque voluerit, dando eiſdem militibus idonea ſtipendia. Item tenetur dictus Dominus Marchio ſalvare, deffendere, & cuſtodire bona fide, & pro poſſe ſuo Domino Epiſcopo Albenſi, & aliis Epiſcopis, qui pro tempore fuerit totam terram, & homines, Epiſcopatus, & jura ipſius Epiſcopatus Albenſis contra quoſcumque perſonam, Collegium, & Univerſitatem, quidquid dictus Dominus Epiſcopus tenet, & poſſidet, vel viſus eſt tenere, & poſſidere vel quaſi, & omnia demum, & ſingula facere dicto Domino Epiſcopo quod Commune Albæ, & Poteſtas Albe ipſi facere tenetur, fidelitatem vero facere poſſit, & teneatur per Poteſtatem ſuum Albæ omni anno; quod ſi contingeret, quod Deus advertat, quod per Commune Albe, vel per aliquam ſingularem perſonam Civitatis ejuſdem, vel diſtrictus contra predictam Donationem, vel aliquid de predictis fieret, tunc prædictus Dominus Epiſcopus pro ſuo poſſe bona fide per ſe & terram ſuam manutenere, deffendere, & reccuperare teneatur dicto Domino Marchioni, & ſi fieret exercitum per Comune Albæ, prædictus Dominus Epiſcopus dictam Civitatem cuſtodire teneatur, dum Albenſes ſtarent in exercitu ſicut facere conſuerit. Item quod dictus Dominus Marchio, ſive aliquis alius pro eo non poſſit, nec debeat petere, vel exigere, vel exigi permittere..... ab hominibus Civitatis Albæ, vel diſtrictus generaliter, neque ſpecialiter taliam, neque fodrum aliquod, neque aliquam exactionem neque gueſtam angariam, vel per angariam, neque mutuum coacte, præter quod in Caſtro, & Villa, & Hominibus Corneliani, in cujus Villæ hominibus tantum poſſit fodrum imponere, & excuti facere pro cuſtodia, & guardia dicti Caſtri. Comune autem Albæ non, hoc addito quod ſi aliquis Civis Albenſis habitans in Civitate Albæ habet aliquas Poſſeſſiones, vel Domos in Villa, & poſſe Cornelliani, quod de dictis Poſſeſſionibus, & Domibus ſolvere non teneatur, neque debeat fodrum, neque taliam in Corneliano, niſi Communi Albæ, ſicuti faceret de aliis Poſſeſſionibus quas habet in poſſe Albæ. Item quod dictus Dominus Marchio vel filii ejus, non poſſint vendere, vel alio titulo alienare in aliam perſonam niſi in hæredes ſuos legitimos maſculos prædicta ſibi donata, nec aliquid ex prædictis, nec pignori generaliter nec ſpecialiter, vel expreſſim obligare exceptis fructibus, & redditibus, & obventionibus de dictis rebus donatis provenientibus, quos liceat eis obligare prout ipſe voluerit, vel aliter alienare de quinquenio in quinquenium, vel infra, & non aliter. Item quod dictus Dominus Marchio dimittat Civibus habitantibus in Civitate Albe Caſtra propria eorum, & Villas quæ, & quas tenent, & poſſident, & hactenus tenere, & poſſidere conſueverunt, nec ipſis Civibus in dictis Caſtris, ſeu locis aliquam jacturam, vel moleſtiam inferat nec occaſione dictorum Caſtrorum quamdiu erit in fidelitatem, & obedientiam dicti Domini Marchionis. Item quod aliqua ſingularis perſona Civitatis Albæ, vel diſtrictus pro aliqua cauſa Civili, vel Criminali, vel pro aliqua re non compellatur exire Territorium Civitatis Albæ, ſed in Civitate Albæ fiat rogatio, & ſententia feratur, & executio ſequatur de his quæ agitabuntur in Civitate Albæ vel Diſtrictu, & hoc intelligatur de his que agentur tam in cauſa principali, quam in cauſa appellationis, & non poſſit aliqua perſona extrahi de Alba occaſione alicui debiti, vel Juſticiæ faciendæ, ſeu in obſidem, abſque voluntate Conſcilii Civitatis Albæ, vel majoris partis. Item quod quælibet perſona de Alba, & Diſtrictu habeat libertatem, & liberam facul-

ANNO 1283.

ANNO 1283. cultatem faciendi Teſtamentum, & diſponendi quocumque modo voluerit de rebus ſuis in ultima voluntate & . . . . . contrahendum inter vivos donando, vendendo, vel alio quovis titulo alienando, ſicut de Jure hactenus poterat, & in ſucceſſionibus ab inteſtato decedentium ſerventur Jura, nulla pactione ſupraſcripta, vel inſcripta, vel conſuetudine quavis obſtante; hoc pacto quod ipſe Dominus Marchio non poſſit, nec debeat, nec heredes ſui, vel ei locumtenens aliquid exigere, vel habere de ſucceſſionibus decedentium Jure ſucceſſionis, nec de contractibus inter vivos celebratis, niſi aliquis propria voluntate ipſi Domino Marchioni, vel ſuo ſucceſſori aliquid reliquerit, vel aliquo contractu conceſſerit, & niſi de Jure Dominus Marchio prædictus, vel ejus ſucceſſores ſuccedere deberent in deffectu Teſtamenti, & aliorum qui deberent definito ſuccedere ab inteſtato, & expreſſim actum ſit quod in rebus, & poſſeſſionibus ſingulorum nihil venderet ſupradictus Dominus Marchio, vel ejus Curia præter ea, que in Inſtrumento ſpecialiter eſſent conceſſa ſuper rebus ſingularium, & que ſibi alias de Jure Communi, vel municipali obveniret ratione delicti, vel alia juſta de cauſa. Item dictus Dominus Marchio teneatur facere, & curare ſuo poſſe bona fide quod Joannes, & Martinus de Sancto Stephano, & nepotes recuperent, & habeant eorum bona, & jura que habere debent in Sancto Stephano de Aſtixio, & poſſe, vel ita facere quod Comes Manuel ipſa emat pretio competenti. Item quod omnes homines Albe, & diſtrictus; & Villarum Domini Epiſcopi Albenſis ſint liberi, & immunes à præſtatione Pedagii cujuslibet malatote, & cujuslibet alterius exactionis per totam Terram dicti Domini Marchionis ſicut ceteri homines terre ipſius Domini Marchionis, generaliter ſint immunes, & idem intelligatur de Terra, quam dictus Dominus Marchio inpoſterum habebit. Item quod dictus Dominus Marchio, & ei ſucceſſores debeant attendere, & obſervare prædictis Communi, & Univerſitatis, & Univerſis hominibus Albæ, & diſtrictus, & attendi, & obſervari facere omnes conſuetudines, & bonos uſus eos quos, & quas habent, & uſque nunc retro habere conſueverunt vel de cetero habuerunt, dummodo non derogent donationi, & conceſſioni prædictæ ut ſuperius, & inferius continetur. Item quod omnes, & ſinguli de Civitate & Diſtrictu Albe qui habent, vel habuerint quatuordecim annos, vel amplius, jurent, & jurare teneantur ſi fuerint requiſiti à Domino Marchione, vel ejus locum-tenente fidelitatem dicto Domino Marchioni, vel alii recipienti de mandato, & nomine ipſius, & ejus filiis prædictis in perpetuum, & cuſtodire, & deffendere ipſum Dominum Marchionem, & ſucceſſores, & totam ejus Curiam, & omnia ea attendere, & ſervare quæ in Capitulo fidelitatis continentur, & ſpecialiter jurabunt omnia que continentur in hac donatione, vel conceſſione, & conventionibus in hoc Inſtrumento contentis inviolabiliter obſervare. Item teneatur dictus Dominus Marchio, & filii ejus prædicti retinere omnia Caſtra, & omnes Fortalicias Communis Albæ, videlicet Caſtrum, & Villam Corneliani, Caſtrum, & Villam Monteforte, Caſtrum, & Villam Barbariſchi, & Villam Montiſlupi, & Caſtrum novum cum tota Rocha de Macerie quæ conſuevit eſſe Communis Albæ, reſtituent dicto Communi pretium Jacobo de Chocho, quod dederit in dicta Rocha, & omnia alia Caſtra, & Fortalicias, excepto Caſtro, & Villa, & pertinentiis Montisfortis de quibus ſit, ut ſuperius continetur, autoritate prædicta, vel aliquorum prædictorum non debeat, nec poſſit alienare, obligare, vel in aliquam perſonam tranſmutare aliqua ratione vel cauſa, occaſione alicujus contractus hinc retrofactis, vel qui de cætero fientur, ſed ſemper, & continue ipſe, vel ejus ſucceſſores nomine ipſius prædicta Caſtra, & Villas debeat cuſtodire, & ad manus ſuas tenere, ita quod nulla perſona Jus aliquod habeat in prædictis, vel aliquo prædictorum. De redditibus vero ſit, ut ſuperius continetur, ipſis Caſtris, & villis ſemper facientibus, & facere teneantur quiquid hactenus fecerunt pro Communi Albæ, & conſuetum eſt fieri in ſodris, & taliis ſolvendis, & exercitibus, & cavalcatis, & omnibus aliis: Præter Caſtrum, & villam Corneliani, in quo Commune Albæ, non poſſit imponere ſodrum, vel taliam, nec exigere, eo tamen excepto, & ſano intellecto quod ſi aliqua perſona de Civitate Albe, & diſtrictus haberet aliquos redditus, vel aliquod factum, vel alicujus conceſſiones in prædictis villis, vel aliqua ipſarum, quod dicta facta, redditus, & poſſeſſiones eiſdem ſalva remaneant, eo addito, & expreſſim dicto quod dictus Dominus Marchio teneatur Caſtrum Polencii refacere in duos annos proximos venturos à die præſentis Conventionis. Item ſi qua perſona, Collegium, Univerſitates vel Univerſitas inciperet, & faceret guerram in Commune, & homines Albe, ſeu dictum Dominum Epiſcopum Albenſem vel Terram ipſius, ſeu villas ſupradictas, vel aliquam prædictarum, dictus Dominus Marchio ipſos, & ipſas bona fide pro poſſe ſuo deffendere, & jurare teneatur, & guarezare offendentes prædicta vel aliquod prædictorum, & ipſa Guerra perſeverare ad voluntatem Comunis Albæ, donec pacem ſufficientem dediſſet dicto Communi & prædicto Epiſcopo, & ſi poſtquam requiſitus eſſet dictus Dominus Marchio à Communi, vel Nuntio Communis Albe, dum ipſe Dominus Marchio eſſet in Lombardia, ſi ejus locumtenens regeret, & non obſervaret ut ſupra in menſem unum à die requiſitionis. Commune Albæ prædictum ad conventiones ſupradictas obſervandas minime teneatur, & teneretur dictus Dominus Marchio per ſe, & filios ſuos Communi Albæ prædicto reddere, & reſtituere, & reſtitui facere omnia Caſtra, Villas, & Juriſdictiones quæ, & quas prædictus Dominus Marchio, vel alius pro eo teneret, vel haberet occaſione donationis prædictæ, & quæ ſibi conceſſe ſunt in præſenti conventione: ſi vero cum hominibus Albæ dictus Dominus Marchio, vel ejus filii prædicti, ſeu ejus locumtenens vinceret, vel occuparet aliquod Caſtrum vel villam cujuscumque ſit per decem milliaria prope Civitatem Albæ, illud & illa ſit, & eſſe debeat de juriſdictione Civitatis Albæ, & ſemper facere teneantur pro Communi Albæ in ſolvendis fodris, & taliis, & omnibus aliis, ſicut faciunt & facere conſueverat prædictæ Villæ Civitatis Albæ, excepto eo quod inveniretur fuiſſe Feudum dicti Domini Marchionis, vel quod inveniretur proprium Dominium alicujus Eccleſiæ, teneatur etiam dictus Dominus Marchio per ſe, & filios ſuos predictos Civitatis Albæ Caſtra, & villas & Juriſdictionem, & jura ipſius, & ſingularum perſonarum, & ſingulas perſonas ejuſdem Civitatis & diſtrictus, & terre Domini Epiſcopi Albenſis manutenere, ſalvare, & deffendere toto poſſe ſuo contra quamcumque perſonam ut ſuperius continetur. Item teneatur dictus Dominus Marchio dare fortiam, & juvamen hæredibus Thomæ Coſtantii quondam ad habendum, & recuperandum Caſtrum, ſive Caſtrum Rochæ, & Jura quæ ibi habere debent, vel conſueti ſunt habere, & ſi recuperabitur ab hæredibus prædictis teneatur ab ipſo Domino Marchione in Feudum gentille per ſupradictos hæredes. Prædicta Dominus Marchio predictus per ſe ſuoſque filios predictos promittat omnia, & ſingula ſupradicta attendere, & obſervare ita in omnibus, & per omnia in perpetuum bona fide, & juret tacto libro corporaliter, & nullo tempore contravenire per ſe, vel per alium interpoſita ſtipulatione & quilibet ejus filius idemque ſucceſſor teneatur facere ſimile juramentum, & omnia prædicta, & ſingula attendere, & obſervare: Prædicta autem fiant, & eſſe intelligantur omnia, & ſingula in omnibus, & ſingulis, ſalvo Domino Romano Imperatore coronato, & confirmato ab Eccleſia Romana, & regnante, & imperante in Lombardia pro majori parte. Cui tunc reſpondeatur per Communem prædictum de recipiendo poteſtatem ab eo, & de ſibi præſtando fidelitatem, & de faciendo pro eo preſentem guerram, ſicut conſuetum eſt dictum Communem facere Imperatori, & de faciendo omnia, & ſingula quæ conſtarent per Privilegia, vel publica Inſtrumenta fieri debent per Commune Albe Domino Imperatori, non obſtantibus ſupradictis, vel aliquo prædictorum. Vacante vero ſede Imperii prædictus Dominus Marchio, & ſui hæredes prædicti habeat, & habeant integre ipſo jure omnia, & ſingula ſupradicta ſibi conceſſa per preſentem donationem, quibus omnibus conventionibus, & Capitulis, & ſingulis ſuperius declaratis, ſolemniter clare, & aperte, & ad veram intelligentiam lectis, examinatis, & diligenter intellectis in conſcilio generali Communis, & Civitatis Albæ coadunato ſuper voltis Sancti Laurentii more ſolito voce preconia, & ſicut moris eſt in Eccleſia Beati Laurentii Paganus Alexius Civis Albæ Sindicus, & Procurator Communis, & Univerſitatis Civitatis Albæ ad ſupradictum, ſeu præſens negotium explicando, ſicut conſtat per cartam publicam factam, & edditam, cujus Cartæ tenor inferius denotatur: ex certa ſcientia & confeſſu expreſſo prædicti conſcilii generalis, & cujus-

ANNO 1283.

ANNO 1283. libet perſone in dicto conſilio exiſtentis, & omnium aſtantium in convocatione prædicta, nemine diſcordante, de omnibus Dominio, juriſdictione, mero, & mixto Imperio . . . . . , & Diſtrictus Albæ, & de omnibus Caſtris, Villis, Coanceis, & Juribus pertinentibus ad Civitatem, & Communem prædictum ſicut eo modo quo in prædictis Conventionibus, & Capitulis continentur, ſingulariter de omnibus hiis, & ſingulis quæ in prædictis Capitulis exprimuntur, fecit ſicut melius libera Civitas potuit, jure, & nomine Communis hominum, & Univerſitatis Civitatis Albenſis donationem puram, meram, & irrevocabilem, eo modo, jure, & ratione quo, vel qua melius valere poteſt prædicto Domino Guilielmo Illuſtr. Marchioni Montisferrati preſenti, & recipienti, quam Donationem, & que pacta, & quas conventiones dictus Sindicus prædicto nomine fecit, & expoſuit dicto Domino Marchioni, ob multas rationabiles cauſas, potiſſimum, quia Commune Albæ à Communitatis ſuis, & forenſibus Civitatis prædictæ Gueriis, & Injuriis oprimebantur non modicis, nec per ſe ſe poterant abſque maſſimis periculis deffenſari: Et quia auxilio, & deffenſione dicti Domini Marchionis non modicus indigebant, nec aliter bono modo Albenſis Civitas poterat in ſuo Jure, vel ſtatu deffendi niſi per modum prædictum ſubjiceretur Juriſdictioni, & ſubjectioni eidem Domini Marchionis, & hæc omnia ibidem publicè prædictus Sindicus nomine quo ſupra dixit, & proteſtatus fuit manifeſtè, & publicè, exponendo quod prædicta facta ſunt, & faciebat propter cauſas ſupradictas, & ob utilitatem manifeſtam, & evidentem Communis, & hominum Albæ, ac diſtrictus, & ideo dicebat, & proteſtabatur prædicto nomine ex certa ſcientia in prædictis pactis, Conventionibus, donatione, & contractu Commune Albæ, vel homines non fore leſos, & in aliqua . . . . . idcirco quod ex nunc renunciabat prædicto nomine omni beneficio in integrum reſtitutionis & quod prædicta dici non poſſint eſſe facta ſine cauſa, vel propter injuſtam cauſam. Remittendo ex nunc per pactum prædicto nomine dictum beneficium reſtitutionis in integrum & quod non poſſit dicere prædicta fore cauſata. Inſuper dictus Sindicus prædicto nomine ceſſit, contulit, & mandavit dicto Domino Marchioni preſenti, & recipienti ex cauſa donationis ut ſupra, conventionis vel pacti eo modo quo melius valere poterit omnia jura omneſque actiones reales, & perſonales atque mixtas, & generaliter omnes alias pertinentes Civitati, & Communi Albæ in omnibus, & ſingulis que ſuperius declarantur, & in preſentis Conventionibus, ſeu Capitulis ſunt expreſſa ita, & eo modo quo prædictus Dominus Marchio, tam in agendo, petendo, excipiendo quam etiam retinendo in omnibus prædictis, & circa prædicta ea poſſit agere, & uti illis eiſdem Juribus, rationibus, & Juriſdictionibus, ac Imperiis quibus uti poterat, vel poſſet, Commune Albæ prædictum conſtituendo ex nunc prædictum Dominum Marchionem in omnibus prædictis, & circa ea, que in dictis Capitulis continentur, per ſe, & hæredes ſuos procuratorem tamquam in rem ſuam propriam. Qui Paganus in ſignum veri Dominii, & poſſeſſionis vel quaſi ſecundum formam prædictam omnium prædictorum quæ in ipſis conventionibus ſunt narata naturaliter tradidit, & dedit eidem Domino Marchioni Clavam unam ſeu maciam dando, & concedendo nomine prædicto eidem Domino Marchioni licentiam, & liberam auctoritatem ut per ſe ſe, & hæredes ſuos maſculos poſſit quandocunque voluerit, vel etiam per nuntios ſuos aprehendere prædictorum omnium que dicta ſunt ſupra poſſeſſionem corporalem vel quaſi, & ex nunc dictus Sindicus nomine Communis Albæ conſtituit ſe vice ipſius Domini Marchionis tenere, & poſſidere prædicta vel quaſi, donec idem Dominus Marchio per ſe, vel per alium de prædictis corporaliter poſſeſſionem habuerit aprehenſam vel quaſi, promittendo eidem Domino Marchioni ſtipulanti interveniente nomine quo ſupra ſub obligatione omnium bonorum Communis Albæ omnia ea quæ dicta ſunt ſupra, & quæ in dictis Capitulis, conventionibus narrantur expedire, guarire, & deffendere ab omni homine, & perſona, Collegio, & Univerſitate, preterea dixit, fuitque confeſſus & proteſtatus dictus Paganus Sindicus nomine Communis Albæ quod nunquam dictum Commune veniet contra prædicta, vel aliquod prædictorum pretextu maxime quod dici poſſet dictam Donationem indigere inſinuatione vel quod alegari poſſet Commune Albæ non eſſe integrum vel vicem Univerſitatis non optinere ex eo quod Guaſtagni, vel pars Guaſtagnorum, ſive foreſtati à Civitate Albæ, & non interfuerunt prædictis, renunciando ex nunc omnibus juribus, & legibus loquentibus de inſinuatione donationum, & conſtituendo, & ordinando prædicto nomine ea quæ dicta ſunt & que in prædictis conventionibus continentur, eo modo, & forma quo vel qua melius fieri poſſint particulares Donationes. Ita quod quilibet per ſe non poſſet inſinuatione aliquatenus indigere, & ad majorem cautellam & firmitatem omnium prædictorum Reverendus Pater Dominus Bonifacius de Sancta Julia Dei Gratia Albenſis Epiſcopus, & Dominus Guilielmus Rapa Capitaneus, & Poteſtas Civitatis Albenſis prædictis omnibus ſimul, & qualibet per ſe ſe conceſſerunt, & ea laudaverunt, approbaverunt, & confirmaverunt, & videntes, & ſentientes manifeſte utilitates que erant in prædictis pro Communi Albæ, & pericula quæ deviabantur, & evitabantur per Commune, homines Albæ ſi prædicta fortirentur effectum, & complerentur ea, & ſingula que dicta ſunt ſupra inſinuaverunt, & in ipſis, & quolibet Capitulo ipſorum ſuam auctoritatem interpoſuerunt ſolemniter, & decretum prædicta atque omnia, & ſingula dictus Paganus nomine ſupradicto de voluntate omnium Albenſium exiſtentium in prædicta Eccleſia, & ſuper animarum ipſarum juramento corporaliter preſtito tacto libro firmavit, & perpetuo convenit, & promiſit inviolabiliter attendere, & ſervare. Verſa vice Dominus Guiliemus Illuſtr: Marchio Montisferrati diligenter certificatus ſuper omnibus que dicta ſunt ſupra, & ſuper cujuslibet Capitulis, & Conventionibus prædictis ibidem lectis, & recitatis juravit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacto libro ea & quodlibet eorundem perpetuo obſervare, & ſine corruptione aliqua attendere ſecundum modum, & formam deſcriptam ſuperius, & taxatam, & ita de prædictis, & quolibet prædictorum Capitulorum fieri juſſa ſunt, & etiam refici ſi opus fuerit plura publica Inſtrumenta tam per Notarium Domini Marchionis, quam per Notarium Civitatis Albenſis . . . . . conſtantius, & ad majorem utilitatem, & firmitatem dictarum Partium fieri poterunt, vel dictum Inſtrumentum Procurationis, & Sindicatus Pagani Alexii. Anno Domini à nativitate milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſecundo Indictione decima die vigeſimo quarto intrante menſis Decembris Albæ, ſuper voltis Sancti Laurentii, Præſentibus Arderitone Cenſo de Manfredo de Marcenaſcho Nitola, & Matheo Nuntiis Communis Albæ in pleno, & generali Conſilio Civitatis Albæ mandato Domini Guilielmi Rape Poteſtatis, & Capitanei dictæ Civitatis per Campanam bis pulſatam more ſolito, ad hæc ſpecialiter congregato, in quo Conſcilio adherant due partes Conſciliariorum dicti Conſcilii ſalvo pluri dictus Dominus Guilielmus Rapa Capitaneus, & Poteſtas conſenſu, & voluntate dictorum Conſciliariorum nemine diſcrepante quorum Conſciliariorum nomina inferius deſcribuntur, & ipſi Conſciliarii unaniniter, & concordes auctoritate dicti Domini Guilielmi Poteſtatis, & Capitanei fecerunt, conſtituerunt, ordinaverunt, & creaverunt Paganum Allexium preſentem, & volentem eorum, & dictæ Univerſitatis, ſeu Communis Albæ nuntium, & Procuratorem, Sindicum, & Actorem, & id quod de Jure melius, & firmius eſſe poteſt ad dandum, & donandum, & quovis titulo alienationis voluerit alienandum, transferendum, & concedendum Magnifico Viro Domino Guilielmo Illuſtr: Marchioni Montisferrati pro ſe ſuisque filiis maſculis eiſdemque hæredibus . . . . . ipſum Dominum Marchionem per ſe ſuoſque filios maſculos eoſdemque hæredes, & cuilibet, & quemlibet ejus nuntium eorum nomine dictam Civitatem, & Communem, & Homines Albæ, & jura dictæ Civitatis, & Caſtra, Villas dictæ Civitatis, & Dominium, & Jurisdictionem omnium predictorum, & merum, & mixtum Imperium ſecundum Pacta, & Conventiones habitas, & tractatas inter dictum Paganum Alexium, & dictum Dominum Marchionem, & examinatus per Sapientes Civitatis Albæ, & ad faciendum, & firmandum Pacta & Conventiones nomine dicti Communis cum dicto Domino Marchione, & quolibet ejus Nuntio ſeu Procuratore, & ad faciendum fidelitatem de prædictis prædicto Domino Marchioni, & cuilibet ejus Nuntio, ſeu Procuratori, & ad recipiendum promiſſiones, & obligationes, & Sacramentum à dicto Domino Marchione, & quolibet ejus Nuntio, ſeu Procuratore, & ad faciendum prædicto Domino Marchioni, & cuilibet ejus Nuntio

ANNO 1283.

ANNO 1283. tio seu Procuratori. Et demum ad omnia, & singula exercenda, & facienda, & complenda nomine dicti Communis, cum dicto Domino Marchione, & quolibet ejus Nuntio que ipse Dominus Capitaneus, & Potestas, & dicti Consiliarii, & Commune facere possent si presentes essent, dantes, & concedentes dicti Domini Potestas, & Capitaneus consensu, & voluntate ipsorum Consiliariorum, & ipsi Consiliarii autoritate dicti Potestatis, & Capitanei Sindico supradicto liberam, & generalem administrationem, & specialem mandatum in omnibus, & singulis supradictis, promittentes prædicti Potestas & Capitaneus consensu, & voluntate dictorum Consiliariorum, & ipsi Consiliarii mihi Notario publico inscripto recipienti vice, & nomine Domini Marchionis prædicti, & filiorum eorumque heredum ipsius cuilibet personæ cujus interest, vel interesse posset, se se rata, & firma habere perpetuo, & tenere omnia in prædictis, & circa prædicta, & non contrafacere, vel venire sub obligatione omnium Bonorum dicti Communis qui . . . . . & mihi Notario nomine quo supra pignori obligaverunt, nomina autem Consiliariorum ibidem presentium sunt hæc: Novellus Costantius, Roffinus Beruttus, Lanfranchinus Costantius, Benedictus Conradengus de Pactio, Dominus Guilielmus Formajarius Judex, Manuel Costantius, Joannes Tardictus Galuagnus, Costantius dicto Bonpetus, Jacobus Faletus, Pontius Zachare, Dominus Joannes de Mella, Bertus Falettus, Anselmus Beruttus, Banduinus Ponnus Costantius, Dominus Jacobus de Montealto, Anselmus de Castegliono, Thomas Unus, Georgius de Mella, Robaldus Censodus, Dominus Obertus Marescottus, Henricus de Marcenasco, Laurentius Zachar, Benedictus Falettus, Egidius de Marcenasco, Guilielmus de Nicia, Thebandus Falettus, Obertus Bellancius, Thomas filius Bay, Galvagnus Conradengus, Egidius Zacharengus, Guilielmus Massa, Philibertus Zachar, Jacobo Dorexius, Egidius de Ulmo, Fredricus de Mella, Georgius Banduinus, Guido, Rastellus, Thomas Costancius, Marchius Rapa, Bonifacius Beccarius, Otto Cliricatus, Thomas Formajarius, Nicolinus Rapa, Guilielmus Falettus, Bertus Cavalerius, Jacobo de Marcenasco, Obertus Rafferius, Bertholameus Miracelus, Rodulfus Lunellus, Obertus Banduinus, Thomas Soaria . . . . . Rapa, Henricus Rapa, Mundinus Rapa, Leo Rapa, Rodulfus Costantius, Henricus Maixtria, Guilielmus Cupinus, Jacob de Vriolio, Jacob Maixana, Obertus de Summaripa, Matheus Maixna, Odinus de Costegloreis, Dumoteus Banduinus, Laurentius Boverius, Boninus Borellus, Jacobus de Creto, Henricus Cavalerius, Jacobus de Somano, Henricus de Costa, Guifredus Banduinus, Boninus Balestrellus, Nicola Certuxius, Gilius Natarellus, Henricus Pitata, Henricus Bandus, Facinus Gilio, Ubertinus Pancrerius, Henricus de Marcenascho, Joannes de Vicia, Bergoncius Costantius, Boninus de Ecclesia, Otto Comes Telmidus Clericatus, Robandus Burarius Egidius Viscardus, Rudus Gisulfus, Romanius Costantius, Oppici Rapa, Tebandus de Castegliono Egidius Rapa, Obertus Urnus, Guilielmus Costantius, Dominus Petrus Cap., Dominus Henrius de Ulduno, Jacob Coradeugus, Guilielmus de Incunirio, Albertus Costancius, Jacob. Burtus Victius, Joannes de Sancto Stephano, Egidius Costancius, Joannes Censodus, Guilielmus Tomus, Egidius Balbus, Guilielmus Pinta, Obertus Cap:, Maninfredus Banduinus, Percivalius Costancius, Philibertus Alexius, Guilielmus de Vineis, Jacob. de Marcenascho, Egidius Beninus, Oddinus de Zocho, Jacob Gilius, Turchus Bellancius, Petrus Alamania, Belardus de Uduno Dominus Thomas Rapa, Treacia Banduinus, Paglucius Rastellus, Matheus Ciramus, Henuntionus Aqueus, Mainfredus de Marcenascho, Beninus de Rodella . . . . . Ardicio, Censodus Cairetus, Costantius?. . . . . Comunis Albæ hiis omnibus interfui, & hanc cartam sic traddidi & scripsi.

Et ego Obertus Banduinus Notarius hiis omnibus interfui, & hanc cartam rogatus traddidi & scripsi.

ANNO 1283.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor. Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 13. Julii. 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 21. Julii. 1720.

CLXI.

Traité entre JEAN I. *Duc de Bretagne, &* HENRI D'AVAUGOUR, *Seigneur de Maire & de Goello, touchant la Terre de* DINNAN *& celle de* L'AIGLE. *Fait à Kaerhaeer, le Mardi après le Dimanche Quasimodo* 1283. 27 Avril. [LOBINEAU, Histoire de Bretagne Aux Preuves col. 430.]

A tous ceux qui otront & verront cestes presentes Lettres Henri de Valgor Chevalier Seignor de Maine & de Goylou saluz en nostre Seignor. Nos faisons à savoir que comme matere de descorde fut entre nostre chier Seignor Jahan Duc de Bretaigne d'une part, & nous d'autre, sus ce que ledit Duc tenoit Dinan & tote la terre qui fut nostre mere en Dinan & hors Dinan que elle tenoit au jour que elle alla de vie à mort, pour reson de ce que nous, si comme il disoit, ne li avions pas delivré l'hommage de nouvent, ne rendu deniers ne autres convenances accomplies dedens le jour que nous li devions faire; & pour celi defaut il avoit asené à ladite terre de Dinan, & les tenoit comme serées par les convenances qui étoient acordées entre nous & lui, e scellées dou seel nostre Seignor lou Rey de France; à la parfin, dou conseil de bonnes gienz, nous suimes venuz à accort en la manere qui se suit. Ce est assavoir que nous baillons audit Duc en recompensation des choses desusdites la terre de l'Egle, domaines, fiez & rierefiez, en la maniere que nostre cher aieul Mosor Henri d'Avalgor les tenoit ou temps que il s'en dessaisit & entra en Religion, à tenir par ledit Comte & ses heirs, & li promettons l'en fere mettre en l'hommage nostre Seignor lou Rey de France. De rechef o toute la terre de l'Egle nous li baillons & à ses heirs, une piece de terre que l'on apelle Margon, fiez & rierefiez o toutes les apartenances, laquelle piece de terre nous bailla en mariage le Viconte de Beaumont o sa fille nostre fame, e la li promettons delivrer & garentir envers toutes gienz, & à hoster tout hommage d'entre ledit Duc & ladite terre par la reson de sa terre dou Perche, hors l'homage de Monsor Jehan de Lourei, par lequel, si nous ne les poions hoster dedenz un an, nous li sommes tenus à donner cent marcz d'argent, passé ledit terme. Et sommes tenuz li delivrer ladite terre de l'Egle dedenz un an tote quite de rachaz & autres choses, ou six cens livres chacun an jusqu'à ce que ladite terre soit delivrée, conté toutes vaes en icelles six cent livres ce que ledit Duc levera en icelle terre. Et pour assurance baillons Monseignor Jehan Boterel Seignour de Quintin, Rolland Viconte de Tonquedec, Monseignor Pierre Tournemine Chevaliers pleges pour nous pour les six cenz livres paier, en telle maniere que ils tendront hostage dedans la ville de Kerhaer en Bretagne, & ne porront eistre de la banleue de ladite Ville, si n'est de l'assentement doudit

ANNO 1283. Duc, jucque à tant que nous aions delivré la terre audit Duc, &c. De rechief volons & otroions que ledit Duc noſtre Seignour tienge ladite terre de Dinan en ville & hors ville o totes les apartenances que à nous appartient par la reſon de la deſcenduë de noſtre mere, tant come il vivra; laquelle revendra enſuite à nos & à nos heirs, &c. Et volons que la moitié de Dinan en champ & à ville, le Chaſtel de Lehon, & les autres choſes qui furent Monſſor Alain d'Avaugour noſtre chier pere, demore audit Duc & à ſes heirs, &c. De rechef nous volons que ledit Duc ait dous mille livres ez termes qui ſe ſevent, ce eſt aſſaveir mille livres de deux Paſques procheines à venir, & les autres M. liv. ez autres Paſques procheines enſuivant. Et eſt acordé entre le Duc & nous, que nous aurons la moitié des a choes de Dinan que le Duc fiſt, après ſa mort, paiant avant, à lui ou à ſon commandement D. liv. pour noſtre partie des facons deſdites choues, ne ne pourrons riens demander audit Duc ne à ſes hoirs de levées qu'il a levées ne qu'il levera le cors de ſa vie es choſes ne es places ou les choues ſont aſſiſſes; & en ce feſant nous ſuimes quites de quant que il nous poiet demander des levées de achunes années que nous avions fait de la terre de Dinan qui fut noſtre mere, & des deniers que il avoit baillé à Monſeignour Guillaume de Beaumont pour faire une ſomme de deniers que ledit Duc bailla pour la convention qui fut faite entre ledit Duc & noſtre chier pere, & de toute autre ſomme de deniers que il puſt demander juſqu'aujourd'huy. Et eſt accordé que nous ne porrons plus fere de fortereſſe ou Chaſtel Audren, ains demourra ou point où il eſt, ſe n'eſt par le congié dudit Duc. Et totes ces choſes ferons graer à Dame Marie noſtre fame & li fere jurer & donner ſes Lettres avec dous ſeaus ou trois autentiques. Et enſi le jurons tochées les Evangiles, &c. Et les Lettres de noſtre fame ſuimes tenuz fere avoer au Duc dedenz Madeleine prochein à venir, ſcellées dou ſeel de ladite Dame & de dous Eveſques. Et meiſmes noſtre ſeel à ceſtes preſentes: & nous les davant diz Jehan, Rollant, & Pierre, à la requeſte doudit Henri i meiſmes nos ſeaus, & requeiſines enſemble redouté Pere en Chriſt Guillaume par la grace de Deu Eveſque de Rennes que il meiſt ſon ſeel. Donné à Kaerhaer le jour de Mardi après li Dimanche auquel on chante *Quaſimodo*. L'an de grace MCCLXXXIII.

a *Choues, ou Halles.*

CLXII.

11 Juin. *Confirmatio per* RUDOLPHUM *Romanorum Regem*, ALBERTO *&* RUDOLPHO *Ducibus Auſtriæ, conſilio & aſſenſu Principum Electorum facta, ſuper Privilegiis omnibus ab antiquis Romanis Imperatoribus nempe Julio Cæſare & Nerone, Terris & Principibus Auſtriacis conceſſis; ac poſtea per* HENRICUM IV. FRIDERICUM I. HENRICUM VI. *&* FRIDERICUM II. *confirmatis, & adauctis. Dat. in Rhynfeldia* 11 *Junii* 1283. *anno Regni X.* [R. Strein Hand-Veſten / Gerechtigkeiten / und Urkunden des Ertzhertzogthums Oeſterreich / 1. buch. Fuggers Spiegel der Ehren des Ertz-Hauſes Oeſterreich pag. 196. en Allemand.]

NOs RUDOLPHUS Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Notum fecimus, quod nos intuentes, & in dignitate Regia ſincero animo favorabiliter meditantes, cum quo poſſumus noſtrum ſanguinem laudabiliter ſublimare, ejuſque honorem, & Jura roborare, Noverint igitur Univerſi Chri: Sacri Romani Imperii, & noſtri fideles, tam præſentes, quam futuri, quod venientes ad nos ingenui Principes, dilecti noſtri filii, Albertus & Rudolphus Duces Auſtriæ, & Styriæ Domini Carniole Marchiæ & Portus Naonis Comites in Habſpurg, & in Kiburg, ac Landtgravii Alſatiæ, & cum ipſis meliores terrarum ſuarum, quarum ſyncera fides coram Celſitudine noſtra Regia velut lucens facula coruſcabat; Noſque humiliter exorabant, quatenus confirmare dignaremur Literas datas favorabiliter prædictis Terris ab antiquis gentilibus Romanis Imperatoribus & Regibus ob magna bonorum beneficia, ipſisque deſuper acquirere confirmationes Principum Electorum, tum quia in eiſdem Terris Domini novi torent, tum etiam quia eædem Literæ eſſent integre & convulſe in omnibus earum articulis atque punctis. Prima Litera data eſt, per fælicis recordationis quondam Heinricum quartum, Romanorum Regem natum Heinrici Imperatoris in qua confirmate ſunt duæ Literæ Paganicæ, quarum una data eſt per Julium primum Cæſarem, altera per Neronem Cæſarem Tirannicum, eademque Litera Heinrici Regis data eſt ERNESTO Marchioni Auſtriæ in Turrbuch de Anno Dominicæ incarnationis milleſimo quinquageſimo octavo. Secunda Litera data eſt per fœlicis memoriæ Fridericum primum Romanorum Imperatorem, qua fecit Terram Auſtriæ in Ducatum, & quæ data magno Principi Heinrico Auſtriæ Duci primo, Ratisbonæ de Anno Nativitatis Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto. Tertia Litera data eſt per Heinricum fœlicis recordationis quondam Romanorum Regem confirmantem etiam omnes libertates prædictæ Terræ Auſtriæ, quæ data eſt Leopoldo ſtrenuo Duci Auſtriæ, & Styriæ in Erzelinga de Anno nativitatis Dominice (1) *milleſimo ducenteſimo vigeſimo octavo*. Quarta Litera data eſt per fœlicis memoriæ Fridericum ſecundum Romanorum Imperatorem Hieruſalem & Siciliæ Regem, qua confirmat omnes libertates prædictarum Terrarum Auſtriæ & Styriæ, quæ data eſt formidabili Principi Friderico Duci Auſtria & Styriæ, nec non Domino Corniolt, cui Literæ nos per teſte inſcripti fuimus tempore, quo eramus Comes, Datum in Berne, Anno Nativitatis Chriſti milleſimo ducenteſimo quadrageſimo, hoc fecimus, & confirmavimus etiam omnes Literas, libertates & gratias in eisdem Literis compræhenſas, de voluntate & aſſenſu Principum Electorum, Quorum nomina ſunt hæc Wenceſlaus Rex Bohemiæ, Wernhardus Archiepiſcopus Maguntinus, Seyfridus Archiepiſcopus Colonienſis, Heinricus Archiepiſcopus Trevern. Albertus & Joannes Duces Saxoniæ, Otto Marchio Brandenburgenſis. Ludovicus Comes Palatinus Rehni & Dux Bavariæ ita videlicet quod prædicti Principes Albertus & Ruedolphus Duces noſtri nati dilecti, eorumque Hæredes & ſucceſſores in eiſdem Terris, omnia Jura, Libertates, & gratias habere debent, ac ſi ipſimet datæ forent in omnibus terris, quas ad præſens habent inpoſterum vel acquirent, non debet etiam prædictis noſtris filiis eorumque hæredibus & ſucceſſoribus, ac ipſorum terris ullum afferre præjudicium ſi prædictarum Literarum aliqua vel ſpecialiter aliquis Articulus in eiſdem convulſus vel ruptus eſſet; occaſione Otakari Regis Bohemiæ, vel Belæ Regis Hungariæ vel a quovis alio vel adhuc rumpi poſſent, qui prædictas terras injuſte & ſpolii titulo tenuerunt, minime. habere debent omnia & ſingula Jura, libertates & conſuetudines in omnem modum prout ſonant Literæ memoratæ. Datum in Rhinfeldia per manum Magiſtri Henrici noſtri Prothonotarii, undecima Die Menſis Junii Anno Nativitatis Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo tertio. Regni noſtri Anno Decimo.

(1) Cette Date eſt corrompue, & avancée de plus de 30 ans. L'Empereur *Henri VI.* ſurnommé *le Severe* mourut à Meſſine le 29. Sept. 1197. & le Duc *Leopold* dit *le Vaillant* étoit mort, comme on croit dès l'an 1194. [DUM.]

ANNO 1283.

CLXIII.

27. Decembre *Tractatus Pacis inter Romanorum Imperatorem* RUDOLPHUM I. *ab una, &* PHILIPPUM *Comitem Sabaudiæ ab altera parte concluſus. Quò omnis ira & odium erga dictum Comitem, ejusque adjutores, habitum, remittitur, omnesque in ſuis juribus & poſſeſſionibus conſervantur. Suæ Majeſtati autem Muratum & Contaminum, atque Advocatia in Paterniaco, reſervantur. Datum in caſtris ante Paterniacum in die S. Joannis Evangeliſtæ, annô* 1283. [LUNIG Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Contin. I. ab. 1. abſ. 2. p. 558.]

RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus. Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus, præſentes Literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum: Ad veram notitiam cupimus pervenire. Quod nos cum Nobili *Philippo* Comite Sabaudiæ, bonam pacem & firmam ſuper guerra quæ inter nos

ANNO 1283. nos & ipsum vertebatur, fecimus in hunc modum. Primùm quod ipsi Philippo Comiti Sabaudiæ & omnibus & singulis suis valitoribus & adjutoribus, & specialiter Civibus de Murato & Contamino bonam, perfectam & stabilem pacem damus, & facimus, & omnem indignationem, iram, rancorem & odium quos & quæ contra ipsos habuimus, puro corde & bona fide eis remittimus integrè & liberaliter indulgemus. Item dictus Comes nobis reservet & concedet Muratum & Contaminum, & resignabit Advocatiam & quicquid Juris habet in Paterniaco. Item Civibus Murati & Contamini, nulla damna seu gravamina inferemus pro eo quod dicto Comiti adhæserunt, sed eos in juribus suis, possessionibus & libertatibus dignabimur conservare. Item præfato Philippo Comiti Sabaudiæ, nec quæstionem, nec guerram per nos, nec per alium movebimus, tempore vitæ suæ, super possessionibus, hominibus aut fortalitiis Imperii, quas & quos & quæ hodie possidet, aut in sua retinet potestate. Item Prior & Monasterium ac habitatores Paterniaci conservabimus in possessionibus, libertatibus & Juribus suis, nec ipsis aliqua damna seu gravamina quoad vixerimus, inferemus; propter quod dicto Comiti adhæserunt, tali conditione addita quod nos Advocatiam in Paterniaco nomine Imperii retinebimus, tanquam Successoribus nostris, Regibus, & Imperio, & similiter Priori & Monasterio, omne Jus & omnis libertas remaneat salva in futurum, sicut ei competiit, seu competere potuit, primo die antequam hæc pax & concordia esset facta. Item Captivi hinc inde absoluti liberè dimittentur. In cujus rei Testimonium præsens scriptum exinde conscribi, & Majestatis nostræ Sigillo fecimus communiri. Datum in Castris ante Paterniacum in die Beati Joannis Apostoli & Evangelistæ. Indict. XII. Anno Domini MCCLXXXIII. Regni vero nostri, anno undecimo.

CLXIV.

1284. 9. Juin. *Epistola* CAROLI I. *Regis Siciliæ, ad summum Pontificem* MARTINUM IV., *quâ captionem Primogeniti per Triremes Regis Aragoniæ significat, & subsidium pecuniale vehementer poscit, Die 9 Junii XII. Indictionis.* CUM *Ejusdem* CAROLI *aliâ Epistolâ ante dictam Captionem ad eundem Pontificem scripta pro certi copiarum auxilii continuatione.* [Authentique tirée des Archives de la grande Cour Royale de Naples.]

DIe nono Junii XII. Indictionis apud Neapolim Scriptum est Domino, Papæ in hæc verba.

Etsi semper in cordis & oris organo tanquam gratitudinis Filius, prompta recognitione, cecinerim me inter cæteros Mundi Principes Coelesti Regi, & ejus in terris Vicario plus teneri, de quorum manibus potioris liberalitatis, & gratiæ dona suscepi. Ne tamen humana quidquam de se præsumat elatio, vires meas pro Regni Siciliæ restauratione quæsitas, ea lege disponit Altissimus, quod quantumlibet ad id connisus fuerim, & connitar, totum tamen liqueat à divina gratia, & Apostolicæ Sedis ope pendere. Noverit itaque Sanctitas Vestra quod pridem sexto præsentis Mensis Junii oram Tusci, & Campani litoris cum Vascellorum meorum extolio prætergressus in Gayetana Maritima Nuntium habui sollicitudinis & angoris, de quo firmiter credo, jam, usque ad Sanctitatis vestræ auditorium pervenisse fragorem, quod cum Vascella Rebellium Siciliæ in Neapolitanam maritimam navigassent, Carolus Primogenitus meus Carissimus Princeps Salernitanus & honoris Montis Sancti Angeli Dominus, tunc Regni Vicarius, actus impatientiæ stimulis, & vesanis quorumdam consiliis instigatus, spretis, etiam clam elusis repugnantibus ejus voto, consiliis Reverendi Patris Domini G. Sabinensis Episcopi, & in eodem Regno Siciliæ Apostolicæ Sedis Legati, & aliorum Judicii sanioris, Galeas novas in Neapolitano littore pro mei extolii accessione constructas, in mare deduci, & raptim quod diuturna erat provisione gerendum, mandarat armari eisque cum plurium Nobilium Comitiva conscensis hostes prædictos, qui, & quantitatis, & armationis prærogativa gaudebant, die Lunæ quinto prædicti Mensis impetu temeritatis invaserat, & sic hostili protinus classe circumdatus, quamvis ibi cæsa fuisset impugnantium multitudo, demùm tamen in hostium venerat potestatem. Quo sic rapto reliquarum Galearum Pugna succisa, hostes prædicti discesserant & in Insulam se receperant Capritanam: cujus rumoris gravitate perculsus versus partes discriminis, toto posse contendi, & comperto per hostes adventu modo præscito, Siculas partes petiverant. Die Jovis octavo Mensis ejusdem cum prædicto extolio ad Neapolitanam Civitatem applicui, ubi, licet nonnulli leves, & viles post prædicti Principis captionem contumaci crassantia excessissent, à Nobilibus tamèn & reliquis probis Viris Civitatis ipsius satis sum letanter exceptus. Et quamvis ad prædicti rumoris strepitum in adjacenti Provincia quam plures Terræ fuerint quadam concussione turbatæ, statim tamen post adventum meum turbatio conquievit. Licèt itaque de ipsius Principis captione quo ad ejus considerationem paternæ Charitatis viscera moveantur, Attendens tamen quod Divina gratia me per eum locupletavit in sobole ac potens est Dominus ejus conterere laqueum, & in adjutorio Domini liberetur, & quod ex ejus captione quamvis nonnulli Nobiles, undè potissime moveor, in prædicta pugna ceciderint, & nonnulli sint comites captionis, modicum tamen, aut nihil est de mea potentia diminutum. Attendens etiam quod in Neapolitano Portu de partibus Provinciæ Galeæ munitissimæ triginta quatuor & Galeoni quatuor, & de constructis in eodem Portu Galeæ decem & novem, Gerida una, & Galeoni tres, Brundusii vero multiplura Vascella verbum meæ jussionis expectant, quodque Militum & Nautarum per Dei gratiam copiæ mihi suppetunt, cum quibus multo grandius negotium felicem dignè sperare posset eventum. Illud autem omnibus anteponens, quod in mea Justitia causam simul honoris Divini prosequor, & Ecclesiasticæ libertatis, susceptum negotium non minori sed eo majori, quam actenus animo de Divina & Apostolica confisus gratia, continuare constituo, quo post ejusdem Principis captionem majora cernuntur onera meis humeris imminere. Verumtamen cum tanto apparatui nihil præter pecuniam deesse noscatur, ad Paternitatis Vestræ subsidium cum omni humilitate recurro, suppliciter orans ut meditantes, si placet, quam devotè semper me pro Ecclesiæ libertate quibuslibet discriminibus opposuerim, & opponam, & quam certa, ex apparatu prædicto de communibus hostibus promittatur Victoria, si pecuniale tantummodo subsidium intercedat, nec non quantum sequi posset, quod absit, ex neglectu dispendium, circa id, si placet, sic liberaliter, & celeriter providere dignemini, pias etiam super hoc præces ad Dominum emittentes, quod optatus finis oneroso negotio, & læta quies tam longis laboribus imponatur. Ego autem prædictis Vascellis Provinciæ, ac Terræ Laboris in apparatu relictis, ad partes Apuliæ festinus accedo, facturus Vascella ipsarum partium similiter apparari, ut omni dilatione præcisa, ex utroque Regni latere simul tempore prædictorum Vascellorum extolia in Siciliam, Duce Domino dirigantur.

Item tertio ejusdem Junii, scriptum est eidem Domino Papæ in hæc verba.

Ita liquet, ut expressione non egeat, quod Regni mei Status adeo conformiter a Status Matris Ecclesiæ qualitate dependet, ut sicut Capitis sanitas vel languor in membris, sic in meis negotiis ejusdem Ecclesiæ status, & dispositio sentiatur. Ut igitur in contingentibus omnibus, in quibus Ecclesiæ vertitur interesse, vestra beneplacita præponantur, qui Matris Ecclesiæ providendo negotiis, meis per consequens providens, contentus sum, quod Stipendiarii, qui fuerunt olim sub Capitania Nobilis Viri Joannis de Heps Militis, Dilecti Consiliarii, & Familiaris nostri nunc in Campania commorantes, adhuc in partibus ipsis morentur, si eos ibidem creditis pro Ecclesiæ servitiis diutius opportunos. Dummodo ex parte Sanctitatis Vestræ mandetur eisdem, quod si forte in aliquibus Regni partibus circa Confinia opus esset subsidio, & specialiter in Aprutio, non differant subvenire. Si vero in eisdem Campaniæ partibus ulterius necessarii non credantur, humiliter supplico ut eos pro aliquo competenti tempore de solita vestræ Munificentiæ gratia solidatos ad mea in Regno servitia venire mandetis.

Extracta est præsens Copia ab originali Regesto Regis Caroli Primi signato de Anno 1283. *litera A. folio* 150. *quod conservatur in Archivo Magnæ Regiæ Curiæ Siclæ*

ANNO 1284.

ANNO 1284. *Siclæ, cum quo facta collatione concordat, meliori tamen semper salva, Et in fidem Reverend. D. F. D. Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ Canonicus Præbyter Cardinalis, D. Honuphrius Sicola Regius Archivarius à sua Catholica, & Cæsarea Majestate constitutus post subscriptionem cujuslibet paginæ hic tantum se subscripsit. Datam Neapoli die 2. Julii 1718.*

Canonicus D. Honuphrius Sicola.

L.S.

CLXV.

1285. 17. Fevrier. *Transactio inter Commune Pisanum ab una & nobiles de Domibus Opetingorum & Cadulingorum a parte alterâ, quâ ad sedandas & radicitus extirpandas dissensiones & discordias inter eos subortas, dictum Commune cedit omnia jura, omnesque actiones & rationes, quæ & quas habuit in certis Terris, Locis & Castris in Instrumento speciatim denominatis. Act. Pisis in Palatio publico 13 Kal. Martii anno 1285. Indict. XIII.* [PAOLO TRONCI, Memorie Istoriche della Citta di Pisa. pag. 250.]

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen.

CUm inter Comune Pisanum & Nobiles de Domo sive de Domibus Opetingorum, & Cadulingorum hucusque discordiæ, & dissensiones quam plurimæ fuerint, causa, & occasione infra scriptarum Jurisdictionum, Terrarum, & Locorum, & Jurium, & propter hoc prædicti Nobiles videantur discessisse & demansisse à fide, & amore servitutis, & devotionis, & propter præsentes Conditiones & statum Pisani Communis occurrentem prædictæ discordiæ videantur, sint & esse possint multum damnosæ, & præjudiciales Communi Populo, ejulque districtualibus. Ideo nos Ugulinus Comes de Donoratico Dominus sextæ partis regni Calaritani, Pisanorum Dei gratia Potestas, potestario nomine, & Homita Argentarius Judex Antianorum, Villanus Tollarius, Bartolomeus Parassonis, Leo Tabernarius, Paulus Bonamici, Ciolus Guami, Sigerius Cionetti Judex, Gerhardus Dandi, Gerhardus Ormentinus, Henricus Lagius, Lensius Casinus, & Landus Vinarius, Antiani Populi Pisani Antianatus nomine pro bono & pacifico statu, & pro utilitate & salute Pisani Comunis & Populi ejusque districtus; volentes præsentes Nobiles ad devotionem, & amorem, atque servitia perpetua Pisani Comunis, & Populi reducere, & revocare, & prædictas discordias, & omnem aliam Materiam quæstionis, & scandali, quæ est vel esse possit inter Comune Pisanum & præfatos Nobiles sedare, & radicitus extirpare ex Italia, & potestate, & auctoritate nobis data, credita & concessa à Consilio Senatorum credentiæ, & ad eorum ordinem Pisani Communis celebrato Dominicæ Incarnationis Anno 1285. Indit. 13. 13. Kal. Martij ipsorum Consiliorum & cujuscumque eorum sequentes pro Comune, & Populo Pisano, & vice, & nomine Pisani Comunis & Populi, ex certa scientia & non per errorem damus, tradimus, concedimus, mandamus, atque restituimus vobis Domino Ciano Burdonensi, & Cereo quondam Domino Ruberti de Calcinaria Nobilibus de dicta Domo Opetingorum, & Cadulingorum agentibus, & recipientibus pro vobis ipsis & singulis aliis Nobilibus prædictæ Domus Opetingorum, & Cadulingorum, & vestris, & eorum, & cujuscumque eorum, & Castrorum hæredibus, & pro hæredibus in perpetuum omnia jura, omnesque actiones, rationes & nomina, tam utiles, quam directas, reales, personales, & mixtas, nobis pro Comuni Pisano, & Populo Pisano, & ipsi Comuni, & Populo competentia, atque competitura, quocumque modo vel jure, in infrascriptis terris, & locis, quæ terræ & loca sunt hæc: V. Curtis de Marticum Cappella, & Castello Sancti Martini, quæ curtis est in loco, quæ dicitur Scalzavacca, usque ad locum, qui dicitur Trebrina sicut rivus Cerreti trahit, & a dicto Trebrio usque ad Vallem Ramistæ, & usque ad fontem Citernæ, & à dicto fonte usque ad Arnum, & sicut Arnus currit usque ad fontem Pertecchii, & per dictum locum Scalzavacca, ut habetis, & tenetis vos & dicti Nobiles, & vestri, & eorum Antecessores habuerunt, & tenuerunt à loco, qui dicitur Memiato, usque ad Vallianum, & usque ad pedem Monticelli, & sicut vallis de Gello trahit usque ad Campatorium usque ad Arnum, & sicut Arnus currit à dicto Campatorio usque ad fontem Rivi Rinoniechi, & sicut ipse rivus currit usque ad locum, ubi olim posita Crux Gallensis, & à prædicto loco Crucis usque ad Nemoretum. Hi autem sunt fines ex una parte Arni, infra hos Confines extant Volea, Appianum, Petriolum, Pinocchium, aliud Pinoccium Ripava, Rixanum, Silve, Gellu, Schittouli, Castellare, Mallianum, Burgonialum, Longorum, Cisanum cum Curte sua, & cum omnibus Ecclesiis & pertinentiis ad prænominata pertinentibus, & quicque habetis, & tenetis vos, & dicti nobiles vestri, eorumque antecessores habuerunt sive in terris sive in aquis, seu in hominibus sive ullo alio jure & villa de Calcinaria & inter ipsos Confines istarum terrarum, & locorum omnium superius nominatorum omnia pedagia & ripas ubicumque habetis, & habuistis vos, & dicti Nobiles, & vestri & eorum antecessores, dum tamen Calcinariæ cum ejus pertinentiis & confinibus, & homines ipsius Castri intelligantur in prædictis. Et ex alia parte Arni Castrum Cintoriæ, & Ecclesia S. Stephani, S. Laurentii & S. Martini cum tota Curte sua, quæ est in loco, qui dicitur Petralata, sicut via publica tendit usque ad viam quæ est sub Ecclesia S. Cassiani, sicut ipsa via tendit usque ad locum, in quo fuit salix Benciæ, & à dicto loco usque ad foveam Maltraversi, & sicut ipsa fovea currit usque ad Passum de domo Damiani, & sicut ipsa sua, quæ est ultra foveam Lactari recta linea à domo Damiani, & sicut illa via tendit usque ad Callem foveæ Uguccionis, & usque in Cilechium vetus, & sicut Cilechium currit in foveam Archiepiscopi, & sicut illa fovea currit usque ad locum de Calli, & à dicto loco usque ad portum de Cilio, & sicut via publica juxta paludem tendit usque ad Callem Opetingorum, & Cadulingorum, in quo est Cadria usque ad silvam de Pesuli, & sicut illa via tendit usque ad rivum de salis, & sicut ille rivus usque ad fagum computentur, & serram, quæ est inter rivum, & dictas salas, quæ tendit, usque ad locum, qui dicitur Cannetum, & usque in Rigembulo, & usque ad rivum Bientinæ, & sicut Rigombulo currit, ex parte Arni, quæ est ex latere vici, & Cintoriæ, omnia pedagia, & ripas, quæ, & quas vos, & alii nobiles habuistis, & vestri & eorum Antecessores habuerunt, & Thoram cum tota curte sua & Arnum mortuum inter Calcinariam, & Cisanum, usque ad Casagium, quod est in curte Cintoriæ, & in hominibus, & personis statarum, terrarum, & locorum, & in jurisdictione, & de jurisdict. prædictorum hominum ex forma contractus rogati ab Henrico Notario de Vico Cancellario tunc Pisani Comunis una cum Burgundio Notario tunc scriba publico Cancellarium Pisani Comunis, & scripti in actis dictæ Cancellariæ ab ipso Burgundio sub Anno Dom. 1284. indict. XII. 6 Kal. Martij prima die bisestili, & alterius contractus subsequentis in ipsis actis à dicto Burgundio Notario rogati anno indict, & die, & alterius Contractus scripti in dictis actis à S. Henrico Notario & Cancellario anno 1285. indict. 12. pridie Kal. Aprilis, & alterius contractus in dictis actis eodem anno & indict. 6 id. Junij, & alterius contractus scripti in dict. actis cancellariæ eod. Anno & indict. 5 Kal. Julij, in quibus contractibus continetur, qualiter, D. Gualterius & Castellanus Gemini quondam D. Pericciolide Calcinaia, & alii nobiles dicta de domo Opetingorum, & Caduling. in præsentia Antianorum Populi Pisani tunc temporis recipientium, & stipulantium pro Comuni Pisano & vice & nomine Pisani Comunis, & Populi eorum spontanea voluntate ex certa scientiâ & non per errorem dixerunt, & confessi fuerunt, quam supradictæ Terræ, & loca & homines, & personæ ipsarum Terrarum & locorum erant, & fuerant de Jurisdictione, & Potestate, & Comitatu Pisani Comunis & omnia Jura & nomina, & actiones & rationes eisdem Nobilibus competentes & competentia prædictis Antianis, & recipientibus pro Commune Pisano & vice & nomine Pisani Comunis dederunt & concesserunt, & insuper ipsis Antianis recipientibus pro Comuni Pisano fecerunt finem & refutationem, & generalem transactionem & remissionem in totum de omni Jurisdictione & Potestate & imperio mero, & mixto D. D. Nobilibus competenti,

ANNO 1285.

ANNO 1285. petenti & competituro in prædictis, eam, & occasione prædictorum, & omnem Jurisdictionem, & Potestatem, & omne imperium merum, & mixtum, quod inde dictis Nobilibus competebat in dictos Antianos pro Communi Pisano transtulerunt, & cætera in D. D. contractibus comprehensa, confitendo & affirmando nos Ugulinus Communis Pisarum Potestas, & Antiani pro Communi & Populo Pisano ex certa Scientia, & non per errorem, quod prædicta confessio jurium & nominum cessio, finis & refutatio & Jurisdictionis traslatio, & cætera comprehensa in prædictis contractibus, quæ facta fuerunt à D. D. Nobilibus prædictis Antianis pro Communi & Populo Pisano, facta fuerunt contra jus & justitiam, & sine causa sive indebite, & non justa causa, ut hiis omnibus & singulis prædicti Domini Cianus & Cerius pro vobis & aliis prædictis de Domo Opeting, & Caduling, & juri & eorum hæredes, & ipsi utiliter, & directe agere, experiri, excipere possitis, & valeatis, & possint, & valeant contra Comune Pisanum & contra omnem personam, & locum insuper præcipimus, & scientiam, & potestatem damus & concedimus Vobis D. D. Ciano, & Cerio, & recipien. prædict. M. ut dictum est finem habere & refutationem, & generalem transactionem, & remissionem in totum & pactum de non petendo, & non imbrigando, vel molestando, sive inquietando agendo vel defendendo, vel aliquo modo de cætero, de omni, & toto eo, & iis omnibus & singulis quod de prædictis vel pro prædictis nominibus & juribus cessis, datis & concessis à D. D. Nobilibus St. Antianis Pisani Populi recipient pro Communi & Populo Pisano quod in contractibus rogatis, & scriptis à D. D. Henrico & Burgundio Notariis continentur petere, vel exigere contra vos & alios Nobiles prædictos aut vestros, & eorum hæredes, & bona usque hodie poteramus, & in antea possemus, aut Comune Pisanum poterat, aut posset & per solemnem stipulationem. Nos supradicti Pisarum Potestas, & Antiani Populi Pisani convenimus, & promittimus vobis ipsis D. D. Ciano, & Cerio recipientibus pro omnibus statibus ut dictum est, quod istam dationem, cessionem, finem & refutationem, remissionem & pactum, & omnia & singula supradicta, & quodlibet supradictorum, & singulorum omnium semper, & omni tempore habebimus, & tenebimus & Comm., & Populus Pisanus habebit & tenebit firma, & rata, & contra ea vel aliquid eorum non faciemus, vel veniemus, nec Comm. aut Populus Pisanus, vel faciet ullo modo, vel jure, seu aliqua occasione vel causa nullo unquam tempore, & quando de prædictis, vel pro prædictis nominibus, & juribus, seu causa & occasione statutorum nos vel Comm. aut Populus Pisanus per se vel per alium nullo modo vel ingenio de cætero in perpetuum non imbrigabimus vel molestabimus, neque per placitum, vel alio modo fatigabimus, de jure vel de facto vos antedictos Nobiles, vel aliquem vestrum, seu eorum, aut vestros hæredes, seu bona, nec quæstionem, vel quærelam aliquam Juris, vel facti movebimus, vel faciemus, aut moveri, vel fieri faciemus, sive permittemus contra vos, & eos, vel aliquem vestrum, & eorum, sed auctores, & defensores erimus pro Communi, & Populo Pisano vobis, & eis ab omni imbrigante persona, & loco, de rato, & facto Pisano Communi tamen. Et quod prædictam dationem, cessionem, vel aliquod prædictorum, sive hunc contractum de jure, vel de facto, vel ex quacumque alia causa, quæ excogitari posset per vos Commune & Populum Pisanum sive per alium non revocabimus, vel retractabimus, nec revocari aut rescindi patiemur, vel faciemus, seu permittemus, nec aliquam restitutionem in integrum contra prædicta, vel aliquod prædictorum postulabimus, vel impetrabimus ullo modo, alioquin poenam Marcarum mille optimi auri, & poenam dupli totius ejus, de quo ageretur, & contra fieret, & damnum & dispendium totum, quod postea haberetur, & fieret vobis ipsis D. D. Ciano, & Cerio recipientibus pro vobis & aliis supradictis Nobilibus, ut dictum est per solemnem stipulationem, per Commune & Populum Pisanum componere & dare convenimus, & permittimus, quæ pœna totiens pro singulis Capitulis non servatis, & præteritis quotiens commissa fuerint, & semel & pluries commissa, & præterita, nihilominus hæc omnia, & Capitula, & hic contractus in suo robore, & firmitate persistant, obligando se pro nomine Communis & Populi Pisanorum, & omnes nostros successores, Com. & Popul. Pisanorum & ejus bona vobis supradictis & Ciano & Cerio recipientibus pro vobis & aliis stat. vestris & eorum hæredibus renunciando omni juri nobis pro Com. & Populo Pisano & ipsi Comun. & Populo competenti, & competituro cum prædicta. Præterea prædictos contractus rogatos & scriptos à prædictis Burgundio, & Henrico Notariis in his omnibus, & singulis, quæ sunt contra vos, & Nobiles prædictos, & vestros & hæredes eorum cassamus, & irritamus, & cassa & irrita & nullius valoris & momenti vocamus, & esse dicimus, & volumus, & cassari & irritari præcipimus, salvo, & intellecto in prædictis ex pacto inter nos contrahentes supradicto modo, ut dictum est, specialiter habito, & apposito, quod vos, & dicti Nobiles, per vos & alium ullo unquam tempore, quoquo modo vel jure, non possitis, vel debeatis petere vel exigere adversus, & contra Comune Pisanum vel aliquam aliam personam pro Communi Pisano aliquid permitterido, seu damnum, vel interesse, aut injuriis, vel quacumque alia causa, quæ dici vel excogitari possit pro eo, quod dict. Com. Pisan., per se vel per alium hucusque tenuit, & possedit aliquid de prædictis, vel Jurisdictionem Civilem, aut Criminalem per se, aut per alium ibi exercuit, seu pro eo, quod per se, vel per alium, in antea habuit, & percepit seu exegit, aut habere & percipere, seu exigere potuit, vel debuit, & salvis & firmis, & ratis manentibus omnibus pactis, habitis, & factis hucusque à Comm. Pisano cum quibuscumque personis & locis, & omnibus immunitatibus, & franchigiis à Communi Pisano concessis quibuscumque personis, & locis, & omnibus etiam venditionibus factis, usque hodie à Communi Pisano quibuscumque personis, & locis, introitibus, diricibus, & redditibus Dohanæ salis, & aliis, & de Dohana ferri de Ilba, & Gabellarum Pisan. Com. & modii & passagii pecudum, & salvis etiam omnibus pertinentiis, in prædictis & de prædictis, & quolibet prædictorum contra prædictos, & aliquem prædictorum cassandi, & irritandi, cassari & irritari faciendi, & cassas & irritas, & nullius momenti vocandi, sicut & eo modo nobis, ut dictum est, videbitur. Ita & totum, & quidquid ea omnia & singula, quæ in prædictis & de prædictis, & circa prædicta, & quolibet prædictorum, & eorum occasione, & causa, facta, provisa, statuta, & ordinata fuerint, valeant & teneantur firma & rata sint, & executioni mandentur, & mandari debeant, authoritate vestri consilii, vestra parabula, & concilio, vel quid inde vobis placet, & sit faciendum consulite, salvo, & intellecto in prædictis, quod per hoc Consilium de Castro, & Hominibus Pontis Heræ, vel pertinentiis, & juribus & Jurisdictionibus dicti Castri & ad ipsum Castrum, & Commune Pisanum pro ipso Castro pertinentibus nullum pactum, aut promissio, vel obligatio, concessio, vel datio aliqua fieri possit, vel debeat ullo modo.

ANNO 1285.

Summa istius Consilii celebrati Pisis in Palatio Pisani Com., ubi fuit Consilia partito inde facto ab ipso D. Potestate & sedendum, & levandum, ut moris est, & super toto dicto titulo, ut in ipso titulo per omnia, & singula continetur Dominicæ Incarnationis Anno M. CCMLXXXV. Indict. XIII. XIII. Kal. Martii.

C. Ego Thadeus quondam Gerhardi Notarii de Ponte Serchii Imper. Auctoritate Notarius prædicta omnia, ut in Actis Antianorum Populi Pisani inveni, ita scripsi, & in publicam formam redegi.

C. Ego Guido filius Ugulini Gherbassi Imperialis Aulæ Notarii nunc Scribæ publici Antianorum Pisani Populi prædicto Consilio interfui ipsumque in Actis prædictorum Antianorum scripsi, & redegi, & ad omnem evidentiam & certitudinem hic subscripsi & meum signum apposui.

CLXVI.

EDUARDI I. *Regis Angliæ Privilegium pro Mercatoribus Bruxellensibus ut liberum Commercium possint agere in Regno suo. Datum apud Antverpiam* 18. *Augusti, anno Regni* 12. [Le Lustre & la Gloire du Duché de Brabant sous l'an 1294. pag. 60.] 1284. 18. Août.

EDuardus Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes Litteræ pervenerint, salutem. Sciatis quod ad instantiam Nobilis & Potentis viri Johannis Ducis Brabantiæ consanguinei nostri carissimi, & ob affectionem quam Mercatores & Burgenses Villæ Bruxellen-

ANNO 1284. xellenſis, in Brabantia, erga nos, & noſtros habent, conſpicimus, conceſſimus dictis Mercatoribus & Burgenſibus libertates ſupraſcriptas habendas, quamdiu noſtræ placuerit voluntati, videlicet:

Quod ſi ipſi, & eorum Hæredes & ſucceſſores Villæ prædictæ, ſub ſalvo & ſecuro conductu, & ſub protectione, & defenſione noſtris veniant infra Regnum noſtrum cum Rebus, & Marchandiſis ſuis, ibidem morentur, Marchandiſas ſuas exerceant, & exinde cum rebus & Marchandiſis ſuis, quo & quando voluerint recedant: ita tamen, quod ad terras nobis guerinas nullatenus ſe divertant, nec inde cum inimicis noſtris communicent, quo quodammodo conſuetudines, & coſtumas de hujusmodi rebus Marchandiſis debitas & uſitatas, in Regno noſtro ſolvant & faciant ut debebunt.

Conceſſimus etiam eiſdem Mercatoribus & Burgenſibus & eorum hæredibus & ſucceſſoribus prædictis, quod ipſi aut eorum bona ſeu Marchandiſas, prætextu alicujus Guerræ hactenus quocumque tempore motæ ſeu ex nunc movendæ inter nos, & alium quemcumque Regem aut Dominum Terræ, cujus cumque Nationis, nec pro alienis tranſgreſſionibus debitis conventionibus infra regnum noſtrum nullatenus arreſtentur, niſi dumtaxat pro transgreſſionibus debitis, conventionibus & Contractibus ſuis propriis & pelegiariis, ſecundum Legem Mercatoriam, vel communem Legem Regni Angliæ: dum tamen Domini Villæ prædictæ, hæredes aut ſucceſſores ſui contra nos de Guerra non fuerint, nec adhærentes aliquibus contra nos de Guerra exiſtentibus, in quo caſu volumus, & concedimus quod præfati Mercatores & Burgenſes Hæredes & ſucceſſores ſui infra quadraginta dies à tempore quo hinc Guerra mota & publicata fuerit, excant Regnum & Poteſtatem noſtram cum bonis, & rebus ſuis, abſque impedimento ſeu diſturbatione noſtri ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque. Inſuper conceſſimus, eisdem Mercatoribus & Burgenſibus Hæredibus & ſucceſſoribus eorumdem, quod panni facti in Villa prædicta, & per eos vel ſervientes eorum ſuo nomine infra Regnum noſtrum adducti, infra quinque dies à tempore quo diſpactati, ſeu apperti fuerint, per ulnatores noſtros, & locis ubi pannos illos adduci contigerit abſque ultiori dilatione utentur & ſignentur, ad hæc conceſſimus Mercatoribus & Burgenſibus prædictis quod ipſi atque eorum Hæredes & ſucceſſores, Lanas, & alias Marchandiſas quaſcumque, ubicumque infra Regnum noſtrum emere, & eas extra idem Regnum ſolutis prius coſtumis & aliis conſuetudinibus inde debitis, abſque impedimento ducere poſſint, ita tamen quod ſe cum Lanis & Marchandiſis illis ad Terras nobis Guerrinas non divertunt, nec cum inimicis noſtris communicent, de eisdem conceſſimus etiam, quod propria bona & Marchandiſæ dictorum Mercatorum & Burgenſium, dictæ Villæ Bruxellenſis Hæredum ſeu ſucceſſorum ſuorum prædictorum, prætextu alicujus delicti vel foriſtici valetorum, ſeu ſervientium ſuorum eadem bona & Marchandiſas in cuſtodia ſua habentium, nullatenus confiſcentur nec pro foreſticis habeantur, dummodo idem Mercatores & Burgenſes legitime probare potuerint, eadem bona & Marchandiſas ſua propria, & non valetorum, & ſervientium ſuorum extitiſſe, & ſi idem valetti & ſervientes infra Regnum noſtrum deceſſerint, ſive Teſtamentum fecerint ſive non, bona & Marchandiſæ ipſorum Mercatorum & Burgenſium, hæredum & ſucceſſorum ſuorum prædictorum quæ in dictorum valetorum & ſervientium cuſtodia tunc fuerint, nullatenus attachientur, ſeu arreſtentur, ſed ſine difficultate ipſis Mercatoribus & Burgenſibus & eorum hæredibus & ſucceſſoribus & executoribus, plenarie liberentur, quatenus probare potuerunt eadem bona & Marchandiſas ad ipſos de jure pertinere debere, ita tamen quod prædicti Mercatores, & Burgenſes dictæ Villæ Bruxellenſis aliquos Mercatores extraneos, qui non fuerint de eadem Villa Bruxellenſi non advocent ad prædictas libertates vel aliquam earumdem quoquomodo calumniandum vel habendum; & ſi contingat nos prædictas conceſſiones noſtras ex cauſis aliquibus revocare ne talis revocatio dici poſſit dictis Mercatoribus vel Burgenſibus ſeu eorum Hæredibus aut ſucceſſoribus captioſa, volumus, & concedimus quod dictæ conceſſiones noſtræ per unum annum continuum a tempore quo dictam revocationem ipſis Mercatoribus & Burgenſibus aut Hæredibus vel ſucceſſoribus ſuis prædictis inthimari fecimus in ſuo robore perſeverent. In rei teſtimonium has Litteras noſtras fieri fecimus Patentes. Datum apud Antuerpiam decimo octavo die Auguſti, anno Regni noſtri duodecimo. Et ibidem erat ſcriptum: ſic ſupſcriptum per ipſum Regem. Et paulo inferius: *Collatio facta eſt cum Littera Originali* Onder ſtont: getrokken upt het wit Privilegi-Boek / ende is daer mede bevonden accorderende by my / ende was onderteeckent M. van der Reest Laager ſtont: *Collata concordat cum ſua Copia autentica quod atteſtor*, ende was onderteeckent,

ANNO 1284.

HEN. IGNAT. RINGLER. Nots. 1698.

Concordantiam cum ſua Copia Authentica atteſtor J. B. ANSEMS Protonots. Apoſt. Nots. Reg. &c. 1699.

CLXVII.

Donation faite par PHILIPPE *Roi de France, à* ROGER BERNARD *Comte de Foix, de tout le Droit qu'il avoit ſur la Ville de Pamiers. Devant Villeneuve en Catalogne l'an de grace* 1285. *au Mois de Septembre.* [PIERRE DE MARCA, Hiſtoire de Bearn livre 8. Chap. 24. pag. 785.]

1285. Septemb.

PHilippe par la grace de Dieu Rois de France. Nous feſons à ſçavoir à tous preſens & avenir, que nous à noſtre amé & à noſtre feal Rogier Bernat Comte de Fois donons, otroions, & deleſſions tout le droit, & ce que nous avions ne avoir devons, en la Ville de Paumiers, & és apartenances, par raiſon de garde, & par quelque autre reſon, excepté le reſort & la Souveraineté, que nous retenons du defaut, & de l'appel dudit Comte, & de ſa Cort, à tenir, à avoir, & poſſeir à celui Comte & à ſes hoirs, à mes toujours empres la fin de ſept ans; & des ores en avant en la dite ville, ne es apartenances ne prendrons compagnie de donation, ſans la volonté du devantdit Comte ou de ſes hoirs, ſauf en toutes choſes le droit d'autrui. Et que ce ſoit ferme & ſtable nous avons fait ſeeller ces Lettres de noſtre ſeel. Fet és heberges devant Villeneuve en Cateloigne, l'an de grace 1285. ou mois de Septembre.

CLXVIII.

(1) *Capitula ſive Statuta pro Regno Siciliæ citra Farum durante* CAROLI II. *Regis captivitate, per* HONORIUM IV. *Papam edita; quibus Gravamina Populi ſublevantur. Modus Regiminis emendatur, Regiaque auctoritas certis in punctis definitur.* [Authentique tiré des Grandes Archives de la Chambre Royalle de Naples.]

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. Juſtitia, & Pax complexæ ſunt ſe, & ita invicem ſe tuentur indiſſolubili ſocietate, ac ſe comitatu individuo comitantur; ut una ſine altera plenè non poſſit haberi, & qui ledit alterutram pariter: offendit utramque hic complexus earum graviter impeditur injuriis, per eas etenim læſa Juſtitia, Pax turbatur, ipſaque turbata facile in Guerrarum diſcrimina labitur: Quibus invaleſcentibus, Juſtitia inefficax redditur, dum debitum ſortiri nequit effectum, ſicque ipſa ſublata nimirum Pax, tollitur opus ejus, & ipſius fructus ſubducitur ſeminandus in pace, ac proinde complexis deficientibus, neceſſario deficit & complexus, in horum vero defectu licentia laxata, diſſidiis multiplicantur bella, pericula ſubeunt, animarum, & corporum crimina frequentantur, nec rerum vaſtitas præteritur, hæc in præſidentium injurioſis proceſſibus, & inductarum oppreſſionum in Subditos exceſſibus patent apertius, & evidentius oſtenduntur; in quorum multiplicatione ſatiantur corda læſorum, & quanto minus datur oportunitas licitè propulſandi, quæ inferuntur illicitè, tanto rancor alterius radicatur interius, & periculo-

(1) Cette Piece eſt fort corrompue, & la date y manque. Celle de l'an 1285. s'eſt trouvée en marge de l'Authentique venu de Naples, & l'on s'y conforme. [DUM.]

ANNO 1285. culosius prorumpit exceſſus, oportunitate conceſſa: ſiunt enim plerumque hoſtes ex ſubditis, tranſeunt auxilia ſecuritatis in metum, munitiones in formidinem convertuntur; nutant Regnantium ſolia, redundant regna periculis inteſtinis, quatiuntur inſidiis, extrinſecis inſultibus impetuntur audacius, & Regnantes in eis, qui operantes Juſtitiam exaltationis gloriam mererentur humilitati propter injuſtitias frequenter opprobrium dejectionis incurrunt. In præmiſſis, etſi Scripturæ nos inſtruant, efficatius tamen notis nobis docemur exemplis. Quantis enim tempore quondam Federici olim Romanorum Imperatoris, propter illatas Regnicolis afflictas illicitas, & oppreſſiones indebitas, in Regno Siciliæ non absque immenſitate gravaminis inductas ab ipſo, Regnum ipſum tempeſtatibus fluctuarit: Quot, & quantis rebellionibus concuſſum extiterit: Quot invaſionibus attentatum: quantum per ipſum, & Poſteros ſuos depaupertatum opibus: Quot incolarum exiliis, & ſtragibus diminutum, nullum ferè angulum Orbis latet. Quàm præcipiti Federicus idem, & genus ipſius ruina corruerit, probat notorius caſus ejus, & manifeſtum eorumdem exterminium poſterorum. Verum adeo Federici ejuldem vindicta continuata, & aucta poſteris, ac in alios exemplari derivatione transfuſa; Proceſſit iniquitas, quod per eum invecta gravamina uſque ad hæc tempora duraviſſent; nec non & augumentata dicuntur aliqua eorumdem, & adjecta nihilominus alia, non minora, propter quod nonnullorum ſupponit opinio, quod claræ memoriæ Carolum Regem Siciliæ, quem proſequutionis dictorum gravaminum eorumdem Federici, & poſterorum pernitioſa exempla fecerunt, ſaltem permiſſione particpem, dum opinaretur licita, quæ ab illis audierat, tam longinquis temporibus uſurpata, reddiderunt, & prædictorum conſequentium, ad illa diſcrimina non prorſus expertem, prout Siculorum rebellio multis onuſta periculis, aliorumque ipſamque foventium perſequtio manifestant, non ſolum in ejuſdem Regis, ac hæredum ſuorum, gravi adeo excitatum diſcrimen, quod ipſis Hæredibus, niſi per nos celerius occuratur, prædictorum ſubductione gravaminum, inſtans perditionis totius dicti Regni periculum comminatur: ſed, & grande noſtrum, & Eccleſiæ Romanæ diſpendium, cum ſit per ea in Siciliæ Inſula, & in nonnullis aliis ejusdem Regni partibus, ipſorum incolis, nec nobis, nec Eccleſiæ ipſi parentibus, nec adhærentibus potius Inimicis, noſtra, & ipſius Eccleſiæ civilis interverſa proceſſio, & in cæterarum aliquibus turbata frequentius, & turbetur. Ex qua datur patenter intelligi, quantum in his noſtrum & Eccleſiæ noſtræ præfatum intereſſe verſetur, quantumque ad noſtrum ſpectet officium, & hæredum ipſorum præcipuè neceſſitas exigat non tantum præmiſſis obortis in eodem regno, quod eſt ipſius Eccleſiæ ſpeciale, tanquam ad jus, & proprietatem ejus pertinens, dictiſque Regi & Hæredibus, in feudum ab ipſa conceſſum, obviare periculis; ſed, & nè ſimilia oriantur in poſterum, diligentem curam, & curioſam diligentiam adhibere: prætacta gravamina eorumdem periculorum, ut veritati concurrat expreſſio, manifeſtas occaſiones, & cauſas, congruæ proviſionis beneficio abrogando, cum proprietatis Domino prædium, in quo eſt jus alii conſtitutum, pro eo quod ſua intereſt tueri, finesque ipſius cuſtodire liceat, eo etiam, cui jus debetur, invito, Cuſtodiæ autem nomen id habeat, quod qui tenentur ad eam, non ſolum id debeat, ut ſi caſu viderit in re cuſtodienda fieri quid adverſum, prohibeat facientem, Verum etiam, ut curet dare operam, nè id fiat. Multiplex itaque nos ratio interpellat, & exigit, in hujusmodi gravaminibus, ſuper quibus fama publica, & variæ inquiſitiones per Venerabilem Fratrem noſtrum T. Sabinenſem Epiſcopum Apoſtolicæ Sedis Legatum factæ de ſpeciali mandato Sedis ipſius, & indagines alias habitæ, nos in formam noſtræ proviſionis Edicto remedium adhiberi, per quod injuſtis ſubmotis oneribus, atque iis in Regno præfato ſolidè ſtabilitis, Juſtitia Regium Tronum firmet, & Pacis tranquillitatem producat: ſit nobis tranquillitatis ſilentium fructus ejus, & ipſa vinculum Societatis humanæ, ſic ſuperiorem populo ſibi ſubjecto domeſticet, eique ipſius Populi commoda conſolidet, quod ſuperior inſidiarum ſollicitudine abſolutus, ſecuritatis jucunditate lætetur: Populus preſſuris indebitis liberatus in Pacis pulchritudine ſedeat, in requie opulenta quieſcat, & unanimitate ipſorum, ac mutuo ſinceritatis affectu ejusdem Regni ſtatus roboratus pacificetur, nec ſit, profugatis hoſtibus, qui foris exterreat, aut qui pacatos incolarum ejuſdem animos intus perturbet. Inſtantiæ quoque præmiſſæ interpellationis non modicum adjicit quod memorati Regis, dum viveret, & dilecti filii Nobilis viri Caroli ſui primogeniti, ex eo manifeſtè percepimus, ad id vota concurrere, quòd idem Rex ſuper directione, ordinatione, reformatione, ſeu quacumque alia diſpoſitione collectarum, exactionum, matrimoniorum, aut aliorum quorumlibet, quæ gravamina dicerentur, vel dici poſſent, tam circa Eccleſias, Monaſteria, & alias Eccleſiaſticas perſonas, quam circa Communitates, & Univerſitates Civitatum, Caſtrorum, & aliorum Locorum, & etiam circa ſingulares perſonas totius Regni prædicti, aut cujuslibet partis ejus felicis recordationis (1) *Honorii Papæ Quarti* prædeceſſoris noſtri directioni, reformationi, diſpoſitioni, & ordinationi, ſe plene, ac libere, alte, & baſſe ſubmiſit, dans & concedens ſuper iis plenam, & liberam poteſtatem, ac promittens quidquid per eumdem Prædeceſſorem ipſo Rege, dictove primogenito, tunc ejus Vicario in Regno eodem & aliis ſuis Officialibus requiſitis, vel inrequiſitis, actum foret, ſe, ac Hæredes ſuos ad hoc ſpecialiter obligando, inviolabiliter obſervare, ſuis ſuper hoc patentibus Literis Prædeceſſori conceſſis. Idem præmiſſa quoque in mortis articulo per alias ſuas ſimiliter patentes Literas plenius repetens, & confirmans eidem Prædeceſſori per eas humiliter ſupplicavit, ut omnia onera fidelium Regni ſui, & quæ gravamina dici poſſent, removere, tollere, & caſſare, dictumque Regnum proſpere reformare, omniaque ſtatuere, quæ ad bonum ſtatum Hæredum ſuorum, & fidelium eorumdem expedire viderentur, ſua proviſione curaret, non obſtante, ſi Regem ipſum tunc infirmitate graviter laborantem, naturalis debiti ſolutione contingeret præveniri, ſicut præmiſſæ ipſius Regis Literæ, quæ per nos, & aliquos ex Fratribus noſtris diligenter inſpectæ, in Archivio ejuſdem ſervantur Eccleſiæ, manifeſtius atteſtantur, & tam idem Rex, quam dictus Primogenitus ſuper tollendis aliquibus eorumdem gravaminum conſtitutiones varias edidiſſe dicuntur: licet, & illæ plenioris exequutionis obſervatione indigeant, non plene ut intelleximus hactenus obſervatæ; Volentes igitur, & illis robur Apoſtolicæ Confirmationis adjicere, ut inferius exprimetur, & prætactum noſtrum exequi hac commode proviſionis adjectione propoſitum: Infraſcripta omnia, prout ſubjecta eorum ſeries indicat, de Fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, ac poteſtatis plenitudine providendo, à gravamine illo deliberavimus incoandum, quod majorem ſcandali materiam, & generalius miniſtrabat: Ideoque ut omnino ceſſet in Regno ipſo oneroſa exactio collectarum præſenti edictali proviſione ac conſtitutione valitura, perpetuo prohibemus per Reges, qui pro tempore fuerint, ſeu pro eis dominantes in Regno prædicto, vel Miniſtros ipſorum Collectas fieri, niſi in tantum, in quantum caſibus infraſcriptis permittitur, videlicet:

ANNO 1285.

Primus eſt pro defenſione Terræ, ſi contingat invadi Regnum invaſione notabili, ſive gravi, non procurata, non ſimulata, non momentanea, ſeu tranſitoria facile, ſed manente, aut ſi contingat in eodem Regno notabilis Rebellio, ſive gravis, ſimiliter non procurata, non momentanea, ſive facile tranſitoria, ſed manens.

Secundus eſt, pro Regis perſona redimenda de ſuis redditibus, & collecta, ſi eam ab inimicis captivari contingat.

Tertius eſt, pro militia ſua, ſeu fratris ſui conſanguinei, & uterini, vel ſaltem conſanguinei, ſive alicujus ex liberis ſuis, cum ſe, vel hujusmodi fratrem ſuum; vel aliquem ex eisdem liberis militari cingulo decorabit.

Quartus eſt, pro maritanda ſorore ſimili conjunctione conjuncta ſibi, vel aliqua ex filiabus, aut nepotibus ſuis, ſeu qualibet alia de genere ſuo, ab eo per rectam lineam deſcendente, quam; & quandò eam iple dotabit. In prædictis enim caſibus prout qualitas tunc imminentis caſus exegerit, licebit Regi collectam imponere, ac exigere à ſubjectis, dum tamen pro defenſione, invaſione, ſeu rebellione prædictis, aut ipſius Domini redemptione, quinquaginta millium, pro militia duodecim millium, pro maritagio vero quindecim millium unciarum auri ſummam, collectæ

(1) *Honorii Papæ Quarti.* C'eſt une faute toute évidente. Il faut lire *Martini Papæ quarti.* [DUM.]

ANNO 1285. lectæ Universalis totius Regni ejusdem, tam ultra Farum, quam citra, quantitas non excedat, nec contingat currentibus etiam aliquibus ex prædictis casibus collecta in uno, & eodem anno, nisi tantummodo una imponatur.

Sicut autem collectæ quantitatem prædictas summas, in suis casibus limitatas excedere, ut præmittitur prohibemus, sic nec permittimus indistincte ad ipsas extendi, sed tunc tantum, cum casus instantis qualitas id exposcit, & ut in prædictis etiam casibus possit Rex, qui pro tempore fuerit, eo vitare commodius gravamina subditorum, quo uberiores fuerint redditus, & obventiones ipsius, eum à domaniorum donatione volumus abstinere, id sibi consultius suadentes.

Simili quoque prohibitioni subjecimus mutationem monetæ frequentem, apertius providentes, quod curialibus Regis Siciliæ liceat semel tantum in vita sua novam facere cudi monetam, legalem tamen, & tenutæ secundum consilium peritorum in talibus electorum, sicut & in Regnis illis observatur, in quibus est usus Legalium monetarum, quodque usualis moneta sit valoris exigui, & talis, quod in eodem valore sit apta, manere toto tempore vitæ Regis cujus mandato cudetur: nec propterea vel aliqua magna moneta, quam idem Rex semel tantum vita sua fecerit expendenda, fiat collecta, vel distributio: sed campsoribus, & aliis mercatoribus, volentibus eam sponte recipere, tribuatur, & hoc ita præcipimus perpetuis temporibus observari.

In homicidiis clandestinis providendo præcipimus, nihil ultra pœnam inferius annotatam ab Universitatibus exigendam videlicet: ut pro Christiano quem clandestine occisum inveniri contingat ultra centum Augustales, pro Judæo vero vel Saraceno, ultra quinquaginta, nihil penitus exigatur. Augustales, quod circa eandem pœnam idem Rex dicitur induxisse, omnino sublato, præsertim cum memorati Rex & primogenitus dicantur, idem per suas Constitutiones noviter statuisse, quas quoad hoc decernimus inviolabiliter observandas, & hoc intelligi tantum in homicidiis vere clandestinis, in quibus ignoratur maleficus, nec aliquis accusator apparet. Adicientes, quod non nisi tantum in Locis magnis & populosis exigi possit quantitas supradicta, in aliis vero infra quantitatem eandem pro qualitate locorum exactio recuperetur.

Eidem provisioni adiciendo præcipimus universitates ad emendationem furtorum, quæ per singulas personas contingit fieri nullatenus compellendas.

Nec ad mutuandum Regi, aut Curiæ suæ, aut Officialibus, vel Ministris ipsorum, aut recipiendum aliquid Regiæ massariæ custodiam, sive onus, sive Procurationum regalium procurationem, aut Gabellæ, vel Navium, seu quorumque Vascellorum fabricandorum, curam quemquam cogendum invitum, usurpationibus, quæ contrarium inducebant, penitus abrogatis, maxime cum dicti Rex & Primogenitus ad relevanda non tamen plene gravamina in præmissis inducta, Constitutiones varias promulgasse dicantur. Concedimus autem, ut si casus emergat, in quo sit necessarium naves, vel alia vascella pro utilitate publica fabricari: liceat tunc Regnanti committere fabricationes hujusmodi, expensis Regiis faciendas personis idoneis videlicet iis, qui hujus rei peritiam habent, & quos Officium tale decet & ipsis satisfiat pro susceptione Curiæ prædictæ, de competenti mercede, & idem servari præcipimus in faciendo biscotto.

Ad captivorum custodiam Universitates, vel singulares eorum personæ nullatenus compellantur, præsertim cum hoc ipsum dicatur Regis constitutione provisum, quod præcipimus inviolabiliter observari.

Gravamen, quod in pecunia Regi vel Regali Cameræ, seu ad loca quæcunque alia asportanda Universitatis alicujus expensis per autenticas personas ejusdem Universitatis periculo eligendas inferri dicti Regni Universitatibus dicebatur provisione simili, prohibemus ipsis Universitatibus, vel singularibus personis earum de cætero irrogari, maxime cum dicatur idem quoad Universitates dicti Primogeniti prohibitoria constitutione provisum, quam in hac parte decernimus inviolabiliter observari.

Illud, quod in eodem Regno dicitur usurpatum, videlicet, quod Incolæ ipsius Regni ad reparanda Castra & conservanda in eis expensis propriis nova ædificia cogebantur, emendatione congrua, corrigentes providendo, præcipimus, ut nihil ultra expensas necessarias, ad reparationem illorum antiquorum Castrorum, quæ consueverant hactenus incolarum sumptibus reparari, & ædificiorum, quæ in hujusmodi Castris fuerunt ab antiquo, ab eisdem incolis peti possit, & Constitutio, quam circa hoc idem primogenitus edidisse dicitur, in hujusmodi antiquis Castris, & ædificiis solummodo intelligenda servetur, antiqua vero Castra intelligi decernimus, in hoc casu, quorum Constitutio annorum quinquaginta jam tempus excessit. ANNO 1285.

Circa personas accusatas, quæ in eodem Regno injuste capi dicebantur, si etiam idoneos Fidejubsores offerrent, licet dictus Rex aliquid statuisse dicatur, ad gravamen hujusmodi temperandum: Nos tamen ut nulla super hoc querela superest, providendo præcipimus Jura civilia observanda, & eadem observari jubemus, circa destitutionem possessorum, Comitum, Baronum, & quorumlibet aliorum, qui per Regalem Curiam, & Officiales ipsius, ac alios alienigenas, feuda tenentes in Regno, suis possessionibus, scilicet cum Curia, Officiales, vel alienigenæ prædicti se jus habere prætendebant in illis, spoliari, seu destitui dicebantur, & de possessionibus ejici possessores nullo juris ordine servato: Nec non, & cum aliquis dicitur invenisse thesaurum, & etiam cum quis apud eandem pro alio fidejussit, itaque nec aliquis suæ destituatur possessionis commodo, vel spolietur, aut destituatur eodem, nec quoad illum, qui defertur, aut convincitur de inventione, thesauri, nec quoad Fidejussores Curiæ datos, aliter, quam eadem jura statuunt, procedatur.

Regibus futuris, qui pro tempore erunt in Regno prædicto, & memoratis Incolis, qui de inordinata passuum ejusdem Regni custodia quærebantur, se immoderate gravari similiter providentes eidem custodiæ moderamen competens adhibemus videlicet: Quod tempore impacato, seu imminente turbatione, aut verisimili turbationis suspictione, contra ipsum Regem, aut dictum Regnum, Rex possit facere passus eosdem ad evitandum pericula custodiri: Tempore vero pacifico, Incolis Regni habitantibus in eodem, ac aliis non suspectis liber sit ex eo exitus, & ingressus in illud, ita tamen quod equi ad arma, nullo tempore sine Regis licentia extrahantur exinde ad vendendum.

Victualia vero quælibet de suis possessionibus, vel massariis, seu Oves, Boves, & alia animalia humano competentia usui, de Gregibus, propriis armentis, vel redditibus habita, extra Regnum, dum tamen non ad inimicos eorumdem Regis, aut Regni, unusquisque libere mittat, etiam ad vendendum, nisi sterilitas, aut præfatæ turbationis justa, aut verisimilis suspictio suaserit circa missionem hujusmodi per Regem ejus temporis aliud ordinandum, si vero prædicta victualia, vel Animalia ex negociationis commercio habeantur, etiam fertilitatis tempore, absque Regnantis licentia, extra Regnum mittere, vel ex ipso extrahere non liceat sic habenti, in omnibus præmissis missionis, vel extractionis casibus, jure quocumque Regi competenti, per omnia semper salvo, infra Regnum etiam per mare liceat cuilibet.

Item statuimus super eo, quod Regnicolæ conquerebantur, quod eis gravatis pro relevationis obtinendo remedio ad Regem aditus non patebat, ut per Regem taliter provideretur, quod querelæ Subditorum ad eum valeant libere pervenire. Item prohibemus, ne quisquam pro animali silvestri extra defensam, vel limites defensæ invento, sine auctentica invenientis impulsione, arte, vel fraude, aliquatenus puniatur, etiam si illud capiat, vel occidat.

Nullus Comes, Baro, vel alius in Regno prædicto de cætero compellatur ad tendas, vel alia quæcunque Vascella propriis sumptibus facienda, per hoc autem juri Regio in lignaminibus, vel marmoreis, vel à servitio Vascellorum, quæ à quibusdam Universitatibus, & locis aliis sive personis singularibus dicti Regni deberi dicuntur, nolumus in aliquo derogari.

Si contingerit aliquem Baronem mori, filio vel filia superstitibus ætatis quæ debet cura Balii gubernari, providendo præcipimus, quod Rex alicui de consanguineis ejus Balium concedat ipsius, & quoad hoc inter consanguineos proximior si fuerit, idoneus præferatur.

Si aliquem feudum à Rege tenentem in capite, vel etiam subfeudatarium nullo hærede legitimo per lineam descendentium relicto, sed fratre, aut ejus Liberis

ANNO 1285. beris superstitibus, mori contingat, si descendentis feudum ab aliquo ex parentibus sibi, vel fratri communibus pervenerat ad defunctum.

Idem frater, aut ex Liberis suis usque ad trinepotem, ille, qui tempore mortis supererit, defuncto proximior, in feudo succedat habiturus illud cum onere servitii consueti.

Ad successionem feudi omnibus personis feudatario, aut subfeudatario defuncto, simili gradu conjunctis, eodem ordine admittendis, in successione vero præmissa inter feudatarios & subfeudatarios viventes in Regno eodem jure Francorum, sexûs & primogenituræ prærogativa servetur, ut inter duos eodem gradu feudatario conjunctos, fœminam Masculus, minorem major natu præcedat, sive sint masculi, sive fœminæ concurrentes, nisi forsan duabus concurrentibus, esset primogenita maritata, & minor remanserat in capillo, tunc enim minor, quæ in capillo remanserat primogenitæ maritatæ in successione hujusmodi præferatur, sed si nulla remanente in capillo, duæ vel plures fuerint maritatæ, majori natu jus primogenituræ servetur, ut alias in dicta successione præcedat: si vero feudum, de quo agitur, non ab aliquo parentum processerat, sed inceperat à defuncto, tunc solum defuncti frater in eo succedat, nisi lex concessionis in præmissis aliud induxisset, & hoc ista de cætero præcipimus observari qualibet contraria consuetudine vel constitutione cessante.

Providendo præcepimus, ut si quando in Regno prædicto contra auctenticam personam fuerit inquisitio facienda, nisi ea præsente, vel se per contumaciam absentante, non fiat: si vero præsens fuerit, exhibeantur sibi Capitula, super quibus fuerit inquirendum, ut sit ei defensionis copia, & facultas, simili provisione præcipimus, ut pro generalibus inquisitionibus nihil, vel sub compositionis colore, vel alias ab Universitatibus exigatur, sed si procedendum fuerit, juste procedatur ex eis, præsertim cum Dominus Rex id statuisse dicatur.

Huic præcepto adjicimus, ut si quando inter Fiscum, & privatum causam moveri contingerit, non solum in examinando jura Partium, sed etiam ad diffinitivam sententiam juste ferendam sive pro privato, sive Fisco, nemo ad ipsius executionem, nulla in hoc difficultate ingerenda per Fiscum efficaciter procedat; Ita quod in prædicto examine, nec in prolatione vel executione sententiæ injustam virorum, vel aliam injuriam patiatur, per Fisci potentiam justitia privatorum.

Omnes Ecclesiasticæ, singularesque personæ Regni Siciliæ libere suis salinis utantur, & præsentis provisionis oraculo prohibemus, nè illis per Regem, Officiales, aut quoscunque Ministros ipsius, usus, aut exercitium interdicatur earum, neve quisque prohibeatur sal de salinis ipsis proveniens emere ab eisdem.

Providendo districtius inhibemus, foresta per Regem, aut Magnates suæ Curiæ, vel Officiales, sive quoscunque Ministros in Terris fieri privatorum, vel aliquarum forestarum occasione per Regiam Curiam Magistros, vel custodes forestarum ipsarum, aliquem in culturam Terrarum suarum, seu etiam perceptionem fructuum impedire, sive ipsis damnum aliquod propter hoc vel injuriam irrogari, factas vero forestas hujusmodi omnino præcipimus ammoveri.

Abusiones Castellanorum, per quos homines dicti Regni ad portandum paleas, ligna, & res alias etiam sine pretio cogebantur inviti, & quæ iidem Castellani de rebus, quæ per Casalia, seu per castra eadem portabantur in pedagia exigebant, præsentis provisionis beneficio prohibemus.

Ejusdem provisionis Edicto præcipimus, ut pro Literis Regiis, & sigillo nihil ultra ipsius Regni antiquam consuetudinem exigatur, videlicet:

Pro Litteris Justitiæ nihil omnino.

Pro Literis vero gratiæ, in qua non est Feudi, vel Terræ concessio, nihil ultra quatuor Tarenos auri ab impetrante solvatur, nulla in præmissis distinctione habita inter clausas Literas, & apertas.

Pro Literis autem super concessione Feudi, vel Terræ confectis, nec non ex Privilegiis aliis pro concessionis, sive Privilegii qualitate, & benevolentia concedentis Curia satisfaciat, dum tamen summam decem unciarum pro quolibet feudo, integro concesso, satisfactio non excedat, sed nec prætextu Sigilli Regii, Justitiæ, sive gratiæ Literis in aliquo casuum prædictorum impressi, vel appositi forsan impetrans ultra quam præmittitur, solvere compellatur.

Animalia deputata molendinis, quæ centimula vulgariter nuncupantur, per Regalem Curiam, vel Officiales, aut Ministros ipsius Curiæ sequentes stipendiarios, vel quoscunque alios, nullo modo ad aliquod eorum Ministerium Dominis capiantur invitis, nec alia etiam, sed competenti pretio, de quo conventum fuerit inter Partes, à volentibus conducantur, & hoc ità præcipimus observari, maxime cum idem Rex statuisse dicatur, quod Justitiarii, seu Officiales eorum, ac stipendiarii non capiant Animalia deputata ad Centimulos, sed cum est necesse inveniantur alia animalia habilia ad ducturam, & lucrum conveniens tribuatur: Et qui contrafecerint, restitutis animalibus, cum toto damno eorum Dominis pœnæ nomine, & pro qualibet vice, & pro quolibet animali solvant Curiæ unciam Auri unam, præmissam quoque Constitutionem dicti Regis similiter præcipimus observari. ANNO 1285.

De creatione Officialium præsertim extraneorum, qui propter ignorantiam status Regni, & favorem, qui eis à Regali Curia præstabitur subjectos impiissime gravabant, consulte subjecimus, quod Rex creare studeat Officiales idoneos, qui injuste non gravent subjectos.

Nullus subfeudatarius de Feudo quod sub aliquo Feudatario Regis tenet, compellatur ipsi Regi servire, sed si aliquod aliud feudum ab ipso Rege tenet in capite, pro eo sibi serviat, ut tenetur.

Vassalli Baronum per Curiam, vel Officiales ipsius ad aliqua privata Officia non cogantur, & si ea voluntarii subeunt, ratione delicti & hujus Officii receptione, vel gestione contracti, vel delicti forsan in eo commissi Baronibus eorum Dominis in bonis Vassallorum ipsorum, vel aliis præjuditium nullum fiat aliquo modo.

In Terris Ecclesiarum, Comitum, vel Baronum Regni prædicti Magistros juratos poni de cætero prohibemus, & positos exinde de cætero præcipimus ammoveri.

Ad conjurantias novas Vassalli, Baronum, vel aliorum iræ non compellantur inviti, sed nec voluntarii admittantur, si sint ascriptione simili suæ fortunæ, vel ratione personæ, non tamen rerum personalibus servitiis obligati: si vero ratione rerum tantummodo hujusmodi servitiis teneantur, & ad easdem conjurantias transire voluerint: Res ipsas Dominis ipsis sine contradictione dimittant.

Barones, vel alii extra Regnum nec servire personaliter, nec Adohamenta præstare cogantur. In casibus vero in quibus intra Regnum servire, vel Adohamenta præstare tenentur, servitia exhibeant, & Adohamenta præstent antiquitus consueta, videlicet: Ut vel tribus mensibus personaliter serviant cum numero Militum debitorum, vel pro singulis Militibus, ad quos tenentur pro quolibet trium mensium prædictorum tres uncias, & dimidiam auri solvant, & hoc ita de cætero inconcusse de nostro præcepto servetur.

Si contingat subfeudatarium aliquod crimen committere, propter quod publicanda eorum bona fuerint, aut ipsum sine legitimis Hæredibus fati munus implere, si feudum ejus fuerit quaternatum, nihilominus immediatus Dominus illud cum onere servitii consueti personæ concedat idoneæ Regi postmodum præsentandæ, ut ejus super hoc habeatur assensus: si vero quaternatum non fuerit, sic ad eumdem immediate Dominium revertatur, ut ipsum hujusmodi personæ pro sua voluntate concedat: Nec eam Regi præsentare, aut ejus super hoc requirere tencatur assensum. Iis itaque deinceps ex nostro præcepto servandis, constitutione, vel consuetudine contraria non obstante.

Cæterum, ut contra pericula, quæ sicut prætactum est, propter gravamina illata subditis, excitata creduntur; ne, quod absit, recidant in tanto periculosius reciduum, quanto recidenti solet esse deterius, quam cadenti, eo magis sit Regnantibus in Regno prædicto securius, quo minus erit libera, eadem gravamina irrogandi facultas, provisioni præmissæ subjungimus, ad perpetuum sui roboris fulcimentum, quod si venturus fuerit in aliquo cõtractu, ea licitum sit Universitatibus, & gravato cuilibet libere ad Apostolicam Sedem habere pro sua quærela exponenda, & obtinenda illati gravaminis emendatione, recursum. Adicientes inter illa, in quibus contra provisionem eamdem fieri contingeret, congrua distinctione, decretum, videlicet, ut si ea fuerint, quæ per ipsam prohibitionem, sive prohibitione vel præcep-

ANNO 1285. tione, sunt provisa, & specialiter factum Regnantis respiciunt. Nec solent absque ipsius auctoritate præsumi, ut est collectarum impositio, monetæ mutatio, matrimoniorum prohibitio, vel impedimentum aliud eorumdem, nisi Rex ejus temporis illa infra decem dies revocaverit per se ipsum, eo ipso Cappella sua Ecclesiastico sit suppositi interdicto duratura solum quousque gravamen fuerit revocatum, in reliquis vero prohibitoriis, & præceptoriis, & specialiter si Universitas, singularisve persona gravata volens propterea recurrere ad Sedem eandem per Officiales Regios, seu per quoscunque Ministros, vel quoslibet alios fuerit impedita, vel ipse, aut alius pro eis, exinde damnum passi, nisi satisfactione læsis præstita, impedimentum, infra mensem postquam ipse Rex sciverit, revocetur: etiam tunc sit Cappella eadem similiter interdicta, in quolibet autem casuum præmissorum; si Regnans interdictum hujusmodi per duos menses sustinuerit animo contumaci, abinde Loca omnia, ad quæ ipsam uxorem vel filios suos declinare continget, donec ibi præsentes fuerint, simili subjaceant Interdicto, & si deinde per sex menses interdicta hujusmodi sustinuerit animo indurato; exinde sit sententiâ excommunicationis innodatus, quam si per alios sex menses contumacia obstinata sustineat, ex tunc subditi ad mandatum Sedis ejusdem ipsis propterea faciendum, in nullo sibi obediant, quamdiu in hujusmodi obstinatione persistet, ad majorem quoque provisionis hujusmodi firmitatem eidem specialiter illud adicimus, quod quilibet Rex Siciliæ quando Juramentum fidelitatis, & homagii præstabit summo Pontifici solemniter eidem, & Ecclesiæ Romanæ pro se, ac suis Hæredibus in Regno sibi succesforibus, eodem promittere teneantur, quod provisionem præsentem in omnibus, & per omnia, quantum in eis erit, observabunt inviolabiliter, & facient ab aliis observari, nec contrà eam vel aliquam partem ipsius, per se, vel alium quoquomodo aliqua attentabunt, & super hoc tam ipse, quam quilibet eorumdem successorum det ipsi Pontifici & Ecclesiæ suas patentes Literas, Sigilli sui pendentis munimine roboratas. Licet autem in præmissis provisionibus verba gravamina certa respiciant, de quibus ad nos querela pervenit, Reges tamen, qui continuanda temporum, & successionum perpetuitate regnabunt in Regno prædicto, non propterea extiment gravandi alios Subditos arbitrium sibi fore concessum: sed sciant potius, se debere ipsos in bono statu tenere, ab omnibus illicitis exactionibus, & indebitis eorum oneribus, per se, ac alios abstinendo, sane siquidem in eadem provisione, vel aliquo ejus articulo, non tam subtilem, quàm rationabilem dubitationem, oriri contingat, interpretationem dubii hujusmodi, nobis quamquam etiam de jure competat, reservamus expresse. Decernimus quoque ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ provisionis, constitutionis, inhibitionis, præcepti, declarationis, abolitionis & abrogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc adtentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Tibuniæ per manum Magistri Petri de Mediolano Sacræ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellarii decimo quinto Kalendas Octobris, Indictione decima quarta, Incarnationis Dominicæ Anno millesimo, ducentesimo, octuagesimo quinto, Pontificatûs vero Domini Innocentii Papæ quarti. Anno primo.

HOnorius Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam dilectus filius Nobilis Vir Carolus, claræ memoriæ Caroli Regis Siciliæ Primogenitus, tunc Princeps Salernitanus, ejusdem Regis in Regno Siciliæ Vicarius Generalis, tanquam vir Catholicus de genere ortus Christianissimo, devotum ad eum, & ipsius Ecclesiæ mentem gerens, ejusdem Genitoris vestigia imitatur pro bono statu Ecclesiarum Regni prædicti, & ad conservationem jurium earumdem inter cætera, licet sub alio forsan verborum themate dicitur statuisse, & mandasse inviolabiliter observari, quod Decimæ quæ debebantur Ecclesiis & Personis Ecclesiasticis Regni ejusdem Catholicorum Regum Siciliæ temporibus, & debentur, & recipi ab Ecclesiis consueverunt eisdem ipsis Ecclesiis, sine difficultatis obstaculo, ac moræ dispendio persolvantur. Scilicet quæ debentur in pecunia in festo Pentecostes, & alia, quæ debentur in frumento, & aliis Victualibus, Vino, Oleo, & fructibus, aliis illis temporibus, quibus percipiuntur, & si alia sint, quæ cæteris diebus persolvi consueverunt, die debito persolvantur, & ne de hoc Ecclesiæ vel personæ Ecclesiasticæ necesse habeant singulis annis Curiæ Litteras impetrare; statuit, quod sub pœna dupli ejus, quod pro decimis vel aliis juribus, personis, vel Ecclesiis, quibus secundum ordinationem præmissam solutum non fuerit, debetur: secreti Magistri procuratores, ac Magistri salis, Bajuli, vel alii Officiales, qui eas debent persolvere, tam præsentes quam futuri teneantur ea integraliter solvere, secundum quod superius est distinctum, nullo Judicis mandato alio expectato. ANNO 1285.

Item quod Comites, Barones & cæteri qui tenentur ad decimas & jura alia Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis pro bonis, quæ tenent, ea teneantur solvere suis temporibus, quibus hactenus extitit consuetum, adjiciens, quod ad hæc auctoritate sui statuti, super hæc, & ad requisitionem personarum, quibus debentur, per Justitiarios Provinciæ compellantur, quodque solvantur à Bajulis quibuscumque, per quos Bona Pupillorum, Terras, & Feuda tenentium procurantur, sive baliatus Curia teneat, sive alii sint Comissi, sive Terræ sive Feuda aliquorum occasione delictorum, vel quacumque alia causa per Curiam teneantur.

Item, quod Clerici, nisi pro bonis feudalibus prout continetur in Conventionibus inter dictum Regem, & Romanam Ecclesiam habitis ad judicia sæcularia non trahantur.

Item, quod Ecclesiæ in toto Regno prædicto gaudeant Privilegio eis per communia jura indulto, scilicet: quod rei, qui ad Ecclesias confugiunt, ab inde non extrahantur inviti, nisi in casibus à jure permissis.

Item, quod Domus Prælatorum Religiosorum, & aliarum Ecclesiasticarum Personarum, sine voluntate ipsorum, causa hospitandi, ab Officialibus vel aliis personis, eis invitis nullatenus capiantur, & si de voluntate ipsorum Prælatorum, Religiosorum, vel aliarum personarum Ecclesiasticarum receptæ sunt, vel fuerint, ibi criminalia judicia exercere aliquatenus non possint. Nec lectos, vel res eorum contra voluntatem eorum accipiant, & si secus factum fuerit, post emendationem, & restitutionem damni; si Comes fuerit, vel Baro, qui contrafecerit, teneatur ad pœnam unciarum duodecim auri: si simplex Miles, ad sex: si Burgensis, ad pœnam unciarum trium.

Item, quod Officiales, Comites, Barones, vel aliæ quæcumque personæ Laicales non intromittant se de electionibus Prælatorum, vel collationibus Præbendarum, seu quorumlibet Ecclesiasticorum Beneficiorum directè, nec de aliis ad spiritualia pertinentibus, nisi quantum ratione Juris Patronatûs aliquibus competit, vel privilegio est concessum, nec propter Prælatos, Capitula Ecclesiarum, seu Conventus, Piorum Locorum, ipsorum consanguinei Vassalli quomodolibet molestentur.

Item quod Clerici, qui clericaliter vivunt, in collectis, & taxationibus aliis quibuscunque, nec pro patrimonialibus, pro portionibus eos legitime contingentibus cum aliis teneantur.

Item, quod res, & possessiones, quæ non sunt in aliquo Curiæ, vel alii obligatæ, dari, donari possint, & obligari, licet ea obligatione teneantur, per quam datio, donatio, vel legatio de jure impediri non possit, hoc casu res, & possessiones hujusmodi præfatis titulis cum onere suo ad Ecclesias transferantur.

Item, quod Vassallis Ecclesiarum, qui ea, quæ habent ab Ecclesiis, & sunt eisdem Ecclesiis ad servitia personalia obligati Officia per Curiam Comites, & Barones, vel alios sine ipsorum Prælatorum licentia nullatenus committantur.

Item, quod Privilegia, & Jura concessa Ecclesiis, & Personis Ecclesiasticis à Catholicis, & antiquis Regibus Siciliæ, in quorum possessione sunt, serventur illæsa, de illis vero, in quorum possessione non sunt, fiat eis sine difficultate Justitia in Curia competenti.

Item, quod Officiales & Commissarii Curiæ possessiones, & res, quæ ab Ecclesiis possidentur, non auferant: Nec in ipsis easdem Ecclesias contra justitiam perturbare præsumant.

Item, quod Officiales, seu sæculares personæ nullatenus se intromittant ad cognoscendum de aliquo crimine Ecclesiastico, nec impediant Prælatos, aut ipsorum Officiales, quin de hujusmodi crimine libere cognoscant, & puniant: ut est juris & rationis.

Item, quod Justitiarii, vel alii Officiales, Vassallos

ANNO 1285. los Ecclesiarum coram se, vel ad ipsorum judicia in Civilibus trahere non præsumant.

Item, quod Prælati Ecclesiarum, Ecclesiasticæ personæ, ac Officiales ipsorum, Vassallos earum, debitores suos possint, prout eis competit, compellere ad satisfaciendum sibi de debitis, & Juribus eorumdem, contradictione aliqua illegitima non obstante.

Item, licet idem Princeps statuerit, aliqua de Vassallis Ecclesiarum eis ad personalia servitia obligatis, si forsan à Terris, in quibus morari debent, aufugerint, per Prælatos & personas Ecclesiasticas revocandis: Nos tamen dicimus distinguendum, ut si ratione personæ ad hujusmodi servitia teneantur, possint, si recesserint, legitimè revocari. Si vero tenentur rerum tantum ratione, & recedere voluerint, res ipsas Ecclesiis & Personis ejusdem omnino dimittere compellantur.

Item, quod Judæis, qui sunt Ecclesiarum Vassalli, nulla committantur Officia, nec eis aliæ oppressiones vel gravamina inferantur. Nos namque, cum fratribus nostris deliberatione præmissa in favorem Ecclesiarum Dei, & Ministrorum ipsius accedenter inducta de ipsorum Fratrum consilio, & assensu, ac plenitudine potestatis ea firmitatis perpetuæ robur statuimus obtinere, ipsâque præcipimus perpetuis temporibus inviolabiliter observari.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Constitutionis atque præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum ut supra.

Finiunt Capitula Papæ Honorii. Amen.

Exemplata est præsens Copia à Libro intitulato Bullarum, Confirmationum, & aliarum Notabilium rerum præsentis Regni Neapolis folio I. & VII. asservato in Magno Regiæ Cameræ Archivo, in Camera prima sub litera O. Scanzia Quinta Numero CXXVI. cum quo facta collatione de verbo ad verbum concordat, meliori tamen semper salva; Et in fidem, de Mandato oretenus Illustris Domini Marchionis Castri novi D. Vincentii Frascone Præsidentis Commissarii subscriptus Magnificus Antonius de Masi Regius Archivarius hic se subscripsit. Datum Neapoli, & in eodem Magno Regiæ Cameræ Archivo die 4. Junii 1718.

ANTONIUS DE MASI.

L. S.

CLXIX.

1286. 13. Mars. *Edictum* CAROLI I. *Regis Siciliæ pro observatione Capitulorum summi Pontificis in Regno. Datum Fogiæ 13 Martii, Indictione XIV.* [Authentique tiré des Archives de la Grande Cour Royale de Naples.]

SCriptum est Justitiario Basilicatæ &c. Cum Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus, Domnus summus Pontifex super statu, & Regimine Regni Capitula certa ediderit ab olim per Nostrum prædictum Tombaldum, propterea devotioni vestræ fidei expressius mandamus quatenus sicut personam vestram diligitis, nec . . . . . vultis aut nostro honori, & profectui derogare capitula eadem quatenus ad vos spectant observetis, & faciatis per Officiales Curiæ, tam secretos, Vicesecretos, Castellanos foreståe, quam quoslibet alios inviolabiliter observari; sciturí, quod quidquid per vos, vel illos fieret contra transgressores ad pœnam debitam procederetur instanter. Datum Fogiæ Die XIII. Martii XIV. Inditionis. Similes factæ sunt Domino Alberto de Aureliano Justitiario Capitanatæ, Domino Ronfortiato Justitiario Terræ Idrunti, Domino Guillelmo de Festis Justitiario Terræ Bari, Petro de Scapis secreto Apuliæ. Datum ut supra.

Extracta est præsens Copia ab originali Regesto Regis Caroli II. signato de Anno 1291. litera A folio 943 quod conservatur in Archivo Magnæ Regiæ Curiæ Siclæ; cum quo facta collatione concordat, meliori tamen semper salva, Et in fidem Reverend. J. U. D. Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ Canonicus Præsbyter Cardinalis, D. Honuphrius Sicola Regius Archivarius a sua Catholica, & Cæsarea Majestate constitutus hic tandem se subscripsit. Datum Neapoli die 21. Junii 1718. ANNO 1286.

Canonicus D. Honuphrius Sicola.

L. S.

CLXX.

Entre les 2 & 7 de Mai. *Instrumentum publicum emancipationis, quo* GASTO *Vicecomes Bearnensis* MARGARITAM *Filiam suam secundò genitam extra manum suam ponit, & à sacris & nexibus suæ patriæ potestatis liberat & eximit . . . . . Nonas Maij Anno* 1286. [PIERRE DE MARCA, Histoire de Bearn liv. 7. chap. 25. pag. 657. E Chartario Palensi.]

NOverint universi, quod illustris vir Dominus Gasto Dei gratia Vicecomes Barnensis Dominus Montis Catani & Castri veteris, sedens pro Tribunali, convocata præsente & constituta ad hoc specialiter Curia sua Baronum, & Militum, & aliorum Nobilium, nec non . . . . . Bearn. ut Pater spontanea voluntate filiam suam naturalem & legitimam Margaritam *secundo genitam*, uxorem Domini Rogerii Bernardi Comitis Fuxi, & Vicecomitis Castriboni, de consensu expresso ejusdem Comitis viri sui præsentis consentientis & volentis, petentem ac expresse consentientem coram se, ut coram Domino Bearn. *& Majore Judice ejusdem Terræ Jurisdictionem ordinariam in ea habente & exercente*, & apud se & dictam Curiam emancipavit, & extra manum suam posuit, & à sacris & nexibus suæ patriæ potestatis liberavit, & exemit; dans & concedens eidem filiæ suæ potestatem licitam, & liberum arbitrium agendi, respondendi, contrahendi, obligandi se aliis, & alios sibi, & cetera omnia celebrandi, ordinandi, & faciendi in judicio, & extra judicium quæ quælibet mater familias, & sui juris facere potest, sine impedimento quocumque, & objectu patriæ potestatis. Et prædictæ emancipationi dictus Dominus Gasto, *ut Dominus, & Vicecomes, & major Judex Vicecomitatus Bearn. & Jurisdictionem omnimodam exercens in eo*, & dicta Curia cum eo, juxta requisitionem & voluntatem dictæ Dominæ Margaritæ, & prædicti Comitis viri sui, impenderunt solenniter auctoritatem suam judicialem, & decretum, his præsentibus scriptura & actis. Actum est hoc voluntate & assensu prædicti Domini Comitis, ut est dictum, qui sigillum suum, & dictus Dominus Gasto, & dicta Domina Margarita similiter sua, ad majorem firmitatem omnium prædictorum huic publico Instrumento apponi fecerunt. Quibus Sigillis extantibus vel non extantibus, voluerunt quod præsens Instrumentum & omnia contenta in eo perpetuo obtineant roboris firmitatem. Horum omnium sunt testes Dominus Arnaldus Raimundi de Aspello, Dominus Rogerius de Monte alto, Dominus Raimundus Wilielmi de Marcasaba, Dominus Cicardus de Lerano milites, Dominus Arnaldus Novelli Legum Professor. Magister Guillelmus Raimundi de Miramonte Canonicus Vasatensis, Magister Raimundus de Bazergue Judex dicti Domini Comitis Fuxi, Magister Brunus de Bentaion Notarius de Morl. Et ego Bernardus Pontonerii publicus Notarius Savarduni & Savartesii, omnibus prædictis præsens fui, & rogatus & mandatus hanc Chartam scripsi . . . . . Nonas Maji, Anno M. CC. LXXXVI. Regnante Philippo Rege Franciæ, Edoardo Rege Angliæ & Duce Aquitaniæ, dicto Domino Gastone Vicecomitatus Bearnens. Arnaldo de Morlana Lascurrens. Episc.

ANNO 1286.

CLXXI.

11. Mai. *Instrumentum publicum Donationis inter vivos de* Vicecomitatibus Bearnii, Bruleſii, & Gavardini *factæ à* GASTONE *Vicecomite Bearnenſi* MARGARITÆ *Comitiſſæ Fuxenſi Filiæ ſuæ emancipatæ*, & ROGERIO BERNARDO *Comiti Fuxenſi viro illius in augmentum dotis. Actum apud Morlanis 5. Idus Maij Anno Domini* 1286. [PIERRE DE MARCA, Hiſtoire de Bearn. liv. 7. chap. 26. pag. 661.]

NOverint univerſi præſentes pariter & futuri quod Nobilis vir Dominus Gaſto Dei gratia Vicecomes Bearn. Dominus Montis Catani & Caſtri Veteris, de expreſſo conſenſu, & voluntate Dominæ Conſtantiæ primogenitæ ſuæ, & Dominæ Guillelmæ de Montecatano ejusdem D. Gaſtonis filiæ donavit titulo præſentis Donationis inter vivos, gratis & ſpontanea voluntate per ſe, hæredes & ſucceſſores ſuos Dominæ Margaritæ Comitiſſæ Fuxenſi filiæ ſuæ emancipatæ, & D. Rogerio Bern. Comiti Fux. viro ſuo, in augmentum dotis, & heredibus & ſucceſſoribus ſuis ex ipſis ambobus communiter procreatis, Vicecomitatus Bearn. *Bruleſii & Gavardani* in forma, & ſub forma quæ ſequitur. Videlicet quod ſi contingat ipſum Gaſtonem non ſuperſtite herede legitimo maſculo, ex ſe & conjuge ſua Domina Beatrice vel alia conjuge legitima ſuperinducenda, ex carnali legitimo matrimonio procreato decedere, & contingat ſimiliter Dominam Conſtantiam ſupradictam, ſine prole ex carnali matrimonio & legitimo procreata decedere, habebit & habeat ex præſenti collatione dicta Domina Margarita ſuique heredes & ſucceſſores, & retinebit pleno jure ex paterna munificentia & conceſſione hujusmodi Vicecomitatum & Terram Bearn. cum omnimoda jurisdictione & juſtitia & omnibus juribus, deſtrictis & pertinentiis univerſis eidem D. Gaſtoni ex hereditaria ſucceſſione vel alio quocunque modo ex nunc vel in futurum undecunque ſpectantibus. Et in hoc caſu eadem Domina Margarita de expreſſo aſſenſu viri ſui quitavit & remiſit dicto Dom. Gaſtoni Vicecomitatus & Terras Bruleſii, & Gavardani, & Terras Catalon. Majoricar. & Aragon & alias Terras & bona ipſius Dom. Gaſtonis ubicunque ſint pro voluntate ejusdem Dom. Gaſtonis heredumque ſuorum & ſucceſſorum omnimoda facienda. Si vero contingat ipſum Gaſtonem ſuperſtite herede legitimo ex ſe maſculo de carnali matrimonio procreato decedere, habeat & habebit idem maſculus Vicecomitatum & Terram Bearn. cum juribus & pertinentiis univerſis. Et in caſu hujusmodi ſi contingat prædictam Dominam Conſtantiam ſine liberis ex carnali matrimonio procreatis decedere, habebit dicta Domina Margarita ſuique heredes & ſucceſſores, & Comes, Vicecomitatus Bruleſii & Gavardani ex præſenti collatione cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, & in eo caſu quitavit & remiſit dicta Domina Margarita dicto D. Gaſtoni ſuisque heredibus & ſucceſſoribus Vicecomitatum Bearn. ſupradictum; & omnes alias terras ſuas ubicunque ſint, de aſſenſu dicti Comitis viri ſui. Et ſi forte dictus heres maſculus decederet ſine prole ex carnali & legitimo matrimonio procreata, Vicecomitatus Bearn. ſub modis & conditionibus prædictis ad dictam Margaritam & Comitem heredeſque ſucceſſores ſuos libere devolvatur. Et in caſibus in quibus Vicecomitatus Bearn. deveniet & devenire debet ſecundum quod ſuperius eſt expreſſum, ad dictam Dom. Margaritam & Comitem ejus virum ſuosque heredes prædictos, ſolvent dicta Margarita & Comes vel eorum heredes debita Domini Gaſtonis contracta & contrahenda *citra portus*, & injurias & damna emendabunt. Verum qui habebunt in Bruleſio & Gavardano, ſolvent debita in Bruleſio & Gavardano contracta, & pro quibus ſunt Bruleſium & Gavardanum obligata, & injurias & damna ibi data emendabunt. Salvo etiam & retento, quod idem D. Gaſto in Vicecomitatu & Terra prædicta Bearnenſi, tam de Terra quam de aliis poſſet donare, ſervitoribus ſuis, & legare pro ſalute animæ ſuæ, & obligare pro debitis contractis & contrahendis, injuriis, & emendis, infeudare, manumittere ſive afranquire, prout ſibi in bona fide & ſine fraude viſum fuerit expedire; Exceptis caſtris, burgis, & vallibus, ſcilicet Caſtris & villis de Orteſio, de Salvaterra, de Oleiron, de Monein, de Salinis, de Pardinis, de Monteguiſcardo, de Morlan, d'Aſlon, d'Igon, de Montanerio, de Invidia, de Palo, de Sambucis, de Pulcro loco, de Mongaſtone, de Navarrencis, de Garos, & de Lobiein, & Vallibus de Urſiſaltu, de Aſpa, & de Baretons, & aliis vallibus, & montibus, & fortaliciis vallium. Poterit tamen idem Dominus Gaſto obligare pro debitis, legatis, injuriis, in teſtamento ſuo, Caſtra & Villas de Orteſio, de Salvaterra, & de Palo, & de Salinis, & caſtra & loca Larvalli, & Riperiæ Gavari, & totam Terram d'Agarencs ſine proprietatis alienatione. Tamen Bajulus de Palo, ſive executores dicti Teſtamenti non recipient de reditibus, ſive de exitibus caſtri de Palo, niſi mille ſolidos annuatim, quos idem Dominus Gaſto eidem in dictis locis & exitibus aſſignavit, & reditus clauſuræ caſtri una cum Lantanera, Molendino, vinea, & virgulto. Et quod executores Teſtamenti ipſius Gaſtonis ſecundum mandatum ſuum teneant prædicta caſtra; & loca, & villas proxime ſuperius ſcriptas, cum reditibus, Jurisdictione, & pertinentiis univerſis, tamdiu donec debita ipſius Domini Gaſtonis, & legata fuerint ſoluta, & injuriæ emendatæ, & Teſtamentum omnino completum, vel donec prædicta Domina Margarita, & Comes, & eorum ſucceſſio plenam quitationem, & liberationem habuerint ad arbitrium executorum, à creditoribus, legatariis, injurias & damna paſſis, & ab aliis quibus idem Dominus Gaſto prædictis modis fuerit obligatus. Si forſan guerra inſurgeret in Terra, vel contra Terram Bearnens. dicta Margarita, & Comes, & eorum ſucceſſio de locis prædictis poterunt ſe juvare; Ita tamen quod caſtrorum fortalicia ſint & remaneant in poteſtate exeeutorum, ſecundum mandatum Domini Gaſtonis, cum Jurisdictione ut dictum eſt, & juribus univerſis. Verumtamen in hominibus & habitationibus dictorum locorum, & pertinentium habebunt dicta Margarita, & Comes, & eorum ſucceſſio *exercitum, & Cavalcatam pro defenſione terræ, & juſtitiam ſanguinis exercebunt, & habebunt juramentum fidelitatis* in caſibus ſupradictis. Gagia vero, pœnæ, & leges dictorum executorum, & bajulorum erunt. Item eſt actum, quod Bajuli caſtrorum omnium & locorum, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt, jurent ad Sancta Dei Evangelia, quod prædictas conventiones, & ordinationes ſervabunt, & caſibus prædictis poſſeſſionem caſtrorum & locorum ſine difficultate & mora reddent & liberabunt, ſi Dominus Gaſto filium Maſculum, ut dictum eſt, habuerit, filio illi; & ſi filium non habuerit, vel ille filius deceſſerit ſine prole de legitimo & carnali matrimonio procreata, dictæ Margaritæ, Comiti, eorumque ſucceſſioni juxta formas ſuperius nominatas. Vult etiam idem Gaſto, quod executores teneantur ad præmiſſa caſtra, & loca reddenda, ſub modis & formis prædictis, cum teſtamento fuerit ſatisfactum, & quod non intermutent poſſeſſionem prædicto filio in ſuo caſu, vel Margaritæ, & Comiti, & ſucceſſioni eorum, & quod pro eis & eorum nomine conſtituent ſe poſſidere ſub modis & conditionibus ſupradictis. Etſi aliquis eorum caſtra, vel eorum aliquod teneat, idem juret. Fuit etiam actum, quod in caſu quo Vicecomitatus Bruleſii & Gavardani pervenient, vel pervenire debent ad Dominam Margaritam & Comitem heredesque ſucceſſores ſuos, Heres Bearnens. debebit & tenetur ſolvere Margaritæ, Comiti, heredibusque ſuis, decem millia librarum Turonenſium nigrorum, pro liberatione Bruleſii ſuper omnia bona ſua. Item fuit actum, quod in prædictis caſibus, in quibus ſecundum præmiſſas conditiones ſeu conventiones, Vicecomitatus Bearnenſis, vel Bruleſii & Gavardani debent pervenire ad dictam Margaritam, & Comitem, vel ad eorum heredes, ex nunc dictus Gaſto transferens ex cauſis prædictis dominium & poſſeſſionem omnium prædictorum & ſingulorum in eos, recognoſcet & conſtituet ſe poſſidere præmiſſa pro ipſis, & eorum nomine, & in poſſeſſione eſſe pro eis. Et conceſſit, quod prædicta Domina Margarita, Comes, ſuique heredes & ſucceſſores ex nunc de dictis Vicecomitatibus, ſi dictus caſus vel conditiones prædictæ adveniant, poſſint intrare, adipiſci, & retinere corporalem ſaiſinam, poſſeſſionem, vel quaſi, omnium prædictorum, & ſingulorum, auctoritate, motu, & voluntate propriis, ſine cujuſcunque Principis, Domini, vel Judicis alicujus, vel alterius voluntate & auctoritate aliqua, ſeu mandato. Et actus poſſeſſionis, vel qui poſ-

ANNO 1286.

ANNO 1286. poſſeſſionem ſeu ſaiſinam tribuunt vel concedunt, & retentio ſeu tenuta D. Gaſtonis vel alterius alicujus contra ordinationem & conceſſionem ſupradictam, eiſdem Margaritæ, Comiti, & ſuis ſucceſſoribus non præjudicet, ſed potius jus tribuat, vel pro eis & eorum nomine poſſediſſe intelligantur; ac tum in his rebus & juribus corporalibus & incorporalibus adipiſcendi ſaiſinam ſeu poſſeſſionem vel quaſi prædictam dictæ Margaritæ, Comiti, & eorum heredibus & ſucceſſoribus, idem Dominus Gaſto conceſſit. Salvo & retento prædicto D. Gaſtoni, & exceptis & retentis ſuperius per eundem, quod per præmiſſa in aliquo ſibi vel illis pro quibus præmiſſam retentionem facit, retentio vel tenuta non præjudicet nec præjudicare poſſit; imo eis non obſtantibus prædicta excepta & retenta ſalva ſint & firma. Ita quod ſi dictus Gaſto filium maſculum ex iſta uxore vel alia ſuperinducenda habuerit ex carnali & legitimo matrimonio procreatum, idem D. Gaſto non intelligatur poſſidere vel poſſediſſe per ea quæ nunc fuerunt, Vicecomitatum & Terram Bearn. nomine dictæ Margaritæ, & Comitis, Fuxen. nec dominium tranſtuliſſe in eos, ſed pro ſe tantum, ſicut verus Dominus ad quem dictus Vicecomitatus Bearnenſis, in illo caſu pertinet pleno jure, in tantum etiam quod ſive exiſtente filio maſculo D. Gaſtonis ut prædictum eſt, ſive non exiſtente, ea quæ idem D. Gaſto de prædicto Vic. & Terra Bearn. donavit, legavit, obligavit, ordinavit, vendidit, infeudavit, vel pro injuriis ſuis, & emendis dimiſerit inter vivos aut in teſtamento ſuo, aut cauſa mortis, vel codicillis, ſeu alia qualibet ultima voluntate, ſive pro debitis ſolvendis, ſive pro ſervitoribus remunerandis, ſive pro anima ſua, ſive pro complendo & exequendo teſtamento ſuo, vel alia quacunque cauſa, vel ratione, juxta tamen formam & conventionem ſuperius expreſſas, occaſione prædicta ſcilicet recognitionis, poſſeſſionis prædictæ, vel quaſi; quam Dominus Gaſto faciet, ſcilicet quod poſſideat ex nunc nomine ipſius Marg. & Comitis, & Dominium transferat in eos in caſibus prædictis, in toto vel in parte, nec in aliquo valeant infirmari. Si vero Dom. Gaſto moreretur, uxore ſua remanente prægnante de Filio, & dicta Margarita, & Comes ſuique heredes receperint poſſeſſionem Vicecom. & Terræ Bearn. nomine illius filii intelligantur poſſediſſe; & non nomine ſuo; ſi tamen ille filius deceſſerit prole ſibi ſuperſtite de carnali & legitimo matrimonio procreata, alioqui dicti Margarita, & Comes, ſuique heredes nomine ſuo tantum poſſideant, & poſſediſſe videantur. Si forte Domina Margarita, & Comes, vel eorum ſucceſſio prædictis executoribus vel bajulis, ſuper executione teſtamenti Domini Gaſtonis inferant injuriam, violentiam, vel gravamen, ſi requiſiti per dictos executores vel eorum alterum non emendaverint. . . . . Et eo emendato ſint ſub Sacramento fidelitatis ſicut primo. Item fuit actum quod in prædictis caſibus, in quibus ſecundum præmiſſas conditiones Vicecomitatus Bearn. vel Bruleſii, & Gavardani debent pervenire ad Dominam Margaritam; ſi ipſa dicto viro ſuo ſupervixerit, ipſa ad vitam ſuam teneat Vicecomitatus prædictos, ſive ſint liberi, ſive non. Et ſi Comes eidem Margaritæ ſupervixerit, tenebit ad vitam ſuam Vic. prædictos, ſi tamen ſucceſſor ſuperſtes fuerit, & non aliter, ex ipſis Margarita, & Comite procreatus. Si tamen dicti Comes & Margarita ſine legitimis liberis ex ſe procreatis, vel ipſi liberi ſine legitimis liberis ex ſe legitime procreatis decederent, dicti Vicecomitatus Bearnenſis, Bruleſii, & Gavardani in ſuis caſibus ad proximiores dicti Domini Gaſtonis ſecundum ipſius Dom. Gaſtonis ordinationem revertantur; ſalvo & retento quod heredes Comitis habeant retentionem terræ de Riparia de Navarrenx, de Pardinis, & de Gatos, cum pertinentiis, ultra loca ipſi Comiti pro ſuo debito obligata, pro eo quod Terra Bearn. invenietur ipſi Comiti vel ſuis heredibus obligata. Si qua vero contigerit per Dominum Gaſtonem ſecundum formam prædictam conventam alienari, ſub Diſtrictu, Dominio, & feudo Vicecomitatus Bearn. remanebunt. Sed ſi qua Eccleſiis, vel piis locis, aut religioſis ſecundum modum prædictum dederit, ſecundum formam libertatis qua data fuerint, remanebunt; tamen ſemper remanentibus in diſtrictu Dominii Bearnenſis. *Item fuit actum quod ille heres Comitis & Margaritæ, qui habebit Bearnum, habeat Comitatum Fuxi, ita quod dividi vel ſeparari non poſſint.* Et ſuper his dictus Comes dabit ſecuritatem quam poterit bono modo, & faciet per Barones, Nobiles, Milites ſuos, Communitates villarum hoc jurare, & dare Literas ſigillis ſuis pendentibus ſigillatas. Voluerunt etiam prædicti Gaſto, Conſtantia, Margarita, & Guillelma; quod Barones, Milites, & Communitates locorum Bearn. qui juraverunt & qui jurabunt, teneantur ſub virtute juramenti prædicti omnia tenere, complere, & ſingula etiam obſervare. Item D. Gaſto confeſſus fuit, & aſſeruit quod de prædictis locis quæ alienare non debet, nullam donationem, vel alienationem fecit, niſi Dominæ Conſtantiæ, & Margaritæ, & Comiti. Et ſi quam de dictis locis fecit in aliam perſonam, vel feciſſe inveniatur, eam ex nunc revocat, & definit irritam & inanem, & ſi quam aliam de dictis locis deinceps faciet, aliam quam in præſenti Inſtrumento eſt, conventio, ex tunc eam viribus omnino carere. Item eſt *actum quod Comes faciat homagium Domino Regi Angliæ; & illud quod Dominus Bearn. debet facere pro Bearno, & pro aliis locis, ſi ad ipſum perveniunt, in ſuis caſibus, ſicut D Gaſto facere tenebatur.* Et eſt actum quod procurabunt bona fide prædicti Gaſto Comes, & Margarita quod *Illuſtris Rex Angliæ prædictis auctoritatem ſuam & decretum interponet.* Supradicti vero D. Gaſto, Comes, Conſtantia, Margarita, Guillelma tenere, ſervare, complere, & non contravenire de jure vel de facto, omnia & ſingula ſupraſcripta per ſe & per ſucceſſores ſuos promiſerunt, quantum ad eos vel eorum quemlibet pertinet, & ad Sancta Dei Evangelia manu tacta corporaliter juraverunt. Prædictis autem omnibus & ſingulis *idem D. Gaſto ut Dominus & Vicecomes terræ Bearn.* ſedens pro Tribunali & Curia Bearn. tanquam donationi ſolemniter inſinuatæ coram Magiſtratu poteſtatem habente, & Jurisdictionem, ſecundum morem patriæ, *auctoritatem ſuam poſuerunt & decretum.* Et nihilominus ad majorem firmitatem, prædicti D. Gaſto, Comes, Conſtantia, Margarita & Guillelma ſigilla ſua, una cum ſigillis Guillelmi Arnaldi de Andoniis, Raim. Arn. Domini de Dominio Juratorum Curiæ Bearn. appoſuerunt huic publico Inſtrumento; quibus extantibus vel non, ſigillis, prædicta omnia & ſingula & hoc Inſtrumentum in ſuo robore permanerent. *Actum fuit hoc apud Morlanis 5. Idus Maji Anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſexto.* Regnante Philippo Rege Franciæ, Edouardo Rege Angliæ, & Duce Aquitaniæ, dicto D. Gaſtone Vicec. Bearn. D. Arnaldo de Morlana Epiſcopo Laſcurren. Horum omnium ſunt teſtes Arnaldus Guillelmi Domini de Andoniis, Raim. Arn. Dom. de Gerzeres, Bernardus Dom. de Caudaraſa, Raim. Arnaldi de Dominio, Dom. Jordanes de Inſula Junior, Dom. Rogerius de Monte alto, Dom. Raym. Guillelm. de Marquefave, Ayſinius de Navalies. Frater Raimundus d'Ogeu Gardianus Fratrum minorum Toloſæ, Magiſter Arnaldus Novelli Juris Civilis Profeſſorum Magiſter, Guill. Raim. de Miramonte Canonicus Vaſaten. Et ego Magiſter Bruni de Gentano publicus Notarius Morlan. qui his interfui, & de voluntate & aſſenſu dictorum Gaſtonis, Conſtantiæ, & Guillelmæ ad requiſitionem dictorum Comitis & Margaritæ hoc Inſtrumentum ſcripſi, in eodem ſignum meum appoſui conſuetum, inſuper ad firmitatem & robur omnium præmiſſorum, ſigilla Garciæ Arnaldi, de Navalies, & de ſaltu, & Amandi de Gairoſſe, D. de Balex, &c.

ANNO 1286.

CLXXII.

Déclaration de WALERANS DE LUXEMBOURG *Sire de Lignei, portant qu'il eſt devenu homme Lige du Comte* HENRI DE LUXEMBOURG *ſon Frere, pour la Terre de* ROUCHI *ſituée dans le Païs de Luxembourg, & qu'il ſe tient ſatisfait de toutes les prétentions qu'il pourroit avoir contre lui. Fait à Thionville le* (1) *Samedi dernier jour de Janvier* 1287. [VAN DER HAER Chatelains de l'Iſle liv. 2. chap. 5. pag. 470.]

1287. 1288. 31. Janv.

JE Walerans de Lucembourg Sire de Liney fay cognoiſſant à tous ceux, qui ces preſentes Lettres ver-

(1) Cette Date eſt juſte ſelon l'année Paſchale de France; qui depuis le 1. Janvier juſqu'au Samedi de Pâques, correſpondoit à l'an. 1288. de l'Ere vulgaire de Chriſt, que nous ſuivons. [DUM.]

ANNO 1288. verront ou oiront; Ke je recognois & ay recognut que je suis devenu homme liges devant tous homs à noble Monsieur Henry Comte de Lucembourg & de la Roche & Marchi d'Erlons mon trischier S. & frere de ma maison de Rouchy & de toute la Terre & les appendices de celle Terre, maison, & de tout cen que je tieng en la Comtei de Lucembourg & dont ay eu & ai parchon de frere contre ledit Comte de Luxembourg & aussi devenront de venir homme lige mi hoir Signour de Rouchy audit Monsieur & frere Comte de Lucembourg, ou à son hoir Comte de Lucembourg: Et fay encore assçavoir que je acquitte & ay acquitté plainement & entierement mondit S. & frere le Comte de Luxembourg dessus dit de tout ce que je li poois ou savoie ou devoie demandeir sans nul reclain faire de ci en avant en toutes choses en quelconque maniere que cen fut, ne par quelconque cause ou occoison que ce fust ou puist estre, ou avoir esté chis en arriere, & que ne mi hoir nen poons audit Monseigneur & frere Comte de Lucembourg ou à son hoir dessus nommeis tiens nulle demandeir de chose nulle qui ayt esté entre li & mi cy en devant jusques aujourd'huy que ces presentes Lettres fussent faictes, Et est encore à sçavoir que se je ay de cen ne lettre ne esploit nul ne je ne autres pour mi qui aidier me pourroient ou puissent mi ou mon hoir en ceste chose, & ledit Monsieur & frere Comte de Luxembourg ou son hoir dessus nommeis nuire ou greverre. Je pour mi & pour mon hoir renonche & veuille que toutes Lettres, & tout esploit de cen faict soient & sont nul & de nulle vertu, & de nulle forche pour mi & pour mon hoir parmy ceste Lettre presente, & pour cen que toutes les choses soient bien tenues & fermement wardées & estajées. En tesmoing de veritei je ay mis mon propre saiel à ces presentes Lettres en cognoissance aussi de veriteit & je Joffrois Sire d'Aixe à la proyere, & à la requeste Monsieur de Liney dessus dit ay mis mon Sayel avec le Sayel ledit S. de Liney à ces presentes Lettres en tesmoignage aussi de veritei. Cen fut fait à Thionville en l'osteil le Comte dessusdit & donneit le sapmedy darien jour de Janvier devant la Chandelleur, l'an de grace mil deux cents quatre vingts & sept ans.

CLXXIII.

1289. 9. Janvier. **Cessions-Brief Casimiri Hertzogs zu Oppeln / wodurch er König Wentzeln in Böhmen / mit Rath und Willen seiner Freunde und Unterthanen das Furstenthumb Oppeln samt allen Besten / Sadtten / und Unterthanen / mit samt seinen Freyheiten und Privilegien übergibt. Geschehen zu Praag den 9. Jenner anno 1289.** [LUNIG **Teutsch Reichs-Archiv. Part. Spec. Continuat** 1. abs. 3. p. 277.]

C'est-à-dire.

Lettres de CASIMIR *Duc d'Oppelen par lesquelles, du consentement & conseil de ses Amis & Sujets, il cede librement & volontairement à* WENCESLAUS *Roi de Boheme son Duché d'Oppelen avec toutes les Villes, Châteaux, Terres, & Privileges qui en dependent. A Prague le 9. Janvier* 1289.

DEm Hochberühmbten Fürsten und Herrn Wenceslao, König in Böhmen / meine getrewe Dienst: Nachdem ich die verschenen gegenwärtige und künfftige Dinge betrachtet / darneben auch welcher gestalt der berühmbte König in Böhmen Primslaus Ottogarus, löblicher Gedächtnüs / samt seinen Vorfahren / meinem Vetter und seinen Vorfahren / in Ihren angelegenen Nothwendigkeiten rahtlich und behülfflich gewesen / und dieweil ich wol weiß / was ich und meine Vorfahren vor vielfältige Gewalt erlitten / Nun aber bey mir beschlossen / meines Vetters Fußstapffen nach zufolgen / und darneben mir / meinen Söhnen Unterthanen / und meinen gantzen Hertzogthumb guten Frieden zu bestellen. Derentwegen gebe ich mit gutem Bedacht / zeitlichen Raht / Wissen und Willen meiner Herren und Freunde / und meiner Unterthanen mein Fürstenthumb Oppeln / ohne allen Zwang / und wil es hiemit in Betrachtung / mir / meinen Söhnen / und allen Unterthanen / einen Frieden und alles guts zu erhalten / gutwillig übergeben haben Wenceslao dem Könige / und allen nachkommenden Königen in Böhmen / samt allen desselben Fürstenthumbs Schlössern / Befestigten / und offnen Stätten / und allen meinen Gütern / samt dern Herrn und Unterthanen / den jetzigen und künfftigen / alle Lehen und Mannschafften / auch welche meinen Vorfahren und mir zugehörig gewesen / will ich hiemit für mich und meine Nachkommende / loß und ledig gelassen / und dem König in Böhmen und seinen Nachkommenden übergeben haben. Deßgleichen thu ich auch alle meine und meines Lands samt meiner Vorfahren und Nachkommenden Freyheiten und Privilegien zu einem ewigen Lehen hiemit übergeben. Dessen zu urkundt hab ich diesen Brieff mit meinem Siegel bekräfftigen und übergeben lassen / darneben auch die Hoch- und Ehrwürdige Männer erbetten / daß sie darneben Ihre Siegel angedruckt / als nemlich die Bischoffe von Prag und Olmütz / die Aebbte von Bretzeum / Strohaw / Osseckh und Khladrüb / darneben viel Bröpsts und Dechante. Geschehen zu Prag / auf dem Königlichen Saal / in Gegenwart aller meiner Lands-Herren / und Officirer / deßgleichen auch in Gegenwart der Böhmischen Herrn / Priester / Bürgerschafft / und vielem andern Volck / so hier zu erfordert gewesen / Anno 1289. den Neundten Januarii. ANNO 1289.

CLXXIV.

Declaratio Romanorum Regis RUDOLPHI I. *Quòd Regibus Bohemiæ Officium* Pincernatûs *in Romano Imperio, necnon Jus & Vox in Electione Romanorum Regis competat. Datum Ægræ quarto Nonas Martii, Indictione II. Anno* 1289. [LUNIG **Teutsches Reichs-Archiv.** Part. Special. Contin. I. **fortsetzung** 1. absatz. 1. pag. 10. d'où cette Piece est tirée. On la trouve aussi dans BOHUSLAI BALBINI Miscell. Historic. regni Bohemiæ, Decad. I. lib. 8. Epistolar. Epistola 21. pag. 23.] 4. Mars.

NOS RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Ad universorum sacri Romani Imperii fidelium notitiam cupimus pervenire, quod *Nos* ex officio Nostræ Celsitudini divinitus injuncto; cupientes jura quorumlibet salva (nam veræ justitiæ virtus hæc est; alterum non lædere; unicuique tribuere; quod est suum) maxime tamen Virorum illustrium dispendiis præcaventes; quorum insudare nos semper perdecet commodis; & honori Inquisitionis circumspectæ præhabito scrutinio; quid, quantumve Juris in Romanorum competat Imperio, *Inclyto Regi Bohemiæ Wenceslao Principi nostro* & Imperii Pincernæ charissimo, necnon suis hæredibus, licet de ipsius Juribus verissima notitia nobis constet, ad majorem tamen cautelam, & evidentiam indagantes, ac indagari facientes, ut dicti Regis Jura lucidius patefierent universis, communi testimonio, & assertione comperimus assonante, quod Rex supra dictus *jus, ac officium Pincernatus*, pariter & ejus hæredes, in Romano obtineat Imperio; nec non in *Romanorum Regis Electione* instar aliorum Principum, in ipsa electione habentium jus & vocem, quoad idem jus & vocem eligendi potestate parili potiantur, quæ jura ipsis competere profitemur præsentibus, & authoritate Regia approbamus, præsentium testimonio Literarum. Datum Ægræ, quarto Nonas Martii, Indictione secunda, Anno Domini 1289. Regni nostri Anno sexto decimo.

CLXXV.

Traité entre JEAN II. *Duc de Bretagne, & l'Abbaye de* Redon, *touchant la Jurisdiction temporelle de l'Abbé, & les Appels à la Cour du Duc; où il est parlé du serment de Calomnie des Plaideurs. Fait le Samedi après l'Exaltation de Sainte Croix en Septembre l'an* 1289. [LOBINEAU, Histoire de Bretagne. Aux Preuves col. 433.] 17. Septembre.

A Toz ceus qui cestes presentes Lettres verront ou orront, Jahan Duc de Bretagne, Comte de Richemont, saluz en nostre Seignour. Sachent tous que come contens fust esmeu entre bone memoyre Jahan jadis Duc de Bretagne nostre pere ou tens que il viveit, e nos son fiz esné e son heir en aprés de une partie, e Religious homes le Abbé e le Convent de l'Abaye

ANNO 1289. l'Abaye de Redon par reſon de lor mouſtier, de l'autre, ſus pluſors articles contencions de juridiction temporele e de pluſors autre choſes; a péz e a acort veniſimes en la maniere que s'enſeut; c'eſt aſſavoer que les Religious davant dit ne obeiront pas davant nous ne en noſtre Cort, ſus actions pures perſoneles ne de moubles qui ne aparteinſent ou ne ſeient demandez par reſſon de immoble, ne ne ſeront pas contrainz à ce, mes leſdits Religiouz c'eſt aſſavoer le Abbé e le Convent e les Priouz e toz lor Miniſtres e lor homes manſioniers obeiront davant nos e en noſtre Court de totes actions reales e de toures les chouſes immobles en quelque lou que eles ſayent e de toutes demandes de heritage, e les homes manſioniers aſdiz Religious obeiront por nous e en noſtre Court ſus toutes actions, quar il eſtayt acouſtumé anciénnement, ſauf lour reſtreyt de lour Court, la où il ſiet par coſtume de la terre; e ſauves lour juſtices, ſauf le dreit de nos ſougez; excepté ce que leſdiz Religious ont es paroiſſes de Redon, de Bayng, de Brein, de Langon, e es leus de Brulis en la Parroiſſe de Noeal, & de ſaint Cogo, & de Reczac, deſqueles chouſes exceptées leſdiz Religious obeiront davant nous e davant noſtre Seneſchal de Rénes à Renes e non ayllors, en cauſe de appeau, de deffaut de dreit, e en cauſe de jugement de la Court aſdiz Religious contredit tant ſeulement. Le plentiff por deffaut de droit, jurra ſus Sainz que il a bone cauſe de ſoi plaindre e de apeler ſi come il croit; e cil ſerement fet davant nous ou davant noſtre Seneſchal de Renes, leſdiz Religious ſeront ajornez par Lettres de noſtre ſeau ou ſeau a noſtre Seneſchau de Renes cloſes; e pendant le apeau leſdiz Religious ne contreindront pas en leur propre querele les plentis ou cas davant dit à obeir davant eus; mes ils porront les juſticer por lor rentes acoſtumées e pour lour deveirs. De rechef ſi partie ſe pleint de l'apelor en autre cas que en celui de l'appeau davant eus, ils jurra que cele pleinte ils ne fet par malice, ne par acheſon de l'appeau; lequel ſerement fet le Abbé conoytra de la cauſe ſauves totes les rayſons e les deffenſes de celui qui aura appelé. E ſi ceſt appelor par jugement de noſtre Court eſteit tenu auquune choſe rendre ou amander l'exeqution ſereit fete en ſes biens par ledit Abbé dedenz treyz ſemaynes: e ſi le Abbé ne le feſayt, nos ou noſtre Seneſchal de Renes la ferions ou feriont fere; e ſe il aveneyt que leſdiz Religious cheyſſont en la cauſe de l'apeau, la cauſe principal demorroit en noſtre Court e leſdiz Religious n'en feront autre amende ne n'en encorront peyne enver nos pour ce, ſauf le dreit de la Partie averſe. De rechef le contredit qui ſera feit en la Court audit Abbé vendra en noſtre Court à Renes, e ileques ſera declaré ſi le jugement de la Court à l'Abbé eſt bon ou mauves, e renvayé à l'Abbé dedenz un mays empres ce que le contredit ſerait preſenté à nous ou à noſtre Seneſchal à Renes; e ſi le jugement que l'Abbé aureit fet eſteit mauves, por ce ne fereit l'Abbé point de amende à nous, mes ce que ſera jugié en noſtre Court tendra. De rechef touz les homes aſdiz Religious des davant diz leus exceptez, eſt aſſavoer des parroiſſes de Redon, de Bayng, de Brein, de Langon, e es leus de Brulis en la parroiſſe de Noeal, e de ſaint Cogo, e de Reczac, reſpondront & obeiront davant nous e davant noſtre Seneſchal de Renés en noſtre propre querele pour meffet fet à nous ou à ceux qui ſerayent en noſtre ſervige, e ſeront ajornéz par l'Abbé par Lettres cloſes ſi come il eſt davant dit; e jurra le denoncior que il creit avoir bone cauſe de denoncier: mes des autres loeus nous juſticieron en noſtre propre querele ſenz prendre ſerement de denoncior; e en autre cas, ſi come il eſt dit davant, les homes manſioniers des Religious es leus exceptez deſſuſdiz ne obeiront en noſtre Court, ne mes es cas deſſuz diz ſi come il eſt deſuſdit: De rechef nos volom e otreyon que les avenages e les gelinages es leus eſquieus nobles homes feuz Guillaume de Loheac e Guillaume de la Motte Chevaliers leverent auqune feyz es parreyſſes de Bayng, de Brein, de Langon, e en autres leus, leſquels diz avenages e gelinages bone memoyre Jahan jadis Duc de Bretagne noſtre Seignor e noſtre pere leva auqune feis e fiſt lever par ocaſion deſdiz Chevaliers; e les avenages e les gelinages que il levoit ou fiſt lever ſus les homes de la Priouté de ſaint Goeal, deshores en avant ne leverom ne feron lever par nous ne par autre, ne rien ne demanderon deshores en avant. E volom que ſi nous ou noz genz ſorpreniont ou uſiont outre ce qui eſt deſuſdit ſus leſdiz Religious ou ſus lor homes que ce ne lour peuſt fere neſance, e que la tenor de ceſtes Lettres ſayt à touzjorz mes guardée. C'eſt aſſavoer que les homes manſioniers de la Priouté de noſtre Dame de Nantes qui meygnent de l'Igleſe de noſtre Dame davant dit juſqu'à à l'Igleſe ſaint Denis, e juqu'à la meſon meſtre Pieres l'Examinor comprenant ladite meſon audit meſtre Pierres, e juque à la meſon dou Sepulcre, obeiront ſi come il ont acouſtumé ça en ariere; e par ceſte pez nos quiton leſdiz Religious de totes miſes de touz deſpenz e domages que nous e noſtre Seignor e pere davant dit avon eu en quelque maniere par reyſon dou content deſuſdit en la Court de Rome e ayllors en quelconque leu; e iceux Religious quitent nous e les nos de toutes les levées que nous e noſtre pere davant dit avon eu e receu par nous e par autres des choſes apartenantes à eux ou à lor mouſtier tant en avenages e gelinages que en rentes e en quelconques autres choſes: e releſſent totes les demandes que ils ont ou poent avoer contre nous e les noz ſus les chouſes davant dites & par reſon de les, tant par reſon de domages, de couz, de despens, e de totes autres choſes; e volons nous e leſdits Religious communement d'u e part & d'autre que tous les eſplez e erremenz fez ſus leſdites chouſes ou par reiſon de eles en la Court de Rome e en la Court noſtre Seigneur le Roy de France ou aylors par l'autorité de ycelle Court en quelquonques autres Courz en quelque maniere il ſayent fetz entre noſtre Seigneur e pere davant dit e les ſiens d'une part, e leſdiz Religious e les lour d'autre, ſayent anullez, e y renuncions e les anullons par ceſtes pez à tosjors mes; e à toutes ceſtes chouſes tenir e aconplir en bone fey nous Duc de Bretagne davant dit, obligons nous e les noz e les prometons en bone fey tenir & garder à tousjorz mes e que en outre ne vendrons ou tens avenir. E en teſmoing de ceſtes choſes e que ce ſoit fermé e eſtable nos donasmes aſdiz Religious ceſtes Lettres ſellées de noſtre ſeau, ce fut donné ou jours de Samedy aprés l'Exaltation Sainte Croix en Septembre en l'an de grace mil e dous cenz e quatrevinz e neuf. *Tit. de Redon. Scellé d'un grand ſceau où eſt repreſenté le Duc à cheval, l'eſpée nuë à la main, le contreſel un eſcu eſchiueté au canton d'hermines. Voi num.* LXXX.

ANNO 1289.

CLXXVI.

Arrêt (1) *du Parlement de Paris rendu entre* EDOUARD *Roi d'Angleterre d'une part, & l'Eveſque, Doyen & Chapitre de l'Egliſe du* Puy *d'autre part, touchant l'hommage du Comté de* Bigorre *& du Château de* Lourde, *qui ſont adjugés audit Eveſque & Chapitre; la Queſtion de la proprieté demeurant reſervée au Roi de France.* [P. DE MARCA, Hiſt. de Bearn. Liv. 9. chap. 14. pag. 837.] 1290.

COmme ainſi ſoit, qu'entre notre cher Couſin & feal l'Illuſtre Roi d'Angleterre d'une part, & noſtre feal l'Eveſque, Doyen, & Chapitre de l'Egliſe du Puy d'autre, il y eut procez pendant en noſtre Cour depuis longtems, ſur ce que l'Eveſque, Doyen & Chapitre, diſoient que le Roi d'Angleterre les avoit ſpoliez injuſtement de la poſſeſſion de l'homage du Comté de Bigorre, excepté l'homage du chaſteau de Lourde; recevant à homage dudit Comté, ſauf ledit chaſteau, Eſquivat de Chabanes, qui avoit occupé par violence la poſſeſſion dudit Comté horſmis ledit chaſteau, apres le decés de Simon de Montfort Comte de Bigorre; meſmes que ledit Roi les avoit troublez en pluſieurs façons en la poſſeſſion de l'homage dudit chaſteau de Lourde, en telle ſorte qu'ils ne pouvoient joüir paiſiblement de ce droict, d'autant que le Roi s'eſtoit ſaiſi du chaſteau, y avoit fait demolir quelque muraille, pris & tué quelques hommes, & commis d'autres violences:

(1) L'Original de cet Arrêt étoit Latin. Ceci n'en eſt qu'un Extrait aſſez maigre. On a cru pourtant ne devoir pas le négliger. L'Auteur nous aprend qu'il fut donné au Parlement de la Chandeleur 1290. [DUM.]

ANNO 1290. lences: quoi que l'on avoüast que ledit chasteau estoit tenu & possedé par le Roi de Navarre, comme sien propre, & qu'il le relevoit de l'Evesque, Doyen & Chapitre du Puy, comme Seigneurs feodaux; c'est pourquoi ils concluoient à estre remis en la possession de l'homage du Comté, à la restitution de laquelle le Roi d'Angleterre seroit condamné; sauf & reservé le chasteau de Lourde; pour raison duquel ils demandoient que defenses fussent faites audit Roi, de leur donner aucun trouble, ni empeschement en la possession de l'homage dudit chasteau. Le Procureur du Roi d'Angleterre proposoit au contraire, que le Roi n'avoit point spolié, ni dessaisi les Demandeurs, de la possession de l'homage dudit Comté; & qu'il ne les avoit point troublez injustement en la possession de l'homage du chasteau de Lourde; & disoit, que ci-devant le Roi d'Angleterre avoit acquis la possession de l'homage dudit Comté, & du Chasteau de Lourde, de Bernard Evesque, du Doyen, & Chapitre du Puy, de sorte que c'estoit du gré & du consentement de l'Evesque & Chapitre du Puy, que le Roi d'Angleterre tenoit & possedoit tous les droicts qu'il avoit sur le Comté de Bigorre. Sur quoi, apres que les deux Parties eurent allegué plusieurs choses, ouïes leurs raisons, veu aussi le titre produit par le Roi d'Angleterre, & l'enqueste sur ce faite par ordonnance de Louïs Roi de France de glorieuse memoire nostre ayeul. Il a esté prononcé par jugement de nostre Cour, que le Roi d'Angleterre avoit injustement spolié, l'Evesque, Doyen & Chapitre du Puy, de la possession de l'homage du Comté de Bigorre, excepté le Chasteau de Lourde, & en outre qu'il avoit injustement troublé lesdits Evesque, Doyen & Chapitre en la possession de l'homage du Chasteau de Lourde; & qu'il estoit obligé à la restitution de la possession de l'homage du Comté, & à oster & faire cesser tous empeschemens qui pourroient estre donnés en la possession de l'homage du Chasteau, reservant audit Roi la question de la proprieté.

CLXXVII.

29. Juillet. *Diploma* RUDOLPHI I. *Romanorum Imperatoris pro* REINALDO *Comite Gelriæ quo illi totam Frisiam committit administrandam. Datum Erphordiæ 4. Calendas Augusti Anno 1290. Indictione III. Regni sui Anno XVII.* CUM *Confirmatione* ALBERTI *Romanorum Regis. Datum apud Popardiam 7. Calendas Maji Anno 1293. Indictione XII. Regni sui I.* [J. J. PONTANUS Hist. Gelricæ lib. 6. pag. 171.]

ALbertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis sacri Romani Imperii fidelibus præsentes Literas inspecturis gratiam suam & omne bonum: Ad universitatis vestræ notitiam tenore præsentium cupimus pervenire, quod nos Literas inclitæ recordationis quondam Rudolphi Regis Romanorum illustris genitoris nostri Charissimi, spectabili viro Reinaldo Comiti Gelriæ traditas vidimus in hæc verba: Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis & singulis sacri Romani Imperii fidelibus gratiam suam & omne bonum. Attendentes virtutum beneficia, meritorum insignia, constantis fidei suffragia, quibus spectabilis vir Reinaldus Comes Gelriæ, fidelis noster dilectus erga nos & sacrum Romanum Imperium dignoscitur relucere, gerentes confidentiæ plenitudinem de eo dicto, nobili Reinaldo Comiti Gelriæ, totam Frisiam, quæ dicitur vulgariter *Oost-Vriesland*, & omnem aliam Frisiam ad nos & Imperium spectantem, exceptâ duntaxat illa parte ad nobilem virum Comitem de Hollandiâ pertinente, de nostrorum Procerum consilio duximus committendam, dantes eidem plenariam per se & per suos de delictis cognoscendi & puniendi, judicandi, sententiandi, in facinorosos homines animadvertendi, pœnas imponendi, jura nostra & Imperii recuperandi, ampliandi, collectas seu precarias, cum sibi expedire videbitur, faciendi, in ipsâ Frisiâ officiatos Judices pro se constituendi, jura condendi, ea observare faciendi, & omnia ac singula faciendi, ordinandi, disponendi, tractandi, quæ facere, ordinare, disponere & tractare possemus, si essemus ibidem personaliter constituti, potestatem. Ita quod de justis reditibus de justo judicio provenientibus nobis vel nostris in Imperio successoribus legitimam tenebitur computationis reddere rationem: Porrò Frisia prædicta, quam dicto Gelro Comiti duximus committendam per nos vel nostros successores non debet ullatenus avocari, nisi prius de expensis & impensis, quas in recuperatione, attractione, nec non reformatione ipsius Frisiæ pro se & suis duxerit faciendas & exponendas, sibi vel suis hæredibus per nos vel successores nostros penitus refusis, prælabitâ computationis legitimâ ratione, donis verò liberalibus, xeniis, concessionibus, reditibus seu proventibus seu quibuscunque curialitatibus sibi factis vel faciendis, ratione administrationis ipsius Frisiæ, quæ fiunt Comiti prædicto; per Frisiam prædictam, per dictum Comitem aut ejus hæredes nobis vel nostris successoribus nullatenus computandis. Sanè si dictum Comitem in Frisiâ prædicta aliquas terras seu possessiones contigerit comparare ad Imperium tamen non spectantes, illas pacificè à nobis & ab Imperio titulo fœdi possidebit. Ceterùm in dicti Comitis laborum & sollicitudinum recompensam quatuor millia marcarum argenti puri & examinati dignum duximus eidem Comiti largiunda; Et si nos vel successores nostros dictam Terram Frisiæ à dicto Comite contigerit avocare, priusquam terram restituat, dicta quatuor millia marcarum per nos vel successores debent eidem Comiti assignari & integraliter solvi. Testes autem hujus Commissionis fuerunt infra cognominati, venerabilis Rudolphus Archiepiscopus Saltzburgensis, illustris Albertus Dux Saxoniæ, nobilis Fredericus Burgravius de Nurenburch, Everardus Comes de Catzenellebogen, Comes Albertus de Hohenberch, Ulricus de Hannouve, Gerlacus de Bruberch, Magister Henricus de Chlingenberch Aulæ nostræ Protonotarius, & quamplures alii nobiles & potentes. In præmissorum omnium testimonium & robur, præsens Scriptum conscribi & Majestatis nostræ sigillo jussimus communiri. Datum Erphordiæ quarto Calendas Augusti, Indictione tertiâ anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, Regni verò nostri anno septimo decimo. Nos verò prædictam commissionem gratam ac ratam habentes eam prout de verbo ad verbum superiùs est expressa de benignitate regia confirmamus. In cujus rei testimonium præsens scriptum exinde conscribi & Majestatis nostræ sigillo jussimus communiri. Datum apud Popardiam VII. Calendas Maji Indictione duodecimâ anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, Regni verò nostri anno primo.

ANNO 1290.

CLXXVIII.

Sententia per Curiam Regiam lata pro Habitantibus villæ de Colchis *contra* ROBERTUM *Ducem* Burgundiæ. *quòd non possint poni extra manum Regis. Actum Parisiis Mense Septembri Anno* 1290. [MARTENE, Thesaurus novus Anecdotorum, Tom. 1. col. 1240. Ex Mſ. Cl. V. Petri Menard Urbis Turonensis Præfecti.] Septemb.

PHILIPPUS Dei gratiâ Rex; universis præsentes Litteras inspecturis salutem.

Notum facimus, quod cum nos dilecto & fideli nostro ROBERTO Duci Burgundiæ, Franciæ Camerario, dedissemus & concessissemus illud quod habebamus in villa de Colchis, specialiter omnimodam jurisdictionem & gardam, & quidquid in dicta villa & ejus pertinentiis habere poteramus, retentis nobis feodo & ressorto, sicut hæc in Litteris nostris inde confectis plenius continentur, hominibus dictæ villæ se opponentibus & dicentibus sibi per privilegia prædecessorum nostrorum Regum Franciæ concessum esse, quod villam de Colchis extra manum & protectionem regiam ponere non possumus, dicto Duce contrarium asserente, & dicente quod cum prædecessor noster PHILIPPUS Francorum Rex per Abbatem & Conventum Flaviniacensem in dicta villa associatus fuerit, & nulla Conventio facta fuerit cum dictis hominibus, dictis Abbate & Conventu consentientibus, à dicta associatione licitè recedere poteramus, parte dictorum hominum contrarium asserente, & dicente quod ad eorum commodum, & pro certo emolumento quod nobis reddunt, dicta associatio facta fuit. Tandem auditis hinc inde partibus, & earum rationibus, & propositis plenius intellectis, visis etiam chartis

ANNO 1290. tis ſuper dicta aſſociatione confectis, pronuntiatum fuit per Curiæ noſtræ judicium, villam de Colchis Ballivæ Matiſconenſis, & homines ipſius villæ in noſtra ſpeciali protectione, guarda, & ſalvamento remanere debere; eorumque franchiſias & libertates nos obſervare debere, & facere obſervari; prædictas etiam guardam, protectionem, ſalvamentum & juſtitiam eorumdem, necnon reditus qui à prædictis hominibus, pro præmiſſis, nobis debentur & juſtitiam eorumdem extra manum noſtram ponere non poſſe nec potuiſſe. Altam verò Juſtitiam quæ ad nos pervenit ex donatione Prioris & Conventûs ejuſdem loci necnon & gardam & protectionem Prioris & Prioratûs eorumdem, potuiſſe nos propter conſenſum eorumdem Religioſorum ponere extra manum noſtram, & eos ad dilectum & fidelem noſtrum Ducem Burgundiæ perpetuò pertinere. In cujus rei teſtimonium præfatis Litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum.

Actum Praiſius anno Domini MCCXC. menſe Septembri.

CLXXIX.

16. Septembre. *Homagium Ligium* PHILIPPO PULCHRO *Francorum Regi præſtitum per* JOANNEM DE AVESNIS *Comitem Haynoniæ pro Feodo ac terrâ de Oſtrevant. Datum Fologiæ in Leonibus ſabbatho poſt Exaltationem S. Crucis Anno* 1290. [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. 1. col. 1234. d'où cette Piece eſt tirée. On la trouve auſſi dans PHILIP. LABBE, *Alliance Chronologique de l'Hiſtoire Sacrée & profane*, Tom. 2. au Meſlange curieux Chap. dernier §. 11. pag. 664. tiré du Regiſtre 34. des Chartes du Roi.]

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum Rex. Notum facimus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quod nobilis vir fidelis ac dilectus noſter Jo. de Aveſnis Comes Haynoniæ nobis fecit homagium ligium præ ceteris hominibus, quoad illud feodum de Terra de *Oſtrevant*; quem in noſtrum hominem ligium nos recepimus; hoc adjecto; quod ſi in prædicta Terra ſit aliquid quod non ſit de regno noſtro; & ſit extra fines Regni noſtri; de hoc inquiri faciemus veritatem, rationibus utriuſque Partis auditis; & illud quod reperietur eſſe extra fines regni noſtri de hoc inquiri faciemus veritatem, rationibus utriuſque Partis auditis, & illud quod reperietur eſſe extra fines Regni noſtri, nec erit de Regno noſtro, de feodo noſtro non erit, nec ad id prædictum homagium ſe extendet. Et ſciendum eſt quod prædictam terram tenebit à nobis & ſucceſſoribus noſtris in Baronia, & nobis faciet ſervitium cum quinque militibus prò eadem, ſicut alii Barones noſtri. Conſuetudines verò in prædicta Terra hactenus obſervatæ, quantum ad Subditos in perpetuum obſervabuntur. Emendam verò, ſeu forefacturam quam petebamus occaſione homagii hactenus per eumdem nobis non impenſi, ad ſupplicationem ipſius Comitis & amicorum ſuorum, eidem remiſimus. Nec occaſione alicujus facti, ſeu delicti in ipſa Terra per ipſum, vel gentes ſuas uſque nunc perpetrati, coram nobis tenebitur reſpondere. Et quia nos dicebamus ad nos pertinere gardas, ſeu cuſtodias Eccleſiarum & Abbatiarum prædictæ Terræ: eaſdem gardas, ſeu cuſtodias Eccleſiarum de *Oſtrevant* in manu noſtra poſuimus, & inquiri faciemus, tam de jure noſtro & Eccleſiarum, quàm de ſuo & uſu, rationibus Partis auditis utriuſque; & ſi repertum fuerit eaſdem ad nos pertinere, eaſdem retinebimus: alioquin reſtituemus eaſdem, quas tenebit ad homagium ſupradictum. Guardam etiam Eccleſiæ de *Faimi* in manu noſtra poſuimus, quam ad nos pertinere dicebamus, & de bonis ipſius Eccleſiæ ablatis per gentes ſuas, & captis tam in prædicta Eccleſia, quàm in domibus de *Oſtrevant*, quæ pertinent ad ipſam Eccleſiam locum faciet reſaiſiri, & ſuper eadem guarda veritas inquiretur. Et ſi repertum fuerit eamdem ad nos pertinere, & in Regno noſtro eſſe ſituatam, eam retinebimus, & ipſe Comes damna illata prædictæ Eccleſiæ per gentes ſuas reſtituet: alioquin ſi reperiatur eſſe extra Regnum noſtrum, nos non intromittemus. Reſconſas verò & injurias factas per gentes ſuas ſervientibus noſtris, ut dicebant, emendavit nobis ad noſtræ libitum voluntatis. Omnia verò ſuprafcripta & ſingula facta fuerunt ad ſupplicationem amicorum ſuorum de voluntate ipſius & aſſenſu, & eadem promiſit pro ſe & ſucceſſoribus in perpetuum obſervare. Quod ut ratum & ſtabile permaneat in futurum, præſentibus Litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum, ſalvo tamen in aliis jure noſtro, & jure quolibet alieno. ANNO 1290.

Actum apud Domum noſtram *Foleye* in Leonibus, anno Domini MCCXC. menſe Septembri.

CLXXX.

25. Septembre. Kayſers RUDOLPH des I. Reſcript, **daß die Erbverträg über die Furſtenthuin und Reichs-Lehen müßen durch den Kayſer beſtättigt werden / wann ſie gultig ſeyn ſollen. Geben zu Erffurt anno 1290. den 25. September ſeines Reichs im 17 Jahr.** [GOLDASTI Reichs-Satzungen theil 2. pag. 24.]

C'eſt-à-dire.

Reſcript de l'Empereur RODOLPHE I. *portant que les Contrats hereditaires concernant les Etats, Principautés & Fiefs de l'Empire devront être aprouvés & confirmés par l'Empereur, faute de quoi ils demeureront ſans force & valeur. Donné à Erford le 25. Septembre l'an de notre Seigneur* 1290. *& de ſon Regne le XVII.*

WIr Rudolph von GOttes Gnaden Römiſcher König / allezeit Mehrer deß Reichs / entbieten allen unſern deß Römiſchen Reichs Getrewen / denen dieſer Brieff vorkommt / unſere Gnade und alles Guts. Und thun euch zu wiſſen / daß wir die Ordnung und Vertrag / wie es mit dem Preßliſchen oder Schleſiſchen Fürſtenthumb / ſo uns und dem Kaiſerthumb unters Lehen gehörig / kunfftig gehalten werden ſolte / beſiegelt geſehen: als nemlich / wann unſer HERRE GOtt den Durchleuchtigen Heinrichen / Hertzog in Schleſien / Todtes halben abfordern würde / daß der Durchleuchtigſte Ottogarus König in Böhmen / oder ſein Erbe und nachfolgende Böhmiſche Könige / ihme die gantze Landſchafft Schleſien erblich einnehmen und beſitzen möchte. Dieweil dann dieſes Recht auff diſimal Konige Wenceſlao / unſerm allerliebſten Sohne / angefallen / und er ſich deſſen annaſſen will / ſo thun wir ihme ſolches hiemit in Krafft unſers Römiſchen Königreichs beſtättiget übergeben. Datum Erdfurt Anno 1290. den 25. Septembr. unſers Reichs im 17. Jahre.

CLXXXI.

1291. 3. Juin. *Diploma* RUDOLPHI I. *Romanorum Imperatoris quo* REINALDO *Comiti* Gelriæ *poteſtatem facit apud* Veluam *loco, qui dicitur* Stavera, *novam munitionem, ſive Oppidum ædificandi. Actum Maguncíæ 3. Nonas Junii* 1291. *Regni ſui XVIII.* CUM *Confirmatione* ADOLPHI *Romanorum Regis. Datum Wormatiæ 12. Cal. Auguſti Anno* 1295. *Regni ſui IV.* [J. J. PONTANUS. Hiſt. Gelricæ lib. 6. pag. 168.]

ADOLPHUS Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus gratiam ſuam & omne bonum: Felicis recordationis Rudolphus quondam Dei gratiâ Romanorum Rex; prædeceſſor noſter viro ſpectabili Reinaldo Comiti Gelriæ conſanguineo & fideli noſtro dilecto, cujus conſiderans merita, quibus ſe Romano Imperio reddiderat generoſum, gratiam & Literas, ſub modo & forma infra ſcriptis conceſſit:

Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus gratiam ſuam & omne bonum: Digna conſideratio nos inducit, ut petitiones illorum, quos grata devotio & exhibiti gratitudo ſervicii noſtro jugiter culmini repræſentat acceptos, effectu debito compleamus, ut, quæ poſtulant, aſſequantur & noſtris ſe præbeant obſequiis promptiores. Sanè cum nobilis vir Reinaldi Comitis Gelriæ fidelis noſtri dilecti, ſuæ præclaræ fidei puritate, qua erga nos & ſacrum Roma-

ANNO 1291. num Imperium permanet, ejus ſtabilita devotio nos inducit, quod omnibus his libenter intendere debeamus, quæ ſibi noſcimus profutura. Nos ipſius devotis precibus favorabiliter inclinati ex liberalitate regia hanc gratiam faciendam duximus, quod authoritate regiæ Majeſtatis ei indulſerimus, & præſentibus indulgemus, quod apud Veluam loco, qui dicitur Stavera, novam munitionem ſive novum Opidum de novo ædificare valeat & firmare: Ita quod miniſteriales, advocatiales, fideles, ſervos, liberos ac alios homines cujuſcunque conditionis vel de quacunque provincia proveniant; exceptis fidelibus & hominibus Imperii Romani & omnino ſine præjudicio imperatoriæ Majeſtatis in dicto Opido Opidanos recipere poterit, & retinere ſub ſtatutis & Reip. ordinationibus, quas ipſis decreverit ſuis Literis patentibus ordinare; nullique hominum liceat hanc paginam noſtræ Conceſſionis infringere; vel ipſi in aliquo auſu temerario contrariare. Quod qui fecerit, noſtræ Majeſtatis offenſam ſe noverit graviter incurſurum. In cujus rei teſtimonium has Literas ei conſcribi & Majeſtatis noſtræ ſigillo duximus communiri. Datum Maguncíæ tertio nonas Junii Regni noſtri anno decimo octavo, anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo. Nos igitur prædicti prædeceſſoris noſtri veſtigiis rationalibus non immeritò inhærentes dictam gratiam ſic conceſſam animo renovandi ſeu de novo concedendi, eandem, authoritate regiâ, maturâ deliberatione præhabitâ, ratam habemus & ex certâ conſcientiâ confirmamus præſentium, quibus ſigillum noſtræ Majeſtatis apponi juſſimus, teſtimonio Literarum. Datum Vormaciæ XII. Cal. Auguſti Regni noſtri anno quarto, Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto.

CLXXXII.

1292. 6. Janvier. *Donatio & materna Ceſſio Regni Hungariæ, per* MARIAM *Reginam Siciliæ citra Farum, & defuncti Fratris* LADISLAI *Regis hæredem,* CAROLO *ejus Primogenito facta. Actum & Datum Aquis 6. Januarii* 1292. *Indictione V.* [Authentique tiré des Archives de la grande Cour Royale de Naples.]

MARIA Dei Gratia, Regina Jeruſalem, Siciliæ, & Ungariæ, Provinciæ & Forcalquerii Comitiſſa, ad faciendam Juſtitiam in Nationibus, & pacem in Populis nutriendam conſtituit Dominus Principes ſuper Terram, quibus deficientibus, perit Juſtitia, pax turbatur, inſurgunt odia, bavantur injuriæ, Cædes accedunt, ut aſcendat Clamor ad Dominum, & abominatio ſubſequatur, præſentis itaque Privilegii noſtri tenore notum facimus, Univerſis, præſentibus, & futuris quod Magnifico Principe Domino Latiſlao Illuſtri Rege Ungariæ cariſſimo Fratre noſtro ab anno jam, & ultra, prout fatorum crudelitate permiſſum eſt, ſublato de medio, nullis legitimis liberis ſuperſtitibus ex eodem, nobis agentibus, prout adhuc agimus in remotis, turbato protinus ejuſdem Regni regimine verſæ ſunt illic omnium manus ad ſpolia, rapinas, & ſtrages, adeo quod relegata Juſtitia, & Judicio diſſoluto, ibi jam non juribus, ſed viribus decernatur, de quibus omnibus miſerabili pluries ejuſdem Regni fidelium ad nos rumore perlato, volentes ejuſdem Regni ſtatum providere, ſive ſucceſſionis, ſive conſuetudinis, ſive electionis, ſive quocumque alio Jure, vel modo id competere dinoſcatur, Carolum Primogenitum noſtrum Salernitanum Principem & honoris Montis Sancti Angeli Dominum ad ejuſdem Regni Ungariæ Sedem, & Regimen, ac in ipſius Regni Regem, ex deliberato fidelium conſilio eligentes, ac præeligentes, Regnum ipſum Ungariæ cum hominibus Vaſſallis, honoribus, dignitatibus, Principatibus, Marchionatibus, Ducatibus, Comitatibus, Baroniis, Civitatibus, Caſtris, Villis, Inſulis, Planis, Montibus, Aquis maritimis, Juribus, Juriſdictionibus, meri mixtique Imperii, & gladii poteſtate, nec non ſervitiis tributis, rationibus, & pertinentiis ſuis omnibus tam infra quàm extra Regnum ipſum, ad idem Regnum ſpectantibus, prout prædictus Frater noſter, aut alii Prædeceſſores noſtri prædicta omnia, vel ſingula tenuerunt, vel tenere debuerunt, viro Nobili Henrico Comiti Vademontis fideli noſtro ad hæc ſolemniter conſtituto recipienti nomine, ac pro parte ipſius Caroli primogeniti noſtri, ac per eundem Comitem cidem Carolo, & ejus hæredibus ex ipſius corpore legitime deſcendentibus inperpetuum, natis, vel de cætero naſcituris de mera liberalitate ſpeciali gratia, & maternæ caritatis affectu concedimus, donamus, & tradimus vel quaſi, omneque Dominium directum, & utile ipſius Regni in eundem Comitem recipientem nomine, ac pro parte prædicti Caroli primogeniti noſtri, ac per eundem Comitem in eundem Primogenitum transferentes, eundem Comitem recipientem nomine, ac pro parte ipſius Primogeniti noſtri exinde per Coronam auream, & ejuſdem Regni vexilla ſolemniter inveſtimus maternæ benedictionis gratia, & mandato ſubjuncto, quod idem Primogenitus noſter & hæredes ipſius ejuſdem Regni populos caritate cuſtodiat, juſtitia dirigat, ac pace diſponat. In cujus rei fidem perpetuamque memoriam, ac ejuſdem Caroli Primogeniti noſtri, & hæredum ſuorum cautelam præſens Privilegium ſibi exinde fieri, atque Sigillis Principis incliti Domini Viri Noſtri Domini Caroli Secundi Dei gratia Regis Jeruſalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ & Forcalquerii Comitis & noſtro fecimus communiri. Actum, & Datum Aquis in præſentia ejuſdem Domini Regis viri noſtri, ac venerabilium in Chriſto Patrum Roſtaini Archiepiſcopi Aquenſis, & Guillelmi Epiſcopi Dignenſis, nec non Nobilium Virorum Bertrandi de Bautio Comitis Auellini, Guaucherii de Rocca, Hugonis de Bautio, Joannis Scoti Regiæ Mareſcallæ Magiſtri, Matthei de Adria Regni Siciliæ Theſaurarii, & Magiſtri Rationalis Alfanti de Soleriis Seneſcalli Provinciæ Militum, & aliorum quàm plurimum Anno Incarnationis milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecundo die VI. Januarii V. Inditionis.

ANNO 1292.

Extracta eſt præſens Copia ab originali Regeſto Regis Caroli II. ſignato de Anno 1291. *&* 1292. *litera C. folio* 27. *at quod conſervatur in Archivo Magnæ Regiæ Curiæ Siclæ, cum quo facta collatione concordat, meliori tamen ſemper ſalva; Et in fidem Reverendiſſimus U. J. D. Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus Præsbyter Cardinalis, D. Honuphrius Sicola Regius Archivarius à ſua Catholica, & Cæſarea Majeſtate conſtitutus poſt ſubſcriptionem cujuſlibet paginæ hic tandem ſe ſubſcripſit. Datum Neapoli die prima Julii* 1718.

Canonicus D. Honuphrius Sicola.

L.S.

CLXXXIII.

1293. 4. Août. *Conſtitutio* ADOLPHI *Romanorum Regis ne bona ad Eccleſiam devoluta à conſuetis tributis eximantur. Datum in Frideberg 2. Nonar. Auguſti Anno Domini* 1293. *Regni ſui II. Inditione VI.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales, Tom. 1. pag. 315.]

NOS ADOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, Conſulibus & Civibus de N. Præcipimus & Regali ſancimus edicto, ut omnia bona infra diſtrictum Civitatis conſtituta, quocunque nomine cenſeantur, quæ ſturam ſeu precariam perſolvere conſueverunt, ad quorumcunque Religioſorum ſeu aliorum cujuscunque conditionis manus, quocunque alienationis titulo, transferantur, more ſolito ſturam ſeu precariam in perpetuum contribuant & perſolvant, quemadmodum ab excellentiſſimo Principe, inclyto quondam RUDOLPHO Romanorum Rege, noſtro prædeceſſore, id ipſum ſancitum extitit Edictum. Datum in Frideberg, 2. Nonar. Auguſti, Indictione 6. Anno Domini MCCXCIII. Regni verò noſtri anno ſecundo.

ANNO 1293.

CLXXXIV.

11. Octobre. *Edictum* PHILIPPI IV. *Francorum Regis in gratiam Comitis* Haynoniæ *de terrâ* Oſtrevanni. *Actum Pariſiis, Dominicâ poſt feſtum Beati Dionyſii Anno* 1293. [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1256. Ex Cartario Haynonienſi Dominorum de Aveſnis.]

PHILIPPUS Dei gratia Francorum Rex Baillivo Viromandenſi ſalutem. Cùm intentionis ſit noſtræ quod dilectus & fidelis noſter Comes Hannoniæ Terram & Baroniam ſuam de Oſtrevanno teneat atque juſticiet & regat ſicut alii Barones noſtri ſuas tenent & regunt Baronias ſub nobis.

Item; quod ipſe conſuetudines, quæ ab antiquo in terra prædicta ſervabantur; antequam feciſſet ipſe nobis homagium exinde; modo conſueto faciat, ſicut ad eum pertinet, obſervari & teneri; mandamus tibi quatinus nullum eidem Comiti vel ſuis gentibus in prædictis apponas vel apponi facias impedimentum; nec aliquid attentes vel attentari per tuos patiaris Juſtitiarios contra conſuetudines antedictas, hoc proviſo quod reſſortum dictæ Terræ Oſtrevanni nullatenus per juſtitiam vel dominium Alemanniæ, vel Hannoniæ, ſed per noſtrum Franciæ reſſortum & ſuperioritatem noſtram quam ibidem habemus, juſtitiari & explectari permittas.

Volumus inſuper quod ſervientes tuæ Bailliviæ non permittas in Terra Oſtrevanni juſticiare vel explectare niſi in caſu reſſorti & aliis caſibus ratione ſuperioritatis ad nos pertinentibus, & tunc etiam de ſpeciali mandato tuo, vel præpoſitorum tuorum, & non alias id faciant. Et ſi contra hæc dicti ſervientes aliquid attentaverint; illud facias in priſtinum reduci, dictos ſervientes ſecundum quod in hujuſmodi deliquerunt puniendo.

Item; cùm tu quoſdam homines de Terra Oſtrevanni teneas vel teneri facias per Præpoſitum ſancti QUINTINI ratione quarumdam Treugarum, quæ contra patriæ conſuetudinem, ut dicitur, ab eiſdem petuntur; mandamus tibi, quatinus ſi ipſi propter hujuſmodi Treugas vel quicquam aliud ad quas vel quod ipſi non teneantur de patriæ conſuetudine detenti ſint; ipſos deliberes abſque difficultate quacumque; nec compellas eos ad patriæ conſuetudinem infringendam. Si verò dubium aliquod in hujuſmodi fuerit dictos homines recredas uſque ad proximum Parlamentum; & diem ibidem partibus ſuper hoc aſſignes ad diem tuæ Bailliviæ Parlamenti prædicti.

Item, mandamus tibi quatinus tenorem Litterarum noſtrarum quas habet idem Comes ſuper homagio quod ipſe nobis fecit de Terra Oſtrevanni diligenter obſervans; ſi aliquid contra id attentatum fuerit, illud ad debitum facias ſtatum reduci, præſentibus apud eumdem Comitem remanſuris.

Actum Pariſius dominica poſt feſtum beati Dionyſii anno Domini MCCXCIII.

CLXXXV.

24. Decembre. *Vente du Chateau du* Mirewaut *au Comte de* Haynaut *par* JEAN DE CONS *& ſa Femme. Donné au mois de Decembre la vigile de la Nativité de Notre Seigneur l'an de grace* 1293. [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1259. Ex Haſnonienſi Cartario Dominorum de Aveſnis.]

NOus JEHANS Sires de *Cons*; & nous JABIAUS ſa femme, fille Monſigneur HENRY ſigneur de Mirewaut ki fu, faiſons ſavoir à tous ke nous avons vendut pour nous & pour nos hoirs à haut prinche & noble Monſigneur JEHAN d'Avelnes Conte de Haynnaut, & haute dame & noble Madame PHELIPPE Conteſſe femme audit Conte JEHAN, & à leur hoirs à tous jors perpetuelment & hyretaulement, le caſtiel de Mirewaut en Ardenne, & tout le droit ke nous avons, poons; & devons avoir en la Terre, & es appertenances de Mirewaut, en fons, en comble, en hommages, en hommes, en fiés, en alloës, en fories, en jauwes, en Terre waignaules, en preis, en bos, en cens, en rentes, en tonniüs, en winnage, en l'avoerie de Saint Hubert, & en toutes autres choſes & revenues queiles keles ſoient, & en quele maniere keles puiſſent eſtre appielées, ki muevent, & ke on tengne del eveske dou Liege, de la Caſtellerie de Buillon, dou Conté de Luſſenbourch, & del Egliſe Monſigneur Saint Hubert, horſmis tant ſeulement la ville de Neufvillers, & la ville de Bierthreis, avoec leur appertenances, leſqueiles nous retenons entirement pour nous & pour nos hoirs à tous jors. Et promметons par nos fois franchies, & ſour peinne de pierdre tout le droit ke nous avons oudit Caſtiel de Mirewaut, & en toutes les choſes deſeuredites, ke quant lidis Cuens & Conteſſe nos averont payés & delivreis ciunc cens livres de boins noirs tournois petis, & feit pleinne ſeurté de deux cens livrées de terre en boins noirs tournois petis de annuée penſion à la vie de nous YSABIEL devantdite; & de trois mil & wit cens livres de la monnoie deſeuredite, & délivroit à nous Lettres ſaielées de leur propres ſaiaüs, & dou ſaiel de la ville de Binch, & dou ſaiel de la ville de Maubuege; & Lettres ſaielées dou ſaiel des pleiges douneis à nous por la ville de Maubuege, ſi com il eſt contenut ès Lettres ke nous avons pardeviers nous ſaielées des contre-ſaiaüs le Conte & la Conteſſe devantdis, ſauf chou ke s'il y avoit aücun des pleiges nommeis juſques à deus u trois ke on ne peuſt avoir, nous ſeriens tenut de prendre auſſi ſouffiſans ou liu de chiavs.

Et toutes ces choſes devantdites acomplies, ſi com dit eſt, nous, à la requeſte doudit Conte, u de celui ki à chou ſeroit de par luy eſtaulis wit jors apries ſeriens & ſommes tenut de venir a Buillon, & apres ſauve loyal enſoigne devant les autres ſigneurs deſeure nommeis de reporter le caſtiel de Mirewaut, & toutes les choſes deſeuredites venduës par nous ès mains as devantdis Signeurs de qui on les tient; & de nous devieſtir pour les dis Contes & Conteſſe à heriteir, u celuy ki de par le dit à chou venroit ou non dou dit Conte & pour lui. Et ſe nous eſtiens en deffaute de faire, enſi con dit eſt, li dis Caſtiaus de Mirewaut, & toutes les choſes deſeuredites, demorroient audit Conte & Conteſſe, & à leur hoirs comme leur.

Encore avommes-nous en couvent audit Conte & Conteſſe, ke nous ledit Caſtiel, & toutes les choſes deſeuredites par nous venduës, quitterons en cort de Sainte Egliſe à chou nous otrierons ke nos ordenares leur en doinſt ſes Lettres ſaielées dou ſaiel de ſa cort, premiers acomplis les couvens & devant toutes choſes, ke li dis Cuens u Conteſſe nous ont enſi comme deſeure eſt dit, & que nous leur renderons & déliverrons toutes Lettres faites, inſtrumens & reconniſſances, ke nous avons, & avoir porons, ki à ce vendage leur valle, & puiſſent valoir, & ke toutes ces choſes deſeuredites ſoient entenduës en boine maniere & en boine foiauteit par le theiſmoing de ces Lettres ſaielées de nos propres ſaiaüs, ki fuirent faites l'an de grace MCCXCIII. la vigile de la Nativiteit Noſtre Signeu ou mois de Decembre.

ANNO 1293.

CLXXXVI.

Inveſtitura Principatus Achayæ & Ducatus Athenarum *per* CAROLUM II. *Regem Siciliæ citra Farum*, PHILIPPO *Tarentino Principi ſuo Filio conceſſa. Datum Neapoli* 12 *Madii* 1294. *Indictione VII.* [Authentique tiré des Archives de la Grande Cour Royale de Naples.] 1294. 12. Mai.

CAROLUS Secundus, Dei gratia, Rex Jeruſalem &c. Univerſis præſens Privilegium inſpecturis tàm præſentibus, quam futuris. Experimento cognoſcitur, & à diſcriminum variis, & diverſis eventibus certitudinaliter demonſtratur defenſionis unitas fortiorem perſonis, & rebus præbere cuſtodiam, vireſque conglutinatas in unum adverſantium impetus enervare facilius, & expeditius vacuare, funiculus quidem multiplex difficile rumpitur, fulcimentis mutuis, & monumentis unitæ ſocietatis adjutus. Sed animalia diviſa per partes imbecillitatis, nonnumquam incommodum ſubſtinent, & annihilationis opprobrium frequenter incurrent. Quantis itaque procelloſis Græcorum aſtutiis Principatus Achayæ,

ANNO 1294. chæ, & Ducatus Athenarum cum Terris, & pertinentiis eorum omnibus immediatè ad Noſtrum Dominum pertinentes, temporibus retroactis potuerint, recolentes in recti Judicii conſideratione deduximus, diſſentiones dominantium in Principatu, & Ducatu eiſdem agreſſionibus hoſtium in eoldem non levem dediſſe materiam, quorum vota, ſi fuiſſent concordia, ſalvaſſent in pluribus utique ſe, & ſuos. Ut igitur ſaluti Subditorum in noſtris Juribus conſulamus, partem corporis noſtri, Philippum Tarentinum Principem cariſſimum filium noſtrum defenſioni dictarum Terrarum providimus, deputandum, cui cum Domicella Tamera filia Viri magnifici Nuchifori Deſpoti ſit pro Conjuge matrimonialiter juxta Tractatum habitum copulanda, tamquam ei & Patriæ magis accomodam ſibi, & ſuis hæredibus utriuſque ſexus, ex ſuo corpore legitime deſcendentibus in perpetuum gratioſe donavimus, Vaſſallagium, ſeu Homagium Nobis debitum a præfato Deſpoto, & Jus ſervitii, & Relevii, Nobis competentes pro eisdem. Volentes autem eumdem Filium noſtrum in manu forti Hoſtium aggreſſuris reſiſtere ac in potenti dextera Provinciam gubernare, Homagium, ſervitium, relevium, cæteraque Jura per Iſabellam Principiſſam, & Florentium de Hannonia Principem Achaiæ Conjuges, & hæredes ipſorum nobis debita, nec non Homagium, ſervitium, relevium, & omnia Jura quæ Guiottus Dux Athenarum, & hæredes ipſius etiam nobis debent, dicti ſcilicet Principiſſa & Princeps pro prædicto Principatu Achaiæ, & tota Terra, quam tenent, & tenere debent a nobis, & a noſtris in Regno hæredibus in Imperio Romaniæ, dictuſque Dux pro Ducatu prædicto, quem à nobis, & noſtris ſimiliter in Regno hæredibus in eodem Imperio tenet, & debet tenere nominatim, & expreſſim cum jure appellationum, & interponendarum ab Hominibus, & ſub rectis dictorum Principatus, Ducatus, & Terrarum eorum, quod nobis hucuſque ſicut majori Dominio debebatur eidem Philippo Tarentino Principi filio noſtro, ſuiſque hæredibus utriuſque ſexus ex ſuo corpore legitime deſcendentibus in perpetuum donamus, & donando tradidimus, eumque prædictis omnibus, ſicut moris eſt, & conſuetudinis per noſtrum Anulum inveſtimus. Ita videlicet, quod ipſe Philippus, & ſui hæredes prædicta omnia teneant a nobis, & noſtris in Regno Siciliæ hæredibus in Feudum Nobile, pro quibus, & per omnia recipienda, & habenda per eum a præfato Deſpoto pro parte dictæ Uxoris ſuæ nobis, & noſtris in Regno hæredibus juxta uſum & conſuetudinem Imperii Romaniæ ſervire in ipſo Imperio teneantur, de ſervitio debito nobis, & eiſdem noſtris hæredibus per prædictos Principem, & Principiſſam, & eorum hæredes pro Principatu, dictumque Ducem, & hæredes ipſius, pro Ducatu prædictis, ac etiam per præfatum Deſpotum pro prædicta Terra, quam, ut prædicitur idem Princeps filius noſter recipiet, & habebit ab eo, pro quibus omnibus a prædicto Tarentino Principe filio noſtro ligium Homagium, & fidelitatis debitæ recepimus Juramentum, quod quidem Homagium, & Juramentum Princeps ipſe, dictique ſui hæredes nobis & noſtris in dicto Regno hæredibus per ſuas vices debitas præſtare, & facere teneantur. Reſervatis nobis, & noſtris in dicto Regno hæredibus, in præmiſſis omnibus appellationibus per præfatos Principiſſam, & Principem, hæredeſque ſuos, dictumque Ducem, & ſucceſſores ipſius, & interponendis à dicto Principe Tarentino, ſuiſque hæredibus ad nos, & noſtros in dicto Regno hæredes fidelitate noſtra, & noſtrorum in dicto Regno hæredum, & cæteris omnibus, quæ nobis, & eiſdem in dicto Regno hæredibus competunt, Majoris Dominii ratione ſecundum uſum & Conſuetudinem Imperii antedicti. In cujus rei fidem, perpetuamque memoriam & prædicti Principis, ac hæredum ejus cauthelam præſens Privilegium exinde fieri & pendenti Majeſtatis noſtræ Sigillo juſſimus communiri. Actum Neapoli præſentibus viro Nobili Joanne de Monteforte Squillatii & Montis Caveoſi Comite Camerario, Raynaldo de Avellis Ammirato Regni Siciliæ, Petro de Inſula, & Joanne Pipino de Barolo Magnæ Curiæ noſtræ Magiſtro Rationali, Militibus dilectis Conſiliariis, familiaribus, fidelibus noſtris, ac pluribus aliis, Anno Domini 1294 die 12. Madii VII. Inditionis. Datum vero Aquilæ per manus Bartholomei de Capua Milites &c. die 29 Septembris VIII. Indictionis.

Extracta eſt præſens Copia ab originali Regeſto Regis Caroli II. ſignato de Anno 1295. litera D folio 60. quod conſervatur in Archivo Magnæ Regiæ Curiæ Sicilæ, cum quo facta collatione concordat, meliori tamen ſemper ſalva, Et in fidem Reverend. J. U. D. Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus Præsbyter Cardinalis, D. Honuphrius Sicola Regius Archivarius à ſua Catholica, & Cæſarea Majeſtate conſtitutus poſt ſubſcriptionem cujuslibet paginæ hic tandem ſe ſubſcripſit. Datum Neapoli die 13. Junii 1718.

ANNO 1294.

Canonicus D. Honuphrius Sicola.

L. S.

CLXXXVII.

Proteſtatio JACOBI *Regis Majoricarum ſuper recognitione de Regno ac Terris ſuis, quam vi & coactus dederat* JACOBO *Aragonum Regi. Actum X. Calendas Septembris Anno* 1295. 1295. 23. Août.

[MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1172. Ex MS. Colbertino.]

PAteat Univerſis, quod nos JACOBUS Dei gratiâ Rex Majoricarum, Comes Roſſilionis & Ceritaniæ, & Dominus Montiſpeſſulani, proteſtamur, & in veritate confitemur coram Notariis & teſtibus infraſcriptis, quod cùm Dominus JACOBUS inclytæ recordationis Dei gratiâ quondam Rex Aragonum, & Majoricarum & Valentiæ, & Comes Barchinonæ, & Dominus Montiſpeſſulani pater noſter, volens dividere regna & alias Terras ſuas inter filios ſuos, PETRUM quondam olim Regem Aragonum fratrem noſtrum primogenitum, & jure hereditatis donaſſet, & aſſignaſſet prædicto PETRO fratri noſtro Regna Aragonum & Valentiæ, & Comitatum Barchinonæ, & quædam alia: Nobis autem ſimiliter donaſſet & aſſignaſſet jure hereditario Regnum Majoricarum cum inſulis Minoricarum & Eniſſæ, & aliis Inſulis eidem Regno adjacentibus, & Comitatus Ruſſilionis & Ceritaniæ, Confluentii, ac villam ac Baroniam Montisperii cum quibuſdam aliis pro libero & franco allodio cum Inſtrumentis publicis, laudatis & juratis, & homagio patri noſtro & nobis etiam ad invicem præſtito & facto roboratis, tam per dictum PETRUM fratrem noſtrum, quàm etiam per nos. Poſtea etiam prædictus frater noſter, ad requiſitionem & preces noſtras, prædictam donationem & diviſionem dictarum Terrarum per dictum patrem noſtrum factam laudavit, & generaliter & favorabiliter approbavit per ſe, & abſente & ignorante Patre noſtro adhuc vivente, cum alio publico Inſtrumento; ac etiam dictus Pater noſter confirmavit tempore mortis ſuæ cum Teſtamento ſuo & codicillis, prout hæc omnia & ſingula ſupraſcripta in Inſtrumentis publicis dictæ diviſionis & hereditamenti, & dictæ ratificationis, ſeu confirmationis, & in teſtamento & codicillis prædictis latiùs & plenius continetur. Et mortuo dicto Patre noſtro, dictus PETRUS frater noſter turpiter veniens contra proprium juramentum, & homagium, & confirmationem, & approbationem ſuam, & ordinationem paternam, moviſſet nobis quæſtionem de omnibus prædictis Terris à dicto Patre Noſtro Nobis datis & aſſignatis, petendo ipſas à Nobis penitus ſibi dimitti & deſamparari cum fructibus & reditibus, exitibus à Nobis inde perceptis: volendo etiam ſuper hoc nobis movere guerram. Et ſuper hoc nos habuimus recurſum ad Romanam Eccleſiam, tamquam ad matrem ſpiritualem, & ratione dicti ſacramenti facti ad illos amicos noſtros, ut nos ab ejus violentia protegerent. Quod facere recuſarunt. Quare nos videntes & cognoſcentes non ita eſſe potentes, quod ejus potentiæ reſiſtere, nec contra ipſum nos & Terras noſtras bono modo defendere valeremus, metu & timore ipſius & potentiæ ſuæ, & propter minas & terrores, quos nobis inferebat, habuimus, & oportuit nos de neceſſitate ſibi facere quamdam

ANNO 1295. dam recognitionem de accipiendo pro ipso in feudum honoratum prædictum Regnum Majoricarum, alias Terras nostras sub certis conditionibus, exceptâ villâ Montispessulani & castro Letarum; & quod alia pacta & conventiones fuerunt factæ, & in his inter nos ad partem, inter quas ad invicem nos obligavimus & promisimus nos juvare contra omnes homines de mundo, prout in eodem Instrumento plenius & latius continetur. Processu verò temporis, cum Ecclesia Romana propter invasionem & occupationem, quam ipse fecerat de Insula Siciliæ, contra ipsum fratrem nostrum processisset, ipsum excommunicando, & omnes ejus fautores & coadjutores; & ipsum per sententiam privasset omnibus Regnis & Terris quas tenebat cum honore & dignitate regia, & absolvisset omnes Vassallos & Subditos suos, ab omni Sacramento fidelitatis & homagio, quibus ad sibi antea tenerentur, & alias pœnas gravissimas imposuisset omnibus coadjutoribus suis, & cunctis aliis adhærentibus, prout hæc omnia & alia in prædicta Sententia contra ipsum lata per summum Pontificem latius continentur. Et dicebatur quod illustris Rex Francorum tamquam adjutor & fautor Ecclesiæ, ac mandato & auctoritate summi Pontificis pararet se ad veniendum manu armatâ contra dictum PETRUM fratrem nostrum & Terram Cataloniæ: & ipse per virtutem dictarum Conventionum de juvando nos ad invicem fecisset nos moneri, & requiri, ut ipsum juvare debeamus contra dictum Regem Franciæ; & nos deliberatè ibi respondissemus, quod nos illum in tali casu adjuvare non tenebamur, nec debebamus, cùm guerra ipsa esset guerra Ecclesiæ, quam injustè & injuriosè, & sine consilio & voluntate nostra sibi procuraverat, invadendo & occupando dictum Regnum Siciliæ, quod erat & est patrimonium Romanæ Ecclesiæ: & sic per pacta illa, vel conventiones generales quæ erant inter nos & ipsum, nos non eramus astricti ad ipsum juvandum, cùm hoc etiamsi sibi promisissemus specialiter & expressè ad quod minime tenemur, adjicientes quod patrem nostrum, si viveret, in tali casu nullatenus juvaremus. Ipse verò, non obstantibus omnibus & singulis supradictis, absque omni causa rationabili, atque proditionaliter & injustè, nobis etiam jacentibus de maxima & gravissima infirmitate, post suam visitationem factam per quemdam Militem, nomine BERENGARIUM DE ROSANES, quem Nobis per tres dies admiserat, ad videndum & visitandum nos, & consulendum & offerendum pro ipso nobis omnia quæ nobis grata esse possent, sicut fieri debet & consuevit inter bonos fratres, manu armatâ & exercitibus congregatis, invasit villam nostram Perpiniani & Castrum dictæ villæ, in quo eramus & jacebamus infirmi, ut supra dictum est, expugnavit & cepit, nos & Reginam consortem nostram, ac liberos nostros, & Consiliarios similiter nostros, & captos tenuit. Personam autem nostram divina miseratio de manibus ejus miraculosè eripuit. Reginam autem prædictam cum quatuor filiis nostris in Cataloniam secum duxit, & prædictos nostros Consiliarios, quos magnis quantitatibus redimi fecit. Consequenter autem filium suum primogenitum ALPHONSUM quondam cum magno navigio & multitudine magna hominum armatorum, tam equitum, quàm peditum, ad Insulam & Terram Majoricarum transmisit, & ipsam cum ipsa Insula similiter Enissæ per ipsum ALPHONSUM capi & occupari fecit. Qui quidem ALPHONSUS ejus filius post mortem in dictas Terras, sive Insulas Majoricarum & Enissæ cum Insula Minoricarum, quam postea manu armatâ invasit, devastavit, & occupavit, durantibus Treugis, & quamdiu vixit, tenuit occupatas. Posteà verò, mortuo dicto ALPHONSO, JACOBUS de Aragonia ejus frater, nunc vivens successor ejus, prædictas omnes Terras nostras similiter adhuc injustè & injuriosè detinet occupatas. Nos autem super hujusce modi injuriis, invasionibus, & violentiis nobis illatis sic indebitè & injustè habuimus recursum ad summum Pontificem & Romanam Ecclesiam, tamquam ad illam, pro qua omnia prædicta mala & damna sustinemus. Ideo quia fratrem nostrum contra ipsum juvare noluimus, & etiam ad alios amicos nostros, in quibus repulsam & defectum invenimus: in tantum quod nos prædictas Terras nostras sic à nobis ablatas & occupatas propter defectum potentiæ & juvaminis Ecclesiæ Romanæ & aliorum amicorum nostrorum, nec alia jura nostra recuperare potuimus, nisi sub modo & forma facta & ordinata per summum Pontificem cum Rege Siciliæ, in pace per ipsum tractata inter illustres Reges Franciæ & Siciliæ ex una parte, & dictum JACOBUM de Aragonia nepotem nostrum, seu eorum nuntios ex altera. In qua nos intendit astringere, ad renovandum prædictam recognitionem dicto JACOBO de prædictis Regno & Terris nostris. Nos igitur volentes nobis providere, & præcavere ne propter prædictam renovationem prædictæ recognitionis posset videri quodam modo aliquod præjudicium generari, si gratis & voluntariè consentiremus, Deo nobis teste, profitemur & protestamur, quod nos prædictam novationem recognitionis, & alia. . . fecimus coacti & inviti, sive compulsi, scilicet quia aliter prædictum Regnum nostrum Majoricarum, quod est caput nostrum, & nominis & honoris nostri, & major pars matrimonii, & Insulas, sive Terras Minoricarum & Enissæ recuperare non poteramus: providentes & protestantes coram Notario & tabellione, & testibus infrascriptis, per nos & successores nostros, quod nos non intelligimus, aut reputamus per hanc recognitionem, nec per aliqua alia nunc facta vel dicta, facienda vel dicenda, per nos vel successores nostros etiam obligatos vel astrictos ad ea tenenda vel observanda, vel aliquid prædictorum, nec ipsa servare, nec attendere nos, nec successores nostros, nisi secundum ordinationem paternam superiùs expressam & confirmatam postea per dictum fratrem nostrum: immo contravenire suo loco & tempore opportunis. Protestantes etiam recognitionem & renovationem istam nullius fore momenti, cum dictus JACOBUS de Aragonia nepos noster dictum Regnum nostrum, & Terras nostras, sive Insulas vi à nobis possideat; & sit successor invicem patris, & etiam fratris sui, & nullum jus habeat in veritate in prædictis, quod in nobis vel alium transferre posset, nec facultatem habet de jure in prædictis Terris nostris aliquid nobis, vel alicui alii dandi, vel etiam concedendi. Protestamur etiam quod si fortè adhuc contingeret nos aliquo modo facere, vel dicere aliquid, propter quod videretur nos renunciare, vel aliquod præjudicium huic Protestationi facere, quod illud similiter faceremus inviti & coacti, & propter illum & eumdem timorem de amittenda Terra nostra. Protestamur etiam insuper quod istam Protestationem nos oportet de necessitate facere sic secretè, & dicto JACOBO nepote nostro ignorante, quia aliter commodè fieri non possit: quia constat nobis & est notorium, quod si in ejus præsentia eam facere tentaremus, ipse ad restitutionem nobis faciendam dictarum Terrarum nullatenus assentiret, & nos prædictum Regnum nostrum & alias Terras nostras aliter recuperare non possemus: immo oporteret nos inde spoliatos remanere. Et de prædictis mandamus per Notarium infra scriptum fieri publicum Instrumentum, quod fuit actum x. Calendas Septembris, an. Domini MCCXCV. in præsentia &c, & mei Michaëlis Rollandi Notarii Publici Perpiniani. ANNO 1295.

CLXXXVIII.

Bulla BONIFACII *Papæ VIII.* Clericis Laicos *dicta, qua prohibet omnibus Ecclesiasticis sub quocunque prætextu aliquid solvere Imperatoribus, Regibus, aut Principibus sine licentiâ Sedis Romanæ, & tam eos qui dant, quam qui accipiunt, pronunciat incidere in sententiam Excommunicationis ipso facto. Datum Romæ apud S. Petrum Pontif. nostri Anno II.* [*Hist. du different entre le Pape* BONIFACE VIII. *&* PHILIPPE LE BEL *Roy de France*, aux preuves pag. 14.] 1296.

BONIFACIUS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. *Clericis Laicos* infestos oppidò tradit antiquitas: quod & præsentium experimenta temporum manifestè declarant, dum suis finibus non contenti, nituntur in vetitum, ac illicita fræna relaxant, nec prudenter attendunt, quàm sit eis in Clericos Ecclesiasticás-ve personas, & bona interdicta potestas: Ecclesiarum Prælatis, Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis regularibus & secularibus imponunt onera gravia, ipsosque talliant, & eis collectas imponunt, ab ipsis suorum proventuum, vel bonorum dimidiam, decimam, seu vicesimam, vel quamvis aliam portionem aut quotam exigunt, & extorquent

ANNO 1296. quent, eoſque moliuntur multifariè ſubjicere ſervituti, ſuæque ſubmittere ditioni: & (quod dolenter referimus) nonnulli Eccleſiarum Prælati, Eccleſiaſticæque perſonæ, trepidantes ubi trepidandum non eſt, tranſitoriam pacem quærentes, plus timentes Majeſtatem temporalem offendere, quàm æternam, talium abuſibus non tam temerariè, quàm improvidè acquieſcunt, Sedis Apoſtolicæ auctoritate ſeu licentia non obtenta: Nos igitur talibus iniquis actibus obviare volentes, de Fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, quod quicunque Prælati, Eccleſiaſticæque perſonæ, Religioſæ, vel ſeculares, quorumcunque Ordinum, conditionis, ſeu ſtatus, collectas vel tallias, decimam, viceſimam, ſeu centeſimam ſuorum & Eccleſiarum proventuum, vel bonorum, Laïcis ſolverint, vel promiſerint, vel ſe ſoluturos conſenſerint, aut quamvis aliam quantitatem, portionem, aut quotam ipſorum proventuum, vel bonorum, æſtimationis vel valoris ipſorum ſub adjutórii, mutui, ſubventionis, ſubſidii, vel doni nomine, ſeu quovis alio titulo, modo, vel quæſito colore, abſque auctoritate Sedis ejuſdem: nec non Imperatores, Reges, ſeu Principes, Duces, Comites, vel Barones, Poteſtates, Capitanei, vel Officiales, vel Rectores quocunque nomine cenſeantur, Civitatum, caſtrorum, ſeu quorumcunque locorum, conſtitutorum ubilibet, & quivis alii, cujuscunque præeminentiæ, conditionis, & ſtatus, qui talia impoſuerint, exegerint, vel receperint, aut apud ædes ſacras depoſita Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticarum perſonarum, ubilibet arreſtaverint, ſaiſiverint, ſeu occupare præſumpſerint; vel arreſtari, ſaiſiri, aut occupari mandaverint; aut occupata, ſaiſita, ſeu arreſtata receperint: nec non omnes, qui ſcienter dederint in prædictis auxilium, conſilium, vel favorem, publicè, vel occultè, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant. Univerſitates quoque, quæ in his culpabiles fuerint, Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto. Prælatis & perſonis Eccleſiaſticis ſupradictis, in virtute obedientiæ, & ſub depoſitionis pœna diſtrictè mandantes, ut talibus abſque expreſſa licentia dictæ Sedis nullatenus acquieſcant: quodque prætextu cujuſcunque obligationis, promiſſionis & confeſſionis, factarum hactenus, vel faciendarum inantea, priuſquam hujuſmodi conſtitutio, prohibitio, ſeu præceptum ad notitiam ipſorum pervenerit, nihil ſolvant: nec ſuptadicti ſeculares quoquo modo recipiant. Et ſi ſolverint, vel prædicti receperint, in excommunicationis ſententiam incidant ipſo facto. A ſupradictis autem excommunicationum & interdicti ſententiis, nullus abſolvi valeat, præterquam in mortis articulo, abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate & licentia ſpeciali: cùm noſtræ intentionis exiſtat, tam horrendum ſecularium Poteſtatum abuſum nullatenus ſub diſſimulatione tranſire. Non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, ſub quibuſcunque tenoribus, formis, ſeu modis, aut verborum conceptione conceſſis Imperatoribus, Regibus, & aliis ſupradictis: quæ contra præmiſſa in nullo volumus alicui, vel aliquibus ſuffragari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis, prohibitionis ſeu præcepti infringere, ſeu auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum Pontif. noſtri anno 2.

21. Septembre. *Bulla* BONIFACII *Papæ VIII. ad* PHILIPPUM PULCHRUM *Regem Francorum quâ declarat Reges in perſonas Eccleſiaſticas nullam habere poteſtatem, prætentionem eorum vocans inſanam; Bullam, quæ incipit* Clericis Laicos, *renovat, ac Regi minatur niſi fecerit, quod ipſe deſiderat. Datum Anagniæ II. Calendas Octobris Pontificatûs noſtri Anno II.* [*Hiſt. du differend entre le Pape* BONIFACE VIII. *&* PHILIPPE LE BEL *Roy de France*, aux preuves pag. 15.]

BONIFACIUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Philippo Regi Francorum illuſtri, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. *Ineffabilis amoris dulcedine ſponſo ſuo*, qui Chriſtus eſt, ſancta mater Eccleſia copulata dotes & gratias ab ipſo ſuſcepit ampliſſimas, ubertate fœcundas, & ſpecialiter inter eas beneficium libertatis. Voluit enim peramabilem ſponſam ejus libero ſidelibus Populis præeſſe dominio, ut velut in filios haberet more matris in ſingulis poteſtatem, ac etiam cunĉti cum filiali reverentia tanquam univerſalem matrem & Dominam honorarent. Quis itaque illam offendere vel provocare injuriis non paveſcet? Quis auſum credulitatis aſſumet ſponſum in ſponſæ contumelia non offendi? Quis Eccleſiaſticæ libertatis infractor contra Deum & Dominum, cujuſvis deſenſionis clypeo protegatur, ut ſupernæ virtutis malleo comminui & redigi nequeat in pulverem & favillam? Non avertas ô fili à voce patris auditum, quum ad te paternus ſermo de dulcedine pectoris cum amaricatione, quam addita novi casûs immerſio introduxit. Tua enim intereſſe conſpicimus, attenta mente ſuſcipere quæ ſcribuntur. Ad noſtrum ſiquidem non ſine grandi admiratione, quin imò perturbatione pervenit auditum, quòd tu conſilio deceptibili, ut credimus, & maligno Conſtitutionem talem hiis diebus, ut aſſeritur, edidiſti, cujus etſi patenter verba non exprimant ſuadentium, tamen eam fieri utinam non edentis fuiſſe videretur intentio impingere in Eccleſiaſticam libertatem, ipſamque in Regno tuo, ubi vigere ſolet ab olim quoad Eccleſias & Eccleſiaſticarum perſonarum bona, ut de nobis & Fratribus noſtris ſub ſilentio taceamus, ad præſens voluiſſe ſubvertere, non ſine gravi tua nota, magnóque diſcrimine ac tuorum gravamine ſubjectorum, & aliorum etiam qui ſolent in Regno prædicto hactenus converſari. Cùm igitur interſit veri patris conſilium pro filiis capere, bonique Paſtoris errantes oves à devio revocare, diligentis amici ſuadere ſalubria, & in ſummo militantis Eccleſiæ Juſtitiæ ſolio præſidentis non ſolùm omne malum, ſed & mali ſpeciem in Subditis diſſipare, Nos qui Paſtoris Paſtorum, & Jeſu Chriſti Filii ſummi Patris æterni, licèt immeriti, ejus favente clementia gerimus vices in Terris & in excelſo ſolio ſummi Apoſtolatûs videlicet præſidemus, téque præcipua ſinceritate proſequimur, prout proſequuti fuimus ab olim dum nos minor ſtatus haberet, horum circa te officia pro affectu & efficaci ſtudio providimus exequenda, pro te filio prædilecto ſalubre capiendo conſilium, téque ab invio revocando, in quo conſilii te deviaſſe creditur impulſio fraudulentis, ac diſſipando malam notam & mali ſpeciem quæ conſulere eum malignorum temeratius auſus induxit. Præſertim ſi ad hoc Conſtitutionis præmiſſæ referatur intentio, ad quod jam creditur ſecundùm eorum intentum, qui eam fieri doloſè ac improvidè ſuaſerunt. Non debuit fili, anima tanti Regis in tale venire conſilium, non decuit Excellentiæ tuæ prudentiam abire in conſilio talium impiorum, qui ut fluctues, flagitant, & te, ut demergaris, impingunt. Sed ſaltem poſtquam ſuper hoc tuos oculos paterno lumine aperimus, ſtare non debes in via talium peccatorum, ſed attentiùs præcavere te convenit, ne impulſu pravorum actuum tui ſolii cathedra peſtilentiæ dici poſſit. Nec licuit, nec etiam expedivit quòd ad tuam conſideratione pateret ingreſſus (tua & dicti Regni moderni temporis qualitate penſata) tam inſolitæ quàm indebitæ novitati, per quam de Regno non oriundis eodem converſandi in ipſo, mercimonia licita & actus non prohibitos cum libertate ſolita exercendi via præcluditur, & aditus denegatur, in multorum & etiam Subditorum tuorum non leve diſpendium & gravamen. Ipſi quidem Subditi adeò ſunt diverſis oneribus aggravati, quòd eorum ad te ſolita & ſubjecta multùm putatur infriguiſſe devotio, & quanto ampliùs aggravantur, tanto potiùs in poſterum refrigeſcer. Nec parum amiſiſſe cenſetur qui corda perdidit Subditorum. Habet interdum uſus ſecularium Principum vel abuſus hoſtibus de ſuis Terris ſubtrahere commoda, & ut ad inimicorum Terras ſubjecti non tranſeant, nec Terrarum ſuarum bona portentur ad illos. Sed ſic generalem proferre ſententiam, ut tuliſti, non ſolùm reprobatùr in Subditos, ſed etiam in exteros cujuslibet Nationis. Non videtur is oculatæ fuiſſe prudentiæ, qui præteritorum non meminit, præſentia non reſpicit, nec habet ad futura reſpectum. Et ſi (quod abſit) fuerit condentium intentio, ut ad nos, & Fratres noſtros Eccleſiarum Prælatos, Eccleſiaſticáſ-ve perſonas, & ipſas Eccleſias, ac noſtra & ipſorum bona non ſolùm in Regno tuo, ſed etiam conſtitutorum ubilibet extendatur; hoc non ſolùm fuiſſet improvidum, *ſed inſanum* velle ad illa temerarias manus extendere, in quibus tibi ſæcularibúſque Principibus nulla eſt attributa poteſtas, quin potiùs ex hoc contra libertatem

ANNO 1296.

ANNO 1296. tem eandem temerè veniendo in excommunicationis sententiam promulgati canonis incidisses. Vide fili, ad quid præmissi Consiliarii te duxerunt, ut Sacramentorum Ecclesiasticorum perceptione ac participatione privatus, ad tam periculosi statûs ignominiam devenires. Vitavit hoc progenitorum tuorum sancta devotio ad Ecclesiastica Sacramenta, & promptitudo reverentiæ ad Apostolicam Sedem. Et à te his temporibus maximè vitanda fuissent, dum circa tua & ipsius Regni tui honores & commoda procuranda, & evitanda dispendia, sic attentè, sic laboriosè, sic sollicitè vigilamus, ad quid enim venerabiles Fratres nostros B. Albanensem, & S. Penestrinensem Episcopos, nobilia utique Romanæ membra Ecclesiæ ad te, ac tuum, & Angliæ Regem, & Regna transmisimus? Ad quid etiam Senensem & Papiensem Episcopos, ac bonæ memoriæ Reginaldum Archiepiscopum ad Alemanniæ Regem & Regnum duximus destinandos, multiplicatis nihilominus aliis Nunciis ad diversas partes propterea destinatis? Nónne pro tua & dicti Regni tui procuranda salute, & adversitate vitanda noctes insomnes duximus, & subivimus intolerabiles quasi labores postquam ad Apostolatus apicem cælestis dispositio nos vocavit? Nónne quotidianis tractatibus & sollicitudinibus pro tuis agendis insistimus sine intermissione laborum? Certè non condignum pro iis nobis offers retributionis effectum. Non Ecclesiæ matri tuæ pro grandibus tibi & progenitoribus tuis impensis muneribus gratiarum grata vicissitudine correspondes, si prædictæ Constitutioni creditus ingeratur intentus; quin imò nobis, & ipsi mala pro bonis, & amara pro dulcibus reddidisses, versutiis erga nos, & illam incautus inhærens, ut à te provocaremur injuriis, & provocati colluctaremur ad invicem in querelis, ac si & Dei & Ecclesiæ adversantiam non curares. Non considerans providè circumposita Regno tuo Regiones & Regna, voluntatem & statum præsidentium in eisdem, neque conceptus tuorum forsitan Subditorum constituerunt in diversis partibus Regni tui. Leva in circuitu oculos tuos, & vide, cogita & repensa Romanorum, Angliæ & Hispaniæ Regna, quæ undique te circumdant, eorúmque potentias ac strenuitatem & multitudinem incolarum, & patenter agnosces quòd non fuit tempus acceptabile, non dies salutis in diebus istis. Nos, & ipsam Ecclesiam talibus punctionibus tangere, talibus perturbare puncturis. Nec revocare debuisses in dubium, quòd nostri & Ecclesiæ adjutorii & favoris sola subtractio in tantùm te debilitaret, ac tuos, quòd ut cætera tua obmittamus incommoda, persecutiones adversas ferre non posses, ac ubi nos & eandem Ecclesiam tibi adversarios constitueres principales, adeò nostra & ejusdem Ecclesiæ, & aliorum prædictorum provocationis tibi sarcina gravior redderetur, quòd ad ejus pondus tui efficerentur humeri impotentes. Absit quòd insolentia Consiliariorum tuorum ad exterminii præcipitium te deducat, Absit quòd tuis sensibus quævis incalescat durities ad talia prorumpendi. Absit quòd gratus olim filius tam graviter matri reddatur exosus, quòd suis demeritis solita dulcedinis verba subtrahere sibi ex necessitate cogatur, & quibusvis periculosis eventibus exponere vel relinquere non adjutum. Præpara in judicio, fili carissime, mentem tuam, & discerne & judica quid Apostolicæ Sedi conceptûs & considerationis advenerit tum diebus istis circa discussionem & examinationem miraculorum, quæ ad invocationem claræ memoriæ L. avi tui facta dicuntur, cum nostris Fratribus vacaremus, talia nobis exenia præsentasti, talia præmisisti dona, quibus Deum ad iram provocas, & indignationem nostram non solùm, sed & ipsius Ecclesiæ promereris. Cur degenerat tuæ clementia juventutis à fœlicibus actibus progenitorum tuorum, quibus dictam Sedem fide pura & devotione sincera summis ab antiquo studiis coluerunt, se ipsius beneplacitis coaptando. Succede virtutibus quæsumus, qui succedisti Regno, nullam immisturus maculam excellentis sui luminis claritati. Quòd si forsan ad iniquæ suggestionis instantiam assumpseris causam edendæ Constitutionis ejusdem prætextu nostræ Constitutionis, quam nuper pro Ecclesiastica edidimus libertate, talis profectò tam suggestorum quàm suggesti motus nullius fulcitur auxilio rationis. Constitutio enim nostra, si ad rivalem sensum postposito conjuge non trahatur, id, si benè perpenditur, statuit quod aliàs per sanctiones Canonicas est statutum: licèt pœnas contra transgressores adjecerit, nonnullis ex communi quasi vitio peccare desinentibus potiùs formidine pœnæ, quàm amore virtutis. Non enim præcisè statuimus pro defensione vel necessitatibus tuis, vel Regni tui ab eisdem Prælatis Ecclesiasticisque personis pecuniarum subsidium non præstari: sed adjecimus id non fieri absque nostra licentia speciali, adductis in considerationem nostram exactionibus intolerabilibus, Ecclesiis & personis Ecclesiasticis, Religiosis & sæcularibus dicti Regni ab Officialibus tuis auctoritate tua impositis atque factis de futuris potiùs verisimiliter formidantes, cùm ex præteritis certitudo præsumi valeat de futuris. Sed te non novimus ad tales exactiones auctoritate fulcitum, cujus auctoritatis abusum in te ac quolibet Principe sæculari divina & humana jura, quin imò judicia detestantur, cùm tibi sit in eis talis auctoritas penitùs interdicta, quod tibi pro tua & successorum tuorum salute ad perpetuam rei memoriam præsentibus intimamus. Objicias si quando per te vel progenitores tuos pro necessitatibus dicti Regni ad eandem Sedem habitus sit recursus, & inanis transierit petitio aures ejus, quin fueritis efficaciter exauditi, ubi nempè Regni (quod absit) gravis prædicti necessitas immineret, ne dum ab ipsius Prælatis & personis Ecclesiasticis tibi vel ipsi Sedes eadem concederet ac faceret subveniri, verùm etiam si casus exigeret, ad calices, cruces, aliáque propria vasa suas manus extendet, priusquam tantum & tale Regnum tam ipsi Sedi carum, imò carissimum & ab antiquo devotum, exponeret minoris curæ defectum, quo minus ab ea efficacis defensionis præsidia sortiretur. Nunc autem, amantissime fili, considera quis Rex, quisve Princeps Regnum tuum non impugnatus à te vel non offensus impugnat. Nónne Rex Romanorum fuisse occupatas à te tuisque prædecessoribus, seu occupatas teneri Civitates & Terras seu limites ad Imperium pertinentes cum instantia conqueruntur; & specialiter *Burgundiæ* Comitatum, quod notum est, fore feudum descendens ab Imperio, & recognoscendum ab ipso? Nónne carissimus filius noster Rex Angliæ illustris de nonnullis Terris Gasconiæ asserit illud idem? Nunquid super iis dicti Reges denegant stare Juri? Nunquid Apostolicæ Sedis, quæ Christicolis omnibus præeminet, judicium vel ordinationem recusant, dúmque in eos super iis peccare te asserunt, de hoc judicium ad Sedem non est dubium pertinere. Profectò qui contra dictos Reges assumptionis & prosecutionis malum dederunt, consulendo vel inducendo consilium, dant periculosiorem progressum. Nec est habenda fiducia super hoc verisimiliter boni finis. Cùm ea quæ malo sunt inchoata principio, ut frequentiùs vix bono exitu peragantur. Pone in recta statera animarum pericula, corporum cædes, expensarum voragines, damna rerum, quæ occasione assumptionis & tuorum processuum evenerunt, rationis sequens judicium, & non impetum voluntatis à malorum Consiliariorum consiliis elongatus. Et tunc manifestè cognosces te fuisse deceptum, nec expedivisse te talia assumpsisse. Quid ergo tibi accideret, si, quod absit, Sedem ipsam offenderes graviter, eámque hostium tuorum constitueres adjutricem, quin potiùs contra te faceres principalem. Cùm nos, & Fratres nostri, si Deus ex alto concesserit, parati simus non solùm persecutiones, damna rerum & exilia sustinere, sed & corporalem mortem subire, pro Ecclesiastica libertate. Sunt & alii, sicut ad nostram notitiam est deductum, qui malignè sibi surrepunt, dicentes, Jam non poterunt Prælati & personæ Ecclesiasticæ Regni tui servire de feudis vel subventiones facere, in quibus feudorum ratione tenentur. Jam non poterunt unum scyphum, unum equum dare liberaliter Regi suo. Non fertur ad tales & consimiles interpretationes subdolas dictæ nostræ Constitutionis intentio, tam falsidicos interpretes non admittit, sicut hæc plenius aliquibus tuis Nunciis & familiaribus vivæ vocis oraculo sæpius duximus exponendum. Quantumlibet autem per subdolos impulsus versatus sis, ut caderes ob prædicta, & ea nos turbaverint, & ad indignationem non sine ratione moverent: Nos tamen paterni amoris soliti, ac eadem Ecclesia te sui uteri filium oblivisci non possumus, quin suspenso rigore te benedictionibus præveniendo dulcedinis & via mansuetudinis prosequendo, experiamur primitus quàm reverenter, quàm efficaciter monita paterna suscipies & medicamenta curantis illius periti Medici, Samaritanorum Vicarii, qui super vulnera cujusdam hominis descendentis de Jerusalem in Jericq, qui inciderat in latrones, & fuerat spoliatus, ac relictus plagis impositis semivivus, misericordia motus oleum & vinum appositit. Igitur tali exemplo à fomentis olei benigniùs inchoantes, ecce ve-

ANNO 1296.

ANNO 1296. nerabilem fratrem noſtrum Vivarienſem Epiſcopum, virum quidem probatæ Religionis, ſcientiæ eminentis, circumſpectionis maturæ, ex converſatione diutina nobis & Fratribus noſtris notum, & carum, ac tui honoris & commodi zelatorem, qui & de Regno & Terra tuis traxit originem, ad te providimus deſtinandum, ut præmiſſa ſolerter & clarè Celſitudini Regiæ oraculo vivæ vocis exponat, & exprimat, ut præmittitur, mentem noſtram. Quem ſuper præmiſſis & ea tangentibus plenè duximus informandum. Serenitatem itaque Regiam monemus, rogamus, & hortamur, attentè per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenùs non animum revocans, ſed gratanter accipiens quòd te inſtanter nitimur reducere ad ſalutem, paterna medicamina ſuſcipias reverenter, noſtriſque tibi & tuo Regno ſalubribus monitis acquieſcas, errata corrigens per te ipſum, nec permittens in anima per falſa contagia te ſeduci. Ita quòd à Deo præmium exinde conſequaris, noſtram & dictæ Sedis benevolentiam tibi conſerves & gratiam, & apud homines bonam famam. Nec oporteat nos ad alia & minùs uſitata remedia perſeveranter, inſtante ac pulſante, necnon cogente juſtitia, extendere manus noſtras, quamvis hoc inviti & voluntarii faceremus. Datum Anagniæ II. Calendas Octobris, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Reſponſiones nomine PHILIPPI PULCHRI *Regis Francorum ad Bullam* BONIFACII *Papæ VIII.* [*Hiſt. du differend entre le Pape* BONIFACE VIII. *&* PHILIPPE LE BEL *Roi de France*, aux preuves pag. 21.]

ANTEQUAM eſſent Clerici, Rex Franciæ habebat cuſtodiam Regni ſui, & poterat Statuta facere, quibus ab inimicorum inſidiis & nocumentis ſibi & Regno præcaveret, & per quæ inimicis ſubtraheret omnimoda ſubſidia, quibus ipſum & Regnum poſſent graviùs impugnare. Hac de cauſa Dominus Rex, qui nunc eſt, equos, arma, pecunias, & ſimilia generali Edicto prohibuit extrahi de Regno ſuo, ne forſitan talia per malignorum fraudulentiam ad manus inimicorum in Domini Regis & Regni præjudicium devenirent: nec hoc ſimpliciter prohibuit, ſed adjecit hoc non debere fieri abſque ejus licentia ſpeciali, ſuper hoc habens rectam intentionem, quòd quando ſibi conſtaret pro certo, quòd talia, ſic ab ipſo prohibita, eſſent bona clericorum; & quòd extrahi de Regno, ſibi & Regno non obeſſent, nec inimicis prodeſſent, nulli ſic petenti, & præmiſſa probanti, licentiam denegaret. Et videtur ſatis mirabile, quòd cariſſimus filius Papæ, non ſolùm Clericorum bona, ſed etiam perſonas detinet violenter, nec propter hoc Dominus Papa ipſum denunciat ſententiam excommunicationis incurriſſe. Sancta mater Eccleſia, ſponſa Chriſti, non ſolùm eſt ex Clericis, ſed etiam ex Laïcis: imò ſacra teſtante Scriptura, ſicut eſt unus Dominus, una fides, unum baptiſma, ſic à primo juſto uſque ad ultimum ex omnibus Chriſti fidelibus, una eſt Eccleſia, ipſi Chriſto, cœleſti ſponſo, annulo fidei deſponſata, quam ipſe à ſervitute peccati, & jugo Veteris Legis, ac Dominio hoſtis antiqui per mortem ſuam miſericorditer liberavit, qua libertate gaudere voluit omnes illos, tam Laïcos quàm Clericos, quibus dedit poteſtatem filios Dei fieri, iis videlicet, qui credunt in nomen ejus, & ſuſceperunt Chriſtianæ fidei Sacramenta. Nunquid ſolùm pro Clericis Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit? abſit. Nunquid eſt perſonarum acceptio apud Dominum, ut ſolùm Clerici in hoc mundo gratiam, & in futuro gloriam conſequantur? abſit. Sed per indifferentiam, omni credenti, operanti bonum per fidem & dilectionem, æternæ retributionis præmium repromiſit. Et quia Clerici in Eccleſia, ut patet per prædicta, ſunt, & merito, & numero potiores, non debent, nec poſſunt, niſi forſitan per abuſum, ſibi appropriare, quaſi alios excludendo, Eccleſiaſticam libertatem, loquendo de libertate, qua Chriſtus nos ſua gratia liberavit. Multæ verò ſunt libertates ſingulares, non univerſalis Eccleſiæ, ſponſæ Chriſti, ſed ſolùm ejus Miniſtrorum, qui cultui divino ad ædificationem Populi ſunt, vel eſſe debent ſpiritualiùs deputati: quæ quidem libertates per Statuta Romanorum Pontificum, de benignitate, vel ſaltem permiſſione Principum ſæcularium ſunt conceſſæ; quæ quidem libertates ſic conceſſæ vel permiſſæ, ipſis Regibus Regnorum ſuorum gubernationem ac defenſionem auferre non poſſunt; nec ea quæ ANNO 1296. dictæ gubernationi & defenſioni neceſſaria, ſeu expedientia, deliberato bonorum ac prudentium conſilio judicantur, dicente Domino Pontificibus Templi, *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Et quia turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit univerſo, & membrum inutile, & quaſi paralyticum, quod corpori ſuo ſubſidium ferre recuſat, quicumque, ſive Clerici, ſive laïci, ſive nobiles, ſive ignobiles, qui capiti ſuo, vel corpori, hoc eſt Domino Regi & Regno, imò etiam ſibimet, auxilium ferre recuſant, ſemetipſos, partes incongruas & membra inutilia, & quaſi paralytica eſſe demonſtrant: unde ſi à talibus pro rata ſua ſubventionum auxilia requiruntur, non exactiones, vel extorſiones, vel gravamina dici debent: ſed potiùs capiti, & corpori, & membris debita ſubſidia; ſed & pro defenſoribus & pugilibus ipſorum, quibus non licet, vel qui non poſſunt, pugnare per ſeipſos, ſtipendia præparata. Nemo ſiquidem tenetur pro aliis propriis ſtipendiis militare: & quod, ſi inimicorum rabies invaleſceret contra Regnum, conſtat quòd bona Clericorum penitus diſſiparentur; quare, multo plus aliis, indigent ab hoſtili impugnatione defendi: ideóque in naturalis juris injuriam eſſe videtur, prohibere cuicunque ſervo vel libero, clerico vel laïco, nobili vel ignobili, clypeum defenſionis objicere contra hoſtilem gladium, aut ſtipendia ſolvere defenſori. Nónne meritò Deus tales tradidit in reprobum ſenſum, qui jus naturale & antiquum nituntur ſubvertere pro ſuæ libito voluntatis? Et quis ſapiens & intelligens hæc, non incidit in vehementem ſtuporem, audiens Vicarium Jeſu Chriſti prohibentem tributum dari Cæſari, & ſub anathemate fulminantem, ne Clerici, contra iniquæ & injuſtæ perſecutionis incurſus, Domino Regi & Regno, imò ſibimetipſis, pro rata ſua, manum porrigant adjutricem? Dare verò hiſtrionibus, & amicis carnalibus, & negle&is pauperibus, expenſas facere ſuperfluas in robis, equitativis, comitativis, comeſſationibus, & aliis pompis ſæcularibus, permittitur eiſdem, imò conceditur, ad pernicioſæ imitationis exemplum. Hoc enim natura & ratio, jus divinum & humanum, pariter deteſtantur, ad illicita fræna laxare, & licita, imò neceſſaria, cohibere. Quis enim ſanæ mentis judicaret licitum & honeſtum, ſub anathemate cohibere, ne Clerici, ex devotione Principum incraſſati, impinguati, & dilatati, pro modulo ſuo eiſdem Principibus aſſiſtant, contra ingruentes injuſtarum perſecutionum adverſitates, quocunque colore excogitato, doni, vel mutui, vel ſubventionis, pro ſeipſis, pro Rege, & Regno pugnantibus, & reſiſtentibus inimicis vi armorum, alimenta præbendo, vel ſtipendia perſolvendo? Non enim prudenter attendunt qui talia prohibent, vel renuunt, quòd hoc nihil aliud eſt, quàm inimicos juvare, & crimen læſæ Majeſtatis incurrere, & quaſi velle prodere ipſum Reipublicæ defenſorem: ad quod crimen puniendum intendimus plus ſolito, volente Deo oculos aperire. Deum ſiquidem fide & devotione colimus, & Eccleſiam Catholicam, ac Miniſtros ejus multipliciter veneramur in Terris, ſicut & omnes Patres noſtri: ſed hominum minas, minùs rationabiles, & injuſtas, minimè reformidamus: nam coram Deo, favente ejus clementia, ſemper juſtitia invenietur in nobis. Nónne Rex Angliæ quondam homo noſter ligius vocatus ad judicium coram nobis, cum omni ſolennitate quâ decuit, ad imperium Domini ſui venire contempſit? Quare neceſſe habuimus Terras, quas à nobis tenebat, ad manum noſtram trahere, judicio & juſtitia mediante, cujus occaſione dictus Rex Angliæ homagio & fidelitati, quibus nobis adſtringebatur ratione Terrarum, quas à nobis tenebat in feudum, renunciavit expreſſè, & poſtea contra nos inſurgens crudeliter, prædictas Terras niſus eſt ſibi adquirere, non tam vi armorum, quàm dolo, via juſtitiæ, & rationis, & conſuetudinis approbatæ, penitus prætermiſſa. Quis Rex, quiſ-ve Princeps, Terras feodales ſic à Vaſſallo ſuo dimiſſas, & tam multipliciter forefactas, ad ſe non traheret, & non defenderet, tanquam ſuas? Nec ſuper hoc debetur ab aliquo increpari, ſed potiùs de contrario reprehendi. Et Regi Theutoniæ quid potuit, vel debuit, plus offerri, quod eſſet rationis & pacis, quàm quòd quatuor viri eligerentur idonei, duo pro nobis, & duo pro ipſo, qui de limitibus Regni & Imperii cognoſcerent, & tractarent, & quidquid ſuper hoc ordinarent, ambo Reges in perpetuum obſervarent: Et ſi prædicti quatuor diſcordarent, ipſi poſſent eligere quintum, qui eorum diſcordiam ad concor-

ANNO 1296. concordiam revocaret? Et si dictus Rex Theutoniæ de Comitatu Burgundiæ conqueratur, sua querimonia nulla ratione fulcitur. Nam notorium est omnibus, quòd post guerram apertam, & diffidationem superbam, à dicto Rege nobis factam, dictum Comitatum nobis duximus acquirendum. Nam in diffidatione sua contra nos graviora facere minabatur, & jam forsitan feciſſet, ſi ad hæc ſibi ſe obtuliſſet facultas. Nónne ſanctæ matri Eccleſiæ nos, & Anteceſſores noſtri, multa grata ſervitia ab antiquo, & immenſa beneficia contulimus, quibus Miniſtri ejuſdem multo pinguiùs, & glorioſiùs, quàm in aliis Regnis temporalibus exaltantur? Super quo velit Deus, quòd ingratitudinis vitium non incurrant: non enim debent debitas ſubventiones negare, ſed ultro quicquid habent offerre, præſertim cum videant manifeſtè, quòd prædicti Reges injuſtè, & ſine cauſa rationabili, nos impugnant. Quare modò non fuiſſemus ab Eccleſia amplioribus injuriis provocandi, ſed potiùs ab ea, tanquam à pia matre fovendi & placandi, & à malis imminentibus efficaciter conſolandi. *Hactenus in Regio.*

CLXXXIX.

1296. 1297. 27. Mars. *Inſtrumentum publicum de Decimâ* PHILIPPO IV. *Regi Francorum conceſſâ à Clero Gallicano. Actum die Mercurii* 27. *menſis Martii Anno* 1296. *Indictione X. Pontificatûs* BONIFACII *VIII. Anno III.* [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1277. Ex Archivis Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Albienſis.]

UNiverſis per præſens Inſtrumentum publicum notum fiat quod anno MCCXCVI. Indict. X. die Mercurii XXVII. menſis Martii Pontificatus Domni Bonifacii Papæ VIII. anno III. venerabiles ac reverendi in Chriſto Patres & Domini Rotomagenſis, Senonenſis, Remenſis, Narbonenſis & Turonenſis Archiepiſcopi, Cathalaunenſis, Laudunenſis, Morinenſis, Tornacenſis, Sylvanectenſis, Cenomanenſis, Coſtodienſis, Autiſſiodorenſis, Abrincenſis, Anicienſis, Lemovicenſis, Pariſienſis, Trecenſis, Andegavenſis, Carnotenſis, Sagienſis, & Merunenſis Epiſcopi, necnon diſcreti viri Magiſter Petrus de Verſione Domini Bituricenſis Archiepiſcopi & præfatus Dominus Autiſſiodorenſis Epiſcopus Domini Siſinenſis Epiſcopi vicarii, prout in ipſorum Dominorum Bituricenſis Archiepiſcopi & Sueſſionenſis Epiſcopi Litteris videbatur prima facie contineri, Mathæus Cantor Eccleſiæ Belvacenſis Domini Belvacenſis, Gerardus de Capella Canonicus Cabilonenſis, Guillelmus de Eilloto Domini Lingonenſis, & Geraldus de Liſona Domini Lactorienſis Epiſcoporum Procuratores per Litteras procuratorias eorumdem ſigillis pendentibus roboratas, ut prima facie apparebat. Item die Jovis proximo ſubſequenti Magalonenſis, Vaſatenſis, & Santonenſis pro ſe ac pro Petragoricenſi & Engoliſmenſi Epiſcopis, Ebroïcenſis, Imbracenſis Epiſcopis, ac Religioſus vir Frater ODO Abbas Monaſterii de Fontaneto Ciſtercienſis Ordinis, Procurator, ut dicebat, Domini Eduenſis Epiſcopi, ac Magiſter Gualterius de Bello-forti Procurator Domini Aurelianenſis Epiſcopi, per Litteras procuratorias ipſius Epiſcopi ſigillo pendenti munitas, ut prima facie videbatur. Item, die ſabbati ſubſequenti penultima die menſis Martii Magiſter Reginaldus de Carnaco Domini Bituricenſis Epiſcopi Vicarius, ut dicebat, & Geraldus de Golſadeto Domini Claromontenſis Epiſcopi Procurator, prout in ipſius præſentibus Litteris videbatur prima facie contineri.

Item, die Dominica ſubſequenti ultima die menſis Martii Dominus de Leuſſif Epiſcopus.

Deinde anno, Indictione, Pontificatu præſcriptis die Mercurii III. menſis Aprilis Religioſus vir Abbas Monaſterii de Peſſano Ordinis Sancti Benedicti Auxitanenſis Dioceſis Dominorum Auxitanenſis Epiſcopi, & Adurenſis & Tarbienſis Epiſcoporum, Procurator, Magiſter Guillelmus de Celamino Officialis Conſeranenſis Domini Epiſcopi ejuſdem loci & Petrus Bloyni Canonicus Burdigalenſis Decani & Capituli Burdegalenſis Sede vacante, & electo ejuſdem loci in remotis agente Procuratores, prout in Litteris procuratoriis inde confectis prima facie videbatur, ac Domino Meldenſi Epiſcopo per patentes Litteras ſuas dicto Domino Senonenſi Archiepiſcopo directas, prout exemtione illarum plenius apparebat; dicti Archiepiſcopi & Epiſcopi, ac Vicarii & Procuratores prædicti nominibus Dominorum ſuorum prædictorum, Prælatus quilibet pro ſua perſona & Vicarii ac Procuratores præfati pro perſonis Dominorum ſuorum prædictorum dumtaxat, in præſentia mei Notarii & teſtium ſubſcriptorum, conceſſerunt excellentiſſimo Principi Domino PHILIPPO Dei gratia Francorum illuſtri pro ſubſidio defenſionis intrinſecæ Regni ſui adverſus præſentes impugnationes hoſtiles, Apoſtolica fieri licentia quam vidi & legi, decimam unam in feſto Pentecoſtes futuro proximo proximam fore dandam, & aliam decimam III. Calendas Octobris ſubſequentibus ſolvendam, ſi pax interim non interveniret aut treuga quæ guerram præſentem ceſſare faceret, ipſa durante colligendam & levandam, utramque decimam prædictam auctoritate Eccleſiæ & non auctoritate brachii ſæcularis vel per potentiam laicalem, proteſtatione præmiſſa, quod intentionis erat & voluntatis eorum in conceſſione hujuſmodi formam Apoſtolicarum Litterarum ſuper conceſſa præſtandæ hujuſmodi ſubventionis licentia directarum eiſdem in omnibus & per omnia obſervare, nec contra earum tenorem quidquam agere circa negotium ſubventionis ejuſdem, nec aliter conſentire. Hoc etiam expreſsè acto in Conceſſione prædicta, quod ſi aliud onus grave ipſis Prælatis vel Eccleſiis Gallicanis medio tempore imponi contingeret, ad decimam non ſolutam, ut præmittitur, conceſſam ab eis, nullatenus tenerentur. Acta fuerunt hæc anno, Indictione, diebus & pontificatu præſcriptis præſentibus in Conceſſione hujuſmodi facta à dictis Dominis Archiepiſcopis die Mercurii & die Jovis prædictis in Epiſcopali Palatio Pariſienſi, Dominis JOHANNE Cathalaunenſi, ROBERTO Laudunenſi, & ROBERTO Coſeranenſi Epiſcopis, & pluribus aliis ibidem adſtantibus in Conceſſione auctoritate à dictis Epiſcopis, Vicariis & Procuratoribus diebus Mercurii & Jovis & loco prædictis ſic facta G. Rotomagenſi, P. Remenſi & STEPHANO Senonenſi & aliis Archiepiſcopis ibidem adſtantibus teſtibus in Conceſſione dicti Domini Ebroïcenſis Epiſcopi ab eodem facta in hoſpitio dicti Domini Rotomagenſis Archiepiſcopi acto Pariſius juxta Eccleſiam Ordinis Minorum, diſcretis viris Magiſtris Roberto de Carnoto Autiſſiodorenſis, & Roberto de Fraxinis Ebroïcenſis Eccleſiarum Canonicis, ac nobili viro Nicolao dicto *Madargent* milite teſtibus in Conceſſione dicti Domini Ambianenſis Epiſcopi ſic facta dicta die Jovis in hoſpitio ſuo ſito Pariſius juxta portam Macelli; Johanne Franci, & Roberto dicto *Lo Barbeir* perpetuo Capellano in Eccleſia Albienſi teſtibus in Conceſſione Reginaldi Vicarii Rutinenſis, & Geraldi Procuratoris Claromontenſis Epiſcoporum prædictorum, dicta die ſabbati facta apud ſanctum Germanum de Pratis juxta Pariſius in camera reverendi Patris Domini P. Dei gratia Peneſtranenſis Epiſcopi; Dominis Narbonenſi & Senonenſi Archiepiſcopis, Autiſſiodorenſi, Morinenſi & Sylvanectenſi & aliis Epiſcopis ibidem præſentibus teſtibus in Conceſſione dicti Domini Dolenſis factum apud ſanctum Marcellum prope Pariſius in hoſpitio ſuo die Dominica ſupradicta; Nicolao de Foreſtis Clerico, Guillelmo & Ugoneto dictis *Chanfecire* teſtibus in Conceſſione dicta die Mercurii tertia menſis Aprilis in camera dicti Domini Peneſtrinenſis prædicta ab Abbate de Peſſano, à Magiſtris G. Officiali Coſeranenſi & P. Bloy Procuratoribus antedictis, nominibus dictorum Dominorum ſuorum, ac in exhibitione prædictarum Litterarum Domini Meldenſis Epiſcopi de conſenſu ſuo ſuper præmiſſis in hujusmodi ſuis Litteris comprehenſo; præſentibus Narbonenſi, Senonenſi & Remenſi Archiepiſcopis, & Morinenſi, Autiſſiodorenſi & Sylvanectenſi Epiſcopis, Magiſtris Hugone de Pleteio Canonico Carnotenſi & Johanne de Brugeria Clerico teſtibus vocatis ſpecialiter & rogatis, & ego Arbertus de Machovilla Clericus Rotomagenſis Dioceſis Apoſtolica publicus auctoritate Notarius præmiſſis, ut ſupra ſcribuntur, præſens interfui & Vicariorum ac Procuratorum dicti Domini Meldenſis Litteras, de quibus fit mentio vidi & legi, præmiſſaque ſcribi feci & publicavi, & de voluntate & conſenſu dictorum Prælatorum meoque conſueto ſigno, ſignavi rogatus.

ANNO 1297.

ANNO 1297.

CXC.

19. Avril. *Litteræ Legatorum a Latere* BONIFACII *Papæ VIII. de Treugis seu Induciis ab eodem inter Reges Romanorum & Angliæ ab unâ, & Regem Galliæ* PHILIPPUM *ab altera parte indictis; nec non de Protestatione dicti* PHILIPPI *contra eandem Indictionem, ut abusivam & aperte Jus Regium suum in temporalibus impugnantem. Datum Credulii 12. Kalend. Maii 1297. Pontificatus Bonifacii anno III.* [GG. LEIBNITZII Codex Juris Gentium; in Mantissa part. 2. pag. 291.]

UNIversis præsentes Litteras inspecturis, miseratione divina B. Albanensis, & S. Preneſtinensis Episcopi, salutem in Domino. Notum facimus quod *cum nos exposuissemus* oraculo vivæ vocis excellenti Principi Domino Philippo Francorum Regi Illustri, *treugas per* Sanctissimum Patrem & Dominum nostrum, Dominum *Bonifacium Papam* VIII. Litteris suis patentibus jam dudum *indictas*, usque ad festum Nativitatis Beati Joannis Baptistæ proximò jam elapsum, ipsi Regi ac Romanorum & Angliæ Regibus Illustribus, super guerris instigante Diabolo suscitatis *inter Romanorum & Angliæ Reges* prædictos, seu quemlibet eorundem ex una parte & prædictum Franciæ Regem ex altera, quas Treugas publicare, & dictas Litteras præsentare Francorum & Angliæ Regibus ipsis distuleramus ex causa; nec non [nec non &] ad *prorogationem dictarum Treugarum*, ante tempus earum finitum, Litteris suis patentibus per dictum Dominum nostrum factam, a dicto Festo B. Joannis Baptistæ proximo præterito usque ad biennium percompletum; ac etiam usque ad dictum tempus *Treugas de novo indictas*, sententias insuper excommuncationis in contravenientes latas per ipsum Papam, prout in dictis Litteris plenius continentur: *Cumque dictas Litteras præsentaremus* dicto Regi Franciæ legendas, idem Rex in continenti antequam eædem Litteræ legerentur nomine suo, & se præsente fecit exprimi, & mandavit in nostra præsentia protestationes hujusmodi, & alia, quæ sequuntur: Videlicet, regimen temporalitatis Regni sui ad ipsum Regem solum & neminem alium pertinere, seque in eo neminem superiorem recognoscere, nec habere, nec se intendere, supponere vel subjicere modo quocunque viventi alicui super rebus pertinentibus ad temporale Regimen Regni, sed potius se intendere Feoda sua justitiare, Regnum suum defendere continuè, usque Regni per omnia prosequi cum Subditis suis, amicis & valitoribus, prout hæc Dominus ministrabit: maxime cum dictarum Treugarum indictionis virtus, vel indicentis intentio, ipsum Regem aliquatenus non impediat in præmissis vel aliquo eorundem, ut dicebat; nec aliquem obicem contrarietatis opponat: sed dicti Regis Regnique sui turbatores, & æmulos arctius reprimat, illorum compescat audaciam, ausus frænet, ac excommunicationis Sententias, si contra Treugarum tenorem ipsarum venire præsumpserint, ipso Rege dictoque Regno suo remanentibus non ligatis, juxta declarationem per dictum Dominum Papam factam Litteris suis patentibus ipsi Regi directis: à quibus declaratione & protestationibus verbo vel facto, nunc vel in futurum idem Rex non intendit recedere, ut dicebat. *Quatenus autem ipsius Regis tangit animam, & ad spiritualitatem attinet*, idem Rex prædecessorum suorum sequens vestigia, *paratus est, monitionibus & præceptis Sedis Apostolicæ devotè ac humiliter obedire, in quantum tenetur & debet*, & tanquam verus & devotus filius Sedis ipsius, & sanctæ Matris Ecclesiæ reverentiam observare. Quibus præmissis, nos ad publicationem dictarum Treugarum & earum prorogationis ac sententiarum processimus, dictasque Litteras Apostolicas & earum tenorem legi & seriatim exprimi facimus Regi prædicto. In quorum testimonium sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum Credulii Bellovacensis Dioecesis, decimo tertio Kalend. Maii, anno millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, Pontificatus prædicti Domini Bonifacii Papæ VIII. anno tertio. Sigillatum duobus sigillis dictorum Cardinalium.

ANNO 1297.

CXCI.

Mai. *Traité d'Alliance entre* PHILIPPE LE BEL *Roi de France, &* JEAN D'AVESNES *Comte de Haynaut pour eux & leurs successeurs à toujours. Fait à Pont St. Maixence au Mois de Mai* 1296. [MARTENE, Thesaurus Novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1284. Ex Hasnonienſi Cartario Dominorum de Avesnis.]

C'est ly Alliance entre le Roy de France & ses hoirs d'une part, & le Comte de Haynaut & ses hoirs d'autre, à toz jorz.

PHILIPPE par la grasce de Dieu Rois de Franche, nous faisons assavoir à tous presens & à venir, que nous por nous & pour nos successeurs Rois de Franche, avons fait Alliance à nostre amé & feel JEHAN d'Avesnes Conte de Haynnaut, & à ses hoirs à toz jorz, & li dis Cuens pour luy & pour ses hoirs, à nous & à nos successeurs Rois de Franche, en la maniere qui s'ensuit.

PREMIEREMENT nous pramettons en bone foi à luy & à ses hoirs Contes de Haynnaut confort & aide, nommeement contre GUY de Dampierre jadis Conte de Flandre, & ses hoirs, & contre tous autres, és cas en quoi faire le porrions, sans nous meffaire vers nos hommes. Et li dis Cuens assi pour luy & pour ses hoirs a pramis en bone foi conseil & aide à nous & à nos successeurs nommeement contre ledit GUY & ses hoirs, & contre tos autres, excepté les personnes de ses Seigneurs, c'est assavoir le Roy d'Alemaigne, & l'Evesque de Liege tant seulement, és cas où il se porroit meffaire vers eus, ou envers ses hommes.

Et por ce que nous & li dis Cuens avons à present matire de descort & de guerre envers ledit GUY Conte jadis de Flandre, & les siens & ses aidans, nous sommes aliez especialement ensamble en ce descort, & en ceste guerre, & en autres, de aidier l'un l'autre en bone foi, en la maniere qui s'ensuit.

C'est assavoir que nous les devons aidier à ce ke il recouvre envers ledit GUY & ses hoirs son heritaige, & ait ses jugies fais & à faire, nomeement la Terre de Namur.

Et ne poons audit GUY, ne à ses hoirs faire pais, ne donner trieves, sans le gré dudit Conte de Haynnaut: & tout en autele maniere ne puet li dis Cuens faire pais, ne donner trieves sans nostre gré audit GUY, ne à ses hoirs, & nous doit & est tenu à nous aidier à venir en nostre raison envers ledit GUY & ses hoirs.

La maniere comment lidis Cuens & si hoir Conte de Haynnaut doivent nous & nos successeurs Rois de France aidier contre ledit GUY & ses hoirs, & ses aidans, & autres, & nous auſſi, luy & ses hoirs à tos jours, est telle.

Li Cuens nous doit aidier en la Terre de Haynnaut & en la Contée de Flandres à miles armures de fer, & à cinq cens armures de fer, jusques au fleuve de Seine, au gaiges acoûtumés en Franche. C'est à sçavoir por le Banneret vint sols, pour le Bachelier dis sols, & pour l'Escuyer cinc sols tornois, & doivent y estre li cheval dudit Conte & de sa gent estimé & prisié & mis en escrit, & outre le restour acoustumé en Franche nous en ferons selonc nostre bon esgart. Et est à entendre des gaiges & restours devantdis en bonne foi de plus d'armeures de fer plus la ou nous & li Cuens nous acorderions, & de mains, & de ce est il en nostre volanté durant les guerres. Et est à entendre que pour les fortereces de ladite Conté garder, & les perils ki à venir en porroient eschiver, & por les avenus grever, doit y estre envoiés un preudom Chevaliers de par nous, qui loiaulment par son sairement, selonc l'estat des besongnes, & les conditions des lieus, mettra gens d'armes outre les resîdens ès lieus, selon ce kil vera en bone foi ke bon sera, à nos gaiges & restours acoustumés, selonc ce que il est devant dit. Derechief se il avenoit aucuns de nos gens, ou des gens dudit Conte, estre pris de guerre par les enemis, ou adversaires, ou aucun heritaige perdu, nous, ne li dis Cuens, ne ferons pais, ne donrons trieves aus ennemis,

ANNO 1297. mis, jusqu'à tant ke li prisons soient delivré, & li heritaige recouvré, & doivent y estre fetes les semonses & les chevaichies en bone foi por le pais deffendre, & pour chevaichier sur les ennemis par le conseil de chevalier devantdit à nos gaiges & restours accoustumés, si com il est dit devant.

Adecertes se aucun venoient à armes sus le dit Conté, & entroient en sa Terre, ou en la Terre de sa gent, ou asseoient leur fortereces, nous y devons envoier & secourre souffisanment pour ceus remettre arriere aussi comme por nostre propre heritaige en bone foi en l'aide de nous & de nostre Roiaume, se besoing est, & il en soit requis, doit occurre au gaing & restours accoustumés, si comme il est dit devant, sauf ce kil ne se mesface vers ses seigneurs & hommes devantdis.

Et est assavoir, ke ces alliances & ces cozes devantdites, toutes & casune par soy doivent tenir & durer perpetuellement en la fourme & en la maniere devant expressées, & doivent y estre de nous & de nos successeurs, & de luy & des siens de casun diz ans en diz ans.

Et toutes les fois ke noviaux Rois, ou Cuens de Haynnaut venront à Terre tenir, à greignour fermeté, & memoire des cozes devantdites.

Et quant au cozes dessusdites, & casune par soy garder, tenir, & fermement accomplir en la maniere devantdire, nous nous oblijons & sommes obligiez por nous & pour nos successeurs à luy & à ses hoirs, & assi à nous & à nos successeurs.

Et pour ce que ces cozes soient fermes & estaubles à toz jours, nous avons fait mettre nostre saiel en ces presentes Lettres.

Ce fut fait à Pont-saint-Messance, l'an del Incarnation nostre Signeur MCCXCVII. ou mois de May.

CXCII.

12. Juin & 17. Octobre. *Convenances faites entre* PHILIPPE IV. *Roi de France dit* le Bel, *&* JEAN D'AVESNES *Comte de Haynaut, tant au sujet du libre Commerce, que des anciennes prétentions du Roi sur la Terre d'Ostrevant & autres dépendantes de la Couronne. Le tout contenu en neuf diferents Actes ou Lettres Royaux. Donné à Arras le Mecredi apres la Trinité & au Mont St. Eloy la Vigile St. Luc l'an de grace* 1297. [MARTENE, Thesaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1291. Ex Hasnoniensi Cart. Dominorum de Avesnis.]

I.

Des Marchandises don Royaume venir en Haynnau.

PHILIPPE par la grace de Dieu Roy de Franche à tous ceus qui ces presentes Lettres verront & oront salut. Sacent tuit ke nous ordenons, volons & consentons, que les marchandises de nostre Royaume puissent aler & venir paisiublement de nostre Royaume en la Conté de Haynnau à estre despenduës de ceus de la Conté, & usées, & de ses aidans, & les marchandises de ladite Conté de Haynnau en nostre Royaume durant les aillances faites entre nous d'une part, & nostre amé & feel JEHAN d'Avesnes Conte de Haynnau d'autre, & volons ke tous nos Justiciers sans autres Lettres voir & demander laissent paisiublement lesdites marchandises passer selonc ceste Ordenance, & commandons à tous nos Sugis de nostre Royaume, ke ceste Ordenance soit tenuë & gardée en tos lors lieus entierement, sans nul epenchement, sauf ce que les droitures acoûtumées à payer par la raison desdites Marchandises soient entierement payées. Et volons ke ces Leitres veuës à celui ki les portera soient sans nul contredit renduës. En thesmongnage de ce, nous avons audit Conte baillé ces presentes Lettres, saielées de nostre saiel, qui furent faites à Arras le mekredi apriés la Trinité l'an de grace mil deux cent quatre vingt & dis sept.

II.

Sour la garde des Abbayes d'Ostrevant.

PHILIPPE par la grasce Dieu Roys de France à toz ceus ki ces Lettres veront salut. Nos faisons assavoir ke nous tele saisie de la garde des Abbayes & Eglises de l'Ostrevant qu'elle de la main de nostre amé & feel le Conte de Haynnau nous avons prise & mise en la nostre, avons remise en la main dudit Conte, en la maniere qu'ele y estoit devant, sauf en totes cozes nostre droit, & le droit d'autrui. En thiesmoing de laquele coze nous avons fait mettre nostre saiel en ces presentes Lettres.

Donneis ès tentes de les Seclin le merkredi apriés les octaves de la Triniteit l'an MCC. LXXXXVII.

III.

Sor le requeste qui doit estre faite sor l'omaige d'Ostrevant.

PHILIPPE par la grasce Dieu Roy de France à tous ceus qui ces Lettres veront & oront salut. Sachent tuit ke nostre ententions suet, est encore, que l'ommaige lequel nos amés & feeus JEHAN d'Avesnes Cuens de Haynnau nous fist de la Terre d'*Ostrevant* s'estendent des cozes qui sont en nôtre Royaume & dedans les fins & non pas aus cozes qui seront trovés estre hors des fins de nostre Royaume, & por ce à ce parfaitement savoir, nous nous sommes agreé & otroié que quatre preudommes soient pris, doi de par nous & doi de par ledit Conte de Haynnau, qui la verité des devantdites cozes enqueront, c'est-savoir qu'iens choses en l'Ostrevant sont de nostre Royaume, ou dedens les fins de nostre Royaume, & qu'iens choses non. Et selonc la verité que cil quatre preudomme oront trowée, & à nous rapportée, nous devons ledit Conte retenir en nostre hommaige de ce qui sera trové en l'Ostrevant estre de nostre Royaume, ou dedans les fins de nostre Royaume. Et des autres chozes qui seront trovées estre hors les fins de nostre Royaume, soit en tout u en partie, nous nous en devons souffir & deporter. En thiesmoing de ce nous avons baillé audit Conte ces presentes Lettres saielées de nostre saiel, qui furent faites & dounées à Arras le merkredi apriés la Triniteit l'an de grace MCCXCVII.

IV.

Le Roy de France annulle toutes les Lettres qu'il a de chiaus de Valenchiennes.

PHILIPPE par la grasce Dieu Roy de France à tous ceus ki ces Lettres veront & oront salut. Sacent tuit, que nous volons, greons & otrions que les convegnences & les Lettres dequele teneur, condition & maniere que eles soient, que li Borgois & la Communauté de la ville de Valenchiennes nous ont faites & données touchant nostre amé & feel JEHANS d'Avesnes Conte de Haynnau, & en son prejudice soient de nule valeur, en quelconques lieus que eles soient trovées, & les anulons des or endroit. Et se par aucune aventure en aucun tams eles pooient estre trovées nous promettons bonement, ke nous iceles audit Comte ou à son comandement les ferons rendre & delivrer sans nul contredit. En thesmoing de ce nous avons fait bailler audit Comte ces Lettres saielées de no saiel, qui furent faites & dounées a Arras le merkredi apriés la Triniteit, l'an de grasce MCCXCVII.

V.

Le Roys quitte au Comte totes les obligations por le raison des contens qui furent entr'iaus.

PHILIPPE par la grace Dieu Roys de France à tos ceux qui ces presentes Lettres veront & oront salut.

Comme contens fust jadis meus entre nous d'une part, & nostre amé & feel J. d'Avesnes Conte de Haynnau d'autre part, & icis Cuens se fust mis dou tot en nostre volenté, sacent tuit ke nous le devantdit Comte de toutes les chozes & les obligations esqueles il estoit, u pooit estre tenus, à rendre, & à payer

ANNO 1297. payer à nous, & que nous le peuſſons demander à nous rendre & payer comment & en quele maniere que ce fuſt, par l'occaſion dudit content à dont meut dou tot en tot de graſce & de noſtre bonne volenté le quittons, & quitte clamons, & l'en abſolons, & volons que totes les Lettres que nous avons ou devons avoir de lui, de ce qu'il ſe ſoumiſt à nos volentez, & doudit que nous en deiſmes de nous rendre & payer aucunes cozes, queles qu'eles ſoient, li ſoient renduës & delivrées ſans nul debat, ſe autres articles ni eſtoient contenuz, & dés maintenant nous les tenons quant à ce por nulles, & de nulle valor, ſauf ce que nous entendons & volons que les Lettres que nous avons del hommage de la Terre d'*Oſtrevanz* demeurent en leur vertu auſiut comme eles eſtoient devant le tans de ces Lettres dounées. En tieſmoing de ce nous avons baillé audit Conte ces Lettres ſaielées de noſtre ſaiel, qui furent faites à Arras le merkredi apriés la Triniteit l'an de grace mil deux cens quatre vingt & dix-ſept.

VI.

Don reſſort del Oſtrevant.

Nous RAULS de Clermont Coneſtables de France & Sires de Neele, JAKES de Caſtillon Sires de Leuzes & de Condé, & SYMON de Monlemy Mareſcaux de France faiſons ſavoir à tous que nous avons pourpris & pourprenons ſour nous dou conſentement tres-excellent Prince noſtre chier Signeur PHILIPPE par la grace de Dieu Roy de France, que s'il avenoit ke queſtions de reſſort meuſt en le tiere d'*Oſtrevant* pendant l'enqueſte ki doit y eſtre faite en l'Oſtrevant par quatre preudomes, deus de par noſtre Signeur le Roy, & deux de par noble home le Conte de Haynnau, eſliut nous en ferons tant faire & ouvrer en tel maniere, qu'il ſouffira au Conte devantdit en tieſmoing de ces preſentes Lettres ſaielées de nos ſaials.

Dounées l'an de grace MCCXCVII. le merkredi apriés le Triniteit.

VII.

De victualibus.

PHILIPPUS Dei gratia Francorum Rex, univerſis Juſtitiariis, Subditis & cuſtodibus paſſagiorum, marchiarum & exituum Regni noſtri, ad quos præſentes Litteræ pervenerint ſalutem.

Cum nos dilecto & fideli noſtro J. Comiti Hannoniæ quod ad Comitatum ipſius, blada, vina & alia victualia, de quibuslibet partibus Regni noſtri portari, vehi & duci facere valeat duxerimus concedendum; mandamus vobis & veſtrum ſingulis, quatenus dictum Comitem ſeu mandatum ſuum præſentes, aut ipſius Comitis facientes de præſentibus mentionem Litteras deferens hujuſmodi victualia, ducere ſive duci, vehi & portari facere liberè abſque impedimento & moleſtia quibuslibet permittatis: ſciturі quod ſi ea arreſtaveritis vel detinueritis minus juſtè, aut propter deliberationem arreſtrorum ſeu detentorum à vobis, aut altero veſtrum aliquid exegeritis, aut receperitis munera, quæ ab illo qui talia receperit reſtitui volumus, aut aliud impedimentum præſtiteritis, per quod dictum Comitem vel ejus madatum aliquod damnum contingat incurrere, delinquentem aut talia committentem graviter puniemus.

Actum in caſtris ante Inſulas XII. die Julii anno Domini MCCXCVII.

VIII.

Des quatre homaiges ke li Roys dona le Conte de Haynnau.

PHILIPPE par la grace de Dieu Roys de France à tous chiaux ki ces preſentes Lettres veront & oront ſalut. Nous faiſons ſavoir à tous, que nos avons doné & otroié à noſtre amé & feel JEHAN d'Aveſnes Conte de Haynnau quatre homages, ki eſtoient tenut de GUY de Dompierre jadis Conte de Flandres, che eſt à ſavoir de HUON de Mande, GERART de Pothes, MAHIEU de Laval & ROBERT de Mande Chevaliers, à rechevoir & tenir dou devantdit Conte de Henaut & de ſes oirs perpetuelement, & mandons & commandons de maintenant à dis Chevaliers que il entrent en la feautet dudit Conte, & fachent homage tel que il a acouſtumé à faire duſques à ore leſquels quatre homages pour l'eſtimation que il ſeront priſiet cherront en rabattre de quatre mil lib. de Terre, que nos li devons aſſeoir de conqueſtes de Flandres. En teſmoing de ces coſes nos li avons donet nos Lettres ſaielées de noſtre ſeel. ANNO 1297.

Donné à Mont Saint Eloy la vigile Saint Luc l'an de grace MCC quatre-vins & dis-ſept.

IX.

De VI. mil libr. de Terre que li Roys donna au Conte de Haynnau.

PHILIPPE par la graſſe de Deu Roys de France à tous cheus qui ces preſentes Lettres verront & orront ſalut. Sayoir faiſons que nos permettons & nos obligons tres maintenant envers noſtre amé & feel J. d'Avenne Conte de Haynaut de ſis milles lib. de tornois petis de rente perpetuelment, deſquels ſis mille lib. de rente par an, ſi com il eſt dit, nos li devons aſſeoir quatre mille lib. en ſen ſouffiſant des conqueſtes de Flandres, & deus mille lib. caſcun an en noſtre bourſe, à payer à termes accouſtumez, juſques à tant que nos li aurons aſſis en ſen ſouffiſant. Et eſt à ſavoir que de ſis mille lib. devantdites doit li dis Cuens venir en noſtre homage. Et en teſmoing de choſes deſſuſdites, nos avons fet ſeeler ces Lettres de noſtre ſeel.

Donné à Mont S. Eloy, la vigile Saint Luc, l'an de grace MCCXCVII.

CXCIII.

Bulla BONIFACII VIII. *Papæ quâ interpretans Conſtitutionem ſuam incipientem* Clericis Laicos, *declarat eam non ſpectare ad Dona vel Mutua voluntaria Prælatorum & Perſonarum Eccleſiaſticarum Regni Franciæ, licet forſitan ad hoc nomine Regis requiſitarum, nedum ad Jura feudalia, & Cenſualia Regi & ſucceſſoribus ſuis debita. Datum apud Urbem veterem 2 Kal. Auguſti Pontificatus ſui anno III.* ACCESSIT *Decretum Cleri Gallicani de ſolvendis Regi biennii decimis.* [*Hiſtoire du diferend de* BONIFACE VIII. *avec* PHILIPPE LE BEL. Aux preuves p. 30. MARTENE, Theſaurus Anecdotorum, Tom. I. col. 1288. avec des diferences aſſez grandes. C'eſt auſſi du Pere MARTENE que nous tirons le *Decretum Cleri Gallicani.*] 31. Juillet

UNIVERSIS præſentes Litteras inſpecturis Offic. Cur. Par. ſalutem in Domino. *Noveritis nos* anno Domini milleſimo trecenteſimo tertio, die Veneris poſt Nativitatem Domini vidiſſe quaſdam Litteras ſub hac forma: Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis electis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Capitulis, & aliis perſonis, necnon & nobilibus viris, Ducibus, Comitibus, Baronibus, militibus & cæteris per Regnum Francorum conſtituris. Ad perpetuam rei memoriam. Etſi de ſtatu Regni cujuslibet in quo Catholicæ fidei cultus viget, paternæ ſollicitudinis ſtudio cogitemus, ad ſtatum tamen Chriſtianiſſimi Regni Franciæ, in quo ſemper anteactis temporibus erga Romanam Eccleſiam matrem viguit devotionis integritas, reverentiæ plenitudo reſplenduit, fervuit obedientiæ promptitudo, tanto ſolertiùs aciem conſiderationis extendimus, & circa illud cogitationis noſtræ verſatur inſtantia, quantò ipſum uberiori favore proſequimur, & ſinceriùs gerimus in viſceribus caritatis. Dudum ſiquidem Paſtoralis Officii debitum exequentes in favorem Eccleſiarum, & Eccleſiaſticæ libertatis auctoritate Apoſtolica duximus ſtatuendum, ne Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ cujuſcumque dignitatis, ſtatus, aut conditionis exiſtant, ſub adjutorii, mutui, vel doni nomine, Imperatoribus, Regibus,

ANNO 1297. gibus, Principibus, aut Præsidentibus cæteris, præsent absque Apostolicæ Sedis auctoritate subsidia, quocumque nomine censeantur, néve Imperatores, Reges, Principes, aut aliter præsidentes ea imponere, exigere, vel recipere ab eisdem Prælatis & personis Ecclesiasticis audeant, certis pœnis adjectis nihilominus in hac parte. Verùm nonnulli nostræ intentionis ignari, suæque prudentiæ innitentes, hujusmodi Constitutionem nostram non rationabili, aut æquitati consonæ, sed voluntariæ interpretationi subjicere moliuntur, non attendentes, quòd ad eum qui condidit interpretatio noscitur pertinere. Nos igitur huic morbo congruam intendentes adhibere medelam, & ut cujuslibet ambiguitatis scrupulus in hac parte tollatur, & veritatis puritas eluceſcat, auctoritate præsentium declaramus, quòd constitutio ipsa, vel ejus prohibitio, ad donaria vel mutua, seu quævis alia voluntaria Prælatorum & personarum Ecclesiasticarum ejusdem Regni, cujuscunque status, ordinis, vel conditionis existant, omni prorsus tractione, aut exactione cessante, se aliquatenus non extendat, licèt ad id forsitan carissimi in Christo filii nostri Philippi Francorum Regis illustris, vel successorum suorum qui pro tempore fuerint, aut Officialium eorumdem, seu Ducum, Baronum, Nobilium, vel aliorum dominorum temporalium de Regno prædicto, requisitio curialis, & amica præcedat, quòdque feudalia, censualia, sive jura quælibet in Rerum Ecclesiasticarum datione retenta, vel alia servitia consueta Regi ejusque successoribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus & aliis temporalibus Dominis supradictis, tam de jure quàm de consuetudine à personis Ecclesiasticis debita præfata constitutio non includat, vel aliquatenus comprehendat, & quòd personæ Ecclesiasticæ pro Ecclesiarum suarum utilitatibus, compositionis, aut transactionis titulo, vel alio quovis modo, seu pro libertatibus acquirendis, cum Rege, suisque successoribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, & aliis Dominis temporalibus prælibatis, prout Conscientiis eorum videbitur, & ante constitutionem eandem poterant, liberè valeant convenire, nec illas per ipsius constitutionis vigorem in iis contingat aliquatenus impediri; quódque Constitutio eadem Clericos clericaliter non viventes, seſe mercationibus, & mercimoniis præsertim inhonestis & vilibus, vel sævis immiscentes actibus non defendat. Adjicimus insuper hujusmodi Declarationi nostræ, quòd si præfatis Regi, & successoribus suis pro universali, vel particulari ejusdem Regni defensione periculosa necessitas immineret, ad hujusmodi necessitatis casum se nequaquam extendat Constitutio memorata; quin potiùs idem Rex, ac successores ipsius possint à Prælatis, & personis Ecclesiasticis dicti Regni petere, ac recipere pro hujusmodi defensione subsidium, vel contributionem, illúdque ad illam Prælati & personæ prædicti, præfato Regi, suisque successoribus, inconsulto etiam Romano Pontifice, teneantur & valeant, sub quotæ nomine, aut aliàs etiam imperari, non obstantibus Constitutione prædicta, seu quovis exemptionis, vel alio quolibet privilegio sub quacunque verborum forma confecto, à Sede Apostolica impetrato; quódque necessitatis declaratio supradictæ ipsius Regis, & successorum suorum conscientiis, dummodo successores ipsi vicesimum ætatis annum exegerint, relinquatur, super quo dictorum Regis, & successorum conscientias onerari, eisque innotescere volumus, quòd quicquid recipi ultra ipsius defensionis casum contigit, in suarum recipient periculum animarum, sub quo nisi salubriter providere, aut attendere potuerunt, in quo periculo remanerent. Si verò defensionis prædictæ tempore hujusmodi ætatis annum præfati non excesserint successores, declaratio necessitatis ejusdem Prælatorum, Clericorum, & Laïcorum, qui de ipsorum successorum stricto consilio, seu majoris partis ipsorum fuerint, conscientiis relinquatur, quorum similiter conscientias onerari volumus, eisque plenius aperiri, quòd si quid ultra casum defensionis reciperetur ejusdem, in dispendium salutis Consiliariorum reciperetur ipsorum, illudque restituere teneantur: quódque præterea non existit intentionis nostræ, non extitit, nec existit per Constitutionem prædictam, seu Declarationem præsentem, jura, libertates, franchisias, seu consuetudines quæ præfatis Regi & Regno, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, & quibusvis aliis temporalibus Dominis editionis præfatæ Constitutionis tempore, ac etiam ante illud competere noscebantur, tollere, diminuere, vel quovis modo mutare, aut eis in aliquo derogare, seu novas servitutes, vel submissiones imponere, sed jura, libertates, franchisias, & consuetudines supradictas, prætactis Regi, & aliis, illæsa & integra conservare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli ejus se noverit incursurum. Datum apud Urbem veterem 11. Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno tertio. In cujus Rei testimonium sigillum Curiæ Parisiensis præsentibus Litteris duximus apponendum. Datum anno & die prædictis. ANNO 1297.

Decretum Cleri Gallicani de solvendis Regi biennii decimis.

Cùm igitur præfato Domino Regi, prout inter cetera liquidò patet, à supradicto Domino Pontifice sit concessum quod si ipsi vel successoribus ejus pro universali & particulari Regni prædicti defensione periculosa necessitas immineret, ad casum hujusmodi se nequaquam extenderet Constitutio prælibata, quin ipse Rex & successores sui possent à Prælatis & personis Ecclesiasticis dicti Regni petere ac recipere pro hujusmodi defensione subsidium vel contributionem, illudque vel illam Prælati & personæ prædictæ præfato Regi suisque successoribus, inconsulto etiam Romano Pontifice tenerentur & valerent sub quotæ nomine aut alias etiam imperari, quodque necessitatis declaratio ipsius Regis conscientiæ relinqueretur; cùmque præfatus Dominus Rex vocatis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & aliis personis Ecclesiasticis dicti Regni Parisius congregatis, perlecta & exposita sibi concessione prædicta, necessitatem sui Regni evidentem aperiens, & expostulans eidem pro hujusmodi necessitate subveniri, in sua declaravit conscientia necessitatem ad præsens imminere periculosam; adeo quod à Prælatis & personis Ecclesiasticis subsidium & contributionem petere & recipere necesse haberet pro Regni defensione prædicti, asserens subsidium decimæ biennii redituum & proventuum personarum Ecclesiasticarum quatenus eas contigit etiamsi statim eas solveret, non satis sufficere pro defensione prædicta. Nihilominus præfati congregati Prælati subsidium seu contributionem hujusmodi instantem & rationabilem existimantes, eam spontanea voluntate præfato Domino Regi pro dicta defensione concesserunt exhibendam & reddendam, videlicet decimam unius anni in instanti media Quadragesima, & aliam decimam in instanti.....

CXCIV.

Erectio Comitatus Britanniæ & in Ducatum & Pariam Franciæ per PHILIPPUM IV. *Regem in gratiam* JOANNIS II. *facta, iisdem honoribus & prærogativis, quibus Duces Burgundiæ utuntur. Actum Curtraci. Mense Septembri anno* 1297. [LOBINEAU, Histoire de Bretagne, au volume des Preuves col. 442. D'où cette Piece est tirée. Elle se trouve aussi dans les *Annales de* BELLEFOREST. Tom. I. fol. 767. & dans D'ARGENTRE', Histoire de Bretagne livre 5. pag. 320.] Septembre.

PHilippus Del gratia Francorum Rex. Ad honorem cedit & gloriam regnantium & regnorum, si ad Regiæ potestatis dirigendi negotia insignibus viri conspicui præficiantur Officiis, & inclitis personæ præclaræ dignitatibus præferantur; ut & ipsi sua gaudeant nomina honoribus intitulata magnificis, & cura regiminis talibus decorata lateribus, à solicitudinibus relevetur, pacisque ac justitiæ robore, quæ Regnorum omnium fundamenta constituunt, conservari commodius valeant & efficacius ministrari; & per hoc etiam gratiam credimus extolli regnantium & vigorem crescere fidei & devotionis in Subditis, si viri præclari virtutibus, & nitore conspicui meritorum, congruis efferantur honoribus, & fidelium obsequiosa devotio condignis præmiorum retributionibus prosequatur; ut & ipsi pro suæ meritis probitatis sibi honoris titulos accrevisse congaudeant, & alii eorum exemplo ad similia ferventius animentur.

ANNO 1297. Notum igitur facimus universis tam præsentibus quam futuris nos, quod attendentes devotionis, fidei. fidelitatis probatæ constantiam, nec non prudentiam & providæ circumspectionis industriam dilecti & fidelis nostri Joannis Ducis Britanniæ, grata & accepta servitia quæ nobis in nostris & Regni nostri negotiis, probatis effectibus, impendit diutius & exhibet incessanter, ac labores etiam & expensarum onera, quæ ad nostrum ipsius Regni honorem subiisse dignoscitur: considerantes insuper, quod duodecim Parium, qui in prædicto nostro Regno antiquitus esse solebant, est adeo numerus diminutus, quod antiquus ejusdem Regni status diminutione hujusmodi deformatus multipliciter videbatur, sicque volentes eundem Ducem hujusmodi, suæ probitatis & præcellentium meritorum obtentu, honoribus promovere præcipuis & non minus Regni nostri statum veterum dignitatum ornatibus reformare; ipsum, de gratia nostra, abundantia & plenitudine Regiæ potestatis præfati Regni nostri Franciæ creamus & promovemus in Parem & Paritatis hujusmodi dignitatem Britanniæ Ducatui annexentes, præsentium tenore statuimus ut tam ipse quam successor ejusdem Ducis Britanniæ, qui pro tempore fuerit, Par ejusdem Regni perpetuis temporibus habeatur, omnigenæ Paritatis ejusdem, quemadmodum dilectus & fidelis noster Dux Burgundiæ compar ejus, & prærogativa lætetur. Pro qua quidem Paritate nobis hommagium præstitit idem Dux; ac successores sui Britanniæ Duces nobis & successoribus nostris Francorum Regibus præstare perpetuo tenebuntur. Et ne possit in dubium revocari Ducem ipsum, qui Comes fuit aliquando nostris vocatus in Litteris, Ducem fore & terram Britanniæ Ducatum existere, ipsumque Ducem in posterum debere vocari, auctoritate Regia ex certa scientia declaramus & tenore Præsentium confirmamus. Quod ut ratum & stabile perseveret, præsentibus Litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Curtraci anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo-septimo, mense Septembri.

Erectio pari formâ & tenore Comitatûs Andegavensis *in* Ducatum *&* Pariam *Franciæ per eundem Regem* PHILIPPUM IV. *nomine facta in gratiam* CAROLI *Comitis* Andegavensis. *Actum Curtraci mense Septembri Anno* 1297. [MARTENE, Thesaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1300. Ex Mſ. Cl. V. Petri Menard Urbis Turonensis Præfecti.]

PHILIPPUS Dei gratiâ Francorum Rex. Ad honorem cedit & gloriam Regnantium & Regnorum, si ad Regiæ Potestatis dirigenda negotia insignibus viri conspicui præficiantur Officiis; & inclytis præclaræ personæ dignitatibus præferantur, ut & ipsi sua gaudeant nomina honoribus intitulata magnificis, & cura Regiminis talibus decorata lateribus, à sollicitudinibus relevetur pacisque ac justitiæ robora quæ Regnorum omnium fundamenta consistunt conservari commodius valeant, & efficacius ministrari. Ex hoc etiam gratiam credimus extolli Regnantium, & vigorem crescere fidei & devotionis in Subditis, si viri præclari virtutibus, & nitore conspicui, meritis & congruis efferantur honoribus, & fidelium obsequiosa devotio condignis præmiorum retributionibus prosequatur; ut & ipsi pro suæ merito probitatis sibi honoris titulos accreviſſe congaudeant, & alii eorum exemplo ad similia fervantius animentur. Notum igitur facimus universis præsentibus & futuris, quod nos attendentes devotionis, fidei, & fidelitatis probatæ constantiam, necnon prudentiam, & providam circumspectionis industriam carissimi germani & fidelis nostri CAROLI Comitis Andegaviæ, grataque & accepta servitia quæ nobis in nostris & Regni nostri negotiis probatis affectibus impendit diutius, & exhibet incessanter, ac laboris etiam & expensarum onera quæ ad nostrum & ipsius Regni honorem subiisse dignoscitur: considerantes etiam quod XII. Parium, qui in prædicto Regno nostro antiquitus esse solebant, est adeo numerus diminutus, quod antiquus ejusdem Regni status ex diminutione ejusmodi deformatus multipliciter videbatur: sicque volentes eundem Comitem hujusmodi suæ probitatis & præcellentium meritorum obtentu honoribus promovere præcipuis, & non minus Regni nostri solium veterum dignitatum ornatibus reformare, Comitem ipsum de gratiæ nostræ abundantia & plenitudine Regiæ potestatis, præfati Regni nostri creamus & promovemus in Parem, & paritatis hujusmodi dignitatem Andegaviæ Comitatui annexantes, præsentium tenore statuimus, ut tam in se quam successoribus ejusdem Comitis Andegavensis, qui pro tempore fuerint, Par ejusdem Regni perpetuis temporibus habeatur, omniumque Paritatis ejusdem, quemadmodum diligens, & fidelis noster Dux Burgundiæ compar ejus jure & prærogativa lætetur: pro quali quidem Paritate nobis homagium præstitit idem Comes ac successores sui Andegavenses Comites nobis & successoribus nostris Franciæ Regibus præstare perpetuo tenebuntur. Quod ut ratum & stabile perseveret, præsentibus Litteris nostrum fecimus apponi sigillum. ANNO 1297.

Actum Curtraci anno Domini MCCXCVII. mense Septembri.

CXCV.

Instrumentum publicum de Interpellatione PETRI *Episcopi Carcassonensis &* PETRI DE BITURIS *Succentoris Aurelianensis, Legatorum Regis Galliæ, facta* JACOBO *Regi Aragoniæ, ut* JACOBUM *Regem Majoricarum in Regno suo & adjacentes Insulas restituat, atque satisfaciat Tractatui coram S. Pontifice concluso, cum Responsione & Exceptione prædicti Regis Aragoniæ. Actum apud Valentiam in domo Episcopali a* 1. *die Januarii ad* 3. *anno* (1) *Incarnationis Domini* 1297. CUM *Insertis Procuratoriis* PHILIPPI *Regis Franciæ. Datum Parisius* 14. *Novembris* 1297. ET *sub procuratoriis memoratorum Episcopi Carcassonensis & Successoris Aurelianensis. Datum Perpiniani anno Domini* 1297. *die Martis ante festum Beati Thomæ Apostoli.* [STEPHANI BALUZII Vitæ Paparum Avenion. Tom. II. col. 26. Ex authentico.] 1297. 1298. 1-2. & 3. Janvier.

IN nomine Domini. Amen. Notum sit cunctis hoc Instrumentum publicum inspecturis quòd anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, primo die mensis Januarii, venerabiles & discreti viri Domini Guillelmus de Castilione Archidiaconus Carcassonensis & Stephanus Cadelli Prior de Betolla ex parte Reverendi Patris Domini Petri Dei gratia Carcassonensis Episcopi, & Magistri Petri de Bituris Succentoris Aurelianensis excellentissimi Principis Domini Regis Franciæ Clerici præsentaverunt & legi fecerunt inclito & magnifico viro Domino Jacobo de Aragonia quasdam Litteras patentes dicti Domini Regis Franciæ sigillo ipsius Domini Regis pendenti cereo sigillatas. Item præsentaverunt & legi fecerunt eidem Domino Jacobo quasdam alias Litteras patentes sigillis ipsorum Domini Episcopi & Succentoris pendentibus cereis sigillatas. Quarum Literarum tenores tales esse noscuntur.

PHILIPPUS Dei gratia Franciæ Rex universis præsentes Literas inspecturis salutem. Notum facimus quòd nos ob reverentiam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ & propter bonum pacis omnia & singula facere & complere volentes quæ secundùm Tractatum pacis habitum coram summo Pontifice inter nos & carissimum germanum & fidelem nostrum Karolum Valesiæ Comitem seu Nuncios nostros ex una parte, & nobilem virum Jacobum de Aragonia seu Nuncios & Procuratores ejus ex altera, & juxta tenorem papalium Reſcriptorum per nos facienda & adimplenda existunt, ne circa hoc possit nobis defectus aliquis imputari, dilecto & fideli nostro Episcopo Carcassonensi & Magistro Petro de Bituris Succentori Aurelianensi Clerico nostro exhibitoribus præsentium damus & concedimus plenam & liberam potestatem restituen-

(1) Cette Date doit être necessairement entendue de l'Incarnation à la Romaine, qui étant plus courte d'un an que l'Ere vulgaire, fait que le Mois de Janvier 1297. de l'Incarnation répond au Mois de Janvier 1298. de la Nativité. Les Dates des deux Procurations insérées dans l'Instrument, l'une du 14. Novembre, l'autre du Mardi avant la Fête St. Thomas 1297. ne laissent là-dessus aucun sujet de doute [DUM.]

ANNO 1297. 1298.

ſtituendi caſtra & fortalicia ac ſtabilia omnia quæ tenemus, ſeu alter pro nobis occaſione guerræ inter nos & dictum Jacobum exiſtentis, & ſpecialiter caſtrum de Salvaterra, quod eſt in confinio regnorum Navarræ & Aragoniæ, reſtituendi Jacobo memorato, necnon & caſtra illa quæ pro nobis & nomine noſtro tenet inclitus Princeps cariſſimus avunculus noſter Jacobus Rex Majoricarum illuſtris, ac ponendi vallem de Herants in manu ſequeſtri ſeu ſequeſtrorum, compromittendique pro nobis & nomine noſtro cum dicto Jacobo vel ejus gentibus in quaſcunque perſonas ſuper poſſeſſione & jure dictæ vallis, ac omnia & ſingula ad præmiſſa pertinentia faciendi & complendi quæ circa hæc per nos facienda ſunt & complenda juxta dictum pacis Tractatum & tenorem papalium Reſcriptorum, ratum habituri & firmum quicquid per ipſos ſuper præmiſſis fuerit pro nobis & nomine noſtro factum, dantes omnibus Juſticiariis & Subditis noſtris tenore præſentium in mandatis ut in præmiſſis & ea tangentibus eiſdem efficaciter pareant & intendant. In cujus rei teſtimonium præſentibus Litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum Pariſius XIIII. die Novembris anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo.

MAGNIFICO AC POTENTI VIRO Domino Jacobo de Aragonia Petrus divina permiſſione Epiſcopus Carcaſſonenſis & Petrus de Bituris Succentor Aurelianenſis excellentiſſimi Principis Domini Franciæ Regis Clericus ſalutem & paratam ad ejus beneplacita voluntatem. Cùm ſereniſſimus Princeps Dominus noſter Dominus Philippus Dei gratia Franciæ Rex prædictus ob reverentiam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ & propter bonum pacis omnia & ſingula facere & complere volens quæ ſecundùm Tractatum pacis habitum coram ſanctiſſimo Patre noſtro Domino ſummo Pontifice inter eundem Dominum Regem & germanum ipſius Dominum Karolum Valeſii & Alanſonii Comitem ſcu Nuncios eorundem ex una parte & vos ſeu Nuncios & Procuratores veſtros ex altera, & juxta tenorem papalium Reſcriptorum per eoſdem Dominum Regem Franciæ & ejus fratrem prædictum facienda & complenda exiſtunt, ne circa hoc poſſit eidem Domino Regi defectus aliquis imputari, nobis dederit & conceſſerit plenam & liberam poteſtatem reſtituendi vobis caſtra & fortalicia & ſtabilia omnia quæ idem Dominus noſter Rex tenet, ſeu alter pro eo, occaſione jam motæ guerræ inter ipſum Dominum noſtrum Regem & vos ac prædeceſſores veſtros, & ſpecialiter caſtrum de Salvaterra, quod eſt in confinio Regnorum Navarræ & Aragoniæ, necnon caſtra omnia illa quæ tenet pro dicto Domino noſtro Rege inclitus Princeps Dominus Rex Majoricarum avunculus & valitor ipſius, ac etiam ponendi vallem de Herayn in manu ſequeſtri ſeu manibus ſequeſtrorum, ac compromittendi pro ipſo Domino noſtro Rege & ſuo nomine vobiſcum ſuper poſſeſſione & jure dictæ vallis ſeu cum Procuratoribus veſtris habentibus ſuper hoc plenam & liberam poteſtatem, inſuper faciendi & complendi pro ipſo Domino noſtro Rege omnia & ſingula ad præmiſſa pertinentia quæ circa ipſa per ipſum Dominum noſtrum Regem facienda ſeu complenda ſunt juxta pacis Tractatum & ſecundùm tenorem papalium Reſcriptorum, nos volentes efficaciter ejuſdem Domini noſtri parere mandatis, ne eidem Domino noſtro ob noſtram, quod abſit, negligentiam poſſit defectus aliquis imputari, ejuſdem nomine & pro ipſo pro executione prædicti mandati procedimus in hunc modum, & per præſentem Epiſtolam & inſuper per venerabiles & diſcretos viros Dominos Guillelmum de Caſtilione Archidiaconum Carcaſſonenſem & Stephanum Cadelli Priorem de Betolla præſentium exhibitores Nuncios noſtros, quos ad hoc ſpecialiter deſtinamus, Celſitudini veſtræ offerimus quæ ſequuntur, videlicet reſtitutionem caſtrorum & fortaliciorum ac ſtabilium omnium quæ idem Dominus noſter Rex tenet, ſeu alter pro eo, occaſione jam motæ guerræ inter ipſum Dominum noſtrum Regem & vos & prædeceſſores veſtros, & ſpecialiter caſtri de Salvaterra, quod eſt in confinio Regnorum Navarræ & Aragoniæ, necnon caſtrorum omnium illorum quæ tenet pro eodem Domino Rege inclitus Princeps Dominus Rex Majoricarum avunculus & valitor ipſius. Offerimus etiam nos paratos ponere vallem de Herayn in manu ſequeſtri ſeu manibus ſequeſtrorum, & compromittere pro ipſo Domino noſtro Rege & ſuo nomine vobiſcum vel cum veſtris Procuratoribus ſuper poſſeſſione & jure dictæ vallis, & inſuper facere & complere pro ipſo Domino noſtro Rege omnia & ſingula ad præmiſſa pertinentia quæ circa ipſa per ipſum Dominum noſtrum Regem facienda ſunt & complenda juxta pacis Tractatum & tenorem papalium Reſcriptorum. Requirimus inſuper & interpellamus, cum inſtantia qua majori poſſumus, dominationem veſtram ut per vos juxta prædictum pacis Tractatum & ſecundùm Ordinationem Apoſtolicam impleantur à parte veſtra quæ implenda & facienda ſunt. Et ſi infra nativitatem Domini inſtantem hæc per vos non fuerint adimpleta, & ſpecialiter reſtitutio Regni Majoricarum cum pertinenciis ſuis facta, proteſtantes quòd non intendimus recedere nec volumus à termino præfixo vobis ad hujuſmodi complenda per ſanctiſſimum Patrem Dominum noſtrum ſummum Pontificem, ſed volentes quòd lapſus illius termini illum quem poteſt & debet ſortiatur effectum, hoc ſalvo requirimus ut ſuprà & interpellamus magnificentiam veſtram ut nihilominus quantocyus poſt terminum prædictum moram, ſi quam contraxeritis, purgare curetis; aut quod factum non fuerit nec completum ex parte veſtra, interpellamus & requirimus quòd illud quantocyus compleatis, ſecundùm quòd ordinatio Apoſtolica vos aſtringit. Et ſpecialiter requirimus & interpellamus quòd reſtituatis plenariè ſecundùm dictum pacis Tractatum & Ordinationem Apoſtolicam Regnum Majoricarum cum Inſulis Minoricarum & Eviçæ & aliis eidem Regno adjacentibus & caſtrum & vallem de Rippis inclito Domino Jacobo Regi Majoricarum dicti Domini Regis valitori, aut ejus certo mandato. Reſtituatis inſuper & faciatis quæcunque alia reſtituenda & facienda ſunt ex parte veſtra prædictis Dominis Franciæ & Majoricarum Regibus & valitoribus eorundem. Nos enim pro complendis & perficiendis actualiter & cum effectu quæ ex parte Domini noſtri Regis Franciæ implenda & perficienda ſunt offerimus & nos etiam aſtringimus ad expectandum vos per triginta dies computandos à die præſentationis præſentis Epiſtolæ vobis faciendæ apud Pariſiars vel circa, in loco communi tamen & convenienti vobis & nobis. Requirimus autem magnificentiam veſtram ut nos de die certa, quam de dictis triginta diebus elegeritis, ad comparitionem veſtram & noſtram in loco aut locis prædictis abſque defectu tempeſtivè certificare nos curet per Literas patentes nobis per exhibitores præſentium deferendas. Hæc autem nobis intimantibus prædicto Domino Majoricarum Regi, idem Dominus Rex prædicta tempus & locum acceptavit; & ibidem ſimul nobiſcum perſonaliter intererit, Deo dante, pro faciendis & complendis quæ ſecundùm dictum pacis Tractatum & Ordinationem Apoſtolicam in hujuſmodi ex parte ſua facienda fuerint & complenda. In quorum teſtimonium & fidem pleniorem huic Epiſtolæ præſenti ſigilla noſtra duximus apponenda. Datum Perpiniani anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo, die Martis ante feſtum beati Thomæ Apoſtoli. QUIBUS Litteris in præſentia ipſius magnifici Domini Jacobi de Aragonia & teſtium infraſcriptorum lectis, & Litteris dictorum Domini Epiſcopi & Succentoris eidem traditis, ac copia Litterarum dicti Domini Regis Franciæ ſibi facta, & tranſcripto earundem ſibi tradito, prædicti Domini Archidiaconus & Prior obtulerunt ore tenus pro dictis Dominis Epiſcopo & Succentore, requiſiverunt, & interpellaverunt, ac proteſtati fuerunt eidem Domino Jacobo ſicut in dictis Litteris Dominorum Epiſcopi & Succentoris pleniùs & latiùs continetur. Et dictus Dominus Jacobus dixit & reſpondit quòd ſuper præmiſſis deliberaret, & deliberatione habita reſponderet. Acta ſunt hæc omnia apud Valentiam in Domo Epiſcopali prima die menſis Januarii anno prædicto, in præſentia & teſtimonio venerabilis Patris Domini Raymundi Dei gratia Epiſcopi Valentini, Dominorum Guillermi de Namontaguda & Petri Coſtæ Juriſperiti, Raymundi de Capraria Canonici Illerdenſis, Gonçalbo Garçia Militis, Dominorum Jacobi de Bernicio utriuſque Juris Profeſſoris & Berengarii de Calderiis Militis, Guillermi Maurini Rectoris Eccleſiæ de Ruppe-negata, Johannis Palagani Presbyteri, Magiſtri Bartholomæi Veſiani publici auctoritate imperiali Notarii, & mei Laurentii Plaſenſe Notarii publici Perpiniani, qui prædictis omnibus actis coram præfato Domino Jacobo de Aragonia unà cum dictis teſtibus præſens interfui, & requiſitus & mandatus per dictos Jacobum de Bernicio & Berengarium de Calderiis hæc omnia manu propria ſcripſi. POSTHÆC, eodem anno, die tertia præmiſſi menſis Januarii, dictus

ANNO 1297. 1298.

tus Dominus Jacobus de Aragonia, deliberatione habita, Reſponſionem ſuam præfatis Dominis Archidiacono & Priori reddidit in ſcriptis per hunc modum, & eam legi fecit, & verbo tenus etiam reſpondit in effectu ſicut in ipſa ſcriptura continetur. Cujus ſcripturæ tenor talis eſt.

AD LITTERAM Regis Franciæ ſupradictam per Guillermum de Caſtilione Archidiaconum Carcaſſonenſem & Stephanum Catelli Priorem de Betolla Nuncios venerabilis Epiſcopi Carcaſſonenſis & Petri de Bituris Succentoris Aurelianenſis excellentiſſimo Domino Jacobo Dei gratia Regi Aragoniæ illuſtri exhibitam & contenta in ea reſpondet & dicit præfatus Dominus Rex Aragoniæ quòd præfatus Rex Franciæ, ſecundùm quod in Tractatu pacis actum fuerat & conventum, tenebatur jamdiù reſtituere prædicto Regi Aragoniæ & debebat caſtra, fortalicia, & ſtabilia quæ ipſe Rex Franciæ & inclitus Dominus Jacobus patruus ipſius Domini Regis Aragoniæ vel alius pro ipſo Rege Franciæ ſeu nomine ſuo tenet occaſione guerræ inter ipſum Regem Aragoniæ & prædeceſſores ſuos & dictum Regem Franciæ diù motæ. Unde quia nunc reſtituendi dicto Domino Regi Aragoniæ caſtra, fortalitia, & ſtabilia ſupradicta, ac omnia alia faciendi ad quæ dictus Rex Franciæ prædicto Regi Aragoniæ tenetur, dedit præfatus Rex Franciæ prædictis Epiſcopo & Succentori plenam & liberam poteſtatem, mandatum ipſius Regis Franciæ ſuper prædictis factum & poteſtatem prædictis Epiſcopo & Succentori, ut prædicitur, attributam, quantum ad reſtitutionem dicto Regi Aragoniæ faciendam de prædictis caſtris, fortaliciis, & ſtabilibus, & aliis eidem complendis, idem Dominus Rex Aragoniæ grata habet plurimùm & accepta, offerens ſe paratum recipere caſtra, fortalicia, & ſtabilia ſupradicta, & alia quæ per dictum Regem Franciæ juxta Tractatum pacis prædictum debent eidem Regi Aragoniæ fieri & compleri. Placet etiam eidem Regi Aragoniæ quòd vallis de Arayn ponatur & ſit in ſequeſtro Romanæ Eccleſiæ, & de poſſeſſione ejuſdem vallis, ſalvo jure proprietatis utrique Parti, cogneſcatur, prout in Tractatu pacis prædicto extitit ordinatum & continetur in eo; & de hoc dabit poteſtatem Nunciis ſuis ſuper hoc deſtinandis. Ad Litteram autem Epiſcopi Carcaſſonenſis & Magiſtri Petri Aurelianenſis Succentoris prædictorum per præfatos eorum Nuncios dicto Domino Regi Aragoniæ exhibitam & contenta in ea & ad propoſita per ipſos Nuncios reſpondet prædictus Dominus Rex Aragoniæ quòd ea quæ circa reſtitutionem caſtrorum, fortaliciorum, & ſtabilium omnium quæ præfatus Rex Franciæ & præfatus Jacobus patruus ſuus ſeu alter pro dicto Rege Franciæ vel nomine ejus occaſione guerræ prædictæ tenent prædicto Regi Aragoniæ faciendam, & alia etiam quæ per eundem Regem Franciæ debent prædicto Regi Aragoniæ fieri & compleri, per prædictam Litteram Epiſcopi & Succentoris ex poteſtate per dictum Regem Franciæ eis data & per præfatos eorum Nuncios eidem Regi Aragoniæ ſunt oblata, idem Rex Aragoniæ recipit & admittit, offerens etiam, ut prædicitur, & proteſtans ſe paratum recipere caſtra, fortalicia, & ſtabilia ſupradicta, & alia quæ per dictum Regem Franciæ juxta Tractatum pacis debent eidem Regi Aragoniæ fieri & compleri. Et ad habendum viſtas cum prædictis Epiſcopo & Succentore ſuper recipiendis prædictis caſtris, fortaliciis, & ſtabilibus ſuos ſpeciales Nuntios deſtinabit; qui erunt versùs collem de Paniçars in loco communi & utrique parti decenti infra triginta dies ab hodie in antea computandos, parati recipere caſtra, fortalicia, & ſtabilia antedicta, ac alia quæ, ut prædicitur, per dictum Regem Franciæ juxta Tractatum pacis debent eidem Regi Aragoniæ fieri & compleri. Placet etiam eidem Domino Regi Aragoniæ quòd vallis de Arayn ponatur & ſit in ſequeſtro Romanæ Eccleſiæ, & de poſſeſſione ejuſdem vallis, ſalvo jure proprietatis utrique Parti, cognoſcatur, prout in Tractatu pacis prædicto extitit ordinatum, & continetur in eo; & de hoc dabit poteſtatem Nunciis ſuis ſuper hoc deſtinandis. Dicit etiam dictus Dominus Rex Aragoniæ quòd Tractatum pacis qui per Regem Franciæ & illuſtrem Karolum fratrem ejus ac Procuratores & Nuncios eorum ex una parte & per ipſum Regem Aragoniæ, Procuratores & Nuncios ſuos ex altera, coram ſummo Pontifice conceſſus extitit & firmatus, & per ipſum ſummum Pontificem approbatus & confirmatus, ipſe Rex Aragoniæ complevit & ſervavit, & compleri & ſervari fecit, & intendit ſervare in poſterum & tenere. Veruntamen ſi qua fortè apparerent quæ per eum adhuc fieri debeant & compleri juxta Tractatum pacis prædictum, proteſtatur idem Dominus Rex Aragoniæ & offert ſe paratum ea facere & complere. Ad prædictam autem requiſitionem & interpellationem per Litteram prædictorum Carcaſſonenſis Epiſcopi & Succentoris Aurelianenſis ac prædictos eorum Nuncios dicto Regi Aragoniæ factam ſuper facto Regni Majoricæ & aliarum Inſularum eidem Regno adjacentium & aliis quæ juxta Tractatum pacis & Ordinationem ſummi Pontificis aſſerunt prædicti Epiſcopus & Succentor in ſua Littera jam prætacta, ac Nuncii eorum præfati, ipſum Dominum Regem Aragoniæ debere facere & complere; dicit idem Dominus Rex Aragoniæ quòd de requiſitione & interpellatione prædictis quamplurimùm admiratur, cùm ſecundùm tenorem Litteræ Regis Franciæ ſupradictæ dicti Epiſcopus & Succentor fines Mandati Regis Franciæ manifeſtiſſimè excedentes, ſuper prædictis requiſitione & interpellatione faciendis nullam habeant ab eodem Rege Franciæ poteſtatem, maximè cùm requirant eundem Regem Aragoniæ ac etiam interpellent ſuper Regno Majoricæ & appendiciis ejus, quæ in Tractatu pacis prædicto, qui per ipſum Regem Aragoniæ ac Procuratores & Nuncios ſuos ex una parte & præfatos Regem Franciæ & Karolum fratrem ejus ac Nuncios & Procuratores eorum ex altera coram ſummo Pontifice conceſſus extitit & firmatus, & per eundem ſummum Pontificem approbatus & confirmatus, nullatenus obvenerunt, nec continentur in eo. Dicit etiam dictus Rex Aragoniæ quòd nec ſcit nec credit ſuper facto Regni Majoricæ prædicti ac appendiciarum ejuſdem Regni terminum aliquem per Romanam Eccleſiam aſſignatum, nec Ordinationem aliquam eſſe factam quæ ipſum Regem Aragoniæ ad reſtitutionem Regni prædicti & appendiciarum ſuarum artent in aliquo ſeu aſtringant. Dicit tamen idem Rex Aragoniæ quòd ipſe ad preces ſummi Pontificis litteratorie ſibi factas paratus fuit tunc & gratioſè etiam poſtea infra annum immediatè ſequentem, jamdiù tamen lapſum, ſuper facto Regni Majoricæ prædicti ac appendiciarum ejusdem Regni cum prædicto patruo ſuo ob reverentiam Sedis Apoſtolicæ & gratiam Regis Franciæ convenire; ſed ipſe patruus ſuus noluit conſentire nec etiam acceptare quod idem Rex Aragoniæ ſe tunc, ut prædicitur, facere ob prædictorum reverentiam & gratiam offerebat. Verùm cum idem Rex Aragoniæ zelans cum prædictis Rege Franciæ & patruo ſuo pacis fœdera reformare & habere veram dilectionem & concordiam cum eiſdem, & ad inſtantiam illuſtris Regis Ceciliæ patris ſui cariſſimi ſuos propterea ſpeciales & ſolempnes Nuncios ad prædictum Regem Franciæ duxerit deſtinandos, offert ſe paratum ſequi & obſervare ea omnia quæ Nuncii ſui prædicti cum prædicto Rege Franciæ circa reformationem pacis prædictæ ordinanda duxerint & firmanda. Et ſi contingeret nuncios ſuos prædictos ſuper articulo aliquo reformationis pacis prædictæ non poſſe cum prædicto Rege Franciæ convenire, paratus eſt idem Rex Aragoniæ, volens dare in quantum poterit locum paci, ſuper hoc ſtare Ordinationi Domini Bonifacii ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Papæ octavi. Acta fuerunt hæc à paragrapho ſuprà ſato citra tertia die menſis Januarii anno prædicto apud Valentiam in Domo Epiſcopali, in præſentia & teſtimonio teſtium præſcriptorum & mei dicti Laurentii Plaſenſe Notarii publici Perpiniani, qui unà cum prædictis teſtibus ad prædicta præſens interfui, & requiſitus ac mandatus per dictum Dominum Jacobum de Aragonia necnon & prædictos Dominos Guillermum de Caſtilione Carcaſſonenſem Archidiaconum & Stephanum Cadelli Priorem de Betolla hæc omnia manu propria ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, & hoc ſigno noſtro conſueto ſignavi.

ANNO 1297. 1298.

Inſtru-

ANNO 1297. 1298. 30. & 31. Janvier.

Instrumentum publicum de Interpellatione & Optione facta per Procuratores PHILIPPI *Regis Franciæ, &* JACOBI *Regis Majoricarum, Procuratoribus* JACOBI *Regis Arragoniæ pro mutuâ Restitutione inter dictos Reges facienda, ad normam & mentem Rescriptorum Papalium, desuper datorum; cum Responsis. Actum apud Panissars anno* (1) *Incarnationis* 1297. *die* 30. *&* 31. *Januarii.* [STEPHANI BALUZII Vitæ Papar. Avenion. Tom. 2. col. 36. Ex authentico.]

IN nomine Domini. Amen. Anno ab Incarnatione ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, videlicet tertio Kalendas Februarii, quæ fuit tricesima dies mensis Januarii. Notum sit cunctis quòd convenientibus ad vistas apud Panissars in Ecclesia B. Mariæ ejusdem loci Reverendo Patre Domino Petro Dei gratia Carcassonensi Episcopo & venerabili ac provido viro Magistro Petro de Bituris Succentore Aurelianensi pro serenissimo Principe Domino Philippo Dei gratia Rege Franciæ illustri, ac venerabilibus viris Dominis Bremundo de Monteferrario & Jacobo de Muredine Militibus & Arnaldo Bajuli Judice illustris Domini Regis Majoricarum pro ipso Domino Rege Majoricarum ex parte una, necnon & discretis viris Dominis Berengario de Castro Eulino Vicario & Raymundo Calueti Judice Gerundensi pro magnifico & inclito Domino Jacobo de Aragonia, ex altera, prædictus Reverendus Pater Carcassonensis Episcopus & Magister Petrus de Bituris Succentor pro dicto Domino Rege Franciæ obtulerunt prædictis Dominis Berengario de Castro Eulino & Raymundo Calueti Nunciis dicti Domini Jacobi de Aragonia pro ipso, dixerunt, petierunt, requisierunt, & interpellaverunt, ac protestati fuerunt, & optionem eis quibus suprà nominibus dederunt in scriptis ut sequitur. HÆC SUNT QUÆ offerimus & petimus nos Petrus permissione divina Carcassonensis Episcopus & Petrus de Bituris Succentor Aurelianensis Nuncii seu Procuratores ad infrascripta excellentissimi Principis Domini Philippi Dei gratia Regis Franciæ illustris. Et in primis offerimus nomine dicti Domini nostri Regis Franciæ vobis prædictis Vicario & Judici Nunciis seu Procuratoribus dicti Domini Jacobi de Aragonia ipsius nomine nos facturos totaliter & cum effectu & sine moræ dispendio bona fide, & de plano, & sine aliquo malo ingenio restitutionem castrorum, fortaliciorum, ac stabilium omnium quæ idem Dominus noster Rex tenet, seu alter pro eo, occasione jam motæ guerræ inter ipsum Dominum Regem Franciæ & dictum Dominum Jacobum & prædecessores suos, & specialiter castrum de Salvaterra, quod est in confinio Regnorum Navarræ & Aragoniæ, necnon castrorum omnium illorum quæ tenet pro eodem Domino Rege inclitus Princeps Dominus Rex Majoricarum avunculus & valitor ipsius. Offerimus etiam nos paratos ponere vallem de Herany in manu sequestri seu manibus sequestrorum, & compromittere pro ipso Domino nostro Rege & suo nomine vobiscum super possessione & etiam jure dictæ vallis, & insuper facere & complere pro ipso Domino nostro Rege omnia & singula ad præmissa pertinentia quæ circa ipsa per ipsum Dominum nostrum Regem facienda sunt & complenda juxta pacis Tractatum & secundùm tenorem papalium Rescriptorum super iis confectorum, dum tamen dictus Dominus Jacobus vel vos aut alii pro ipso impleveritis quæ implenda sunt Dominis Franciæ & Majoricarum Regibus ac valitoribus & Subditis eorundem, ea scilicet quæ secundùm Tractatum pacis habitum coram sanctissimo Patre nostro Domino summo Pontifice inter eundem Dominum Regem Franciæ & germanum ipsius Dominum Karolum Valesiæ & Alançonii Comitem seu Nuncios eorumdem ex parte una, & ipsum Dominum Jacobum de Aragonia seu Nuncios & Procuratores suos ex altera, & juxta tenorem papalium Rescriptorum adimplenda existunt, ea quæ per ipsum summum Pontificem ordinata sunt & in suis contenta Litteris, & specialiter quoad restitutionem Regni Majoricarum & Insularum Minoricæ & Eviçæ & aliorum eidem Regno adjacentium, necnon castris & villis de Rippis inclito Domino Jacobo Regi Majoricarum dicti Domini Regis valitori aut ejus certo mandato faciendam, restitueritisque insuper & feceritis quæcunque alia restituenda & facienda sunt ex parte dicti Domini Jacobi de Aragonia prædictis Dominis Franciæ & Majoricarum Regibus ac valitoribus & Subditis eorundem juxta pacis Tractatum prædictum & Ordinationem Domini Papæ prædictam. Super quibus aliàs meminimus nos interpellasse per Litteras & solempnes Nuncios nostros prædictum Dominum Jacobum de Aragonia, prout in Instrumentis publicis inde confectis apud Valentiam in præsentia ipsius Domini Jacobi plenius & latius continetur. Et super quibus etiam vos dictos Dominos Vicarium & Judicem Nuncios seu Procuratores ejusdem Domini Jacobi de Aragonia & ipsum Dominum Jacobum per vos majori qua possumus instantia iteratò interpellamus ut omnia & singula quæ per dictum Dominum Jacobum tam super restitutione Regni Majoricarum & Insularum prædictarum & aliorum eidem Regno adjacentium quàm castris & villis de Rippis & aliorum quæ ex parte dicti Domini Jacobi de Aragonia adimplenda & perficienda existunt, omnino compleatis. Et si fortè prædicta completa non sunt aut non fuerint per dictum Dominum Jacobum de Aragonia juxta prædictum pacis Tractatum & Ordinationem Apostolicam termino ad hoc præfixo seu per eundem summum Pontificem assignato vel ordinato, protestato & salvo quòd non intendimus recedere nec volumus à dicto termino sic præfixo seu ordinato ad hujusmodi complenda per dictum summum Pontificem, sed volentes quòd lapsus illius termini illum quem potest & debet sortiatur effectum, requirimus & interpellamus ut suprà vos nomine ipsius Domini Jacobi, & ipsum per vos, ut nihilominus quantocyus post terminum jam lapsum moram quam dictus Dominus Jacobus contraxit in istis ipse vel vos aut alii pro ipso purgare curetis; aut quod factum non est nec completum ex parte ipsius Domini Jacobi interpellamus & requirimus quòd illud idem Dominus Jacobus vel vos aut alii pro ipso quantocyus implere curetis, prout Ordinatio Apostolica ad hæc ipsum astringit. Et ne forsitan quis prior complere debeat, nos videlicet vel vos, quæ secundùm Tractatum pacis & Ordinationem Apostolicam ab utraque parte, & à nobis, & à vobis, nomine Dominorum nostrorum complenda sunt, quæstio aut scrupulum aut cujuscunque subterfugii occasio valeat suboriri, ad hoc tollendum omnino offerimus vobis, si tamen habetis super iis quæ hinc inde facienda incumbunt à vestro Domino potestatem, & per vos dictos Domino vestro obtionem ut eligatis duorum alterum, videlicet quòd per nos primitus impleantur prædicta quæ implenda sunt à prædictis Franciæ & Majoricarum Regibus, & vos præstetis nobis securitatem seu firmitatem nobis acceptabilem & indubitabilem de complendo ilico post infra diem certam & convenientem quæ complenda suprà petiimus & interpellavimus facienda, prout in dictis Litteris nostris ac in Instrumentis publicis hæc interpellatio & quædam alia pleniùs continentur, aut scilicet quòd primitus restitutionem Regni Majoricarum & Insularum & aliorum eidem Regno adjacentium, necnon & castri & vallis de Rippis, & aliorum quæ ex parte ipsius Domini Jacobi de Aragonia implenda & perficienda existunt juxta dictum pacis Tractatum & Ordinationem Apostolicam ex nunc re & verbo, prout erit possibile, faciatis, & absque disgressu non necessario & moræ dispendio restitutionem prædictorum & eorum quæ sui natura insunt tali restitutioni continuare curetis. Et nos offerimus in continenti absque intervallo temporis rei agendæ non necessarii præstare vobis firmitatem acceptam secundùm dictamen vestrum & vestro arbitrio, naturæ rei de qua agitur convenientem, quæ complenda sunt ex parte dictorum Dominorum Regum Franciæ & Majoricarum, & nobis complenda mandantur, scilicet super dicta restitutione prædictorum castrorum, fortaliciorum, & stabilium, & aliorum complendorum, prout superiùs continetur. Quibus quidem oblationibus, petitionibus, interpellationibus, protestationibus, & obtioni seu obtionibus suprascriptis prædicti Domini Bremundus de Monteferrario & Jacobus de Muredine Milites & Arnaldus Bajuli Nuncii seu Procuratores dicti Domini Regis Majoricarum pro ipso & nomine ipsius consentientes obtulerunt, petierunt, interpellaverunt, & protestati fuerunt, & obtionem dederunt, quatenus ad ipsum Dominum Regem Majoricarum pertinet

ANNO 1297. 1298.

(1) *Anno Incarnationis.* Voyez la Note sur la Date de la Piece precedente. Elle servira d'Interpretation à celle-ci. [DUM.]

ANNO 1297. 1298.

tinct seu pertinere potest vel debet, in omnibus & per omnia præfatis Nunciis seu Procuratoribus dicti Domini Jacobi de Aragonia sicut per præfatos Dominos Carcassonensem Episcopum & Magistrum Petrum de Bituris Nuncios seu Procuratores dicti Domini Regi Franciæ oblatum, petitum, interpellatum, protestatum, & obtioni datum extitit, prout superiùs continetur. Quorum omnium præscriptorum prædicti Procuratores seu Nuncii prædicti Domini Jacobi de Aragonia copiam sibi fieri petierunt, ut super illis deliberare valeant & ad ea respondere, si eis videatur fore respondendum. Quam copiam & transcriptum omnium prædictorum prædicti Domini Procuratores seu Nuncii dictorum Franciæ & Majoricarum Regum concesserunt & fieri etiam mandaverunt in crastinum mane apud Panissars. Et cùm dicti Procuratores seu Nuncii dicti Domini Jacobi de Aragonia requisiti fuissent per præfatos Nuncios seu Procuratores dictorum Dominorum Regum Franciæ & Majoricarum quòd de mandato suo copiam eis facerent, iidem Nuncii seu Procuratores dicti Domini Jacobi de Aragonia ostensa & publicè lecta quadam Littera patenti sigillo ipsius Domini Jacobi, ut prima facie apparebat, pendenti cereo sigillata, copiam de dicta Littera seu Mandato, sine tamen die & anno & aliquo titulo dignitatum ipsius Domini Jacobi, concedentes, tradiderunt quandam papyri cedulam prædictis Procuratoribus seu Nunciis prædictorum Regum pro transcripto dictæ Litteræ seu Mandati prædicti. Cujus cedulæ tenor talis est. JACOBUS &c. Confidentes de fide & discretione fidelium nostrorum Berengarii de Castro Eulino Vicarii Gerundæ, Raymundi de Toylano & Raymundi Calucti Judicum nostrorum, eis & cuilibet eorum in solidum recipiendi castra, fortalicia, & stabilia omnia quæ illustris Rex Franciæ & inclitus Dominus Jacobus patruus noster vel alius pro ipso Rege Franciæ seu nomine suo tenent occasione guerræ inter nos & prædecessores nostros & dictum Regem Franciæ diù motæ & omnia alia quæ per dictum Regem Franciæ juxta Tractatum pacis qui per dictum Regem Franciæ & illustrem Karolum fratrem ejus ac Procuratores & Nuncios eorum ex una parte, & per nos, Procuratores, & Nuncios nostros ex altera coram summo Pontifice concessus extitit & firmatus, & per ipsum summum Pontificem approbatus & confirmatus, debent nobis fieri & compleri à venerabili Petro Carcassonensi Episcopo & Petro de Bituris Succentore Aurelianensi, qui à prædicto Rege Franciæ restituendi nobis prædicta castra, fortalicia, & stabilia, & faciendi & complendi omnia supradicta plenam habent & liberam potestatem, & consentiendi etiam & firmandi quòd vallis de Herany ponatur & sit in scquestro Romanæ Ecclesiæ, & quòd de possessione ejusdem vallis, salvo jure proprietatis utrique Parti, cognoscatur, prout in Tractatu pacis prædicto extitit ordinatum & continetur in eo, auctoritate præsentium plenariam tribuimus & concedimus potestatem, ratum & firmum habituri quicquid per ipsos vel eorum alterum super prædictis fuerit pro nobis & nomine nostro factum. In cujus rei testimonium &c. Acta sunt prædicta apud Panissars in Ecclesia prædicta beatæ Mariæ anno & die prædictis, præsentibus ad hæc venerabilibus & discretis viris Dominis Guillelmo de Castillione Archidiacono Carcassonensi, Stephano Cadelli Priore de Betolla, Geraldo Aderro Domicello, Bernardo Columbi Notario de Figuriis, Eueno Guillemoti Rectore Ecclesiæ de Monteclaro, & Bartholomæo Vesiani publico auctoritate imperiali Notario, testibus ad hæc vocatis specialiter & rogatis, & me Laurentio Plasense Notario publico Perpiniani. Quo crastino supradicto, scilicet pridie Kal. Februarii, tricesima prima die mensis Januarii, mane, anno prædicto, convenerunt apud Panissars in Ecclesia beatæ Mariæ prædicta suprascripti Nuncii seu Procuratores dictorum Dominorum Franciæ & Majoricarum Regum ex parte una, & prædicti Vicarius & Judex Gerundensis Nuncii seu Procuratores dicti Domini Jacobi de Aragonia ex altera. Et tunc iidem Procuratores seu Nuncii ipsius Domini Jacobi de Aragonia protestati fuerunt pro ipso & obtulerunt prædictis Procuratoribus seu Nunciis dictorum Regum ut infrà sequitur, & easdem protestationes & oblationes scriptas tradiderunt in quadam papyri cedula; quasque etiam protestationes & oblationes in effectu heri in loco prædicto fecerant Dominis Procuratoribus seu Nunciis Regum prædictorum. Cujus papyri cedulæ dictas protestationes & oblationes continentis tenor talis est.

ANNO 1297. 1298.

NOVERINT universi quòd anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, pridie Kal. Februarii, nos Berengarius de Castro Eulino Vicarius Gerundæ & Bisulduni pro Domino Rege Aragoniæ, & Raymundus Calueti Judex ipsius Domini Regis Procuratores dicti Domini Regis Aragoniæ in hac parte, protestamur vobis venerabilibus viris Domino Petro Episcopo Carcassonensi & Petro de Bituris Succentori Aurelianensi Nunciis seu Procuratoribus illustris Regis Franciæ quòd nos nomine Domini Regis Aragonum sumus parati & offerimus nos paratos recipere castra, fortalicia, & stabilia, si ea nobis tradere volueritis, quæ illustris Rex Franciæ & inclitus Dominus Jacobus patruus dicti Domini Regis Aragonum vel alius pro ipso Rege Franciæ seu nomine suo tenent occasione guerræ inter Dominum Regem nostrum Aragonum & prædecessores dicti Domini Regis & dictum Regem Franciæ diù motæ. Sumus etiam & offerimus nos paratos firmare, ponere, & consentire pro Domino Rege Aragoniæ antedicto quòd vallis de Aran sit in sequestro Romanæ Ecclesiæ, & quòd de possessione ejusdem vallis, salvo jure proprietatis utrique Parti, cognoscatur, prout in Tractatu pacis habito inter prædictos illustrem Regem Franciæ & illustrem Karolum ejus fratrem ac illustrem Regem Aragonum, vel eorum Nuncios ordinatum extitit & conditum. Qua papyri cedula lecta & tradita, prædicti Domini Procuratores seu Nuncii dictorum Dominorum Regum Franciæ & Majoricarum obtulerunt eisdem Procuratoribus seu Nunciis dicti Domini Jacobi de Aragonia, petierunt, interpellaverunt, protestati fuerunt, & obtionem dederunt in omnibus & per omnia sicut heri fecerant, & prout superiùs continetur, requirentes eosdem Procuratores seu Nuncios dicti Domini Jacobi de Aragonia quòd ad præmissas oblationes, petitiones, interpellationes, protestationes, & obtiones responderent, & quòd copiam & transcriptum eorundem reciperent; quod transcriptum paratos eis incontinenti tradere se dixerunt. Qui respondentes dixerunt quòd non habebant potestatem respondendi ad præmissa à dicto Domino suo, nec recipere transcriptum prædictum curabant; quia nec mandatum habebant ad hoc à dicto suo Domino, ut dixerunt, asserentes quòd non venerant, nec potestatem aliam habebant, nisi solùm ad recipiendum castra, fortalicia, & stabilia prædicta, & ad facienda alia quæ in suprà proximè scripta papyri cedula per eos tradita continentur. Acta sunt hæc omnia suprascripta apud Panissars anno, diebus, mense, & loco prædictis, præsentibus ad ea omnibus testibus suprà nominatis seu scriptis ad hæc specialiter vocatis & rogatis, & me dicto Laurentio Plasense publico Notario Perpiniani, qui præmissis omnibus & singulis actis apud Panissars in Ecclesia beatæ Mariæ prædicta per dictos Dominos Procuratores seu Nuncios dictorum Dominorum Franciæ & Majoricarum Regum ac prædicti Domini Jacobi de Aragonia illustris præsens unà cum dictis testibus interfui, & requisitus ac mandatus ab eisdem Procuratoribus seu Nunciis dictorum Dominorum Regum Franciæ & Majoricarum hæc omnia suprascripta manu propria scripsi, & in hanc publicam formam redegi, & hoc meo solito signo signavi.

CXCVI.

Litteræ OTHONIS *Domini de Buren &* ALARDI *Filii ipsius, quibus fatentur, quòd* REINALDO *Comiti Gelriæ ob perpetratum excessum castrum suum* Buren *resignârint, & in Feudum ab eodem receperint. Datum feria quintâ post octavas Paschæ Anno* 1298. [J. J. PONTANUS Hist. Gelricæ lib. 6. pag. 170.] 1298. 7. Avril.

UNiversis præsentes Litteras visuris Otho miles, Dominus de Buren, & Alardus suus filius salutem in perpetuum & gestæ rei cognoscere veritatem. Noverint præsentes & posteri, quod nos ab excessu perpetrato, contra illustrem virum Dominum Reinaldum Comitem Gelriæ, castrum nostrum ab Buren ob gratiam ejus obtinendam in manus prædicti Domini absolutè resignavimus: & idem Dominus noster ob multimodas preces amicorum nostrorum idem castrum nobis reddidit in feudo ab ipso & suis hæredi-

ANNO 1298. hæredibus ſucceſſoribus tenendum & habendum, & ipſum caſtrum in feudum accepimus ab eodem, quod de eodem ſui liberi erimus fideles, & nihil contra ipſum auxilio nec conſilio attentabimus, quod liberi fideles contra ſuum Dominum facere non tenentur, & non ſuſtinebimus quod ex ipſo caſtro aliquod damnum ſibi ſeu ſuis ſeu ſuæ Terræ aliquatenus inferatur; quod ſi contigerit, quod abſit, hoc ſibi emendabimus. Si verò tempore guerræ ſeu diſcordiæ præfatus Dominus noſter ſeu ſui hæredes prædicto caſtro indigeant, ipſum caſtrum ſibi & ſuis ſine contradictione tradetur & aperietur, quod in ipſo caſtro ſuum poſſint facere profectum & utilitatem, quâ guerra & diſcordia terminatâ, ipſum caſtrum nobis reddetur, & ſi tempore guerræ ſuæ ipſum caſtrum a nobis non requiſierit, ipſum ſub noſtris laboribus & expenſis ſervemus & teneri faciemus: Et in præmiſſorum teſtimonium & robur ſigilla noſtra appoſuimus præſenti ſcripto. Datum anno 1298. feria quinta poſt octavas Paſchæ.

CXCVII.

30. Juin. *Inſtrumentum Traditionis per Procuratores Regis Franciæ & Comitis Andegavenſis factæ Regi Majoricarum de Caſtris & Locis in bello de Rege Aragonum partis, ut ea eodem Regi reſtituet, vel reſtituere faciat; quod & ipſe Rex Majoricarum pollicetur, ſub ſacramento, præſtare & complere. Actum in Caſtris prope Argilers Elnenſis Diœceſis die 30. Junii, 1298. anno IV. Pontificatus* BONIFACII *Papæ Indictione XI.* [STEPH. BALUZII Vitæ Papar. Avenion. Tom. II. col. 51. Ex vetuſtiſſimâ ſchedâ.]

NOTUM ſit univerſis hoc præſens Inſtrumentum publicum inſpecturis quòd nos Petrus permiſſione divina Carcaſſonenſis Epiſcopus & Petrus de Bituris Succentor Aurelianenſis Nuntii & Procuratores ad infraſcripta excellentiſſimi Principis Domini Philippi Regis Franciæ illuſtris & incliti Domini Karoli ejus germani Valeſiæ, Alençonii, Carnotenſis, & Andegavenſis Comitis, attendentes & conſiderantes in Ordinatione ſummi Pontificis facta per eundem tempore Tractatus pacis inter dictos Dominos noſtros ſeu eorum Nuntios & Procuratores ex parte una & magnificum Dominum Jacobum Regem Aragoniæ ſeu ejus Procuratores & Nuntios ex altera, & in ipſo Tractatu pacis inter cetera contineri quòd omnia ſtabilia capta hinc inde occaſione guerræ quæ tunc erat inter dictas Partes, adjutores & valitores & ſubditos eorundem, hinc inde debere reſtitui ſive reddi, idcirco nos volentes perficere & adimplere quæ dictis Dominis noſtris perficienda & adimplenda incumbunt ſecundùm tenorem Tractatus pacis & Ordinationis prædictorum, caſtrum de Salvaterra & caſtra ſeu loca de Vl & de Filera ſita in Aragonia capta occaſione dictæ guerræ per gentes dictorum Dominorum noſtrorum, auctoritate & poteſtate à dictis Dominis noſtris datis nobis & conceſſis, vobis Domino Jacobo Regi Majoricarum illuſtri tradidimus verbo, & ipſa realiter & de facto vobis ſeu illi quem ſuper hoc duxeritis deputandum auctoritate qua fungimur tradi per gubernatorem Navarræ præcipimus & mandamus, per vos illuſtriſſimo Regi Aragonum antedicto vel ejus certo Mandato pro ipſo reſtituenda ſecundùm Ordinationis papalis tenorem quando per eum vel ejus certum Mandatum fueritis requiſiti, vel etiam non requiſiti, prout fore vobis videbitur faciendum. Et nos dictus Rex Majoricarum dictum caſtrum de Salvaterra & loca prædicta de Vl & de Filera recipientes nomine & vice veſtri Domini Regis Aragonum boni nepotis noſtri, promittimus caſtrum & loca prædicta cum omnibus pertinentiis & juribus eorundem reſtituere vobis vel Lupo Ferrant Procuratori veſtro generali in Aragonia quandocunque per vos vel veſtrum certum Mandatum fuerimus requiſiti, ita tamen quòd nobis liceat caſtrum & loca prædicta vobis vel dicto Procuratori veſtro ſeu ejus locumtenenti reſtituere quantumcunque non fuerimus requiſiti. Et quòd prædicta omnia teneamus & obſervemus & inviolabiliter compleamus ſuper hoc ad ſancta Dei Evangelia juramus à nobis corporaliter gratis tacta, & nihilominus homagium vobis ore & manibus facimus in præſenti. In cujus rei teſtimonium hoc præſens Inſtrumentum ſigillorum noſtri Regis Majoricarum & Nuntiorum prædictorum appenſione duximus roborandum. Acta ſunt hæc in caſtris prope Argilers Elnenſis Dioceſis anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo. Indictione undecima, trigeſima die menſis Junii, Pontificatus Domini Bonifacii Papæ VIII. anno quarto, præſentibus Reverendo Patre Domino R. Dei gratia Epiſcopo Elnenſi, venerabili fratre Raymundo de Ripellis Caſtellano Empoſtæ Magiſtro Ordinis Hoſpitalis in Aragonia & Cathalonia, Dominis Gaufrido Abbate Fuxenſi, Poncio Præpoſito Solſonenſi, Bernardo de Sarriano, Bermundo de Monteſerrario, Jacobo de Mora, Berengario de Villareguto Militibus, fratre Raymundo de Guardia Ordinis militiæ Templi, Arnaldo Bajuli Juriſperito, Guillermo de Podio Orſila, teſtibus ad hoc vocatis, & me Bartholomæo Voſiani publico auctoritate imperiali Notario, qui hæc omnia manu ſcripſi propria, & etiam ſigno meo ſolito ſignavi requiſitus & mandatus.

ANNO 1298.

Litteræ JACOBI *Regis Aragonum de Reſtitutione facienda* JACOBI *Regis Majoricarum in Regnum ſuum cum Inſulis Minoricæ & Eviſſæ, ad primam inſtantis Menſis Auguſti, ea tamen conditione, ut fiat ſibi prius Reſtitutio Caſtrorum inibi notatorum, vel ſibi ſufficienter conſtet quò minùs ea fieret. Actum in Caſtris prope . . . . Diœceſis Elnenſis pridie Kal. Julii* 1298 [STEPH. BALUZII Vitæ Papar. Avenion. Tom. II. col. 44. Ex Authentico.]

NOTUM ſit univerſis quòd nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valenciæ, & Murciæ, & Comes Barchinonæ, attendentes & conſiderantes quòd nos tertio Kal. Julii anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo ſollempniter nos obligavimus & firmiter nos aſtrinximus vobis Domino Jacobo Dei gratia Regi Majoricarum, Comiti Roſſilionis & Ceritaniæ, & Domino Montiſpeſſulani cariſſimo patruo noſtro, & vobis venerabili Petro Epiſcopo Carcaſſonenſi & Petro de Bituris Succentori Aurelianenſi Nunciis & Procuratoribus illuſtriſſimi Regis Franciæ & incliti Karoli Alanconii, Valeſii, Carnotenſis, Andegavenſis Comitis ejus germani, de reſtituendo vobis Regi Majoricarum prædicto vel veſtro certo Mandato in inſtanti feſto Nativitatis Domini Regnum Majoricarum & Inſulas Minoricæ & Eviſſæ & alias Inſulas eidem Regno adjacentes, necnon caſtrum & vallem de Rippis, prout continetur in Inſtrumentis dicta die receptis, ſcriptis manu Michaelis Rotlandi Notarii publici Perpiniani, ob honorem & amorem conſanguinei noſtri Regis Franciæ antedicti, & ob ſinceræ dilectionis affectum quam ad vos Regem Majoricarum cariſſimum patruum noſtrum ſingulariter..... oſtendendum magis & clarificandum bonum animum noſtrum & bonam voluntatem & intentionem quam ad vos habemus, non recedentes ab obligationibus antedictis, nec eiſdem in aliquo detrahentes, nec ipſarum novationem aliquam facientes, ſed eaſdem corroborantes & fortificantes..... adhærentes promittimus vobis kariſſimo patruo noſtro Regi Majoricarum prædicto & vobis Nunciis & Procuratoribus antedictis nos reſtituturos vobis vel veſtro certo mandato hinc ad primam diem inſtantis menſis Auguſti, quæ intitulatur Kal. Auguſti, Regnum Majoricarum & Inſulas Minoricæ & Eviſſæ & alias eidem adjacentes, necnon caſtrum & vallem de Rippis, tenenda per vos & habenda à nobis ſimul cum alia Terra veſtra juxta conventiones, pacta, & conditiones factas & facta dudum inter illuſtriſſimum Dominum Petrum felicis recordationis patrem noſtrum..... noviter renovatas & renovata, prout conſtat per publicum Inſtrumentum manu Michaelis Rotlandi Notarii publici Perpiniani factum, volentes & mandantes & præcipientes quod nobilis Raymundus Fulconis Procurator noſter generalis in Cathalonia ſe vobis cum ſacramento & homagio obliget..... de reſtituendo vobis dictum Regnum Majoricarum & Inſulas antedictas dicto tempore; facta tamen nobis priùs reſtitutione caſtrorum inferiùs notatorum; vel etiam non facta dicta reſtitutione, ſi per nos vel partem noſtram ſtaret quò minùs fieret reſtitutio dictorum

ANNO 1298. torum caſtrorum, & poſita valle de Aran in manu veſtri Regis Majoricarum tamquam in manu ſequestri, traditiſque vobis nomine noſtro recipienti caſtro de Salvaterra & locis de VI & de Flera, de quorum vallis & caſtri de Salvaterra & locorum VI & de Flera poſitione in manu veſtra credatur ſolo ſimplici verbo veſtro vel Litteræ veſtræ bona fide ſine..... Raymundo Fulconis. Et quòd ita teneamus & compleamus, & quòd contra prædicta vel aliquod prædictorum non veniamus, bona fide & per ſtipulationem vobis promittimus ſub bonorum noſtrorum omnium Hypotheca, & juramus ad ſancta Dei quatuor Evangelia à nobis gratis tacta. Et homagium..... præſenti. Ad hæc nos Raymundus Fulconis Dei gratia Vicecomes Cardonæ de Mandato dicti Domini Regis Aragonum, quod nos Rex Aragonum confitemur eſſe verum, tenentes Regnum Majoricarum & Inſulas antedictas nobis commendatum & in manu noſtra poſitum..... Aragonum, ut meliùs & commodiùs poſſit fieri reſtitutio eorundem vobis Domino Regi Majoricarum prædicto promittimus vobis dicto Domino Regi Majoricarum quòd facta priùs per vos dictorum caſtrorum reſtitutione, vel etiam non facta, ſi per nos ſtaret quò minùs fieret reſtitutio dictorum..... Majoricarum cum Inſulis Minoricæ & Eviſſæ & aliis eidem Regno adjacentibus vobis reſtituamus vel veſtro certo Mandato hinc ad primum diem inſtantis menſis Auguſti, quæ intitulabitur Kal. Auguſti. Et quòd ita teneamus & effectualiter compleamus, promittimus vobis dicto Domino..... noſtrorum omnium hypotheca, & juramus ad ſancta Dei quatuor Evangelia à nobis gratis tacta, & homagium inde vobis facimus ore & manibus in præſenti. Nomina autem caſtrorum reſtituendorum per vos dictum Regem Majoricarum ſunt hæc, videlicet caſtra de Caſtronovo..... Podio, de ſancto Felice, medietas caſtri & villæ de Cereto, ſalvo tamen jure Dominæ Avæ matris Jazberti de Caſtronovo in dictis caſtro & villa de Cereto; de Baſtida, ſalvo jure veſtri Domini Regis Majoricarum ratione obligationis quam inde habetis ratione ceſſionis vobis factæ per nobilem..... Arnaldum de Corſavino ratione novem milium ſolidorum Melgorienſium. Item caſtrum de Rainio, verbaliter tamen & etiam realiter ſoluto debito pro quo eſt obligatum vobis. Item caſtrum de Palaudano, item de Fontanils, item de Rocabertino, item de Capmayn, item de Capraria, item de Maſſanes, item de Cantabris, item de Joncheria, item de Requeſen, item de Avalrino, ſalvo jure Ferrariæ & filiarum ſuarum. In quorum teſtimonium hoc præſens Inſtrumentum publicum & authenticum ſigillorum noſtri Regis Aragonum & Raymundi Fulconis prædictorum appenſione duximus roborandum. Actum eſt hoc in caſtris prope..... Dioceſis Elnenſis, videlicet pridie Kal. Julii, anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo. Signum Jacobi Dei gratia Regis Aragonum prædicti, qui hoc laudamus, firmamus, & juramus. Signum Raimundi Fulconis prædicti, qui hoc laudamus, firmamus, & juramus. Signum Reverendi Domini Raymundi Dei gratia Epiſcopi Elnenſis, fratris Raimundi de Ribeles Caſtlani Empoſtæ Magiſtri Hoſpitalis in Aragonia & Catalonia, fratris Raimundi de Guardia Ordinis militiæ Templi, venerabilis Jaufredi Abbatis Fuxenſis, Jacobi de Muredine & Berengarii de Vilaragut Militum, teſtium. Michael Rotlandi Notarius publicus Perpiniani hanc cartam ſcripſit Mandato Domini Regis Aragonum & nobilis Raimundi Fulconis prædictorum, & hoc ſignum fecit.

CXCVIII.

20. Octob. *Litteræ* ALBERTI *Romanorum Regis de Infeudatione Villæ* Ive *in* FRIDERICUM II. *Ducem Lotharingiæ ſuoſque hæredes, & ſucceſſores. Datum* 13 *Kal. Novemb. anno Domini* 1298. *Indictione XII.* [BALEICOURT, Traité Hiſtor. & critique de la Maiſon de Lorraine. *Aux preuves.* pag. lxxxxviii.]

ALbertus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis Sacri Romani Imperii Fidelibus. Romani Imperii zelator honoris magnificus, Illuſtris Fridericus Dux Lotharingiæ, Princeps noſter dilectus, non dubitans ſibi cedere ad gloriam & honorem, ſi Nos & Imperium congruâ colens reverentiâ, Imperiali ſe applicet & arctiùs ditioni, Villam de Ive ſibi jure proprietario pertinentem in manibus noſtris, ſponte ceſſione libera aſſignavit, à Nobis & Imperio infeodari cupiens de eadem. Nos itaque votis ſuis benignius annuentes, dictam Villam ipſi Duci, hæredibus ſuis, cum banno & appenditiis ſuis liberaliter duximus conferendam à Nobis, & Imperio tenendam titulo feodali, ſicut alia feoda Imperialia dignoſcitur obtinere; & ut placida benevolentiæ ſuæ merita gratioſus auguſtalis beneficentiæ favor excipiat, memorato Duci & hæredibus ſuis regia benignitate concedimus, & liberaliter indulgemus, ut in prædicta Villa cudere ſibi & eiſdem hæredibus ſuis monetam liceat, & opus monetarium exercere, quemadmodum alii Principes, Barones & Nobiles illius patriæ ſeu Provinciæ, habentes monetas, faciunt, & facere conſueverunt. Regali ſancientes Edicto, ut nullus eundem Ducem in moneta hujuſmodi & gratiis ſibi factis per nos; gravare præſumat, vel audeat impedire. Quod ſi ſecus attentare præſumpſerit, gravem noſtræ Majeſtatis offenſam ſe noverit incurſurum. In cujus rei teſtimonium hanc exinde conſcribi paginam, & ſigillo noſtro Regio juſſimus muniri. Datum 13 Kal. Novembris, Anno Domini 1298. Indictione XII. Regni verò noſtri anno primo.

ANNO 1298.

CXCIX.

1299. 15. Fevrier. *Conſtitutio* ALBERTI I. *Romanorum Regis ne bona ad Eccleſiam devoluta à conſuetis tributis eximantur. Datum apud Franckinfurt* 15. *Kal. Martii Anno Domini* 1299. *Regni ſui I. Indictione XII.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales, Tom. I. pag. 316.

NOS ALBERTUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, ad univerſorum notitiam deducimus per præſentes, quòd volumus, præcipimus & mandamus, quatenus omnia bona infra diſtrictum Civitatis Imperialis conſtituta, quocunque nomine cenſeantur, ad quascunque manus devoluta, & quocunque titulo alienata, ſive ad Religioſos, ſive ad alios, quæ ſteuram ſeu precariam perſolvere conſueverunt, eandem ſteuram ſeu precariam in præſenti perſolvant pariter & in futuro. Datum apud Franckinfurt, XV. Kal. Martii, Indictione XII. anno Dom. MCCXCIX. Regni verò noſtri anno primo.

CC.

5. Juillet. *Lettres de* BAUDOUIN DE BEAUMONT *par leſquelles il déclare s'être volontairement deſſaiſi & devеſti de la Terre de* Beaumont *entre les mains de* JEAN D'AVESNES *Comte de Haynaut ſon Seigneur, duquel il la tenoit en Fief; avec l'acceptation du même Comte. Fait à Valenciennes le* 5. *Juillet l'an de grace* 1299. [MARTENE, Theſaurus novus Anecdotorum, Tom. I. col. 1309. Ex Haſnonienſi Cart. Dominorum de Aveſnis.]

JOu BAUDUINS Eſcuyer Sires de Biaumont, fuls jadis à noble homme Monſigneur JEHAN d'Aveſnes, fac ſavoir à tous chiaus ki ces preſentes Lettres veront & oront, que pour le vraie amour, & le grant bien, que treshaut Sires & poiſſans me tres chers & amés Sires meſires JEHANS d'Aveſnes Cuens de Haynnaut, & Medame PHELIPPE ſe chiere compaigne Conteſſe de Haynnau ont monſtret par œvre à JEHAN men frere cui Dieus abſolle, & à mi, & pour le ferme eſperanche que j'ai en jauls à avoir au ſalut & au pourfit de m'aume & de men cors plus ke en nus autres vivans de me boine volentet, & de me pure liberaulitez, ſans deſtrainte & ſans enhortement d'autruy poiſſans, de mi, en men boin ſens, en me boine memoire, & en ſain avis ai reporteit tout abſoluement & entierement, bien & ſouffiſſamment en le main Monſigneur le Conte devantdit, Biaumont & toutes les appendanches, & le fief tout entirement que jou tenoi de lui pardevant pluiſeurs de ſes hommes de fief nes

per

ANNO 1299. per pour chou & à chou speciaument apiéles & assenlés, c'est assavoir, HENRY Signeur de Liny, JEHAN de Jenvile signeur d'Anserville, BAUDRI Signeur de Roisin, BAUDUIM d'Aubrechicourt, BAUDUIN de Montigny, NICHOLOM de Housdeng, GRART Signeur d'Escaillon Chevaliers, HUON Conte de Soissons Signeur de Chimay, RENAUT d'Audenarde Prevost de Rothnay, JEHAN de S. Amant Prevost des Eglises de Mons, PH. de Puy, BAUDUIN dou Caisnoy Doyen de Songn. JEHAN de Maub. Canone de Condé, JEHANS de Housdeng, DRUART dou petit Caisnoy, COLART de Chastiel, & JEHAN Cauffethire, & m'en suis desherités, desviestis, & horsmis bien, & aloy dou tout en tout, & tant en ai fait, que je n'y ai, ne retienth riens pour aheriter JEHAN de Haynnau son aisnet fils, men très-chier & aimé cousin. Et en conjura mesires li Cuens devantdis Monsigneur JEHAN de Jenville Signeur d'Anserville seu homme sur se foyautet; que il desist par jugement se iou de ce fief devantdit avoie tant fait, que je n'y avoie riens, & se je m'en estoie desheritès, desvestis, & horsmis bien, & aloy. Liquels mesires JEHANS conjurés & consillies sour chou à ses pers là presens, dist pour droit par jugement, que iou selonc le loy, le coustume & l'usaige de le terre & dou pays de Haynnau avoie reportet ledit sief en le main Monsigneur le Conte devantdit, & m'en estoie desheriteis, desvesteis, & hors mis bien & à loy sousisslanment, & tant en avoie fait, que je n'y avoie mais riens, & que mes chers Sires devantdis en pooit bien & à loy aheriter Jehan sen fil, men chier cousin devantdit, & de chou l'ensuirent li homme Monsigneur le Conte devant nomei concordalement.

Aprés mes chiers Sires devantdis adherita JEHAN sein aisnet fil, de Biaumont, des appendanches, & de tout le fief devantdit entierement, bien, & à loy pardevant ses hommes devantdis, & lidis JEHANS en entra en le fayautei & el homage mon chier Signeur devant nommet.

En derechief Mesires li Cuens devantdis conjura Monsigneur JEHAN de Jenville par sen serment qu'il li desist par jugement se Jehan ses ainsnes siuls estoit bien & à loy aherités de Biaumont, des appendance, & de tout le sief ke je avoie tenut de Monsigneur le Conte devantdit, douquel je estoie desherités bien & à loy, si com dit est. Liquels Mesires JEHANS de Jenville conjurés & conseillés à ses pers sousisslanment dist pour droit par jugement, que lidis JEHANS mes cousins estoit aheritès bien & à loy de Biaumont, des appendances, & de tout le fief devant nommés, & bien en estoit en le loyauté en l'omaige de mon chier Signeur devant nommet. Et dist toutes ses coses y estre bien faites, & à loy selonc le loy, l'usaige & le coustume de le terre & dou pays de Haynnau. Et de chou l'ensuirent li homme Monsigneur le Conte devantdit paisiulement & sans debat, si com j'entench, ou tiesmoingnaige desquelles choses, pour chou que jou n'avoie mies mont grant saiel avoec mi, jou ai mis men petite bulleite, approvée, & conneuhe en court pardevant les hommes Monsigneur le Conte devantdis; & de coi jou usoi en mes besoignes à ces presentes Lettres. En tiesmoingnaige, en seurtei, & en reconnissance des cozes devantdidites. Et ai prijet & requis, prie & requier à men chier Signeur le Conte de Haynnau devantdit, & as hommes devantdis jadis mes pers, que il vœllent iestre souuenaule de ces cozes, & mettre leur saiauls avoec le mien à ces presentes Lettres, en signe de verité de tiesmoignaige & de seurtei.

Et nous JEHANS d'Avesnes Cuens de Haynnau, à le supplication & à le requeste BAUDUIN no chier cousin devantdit, avons mis no saiel à ces presentes lettres avoec le sien, comme suretei des cozes dessusdites. En tiesmoingnaige qu'elles sont bien faites & à loy, & de warandir comme sires. Et nous li homme deseure nommei, à le requeste BAUDUIN de Biaumont à chou & pour chou apielet fumes à toutes les cozes devantdites, com homme de fief à Monsigneur le Conte de Haynnau, no chier & amet Signeur devantdit, & jadis per ledit BAUDUIN. Et les tiesmoignons y estre vraies, & faites bien & à loy, selonc le loy, l'ulaige & le coustume de le terre & dou pays de Haynnau, si com dit est deseure. Er en signe de veriteit, de tiesmoignaige & de surtei, nous en avons mis nos saiauls avec le saiel nodit Signeur, & avec le saiel doudit BAUDUIN à se requeste à ces presentes Lettres.

ANNO 1299.

Ce fu fait à Valenc. en le maison kon dist Monsigneur Pieron Vigerens, le cinquiesme jour dou mois de Jule entrant, l'an de graice MCC. nonante & noeuf.

CCI.

Venditio Castri, & villæ Vexii *nec non territorii* Coxani, *aliorumque locorum ad prædictum castrum & villam pertinentium facta* BONHOMINI DE ASINARIO *ab* ALBERTO *Marchione de* CARRETTO *pro viginti millibus librarum bonorum denariorum Astensium Actum* 10. *Martii Anno* 1300. *Indictione XIII.* CUM *Traditione possessionis Corporalis* 16. *Martii eodem anno.* NEC NON *Transumpto tam de venditione factâ, quam possessione aditâ. Actum in villâ Vexi ubi jus dicitur* 23. *Decembris* 1342. *Indictione X.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.] 1300. 10. Mars.

L. H. T. Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, Indictione septima die vigesimo tertio Decembris. Actum in Platea Villæ Vexii ubi Jus redditur. Presentibus Domino Presbytero Alberto de Camerasco de Monteclaro Canonico Plebis de Vexio. Petro de Rippa, Dominico Galatore, & Bono tempore omnibus de Vexio vocatis & rogatis, quorum præsentia Dominus Guillielmus Brocardus de Vexio Vicarius, & jus reddens totius Terræ, & locorum Dominorum Bonifatii Georgii Petrini & Antonii de Asinariis præcepit, & licentiam dedit mihi Guillielmo Zeverino de Virolengo Notario publico quatenus ad postulationem dictorum Dominorum Bonifatii, Georgii Petrini & Antonii autenticarem infrascriptum Instrumentum non incisum, non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua sui parte viciatum, sed omni suspitione careite & in formam publicam redigerem, ut vim & robur publici obtineat firmitatem; tenor cujus talis est.

L. H. T. Anno Domini millesimo trecentesimo, Indictione decima tertia, die Jovis Decimo Mensis Martii, præsentia testium infrascriptorum Dominus Albertus Marchio de Caretto filius Domini Manfredi, quondam Marchionis de Caretto vendidit, & ex causa venditionis confessus fuit se vendidisse, extradidisse & quasi tradidisse libere & in allodium Domino Bonhomini Asinario, Civi Astensi eminenti pro se heredibus & successoribus suis tam ex Testamento quam ab intestato & habentibus seu habituris causam ab eo Terras, Possessiones, & res & jura infrascripta & infrascriptas, prout inferius continetur & sub pactis & conventionibus infrascriptis. Primo Castrum & Villam de Vexio & Edifitia dicti Castri cum terris & locis Villeriis, & pertinentiis ipsius Castri & Villæ de Vexio, & Terrarum, & locorum prædictorum, quibus Posse Vexii & Villeriis, Terris, locis & pertinentiis ipsius Castri & Villæ coheret, Posse, & Territorium de Coxano, Posse Pirleri, Posse Cepolarum, Posse & Territorium Castri Casteni, Posse Ulmi & Posse Rocchæ. Item omnes Terras & possessiones cultas & incultas, Prata, Vineas, Gerba, Nemora, & Castagneta, Rupes & Alpes, Domos & Sedinia, & quascunque alias Possessiones cujuscunque conditionis existant, pertinentes & pertinentia quocunque modo vel quacunque occasione prædicto Domino Alberto, in dicto Posse de Vexio, & infra fines & Territorium ipsius Castri & Villæ de Vexio, & Terrarum, & locorum, & Villeriorum ipsius Castri, nihil in se de prædictis modo aliquo retinendo. Item totum Dominium consitum, Segoritum aquaticum pascuaticum, Venationem, piscationem, Pascua, Furnos, Molendina, & jura faciendi, & habendi Furnos & Molendina, Camparias, Fodra, Banna, Acconzanita, & successiones & jura succedendi sive jus Patronatus Ecclesiarum, & Capellarum dicti Castri & Villæ de Vexio, & Posse ad dictum Dominum Albertum pertinentia in Vexio & posse, & omnia jura competentia dicto Domino Alberto pro exactione & executione omnium, & sin-

ANNO 1300. gulorum prædictorum. Item totum id & quicquid habet & habere videtur & omne jus competens, vel quod competere videatur quocunque modo causa vel jure ipsi Domino Alberto in dicto Castro, & Villa de Vexio, vel ipsi Domino Alberto, occasione ipsius Castri & Villæ, & locorum & Villeriorum, & Terrarum prædictarum, & in Dominio Consito, & segunrito aquatico, pascuatico, Venatione, Piscatione, Pascuis, Furnis, Molendinis, Campariis, Fodris, Bannis, successionibus, Portonaticis, & Aconzanitis, mero, & mixto Imperio, & omnimoda jurisdictione, Avocatiis, sive jure Patronatus in Ecclesiis, & Capellis Castri, & Villæ de Vexio & posse, & Terrarum, & locorum pertinentium ipsi Castro, & Villæ, vel ipsi Domino Alberto occasione ipsius, in quibuscunque rebus & bonis consistant, & in prædictis rebus & juribus, & occasione ipsarum & ipsorum. Item tertium, sive tertiam partem Pedagii, sive jus tertiæ partis percipiendi, exigendi, & excutiendi pedagium, quod colligitur, seu colligi, & exigi consuevit in Vexio, vel in Posse Vexioni. Item omnes fictus dictos, quartos, quintos, Roxias, carrigia, Capones, Gallinas, Spiarolos, Polastros, Spalas, Porcos, Granum, Anonam, & quoscunque redditus & debituras, & obventiones, quos & quas dictus Dominus Albertus habebat, vel habere debebat, seu haberi debere reperiretur quocunque modo, vel quacunque causa, vel quocunque jure ab hominibus de Vexio, & de posse, & de Terris, & de locis ipsius Castri, & Villæ de Vexio. Item omnes homines & Vassallos, & jura ipsorum hominum, & Vassallorum quos ipse Albertus habebat, & habere debere reperiretur in Castro, & Villa de Vexio, & Posse, & Terris, & Locis, & Villeriis ipsius Castri, & Villæ de Vexio. Item Medietatem totius grani, quod ipse Dominus Albertus habet intus Castrum de Vexio. Item medietatem totius Speltæ, & Anonnæ & Medietatem totius Vini, & omnes Arcas & scrinea, excepto scrineo Dominæ Thiburgiæ, Bancas, & Sedes & Trispes. Item omnes Carrarias, & Tinnas quæ sunt intus Castrum de Vexio, & quæ ad ipsum Dominum Albertum pertinent in dicto loco. Item medietatem totius Fœni, quod est, & esse reperiretur ipsius Domini Alberti. Item medietatem omnium debitorum, qui ex quacunque causa debent ipsi Domino Alberto in dicto loco, & Posse Vexii, seu ad Vexim pertinentibus, seu qui per Vexim distringi consueverunt nihil in se retinendo, sed in ipsum Emptorem pro se, & hæredibus, & successoribus suis totaliter transferrendo. Et hoc pro pretio librarum, viginti millium bonorum denariorum Astensium. Quod pretium dictus Dominus Albertus confessus fuit de integro habuisse, & recepisse a dicto Domino Bonhomine, seu sibi vel alteri pro eo, & de voluntate ipsius integre, & perfecte solutum esse. Et de dicto pretio se vocavit tacitum, & contentum & bene solutum & integre satisfactum. Renuntiandi exceptioni non numeratæ pecuniæ, & non receptæ, & pretii prædicti non habiti, & sibi non soluti, & exceptioni doli mali & in factum conditioni & exceptioni sine causa, vel ex injusta causa, & ne possit dicere, vel opponere, se fore læsum vel circumventum in dicta Venditione ultra dimidiam justi pretii, vel in aliqua parte ipsius pretii, & omni, & cuilibet alii exceptioni & juri. Ea ex prædicta causa Venditionis, & pro pretio supradicto dictus Dominus Albertus cessit & mandavit, dicto Domino Bonhomimini omnia sua Jura omnesque rationes, & actiones reales, & personales, utiles, & directas realia & personalia, utilia & directa sibi competentes, & competentia & quæ eidem quocunque modo vel quacunque occasione competunt, vel competere posse videntur in prædictis Castro, & Villa, & Terris, & locis, & Pertinentiis ipsius Castri, Villæ & Terrarum, & locorum ipsius Castri & Villæ loci prædicti. Et in Terris & Possessionibus cultis & incultis, Pratis, Vineis, Gerbis & Nemoribus, Castagnetis, Rupibus & Alpibus, Domibus & Sedinibus, & quibuscunque aliis Possessionibus ipsi Domino Alberto pertinentibus in loco prædicto & Posse, & districtu ipsius loci & in Dominio consita, Segorito aquatico, pascuatico, Venatione, & Piscatione, Pascuis, Furnis, Molendinis, Campariis, Fodris, Bannis, Successionibus, Portonaticis & Aconzanitis mero & mixto Imperio, & omnimoda jurisdictione, Avocaciis sive Jure Patronatus in Ecclesiis & Capellis Castri & Villæ de Vexio, & Terrarum & locorum ipsius Castri, & Villæ. Item in tertia parte dicti Pedagii, sive percipiendi & exigendi pro tertia parte dictum Pedagium, quod colligitur, seu colligi consuevit in Posse, & finibus Vexi. Item & in fictis dictis quartis quintis Roxiis Carrigiis, Gallinis, Caponibus, Spiaroliis, Solastris, Spalis, Porchis, Grano Blava & Anonna, & quibuscunque redditibus & debituris, quos & quas dictus Dominus Albertus habebat vel habere debebat, seu habere debere reperiretur, quocunque modo, vel quacunque causa, vel jure ab hominibus de Vexio, & Posse, & de Terris, & locis pertinentibus ipsi Castro, & Villæ vel ipsi Domino Alberto occasione ipsius. Item in omnibus hominibus Vassalis, & Juribus ipsorum hominum, & Vassallorum, quos ipse Dominus Albertus habebat, & quos habere debere reperiretur in dicto Castro, & Villa de Vexio & Terris & locis, & pertinentiis prædicti Castri, & Villæ Vexi. Item & in Aquis & rippatu aquarum & aquarum ductu, & in omnibus aliis rebus, & juribus supradictis, & adversus omnes & singulas res prædictas, & adversus quascunque personas, & res tam occasione divisionis factæ inter ipsum Dominum Albertum, ex una parte & Dominum Oddonem de Carreto, ejus fratrem ex altera parte, quam alia quacunque occasione, jure, vel modo & generaliter omnia jura, & omnes actiones sibi competentes, & competentia pro prædictis rebus sibi venditis, & in prædictis rebus venditis & occasione ipsarum rerum venditarum contra quascunque personas & res. Tali modo facta est dicta Venditio, & Jurium cessio per prædictum Dominum Albertum, quod dictus Dominus Bonhomo de cætero per se suosque hæredes & habentes, seu habituros causam ab eo de cætero prædictas res venditas, omnes & singulas habeat teneat quicteque possideat, & ex eis & in eis, quicquid voluerit faciat fine contradictione dicti Domini Alberti suorum hæredum, & cujuslibet personæ. Et de prædictis Juribus, actionibus & rationibus ita possit de cætero agere, causari, excipere & repplicare. Et dicta debita, debituras & pedagia, & omnia alia, & singula supradicta petere, & exigere, & assequi cum effectu & modis omnibus realiter, & personaliter, utiliter & directe uti in Judicio & extra prædictas res omnes & singulas supradictas venditas ut supra habendo tenendo & possidendo, & quasi possidendo, retinendo, & retentione utendo, petendo, & exigendo, & adversus quascunque personas, & res utendo, cogendo, & pænas & banna imponendo & exigendo. Et generaliter modis omnibus quibuscunque, quæ admodum dictus Dominus Albertus, in omnem casum, & eventum facere poterat, vel facere posse videbatur, vel facere potuisset si presentem venditionem, & cessionem non fecisset. In quibus Juribus & actionibus dictus Dominus Albertus constituit dictum Dominum Bonhominem Procuratorem suum, ut in rem suam. Quas res venditas omnes & singulas, & quamlibet earum, & quæ Jura, & quas actiones dictus Dominus Albertus per se, & hæredes suos promisit dicto Domino Bonhomini stipulanti pro se, & hæredibus suis, & successoribus & habentibus & habituris causam ab eo deffendere, auctorizare, desbrigare, & expedire, & vacuam, & expeditam possessionem rerum prædictarum tradere, & deliberare ab omni persona, & personis, Collegio & Universitate. Eo salvo quod ad Communc Astense, dictum Castrum Vexi occasione feudi dicti Communis deffendere minime teneatur, si ab ipso Communi occasione dicti feudi, dictum Castrum appellaretur vel evinceretur. Et prædictam Venditionem & omnia & singula supradicta prædictus Dominus Albertus promisit dicto Domino Bonhomini stipulanti rata & firma perpetuo habere & tenere, & contra ea ullo modo facere vel venire per se vel per alium modo aliquo, aliqua ratione, vel modo de jure, vel de facto, nec ipsi Domino Bonhomini, vel habentibus seu habituris causam ab eo, super rebus, & juribus prædictis vel aliqua ipsarum venditis, & cessis ut supra quæstionem aliquam inferre vel inferrenti consentire per se, vel per alium aliqua ratione, jure vel modo, sed ipsas res & jura ipsi Domino Bonhomini, habere licere. Et si prædicta omnia & singula non attenderet & observaret, vel prædicta omnia, & singula facere nollet, aut non posset, aut quovis ingenio se subtrahere quæreret, tunc ei duplum reficere promisit secundum quod dictæ res venditæ quæ evincerentur, vel non expedirentur melius valuerint, pro tempore melioratæ fuerint, vel extimatione

ANNO 1300.

ANNO 1300. tione pretii rerum prædictarum in loco consimili cum omnibus damnis, expensis, & interesse, quæ, quod, vel quas perinde dictus Dominus Bonhomo, vel habens ab eo causam faceret, incurreret, vel sustineret eundo, redeundo, stando coram Judic. premio mutuo, vel alio quocunque modo occasione prædictis, vel aliqua earum. Credendo de ipsis in ejus verbo simpliciter, & sine Sacramento alia qualibet probatione. Et volens dictus Dominus Albertus transferre Dominium & possessionem seu quasi possessionem prædictarum rerum venditarum, & jurium, rationum, & actionum venditorum in dictum Dominum Bonhominem constituit se tenere & possidere prædictas res venditas, & jura, rationes, & actiones prædictas nomine dicti Domini Bonhominis, quo usque de ipsis rebus venditis, & Juribus cessis dictus Dominus Bonhomo corporalem apprehenderit possessionem, & quasi, quam ei apprehendere liceat quandocunque voluerit sua propria auctoritate, & sine contradictione dicti Domini Alberti Venditoris, suorumque hæredum, & cujuslibet personæ, & sine auctoritate, & decreto cujuslibet Judicis, vel alterius cujuslibet Magistratus, ad quæ facienda, & in Juribus, rationibus & actionibus supradictis constituit dictum Dominum Bonhominem Procuratorem ut in rem suam. Insuper dictus Dominus Albertus promisit dicto Domino Bonhomini stipulanti se facturum, & curaturum sic quod Franceschinus ejus filius de prædictis omnibus, & singulis se tenebit tacitum & contentum, & quod ipse Franceschinus contra prædictam Venditionem ullo modo faciet, vel veniet aliqua ratione, vel modo, & quod in prædictis rebus venditis vel aliqua earum aliquo jure vel modo nullum Jus postulabit, sive requiret, quodque prædictas res, vel aliquam earum aliquo jure vel modo non appellabit, petet, vendicabit sive requiret, & quod perpetuo de prædictis, & omnibus & singulis stabit tacitus, & contentus, & si contrafaceret, vel veniret, promisit eidem Domino stipulanti, eidem Franceschino non dare consilium, auxilium vel favorem, sed eidem Domino Bonhomini restituere duplum rerum quas dictus Franceschinus vel alius pro eo seu habens causam ab eo evinceret a dicto Domino Bonhomine. Et insuper eidem Domino Bonhomini restituere, & resarcire omnia damna & expensas, quæ, quot, vel quas perinde dictus Dominus Bonhomo faceret, incurreret, vel sustineret in Judicio, vel extra eundo redeundo stando coram Judic. præmio mutuo, vel alio quoque modo occasione prædicta, credendo eidem de ipsis in ejus verbis simpliciter sine Sacramento & alia qualibet probatione. Hoc acto in præsenti Venditione & cessione, & Instrumento præsenti in principio, medio, & fine, & inter dictas partes extitit ordinatum pacto speciali inito inter ipsas: Quod dictus Dominus Bonhomo per se, & suos hæredes, seu habentes vel habituros causam ab eo ex causa dictæ Venditionis, & pro pretio supradicto habeat, & habere debeat, & vendita, & cessa esse intelligantur eidem omnia illa Jura, & res quas & quæ Plebs de Vexio habebat in Cesolis, & quæ & quas dicta Plebs dederat in Cambio dicto Domino Alberto pro rebus quas ipse Dominus Albertus dedit in Cambio dictæ Plebi in Vexio, dummodo non inveniretur dictum Dominum Albertum per Instrumenta, vel alia documenta, quæ Dominus Manfredus Marchio de Caretto, quondam ejus Pater, vel ejus Antecessores habuissent, vel fecissent cum Domino Guillielmo de Carretto, sive de Pontibus non posse fecisse dictum Cambium, vel aliquod acquisiviſſe in Cesolis, si vero reperiretur dictum Dominum Albertum non posse acquisiviſſe in Cesolis illa Jura, & res, de quibus fuit factum dictum Cambium ut supra, dictus Dominus Bonhomo dicta jura, & res minime habere possit, vel ei vendita, & cessa esse intelligantur; sed habeat in casu prædicto, venditæque, & cessæ sint, & esse intelligantur illæ res & bona quæ, & quas dictus Dominus Albertus dedit in Cambium in Vexio dictæ Plebi. Et in casu prædicto quo reperiretur dictum Dominum Albertum non posse fecisse dictum Cambium forma alicujus Conventionis, vel pacti initi, vel facti à prædecessoribus suis cum dicto Domino Gulielmo de Pontibus, teneatur, & promisit dicto Domino Bonhomini facere dissolvi dictam permutationem, sive Cambium prædictum ad voluntatem dicti Domini Bonhominis, & facere ita, quod ipse Dominus Bonhomo ipsas res habeat, & habere & pacifice tenere, & possidere possit sine contradictione alicujus personæ. Quæ omnia, & singula supradicta vendita & cessa, & promissa ut supra per dictum Dominum Albertum, idem Dominus Albertus promisit dicto Domino Bonhomini stipulanti solemniter, attendere & observare, & attendi & observari facere cum effectu & hoc sub reflectione & restitutione damnorum & interesse, & expensarum quæ, quod, vel quas perinde dictus Dominus Bonhomo faceret, incurreret, vel sustineret in Juditio, vel extra, eundo, redeundo, stando coram Judic. præmio mutuo vel alio quoque modo prædicto taxatione, vel aliqua earum credendo ei, & habenti ab eo causam de ipsis ejus verbo simplici, & sine Sacramento, & alia qualibet probatione ac Judicis taxatione, & sub obligatione omnium bonorum suorum, quæ perinde ac pro prædictis omnibus, & singulis attendendis, & observandis omnia sua bona mobilia & immobilia habita, & habenda dicto Domino Bonhomini pignore obligavit. Renuntiando in prædictis omnibus, & singulis ne possit dicere, vel opponere se obligatum Fore sine causa, vel sine justa causa, vel dolum, fraudem vel errorem aliquem interveniſſe, vel incidiſſe in præsenti Venditione & Cessione ex proposito, vel re ipsa fori privilegium, ita quod ubique, & sub quolibet Judice, vel Magistratu, suo vel non suo possit realiter, & personaliter conveniri. Renunciando ex certa scientia Privilegio, sive exceptioni Fori, & omni alii exceptioni & deffensioni, & Juri de qua, vel de quo modo aliquo tueri poſſet se. Insuper Dominus Bartholomeus Gavarius Lovazolio Procurator gentilis Dominæ Thiburgiæ Uxoris dicti Domini Alberti, ad promittendum per ipsa, & ejus nomine, & ad renuntiandum juri hyppotecarum & omni juri sibi competenti in dictis rebus venditis occasione suæ dotis, & qualibet alia occasione, ut de Procuratione ipsius apparebat per publicum Instrumentum factum per Conradum Clericum Notarium, hoc anno, & Indictione die decimo octavo Mensis Februarii, & certificatum prædicto nomine per me Notarium infrascriptum de Venditione prædicta, & de jure, quod dicta Domina Thiburgia habebat in rebus, bonis, & juribus traditis, venditis, & cessis ut supra occasione suæ dotis & certa scientia, nomine, & vice dictæ Domini Thiburgiæ, consensu & voluntate dicti Domini Alberti ejus Mariti, Renuncians dicto Domino Bonhomini omnia jura competentia ipsi Dominæ Thiburgiæ in rebus prædictis venditis ut supra, & in bonis dicti ejus Mariti occasione venditionis prædictæ, Renuncians juri Hyppotecæ, Senatus Consulto Velleiano, & omni alii juri & legum statutorum auxilio. Promittens prædicto nomine dicto Domino Bonhomini stipulanti prædictam Venditionem, & omnia & singula supradicta rata & firma, & rata, & firma perpetuo habere, & tenere, & contra ea nullo modo facere, vel venire & nullum jus in dictis rebus venditis petere occasione dictæ dotis suæ, vel alia occasione aliqua ratione vel modo. Et si contra prædicta faceret vel veniret, promisit prædicto nomine dicto Domino Bonhomini stipulanti restituere ei omnia damna, interesse & expensas, quæ quod vel quas perinde dictus Dominus Bonhomo, vel habens ab eo causam faceret, incurreret, vel sustineret eundo redeundo, stando coram judic. premio mutuo vel alio quoque modo & occasione prædictis vel aliqua earum, credendo ei de ipsis in ejus verbo simplici, & sine Sacramento, & qualibet probatione. Et pro prædictis omnibus & singulis attendendis, & observandis omnia bona dictæ Dominæ Thiburgiæ dicto Domino Bonhomini pignore obligavit. Renuncians etiam prædicto nomine ne possit dicere obligatum fore sine causa, vel ex injusta causa, Juri hyppotecario, Senatus Consulto Velleiano, & omni alii juri & Legum, Statutorum auxilio

ANNO 1300.

Actum est in Claustro Aoniorum sive Ecclesia Fratrum Minorum Conventualium Astensium sub Porticu Refectorii ipsorum Fratrum. Testes interfuerunt vocati Dominus Andreas Garettus Doctor Legum, Dominus Henricus Pecia Jur. Per. Benete de Solario & Martinus Gut. Georgius Assur. Georgius Apheius, Corradus Cacaranus & Rolandus Zaretus Notarius. Et ego Petrus Claverius Notarius Palt. his interfui & hanc Cartam sic scripsi.

L. H. T. Et Ego Guillielmus Zeverinus de Virolengo Imperialis auctoritate Notarius prædictum Instrumentum transcripsi, & exemplavi præcepto, & licentia Domini Vicarii supraſcripti, prout in prin-

ANNO 1300. principali Instrumento continebatur, nihil addito vel mutato præter forte punctum, vel silabam, quod sensum mutet, vel variet intellectum, & sicut in dicto Originali continetur, sic fideliter exemplavi, & transcripsi, ad majoremque rei certitudinem me subscripsi, signum quoque meum apposui consuetum.

L. H. T. Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, Indictione decima die 23. Decembris. Actum in Villa Vexi ubi jus redditur Præsentibus testibus Domino Presbitero Alberto Camerasco Canonico Plebis de Vexio, Petro de Rippa, Dominico Gallatore & Bonotempore omnibus de Vexio vocatis & rogatis. Quorum præsentia Dominus Guillielmus Brocardus Vicarius generalis totius Terræ Dominorum Bonifatii, Georgii, Petrini, & Antonii de Assin. & jus reddens in Terris, & locis dictorum Dominorum præcepit, & licentiam dedit mihi Guillielmo Notario publico, quatenus ad postulationem & instantiam prædictorum Dominorum Georgii, Petrini, & Antonii infrascriptum Instrumentum non incisum, non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua sui parte viciatum, sed omni suspitione carente autenticarem, & in formam publicam redigerem, ut vim, & robur publici obtineat firmitatem. Tenor cujus Instrumenti talis est.

L. H. T. Anno Domini Millesimo trecentesimo, decima die Mercurii, XVI. Mensis Martii in præsentia testium Infrascriptorum Dominus Albertus Marchio de Carretto volens ut tenebatur, & debebat, tradere possessionem corporalem de Castro Vexi Domino Bonhomini Asinario, cui ipse Dominus Albertus vendidit dictum Castrum, Terras, & possessiones & res quæ, & quas habebat in Posse & Territorio dicti Castri, & cui vacuam possessionem, expedire & tradere promiserat, ipsum Dominum Bonhominem in dictum Castrum corporaliter, introduxit & Claves ipsius Castri seu Portæ dicti Castri manualiter tradidit dicto Domino Bonhomini abdicando a se possessionem dicti Castri, & in ipsum Dominum Bonhominem ipsius Castri vacuam possessionem totaliter transferendo, qui Dominus Bonhomo animo apprehendendi corporalem possessionem dicti Castri, & pertinentiarum ipsius in ipsum Castrum intravit, & claves ipsius habuit, & recepit a Domino Alberto prædicto animo habendi, & tenendi possessionem ipsius & pertinentiarum naturalem, & civilem. Et de prædictis unum, & plura Instrumenta dictæ Partes fieri præceperunt. Actum in Castro Vexii in Caminata ipsius Castri. Testes interfuerunt vocati Dominus Andreas Garretus, Legum Doctor, Dominus Georgius Asinarius, & Dominicus Asinarius, Dominus Bartholomæus Gavarius de Lovazolio, Conradus Clericus, Moradus de Monte Claro, & Dominus Gulielmus de la Turre. Et ego Petrus Claverius, Notarius personaliter his interfui, & hanc Cartam sic scripsi.

ANNO 1300.

Et Ego Gullielmus Zevarius de Virolengo Imperiali auctoritate Notarius prædictum Instrumentum transcripsi, prout in principali continebatur nihil addito, vel mutato, quod sensum mutet vel variet intellectum, & sicut in eo continetur sic fideliter exemplavi, & transcripsi, & ad majorem rei certitudinem me subscripsi, & signum meum apposui consuetum.

Cum ejus Originali in Pergamena scripto, ac Bulla Imperiali extra capsulam in cera impressa, ac cordulis sericis coloris rubei, albi, & cinericei pendente, sicut expedita, in secretiori Archiducali Mantuæ Archivio adservato præsentem sumptam Copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 12. Septembris 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 13. Septembris 1720.

FIN DE LA PREMIERE PARTIE
DU TOME I. DE CE SUPPLEMENT.

AP-

APPENDIX.

A LA PREMIERE PARTIE DU TOME I.

DU SUPPLEMENT

AU CORPS DIPLOMATIQUE.

I.

ANNO 1001. **Ein Stück oder Theil des Reichs-Tags unter Kayser OTTO dem III. gehalten/ von Satzung und Ordnung der Churfürsten des Römischen Reichs und anderer Stände.** [GOLDASTI **Copeylicher Begriff Verschiedener Reichs-Handlungen** pag. 16.]

C'est-à-dire,

Fragment d'une Constitution Imperiale ordonnée dans une Diete tenüe sous OTTO III. *touchant les Electeurs & autres Estats de l'Empire.*

Als nun die Fürsten und Herrn aß bey dem Keyser waren/ do sprach der Keyser zu in: Lieben Fürsten und Herrn/ so man einen Römischen König küren und wölen sol/ so ist gar viel Fürsten und Heren/ die sich selb oder ihre Freund erwölten an das Reych/ und möcht groß Zweytracht und mißhell davon kommen. Darumb daß ihr das verstehen/ so süllent ihr also wol thun/ und erwölent under euch etlich Fürsten/ die von ewer aller wegen nun und hienach mügen einen König erwelen. Und je lützel der ist/ je mynder der mißhall und Krieg mag under sy gefallen. Und so die eintrachtlich under sich seyn in der Kiessung/ so myn Kriegs und Unvredens den Landen und euch davon kompt. Und ich rat auch/ daß ihr dieselben Fürsten erwölent auß deß Rychs Ampteleuten: Wann sy allermeyst wissen deß Gelegenheit. Sie frageten/ wer die Herren? Er sagt/ das sind die Herren in Duitschen Lande/ als Francken/ Beyeren/ und Sachssen.

Nach vil red ward mit deß Keysers und der Herren aller will und Gunst aufgesetzt und beschlossen/ daß der Kursfürsten sollent syben seyn/ und die syben Kurfürsten einen Römischen König eindrechtiglich oder mit dem meysten part solten erwölen und kiesen. Und under dem solten seyn drey als Geistliche Kentzler/ und vier Weltlicher.

Wer die Syben Kurfürsten seyn/ insunderheit mit ihren Namen und Ampten oder beuel/ die sy dem Reich pflechtig sein.

Meintz.

Und seyn die Geistliche Fürsten/ die drey Cantzler deß Reichs. Der Erst ist der Bischoff von Meintz/ der ist deß Reichs Obrister Cantzler in Germania/ das ist zwischen Ungerland und dem Reyn.

Trier.

Der Ander ist der Bischoff von Tryer/ der auch deß Reichs Obrister Cantzler ist in Gallia/ daß ist das Lompartisch Gepirg in Teutschen Landen.

Koln.

Der Dritte ist der Bischoff von Cölne/ der ist deß Reychs Oberister Cantzler yenhalb des Meres in Italiam/ das ist in Wälschen Landen. ANNO 1001.

Pfaltzgraff bey Rheyn.

Die andern vier Kurfürsten das seynd Weltliche Fürsten. Der Erst ist Pfaltzgraff bey Rein/ der ist deß Reychs Oberister Truchsses.

Hertzog von Sachsen.

Der Ander ist der Hertzog von Sachsen-Lande/ der ist deß Reichs Oberister Marschalck und Schwerttrager.

Marggraff von Brandenburg.

Der Dritt ist der Marggraff von Brandenburg/ deß Reychs Kamerer.

Hertzog von Behaim.

Der Vierd ist der Hertzog von Pehaim/ und ist deß Reychs Schenck.

Diese vorgenanten Syben Kurfürsten/ sollent seyn deß Reychs Obrist Ampteut/ als vorgesagt ist/ und sol an sy gesetzt seyn/ daß sy mügen ein Römischen Künig oder Keyser erwölen/ wann das Reych unpewart statt/ oder so dick und manigwerff dem Reych not ist einen Römischen Keyser zu kiesen.

Volget das Corpus oder Lichnam deß Heyligen Römischen Reychs/ mit sinen Obristen Glidern/ wie es wart in Ordnung gebracht durch KEYSER OTTO und den Fürsten.

Item IIII. Hertzogen/ und werden genent die IIII. Hohen Hertzogdum. — Sachssen/ Beyern/ Swaben/ Lothringen.

Item IIII. Marggraffen — Myssen/ Brandenburg/ Mernhern Baden.

Item IIII. Landtgraffen — Düringen/ Hessen/ Leuchtenberg/ Edilsatz.

Item IIII. Burggraffen — Meydburg/ Norenberg/ Neneck/ Stromburg.

Item IIII. Graffen — Cleve/ Schwartzburg/ Zilie/ Sophoy.

ANNO 1001.

Item IIII. Fryhern { Limperg / Thufis / Weſterburg / Aldenwalden.

Item IIII. Ritter { Andelau / Meldingen / Struneck / Frauenberg.

Item IIII. Stette { Augſpurg / Ach / Metz / Lubeck.

Item IIII. Dorffer { Bamberg / Ulm / Hagenau / Schleſſtatt.

Item IIII. Buren { Cöllen / Regenſpurg / Conſtantz / Saltzburg.

II.

1058. 4. Octob. HENRICI IV. *Regis Romanorum Confirmatio ſuper antiquis Privilegiis a Julio Cæſare & Nerone Terris Auſtriacis conceſſis, ut eandem vim habeant, quam ſi ab Imperatoribus Chriſtianis data eſſent. Concedit inſuper Erneſto Marchioni Auſtriæ in Adjutorium & ſubſidium Epiſcopatus Juvaviæ & Laureacenſis, additis pluribus aliis Prærogativis. Datum 4 Nonas Octobris Anno Dominicæ Incarnationis 1058. Indictione XI. a prima inauguratione ejus V. ab obitu vero patris II.* CUM *Privilegiis Julii Cæſaris & Neronis in integro inſertis.* [R. STEIN **Handveſten/ Freyheiten/ und Urkunden/ des Hertzogsthumb Oeſterreich 1. buch.** La même Pièce ſe trouve dans **Fugger Spiegel der Ehren 2 Buch. 2. cap. pag. 163.** mais les deux Privilèges de Jules Celar, & de Neron y manquent. Il ſe contente de les indiquer & d'en donner les premiers mots.]

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen. Heinricus Divina favente Clementia Rex Romanorum Auguſtus quondam Domini Heinrici felicis memoriæ Romanorum Imperatoris genitus: Ex quo decet Celſitudinem Imperialem magnificorum Virorum & Nobiliſſimorum Principum etiam conſideratione interceſſorum eorundem juſtas admitterre petitiones, Nos preces præclariſſimi & Nobiliſſimi Principis Domini Erneſti Marggravii Auſtriæ, Sacri Romani Imperii Prioris & fideliſſimi Principis & Generoſiſſimæ Dominæ Dominæ Agnetis Romanorum Imperatricis, Genitricis noſtræ Cariſſimæ, Competitricis ejusdem per Portas admiſimus exauditionis, eis favorabiliter annuere volentes. Cum ipſe Princeps dicti Imperii Honores & Utilitates procuret ſeu jugiter proſequatur, & nihilominus in inſtanti anno cum exercitibus ſuis bellatoriè illas terrarum partes contra Paganos obtinuit vicibus trinis, eosque exinde pepulit cooperante divino auxilio potenter. Cujus Principis preces hoc exigunt, quod nos roboris firmiter perpetuemus conceſſiones, ſeu privilegia ſuo Nobili Marchionatui Auſtriæ ab antiquis Paganorum Imperatoribus conceſſa, Quorum Privilegiorum tenores ſequuntur, & primi Privilegii ſic ſonant: *Nos Julius Imperator, Nos Cæſar & Cultor Deorum, Nos ſupremus Terræ Imperialis Auguſtus, Nos Suſtentator Orbis univerſi, Plagæ Orientalis, Terræque ſuis incolis Romanam Veniam & noſtram pacem. Vobis mandamus per noſtrum Triumphum, quod illi præcelſo Senatori noſtro Avunculo pareatis. Quoniam nos eidem & ſuis hæredibus ſuæque domus deſcendentibus donavimus Vos in feodatariam poſſeſſionem perpetuo tenendam, ſibi & ſuis poſteris in perpetuum relinquentes quod nullam poteſtatem ſuper eos ſtatuere debemus; Nos eis & dictis ſuis ſucceſſoribus largimur omnes Utilitates Terre Orientalis memorate. Inſuper nos eundem Avunculum noſtrum & omnes ejus ſucceſſores aſſumpſimus s Conſiliarium in ſecretiſſimum Conſilium Romanum taliter quod deinceps nullum perpetuum negotium, ſive cauſa fieri debeat ſuo ſine ſcitu. Datum Romæ Capitali Mundi, Die Veneris Regni noſtri Anno primo & exactione auri anno primo.* Et Secundi Privilegii ſic ſonat Tenor: *Nos Nero Amicus Deorum & Fidei Eorum propalator, præceptor poteſtatis Romanæ, Imperator & Cæſar Auguſtus; Nos ſumus deliberati, cum omni noſtro Senatu, Quod eximi debeat illa Terra Orientalis ante alias terras, quia ipſa, & ejus habitatores ante omnes illos qui Romani Imperii Subditi ſunt, laudabiliter eluceſſit, ob hoc dicimus nos illam eandem Terram in perpetuum liberam, quin etiam & abſolutam omnis penſionis & cenſus, qui jam impoſitus eſt, vel erit in futurum ab Imperiali poteſtate aut a nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, ſeu quibuſvis aliis. Nos volumus etiam quod eadem Terra in perpetuum libera perſeveret. Etiam præcipimus nos ex Romanâ Poteſtate, quod cum nullâ adverſitate illa Terra ſupra nominata ab aliquo in aliquo moleſtetur, ſi quis autem contra hoc faceret, quam cito hoc perpetraſſet, ille eſſe debeat in Banno Romani Imperii & nunquam inde tempore aliquo exire. Datum apud Lateranum in die Martis illius magni Dei.* &c. Quamobrem nos prænominatus Rex Heinricus intuiti ſumus & rememorati, quod homines qui in infidelitate perſiſtunt Literas dant aliis hominibus qui illius fidei & credulitatis ſunt, inutiles ac infructuoſæ ſunt illis hominibus & gentibus, qui in Jeſum Chriſtum credunt & Terris eorundem; propter hoc nos illi generoſo Principi prænominato Erneſto, Marggravio Auſtr: & ſuis heredibus ac ipſi Terræ Auſtriæ corroboravimus & fecimus innovari illas præſcriptas Literas, quæ in lingua Paganorum conſcriptæ fuerunt, & quas in Latinum ſermonem convertimus, & transtulimus, ita duntaxat quod eædem Litteræ prænominato Erneſto Marggravio & Terræ ſuæ Auſtriæ ac ſuis poſteris ac ſucceſſoribus honorem & fructum apportent & inducant, ac ſi eidem id ſeu eædem a Divis & Chriſtianiſſimis Imperatoribus datæ forent. Inſuper intuiti ſumus omni puro deſiderio noſtræ mentis, quod prænominatus Illuſtris Princeps Erneſtus, Margravius Auſtriæ adeò bene meritus & dignus eſt, quod eidem ipſum Sanctum Romanum Imperium adjutorioſum eſſe debet, quia ipſe ſituatus & conſtitutus eſt in uno fine Chriſtianitatis & omni tempore incitat & exercet opera Domini Noſtri Jeſu Chriſti, damus & concedimus nos eidem in adjutorium & ſubſidium illos Epiſcopatus cum omnibus bonis ipſorum, quæ hactenus a longævis temporibus cognominata ſunt & fuerunt Juvavia, Laureacenſis, ita tamen, quod ille prænominatus Marggravius & ſui ſucceſſores ac Terræ Auſtriæ advocati & Domini ſuper illis eſſe debeant: Inſuper concedimus nos & damus ſæpe nominato Erneſto ſuisque poſteris ac ipſi Terræ Auſtriæ illam gratiam quod ipſi gladium Judicii ipſorum & Banderiam ſive Vexillum Terræ ipſorum publicè ante Imperium & ante totum Mundum & populum deferre debeant atque poſſint, quia ipſe & ſua Terra ſæpe ſæpius laudabiliter in Dei ſervitio emicuit & apparuit glorioſe. Et, ut hæc noſtra traditio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc paginam inde conſcribi, manuque propriâ, ut ſubtus videtur, corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

ANNO 1058.



Signum Domini Heinrici Quarti Regis, Gevehardus

ANNO 1058. dus Cancellarius vice Luitboldi Archi-Cancellarii recognovi Dat. quarta Non. Octobris, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quinquageſimo Octavo, indictione undecimâ, Anno autem ordinationis Domini Heinrici quarti Regis V. Regni vero 11. Actum Türrimbuche, In Dei nomine feliciter Amen.

III.

1090. *Diploma* GUELFONIS V. *Ducis & Marchionis nec non Comitiſſæ Matildæ, quo Privilegia Libertates & Immunitates Mantuanis Civibus & Suburbanisper Predeceſſores eorum ipſis ablata reſtituuntur. Factum Mantue V. Kal. Julii Incarnationis Anno* 1090. *Indictione XIII.* [Lud. Ant. Muratori dele Antichità Eſtenſi part. I. cap. 29. pag. 280.]

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Guelfo Dei gratia Dux, & Marchio, Matilda Dei gratia ſi quid eſt juſtis petitionibus adquieſcere & noſtros fideles honoribus & commodis ampliare per omnia noſtram condecet poteſtatem. Qua propter omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque Fidelium tam futurorum quam preſentium noverit induſtria, qualiter noſtri fideles Mantuani Cives noſtram adierunt clementiam, quorumdam ſuorum Concivium oppreſſiones relevari petentes, & Erimannos omnes, & communes res ſue Civitati a noſtris Predeceſſoribus illis ablatas ſibi reſtitui poſtulantes. Et nos ob memorabilem eorum fidelitatem, & ſervicium, juſtis eorum precibus annuentes, omnes exactiones, & violentias non legales funditus deinceps abolendas, & radicitus extirpandas, modis omnibus decernimus & firmamus. Statuentes etiam ut neque noſtri heredes, neque ulla magna, parvaque noſtræ poteſtatis perſona, predictos Cives in Mantuana Civitate, vel in ſuburbio habitantes, vel deinceps habitaturos, de ſuis perſonis, ſive de illorum ſervis, vel ancillis, ſeu de liberis hominibus in eorum reſidentibus Terra, vel de Ermanna, & Communibus rebus ad predictam Civitatem pertinentibus ex utraque parte fluminis Mincii ſitis, ſive de beneficiis, libellariis, precariis, inveſtituris, ſeu etiam de omnibus eorum rebus mobilibus, & immmobilibus, adquiſitis, vel adquirendis inquietare, moleſtare, diſveſtire ſine legali judicio, vel ad aliquam publicam exactionem, vel functionem, cogere preſumat. Sed & neque in predicta Civitate in domo alicujus, vel in ſuburbio, in domo militis, vel in caneva alicujus, illis invitis, hoſpitari audeat. Inſuper & illis reſtituimus omnes res communes, parentibus illorum conceſſas per preceptum Imperatorum, ſcilicet nominative ſaccam, ſeptingenti & Carpenetam, & quidquid de Armanorio nobis hucusque retinebamus, ſive per cetera loca in Comitatu Mantuano rejacentia, piſcationes & per flumina, & paludes, ſcilicet utraſque ripas fluminis Tartari, deinde ſurſum uſque ad flumen Olei. De alia parte uſque in foſſam altam. De tertia parte uſque in Eccleſiam Sancti Fauſtini in caput Variana, & deinde ſeorſum uſque in Agricia Majore, ut liceat illis pabulare, capulare, ſeccare, venari & quicquid juris ipſorum parentes antiquitus in illis habuerant. Decernimus etiam, ut liceat omnibus predictis Civibus & ſuburbanis per omnem noſtram poteſtatem ſecure ire & redire, ſive per aquam & per Terram quocumque voluerint, ita ut nec tholonicum, nec ripaticum dent. Et inſuper illam bonam & juſtam conſuetudinem eos habere firmamus, quam quelibet optima Civitas Longobardie obtinet. Quicumque, vel nos ſuprascripti Dux Guelfo, & Commitiſſa Matilda, vel noſtri heredes, aut quælibet noſtræ poteſtatis magna parvaque perſona hujus conceſſionis, & reſtitutionis violator extiterit, libras auri centum componat ſupradictis Civibus & ſuburbanis, illorumque heredibus, ita ut medietas expendatur in reſtauratione, & poſt pænam ſolutam hæc conceſſio, & confirmatio in ſua remaneat firmitate. Et ut hæc noſtræ confirmationis auctoritas ſtabilis, atque firma permaneat, hanc cartam inde conſcriptam manu propria, ut infra videtur, corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus ſignari. ANNO 1090.



IV.

Fragmentum Diplomatis de Titulo Regio per ANACLETUM *Antipapam* ROGIERO *Duci Siciliæ & Calabriæ impertito. Datum Beneventi* 5 *Kal. Octob. anno Dominicæ Incarnationis* 1130. *Pontificatus ſui anno primo.* (1) *Indict. IX.* [BARONII Annales Eccles. Tom. 12. ann. 1130. pag. 203. num. 61.] 1130. 27. Septembre.

. . . . . ECcleſiam, prædeceſſorum noſtrorum Urbani & Paſchalis venerandæ memoriæ Romanorum Pontificum, & innumeris deſervivit obſequiis, felicis etiam recordationis mater tua, viri ſui nobiliter veſtigia ſubſequens, pro datis ſibi à Domino facultatibus eamdem Dei Eccleſiam larga liberalitatis manu officioſiſſime honorare & ſuſtentare curavit. Tu quoque, cujus divina Providentia inter reliquos Italiæ Principes amplior ſapientiæ & poteſtatis prærogativa exceſſit, prædeceſſores noſtros magnificentius honorare & abundantius deſervire ſtuduiſti: perſonam tuam & heredum tuorum perpetuis gratiæ & honoris titulis adornare & exaltare decrevit. Concedimus igitur, & donamus, & auctorizamus tibi, & filio tuo Rogerio, & aliis filiis tuis, ſecundum tuam ordinationem in regnum ſubſtituendis, & heredibus ſuis coronam regni Siciliæ, & Calabriæ, & Apuliæ, & univerſæ terræ, quarum tam nos quam & prædeceſſores noſtri prædeceſſoribus tuis Ducibus Apuliæ nominatis, Roberto Guiscardo, Roberto ejus filio dedimus & conceſſimus, & ipſum Regnum habendum, & univerſam regiam dignitatem, & jura regalia, jure perpetuo habendum in perpetuum & dominandum. Et Siciliam caput regni conſtituimus. Porro auctorizamus & concedimus, ut per manus Archiepiscoporum terræ tuæ, quos volueris, juxta tuam voluntatem, aſſiſtentibus aliis Episcopis, quos volueris tu & tui heredes, in Reges inungamini, & in Statutis temporibus coronemini. Item omnes conceſſiones, donationes, & conſenſus, quos prædeceſſores noſtri prædeceſſoribus tuis Roberto Guiscardo, Roberto filio ejus, Wuillelmo Ducibus Apuliæ, & tibi conceſſerunt, donaverunt, & conſenſerunt, donamus, concedimus, & conſentimus tibi & filiis tuis, & heredibus tuis habendum & poſſidendum in perpetuum. Donamus etiam & auctorizamus tibi & tuis heredibus Principatum Capuanum cum omnibus tenimentis ſuis, quemadmodum Princeps Capuanorum tam in præſenti quàm in præterito tenuerunt: honorem quoque Neapolis, ejusque pertinentiarum, & auxilium hominum Beneventi contra hoſtes tuos largimur & confirmamus. Tuis porrectis petitionibus annuentes concedimus Panormitano Archiepiſcopo, ejusque ſucceſſoribus, & Panormitanæ Eccleſiæ, conſecrationes trium Episcoporum Siciliæ, videlicet Syracuſani, Agrigentini, & Mazarienſis, vel Catanienſis, ea ratione, ne ſupradictæ Eccleſiæ in Diœceſibus vel poſſeſſionibus ſuis à Panormitano Archiepiscopo, vel ab ipſa Panormitana Eccleſia diminutionem aliquam patiantur. De reliquis vero duobus pleniori noſtro conſi-

(1) *Indict. IX.* Il faut lire ☧III.

ANNO 1130. consilio reservamus. Hæc omnia supradicta, has nostras concessiones sic concedimus, tradimus, & auctorizamus tibi & tuis filiis habenda & possidenda jure perpetuo, dum nobis nostrisque successoribus homagium & fidelitatem, competenti nobis & vobis, tecuroque loco facies vel facient, juraveris vel juraverint, si in nobis vel nostris successotibus non remanserit, non ideo honoris seu dignitatis, vel terræ suæ patiantur diminutionem. Tu autem censum..... & heredes tui videlicet sexcentos schifatos, quos annis singulis Romanæ Ecclesiæ persolvere debes, si requisitus fueris; quod si requisitus non fueris, facta requisitione persolvas, nulla de non solutis habita occasione . . . . . si qua sane in posterum Ecclesiastica sæcularisve Persona huic nostræ concessioni vel donationi obviare tentaverit, nisi satisfactione congrua resipuerit, anathematis gladio feriatur. Omnibus vero, has nostras conditiones, concessiones, & consensus servantibus, sit pax Domini nostri JESU CHRISTI. Amen.

Ego Anacletus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Matthæus Presbyter Eudoxiæ.

Signum manus Petri Leonis Romanorum Consulis, & signum manus Rogerii fratris ejus, & signum manus Petri Uguiccionis filii, & signum manus Cencii. . . . . Guidonis, & signum manus Petri Leonis de Fundis, & signum manus Abucii, & signum manus Joannis Abdiricii, & signum manus Milonis. Datum Beneventi per manum Saxonis S. R. E. Presbyteri Cardinalis, V. Kal. Octobris, Indictione nona, anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo trigesimo, Pontificatus Domini Anacleti Secundi Papæ anno primo.

V.

1141. 28 Novembre. *Forma Sacramenti quod olim in Regno* Aragonum *à Judeis exigebatur in Judicio; cum adjectis Maledictionibus.* [Fueros y Observancias de las Costumbras de Aragon. Inter Foros quibus in Judiciis nec extra ad presens non utuntur Aragonenses, propter correctionem illorum. Lib. 8. fol. 9. & 10.]

JUras tu, o Judée, per illem qui dixit non est Deus, Deus præter me. Respondeat Judæus, juro. Item juras per illum qui dixit, ego sum Deus omnium, qui extraxi te de Terra Egypti, & de domo servitutis. Respondeat Juro. Juras per illum qui dixit non facias Statuam vel imaginem quæ sit de Cælo, de Terra, de subtus mare, nec infra, nec ullas Statuas adorabis, nec pro Diis eas tenebis, Resp. Juro. Juras per illum qui dixit, ego sum Deus tuus, fortis & Zelator qui visito peccata parentum in filios filiorum, usque in tertiam & quartam generationem qui me abhorruerunt & facio misericordiam illis qui diligunt & servant mandata mea. Re. Juro. Juras per illum qui dixit, memento quod sanctifices diem Sabbati, & operaberis sex diebus & facies omnia opera, & requiesces die septima, quia Deus tuus die septima requievit, & non facies opus tu, nec uxor tua, nec tuus filius, nec tua filia, nec extraneus, qui est intra portas tuas: quia fecit Deus in sex diebus Cælum & Terram, mare & omnia quæ in eis sunt, & requievit die septima, & ideo benedicit diem Sabbati & fecit sanctum. Re. Juro. Juras per illum qui dixit, non occides. Re. Juro. Juras per illum, qui dixit non loqueris falsum testimonium contra tuum vicinum, & per illum qui dixit non occides. Re. Juro. Juras per illum qui dixit non concupisces rem proximi tui, non Uxorem, non filiam, non bovem, non asinum, nec aliquam rem suam. Dic. Juro. Juras per V. libros Legis, & per totum illud, quod in eis scriptum est, & per Sanctum qui dixit, ego sum, & ille qui misit me vobis heye, heye, eya eyo, Dic. Juro. Juras per nomen venerabile hya, hya, hya, & per magnum nomen mirabile Amnesor, quod edixit Moyses, & divisit mare in 12. vias & transierunt omnes filii Israel per siccum, & obivit ibi Pharao, & omnis exercitus ejus in mari rubro. Dic. Juro. Juras per Tabernaculum & per sanctam mensam, & per Candelabrum aureum, & per Arcam Fœderis, & per duas Tabulas, quas posuit Moyses mandato Domini. Dic. Juro. Juras per cortinam que erat extenta ante Cherubinum, & per Sanctas Vestes Aaron, & per Sanctam dilectionem, quam promisit Deus filiis Israël in monte Sinay in manu Moysi. Dic. Juro. Juras per sanctam Juram quam juravit Dominus ad Abraham in monte Mannæ, & per Terram promissionis & Jerusalem & per Cathedram honoratam Cæli & Angelos ministrantes ante sanctum Benedictum, laudantes & benedicentes magnis vocibus Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, sunt Cæli & Terra, gloria tua, Dic. Juro. Juras per omnes Angelos qui sunt in cælo, & per omnes Sanctos & Propheras Dei, & per Nomina sancta & honorata & admirabilia quæ nominantur. Dic. Juro. Juras per omnia Nomina sancta, & omnes Prophetas, Dei qui sunt in celo, & per omnia Scripta Legis, & per totum illud quod scriptum est, & per Benedictiones, & Maledictiones quæ datæ fuerunt in Monte Gan, super monte Ebel, & per duodecim Tribus Israel. Dic. Juro. ANNO 1130.

He sunt Maledictiones.

Si scis veritatem, & vis jurare mendacium, veniant super te hæ Maledictiones, & comprehendant te. Responde Amen. Maledictus eris in Civitate, & maledictus extra Civitatem, & maledictus in Campo, & maledictus horreus tuus, & tua requies, in maledictione. Responde. Amen. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, & bustas boum, & greges tuarum ovium, & maledictus intrabis, & maledictus exibis. Re. Amen. Dominus nutriet super te famem, inopiam, opprobrium in omnia opera quæ tu facis, quousque te conterat & destruat propter inventiones tuas malas in quibus tu me dimisisti. Re. Amen. Adjiciat tibi Deus pestilentiam & famem quousque te devastet in Terra in qua tu ibis ad manutenendum eam. Re, Amen. Percutiat te Deus febre, ardore, & calore, & aere corrupto, erugine, & persequatur te, usque pereas. Re. Amen. Cælum quod est super te sit æneum, & terra quam teris sit deserta: det tibi Deus pulverem in terra pro pluvia: & descendat super te de cælo cinis usque sis contritus. Re. Amen. Cadas ante tuos inimicos, per unam viam intres contra illos & per duodecim fugias & sis expersus per omnia Regna Terræ. Resp. Amen. Tuum cadaver comedant Volatilia Cæli & Bestiæ Terræ, & non sit qui quærat te. Re. Amen. Percutiat te Deus stultitia & cecitate in parte corporis tui unde tu ibis. Re. Amen. Percutiat te Deus de scabie & pruritu, ita quod non possis curari. Re. Amen. Percutiat te Deus cecitate & furore, & ira & meditatione, sicut consuevit facere; palpes in meridie, sicut consuevit facere cecus in tenebris & nunquam in aliquo tempore in viis tuis dirigat te, sed semper subsanneris calumnia, & sis oppressus crudelitate, & non habeas qui te illuminet. Re. Amen. Uxorem accipias, & alius constupret eam. Re. Amen. Domum facias, & non habites ibi; vineam plantes & non vindemies eam, bos tuus occidatur ante te, & non comedas ex eo. Re, Amen. Asinus tuus tibi auferatur & non reddatur. Re. Amen. Oves tuæ sint traditæ inimicis tuis & non sit qui te adjuvet. Re. Amen. Filii & Filiæ tui sint traditi populo extraneo, & videant hoc oculi tui, & deficiant tibi, & non sit fortitudo manu tua. Re. Amen. Populus quem non cognoscis comedat fructus, & labores tuæ Terræ, & subsstineas calumniam & sis oppressus in omni vita tua, & timeas de omnibus quæ videbis cum tuis oculis. Re Amen. Percutiat te Dominus de mala plaga in genibus & cruribus & a planta pedis usque ad caput, & non possis curari. Re. Amen. Adducat te Dominus & uxorem tuam & filios & filias in Gentem quæ te non cognoscat & consanguineos tuos, servias Diis alienis, & ligno & sis monstratus in proverbium & in fabulam omnibus Populis quibus te ducet. Re. amen. Ejicias multum semen in Terra, & non colligas aliquid ex eo quia comedant illud Locustæ: vineam plantes, & non bibas de vino, nec colligas aliquid ex ea, quia comedant eam vermes: olivas habeas in omnibus terminis tuis, & non ungas te cum oleo quia excurrat se & pereat. Re. amen. Filios & filias habeas, & videas eos quando ferentur in captivitatem: omnes arborum fructus & Terræ tuæ comedantur: extraneus qui non vivit tecum in Terra erit altior te, & tu descendes & ipse exaltabitur plus quam tu, & ipse caput & tu

cauda

ANNO 1130. cauda & veniant super te hæ maledictiones scriptæ in libro hoc quousque sis confractus. Re. Amen. Servias inimico quem mittet tibi Deus, in fame, siti, & nuditate & in omni inopia, & mittat humerum suum super cervicem tuam, quo usque te conterat, & adducat Dominus Gentem de longinquo & de ultimis finibus Terræ in similitudinem Aquilæ volantis ita, veniat emissa, quod non possis intelligere Linguam suam. Re, Amen. Gens rabiosa que non parcat alicui, nec misereatur parvuli, devoret partus omnium bestiarum & messium totius Terræ tuæ, & non dimittat tibi triticum, vinum, nec oleum, nec greges Ovium tuarum, quousque te destruat & conterat & comedat fructum ventris tui & carnes filiorum & filiarum tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi in angustia & vastitate, & opprimant te inimici tui. Re. Amen. Tua vis sit consummata in malo tuo, & terra tua non det tibi fructum suum; & mittat tibi Dominus bestias campi que te consumant: tui Bestiarii fiant pauci: Deus conterat te, & det tibi penuriam de pane tuo, quod comedas illum ad pensum, & te videas non saturum; non parcat tibi Dominus quando tu petieris veniam, sed tunc iple sit iratus contra te, & veniant super te maledictiones quæ sunt scriptæ in hoc libro, & destruat Dominus nomen tuum de libro viventium, & non scribaris cum justis, sed in perditione duodecim Tribuum Israël secundum maledictiones que sunt scriptæ in libro hoc. Re. Amen. Tui filii fiant orphani, & uxor tua vidua, & fiant sicut palea ante ventum; & Angelus te impugnet, & mensam tuam, & sint obscuri oculi tui, ne videant, & tergum tuum semper in Terram: & Dominus mittat tibi iram suam, & furor meditationis ejus te comprehendat. Re. Amen. Et adducat tibi Dominus malum super malum, & non intres in sua Justitia, & Domus tua sit deserta, & non sit qui habitet in ea: Sanguis tuus sit expansus sicut fumus, & tuum corpus sit sicut stercus; & aurum & argentum non te liberet in ira Domini. Re. Amen. Percutiat te Deus multis plagis, sicut percussit Pharaonem & Populum suum, si scis veritatem & vis jurare mendacium. Re. Amen. Percutiat te Deus sicut Egyptum de ranis, muscis & mortalitate, & bestiis, & de nascentiis, & de vexictis, & de Petris, & de locustis & de tenebris & mortalitate illorum qui sunt primogeniti. Re. Amen. Maledictiones quibus maledicit Josue Jerico veniant super te, & domum tuam, & super omnia que habes. Re. Amen. Uxor tua & filii tui vadant mendicando de ostio in ostium, & non inveniant qui eos invitet, & in ira & in furore Domini Regis & omnium illorum qui te videbunt venias, & illi qui erant amici tui, sint inimici tui, & semper te derideant: & cadas & non sit aliquis qui te adjuvet ad surgendum: pauper & miser vivas, & non invenias qui te sepeliat; si scis veritatem, & vis jurare mendacium, cadat anima tua ubi canes mingunt. Respondeat Amen, Amen, Amen. Datum Gerunde 4. Calendas Martii. Era 1179.

De Sacramento Sarracenorum.

Juras o Sarracene per Bille, Ylledi, Ylleu, Buabat, Bedal, Hamble, Tamon, Ham, Media. Huabi, Mecael, Ycahach, Aleybnec, Nunath, Buamur, Bytayeb.

VI.

1159. **Kayſers FRIDERICI I. Diploma wodurch er WLADISLAUM Hertzog in Böhmen zu einem König/ und das Hertzogthum zu einem Königreich erhöhet/mits überlaßung der jenigen Tributs/ ſo Ihm und ſeinen Vorfahren aus dem Königreich Pohlen hat pflegen erlegt zu werden. Geben zu Regenspurg** Anno Chriſti 1159. [GOLDASTI Reichs-Satzungen Theil 2. pag. 13.]

C'eſt-à-dire,

Erection du Duché de Boheme en Royaume par l'Empereur FREDERIC I. *en faveur du Duc* WLADISLAS *qui eſt en même tems élevé à la Dignité Royale, avec Donation & Ceſſion du Tribut que lui & ſes Predeceſſeurs étoient accoutumés de lui payer pour le Royaume de Pologne.* ANNO 1159.

IM Nahmen der Heiligen und unzertheilten Dreyfaltigkeit/ Amen. Wir Friederich von Gottes Gnaden/ Römiſcher Keyſer/ allzeit Mehrer des Reichs. Sintemal uns das natürliche Geſetz unterweiſet/ daß wir einem jeglichen wol thun ſolten/ inſonderheit aber denen/ ſo bey und neben uns ſteiff und getreuwlich halten und ſtehen/ und uns wider all unſer Feindt Hulff leiſten/ damit auch unſer Keyſerthumb erweitert/ mit allem müglichen Fleiß darnach trachten/ Kriege führen/ und ſich unſerwegen in allerley Gefährlichkeit begeben/ dieſelbigen ſind wir mit beſondern unſern Gnaden zu verehrn pflichtig/ und zu erhöhen gantz geneiget. Und dieweil wir mit allem Fleiß darnach getrachtet/ haben wir aus angeborner Güte vor billich rechtmäſſig und gut angeſehen und beſchloſſen/ damit derjenige/ welcher mit deſto gröſſerer Mühe Krieg führet/ dagegen auch deſto gröſſere Hoffnung einer mildern Belohnung haben/ und derſelben genieſſen möge.

2. Derowegen kundt und zu wiſſen ſey männiglichen/ den künftigen ſo wol als den gegenwärtigen/ daß wir Fridericus dem Wladislao Hertzogen in Böheem/ und ſeinen Nachkommenden/ von wegen ſeiner Vorfahren gebührlichen Dienſte/ die ſie uns und unſern Vorfahren jederzeit geleiſtet/ die Zierdt der Königlichen Würdigkeit/ deren ſich weylandt Wratislaus ſein Großvatter gebraucht/ wiedermmb überantworten und zueignen/ damit er ſein Haupt mit der Königlichen Cron zieren/ und dieſelbe tragen: er auch und ſeine Nachkommen zu ewigen Zeiten ſich des Königlichen Titels gebrauchen ſollen. Welches wir hiemit/ daß er und ſeine Nachkommene dieſelbe/ als wie wir deren genieſſen/ auch tragen ſollen/ unverbrüchlich zu halten/ ordnen/ und wie folget an dieſen unterſchiedlichen Heiligen Feſttägen gebieten thun/ als nemlichen an dem Heiligen Chriſttage/ Oſtertag und Pfingſttage/ S. Wenceslai und Adalberti Tagen: damit dieſen heiligen Patronen auch deſto mehr Ehr erzeigt werde.

3. Uber dieſes/ nach dem wir von dem Ertzbiſchoffen und Biſchoffen pflegen geſalbet zu werden/ ſo ordnen und verleihen wir Wladislao/ und ſeinen Nachkommenden/ dergleichen/ und wöllen hiemit/ daß er Wladislaus von Daniele Biſchoff zu Prag/ und Joanne dem Biſchoff in Mähren/ nach Ordnung und Gebrauch der Prager Kirchen/ ſo wol auch ſeine Nachkommene von den künfftigen Biſchoffen geſalbet werden ſollen. Da fern aber der Olmützer Biſchoff nit gegenwärtig ſeyn köndte/ ſo ſoll der Prager nach der höhern Dignität beyder Biſchoff ſtatt verweſen. Deßgleichen ſoll es auch verſtanden werden/ wann der Präger zur Stelle nit ſeyn köndte.

4 Uber dieſes verleihen wir obgedachten Wladislao und ſeinen Nachkommenden/ daß er dieſelbe Stewr/ welche unſern (al. ſeinen) Vorfahren aus dem Lande zu Polen gefolget worden/ und deren genoſſen/ nun forthin er und ſeine Nachkommene zu ewigen Zeiten empfahen/ und deren genieſſen ſollen.

5. Damit auch dieſe unſere dem Wladislao und ſeinen Nachkommen gegebne Gnad ein ewig wehrende Krafft erreichen möchte/ haben wir dieſen unſern Brieff uffrichten/ und denſelbigen in Gegenwärtigkeit der hochwürdigen Männer/ Erhardi des Ertzbiſchoffs zu Straßburg/ und Firmiani deß Ertzbiſchoffs zu Magdeburg/ auch in Beyſeyn anderer Fürſten und Graffen unſerer lieben getrewen/ verfertigen laſſen: deſſen Datum zu Regenſpurg Anno Chriſti 1159.

VII.

Lettres d'Inveſtiture du Duché de Loraine, en Comté de Remirimont, & de quelques Droits Royaux attachez au Duché, accordé par l'Empereur ALFONCE A FREDERIC *Duc de Lorraine, après qu'il lui eut fait Homage. en* 1258. [Tiré d'un Regiſtre du Tems du Duc Ferry conſervé dans le Treſor des Chartes de Nancy.] 1258.

IN æterni Dei nomine Amen, Pateat univerſis præſentes paginam inſpecturis, quod nos *Alfonſus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, & Caſtellæ, Toleti, Legionis, Gallecíæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, Giennii & Algarbii Rex, ad inſtantiam & ſupplicationem tui magnifici viri *Friderici Ducis Lotharingiæ* & Comitis Romaricenſis, attendentes prædeceſſorum noſtrorum glorioſiſſimorum veſtigia, & merita tua, & ſervitia debita noſtræ aulæ tam

ANNO 1258. tam prædeceſſoribus noſtris quam nobis facta & facienda, & quod de jure infra ſcripta facere debemus; ſedentibus nobis in publica Curia noſtra & te dicto Duce & Comite *flexis genibus ante pedes Majeſtatis noſtræ* exiſtente, inveſtimus te dictum Ducem & Comitem *de quinque vexillis* in ſignum quinque Dignitatum quas in feodum ab Imperio tenere debes.

§. 2. Et de Infraſcriptis Dignitatibus & feudis primum vexillum damus tibi pro Ducatu in feudum, in quo, & per quod debes eſſe *ſummus Seneſcallus in Aulâ noſtrâ citra Rhenum*, Et debes nobis *ſervire in annalibus feſtis de primo ferculo eques*. Et ſi contigerit ire ad *Parlamentum* cum armis contra Regem Franciæ, debes facere nobis *antecuſtodiam* in eundo, & *retrocuſtodiam* in redeundo; & debes nobis præſtare in terra dicti Ducatus *forum de neceſſariis & victualibus*. Et ſi contigerit nos ire ad prælium citra Rhenum, debes habere *primum conflictum*, & debes nobis facere antecuſtodiam in eundo, & retrocuſtodiam in redeundo. *Secundum* vero *vexillum* damus tibi in ſignum quod debes reaccipere à nobis duella Nobilium commorantium inter Rhenum & Moſam, prout *metæ* ſuper hoc diſtinctæ dividunt. *Tertium* quoque *vexillum* damus tibi in ſignum pro feudo & nomine feudi de *Comitatu Romaricenſi*. *Quartum* autem, quod debes habere *cuſtodias publicarum ſtratarum* in dicto Comitatu, tam per aquam, quam per terram. *Quintum* damus tibi in ſignum & inveſtituram pro *regalibus* noſtris in *monaſterio Sancti Petri Metenſis*, & in alio monaſterio *Sancti Martini Metenſis*, & quod debes habere *cuſtodias Eccleſiarum* in Ducatu tuo. Et prædicta omnia vexilla damus tibi pro feudo in nomine feudi, & pro inveſtitura & nomine inveſtituræ, inveſtientes te *cum haſtis & vexillis* prædictis de manu noſtra in manu tua pro prædictis omnibus, & aliis de quibus te jure inveſtire & infeudare debemus.

§. 3. Et ego dictus Dux Lotharingiæ & Comes Romaricenſis ſic recipio & ſic recognoſco omnia & ſingula ſupra dicta eſſe vera & debita, & promitto bona fide me facturum & impleturum omnia & ſingula, & alia quæ prædeceſſores mei prædeceſſoribus veſtris, de jure vel conſuetudine, quacunque cauſa, modo vel jure fecerunt vel facere debuerunt, vobis Domino Alfonſo Romanorum Regi, *Imperatori futuro*; Et *manus meas junctas in manibus veſtris mitto*, & vobis Sacramentum fidelitatis & homagii facio, ſicut Domino meo Romanorum Regi legitimo & Imperatori futuro. Hoc tamen ſalvo, quod ſi infra duos annos contigerit, Vos ad Imperium non venire (quod Deus avertat) quod ex tunc de iſto Sacramento fidelitatis & homagii nunc præſtito non teneat. De quo Sacramento, ſi caſus ille evenerit, (quod abſit) quod nos dictus Rex *in Imperium non introiverimus infra biennium*, ut dictum eſt, te dictum Ducem & Comitem volumus non teneri. Salvo ſemper jure utriusque, tam nobis pro Regno & Imperio Romanorum, quam tibi. Ita quod omnia ſint in eodem ſtatu in quo erant heri, ante celebrationem iſtius præſentis contractus.

§. 4. Et ad majorem roboris firmitatem & evidentiam pleniorem nos dictus Rex, & ego dictus Dux & Comes præſentem cartam fecimus ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Actum Toleti pridie Idus Martii, Præſentibus Illuſtribus, Nobilibus, Venerabilibus, & honeſtis perſonis infra ſcriptis, *Domino* Alfonſo Infante de Molina, Domino Philippo & Domino Ludovico *germanis Domini Regis*, *Dompno* Pascaſio Episcopo Giennenſi, Dompno Suerio Episcopo Camorenſi, Dompno Petro Episcopo Paſſenſi, Dompno Petro Joannis Magiſtro Ordinis Calatravenſis, Dompno Simone Roderici de los Cameros, Dompno Martino Egidii de Portugalia, Dompno Petro Nunnii de Guzman, Dompno Nunnio de Guzman, Dompno Petro Cornelii de Aragonia, Dompno Eximinio Cornelii, Garſia Mertini Caſtellæ Protonotario, Magiſtro Martino quondam Archidiacono Valentino, Dompno Auguſtino Petri Decano Segobienſi de Alemannia, Dompno Raynaldo Comite de Caſtris, Dompno * * * Comite de *Leunſteyn*, Dompno Girardo de Fontenay, Dompno Elia de Bobardia Caſtellani Caſtri de Cognie, & aliis quam pluribus, Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo quinquageſimo octavo. Petrus Stephani ſcripſit.

VIII.

ANNO 1261. May.

Litteræ LUDOVICI IX. *Regis Francorum de datis in Cuſtodiam Abbati & Conventui* B. DIONYSII *in Franciâ duabus Coronis aureis pro Coronatione Regum & Reginarum inſervandis; nec non alia Coronulâ aureâ quam Rex die Coronationis ſolet portare in prandio. Datum apud Villam novam in Leis Menſe Majo* 1261. [PHILIP. LABBE Alliance Chronologique Tom. II. au melange curieux pag. 659. Tiré de l'Abbaye de St. Denis en France]

LUdovicus Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus, quod Duas coronas aureas cum lapidibus pretioſis, quæ ab inclytæ recordationis Rege Philippo avo noſtro pro coronandis Regibus & Reginis Francorum olim factæ in theſauris Regiis ſervabantur, & unam coronulam auream cum lapidibus pretioſis, quam conſuevit Rex die Coronationis ſuæ in prandio deportare, dilectis noſtris Abbati & Conventui B. Dionifii in Francia cuſtodiendas commiſimus in Theſauro, cum aliis indumentis, & ornamentis Regalibus pro coronandis Regibus & Reginis Francorum aſſumantur, & in ſolemnitatibus præcipuis circa altare una cum aliis Coronis Regum Franciæ prædeceſſorum noſtrorum ad ornatum & decorem altaris ejusdem ſecundum quod de aliis coronis conſuevit fieri, collocentur. Promiſerunt autem nobis Abbas & Conventus prædicti & nobis de hoc ſuas patentes Literas conceſſerunt, quod coronas & coronulam antedictas nobis & noſtris ſucceſſoribus Regibus Franciæ tradent ſine difficultate vel contradictione quacumque, quoties à nobis vel ipſis ſucceſſoribus noſtris pro coronatione Regum vel Reginarum, ſeu pro alia cauſa quacumque fuerint requiſiti. In cujus Rei memoriam præſentes Litteras ſigilli noſtri fecimus impreſſione muniri. Actum apud Villam novam in Leis anno Domini MCCLXI. menſe Majo.

IX.

1268. Mars.

La Pragmatique Sanction (1) *de S. Louis Roy de France du mois de Mars* 1268. [G. G. LEIBNITZII Codex Juris Gentium in Append. pag. 157.]

LUdovicus Dei gratia Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam. Pro ſalubri & tranquillo Statu Eccleſiæ regni noſtri, nec non pro divini cultûs augmento, & Chriſti Fidelium animarum ſalute, utque gratiam & auxilium omnipotentis Dei (cujus *ſolius* ditioni ac *protectioni* Regnum noſtrum ſemper jure utriusque, tam nobis pro Regno & Imperio Romanorum, quam tibi. Ita quod omnia ſint in eodem ſtatu in quo erant heri, ante celebrationem iſtius præſentis contractus.

§. 4. Et ad majorem roboris firmitatem & evidentiam pleniorem nos dictus Rex, & ego dictus Dux & Comes præſentem cartam fecimus ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Actum Toleti pridie Idus Martii, Præſentibus Illuſtribus, Nobilibus, Venerabilibus, & honeſtis perſonis infra ſcriptis, *Domino* Alfonſo Infante de Molina, Domino Philippo & Domino Ludovico *germanis Domini Regis*, *Dompno* Pascaſio Episcopo Giennenſi, Dompno Suerio Episcopo Camorenſi, Dompno Petro Episcopo Paſſenſi, Dompno Petro Joannis Magiſtro Ordinis Calatravenſis, Dompno Simone Roderici de los Cameros, Dompno Martino Egidii de Portugalia, Dompno Petro Nunnii de Guzman, Dompno Nunnio de Guzman, Dompno Petro Cornelii de Aragonia, Dompno Eximinio Cornelii, Garſia Mertini Caſtellæ Protonotario, Magiſtro Martino quondam Archidiacono Valentino, Dompno Auguſtino Petri Decano Segobienſi de Alemannia, Dompno Raynaldo Comite de Caſtris, Dompno * * * Comite de *Leunſteyn*, Dompno Girardo de Fontenay, Dompno Elia de Bobardia Caſtellani Caſtri de Cognie, & aliis quam pluribus, Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo quinquageſimo octavo. Petrus Stephani ſcripſit.

(1) *C'eſt ici la premiere Loy de ce genre faite en France, elle ſervit de baſe à la fameuſe* Pragmatique Sanction *dreſſée dans l'Aſſemblée de Bourges en* 1438. *ſous le Roy Charles VII.*

ANNO 1268. impositas vel imposita, quibus Regnum nostrum miserabiliter depauperatum extitit, sive etiam imponendas vel imponenda, levari aut colligi nullatenus volumus: nisi duntaxat pro rationabili, pia & urgentissima causa, & inevitabili necessitate, ac de spontaneo & expresso consensu nostro & ipsius Ecclesiæ Regni nostri.

VI. Item *libertatem*, franchisias, immunitates, prærogativas, jura & privilegia per inclitæ recordationis Francorum Reges Prædecessores nostros & successive per nos Ecclesiis, Monasteriis, atque locis piis, religiosis, nec non personis Ecclesiasticis Regni nostri, concessas & concessa, innovamus, laudamus, approbamus, & confirmamus per præsentes. Earum (que) tenore universis Justitiariis, & Officiariis & Subditis nostris ac loca tenentibus, præsentibus & futuris, & eorum cuilibet prout ad eum pertinuerit, districte præcipiendo, mandamus, quatenus omnia, & singula prædicta diligenter & attente ANNO 1268. servent, teneant, & custodiant; atque servari teneri, & custodiri inviolabiliter faciant; nec aliquid in contrarium quovis modo faciant vel attentent, seu fieri vel attentari permittant: transgressores aut contra facientes, juxta casus exigentiam, tali pœna plectendo, quod cæteris deinceps cedat in exemplum. In quorum omnium & singulorum testimonium præsentes Literas sigilli nostri appensione muniri fecimus. Datum Parisiis anno Domini 1268. Mense Martio.

FIN DE L'APPENDIX
DU TOM. I. PART. I.

SUPPLEMENT
AU
CORPS UNIVERSEL
DIPLOMATIQUE
DU
DROIT DES GENS,
CONTENANT
UN RECUEIL
DES
TRAITEZ
D'ALLIANCE, DE PAIX, DE TREVE, DE NEUTRALITE',
de Commerce, d'Echange, de Protection & de Garantie, de toutes les Conventions, Tranſactions, Pactes, Concordats, & autres Contracts, Capitulations Impériales & Royales, Donations, Renonciations, Proteſtations, Teſtamens, Inveſtitures,

ET EN GENERAL DE TOUS LES TITRES,
Sous quelque nom qu'on les déſigne,
Qui ont échapé aux prémieres recherches de Mr. DU MONT.
Continué juſqu'à préſent par Mr. ROUSSET,
Membre des Académies des Sciences de St. Petersbourg & de Berlin.
TOME I. PARTIE II.

A AMSTERDAM, { Chez les JANSSONS à WAESBERGE, WETSTEIN & SMITH, & Z. CHATELAIN.
A LA HAYE, { Chez P. DE HONDT, la Veuve de CH. LE VIER, & J. NEAULME. } *LIBRAIRES.*
M. DCC. XXXIX.

SUPPLEMENT

AU

CORPS UNIVERSEL

DIPLOMATIQUE

DU

DROIT DES GENS,

CONTENANT

UN RECUEIL

DES

TRAITEZ

TABLE CHRONOLOGIQUE

DU

SUPLEMENT AU CORPS DIPLOMATIQUE

DU

DROIT DES GENS &c.

TOM. I. PARTIE II.

ANNO 1301. 15. Mai. *Epistola* EADWARDI I. *Regis Angliæ ad* BONIFACIUM VIII. *Papam, de Jure Superioritatis ac Dominii directi, quod Reges Angliæ ab antiquis temporibus habent & tenent in* Regnum Scotiæ, *Protestatione præmissa, quod hæc Deductio non sumenda sit tanquam in forma Judicii exhibita, sed omnino extra Judicium, datum apud Kynardesey, Idibus Maii, anno* 1301. *Regni ejus XXIX.* Pag. 1.

——— *Litteræ Comitum & Baronum Angliæ ad Papam* BONIFACIUM VIII. *quibus diserte negant,* Regnum Scotiæ *ullis temporibus ad Ecclesiam Romanam pertinuisse, aut de præsenti pertinere. Datæ Lincolniæ anno* 1301. 3.

Decemb. *Tabulæ, quibus* BONIFACIUS VIII. *Pontifex Maximus* CAROLO VALESIO, *nomine Imperii* Officium Vicarii in Tuscia *confert. Dat. Laterani 6. Non. Decembr. anno VII.* 4.

5 Decemb. *Breve illud famosum* BONIFACII VIII. *Papæ ad* PHILIPPUM PULCHRUM *Regem Franciæ datum, quo strictissimis verbis significat illum subesse sibi, non tantum in Spiritualibus, sed etiam in Temporalibus. Datum Laterani Nonis Decembris, Pontificatus sui anno VII.* CUM *Responso præfati Regis satis contumelioso conscripto.* ibid.

5 Decemb. *Bulla* BONIFACII *Papæ* VIII. *ad* PHILIPPUM *Regem Franciæ,* Auscultа Fili Charissime *nuncupata: Ait se à Deo constitutum esse super Reges & Regna ad evellendum, destruendum, disperdendum, dissipandum, ædificandum: quod Rex credere non debeat se superiorem non habere, nec Papæ subjectum esse; quia desipit qui sic sapit & est infidelis: Monet Regem, ut Regnum suum aliter moderetur & meliores Consiliarios adhibeat: Denique ad recuperandam Terram Sanctam eundem adhortatur. Datum Laterani, Nonis Decembris, Pontificatus sui anno VII.* 5.

——— *Bulla duplex* BONIFACII VIII. *Papæ, qua Privilegia* PHILIPPO PULCHRO *Regi Franciæ, ejusque Successoribus, nec non* Clericis & Laicis *stricti sui Consilii concessa revocat, certumque Terminum assignat, quo dicta Privilegia sibi exhibeantur examinanda. Dat. Laterani, Non. Dec. Pontificatus sui anno VII.* 7.

29 Dec. *Pax inter* OTTONEM, LUDOVICUM & HENRICUM *Duces Carinthiæ, Advocatos Ecclesiarum Aquilegiensis, Tridentinæ & Brixiensis eorumque sequaces ex una, nec non Capitaneos & Communia* Mantuæ & Veronæ *ipsiusque Adhærentes ex altera parte; qua remissis utrinque damnis & injuriis per bellum illatis, captivis relaxatis, redituque fugitivis concesso, ablata per vim, liquido ante possessa restituuntur: De controversiis vero in certos Arbitros sit compromissio: Episcopusque Tridenti obligatur investire præfatos Duces de Feudis paternis, & si Paci huic non acquieverit, Commune* Mantuæ *ac* Veronæ *ei auxilium haud amplius præstabunt contra præfatos Duces. Actum Veronæ 29 Decembris anno* 1301. *Indictione XIV.* CUM *Ratificationibus, actum Veronæ & Mantuæ, Mense Januario, anno* 1302. 8.

1302. 16 Avril. *Lettres des Princes, Ducs, Comtes, Barons, & Nobles du Royaume de* FRANCE *au Sacre College des Cardinaux contre le Pape* BONIFACE VIII. *lequel ils accusent d'avoir attenté sur l'Autorité temporelle du Roi & sur les Libertés & Privileges de l'Eglise Gallicane; d'avoir apauvri le Peuple par ses exactions, rempli les Cathedrales & Collegiales d'Enfans, d'Etrangers & de Gens incapables; & enfin, d'avoir fait tous ses efforts pour rompre l'Union de l'Eglise & de l'Estat, ce qui ne convient qu'à l'Antechrist. Pour Conclusion ils requierent les Cardinaux comme établis & appellés en partie au Gouvernement de l'Eglise, de trouver & apporter quelque remede à ces maux. Donné à Paris le* 10. *Jour d'Avril* 1302. Pag. 13.

ANNO 1302.

26 Juin. *Responsio Cardinalium ad Litteras Procerum Franciæ. Datum Agnaniæ 6. Kal. Julii. Pontificatus Bonifacii Papæ anno VIII.* 14.

7 Septemb. *Fœdus ad triennium inter Capitaneum* Placentiæ *ex una & Capitaneos* Mantuæ & Veronæ *ex altera parte initum, quo fidelitatem & auxilium mutuum sibi promittunt adversus Civitates & homines de* Lombardia & Marchia Tarvisina, *constituta* 100. *Marcharum argenti pœna in contravenientes huic fœderi. 7. Septembris anno* 1302. 15.

1303. 24 Janv. *Pax ordinata & auctoritate Regia per* PHILIPPUM IV. *Regem Franciæ pronunciata inter Comitem* FUXENSEM & MARGARETHAM *Comitissam ejus Matrem, Natam quondam* GASTONIS *Vicecomitis Bearnensis, &* CONSTANTIUM *Primogenitum ejusdem Gastonis ex una, & Comitem* ARMENIACI & MATHAM *Comitissam, Natam quondam ejusdem Gastonis ex altera parte, super certis Terris, tenementis, Dominiis, honoribus & juribus, quæ utraque Pars ex successione dicti Gastonis ad se pertinere dicebat. Datum die Jovis post Festum Beati Vincentii, Mense Januario* 1303. 16.

13 Juin. *Instrumentum publicum de accusationibus contra* BONIFACIUM *Papam* VIII. *per* LUDOVICUM *Regis Franciæ Filium Ebroicensem,* GUIDONEM S. PAULI & JOANNEM *Drocensem Comites, nec non* GUILIELMUM DE PLESSIANO *Dominum Vicenobii sub juramento factis & ad* PHILIPPUM *Regem Franciæ in Præsentia Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, Baronum, Comitum & aliorum solemniter directis, quibus prædictus Bonifacius 29. Capitibus tanquam hæretica pravitate infectus & aliorum diversorum horribilium & detestabilium criminum reus insimulatur; & Rex velut* Pugil fidei *rogatur, ut opem suam conferat pro convocatione Concilii Generalis ad persequendum in eodem præfatum Bonifacium, vel illius potius mores, vitam & crimina. Actum* 13. *Junii anno Domini* 1303. *Indictione* I. *Pontificatus illius anno IX.* CUM *assensione prædicti Regis Philippi, de convocando tali Concilio. Actum Parisiis apud Lupara, die quo supra.* 17.

15 Juin. *Literæ Archiepiscoporum, Episcoporum & aliorum Prælatorum Regni* Franciæ; *quibus declarant, se Regis, Reginæ, nec non Filii ipsorum Hæredis personas, statum, honorem & Jura contra quemcunq; etiam* BONIFACIUM *Papam* VIII. *defensuros, & adhæsuros Appellationi ad Concilium Generale à Rege & ipsis factæ. Datum Parisiis* 15. *Junii* 1303. 20.

TABLE CHRONOLOGIQUE

ANNO 1303. 17 Juillet. *Fragmentum Epistolæ* ALBERTI I. *Imperatoris ad* BONIFACIUM VIII. *Papam de Romano Imperio per Sedem Apostolicam à Græcis in Germanos translato, atque de Jure eligendi Romanorum Regem certis Principibus Ecclesiasticis & Secularibus per eandem Sedem concesso. Datum apud Noremberg 16, Kal. Augusti, anno Domini* 1303. *Regni vero sui V. Indict. I.* Pag. 21.

15 Août. *Bulla* BONIFACII *Papæ* VIII. *Apologetica simul & increpatoria, de criminationibus, quibus falso eum insimulare volunt. Narratis enim prius omnibus, quæ Parisiis coram Rege Francorum, illoque favente acta & dicta fuerint, conqueritur de dicto Rege ac de suis adhærentibus, qui* os suum ponentes in cœlum mendaciter blasphemarunt blasphemiis; & exaltarunt vocem contra Sanctum Israël; id est Dei Vicarium & Petri Successorem, cui dictum est: Pasce Oves meas. *Exsecrat omnem Appellationem factam; aliî faciendam, de Papa ad futurum Papam, vel ad Sanctam Ecclesiam Romanam, vel ad Concilium Generale congregandum, quod etiam negat congregari posse sine eo. Datum Anagniæ* 18. *Kal. Septemb. Pontificatus sui anno IX.* 21.

8 Septemb. *Excommunicatio per* BONIFACIUM *Papam lata contra* PHILIPPUM *Francorum Regem, quâ insuper Subditos ejus ab omni juramento fidelitatis liberos pronunciat, ipsumque exhortatur, ut ad obedientiam redeat ac Sanctæ Matri Ecclesiæ reconcilietur, ne ulterius cogatur justo in eundem judicio animadvertere. Datum Anagniæ 6. Idus Septembris, Pontificatus sui anno XI.* 22.

16 Sept. *Lettres de l'Evêque de* SPIRE, *portant, qu'il s'engage & promet de défendre & maintenir la Ville de* SPIRE *dans tous ses Privileges: de se conformer aux Sentences qu'elle rendra judiciellement pour ou contre lui; & de ne faire saisir aucune personne soit Ecclesiastique ou Laïque, si elle n'est auparavant convaincue de crime. Du Lundi après l'Exaltation de la Sainte Croix* 1303. 24.

1304. 13 Mai. BENEDICTI *Papæ XI. Revocatio & Cassatio Suspensionum, Processuum & Sententiarum omnium, per* BONIFACIUM VIII. *contra* PHILIPPUM *Francorum Regem ejusque Regnum in puncto Privilegiorum & aliter edictarum, dictum Regem & Regnum cum Consiliariis & Officialibus in priorem statum, in quo ante suspensionem erant, restituens;* GUILLELMO DE NOGARETO *excepto, cujus absolutionem sibi reservat. Datum Perusii 3. Idus Maji, Pontificatus sui anno I.* ibid.

vers l'an 1305. *Suplication du Peuple de France au Roi* PHILIPPE LE BEL *contre le Pape* BONIFACE VIII. *où l'on soutient qu'il erra manifestement & fit péché mortel lorsqu'il pretendit étendre sa Puissance Spirituelle sur la Souveraineté Temporelle du Royaume, & où l'on demande, qu'il soit declaré Heretique & comme tel puni, quoiqu'après sa mort, dans la maniere qu'il se pourra & se devra.* 25.

5 Mai. *Instrumentum Publicum de Societate faciendâ inter Commune* Brixiæ *& Commune* Mantuæ *ac* Veronæ *ad Consilium quadringentorum Brixiæ. Actum 5 Maji* 1305. *Indictione* III. 27.

14 Mai. *Approbatio Ligæ per Ambasciatores* BRIXIENSES *Communi & Magistratui* MANTUÆ *propositæ, ab eodem Communi & Magistratu in Consilio generali facta, cum insertis Ligæ articulis & Mandato ipsorum Procuratori dato coram Consilio Brixiensi eandem approbandi & confirmandi, nec non jurandi in animas prædicti Magistratus & Communis Mantuæ de Pactis his perpetuo observandis. Actum in Consilio generali Mantuæ* 14 *Maii* 1305. *Indictione* III. 28.

21 Mai. *Liga & Societas inter Commune* BRIXIÆ *ex una & Communia* VERONÆ & MANTUÆ *ex altera Parte, qua spondent se eosdem Amicos & Inimicos habitura & adjutorium mutuum sibi præstitura in bello, nec Pacem se initura nisi de consensu mutuo & voluntate. Ordinatur ut de his Pactis fiant Statuta Specialia in singulis Civitatibus, quibus derogari per alia non debeat. In contravenientes pœna* 10. *mille librarum Imperialium Lombardorum constituitur. Actum Brixiæ* 21 *Maji Anno* 1305. *Indictione* III. 30.

Pax inter ALBERTUM I. *Romanorum Regem &* WENCESLAUM V. *Bohemiæ & Poloniæ Regem, qua* WENCESLAUS *Banno in Patrem ejus Bohemiæ & Poloniæ Regem, nec non hæredes & successores illius promulgato absolvitur, aliique eidem Adhærentes honoribus ac Juribus plene atque integre restituuntur. Datum apud Nurmberg* 15. *Calend. Septembr. Anno Domini* 1305. *Regni sui VIII. Indict. III.* Pag. 33.

ANNO 1305. 18 Août.

Fœdus inter Commune PARMÆ *ex una, & Communia* VERONÆ *ac* MANTUÆ *ex altera parte. Promittunt sibi invicem amicitiam firmam & stabilem, defensionem & auxilium mutuum adversus quoscunque; præsertim vero Marchionem* ESTENSEM. *Actum Veronæ* 8 *Novembris Anno* 1305. *Indictione III.* 34.

8 Novembre.

Liga & Fœdus perpetuum inter Civitatem BONONIÆ *ex una & Civitates* MANTUAM *ac* VERONAM *ex altera parte: Promittunt se eosdem Amicos & Inimicos habituros; hostes oppugnaturos communibus armis Terra marique; nec pacem aut aliam Conventionem facturos sine mutuo consensu. Actum Mantuæ* 11 *Januarii* 1306. *Indictione IV.* 36.

1306. 11 Janv.

Ordinationes post Ligam factæ de paranda via inter BONONIAM *&* MANTUAM, *atque ædificanda Turri, seu fortalitio in Terra Solariæ pro securitate dictæ viæ, & ad prohibendum ne merces ducantur per Canalem Mutinæ, nec non de obsidendis Castris & Terris* BREGHENSINI *&* RAZOLI *à Marchione* ESTENSI *detentis. Actum Mantuæ* 11 *Januarii* 1306. *Indictione IV.* 38.

11 Janv.

Accessio Capitaneorum [Grasulforum Mutinæ *ad Ligam Civitatum* Bononiæ, Mantuæ *&* Veronæ *suprascriptam cum earundem unanimi acceptatione sub certis conditionibus, ut videlicet, duo Castra* Carpi *&* Mirandulæ *reædificentur ad oppugnandum melius* Marchionem Estensem. *Actum Mantuæ eodem die & anno,* 11 *Januarii* 1306. *Indict. IV.* 39.

Liga perpetua inter FRANCISCUM *Marchionem Estensem ex una, & Civitates* BONONIÆ, PARMÆ, VERONÆ *&* MANTUÆ *ex altera, contra* AZONEM *Marchionem Estensem, ad recuperandum præcipue ab eodem Civitatem* FERRARIÆ *& Comitatum* RODIGII. *Actum Mantuæ* 15 *Jan.* 1306. *Indictione IV.* 42.

15 Janv.

Bulla CLEMENTIS V. *Papæ super Bullam* BONIFACII VIII. *quæ incipit:* Unam Sanctam, *quam quidem non revocat, sed tali modo debilitat, ut ea nullum præjudicium Regi & Regno* Franciæ *possit generari. Datum Lugduni Kalendis Februarii, Pontificatus sui anno I.* 46.

1 Fevrier.

Bulla CLEMENTIS *Papæ* V. *qua penitus revocat Bullam* BONIFACII VIII. *quæ incipit:* Clericis Laicis. ibid.

Societas Filiorum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, Civitatum nempe BONONIÆ, PARMÆ, MUTINÆ, REGII, VERONÆ, BRIXIÆ *&* MANTUÆ; *ita ut habeant communes amicos & inimicos, ac sibi mutuo auxilium ferant contra quoscunque per aquam & terram, nulla pace pangenda nisi de communi Consensu. Actum Bononiæ* 11 *Februarii anno* 1306. *Indictione IV.* ibid.

11 Fev.

Mandatum PHILIPPI *Regis Franciæ pro apprehensione Bonorum* Templariorum *in Britannia existentium Datum apud Claviacum* 6 *Martii* 1307. 48.

1307. 6 Mars.

Liga inter Civitates BONONIÆ, PARMÆ, BRIXIÆ, MANTUÆ *&* VERONÆ, *&* FRANCISCUM *Marchionem Estensem contra* AZONEM *Marchionem Estensem & Civitatem* FERRARIÆ, *quamdiu erit sub præfati* AZONIS *regimine. Per dictam Ligam datur facultas Capitaneo Mantuæ recipiendi in illam* Dominos de Polenta, *nec non Communia & homines Civitatum* Ravennæ *&* Cerviæ. *Actum Mantuæ* 14 *Martii anno* 1307. *Indictione V.* CUM *admissione Dominorum de Polenta & Civitatum superius nominatarum. Actum Mantuæ* 10 *Aprilis, anno & Indictione iisdem.* ibid.

14 Mars.

Pax inter Civitates BRIXIAM, VERONAM *&* MANTUAM *ex una, nec non* PERGAMUM *ex altera parte*

1 Avril.

ANNO 1307. *parte inita, qua damnis ac injuriis utrinque remissis, Captivisque relaxatis, firmam ac stabilem amicitiam ad invicem servare promittunt. Actum Pergami Calendis Aprilis, anno* 1307. *Indictione V.* Pag. 51.

13 Avril. *Liga inter Civitates* MANTUÆ, VERONÆ, PARMÆ, REGII, MUTINÆ & BRIXIÆ, *qua sibi auxilium & defensionem mutuam promittunt contra omnes & singulos, per aquam & terram, in quocumque loco, territorio & districtu. Actum Mantuæ* 13. *Aprilis anno* 1307. *Indictione VI.* 54.

1308. 3 Mars. *Pax perpetua inter* FRESCUM *Marchionem Estensem & Commune* FERRARIÆ *ex una, nec non Communia* MANTUÆ & VERONÆ *ex altera parte inita, qua offensis atque injuriis remissis, Captivisque relaxatis, securitatem mutuam rerum ac personarum sibi promittunt, cum obligatione restituendi quæ de Territorio alicujus partis per aliam partem occupata sunt. Actum Paduæ* 3 *Martii* 1308. *Indictione VI.* 59.

19 Avril. *Lettres de* PHELIPPE, *Comtesse de Haynaut, faisant foy de la Donation & Transport des Terres de* Dourlens, Thirimont & Consorre, *fait par* BEATRIX *Comtesse de Luxembourg à* HENRI *Comte de Luxembourg son Fils. Fait à Valenciennes le Vendredi après Pasque l'an* 1308. *au Mois d'Avril.* 61.

25 Avril. *Societas ad sexdecim annos inita inter* OTTONEM *Ducem Carinthiæ, Advocatum Ecclesiarum Tridentinæ & Brixiensis,* HENRICUM *Regem Bohemiæ, Fratrem ejus &* GUILIELMUM & ALDEGERIUM *de Castro Barco ex una, nec non Communia* VERONÆ & MANTUÆ *ex altera parte, qua sibi defensionem & assistentiam mutuam pro se, subditis & Amicis suis contra omnes homines de hoc mundo promittunt. Actum Veronæ* 25 *Aprilis, anno* 1308. *Indictione VI.* 62.

7 Juillet. *Pax inter Civitates* BRIXIÆ *ex una &* CREMONÆ *ex altera parte inita, per quam, abolitis & remissis injuriis atque offensionibus, Captivisque relaxatis, ex utraque parte* 25 *equitibus cum Capitaneo, pro majore securitate in Ripa Olei cuncta reponuntur in eum statum, in quo fuerunt post Pacem apud Pontem vicum anno* 1306. *conclusum. Actum in Ripa Olei* 7. *Julii anno* 1308. *Indictione VI.* CUM *approbatione Consilii generalis quadringentorum ex ordinatione Practicorum & Artium.* 9 *ejusdem mensis Brixiæ facta, altero die habiti. Actum Brixiæ* 10. *Julii, anno & Indictione eisdem,* NEC NON *Transumto, Actum Mantuæ* 8 *Augusti, anno & Indictione quibus supra.* 63.

28 Juillet. *Pax inter Commune* MANTUÆ *ex una, & Commune* LAUDÆ *ex altera parte, qua viarum & mercimoniorum securitate stipulata omnia restituuntur in eum statum, in quo fuerunt post pacem factam apud Pontemvicum. Actum Mantuæ* 28 *Julii anno* 1308. *Indictione VI.* 65.

1 Août. *Pax inter Commune* MANTUÆ *ex una &* CREMONÆ *ex altera parte, qua stipulatione de Mercaturæ & viarum securitate facta, dataque aliis Communitatibus libertate in hanc pacem intrandi, cuncta restituuntur in eum statum, in quo fuerunt post pacem ad Pontem vicum contractam. Actum* 1 *Augusti anno* 1308. *Indictione VI.* 66.

Octobre. *Assecuratio per Procuratores* OTTONIS & WOLDEMARI *Marchionum Brandeburgensium &* RUDOLPI & LUDOVICO *Comitibus Palatinis Rheni data, de Concordia servanda in Electione Romanorum Regis, atque Juribus præfatorum Principum post electionem manutenendis. Datum in Poperdia, feria sexta ante Simonis & Judæ anno* 1308. 67.

15 Octob. *Admissio Civitatis* MANTUÆ *ad pacem, quæ facta est inter Commune* MEDIOLANI *ex una, & Commune* BRIXIÆ *ex altera parte. Actum Mediolani* 15 *Octobris anno* 1308. *Indictione VII.* CUM *Mandato Civitatis Mediolanensis, Mantuanos ad hanc pacem admittendi. Actum ibidem* 14 *Octobris, anno & Indictione iisdem.* 68.

1309. 13 Juin. *Admissio Civitatis* PLACENTIÆ *in Ligam perpetuam defensivam & offensivam contra quoscunque, quam Com-*

munia VERONÆ, MANTUÆ, PARMÆ, BRIXIÆ & MUTINÆ *inter se inierunt, tenore ipsius Ligæ in hanc admissionem inserto. Actum Parmæ* 13 *Junii Anno* 1309. *Indictione VII.* CUM *Mandatis Civitatis Mantuæ & Placentiæ, nec non Alberti Scoti, Civis Placentini, datis Mantuæ, Placentiæ, Parmæ* 24 *Maji,* 6. 9. & 12. *Junii, anno & Indictione quibus supra.* Pag. 69. ANNO 1309.

Reversales aurea Bulla bullatæ, per ROBERTUM *Regem Siciliæ citra Farum* CLEMENTI *Papæ V. datæ, quibus proprio Juramento fatetur & recognoscit Regnum Siciliæ ex sola, mera liberalitate Sedis Apostolicæ tenere, caveatque juxta Pontificis voluntatem, ne unquam Rex vel Regina Siciliæ sit uno eodemque tempore Imperator vel Imperatrix: Promittit insuper, pro se & hæredibus suis in Regno, quod singulis annis ipse & ipsi solvent in Festo Beati Petri Sanctæ Sedi Apostolicæ Censum annuum* 8000. *Unciarum Auri, & unius Palafreni albi; cum aliis plurimis conditionibus. Datum Avinioni die* 26 *Augusti, Anno Domini* 1309. *Indictione VIII. Regni ejus primo.* 73. 26 Août.

Lettres de PHILIPPE LE BEL *Roi de France pour* YOLANDE *Duchesse Douairiere de Dreux, portant que l'Erection de la* Bretagne *en* Pairie de France *ne poura prejudicier à ses Enfans, ni les empêcher de jouir des Avantages fondés sur la Coûtume de Bretagne. Donné à Poissis le* 23 *Septembre* 1309. 77. 23 Sept.

Sentence rendue par les Princes de l'Empire *assemblez en Diete Generale à Francfort sous l'Empereur* HENRI VII. *contre* HENRI *Roi de Boheme, Fils de* MEINHARD *Duc de Carinthie, par laquelle il est privé du Royaume & même du Duché, parce qu'il s'est emparé du dit Royaume injustement; & qu'étant un Fief de l'Empire, il doit y retourner par faute d'heritiers legitimes.* ibid. 1310.

Tractatus Pacis, Amicitæ & Confœderationis inter HENRICUM VII. *Regem Romanorum ab una, &* PHILIPPUM PULCHRUM *Regem Galliæ ab altera parte, in emolumentum & promotionem totius Reipublicæ Christianæ. Datum Parisiis, die Veneris post Festum S. Joannis Evangelistæ Anno* 1310. CUM *Ratificatione Regis Romanorum* HENRICI *super hoc Tractatu. Actum in Castris ante Bressiam* 23. *Septembris Anno* 1311. ACCEDIT *Transumptum hujus Tractatus originalis per* Joannem Chalie *Presbyterum Aurelianensis Diœcesis publicum Notarium collationatum.* ITEM *Plenipotentia* PHILIPPI *Regis Galliæ, Procuratoribus super prædicto Tractatu data. Actum apud Fontem Bliandi die* 14 *Februarii, Anno* 1310. 78. 1 Janvier.

Diploma HENRICI VII. *Romanorum Regis, pro Communitate Helvetica* SWITS, *quô Jure Civitatis Imperialis donatur. Turego* 3. *Nonis Maji, anno Domini* 1310. 79. 5 Mai.

Syndicatus factus per homines GUELFORT *Partis extrinsecæ Civitatis* MUTINÆ *ad confirmandum Compromissum factum per prædictos ex una, & homines de Mutina ex altera parte, in Personis Dominorum* ALBRINI DE LA SCALA, PASSARINI DE BONACOLSIS & GUBERTI DE CORIGIA *super facto Pacis & Concordiæ tractandæ. Actum in Terra Saxoli in loco Podium dicto, die Martis* 13. *Octobris,* 1310. *Indictione VIII.* 79. 13 Octob.

Privilegium HENRICI VII. *Romanorum Regis pro* Ordine Teutonico, *quo confirmantur omnia Jura & Possessiones præfato Ordini in Pomerania aliisque Terris, quas legitimo emptionis aut alio justæ acquisitionis Titulo jam possidet, aut inposterum adipisci poterit. Datum Brixiæ quarto Idus Julii, anno Domini* 1311. *Regni sui III.* 80. 1311. 12 Juillet.

Sententia de Extinctione TEMPLARIORUM, *à* CLEMENTE *Papa V. lata in Concilio Viennensi.* 81. 1312. 2 Mai.

Littera PHILIPPI *Regis Galliæ ad* CLEMENTEM *Papam, qua consentit, ut Bona* Ordinis Templi *transferantur in* Ordinem Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, *juxta Concilii Viennensis Decretum. Datum Parisiis* 14 *Augusti* 1312. 82. 14 Août.

TABLE CHRONOLOGIQUE

ANNO 1313. 25 Avril. *Sententia Banni & Proscriptionis per* HENRICUM VII. *Romanorum Imperatorem in* ROBERTUM, *qui se Siciliæ Regem intitulat & plura Beneficia ab Imperio tenet, lata, ob Seditiones & Bella contra eum & Imperium mota, initaque cum Rebellibus Florentinis, Lucanis & Senensibus Fœdera. Actum Pisis 7. Kalend. Maji, Regni ejus anno V. Imperii vero I. quod fuit* 1311. Pag. 82.

1314. 25 Avril. *Accord entre* CHARLES *Comte de Valois, d'Alençon, de Chartres, d'Anjou & du Maine, Fils de Roi de France & ses Sujets d'*Anjou *& du* Maine. *Fait à Pontoise, le jour de St. Marc* 1314. 84.

23 Octob. *Epistola & Decretum* Quinque Electorum Imperii *ad Papam futurum, quo notificatur Electio* LUDOVICI BAVARI *die 20 Octobris peracta, simulque ab eodem Papa futuro requiritur, ut suo tempore ei coronam imponat. Datum apud Frankenford 10. Kal. Novembris* 1314. 85.

25 Nov. *Litteræ* HENRICI, *Electoris & Archiepiscopi Colonienſis, ad omnes Principes & Status Imperii: Significat* FRIDERICUM *Ducem Austriæ in Romanorum Regem rite & legitime electum fuisse, atque etiam ab se Bonnæ unctum & coronatum: Exhortatur illos & requirit, ut fidelitatem & obedientiam debitam illi præstent, non obstante Electione prætensa* LUDOVICI BAVARI, *quam nullam & attentoriam; utpote separatim die sequenti, priore subsistente, factam. Actum 25 Novembris Anno* 1314. *Indictione XIII.* 87.

16 Dec. *Procuratio* ROBERTI *Jerusalem & Siciliæ citra Farum Regis, ad recipiendum Sacramentum* FREDERICI *de Aragonia Principis, super Induciis inter eosdem initis usque ad Mensem Martii* 14. *Indictionis proximæ futuræ.* CUM *Capitulis earundem Induciarum in dicta Procuratione contentarum. Datum Neapoli* 16 *Decembris anno* 1314. *Indictione* 13. *anno Regni VI.* ibid.

1315. 10 Avril. *Declaration des* ESTATS DE BRETAGNE *solemnellement assemblés au sujet du Droit de Regale & de la Garde des Eglises, qu'ils reconnoissent appartenir au Duc comme Seigneur Souverain & Fondateur. Le Jeudi après Misericordias Domini* 1315. 88.

25 Mai. *Epistola* ROBERTI *Regis Siciliæ citra Farum ad Paduanenſes, quâ, enarratione præmissa pactorum Dotalium Sororis ejus* BEATRICIS *cum* AZONE *Marchione Estense, conqueritur de indebita occupatione tertiæ partis Landenariæ ad dictam* BEATRICEM *pertinentis per ipsos facta, rogatque ut sine frustratoria vel cavillatoria tarditate omnia restituant. Datum Neapoli 25 Maji* 1315. *Indictione* 13. *Anno Regni ejus VII.* 89.

25 Mai. LUDOVICI *Bavari Regis Romanorum Rescriptum, quo Civitates* UNDERWLD, URACH *&* SWITZ, *quæ ad instantiam Abbatis Eremi &* LEOPOLDI *Ducis Austriæ à Judicio Rotvilensi proscriptæ & ab Episcopo Constantiensi excommunicatæ fuerant, auctoritate Imperiali absolvuntur, & Imperii Societati restituuntur. Datum in Nuremberg* 8. *Kal. Junii, Regni ejus anno I.* ibid.

11 Sept. *Liga defensiva inter Communia* VERONÆ, VINCENTIÆ, MANTUÆ *ac* MUTINÆ *ex una, nec non* PISÆ *atque* LUCCÆ *ex altera parte, qua sibi invicem Consilium, auxilium & defensionem contra hostes promittunt. Instrumentum est primum Projectum istius Ligæ contrahendæ. Actum Pisis* 3. *Idus Septembris Anno* 1315. *Indictione XII.* CUM *Mandato Communis* Pisanorum *pro prædicta Liga ineunda. Actum Pisis, Indictione, anno, mense & die quibus supra.* 90.

10 Octob. *Accord entre* JEAN III. *Duc de Brabant & la Ville de* MALINES, *par lequel cette Ville s'oblige à le servir en guerre contre ses Ennemis, comme aussi de le secourir contre les siens. Fait le Lundi après le jour de St. Denis l'an* 1315. 93.

1316. 31 Août. *Transactio seu Deliberatio Communis* CASALII *cum* MARCHIONE MONTISFERRATI *de Reditibus ex eorum Communi annuatim habendis. Actum Casali* 31 *Augusti Anno* 1316. *Indictione XIV.* CUM *Transumpto ejusdem. Datum* 13 *Septembris anno* 1324. *Indictione VII.* ibid.

ANNO 1316. 11 Nov. *Ulrici Alsatiæ Landgravii Litteræ, quo Oppidum* Sanctum Hippolitum; Castrum Kunegesperg, Villam Lusheim *&c. possideat cum Fratribus in Feudalitate* FRIDERICI *Ducis Lotharingiæ. Actum die Sancti Martini anno* 1316. Pag. 94.

1322. 30 Mai. *Traité entre* FERRY III. *Duc de Lorraine &* EDWARD *Comte de Bar, par lequel le Duc* FERRY *s'engage de garder la Neutralité durant la Guerre que le Comte* EDOUARD *va entreprendre contre* le Roy de Boheme; EDOUARD *s'obligeant en échange de reprendre en Foi & hommage tous les Fiefs qu'il possedoit entre Meuse & Moselle, & qui lui étoient echus de la Succession de* PIERRE LE BAR *son Oncle. Fait le Dimanche après la St. Urbain au Mois de Mai* 1322. ibid.

1323. 18 Mai. *Capitula convenèd inter Principem* TARENTI *& Principem* ACHAYÆ *de transitu dicti Principis Achayæ ad partes Romaniæ, nec non de modo & numerò Militum utrique eorum contingente ad Expeditionem faciendam contra hostes communes. Actum Neapoli die* 18. *Madii* 1323. *Indictione VI.* 95.

1324. 31 Mars. *Litteræ* JOANNIS *Papæ* XXII. *quibus asserta sibi primum universa Jurisdictione in Imperium Solio vacante; Excommunicationem fulminat contra eos, qui Jure Vicariatus administrationem ejus assumunt; cassatque, irritat & annullat omnes Confœderationes super hoc factas; licet juramento vallatas. Actum Avenione* 2. *Calendas Aprilis.* 96.

21 Juillet. *Bulla* JOANNIS *Papæ* XXII. *qua eundem* LUDOVICUM *Bavarum discorditer electum Romanorum Regem ob contumaciam suam & in malo perseverantiam jure Regni & Imperii ex dicta electione competenti privat. Datum Avenione* 5. *Idus Julii, Pontificatus sui anno VIII.* 97.

Août. *Edictum famosum* LUDOVICI *Bavari, Romanorum Regis contra* JOANNEM XXII *Papam publice in Comitiis Ratisponensibus pronunciatum & oppidatim affixum, quo eum hominem pecuniosum, avidum Imperii, Simoniacum, Sacra profanis miscentem, Violatorem Juris Gentium & Legum Naturalium, Monstrum Biceps, Ludibrium naturæ abominabile, Antichristi Præcursorem & Anteambulonem nuncupat. Datum Reginoburgi, mense Augusto, anno Domini* 1324. 100.

1326. 13 Avril. *Revers de la Ville de* Quedlinbourg, *portant qu'elle se soumet à la Protection de l'Evêque d'*Halberstadt, *avec promesse de luy payer annuellement une reconnoissance de cinquante Marcs d'argent. Fait à Quedlinbourg le jour des St. Tiburce & Valerin* 1326. 103.

1327. 24 Fev. *Lettres de Protection accordées par* JEAN *Roi de Boheme à* CASIMIR *Duc de Teschen pour lui, ses Biens & Droits; avec promesse qu'en cas que* JEAN *Duc d'Ausiwentzyn, autrement d'Auschwitz, vienne à mourir sans hoirs de son Corps, il lui donnera cette Principauté. A Prague le* 24. *Fevrier* 1327. ibid.

3 Avril. *Bulla* JOHANNIS *Papæ XXII. qua* LUDOVICUM *Bavarum discorditer electum in Romanorum Regem, ob ejusdem continuatam nequitiam, excessus detestabiles, protervam contumaciam, culpas horrendas, injustitias & injurias, Ducatu Bavariæ & omni jure in eodem competenti, nec non omnibus Feudis Ecclesiasticis & Imperialibus privat. Datum Avenione* 3. *Nonas Aprilis, Pontificatus sui anno XI.* 203.

3 Avril. *Citatio* LUDOVICI *Bavari per* JOHANNEM *Papam XXII. ad audiendam sententiam super crimine Hæresis. Datum Avenione III. Nonas Aprilis anno XI.* 107.

9 Avril. *Bulla* JOHANNIS *Papæ XXII. qua* LUDOVICUM *Bavarum jam excommunicatum, nec non jure Regni & Imperii, quemadmodum etiam Ducatus Bavarici privatum monet, ut Lombardia exeat, idque sub gravissimis pœnis Anathematis, aliisque ab ipso jure inflictis, mortis quoque ac mutilationis membrorum. Avenione* 5. *Idus Aprilis, Pontificatus Anno XI.* 108.

22 Octob. *Declaratio* JOHANNIS *Papæ XXII. contra* LUDOVICUM *Bavarum tanquam Hæreticum, cum inhibitione ad universos, nominatim vero Mediolanenses, Sagonenses, Cumanenses aliasque Universitates & Civitates,*

ANNO 1327. *vitates, ne præfato* LUDOVICO *in aliquo faveant vel adhæreant. Datum Avenione, 10. Kalendas Novembris, Pontificatus sui Anno XII.* Pag. 109.

1328. *Fragmentum Sententiæ à* LUDOVICO *Bavaro Romanorum Imperatore contra* JOHANNEM *Papam* XXII. *latæ.* 111.

3. Anno gratiæ 907. *Eadwardus* senior Alfridi Regis, filius, dictus filiolus Chifodi Regis Angliæ *Scotorum, Cumbrorum & Stregewallorum* Reges, tanquam superiori Dominio, subjectos habuit & submissos. Anno gratiæ 933. *Æthelstanus* Rex Angliæ, *Constantinum Regem Scotiæ* sub se regnaturum constituit, dicens gloriosius esse Regem facere, quam Regem esse. Et est memoria, quòd item Æthelstanus intercedente *Sancto Johanne de Beuerlaco*, quondam Episcopo Eboracensi, Scotos rebellantes ei devicit: qui gratias Deo devotè agens, Deum exoravit, petens ut interveniente Beato Johanne, ei aliquod signum evidens ostenderetur, quo tam succedentes quàm præcedentes cognoscere possent Scotos jure subjugari Regno Anglorum; & videns quosdam scopulos juxta quendam locum de Dumbar in Scotia præminere, extracto gladio de vagina percussit in silicem, qui lapis ad ictum gladii Dei virtute ita cavatur, ut mensura ulnæ posset longitudini coæquari. Et hujus rei hactenus evidens signum apparet *in Beverlacensi Ecclesia* [&] *in Legenda Beati Johannis* quasi singulis hebdomadis per annum ad laudem & honorem Sancti Johannis pro miraculo recitatur. Et de hoc extat celebris memoria tam in Angliâ quàm in Scotia usque in diem præsentem. Item *Constantinus Rex Scotorum*, & *Eugenius Rex Cumbrorum* ad prædictum Regem Angliæ Æthelstanum, post aliquam dissensionem inter eos habitam venientes, se cum Regnis suis eidem Æthelstano dedidere. Cujus facti gratia filium Constantini ipse Æthelstanus de Sacro fonte suscepit. Anno gratiæ 948. *Eadredo Regi Angliæ* Scoti sine bello se subdiderunt, & eidem Regi Eadredo tanquam Domino fidelitatem juraverunt. Item anno gratiæ 974. cum *Eadgarus Rex Angliæ* Regem Scotorum *Kinadium*, & Cumbrorum *Malcolmum Regesque plurimarum Insularum*, scilicet Maccum aliosque quinque Regulos subjugasset, videlicet Dunwal, Siferth, Huwal, Jacob, Inchel; & remigando per flumen Devæ, in quadam navi prope proram sedisset, fertur ipsum dixisse, successores suos posse gloriari se Reges Anglorum esse, cum tanta honoris prærogativa fruerentur, quòd subjectam haberent tot Regum potentiam. Post dictum Eadgarum successive regnaverunt Reges Angliæ: *Dominus* Eadwardus Martyr, Æthelredus frater ejus, Eadmundus dictus Ironsyde filius Æthelredi, & Cnutus anno gratiæ 1001. qui eorum temporibus Regnum Scotiæ in sua subjectione pacifice tenuerunt, hoc duntaxat excepto quòd 15. anno prædicti Cnuti idem Cnutus Scotos rebellantes expeditione illuc ducta, & Regem Scotiæ Malcolmum parvo subegit negotio, subditusque est iidem prædictus Malcolmus. Quibus Haraldus filius Cnuti & Hardecnutus frater ejus, unus post alium Reges Angliæ successerunt, qui sibi sic regnantibus subjectionem Regni Scotiæ pacificam habuerunt. Anno gratiæ 1054. sanctus Eadwardus Rex Angliæ Regnum Scotiæ *Malcolmo filio Regis Cumbrorum* de se dedit tenendum. Item anno gratiæ 1072. *Gulihelmus Bastardus* Rex Angliæ, cognatus dicti Eadwardi, à Malcolmo Rege Scotiæ, tanquam à suo homine sibi subdito recepit homagium. Anno gratiæ 1091. *Gulihelmo Rufo* Regi Angliæ prædictus Malcolmus Rex Scotorum juramento fidelitatis subjectus fuit. Anno gratiæ 1092. prædictus Gulihelmus *Dunevaldum* de Regno Scotiæ ex justis causis amovit, & *Duncanum filium Malcolmi* Regno Scotiæ præfecit, & recepit ab eo fidelitatem & juramentum, dictoque Duncano dolosè peremto, dictus Rex præfatum Dunevaldum, qui iterum Regnum Scotiæ invaserat, amovit ab eodem & *Eadgarum filium Malcolmi* Regem Scotiæ constituit, & eidem Regnum illud donavit. Cui successit *Alexander frater Eadgari* consensu Regis Angliæ *Henrici Primi*, fratris dicti Regis Gulihelmi Rufi. Anno gratiæ 1126. *Mathildi Imperatrici* filiæ & hæredi Henrici Regis prædicti, *David Rex Scotiæ* fecit homagium & fidelitatem. Item *Regi Angliæ Stephano Henricus filius dicti Regis David* fecit homagium. Item *Gulihelmus Rex Scotiæ* pro Regno Scotiæ & *David filius ejus*, Comites & Barones Regni Scotiæ devenerunt homines *Henrici filii Regis Henrici Secundi* in crastino coronationis prædicti Henrici filii Regis Henrici Patre adhuc vivente, & fidelitatem ei juraverunt contra omnes homines salva fidelitate debita Patri vivente. Anno verò 20. Regni Regis Henrici secundi prædicti, dictus *Gulihelmus Rex Scotorum* rebellare incipiens venit in Northumbriam cum exercitu magno & exercuit in Populo stragem magnam, cui occurrentes milites Comitatûs Eboracensis apud Alnewyke ipsum ceperunt, & Domino Regi Angliæ reddiderunt Anno [1174.) sequenti quintodecimo Kalend. Martii est idem Rex Gulihelmus permissus liberè abire, postea verò apud Eboracum anno eodem septimo Kalendas Septembris, idem Gulihelmus Rex Scotorum de consensu Prælatorum, Comitum & Baronum, Procerum & aliorum Magnatum Regni Scotiæ, Domino suo Regi Angliæ Henrico filio Mathildis Imperatricis prædicto, suis *Literis patentibus* caviisse noscitur, quòd ipse & hæredes & successores sui Reges Scotiæ, de quibus Dominus Henricus habere voluerit, facient Regibus Angliæ homagium, fidelitatem & ligeanciam, ut *Ligio Domino* contra omnem hominem; & in signum subjectionis hujus idem Gulihelmus Rex Scotorum capulum, lanceam & cellam suam super altare B. Petri Eboraci obtulit, quæ in eadem Ecclesia usque in hodiernum diem remanent & servantur. Item *Episcopi, Comites & Barones dicti Regni Scotiæ* conventionaverunt, ut verbis ejusdem conventionis uterentur Domino Regi Angliæ & Henrico filio suo prædictis, quòd si Rex Scotiæ aliquo casu à fidelitate Regis Angliæ & conventione prædicta recederet, ipsi cum Domino Rege Angliæ tenebunt *sicut cum Ligeo Domino suo contra Regem Scotiæ*, quousque ad fidelitatem Regis Angliæ redeat. Quam quidem compositionem felicis recordationis Gregorius Papa Nonus in diversis Scriptis Regibus Angliæ & Scotiæ directis, mandavit firmiter observari, continentibus etiam inter cætera, quòd *Gulihelmus & Alexander*, Reges Scotiæ, Regibus Angliæ *Johanni, & Henrico* Ligeum Homagium & fidelitatem fecerunt: quæ tenentur successores eorum, Comites & Barones Regni Scotiæ ipsis & suis successoribus exhibere. Item quòd idem Rex Scotiæ homo ligius sit ipsius Henrici Regis Angliæ & eidem fidelitatis præstitit juramentum, quo se principaliter astrinxit, quòd in ipsius Regni & Regis Angliæ detrimentum nihil debeat penitus attemptare. Et Papa Clemens scribens Regi Angliæ pro Johanne Episcopo S. Andreæ, expulso ab Episcopatu suo per Regem Scotiæ, inter cætera rogavit, ut Gulihelmum Scotiæ moveret & induceret, & si necessarium fuerit, districtione regali, qua ei pater [lego: parti] præeminet, & concessa suæ Regiæ Celsitudini potestate compelleret, ut ipse Episcopo omnem rancorem animi remitteret, & Episcopatum suum eum habere in pace permitteret. Et post conventionem prædictam in Ecclesia Beati Petri Eborac. coram prædictis Regibus Angliæ & Scotiæ & Davide fratre suo, & universo Populo, Episcopi, Comites & Barones & Milites Terræ Regni Scotiæ juraverunt Domino Regi Angliæ & Henrico filio suo, & hæredibus eorum, fidelitatem contra omnem hominem, sicut Legiis Dominis. Anno 1194. idem Gulihelmus Rex Scotiæ ad mandatum Henrici Regis prædicti venit apud Northamptonam ad Parliamentum Domini sui, adducens secum omnes Episcopos, Abbates & Priores totius Regni sui. Et venit etiam ad mandatum ejusdem Regis in Normanniam. Et idem Rex Scotorum Gulihelmus post decessum Regis Henrici veniens Cantuariam Richardo Regi Angliæ

ANNO 1301.

ANNO 1301. gliæ filio & hæredi dicti Henrici fecit homagium. Quo Richardo viam universæ carnis ingresso, præfatus Gulihelmus Johanni Regi Angliæ, fratri & hæredi prædicti Richardi, extra civitatem Lincoln. in conspectu totius Populi super quendam montem fecit homagium & juravit ei fidelitatem super crucem Huberti, tunc Cantuariensis Archiepiscopi, & eidem Johanni Domino suo concessit per chartam suam, quod Alexandrum filium suum, sicut hominem ligium suum maritaret, promittendo firmiter in charta eadem, quòd idem Gulihelmus Rex Scotiæ & Alexand. filius suus Henrico filio Johannis Regis Angliæ, tanquam Ligio Domino suo contra omnes mortales fidem & fidelitatem tenerent. A quo quidem Gulihelmo Rege Scotiæ postmodum pro eo, quod desponderat filiam suam Comiti Bononiæ præter Regis Johannis Domini sui assensum, & pro transgressione & temeraria præsumptione hujus debitam satisfactionem susceperit. Item *Alexander Rex Scotiæ, fororius noster*, Regi Angliæ *Henrico* patri nostro pro Regno Scotiæ; & postea nobis fecit homagium. Vacante deinde Regno Scotiæ *per mortem Alexandri* illius, & subsequenter *per mortem Margaretæ* ejusdem Scotiæ Reginæ & Dominæ proneptis nostræ; Episcopi, Abbates, Priores, Comites & Barones, proceres & cæteri Nobiles & Communitates totius Regni Scotiæ ad nos tanquam ad *ligeum defensorem*, ducem, *aurigam*; capitaneum; & *Dominum capitalem* ejusdem Regni Scotiæ sic vacantis, gratis & spontanea voluntate accedentes, prout tenebantur de jure, jus nostrum, progenitorum & anteccessorum nostrorum ac possessionem superioris & directi Dominii in Regno eodem, & ipsius Regni subjectionem ex certa scientia, purè, simpliciter & absolutè recognoverunt; & præstitis ab eis nobis, tanquam *superiori & directo Domino* Scotiæ, debitis & consuetis fidelitatis juramentis ac Civitatibus, burgis, villis & cæteris munitionibus in manu nostra traditis ad custodiam ejusdem Regni certos jure nostro regio Officiales & Ministros deputavimus, quibus ipsi tempore vacationis hujus concorditer fuerunt obedientes, & intendentes Regiis nostris præceptis & mandatis. (Anno 1291.) postmodum autem diversæ personæ super successione in dictum Scotiæ Regnum jure hæreditario inter se contendentes, ad nos tanquam ad superiorem Dominum Regni Scotiæ accesserunt, petentes super successione Regni prædicti sibi per nos exhiberi in Regnum prædictum justitiæ complementum; volentes & expresse consentientes coram nobis tanquam coram superiori & directo Domino Regni Scotiæ in omnibus ordinandis stare & obtemperare. Ac demum judicialiter propositis & sufficienter auditis, rimatis, examinatis & diligenter intellectis partium juribus, finaliter & in præsentia omnium Prælatorum & Nobilium quasi totius Regni Scotiæ, & de voluntate & consensu expresso eorundem procedentes, *Johannem de Balliolo debitè præfecimus in Regem Scotorum*, quem tunc successivè in ejusdem Regni hæredis jura invenimus habere potiora. Qui quidem Prælati, Comites &. Barones, Communitates ac cæteri incolæ Regni ipsius sententiam nostram expresè audierunt, acceptaverunt & approbaverunt, & ipsum Johannem de Mandato, virtute hujus Judicii, in Regem suum admiserunt.

4. Ac idem Johannes, Rex Scotiæ, pro Regno suo prædicto nobis homagium debitum & consuetum fecit & fidelitatis juramentum præstitit, & ex tunc *tam in Parliamentis quam Consiliis nostris*, de mandato nostro veniens, tanquam Subditus noster, sicut alii de Regno nostro, interfuit. Et nostri tanquam Domini sui superioris beneplacitis & Mandatis in omnibus obediens & intendens extitit. Quousque idem Johannes Rex Scotiæ & Prælati, Comites & Barones, Nobiles, Communitates, ac cæteri incolæ majores ejusdem Regni ex præconcepta malitia, ac prolocuta [præmeditata] & præordinata proditione, communicato consilio tunc cum inimicis nostris capitalibus notoriis amicitias copularunt; ac pactiones, conspirationes & conjurationes, in exhæredationem nostram & hæredum nostrorum, ac Regni nostri, contra debitum homagium, in crimen læsæ Majestatis nequiter incidendo, [contra] fidelitatis juramentum inierunt cum eisdem. Verùm cum præmissa, relatione fama publica consentiente, ad aures nostras devenissent, volentes futuris periculis præcavere, quæ ex his & aliis possint nobis, Regno nostro & Regni nostri incolis verisimiliter provenire; pro assecuratione Regni nostri accessimus ad confinium Regni utriusque pluries mandantes eidem Johanni, tunc Regi Scotiæ, ut ad certa loca in confinio prædicto ad nos accederet, super præmissis & aliis assecurationis statum, tranquillitatem & pacem Regni utriusque contingentibus, tractaturus. Qui spretis Mandatis nostris, in sua persistens perfidia, ad bellicos apparatus cum Episcopis, Prælatis, Comitibus & Baronibus Regni Scotiæ, ac etiam aliis exteris conductitiis contra nos, Regnum nostrum & Regni incolas hostiliter se convertens accinxit, & ad hostiles aggressus & incursus procedens, Regnum nostrum invasit, & quasdam villas Regni nostri Angliæ per se & suos deprædatus est, eas vastavit incendio, homines nostros interfecit, & nonnullis nautis nostris per eos peremptis, naves hominum nostrorum Regni Angliæ comburi fecit & è vestigio aggredi: denegatisque nobis homagio & fidelitate, tam pro se quam pro aliis quibuscunque Regni sui incolis per literas ejusdem Regis, verba offensionum exprimentes, & inter alia, verba diffidationis continentes, Comitatus nostros Northumbriæ, Cumbriæ & Westmerlandiæ Regni nostri Angliæ, congregato exercitu ingenti hostiliter per se & suos invasit, stragem innumeram hominum nostrorum, incendia Monasteriorum, Ecclesiarum & villarum inhumane perpetrando, & patriam undique depopulando, infantes in cunabulis, mulieres in puerperio decubantes gladio trucidarunt, & quod auditu horrendum est, à nonnullis mulieribus mammas atrociter absciderunt, parvos Clericulos primam tonsuram habentes & Grammaticam addiscentes, ad numerum circiter ducentorum, in Scholis existentes obstructis ostiis scholarum, igne supposito cremaverunt. Nos quoque cernentes tot damna, opprobria, facinora & injurias, in exhæredationem nostram & destructionem Populi nostri proditionaliter; nolentes ratione juramenti, quoad conservationem jurium coronæ Regni nostri sumus adstricti, præmissa facinora ulterius concelare, nec jura nostra relinquere indefensa: cùm per leges ipsum Johannem tunc Regem Scotiæ gentemque suam nobis subditam justificare possemus, nec ipsum Regnum Scotiæ, quod a longissimis temporibus, sicut superius exprimitur, nobis & progenitoribus nostris feudale extitit: * in causis præmissis contra dictum Johannem gentemque Scotorum vires potentiæ nostræ extendimus, prout de jure nobis licuit, & processimus contra ipsos, tanquam hostes nostros & proditores. Subjecto itaque Regno Scotiæ & jure proprietatis ditioni nostræ subacto, præfactus *Johannes, quondam Rex Scotiæ, ipsum Regnum Scotiæ, quatenus id facto tenuit, sponte, purè & absolute reddidit in manus nostras*, proditiones & scelera memorata coram nobis & proceribus nostris publicè recognoscens. Quo peracto, præfati Comites & Barones, Nobiles & Communitates Regni Scotiæ, quos ad pacem nostram regiam susceperimus, subsequenter homagia & fidelitatem nobis tanquam immediato Domino & proprio ejusdem Regni Scotiæ fecerunt. Ac etiam redditis nobis ejusdem Regni Civitatibus, villis, castris, munitionibus ac cæteris locis omnibus, ad dictum Regnum spectantibus Officiales nostros & Ministros ad regimen ejusdem Regni Scotiæ præfecimus jure nostro. Et cum jure pleni Dominii in possessione ejusdem Regni existere dinoscamur, non possumus nec debemus, quin insolentiam Subditorum nostrorum rebellium, si quos invenerimus, præeminentia Regia, prout expedire viderimus, reprimamus. Quia vero ex præmissis & aliis constat evidenter, & notorium existit, prælibatum Regnum Scotiæ, tam possessionis quam proprietatis ad nos pertinere pleno jure, nec quicquam fecimus vel * caverimus, scripto vel facto, sicuti nec possemus, per quæ juri aut possessioni prædictis debeat aliqualiter derogari; Sanctitati vestræ humiliter supplicamus, quatenus præmissa provida præmeditatione pensantes ex illius [illis] vestri animi motu [motus] dignemini informare, suggestionibus contrariis æmulorum in hac parte fidem nequaquam adhibendo, quinimo statum nostrum & jura nostra regia supradicta habere velitis, si placet, paternis affectibus commendata. Conservetur Paternitas vestra ad regimen Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora prospera & longæva. Datum apud Kynardesey Idibus Maii, anno 1301. & Regni nostri 29.

ANNO 1301.

II.

Litteræ Comitum & Baronum Angliæ ad Papam BONIFACIUM VIII. *quibus diserte negant*

ANNO 1301. *negant Regnum Scotiæ ullis temporibus ad Ecclesiam Romanam pertinuisse, aut de præsenti pertinere. Datis Lincolniæ anno Domini* 1301. [G.G. LEIBNITZII *Codex Juris Gentium* in Mantissa. Part. II. pag. 287.]

SAnctissimo in Christo Patri, Domino *Bonifacio*, divina Providentia sanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, sui devoti filii Johannes Comes Warenn. Thomas Comes Lancastriæ, Radulphus de Monte Hermeti Comes Gloceſtriæ & Hertfordiæ, Humfridus de Bohun Comes Hereford. & Essex. & *Constabularius Angliæ*, Rogerius Bigot, *Comes Norf. & Marscallus Angliæ*; Guido Comes Warwic. &c. devota pedum oscula beatorum &c. Sancta Romana mater Ecclesia per cujus ministerium fides Catholica [f. conservatur] in suis actibus, cum ea, ut firmiter credimus & tenemus, maturitate procedit, quæ nulli præjudicare, sed singulorum jura conservare velit illæsa. Sane convocato nuper per Serenissimum Dominum nostrum Eadwardum, Dei gratia, Regem Angliæ illustrem, Parliamento apud Lincolniam generali, idem Dominus noster *quasdam Literas Apostolicas*, quas super certis negotiis conditionem & statum Regni ex nostra [f. vestra] parte receperat in medio exhiberi, ac serioſe nobis fecit exponi: Quibus auditis & diligentiùs intellectis tam sensibus nostris admiranda quam hactenus inaudita in eis audivimus contineri. Scimus enim, Pater sanctissime, & est notorium in partibus nostris, ac nonnullis aliis non ignotum, quod a prima institutione Regni Angliæ, Reges ejusdem Regni, ram temporibus Britonum quam Anglorum, superius & directum Dominum Regni Scotiæ habuerunt in possessione, vel Capitanei superioritatis, & rectitudinis [lego: recti Domini, id est Domini directi] ipsius Scotiæ succesſivis temporibus extiterunt: *nec ullis temporibus ipsum Regnum in temporalibus pertinuit vel pertinet, quovis jure, ad Ecclesiam vestram* supradictam. Quinimo idem Regnum Scotiæ progenitoribus dicti Regis nostri, Regibus Angliæ, atque sibi, feudale extitit ab antiquo; nec etiam Reges Scotorum, & Regnum aliis, quam Regibus Angliæ, subfuerunt vel subjici consueverunt. *Neque Reges Angliæ super juribus suis in Regno prædicto aut aliis suis temporalibus, coram aliquo Judice Ecclesiastico vel seculari ex præeminentia status suæ Regiæ dignitatis & consuetudinis*, cunctis temporibus irrefragabiliter obſervatæ, *responderunt*, aut respondere debebant. Unde habito tractatu & deliberatione diligenti super contentis in Literis vestris memoratis; communis, concors, & unanimis omnium nostrum & singulorum consensus fuit, est, & erit inconcusse, Deo propitio, in futurum; quòd præfatus Dominus noster Rex super juribus Regni Scotiæ, aut aliis suis temporalibus *nullatenus respondeat judicialiter coram vobis*, nec judicium subeat quoquo modo, aut jura sua prædicta in dubium questionis deducat, nec ad præsentiam vestram Procuratores aut Nuncios ad hoc mittat, præcipuè cum præmissa cederent manifeste in exheredationem juris Coronæ Regni Angliæ, & Regiæ dignitatis ac subversionem status ejusdem Regni notoriam nec non in præjudicium libertatis, consuetudinum & legum paternarum; ad quarum obſervationem & defensionem ex debito præstiti juramenti astringimur. Et quæ in manu tenebimus toto posse, totisque viribus cum Dei auxilio defendemus. Nec etiam permittimus, nec aliqualiter permittemus, sicut non possumus nec debemus, præmissa tam insolita, indebita, præjudicialia, & alias inaudita prælibatum Dominum nostrum Regem, etiam si vellet, facere, seu modo quolibet attemptare. Quo circa, Sanctitati vestræ reverenter & humiliter supplicamus, quatenus eundem Dominum nostrum Regem, qui inter alios Principes orbis Terræ Catholicum se exhibet, & Romanæ Ecclesiæ devotum, Jura sua & Libertates, & Consuetudines & Leges prædictas, absque diminutione & inquietudine pacifice possidere ac illibata persistere [f. percipere] benigniùs permittatis. In cujus rei testimonium sigilla nostra, tam pro nobis quàm pro tota Communitate prædicti Regni Angliæ, præsentibus sunt appensa. Datis & actis Lincolniæ anno Domini 1301.

III.

ANNO 1301.

Tabulæ quibus BONIFACIUS VIII. *Pontifex Maximus*, CAROLO VALESIO, *nomine Imperii Officium Vicarii in Tuscia confert. Datum Laterani* 6 *Non. Decembris anno VII.* Decembre. [Nova eaque plena Assertio Juris quod Cæsar. Maj. ac S. Imperio in Magnum Tusciæ Ducatum competit. *In Append.* pag. 68. Ex Raynaldo.]

VEnerabili Fratri Portuensi Episcopo.

Cum nobilis Provincia Tusciæ multis foret consossa doloribus, guerrarum concitata dissidiis, civilibus bellis licentiæ laxatis habenis, ac deformata ruinis, decuit Nos ad animarum, corporum & rerum vitanda pericula, in ipsa prosequi vias pacificas, & ad unitatem reducere dissentientes, ne se mutuo lacerarent, impeterent, ac molestarent injuste; ut tam nobilis tantaque Provincia in Tabernaculis fiduciæ requiesceret, & in pacis dulcedine habitaret; & per hoc in ea purgaretur hæretica pravitas, cohiberetur prædonum audacia; honoraretur S. R. Ecclesia, & fidelium devotio nutriretur. Ad nos namque Relatio fide digna perduxerat, quod nonnulli de dicta Provincia cum malitiæ suæ conſciis, atque consortibus habentes de ipsius turbatione pruritum malignitatis suæ, in favorem Nostrorum, & Apostolicæ Sedis rebellium, suos illicitos conatus moliebantur extendere, ut non cuiquam sua confirmaretur justitia, non cuiquam status suis debitus meritis servaretur. Unde cum Fratribus Nostris; habita deliberatione matura, *attendentes quod Romanum vacat Imperium*, cujus ad Nos, præsertim hoc tempore pacifica conservatio dignoscitur pertinere; dilectum filium, nobilem Virum Carolum, natum claræ memoriæ Philippi Regis Francorum, Comitem Andegavensem; de cujus strenuitate, armorum experientia & bonitate confidimus; *conservatorem pacis in ea parte ipsius Thusciæ*, quæ prædicto Imperio subjacet, de Fratrum eorundem consilio duximus deputandum. Qui Provinciam ipsam potenter & prudenter ingressus, hujusmodi commissum sibi paciariatus, seu conservandæ pacis officium, Divina sibi assistente virtute, cœpit laudabiliter exercere: ita quod devoti & fideles Ecclesiæ sæpe dictæ, de ipsa Provincia habere poterunt, dante Domino, bonum statum, eruntque prava in directa, & viæ asperæ planabuntur. Verum, ut hæc salubrius & efficacius impleantur cum quiete ac pace, Te, de cujus legalitate, bonitate, circumspectione, & experientia matura confidimus, ad partes easdem providimus destinare, in eadem Provincia Nostra tibi auctoritate concessa; per cujus dictus Comes favorem protectus, directus consilio, & maturitate adjutus, commissum sibi officium, juxta beneplacitum Divinum & Nostrum, cum moderatione, ac mensura, tranquillius & utilius possit debitæ executioni mandare.

Quo circa Fraternitatem Tuam rogamus, monemus & hortamur attente, per Apostolica Tibi scripta mandantes, quatenus Te celeriter accingens, & ad partes illas personaliter festinus accedas, & ad ea, quæ Comiti memorato commissimus efficaciter promovenda, & laudabiliter consummanda in Provincia sæpe dicta per Te & alios, de quibus expedire videris, ipsum solerter inducas, & tam Tu, quam ipse vestra studia convertatis ad seminandum in ea semen charitatis & pacis: ut sedatis guerrarum & dissensionum turbinibus, qui nimis invaluerunt ibidem, Provincia ipsa tot impulsibus agitata, quasi post noctis tenebras, floridum diei lumen adspiciat; post glaciei frigus hyemis, aurea sibi tempora, & serena succedant, in quibus afflicti non solum temporalem lætitiam, sed æternam, auctore Domino, consequantur, contradictores & rebelles auctoritate Nostra per Te, vel per alium, seu alios, per spirituales pœnas, appellatione postposita, compescendo &c. Datum Laterani VI. Non. Decembris anno VII.

IV.

Breve (1) *illud famosum* BONIFACII VIII. *Pa-* 5. Decembre.

(1) Voila bien des Auteurs qui ont tous raporté la Lettre de *Beni-*

ANNO 1301.

Papæ ad PHILIPPUM PULCHRUM *Regem Franciæ datum, quo strictissimis verbis significat illum subesse sibi, non tantum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus. Datum Laterani Nonis Decembris, Pontificatus sui anno VII.* CUM *Responso præfati Regis satis contumelioſe conscripto.* [*Hist. du different de* BONIFACE VIII. avec PHILIPPE LE BEL, aux Preuves pag. 44. d'où l'on a tiré cette Piece, qui se trouve aussi dans les *Annales de France par* NICOLES GILLES sous l'an 1296; dans GOLDASTI *Constit. Imper.* Tom. 3. pag. 407. sous l'an 1302; Dans GIRARD DU HAILLAN *Histoire de France*, liv. 13. au Regne de PHILIPPE LE BEL; dans FAVIN *Hist. de Navarre* liv. 7. anno 1303. pag. 351. dans BELLE-FOREST en ses Annales Tom. I. ann. 1301. fol. 770. dans VIGNIER *Biblioth. Hist.* Part. 3. ann, 1301. Dans PASQUIER *Recherches de la France* liv. 3. chap. 17. p. 220. dans DE SERRE, *Hist. de France*, ann. 1303. pag. 121. & dans les *Libertés de l'Egliſe Gallicane* pag. 264. & pour la seconde fois aux Preuves pag. 236.]

Bonifacius Episcopus Servus servorum Dei, Philippo Francorum Regi.

Deum time, & mandata ejus observa.

SCIRE *te volumus*, quòd in spiritualibus & temporalibus nobis subes. Beneficiorum & Præbendarum ad te collatio nulla spectat: & si aliquorum vacantium custodiam habeas, fructus eorum successoribus reserves: & si quæ contulisti, collationem hujusmodi irritam decernimus; & quantum de facto processerit, revocamus. Aliud autem credentes, hæreticos reputamus. Dat. Laterani Non. Decembr. Pontificatus nostri anno 7.

Philippus Dei gratia Francorum Rex Bonifacio se gerenti pro summo Pontifice, salutem modicam, seu nullam.

SCIAT tua maxima Fatuitas in temporalibus nos alicui non subesse. Ecclesiarum ac Præbendarum vacantium collationem ad nos jure Regio pertinere, fructus earum nostros facere: collationes à nobis factas, & faciendas fore validas in præteritum & futurum, & earum possessores contra omnes viriliter nos tueri: secus autem credentes, fatuos & dementes reputamus. Datum Parisius, &c.

Bulla BONIFACII *Papæ VIII. ad* PHILIPPUM *Regem Franciæ* Ausculta Fili Charissime *nuncupata. Ait se à Deo constitutum esse super Reges, & Regna ad evellendum, destruendum, disperdendum, dissipandum, ædificandum, quod Rex credere non debeat se superiorem non habere, nec Papæ subjectum esse quia desipit qui sic sapit & est infidelis; monet Regem; ut Regnum suum aliter moderetur, & meliores Consiliarios adhibeat, denique ad recuperandam Terram Sanctam eundem adhortatur. Datum Laterani Nonis Decembris Pontificatûs sui Anno VII.* [*Hist. du different entre le Pape* BONIFACE VIII. *&* PHILIPPE LE BEL *aux Preuves pag. 48. Voyez aussi* G. G. LEIBNITZII *Codex Juris Gentium. In Mantissa Part. 2. pag. 294.*] ANNO 1301.

BONIFACIUS Episcopus servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Regi Francorum illustri, salutem & Apostolicam benedictionem. *Ausculta, fili carissime*, præcepta patris, & ad doctrinam Magistri qui gerit illius vices in Terris, qui solus est Magister & Dominus, aurem tui cordis inclina, visceroſæ sanctæ Matris Ecclesiæ ammonitionem libenter excipe, & cura efficaciter adimplere, [ut in corde contrito ad Deum reverenter redeas, à quo per desidiam, vel depravatus consiliq nosceris recessisse, ac ejus & nostris beneplacitis te devotè conformes.] Ad te igitur sermo noster dirigitur, tibi paternus amor exprimitur, & dulcia matris ubera exponuntur. Campum si quidem militiæ humanæ mortalitatis ingressus, renatus sacri fonte Baptismatis, renuncians diabolo & pompis ejus, non quasi hospes & advena, sed jam domesticus fidei, & civis Sanctorum effectus, ovile Dominicum intrasti, colluctaturus non solùm contra carnem & sanguinem, sed etiam contra aëreas potestates mundíque rectores præsentium tenebrarum, sic veri Noë es arcam ingressus, extra quam nemo salvatur, Catholicam scilicet Ecclesiam, veram columbam, immaculatam unici Christi sponsam, in qua Christi Vicarius, Petrique successor primatum noscitur obtinere, qui si collatis clavibus Regni cœlorum Judex à Deo vivorum & mortuorum constitutus agnoscitur, ad quem sedentem in solio judicii dissipare pertinet suo intuitu omne malum. Hujus profectò sponsæ quæ de cœlo descendit, à Deo parata sicut sponsa ornata viro suo, Romanus Pontifex caput existit. Nec habet plura capita monstruoſa, cùm sit sine macula, sine ruga, nec habens aliquod inhoneſtum.

[Sanè, fili, cur ista dixerimus imminente necessitate, ac urgente conscientia expressiùs aperimus. Constituit enim nos Deus, licèt insufficientibus meritis super Reges, & Regna, impoſito nobis jugo Apostolicæ servitutis, ad evellendum, destruendum, disperdendum, dissipandum, ædificandum atque plantandum sub ejus nomine & Doctrina, & ut gregem pascentes Dominicum, consolidemus infirma, sanemus ægrota, alligemus fracta, & reducamus abjecta, vinúmque infundamus, & oleum vulneribus sauciatis. Quare, fili carissime, nemo tibi suadeat quòd superiorem non habes, & non subsis summo Hierarchæ Ecclesiasticæ Hierarchiæ, nam desipit qui sic sapit, & pertinaciter hæc affirmans convincitur infidelis, nec est intra boni pastoris ovile: & licèt de singulis Regibus & Principibus sub fide militantibus Christiana, pro eorum salute sollicitè cogitemus; erga te tamen officii nostri debitum eo ampliùs eóque cariùs & attentiùs dirigere debemus & exequi, quo majori personam tuam paternа & materna caritate amplectimur, & non solùm te, sed & progenitores, domum, & Regnum tua, in diversis nostris statibus plenâ & purâ sumus benevolentiâ prosecuti. Nec possumus cùm non debeamus præterire silentio, quin ea per quæ oculos divinæ Majestatis offendis, nos perturbas, gravas Subditos, Ecclesias & Ecclesiasticas sæcularéſve personas opprimis & affligis, necnon Pares, Comites, & Barones, aliósque Nobiles, & Universitates, ac Populum dicti Regni, multósque diversis anguſtiis scandalisas, tibi apertiùs exprimamus. Profectò erga te hactenus servasse nos novimus ordinem caritatis, interdum præsentialiter per nos ipsos, dum nos minor status haberet, ac postquam nos Dominus provexit ad apicem Apostolicæ Dignitatis per multiplicatas nostras Litteras, solennes nostros, & tuos Nuncios, Prælatos & Comites, alios Domesticos nostros, & tuos, te opportunis studiis, & temporibus inducendo, ut errata corrigeres, emendares exceſſus, Regnum tuum in pacis dulcedine ac tranquillitate disponeres, ac Cleri & Populi gravaminibus abstineres, tuóque jure contentus in aliorum injuriam occupatrices non extenderes manus tuas. Sed quòd te correxeris, & in te salutis semina sata, ut vellemus fructificaverint, non videmus, quinimò delinquendi licentiam, & multiplicandi peccata videris, proh dolor! in consuetudinem deduxisse: & ut aliqua explicabiliter inseramus; ecce quòd licèt pateat manifestè, ac explorati juris existat, quòd in Ecclesiasticis Dignitatibus, Personatibus, & Beneficiis, Canonicatibus, & Præbendis vacantibus in Curia vel extra Curiam Romanus Pontifex summam, & potiorem obtinet

Boniface VIII. au Roi *Philippe le Bel* avec sa Reponse. Ce n'est pas la moitié de ceux qu'on pourroit citer pour l'autotifer. Elle se trouve aussi dans la Gloſe du Droit Canon. Mais nous ne laissons pas de nous ranger sans difficulté du sentiment de ceux qui la regardent comme un simple extrait de la Bulle *Ausculta Fili carissime* qui suit. Ce n'est point la coutume de la Cour de Rome d'écrire si laconiquement aux Princes; & la raison ne peut s'accommoder, de deux Lettres, ou Bulles, comme en voudra les appeller, écrites en un même jour, par un même Pape, à un même Roi, & sur un même sujet; l'une fort longue, & conçue *in forma solita*, l'autre excessivement courte; & d'une forme entierement contraire à l'usage. Quant à la Reponse du Roi, rien n'empêche qu'on ne l'admette pour veridique en l'aplicant à la Bulle *Ausculta Fili*, & non pas à celle-ci qui n'en est qu'un extrait. (DUM.)

ANNO 1301. tinet potestatem: ad te tamen hujusmodi Ecclesiarum, Dignitatum, Personatuum, & Beneficiorum, Canonicatuum collatio non potest quomodolibet pertinere, nec pertinet, nec per tuam collationem in ipsis, vel eorum aliquo potest alicui jus adquiri, sine auctoritate, vel consensu Apostolicæ Sedis, tacitis, vel expressis, quos qui acceperit, & se denegat accepisse, eis per ingratitudinem est privandus, & etiam ille qui permissa vel concessa abutitur potestate, & qui contrarium tibi suadet, est contrarius veritati. Nihilominus tu metas & terminos tibi positos irreverenter excedens, ac factus impatiens super hoc injuriosè obvias ipsi Sedi, ejúsque collationes canonicè factas executioni mandari non sustines, sed impugnas quatenus tuas qualitercunque factas præcedere dignoscuntur; & cùm in judicio esse debeat distinctio personarum, tu tamen in propriis causis jus tibi dicere, & non in communi, sed in proprio judicio partes actoris, & Judicis sortiaris, & si quenquam injuriari tibi reputas, contemnis de ipso conqueri coram competenti Judice, seu etiam coram nobis, quantumcunque injurians sit persona Ecclesiastica, vel mundana de Regno tuo, vel extrà, & de illatis per te vel tuos injuriis atque damnis, ac de tuis & tuorum excessibus recusas per aliquem judicari, & ad faisienda, & occupanda Ecclesiastica bona & jura pro libito voluntatis occupatrices manus extendis in casibus tibi non concessis ab homine vel à jure. Prælatos insuper, & alias personas Ecclesiasticas, tam Religiosos quàm sæculares Regni tui etiam super personalibus actionibus, juribus, & immobilibus bonis, quæ à te non tenentur in feudum, ad tuum judicium pertrahis & coarctas, & inquestas fieri facis, & decimas tales, licèt in Clericos, & personas Ecclesiasticas nulla sit laicis attributa potestas: præterea contra injuriatores, & molestatores Prælatorum, & personarum Ecclesiasticarum eos uti spirituali gladio qui eis competit, liberè non permittis, nec Jurisdictionem eis competentem in Monasteriis, seu locis Ecclesiasticis quorum recipis guardiam, vel custodiam, vel à prædecessoribus tuis receptam proponis, pateris exercere; quin potiùs sententias, seu processus perditos Prælatos, acpersonas Ecclesiasticas licitos promulgatos, & latos, si tibi non placeant, directè vel indirectè revocare compellis. Et quod tacere nolumus, Lugdunensem Ecclesiam, tam nobilem, tam famosam, tam charam in prædictæ Sedis pectore constitutam, quæ in spiritualibus & temporalibus hactenus reflorebat, tu & tui injuriosis gravaminibus, & excessibus ad tantam inopiam, & oppressionis angustiam deduxistis, quòd vix adjicere poterit, ut resurgat, quam constat non esse infra limites Regni tui, nósque qui quandoque Canonicus fuimus in eadem Ecclesia, ejúsque libertatum, privilegiorum, & jurium notitiam plenam habemus, non revocamus in dubium, quòd injuriosè nimis tractas eandem. Vacantium Regni tui Ecclesiarum Cathedralium redditus, & proventus, quos tui, & tu appellas REGALIA per abusum, tu & ipsi tui non moderatè percipitis, sed immoderatè consumitis; sic fit, ut quorum custodia fuit ab initio Regibus pro conservatione comissa, nunc ad consumptionis noxam discriminosè deveniant, & discriminosis abusibus exponantur. Quod enim custodiendum est rapitur, & quod conservandum illicitè devoratur, & Custodes sunt lupi rapaces effecti, & sub prætextu custodiæ status Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum dispendia perfert, damna sustinet, & miserabilis sortitur eventus, primævæ conservationis spe utique defraudatur. Et quidem Prælati & Ecclesiasticæ personæ, nedum iis quos Regni tui continet incolatus, sed per illud alienigenæ etiam transeuntes bona propria mobilia de Regno ipsos nequaquam extrahere permittuntur, ex quo diversa patiuntur incommoda, & qui super hoc libero uti debent arbitrio, servitutis quasi jugo premuntur. Sicut de mutatione monetæ, aliisque gravaminibus, & injuriosis processibus per te ac tuos magnis ac parvis Regni ejusdem incolis irrogatis, & habitis contra eos, qui processu temporis explicari poterunt, taceamus ad præsens, qualiter in præmissis, & aliis libertas Ecclesiastica, & immunitas tuis sunt enervatæ temporibus, qualiter tu à sacris & piis, providis & maturis progenitorum tuorum vestigiis, quæ per universa mundi climata enitebant illustrissimos radios claritatum, degenerare noscaris. Nempè multorum ad nos insinuario clamosa perducit, ac nedum in Regno ipso, sed in diversis mundi partibus innotescit, & Ecclesiæ dicti Regni quæ solebant hactenus libertatibus, & quiete vigere, nunc factæ sunt sub tributo, sicut luctuosus clamor earum sub intolerabili persecutione testatur. Nec ignoras quòd super iis, & consimilibus de te ad Deum, nec non ad te sæpius, nedum sæpè clamavimus, & exaltavimus vocem nostram, annunciavimus scelera, delicta detexímus, sperantes te ad pœnitentiam salubriter revocare, & adeo desudavimus inclamando, quòd raucæ factæ sunt fauces nostræ: sed tu velut aspis surda obturasti aures tuas, & nostra salubria monita non audisti, nec recepisti ea velut medicamenta curantis. Verùm licèt ex præmissis contra te sumere arma, pharetram atque arcum non indignè, nec injustè possemus, ut te à tanto revocaremus invio ad semitam reducendo salutis; adhuc nihilominus dum filialiter metuas, hæc tibi præsignificare decrevimus, ut saniori ductus consilio à facie arcus inflexibilis sententiæ potiùs, imò prorsus effugias, quàm expectes debitæ judicium ultionis, cùm tutius dignoscatur ante casum occurrere, quàm remedium quærere post ruinam. Cùm autem nos debitum pastoralis Officii urgeat, & publicæ utilitatis interfit, ut qui nec Deum timent, nec deferunt Ecclesiæ, neque censuram Canonum reverentur, & quasi descendentes in profundum malorum contendunt, quamvis eis displiceat, ad salutem etiam trahamus invitos: Nos nolentes ne ex dissimulatione tam longa nos tua culpa reddat obnoxios, ne si nos, vel te, quod absit, incorreptum Deus de hac vita subtraheret, anima tua de nostris manibus requiratur, neve tui custodia quam suscepimus in commisso nobis Officio Apostolicæ servitutis, in nostrum cedat periculum, & discrimen ac perditionem multorum, dissimulando talia, & diutius tolerando ea: amore paterno commoti, qui omnem vincit affectum, ex affluentia maternæ sollicitudinis excitati ad providendum ne perdat Deus cum impiis animam tuam, néve tua, & tam amati Regni Claritas malis actibus, & detestandis insolentiis denigretur, deliberatione cum Fratribus nostris super hoc habita pleniori, venerabiles Fratres nostros Archiepiscopos, Episcopos, ac dilectos filios Electos, & Cistercien. Cluniacen. Premonstraten. nec non S. Dionysii in Francia Parisien. Diœcesis, & Majoris Monasterii Turonen. Ordinis S. Benedicti Monasteriorum Abbates, & Capitula Ecclesiarum Cathedralium Regni tui, ac Magistros in Theologia, & in Jure Canonico, & civili, & nonnullas alias personas Ecclesiasticas oriundas de Regno prædicto; per alias nostras patentes Litteras certo modo ad nostram præsentiam evocamus; Mandantes eisdem, quòd in Kalend. Novembr. futuris proximè, quas eis pro peremptorio termino assignamus, nostro se conspectui repræsentent, ut apud te ac alios sublata repentina exceptione Consilii, quinimo maturiori cautela servata, & frustratoriis objectibus amputatis, super præmissis, & aliis deliberatè consulamus eosdem, cum quibus sicut cum personis apud te suspicione carentibus, quin potiùs acceptis, & gratis, ac diligentibus nomen tuum, & affectantibus statum prosperum Regni tui, tractare consultiùs & ordinare salubriùs valeamus, quæ ad præmissorum emendationem, quàm directionem, quietem, atque salutem, ac bonum & prosperum Regimen ipsius Regni, videbimus expedire. Si tuam itaque rem agi putaveris, eodem tempore per te vel per fideles viros, & providos tuæ conscios voluntatis, ac diligenter instructos, de quibus plenè valeas habere fiduciam, iis poteris interesse, alioquin tuam vel ipsorum absentiam divina replente præsentia in præmissis, & ea contingentibus, ac aliis, prout nobis superna ministraverit gratia, & expedire videbitur, procedemus. Tu autem audies quid loquetur in nobis Dominus Deus noster, in quibus tamen sine offensa Dei, scandalo, & periculo Ecclesiæ, offensione justitiæ, ac utilitatis publicæ læsione, & honoris tui poterimus minorationis vitare dispendia, deferre tibi disponimus, & tui etiam culminis salubria commoda promovere, si te correxeris, & habilitaveris ad gratiam promerendam. Cæterum licèt super præmissis, & similibus ad excusandas excusationes in peccatis, te aliqui excusare nitantur, non tantùm ea tibi, quantum & tuis pravis Consiliariis imputando, in hoc tamen tu inexcusabilis comprobaris, quòd tales Consiliarios honoris tui utique destructores, tuæque salutis, & famæ falsos, & impios consumptores, assumis & retines, eisque Regium præbes assensum, qui ad tam enormia, & detestabilia te inducunt: Hi sunt quasi falsi Prophetæ suadentes tibi falsa & stulta, quia non viderunt à Domino visionem.

ANNO 1301.

ANNO 1301. fionem. Ergo fraudulentis detractionibus & subversionibus talium, sub adulationis, & falsi consilii utique velamento confictis minimè quæsumus acquiescas, quia in vastitate quadam hostili devorant incolas Regni tui, & non tibi; sed eis mellificarunt apes, isti sunt secretiora illa hostilia, per quæ Ministri Bel sacrificia quæ superponebantur à Rege clanculo asportabant, ii sunt qui sub umbra tui longa manu, tua & aliorum bona diripiunt, & sub obtentu justitiæ palliati Subditos opprimunt, Ecclesias gravant, & redditus alienos violenter invadunt, pupillo & viduæ non intendunt, sed impinguantur lacrymis pauperum, & divitum oppressione discordias suscitant ac fovent, guerras nutriunt, ac pacem de Regno tollere pravis operationibus non verentur. Verumtamen cadit in hæc illa prava dissimulatio Judæorum, qui dum linguis crucifigentes Dominum, dicentes tamen eis non licere interficere quemquam, tradebant eum occidendum militibus, ut ab eis culpa in alios tranferretur. Tantam namque prudentiam Deus tibi ministrat ex alto, tantam vides & audis in aliis, quorum potes exemplo doceri, tótque tibi meminimus salubria consilia destinasse, quòd si tua studia converteres solerter ad bonum, talium te curares consiliorum juvamine communire, qui te in stultum finem nequaquam impingerent, sed ad incrementa salutis, & utilitatis publicæ prudentius animarent: sed timemus ne apud te (cujus interiores oculi putantur illicitis excæcati) vilescat sermo Dominicus, & verba ædificativa vitæ, productiva salutis, amoris defectui ascribantur.]

Ad hæc ne Terræ Sanctæ negotium, quod nostris, & tuis, ac aliorum fidelium debet arctiùs insidere præcordiis, nos putes oblivioni dedisse: memorare Fili, & discute quòd primogenitores tui Christianissimi Principes, quorum debes laudanda vestigia sollerti studio, & claris operibus imitari, exposuerunt olim personas, & bona in subsidium dictæ Terræ: sed Saracenorum invalescente perfidia, & Christianorum [ac maximè tua,] & aliorum Regum, & Principum devotione solita tepescente, Terra eadem tuis utique temporibus, heu perdita noscitur & prostrata. Quis itaque Canticum Domini cantat in ea, quis assurgit in ejus subsidium, & recuperationis opportunæ juvamen adversus impios Saracenos magnificantes, & operantes iniquitatem, debacchantes in illa. Ad ejus quippe succursum arma bellica periisse videntur, & abjecti sunt Clypei fortium qui contra hostes fidei dimicare solebant. Enses & gladii evaginantur in Domesticos fidei, & sæviunt in effusionem sanguinis Christiani; & nisi à Populo Dei Domesticæ insolentiæ succidantur, & pax ei perveniat salutaris, Terra illa fœdata actibus malignorum, à periculo desolationis, & miseriæ per ejusdem Populi ministerium non resurget. Si hæc & similia iis benevola mente revolvas, invenies quòd obscuratum est aurum, & color optimus est mutatus. An non ignominia & confusio magna tibi, & aliis Regibus, & Principibus Christianis adesse dignoscitur, quòd versa est ad alienos hæreditas Jesu-Christi, & sepulcrum ipsius ad extraneos devolutum? Qualem ergo retributionis gratiam merebuntur apud Deum Reges & Principes, & cæteri Christiani, in quibus Terra quærit respirare prædicta, si non est qui sustentet eam ex omnibus Filiis quos Deus ipse genuit, nec est qui supponat manum, ex omnibus quos nutrivit. Clamat enim ad Dei Filios Civitas Hierusalem, & suas exponit angustias, & in remedium doloris ejus Filiorum Dei implorat affectus. Si ergo Filius Dei es, dolores ejus excipias, tristare, & dole cum ipsa, si diligis bonum ejus. Tartari quidem, Pagani & alii infideles eidem Terræ succurrunt, & ei non subveniunt in ea Christi sanguine pretioso redempti, nec est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus. Hoc à dissidiis privaris obvenit, dum utilitas publica cupiditatis ardore consumitur, nonnullis quæ sunt sua quærentibus; non quæ Christi, quorum peccata Deus ultionum Dominus non solùm in ipsis vindicat, sed etiam in progenies eorumdem. Tremenda sunt itaque Dei judicia & timenda; quibus non parentes justitia damnabuntur, justus autem de angustia liberabitur, & cadet impius in laqueum quem extendit. Tu verò Fili; communiens in tribus temporibus vitam tuam ordinando præsentia, rememorando præterita, & prævidendo futura, sic te præpares in præmissis [& aliis sic reformes, quòd ad judicium Dei, & nostrum ab illo dependens, non damnandus accedas,] sed in præsenti divinam gratiam, & in futuro salvationis, ac retributionis æternæ gloriam merearis. Datum Laterani Non. Decembris, Pontificatus nostri anno 7. ANNO 1301.

Odoricus Raynaldus Tomo XIV. Annalium Ecclesiasticor. post Baronium ad annum 1301. §. 31. hanc Bullam edidit, demptis locis quæ includuntur hamulis hujusmodi [], & loco integro ab his verbis, *Sanè fili, cur ista dixerimus* &c. usque ad hæc verba, *Ad hæc ne Terræ Sanctæ*, &c. & notat hæc omnia non reperiri in regiſtris Vaticanis, & erasa penitus, & deleta jussu Clementis V. Papæ in gratiam Philippi Regis Francorum.

Bulla duplex BONIFACII VIII. *Papæ quâ privilegia* PHILIPPO PULCHRO *Regi Franciæ, ejusque successoribus nec non* Clericis & Laicis *stricti sui Consilii concessa revocat, certumque terminum assignat quo dicta privilegia sibi exhibeantur examinanda. Datum Laterani. Non. Decembr. Pontificatûs sui Anno VII.* [*Histoire du differend entre le Pape* BONIFACE VIII. & PHILIPPE LE BEL Roi de France, aux preuves pag. 42. Voyez aussi G. G. LEIBNITZII *Codex Juris Gentium.* In Mantissæ Part. 2. pag. 299. OLDORICI RAINALDI *Annal. Eccles.* Tom. 14. ad ann. 1301. num. 30. où il avertit que la Bulle *Salvator Mundi* fut entierement effacée sur les Regiſtres du Vatican, par ordre du Pape CLEMENT V. à la priere du Roi de France.]

BONIFACIUS Episcopus, servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Philippo Regi Franciæ illustri salutem, & Apostolicam Benedictionem. *Nuper ex rationabilibus* causis moti, præsertim ad relevanda gravamina, & quasi importabilia onera Ecclesiarum, Prælatorum, & Ecclesiasticarum personarum, regularium & sæcularium, Regni tui, Litteras infrà scripti tenoris fieri fecimus; & bulla nostra bullari, quarum tenorem ad tuam providimus notitiam præsentibus deducendum. Tenor autem talis est. Bonifacius Episcopus; servus servorum. Ad perpetuam rei memoriam. *Salvator mundi* secundùm ordinatissimam distributionem temporum, naturæ postquàm durum Mosaïcæ, ac tandem Evangelicæ gratiæ suave ac leve jugum imposuit; & ideò non mirandum si ejus Vicarius, Petríque successor, secundùm varietatem temporum, personarum & locorum qualitate pensata, statuta, privilegia, indulgentias, concessiones & gratias quæ à Sede Apostolica pro tempore conceduntur; credente ipsa conjectura prodesse, aut necessitate urgente, vel utilitate publica suadente, postquàm experimento inutilia comprobantur, suspendit, revocat, & immutat, præsertim propter ingratitudinem vel abusum illorum, quibus hujusmodi gratiæ, ac privilegia & indulgentiæ sunt concessa, & tendit ad noxam quod concessum fuerat ad medelam. Ejus quoque quod ex causa conceditur, ea cessante cessare debet effectus. Juréque patet pariter & exemplo quòd promissa vel concessa, ex causa revocantur postmodùm rationabiliter & mutantur. Nec Romanus Pontifex in concedendis gratiis, sic plenitudinem potestatis astringit, quin possit eas cùm decet & expedit, revocare, ac etiam immutare. Nos igitur attendentes quòd nonnulla privilegia, indulgentias & gratias Carissimo in Christo filio nostro Philippo Regi Franciæ illustri, ejúsque successoribus, & specialiter pro defensione Regni sui, sub certis formis duximus concedenda, & gratiosè aliqua concessimus Clericis & Laïcis, qui de suo, & successorum suorum stricto consilio fuerunt, vel majori parti eorum; quorum Privilegiorum, gratiarum, indulgentiarum, & concessionum occasione, per abusum, Ecclesiis & Ecclesiarum Prælatis, ac personis Religiosis, & sæcularibus dicti Regni magna dispendia, & gravamina sunt illata, & gravia scandala sunt exorta, & inantea possent oriri: ac præcaventes ne tali prætextu, suprà dicti Ecclesiæ Prælati, ac personæ Ecclesiasticæ plus graventur, providimus super hoc salubre remedium adhibere. Unde illa omnia, quantùm ad omnem ipsorum effectum,

ANNO 1301. fectum, de Fratrum noſtrorum conſilio, uſque ad prædictæ Sedis beneplacitum duximus ſuſpendenda, illa maximè quæ occaſione guerrarum, quibus dicti Regni ſtatus pacificus turbabatur, tunc temporis fuere conceſſa. Nec conſiderationem noſtram pertranſit, quòd divina faciente Clementia per miniſterium noſtrum, inter ipſum, & Cariſſimum in Chriſto Filium noſtrum E. Regem Angliæ illuſtrem, pacis eſt reformatio ſubſecuta, & ſaltem non eſt tanta neceſſitas defenſionis hujuſmodi, cum tanto onere aliorum; at ſi qua ſit, eſſe dignoſcitur culpa ſuæ. Inſuper quicquid Prælatis & perſonis Eccleſiaſticis regularibus & ſæcularibus dicti Regni, ſub titulo decimæ vel cujuſvis ſubſidii, quocumque nomine cenſeatur impoſitum, fuerit petitum, vel requiſitum ab eis, etiamſi ad illud ſolvendum Prælati, & perſonæ prædicti aſſenſum præſtiterint, vel ad hoc ſe duxerint obligandos, nec adhuc exactum fuerit, vel ſolutum, abſque Sedis ejuſdem ſpeciali Mandato decernimus non ſolvendum. Executoribus ſuper præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum à dicta Sede conceſſis, diſtrictè mandantes, ut contra hujuſmodi ſuſpenſionem & decretum noſtra, aliquos non aggravent, vel moleſtent, aut contra eos hujuſmodi occaſione vel cauſa aliquo modo procedant; & ſi ſecus fecerint, illud decernimus irritum, & inane, & nullius volumus exiſtere firmitatis. Cæterùm quia labilis eſt humana memoria, & ipſi Regi ſe corrigenti & habilitanti ad gratiam promerendam, libenter quantùm cum Deo poſſumus, abſque multorum ſcandalo complacemus, dictis ſuſpenſione ac decreto in ſua firmitate manentibus, Kalendas Novembres proximò venturas, pro peremptorio termino aſſignamus, ut omnia Privilegia, gratiæ, indulgentiæ, & conceſſiones, quæ dicto Regi, & ſucceſſoribus ſuis, ac Clericis & Laicis, de ipſorum conſilio, illa præſertim quæ dum in Urbe veteri, vel Anagnia cum noſtra moraremur Curia, ſub quavis forma noſcimur conceſſiſſe, dictæ Sedis conſpectui præſententur, & ad noſtram, & ipſius Sedis notitiam deducantur, ut conſideratis ipſis & viſis, provideri poſſit, ſi dicta ſuſpenſio fuerit in aliquo vel aliquibus moderanda. Dat. Lateran. 11. Nonas Decembres, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Tu igitur, ſicut filius prædilectus, in iis quæ rationabiliter, & pro utilitate publica fecimus, non turberis, ſed ea æquanimiter toleres, prudenter attendens, quia ut præmittitur, terminum aſſignamus, quo Privilegia, indulgentiæ, gratiæ & conceſſiones prædictæ noſtro conſpectui præſententur, & ad noſtram, & dictæ Sedis notitiam deducantur, ut conſideratis ipſis & viſis, provideri poſſit ſi dicta ſuſpenſio fuerit in aliquo vel aliquibus moderanda. Dat. Lateran. Non. Decembr. Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

V.

29. Decembre. *Pax inter* OTTONEM, LUDOVICUM *&* HENRICUM *Duces Carinthiæ, Advocatos Eccleſiarum Aquilegienſis, Tridentinæ, & Brixienſis eorumque ſequaces ex unâ, nec non Capitaneos, & Communia* Mantuæ *&* Veronæ *ipſiuſque adhærentes ex alterâ parte; quâ remiſſis utrimque damnis & injuriis per bellum illatis, captivis relaxatis, reditu fugitivis conceſſo, ablata per vim, liquidò antè poſſeſſa, reſtituuntur; de controverſis verò in certos Arbitros fit compromiſſio; Epiſcopuſque Tridenti obligatur inveſtire præfatos Duces de Feudis paternis, & ſi paci huic non acquieverit, Commune* Mantuæ *ac* Veronæ *ei auxilium haud ampliùs præſtábunt contra præfatos Duces. Actum Veronæ 29. Decembris Anno 1301. Indictione XIV. Cum Ratificationibus. Actum Veronæ & Mantuæ menſe Januario Anno 1302. Indictione XV.* [Autentique tiré des Archives Archi-Ducales de Mantoüe.]

IN nomine Chriſti die Lunæ vigeſimo ſecundo Januarii milleſimo trecenteſimo ſecundo Indictione . . . . . .

. . . . . ANNO

. . . . . *Reliqua deſiderantur, cum fuerint a muribus corrupta* . . . . . 1301.

. . . . . ac Bulino Cive veritatis teſtibus rogatis, & adhibitis. Cum hoc ſit quod viri Nobiles videlicet Dominus Henricus de Rotemburch Magiſter Curiæ & Dominus Ulricus de Ragonia Capitaneus Tridentinus, & Dominus Hanricus Mareſcaleus de Laubers tanquam veri Nuncii, & Procuratores legitimi Illuſtrium Principum Dominorum Ottonis, Ludovici, & Henrici Ducum Carinthiæ, & Comitum Tirolis, & Goriciæ, Eccleſiarum Aquilegienſis, Tridentinæ, & Brixinenſis Advocatorum, & Procuratorio nomine pro dictis Dominis Ducibus ex una parte, ut conſtat Inſtrumento Procurationis ſcripto manu Rivamundi ſacri Palatii Notarii die quartadecima intrantis Decembris anno milleſimo trecenteſimo primo, quætærdecimæ Indictionis, & Vir prudens Dominus Nicolaus olim Domini Bernardi de Altemanno Legum Doctor Veronenſis Civis tanquam Nuncius, & Procurator Nobilis, & Magnifici Domini Bertholomei de Scalis, Communis, & Populi Veronæ Capitanei Generalis, & Communis Veronæ Procuratorio nomine ipſius Domini Capitanei, & Communis Veronæ, ut conſtat Inſtrumento Procurationis ſcripto ſub ſigno, & nomine Bonaventura de Sancta Sofya Imperiali auctoritate Notarii die Veneris vigeſimo ſecundo Decembris, anno, & Indictione antedictis, & ſapientes Viri Domino Guido a Turri, & Guillielmus de Axandris Mantuani Cives, tanquam Actores, Procuratores, & Sindici Nobilis, & Magnifici Domini Guidonis de Bonacolſis perpetui Capitanei Mantuani Communis, & Univerſitatis Mantuæ Procuratorio nomine ipſius Domini Guidonis Capitanei, & Communis Mantuæ, & Univerſitatis, ut patet Inſtrumento ſcripto ſub ſigno, & nomine mei Adelberius de Adelberiis Notarii infraſcripti die Veneris vigeſimo ſecundo Decembris anno, & Indictione ſupraſcriptis ex altera, viciſſim, & unanimiter fecerint, & contraxerint Pacem factam, & laudabilem, & perpetuo obſervandam inter prenominatos Dominos Duces, & Capitaneos, & Communia Veronæ, & Mantuæ, ſic lucide, & evidenter patet, & noſcitur contineri in publicis Literis, & ſcripturis manibus Rivamundi Benedicti, ac Adalberiis Notariorum, eodem tenore conſcriptis, quarum Litteratum, & ſcripturarum ejuſdem pacis, & concordiæ tenor talis eſt. In Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti amen, die Sabbathi vigeſimo nono Decembris Veronæ in Majori Eccleſia coram Venerabili Patre Domino Sigifrido Epiſcopo Curienſis præſes, venerabilibus viris Dominis Vueniero Abbate Monaſterii Vueltinenſis Vuarnerio de Sigiberch Archidiaconi Curienſis, Fratre Bonincontro, Priore Fratrum Prædicatorum Conventus Tridentini, Nobilibus viris Dominis Henrico de Trangeniberch, Baylardino de Nogarolis, ſapientibus viris Magiſtro Paulo, & Domino Uberino de Romano altero Decretalium, altero Legum Doctore, Honeſtis viris Dominis Jolfino Canonico Caprini, Dom. Ottone Presbitero Eccleſiæ Sancti Johannis ad Torum, Dom. Juſto Presbitero Majoris Eccleſiæ Veronenſis, ac diſcretis viris Bonaventura Notario Nato Domini Johanni de Sancta Sophya, Antonio ejus fratre, Gerardo Domini Johannis, & Gerardo Notario quondam Bonaventuræ omnibus Civibus, & habitatoribus Veronæ, teſtibus rogatis, & aliis. Ad honorem omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ Virginis ejus Matris, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, Nobiles, & diſcreti viri Domini Henricus de Rotemburch Magiſter curiæ, Ulricus de Ragona Capitaneus Tridentinus, & Henricus de Laubers Marſcalcus, Nuncii, & Procuratores Illuſtris Principis Domini Ottonis Ducis Carinthie, Comitis Tirolis, & Goriciæ pro ſe, & Fratribus ſuis Dominis Ludovico, & Henrico Procuratorio nomine, ut ſupra, ad infraſcripta ſpecialiter conſtituti, ut conſtat Inſtrumento Procurationis ſcripto ſub ſigno, & nomine Rivamundi Notarii Sacri Palatii die quartadecima intrante Decembris anno, & indictione infraſcriptis ex una, & vir prudens Dominus Nicolaus olim Domini Bernardi de Altemano Legum Doctor Veronæ Civis, Nuncius, & Procurator Nobilis, & Magnifici

ANNO 1301. fici Domini Bertholomei de la Scala Communis, & Populi Veronæ Capitanei Generalis, & Communis Veronæ Procuratorio nomine ipſius Domini Capitanei, & Communis Veronæ, ut conſtat in Inſtrumento Procuratorio ſcripto ſub ſigno, & nomine Bonaventuræ Notarii Sacri Palatii die Veneris vigeſimo ſecundo Decembris, in anno, & Indictione infraſcriptis, ac Viri prudentes Domini Guido à Turri, & Guilelmus de Axandris Mantuani Cives, Actores, Procuratores, & Sindici Nobilis, & Magnifici Domini Guidonis de Bonacolſis perpetui Capitanei Mantuani Communis, & Univerſitatis Mantuæ Procuratorio nomine ut ſupra, ad infraſcripta ſpecialiter conſtituti, ut patet Inſtrumento Procuratorio ſcripto ſub ſigno, & nomine mei Adelberii de Adelberiis Notarii infraſcripti die vigeſimo ſecundo Octobris, anno, & Indictione infraſcriptis, ex altera parte inſimul & unanimiter fecere, inierunt, atque contraxerunt bonam, & firmam pacem perpetuo duraturam inter prædictos Dominos Duces, & Capitaneos & Communia Veronæ, & Mantuæ, pactis, & condictionibus infraſcriptis. Primo videlicet hæc eſt forma pacis ineundæ occaſione novæ guerræ in anno milleſimo trecenteſimo primo, Indictione quartadecima inter Illuſtres Principes Dominos Ottonem, Ludovicum, & Henricum Duces Carinthie, Comites Tirolis, & Goriciæ pro ſe, & nobilibus Viris Dominis Guillelmo de Caſtrobarco, & Nepotibus ejus, ac ceteris eorumdem ſervitoribus, & amicis ex una, & Egregios, & Magnificos Dominos Bartholomeum de la Scala, Communis, & Populi Veronæ Capitaneum Generalem, & Commune Veronæ, ac Guidonem de Bonacolſis, perpetuum Capitaneum Communis, & Populi Mantuani, & Commune Mantuæ pro ſe, & Dominis Oderico de Arou, & ceteris eorumdem ſervitoribus, & amicis ex parte altera, primo quod bona, firma, & perpetua pax ſit, & fiat inter prædictas partes perpetuo, & inviolabiliter bona, integra, & ſincera fide debeat obſervari. Item quod fiat, & ſit finis, & libera remiſſio de omnibus damnis, & injuriis, & offenſis hinc inde illatis occaſione preſentis guerre. Item quod omnes ſtrate cum perſonis, & rebus univerſis hinc inde currant libere, & ſecure cum pedagiis, & datiis conſuetis, & per Dominos prædictos inhabitantes, & tranſeuntes ſtratarum dictorum Dominorum defenſentur, & tueantur fideliter. Item Carcerati utrarumque Partium libere relaxentur pace firmata, ſalvo jure Domini Ulrici de Ragonia in tribus carceratis pro quibus dicitur ſolviſſe quinquaginta Marchas, Item licentiati, fugitivi, & expulſi de Civitate, & Dioceſis Tridentinæ poſſint redire ad ipſam Civitatem, Dioceſis, & diſtrictum; exceptis, quos Domini Duces ſuſpectos habuerint ex certis cauſis, quos dicti Domini Duces hinc ad quindecim dies debeant exprimere, & nominare qui morari debent extra Civitatem, & Dioceſem Tridenrinam, quà Domini Duces habent in poteſtate ſua, ita tamen quod Vicecomites, Procuratores, & familiæ eorum poſſint morari in dicta Civitate, & Dioceſi, & frui, & uti rebus cujuslibet eorumdem. Item ob reverentiam Dei, & Beatiſſimæ Mariæ Virginis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Trideti infraſcriptæ conventiones fiant, & obſerventur Venerabili in Chriſto Patri Domino Joanni Philippo Epiſcopo Tridentino, & Dominis Ducibus Carinthie, memorantes primo, quod ſepedictus Dominus Epiſcopus Tridentinus adhibeat omnem diligentiam, & operam quod omnes ſententie & proceſſus habiti per Sedem Apoſtolicam, aut delegatos vel ſubdelegatos conſervationes & executiones quoſcunque contra prædictos Dominos Duces, & ſibi adherentes relaxentur & quod Sindici Domini Ducis, & ſibi Adherentes quoad omnem dignitatem & jura, & honorem reducantur in eum ſtatum, in quo fuerunt ante motam litem & hoc procurent expenſis Dominorum Ducum, ſalvo quod infra dicent. Item quod Dominus Epiſcopus memoratus debeat relaxare omnes omnino ſententias, & ſuſpenſiones exedicationis, & interdici per ſe, vel per alium in quantum patitur forma gratiæ à Sede Apoſtolica ſibi date, vel in quantum alias poteſt de jure, & pro fienda abſolutione nihil debeat per dictum Dominum Epiſcopum extorqueri. Item quod Caſtrum boni Conſilii, & Domus de Vanga ſint in manibus communis perſonæ, videlicet Domini Sigiſiridi Venerabilis Epiſcopi Curienſis, & Civitas Tridentina regatur in temporalibus juſte per Capitaneum Dominorum Ducum, Irem quod Dominus Epiſcopus Tridentinus poſſit habere Vicarium in Civitate, & Dioceſis Trident., qui poſſit libere exercere Juriſdictiones in ſpiritualibus in ipſa Civitate, & Dioceſi Tridentina. Item quod prædicti Domini Duces, & ſui ſequaces libere reſtituant omnes Poſſeſſiones, & jura, redditus, & bona liquida, ſeu confeſſata, pertinentia ad Epiſcopatum Domino Epiſcopo Trident., Ita tamen quod Dominus Epiſcopus Curienſis tanquam media perſona per Capitaneos ſuo arbitrio deputandos temporalem regat juriſdictionem per Dioceſim, ea præter, quæ tenent in ſua poteſtate ipſi Domini Duces, interque liquida hæc ſunt confeſſata primo Civitas Tridentina ſalvo quod dicitur de Caſtro, & Fortaliciis Civitatis ejuſdem & de Capitaneatu, & ſalvo jure Advocatiæ Caſtrum Trentum, Caſtrum Buſcini, item Vallis Annanie, exceptis Caſtris Flaoni, Taoni, Sancti Remedum, Caſtel Fondo, Sanctæ Luciæ, Cilli, Moluini, Valeri, & Domo Badeche cum juribus, & juriſdictionibus ad ipſa Caſtra pertinentibus, & ſalvis aliis que in dicta valle pertinere poſſent ad dictos Dominos Duces & fideles & homines eorum, Caſtrum Volſane, cum Valle Solis, ſalvis juribus ſi qua Domini Duces, & eorum homines habent in ipſa Valle, Caſtrum Tridentini, ſalvis juriſdictionibus, & poſſeſſionibus Dominorum Ducum, & hominum eorum in Plebatu Caldanie, Tremini, Enteclai, & eorum pertinentiis, Caſtrum Levigi, Burgus Bolzani, cum ſuis pertinentiis excepta Turri una & Turri cum Domo apud Sanctam Affram Vico, quod fuit illorum de Vanga Juriſdictione temporali in ipſo Burgo, cum ſuburbiis verſus Griez, & ſalvis aliis juribus quæ ipſi Duces, & eorum Fideles habent, tam in hominibus, quam in Poſſeſſionibus dicti Burgi & pertinentibus ad ipſum. Item quod de prædicta juriſdictione, & redditibus Epiſcopalibus ſcilicet percipiendis de Civitate Trident., & de aliis locis, & Terris, que relaxabunt de novo, eidem cuſtodiantur caſtra, & ſalaria deputent, videlicet Caſtrum boni Conſilii Domus de Vanga, Caſtel Trentum, & Porte Civitatus ejuſdem, & ſalaria Capitaneorum ſolvantur, reſiduum verò pertineat, & perveniat ad Dominum Epiſcopum Tridentinum, ſuper quibus redditibus colligendis ſuos conſtituere debet Officiales. Item ſuper receptis arbitri eligendi arbitrentur, ita quod ſuper modico arbitrium promulgent, aut omnino remittant damna, injurie, & recepta prædicta. Item quod proceſſus juſte habiti, & ſine juſto promulgate per Dominum Mainardum, Patrem quondam prædictorum Dominorum Ducum, & ſuos Officiales, & Judices, aut per prædictos Dominos Duces, vel eorum Officiales, & Judices per Dominum Epiſcopum prædictum ratificentur. Item quod Clericis familiaribus Dominis Ducibus pro quibus petendum duxerint uſque ad numerum quinque perſonarum debeat Dominus Epiſcopus ſepedictus facere plenam remiſſionem omninum perceptorum, & exceſſuum, aut gravaminum. Item quod de Feudis Paternis, & antiquis dictus Epiſcopus debeat inveſtire prædictos Dominos Duces, & eorum ſequaces de adquiſitis per eoſdem Dominos Duces, ſi de jure poterit, debeat inveſtire, & ſi aliqua de jure non poſſet eiſdem conferre, non inquietabit eos, non eorum ſequaces tempore vite ſue. Item de Domino Guilelmo de Caſtelbarcho, & nepotibus ſuis quod debeant eſſe in eiſdem Pactis, & conditionibus in quibus ſunt Domini Duces prædicti quantum ad ad bona Epiſcopalia, iſto tamen modo, videlicet, quod ipſe Dominus Guilelmus, & ſui Nepotes, & ſequaces teneantur, & debeant libere, & pacifice relaxare, & reſtituere in continenti facta pace, Domino Epiſcopo Trident. Caſtra, Poſſeſſiones, jura, & bona pertinentia ad Eccleſiam Tridentinam, liquida ſcilicet, & nororia quæ ipſi nunc tenent, & de aliis, de quibus poſſit rationabiliter dubitari, fiat Compromiſſum, cui arbitrio in alto, & baſſo pareatur, de damnis autem illatis per eum, nepotes, & ſequaces eorum Eccleſiæ Tridentinæ ac de perceptis per eum compromittant in communem amicum, vel amicos, ut ita merito poſſit abſolutionis beneficium obtineri, qui arbitri de modico, ut dictum eſt de Dominis Ducibus, arbitrentur. Porro, & de Feudis ipſi Domini Guilelmi fiat illud quod fieri debet de Feudis Dominorum Ducum, de bonis autem Communis Veronæ, Dominorum de Roviono, & aliorum ſervitorum Domini Epiſcopi Tridentini, & Communis Veronæ provideatur per Dominum Ducem Ottonem, & Dominum Bartholomeum Capitaneum Veronæ, uſque ad principium quadrageſimæ proxime venientis, Bannis quidem & ſententiis per prædictum Dominum Capitaneum, ſeu

ANNO 1301.

ANNO 1301. Poteſtatem & Commune Veronæ, aut eorum Officiales factis contra prædictum Dominum Guilielmum, & ejus Nepotes, penitus relaxatis; quod ſi dictus Dominus Guilielmus, & ejus Nepotes facere, & attendere recuſarent, vel facta non fuerint ad terminum antedictum, remanente tamen per partem dicti Domini Guilielmi, vel nepotum ſuorum, vel remanente per dictum Dominum Ottonem Ducem, tunc, & deinde dicti Domini Duces, & eorum ſequaces teneantur eis non dare auxilium, nec favorem, dantibus per ſe, vel per alium conſentire. Item quod de non liquidis conpromittatur in arbitros communes Amicos, quorum arbitrio alte & baſſe pareant, quibus quomodolibet terminatis Civitas Tridentina, cum Fortaliciis, Caſtrum Tridentinum, ac alia omnia Caſtra liquida libere, & plene reſtituantur, & relaxentur Domino Epiſcopo, & etiam ea, quæ per arbitros fuerint arbitrata eidem Domino Epiſcopo pertinere, ei reſtituantur, & relaxentur, & quod in prædictis que ex nunc ſeu etiam inpoſterum reſtituentur eidem tanquam liquida, vel ex arbitrio, vel ad arbitrium Arbitrorum, & etiam de his quod dictus Dominus Epiſcopus, vel alius pro eo in preſentiarum tenet, videlicet totam Judiciariam, & alibi ubicunque in Dioceſi & Diſtrictu Tridentino prædictus Dominus Epiſcopus, & alii tenentes pro eo, & alii ſervitores ſui non inquietabuntur, moleſtabuntur, ſeu turbabuntur per Dominos Duces, & ſuos ſequaces, nec patientur Domini Duces in prædictis per ſervitores, & ſequaces ſuos in aliquibus moleſtari, nec aliis conſentient, donec quæſtiones per perſonas arbitrorum fuerint terminatæ. Item quod ſecuritas æqualiter ab utraque parte fiat juxta quantitatem & modum per prædictos Arbitros ordinandam. Item ſiquid juris habent dicti Domini Duces in Caſtra boni Conſilii, & Domo de Vanga, reconpenſa debebit eiſdem Ducibus fieri arbitrio arbitrorum prædictorum. Item ſi ante relaxationem Sententiarum, & promulgationem Arbitrii ſuper premiſſis articulis promulgandis, aut certis articulis ſiniendis, prædictum Dominum Epiſcopum Tridentinum mori continget, cedere, aut renunciare prefatus Dominus Epiſcopus Curienſis, aut qui pro eo fuerint, teneantur ſæpedictis Dominis Ducibus reſtituere caſtra, & Fortalicias memoratas. Item quod dictus Dominus Epiſcopus Tridentinus preſenti paci, & concordie adquieſcet & non contraveniet, vel faciet quidquam, & ſi contraveniret, vel faceret movendo guerram dictis Dominis Ducibus, vel ſubjectis eorum, ad hanc pacem venientibus vel incluſis, vel eos turbando, vel inquietando in poſſeſſionibus eorum quæ tenere debuerint ex forma preſentis pacis, tunc prædicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ teneantur eidem Domino Epiſcopo non dare auxilium, vel favorem contra dictos Dominos Duces, & ſequaces eorum. Promittentes dicti Procuratores, & Nuncii Procuratorio nomine partium prædictarum ad invicem mutua, & ſolemni ſtipulatione omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta attendere, & obſervare, & non contravenire per ſe, nec per interpoſitas perſonas dicto, facto, vel opere, Renunciantes dictis Procuratoribus Procuratorio nomine Partium prædictarum ſponte, & expreſſe, & pacto ſpeciali exceptioni doli mali ſive cauſa in factum, & exceptioni Procuratorum non legitime factorum, & omni fictioni, & ſimulationi, ſeu fraudi, & deceptioni, & beneficio reſtitutionis in integrum, & omni Officio Judiciali, & omnibus actionibus, interdictionibus, privilegiis fori, libertatibus impetratis, ſeu impetrandis, nullitatis, ſupplicationis, & appellationis remedio ceteriſque rationibus, exceptionibus, & defenſionibus dictis Dominis Ducibus, & Capitaneis, ac Communibus Veronæ & Mantuæ, vel eorum alicui contra prædicta in aliquo competentibus de jure, vel de facto, ſeu conſuetudine approbata eorum quæ ſibi poſſent competere, auxilium, & Jus competiturum ſibi ad invicem ſpecialiter remittendo per pactum. Juraveruntque ipſi Procuratores partium prædictarum tactis Sanctorum Evangeliorum ſcripturis ad Sancta Dei Evangelia ſuper animas, & in animas prædictorum Dominorum Ducum, & Capitaneorum, ac Communium Veronæ, & Mantuæ omnia, & ſingula ſupradicta perpetuo, & inviolabiliter attendere, & obſervare, & non contravenire aliqua ratione vel cauſa, ſub obligatione omnium dictarum Partium bonorum. Ita tamen quod iſta pacta, & conventiones intelligantur jurata, & firmata ſub hac conditione, ſi placuerint. & ea acceptaverint prefati Domini Duces, & Capitanei Veronæ, & Mantuæ. Actum anno Domini milleſimo trecenteſimo primo, quartadecimæ Indictionis. Idcirco ut ipſa pax, & concordia ſuperius concepta, inita, & expreſſa, cum omnibus, & ſingulis Capitulis, Articulis, Pactis, Promiſſionibus, Obligationibus, conventionibus, renunciationibus, & generaliter cum omnibus, & ſingulis in ipſa pace, & contractu ejuſdem pacis contentis, & expreſſis omni careant deffectu, ſeu potius nexu firmitatis, & inſolubili vinculo annuente Domino roborentur ad laudem, & honorem Filii Dei viventis ejuſque Genitricis Beatæ Mariæ ſemper Virginis glorioſe, & Sanctorum ſuorum omnium ad ipſam pacem, & concordiam confirmandam, acceptandam, & ratificandam, ac perpetuo inviolabiliter obſervandam Illuſtres Domini Otto, Ludovicus, & Henricus prædicti Carinthie Duces, Tyrolis, & Goriciæ Comites pro ſe, & ſuis omnibus ſequacibus, & amicis confirmaverunt, laudaverunt, & deliberato animo ratificaverunt, acceptaverunt, & approbaverunt, in manibus prudentum virorum Domini ſcilicet Nicolai de Altemano Legum Doctoris, & Nobilis Domini Gualimbi quondam Domini Varoni de Bardolino Veronenſium Civium tanquam certorum Nunciorum, & Procuratorum legitimorum Egregii, & Magnifici Domini Bartholomei de la Scala Populi, & Communis Veronæ Capitanei Generalis, & Communis Veronæ, Procuratorio nomine ipſius Domini Capitanei, & Communis Veronæ, ut conſtat Inſtrumento publico Procuratorio ſcripto manu Benedicti Notarii ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo ſecundo, indictione quintadecima, die Dominico, quartadecima Januarii inſtantis, atque Dominorum Guilielmi de Axandris, Maphei de Michaelibus Jurisperitorum Mantuæ Civium tanquam certorum Nunciorum, & Procuratorum legitimorum Egregii, & Magnifici Domini Guidonis de Bonacolſis perpetui Capitanei Mantuani Communis, & Univerſitatis Mantuæ Procuratorio nomine, ut ſupra, ad infraſcripta ſpecialiter conſtitutorum, ut patet Inſtrumento Procuratorio ſcripto ſub ſigno, & nomine mei Adelberii Notarii infraſcripti die Dominico quartadecima Januarii inſtantis, & Procuratorio nomine recipientium pro ipſis Dominis Capitaneis, & Communibus Veronæ, & Mantuæ, & eorum ſequacibus, & amicis, memoratam pacem, & concordiam, cum omnibus, & ſingulis Capitulis, articulis, & pactis in forma, & contractu ipſius Pacis contentis, & expreſſis, ſub omnium Bonorum preſentium, & futurorum prædictorum Dominorum Ducum obligatione. Que pro eiſdem Dominis Capitaneis, & Communibus Veronæ, & Mantuæ ipſi Domini Otto, Ludovicus, & Henricus Duces ſe Procuratorio nomine conſtituerunt poſſidere vel quaſi pro inviolabili, & perfecta, ac perpetuali confirmatione omnium præmiſſorum. Ut autem præſcripta Pax, & concordia cum omnibus, & ſingulis Capitulis, pactis, & articulis que in contractu ejuſdem pacis continentur ſtabilitate, & firmitate perpetuali, & incorruptibili fulciantur, præfati Domini Otto, Ludovicus, & Henricus Duces corporaliter, atque ſponte, & deliberato animo tacto libro Evangeliorum, & ſacroſanctis ſcripturis juraverunt ad Sancta Dei Evangelia omnia, & ſingula præmiſſa, videlicet pacem, & concordiam cum omnibus, & ſingulis, in ipſa pace ſcriptis, & conceptis, firma, rata, grata, & incorrupta perpetuo habere, conſervare, & tenere, & nunquam aliqua ratione, vel cauſa, que dici, ſeu aliquo modo poſſit ſub conceptione verborum exprimi, tam de jure, quam de facto contrafacere, vel venire pro ſe, vel per aliquam aliam perſonam, aut alias quaſcumque perſonas conſilio, auxilio, conſenſu pariter, vel favore; ad hec quoque ſupraſcripti Nuncii, Procuratores, & Sindici prædictorum Dominorum Bartholomei, & Guidonis Capitaneorum, atque Communium Veronæ, & Mantuæ ſimiliter juraverunt ſuper Animas eorumdem Dominorum Bartholomei, & Guidonis Capitaneorum, atque Communium Veronæ, & Mantuæ firma, rata, & incorrupta habere, & tenere omnia, & ſingula, quæ ſuperius ſunt expreſſa. Alias quidem per ſepedictos Dominos Capitaneos perſonaliter pro ſe, & prædictis Communibus Veronæ, & Mantuæ eorumque Sequacibus, & Amicis, deliberato animo confirmata, laudata, ratificata, acceptata, & approbata, & jurata ſolemniter in manibus Nunciorum, & Procuratorum dictorum Dominorum Procuratorio nomine pro ipſis Dominis Ducibus, & eorum ſervitoribus, & Amicis recipientium, ut continetur

ANNO 1301.

ANNO 1301. tinetur publicis Instrumentis inde confectis, & scriptis per Ottonem, Benedictum, & me Adelberium Notarios, in eodem tenore, de anno, & mense, presentibus in Civitatibus Veronæ, & Mantuæ.

L. H. T. Ego Adelberius de Adelberiis Sacri Palatii Notarius publicus hic interfui, & rogatus publice scripsi signumque meum consuetum apposui, de quibus etiam sunt exempla infrascripta ejusdem tenoris per diversos Notarios presentes, & rogatos conscripta.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius, Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 18. Aprilis. 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 18. Aprilis. 1720.

14. Decembre. *Procuratio* OTTONIS *Ducis Carinthiæ pro se & Fratribus suis ad ineundam Pacem. Datum Tridenti* 14. *Decembris Anno* 1301. *Indictione XIV.* CUM *Transumpto. Actum Anno* 1302. *Indictione XV.* [Authentique tiré des Archives Archi-Ducales de Mantoüe.]

L. H. T. Exemplum ex autentico relevatum Anno Domini milleſimo trecenteſimo primo, die quartadecima intrante Decembris, Indictione quartadecima, præsentibus Dominis Sifrido Venerabili Episcopo Eccleſiæ Curienſis, Vernhero Abbate Monaſterii in Vuiltina, Vuernero de Sichborch, Hanrico, de Frauvenberch, Hanrico de Rotenburch filio Magiſtri Curienſis, Hanrico dicto Gralando, Vuernhero de Tablat. Ulrico Radekke, & aliis fide dignis. Ibique Illuſtris Princeps Dominus Otto Dei Gratia Dux Karinthiæ, Comes Tyrol, & Goriciæ pro ſe, & fratribus ſuis Dominis Ludovico, & Hanrico Ducibus Karinthiæ Comitibus Tyrol. & Goriciæ, quos promiſit ſe facturum, & curaturum quod prædicti fratres ſui habebunt firmum, & ratum quidquid per infraſcriptos Procuratores vel alterum eorum factum fuit in infraſcriptis, fecit, conſtituit, & ordinavit Honorabiles Viros Dominos Magiſtrum Rudolfum Canonicum Eccleſiæ Tridentinæ, Hanricum de Rotenburgch Magiſtrum Curienſis, Ulricum de Regonia Capitaneum Tridentinum, Hanricum de Laubers, Marſchalcum, Hanricum de Ochenano, ſuos & dictorum ſuorum fratrum Nuncios, & Procuratores, & quemlibet eorum in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis ad faciendum, & recipiendum pacem, & concordiam pro ſe, & dictis ſuis fratribus, ac ſequacibus ſuis de omni guerra, & diſcordia, quam habuiſſent, vel haberent hoc anno preſenti cum Nobilibus Viris Dominis Bartholomeo de la Scala Generali Capitaneo Populi Veronenſis, & cum Domino Guidone Capitaneo Populi Mantuanenſis, & cum Communibus dictarum Civitatum & ſuis ſequacibus, & ad faciendum finem, & remiſſionem prædictis Dominis Capitaneis Communibus dictarum Civitatum, & ſuis ſequacibus de omnibus damnis, injuriis, & offenſionibus rerum, quam perſonarum, dictis factis, ſeu illatis per dictos Dominos Capitaneos, Communia Veronenſe & Mantuæ, & per ſuos ſequaces dictis Dominis Ducibus adherentibus ſive ſequacibus quocunque modo vel cauſa ad pacta, permiſſiones, obligationes rerum, & perſonarum cum pena, & ſine pena, ad renunciaciones cujuſcunque generis faciendas, & faciendas, recipienda, & recipiendas, & ad juramenta, & ad preſtanda juramenta cujuslibet generis in animas prædictorum Dominorum Ducum, & ſuorum ſequacium, & ad omnia alia dicenda, & facienda que in prædictis & quolibet prædictorum fuerint utilia, & neceſſaria, dando, & concedendo dictis Procuratoribus, & eorum cuilibet in ſolidum in prædictis & circa prædicta, dicendi, & exercendi generalem, & liberam poteſtatem, cum generali, & libero mandato. Promittens dictus Dominus Otto Dux Karinthiæ pro ſe, & fratribus ſuis prædictis, & omnibus aliis ſuis ſequacibus, & adherentibus ſibi, dictis Procuratoribus preſentibus, & cuilibet eorum in ſolidum, & mihi Notario infraſcripto ſtipulanti, & recipienti, vice, & nomine prædictorum Dominorum Capitaneorum dictarum Civitatum Veronæ & Mantuæ Communium, & ſequacium ſuorum, & omnium aliorum quorum intereſt, vel intereſſe poſſet quidquid per ipſos Procuratores, vel eorum aliquem factum fuit, ſeu dictum in prædictis, & circa prædicta & quodlibet prædictorum habere firmum, ratum, & gratum, & nullo tempore contravenire per ſe, vel per interpoſitam perſonam de jure, vel de facto venienti, vel facienti contra, nullo modo conſentire, ſub obligatione omnium bonorum dictorum Dominorum Ducum, & cujuslibet eorum, que bona prædicti Procuratores, & quilibet eorum poſſint, & poſſit, ſe precario conſtituere poſſidere vel quaſi pro prædictis Dominis Capitaneis Civitatibus, & Communibus ipſarum, & ſuis ſequacibus. Actum in Caſtro Boni Conſilii in Tridento.

Ego Rivamundus Notarius ſacri Palacii interfui, & rogatus ſcripſi.

In Chriſti nomine, Die Sabbathi tertiodecimo Januarii. In Curtivo Domus nove Communis Veronæ, Preſentibus Dominis prudenti viro Donino Ubertino de Roman. Legum Doctore, Dominis Ferrino de Ferrino, Yuano quondam Bonalchi, Yuano de Berrinto, & Vernoſio de Cortinis Notariis teſtibus & aliis.

Nobilis Vir Dominus Lapus de Ubertis de Florentia Communis Veronenſis Poteſtas cognito preſens exemplum ex originali publico videlicet Inſtrumento integro incorrupto & ſine vituperatione apparenti, ſcripto per Rivamundum Notarium Sacri Palatii per me ſubſcriptum Bonum Notarium ſupradictum, & coram eo auſcultandum per Yuanum Notarium infraſcriptum, & me ipſum Notarium ab ipſo Originali in nullo quoad ſenſum, vel intellectum variet diſcordare eidem exemplo ut de cetero legitime inſinuationis jure fruatur & eodem quo originale ſuum vigore potiatur & fidem ſuam & Communis Veronenſis auctoritatem interpoſuit & decretum, & mandavit mihi Bono, & Yuano Notariis inſcriptis quatenus in ejuſdem exempli plenam fidem nos ſubſcriberemus in teſtes.

Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſecundo, Indictione quintadecima.

Ego Bonus quondam Philippi Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum ad autenticum ejuſdem fideliter exemplavi, coram dicto Domino Poteſtate inſinuavi, ac eidem exemplo cum Yuano Notario inſcripto legendo, & auſcultando in nullo ut prædicti ab autentico diſcordare invento in rei plenam fidem me in teſtem ſubſcripſi, & dictam inſinuationis, & auctoritatis Mandati auctoritatem publice ſcripſi.

L. H. T. Ego Yuanus Notarius quondam Bonolthini dicti Domini Poteſtatis Mandato huic Exemplo coram eo legendo, & auſcultando cum Bono Notario ſupraſcripto in nullo quoad ſenſum, vel intellectum variet, aut mutet, ab autentico diſcordare invento in & plenam fidem me in teſtem ſubſcripſi, & de inſinuationis, & mandati auctoritate interfui.

Alia Procuratio ad ratificandam hanc Pacem.

L. H. T. Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſecundo, die ſecundo, intrante Januario, Indictione quintadecima in Caſtro Tiroli, Preſentibus honeſto viro D. Rudolfo de Mixina . . . . . Tridentino, nobilibus viris Dominis Hanirico de Rotemburch Magiſtro Curienſi Illuſtrium Principum Dominorum Ducum Karinthiæ Hanirico ei filio, ac diſcretis Viris Friderico Notario Curienſis, ac Ludovico Notario Cameræ eorumdem Dominorum Ducum, & aliorum teſtium rogatorum ibique Illuſtres Princeps Domini Otto, & Aniricus Duces Karinthiæ Comites Tiroli, & Goriciæ Aquilegenſis, Tridentinæ, & Brixienſis

ANNO 1301. xinensis Ecclesiarum Advocati pro se, & vice, ac nomine Fratris eorum Domini Ducis Ludovici fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt honorabilem, & Religiosum virum Vernherum Abbatem Vuiltinensis Brixinensis Dyocesis, & strenuos milites, & fideles suos Dominos Ulricum de Regonia Capitaneum Tridentinum, & Hanricum de Laubs Marschalcum, suos certos Nuncios, & Procuratores legitimos unumquemque eorum in solidum, ita quod inter eos non sit melior condicio occupantis. Ad audiendum, & recipiendum ac etiam faciendum, & contrahendum ratificationem, confirmationem, acceptationem, seu approbationem pacis, & concordiæ initæ, & factæ inter Procuratores Illustrium Principum Dominorum Ducum Karinthiæ prædictorum ex una, & Sindicos, & Procuratores Magnificorum Dominorum Bertholomei della Scala, & Vuidonis de Bonacolsis Capitaneis Veronæ, & Mantuæ, ac Communium, & Universitatum earumdem Civitatum ex parte altera, pro se, ac Communibus, & sequacibus eorum secundum quod lucide, & evidenter apparet, & expressum est in Litteris, & Instrumentis publicis scriptis manu Benedicti Notarii, & mei Rivamundi Notarii infrascripti super confirmatione, & approbatione pacis, & concordie prænotatæ, cum omnibus, & singulis Capitulis, pactis, & promissionibus in Litteris ejusdem Pacis continentibus, & ad recipiendum, & audiendum jurare, seu juramenta ipsorum Dominorum Capitaneorum Bertholomei, & Vuidonis corporaliter per eos factum, & præstatum pro majori firmitate ejusdem pacis, & concordiæ factæ, & adhuc confirmande, & ex nunc ad jurandum super Animas prædictorum Dominorum Ducum Karinthiæ dictam Pacem, & omnia ipsius Capitula, de quibus infra fiet mentio & quæ continentur sub signo, & nomine Benedicti, & mei Rivamundi infradicti Notariorum. Et similiter ad promittendum, & promissiones faciendum juxta sapientis viri consilium loco, & nomine prædictorum Dominorum Ducum, & pro ejus Procuratorio nomine antedictis Dominis Capitaneis Veronæ, & Mantuæ, quod ipsi Domini Duces corporaliter similia juramenta facient, & prestabunt quandocunque per ipsos Capitaneos, vel eorum attestatos Nuncios fuerit ab ipsis Dominis Ducibus requisitum, sive dictæ promissiones, obligationes, & conventiones & pacta ejusdem pacis, & concordiæ contingant, & spectare videantur Venerabilem in Christo Patrem Dominum Joannem Philippum Episcopum Tridentinum pro causis factis, & negociis vertentibus inter prælibatum Dominum Episcopum Tridentinum, & Ecclesiam Tridentinam ex una, & Magnificos, & Illustres Principes Dominos Duces Karinthiæ prænotatos ex altera, occasione Episcopatus Tridenti, & Bonorum Ecclesiæ ejusdem, sive contingant prædictos Dominos Capitaneos, Communia Veronæ, & Mantuæ, ac eorum sequaces. Dantes eisdem Procuratoribus, & unicuique eorum in solidum plenam, generalem, & liberam potestatem, ut & Administracionem in præmissis omnibus, & singulis premissorum faciendi, dicendi, tractandi, & ordinandi in generalibus, & specialibus omnia, & singula quod prefati Domini Duces facere, dicere, tractare, & ordinare possent, ac si personaliter adessent: Promittentes & prefati Domini Otto, & Hauirich Duces pro se, & eorum fratre Domino Advocato Ludivico, stipulatione solempni sub obligatione, & hippotecha suarum rerum, & suorum Bonorum omnium dictis Procuratoribus, & mihi Rivamundo Notario infrascripto recipienti nomine, & vice, & nomine omnium prædictorum quorum interest, vel interesse poterit, se firmiter firmum, ratum, & gratum habituros quidquid certatum, & ordinatum per prædictos Procuratores, vel per alterum eorum nomine, & vice ipsorum Dominorum Ducum fuerit in præmissis, & singulis præmissorum. Propterea promiserunt Domini Otto, & Hanricus Duces prænotati, omni exceptione juris & facti remota se omnimode facturos, ordinaturos & procuraturos quæ Dominus Dux Ludvicus eorum fratre ratificabit, approbabit, & confirmabit juxta Sapientis Viri consilium presente per Procurationem, & omnia, & singula in ea contenta in bonorum suorum omnium presentium, & futurorum obligationem quandocunque per ipsos Dominos Capitaneos, vel eorum certos Nuncios infra unum mensem continuo subsequentem fuerit requisitum.

Ego Rivamundus Notarius Sacri Palacii interfui, & rogatus scripsi.

ANNO 1301.

Cum originalibus sive Authenticis sicut supra expeditis in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservatis præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 6. Martii 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 6. Martii 1720.

Procuratio Capitaneorum & Communis Mantuæ pro confirmandâ Pace. Datum Mantuæ 14. Januarii 1302. Indictione XIV. [Autentique tiré des Archives Archi-Ducales de Mantoüe.]

1302. 14. Janv.

IN Nomine Christi die Dominico quarto decimo Januarii millesimo trecentesimo secundo Indictione quartadecima, Presentibus Nobilibus Viris Dominis Passarino de Bonacolsis, Bertholino de Bonacolsis, Gonzelario de la Turre, Nappellino ejus filio, & Ottolino quondam Domini Guatii omnibus Civibus Mantuanis testibus rogatis Mantuæ, in Domo habitationis Domini Capitanei infrascripti. Ibi Nobilis & Magnificus Dominus Guiddo de Bonacolsis Communis, & Populi Mantuani Capitaneus perpetuus pro se, & vice & nomine Communis Mantuæ fecit, constituit, & ordinavit prudentes Viros Dominos Guillielmum de Axandris, & Mapheum de Michaelibus Jur. Per. Cives Mantuæ, & utrunque eorum in solidum, ita quod non sit melior inter eos conditio occupantis, suos, & dicti Communis Mantuæ certos Nuntios, Procuratores, & Sindicos, & quidquid melius esse potest, ad audiendum, & recipiendum, ac etiam faciendum, & contrahendum ratificationem, confirmationem, acceptationem seu approbationem Pacis, & concordiæ inter Procuratores, & Nuntios Illustrium Principum Dominorum Ottonis, Ludovici, & Hanrici Ducum Karinthiæ, Comitum Thiroli, & Goriciæ atque Ecclesiarum Aquilegiensis, Tridentinæ, & Brixinensis Advocatorum ex una, & Sindicos, Procuratores, & Nuntios Magnifici Domini Bartholomei de la Scala Generalis Capitanei Populi, & Communis Veronæ, ac sui ipsius Domini Guidonis Capitanei perpetui Mantuani, & Communium etiam Veronæ, Mantuæ ex altera parte pro se, & Communibus, & sequacibus prædictarum Partium, secundum quod lucidè, & evidenter apparet expressum in Litteris, & scripturis publicis scriptis manu Benedicti Notarii, & manu Rivamundi Notarii ac etiam manu mei infrascripti Notarii super confirmatione, & approbatione Pacis, & concordiæ prænominatæ cum omnibus, & singulis conventionibus, & promissionibus in Litteris ejusdem Pacis continentibus, ad recipiendum, & audiendum . . . . . ipsorum Dominorum Ottonis, Ludovici, & Hanrici Ducum corporaliter per eos. . . . . Majori firmitate ejusdem Pacis, & Concordiæ factæ, & adhuc confirmandum ea, etiam ad jurandum super Animam ipsius Domini Guidonis Capitanei, & Communis Mantuæ Pacem, & omnia ipsius Pacis Capitula, de quibus fit mentio, & quæ continentur scripta manibus ipsorum Notariorum Benedicti Rivamundi, & mei Adelberii, & sub signis, & nominibus ipsorum Notariorum. Dans, & concedens eisdem Sindicis, & Procuratoribus, & utrique eorum in solidum plenam, liberam, & generalem potestatem, & administrationem in præmissis omnibus, & singulis præmissorum, faciendi, dicendi, tractandi, & ordinandi in specialibus, & generalibus omnia, & singula, quæ ipse Dominus Guido Capitaneus Mantuæ, &

ANNO 1302. & Commune Mantuæ dicere, facere, tractare, & ordinare posſent, ac ſi perſonaliter adeſſent. Promittenſque ſtipulatione ſolemni dictis Procuratoribus, & Sindicis, & mihi Adelberio Notario infraſcripto ſub obligatione, & ypoteca omnium bonorum ſuorum, & Communis Mantuæ, recipientibus, & ſtipulantibus vice, & nomine dictorum Dominorum Ducum, & omnium, quorum intererit, vel intereſſe poterit, ſe, & dictum Commune Mantuæ firmum, ratum, & gratum perpetuò habituros quicquid ipſi Sindici, & Procuratores, & uterque eorum in prædictis, & quolibet prædictorum duxerint faciendum, & exercendum quocunque modo.

L. H. T. Ego Adelberius de Adelberiis Sacri Palatii Publicus Notarius his interfui, & rogatus publice ſcripſi, ſignumque meum conſuetum appoſui.

Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor. Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi hac die 14. Martii. 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 15. Martii 1720.

VI.

10. Avril. *Lettres des Princes, Ducs, Comtes, Barons, & Nobles du Royaume de France au ſacré College des Cardinaux contre le Pape* BONIFACE VIII. *lequel ils accuſent d'avoir attenté ſur l'autorité temporelle du Roi, & ſur les Libertés & Privileges de l'Egliſe Gallicane; d'avoir apauvri le Peuple par ſes exactions, rempli les Cathedrales & Collegiales d'Enfans, d'Etrangers, & de gens incapables, & enfin d'avoir fait tous ſes efforts pour rompre l'union de l'Egliſe, & de l'Etat, ce qui ne convient qu'à l'Antechriſt. Concluſion ils requierent les Cardinaux comme établis, & appellés en partie au Gouvernement de l'Egliſe, de trouver & apporter quelque remede à ces maux. Donné à Paris le* 10. (1) *Jour d'Avril* 1302. [*Hiſt. du differend de* BONIFACE VIII. *avec* PHILIPPE LE BEL aux Preuves pag. 60. G. G. LEIBNITZII Codex Juris Gentium. In Mantiſſa Part. II. pag. 300.]

A HONORABLES Peres lors chiers & anciens amis, tout le Colliege & à chaſcun des Cardinaux de la Saincte Egliſe de Rome, li Duc, li Comte, li Baron, & li Noble, tuit du Royaume de France, Salut, & continuel accroiſſement de charité, d'amour, & de toutes bonnes aventures à leur deſir: Seignours, vos eſpiciaulment ſavez, & ſait chacun qui a ſain entendement, comment l'Egliſe de Rome, & li Royaume de France, li Rois, li Baron, li Clergié, & li peuples d'iceluy Royaume, ont d'ancienneté, & continuellement de couſtume eſté conjoints enſemble par ferme & vraye amour, & charité, & les grans miſeres, les peines & les travaux que nos anteceſſours, & li pluſieurs de nous & des noſtres, ont ſouffert, ſouffrent, & ſouffreront touſjours en l'honneur de celuy qui pour nous ſouffrit paſſion & mort, pour ſouſtenir & eſſaucier la Loy, & la foy Chrêtienne, & Saincte Egliſe, pour laquelle pluſiours d'eux ont mainteſois ſouffert moult de grieſves peines & travaux, & eſtés pris & navrés à mort, & les grans cures que la divine Egliſe a miſes pour le bon eſtat du Royaume. Et pource que trop grieſve choſe ſeroit à nous, ſe celle vraye unité qui ſi longuement a duré entre nous ſe demenuiſoit & defalloit maintenant par la male voulenté, & par l'ennemitié longuement nourrie ſoubs l'ombre d'amitié, & par les torcionnieres & deſrenables entrepriſes de celuy, qui en preſent eſt ou ſiege du gouvernement de l'Egliſe, nous vous certifions par la tenour de ces Lettres aucunes mauvaiſes & outrageuſes nouvelletez, que il a de nouvel entrepriſes à faire à noſtre tres-chier & redouté Seignours, Phelippe par la grace de Dieu Roy de France, & à tout le Royaume; leſquelles noſtre Sire li Roy fit expoſer entendiblement par devant nous, & tous les Prelats, les Abbez, les Priours, & les Doyens, les Prevoſts, les Procureurs des Chapitres & des Convents, des Colleges, des Univerſitez, & des Communautez des villes de ſon Royaume, preſens devant luy, pour leſquiels ſe ils par ſa deſordenée volenté eſtoient pourſuivies, l'unitez & l'amitiez devant dites, ſe déferoient & desjoinderoient entre ladite Egliſe, & le Roy, & le Royaume, & nous: car nous ne le pourrions, ne ne vourrions ſouffrir en nulle maniere, pour peine, perte, ne meſchief que ſouffrir en deuſſiens, en perſonnes, en enfans, en heritages, ne en autres biens. Premiers entre les autres choſes que audit Roy noſtre Sire furent envoyées par meſſages, & par Lettres, il eſt contenu, que du Royaume de France, que noſtre Sire li Roy, & li habitans du Royaume, ont toûjours dit eſtre ſoubget en temporalité de Dieu tant ſeulement, ſi comme c'eſt choſe notoire à tout le monde, il en devroit eſtre ſubjet à luy temporellement, & de luy le devoit, & doit tenir: & plus que il encores avec ce a fait appeller les Prelats, les Docteurs en Divinité, les Maiſtres en Canon & en Lois dudit Royaume de France, pour amander & corriger les excés, les grieſs, les oppreſſions, & les dommages, que il dit par ſa volenté, eſtre faits par noſtre Sire le Roy, par ſes Meniſtres, & par ſes Baillifs, as Prelas, as Egliſes, as perſonnes des Egliſes, à nous, aux Univerſitez, & au peuple dudit Royaume, jaçoit ce que nous, ne les Univerſitez, ne li peuples dudit Royaume ne requirons, ne ne voulions avoir, ne correction, ne amende ſur les choſes devant dites par luy, ne par s'authorité, ne par ſon pouvoir, ne par autre, fors que par ledit noſtre Sire le Roy: & ja avoit pourveu li Roys nôſtre Sire, à mettre remede à grieſs, s'aucun en y euſt, mais pour ce a retardé, puis que ces nouvelles ſont venuës à luy; que il ne veult mie que il apere, que il le face par cremeur, ou par commandement; ou par correction de luy, ou d'autruy. Par laquelle convocation ainſi faite, li Royaume demourroit en grand peril, & en grand deſconfort, ſe il ſe vuidoit de ſi precieux joyaux & treſors, auſquels nuls ne ſe comperent, & que len doit mettre avant toutes forces, & avant toutes armes, c'eſt à ſavoir, le ſens des Prelas & des autres ſaiges, par qui conſeil, par qui ſens, & par qui pourveance, le gouvernement du Royaume eſt adreciez & maintenus, la foy eſt tenuë & eſſauciée en fermeté, li Sacremens de Saincte Egliſe ſont ameniſtrez & tenus, & juſtice faicte & gardée en celuy Royaume, pour leſquiex choſes, & pour autres, leſquelles trop longs choſes ſeroit à eſcripre. Et pource eſpeciaulment que cil qui à preſent ſiet ou ſiege du gouvernement de l'Egliſe, a faict & faict encores chacun jour par ces Ordenances de volenté les confirmations & les collations des Archeveſques & des Evêques, & des autres nobles benefices du Royaume devant dit, & y a miſes par grandes quantitez & ſommes d'argent, parquoy il les à grevées & chargées, ſi que il convient que li menus peuples, qui leur eſt ſoubgez, ſoient grevez & ranconnez: car autrement ne pourroient payer les exactions qui leur a faictes par perſonnes meſcogneuës, & aucunes ſouſpeçonneuſes, & telles, & pluſieurs, ſi comme enfans & pluſieurs autres, qui de nul benefice d'Egliſe tenir ne ſont dignes, & qui nulle reſidence ne font és Egliſes, où ils ont les benefices, ne jà

(1) Cette Date eſt interpolée & ajuſtée au Stile de la Nativité. Il n'y eut point de 10. Avril dans l'année Paſchale 1302. qui étoit alors en uſage en France. [DUM.]

ANNO 1302. ni entrerent; & ainſi les Egliſes ſont defraudées de leur ſervice, & les volontez de ceux qui les Egliſes fondcrent ſont anienties, parquoy les aumoſnes ſont laiſſiées, pitié arriere miſe, & les bienfaicts ſoubſtraits qui aux Egliſes ſouloient eſtre faits, & les Egliſes en ſont ſi abaiſſiées & decheuës, que à peine y a nuls qui les deſſervent, ne li Prelas ne poent donner leurs benefices aux nobles Clercs, & autres bien Lettrez de leurs dioceſes, de qui Anteceſſours les Egliſes ſont fondées: parquoy malvais exemple eſt donnez communement à tout le peuple, & pour les penſions nouvelles, & les ſervices outrageous & deſaccouſtumez, & les exactions & extorſions diverſes, & les dommageuſes nouvelletez, li generaux eſtats de l'Egliſe eſt du tout muez, & oſtez à ſouverains Prelas, li pooirs de faire ce qui à eux de leur office appartient & eſt accouſtumez de faire, & encore ne luy ſouffiſt ce mie, mais les collacions des benefices, que noſtre Sire li Roys & nos Anteceſſours ont fondez, & à li & à nous nous appartiennent, & ont de tout temps appartenu à li & à nos devanciers, & eſt accouſtumé à appartenir, il nous empeſche & les veut adjouſter & traire devers li par grand convoitiſe, pour plus grans exactions, & plus grans ſervices atraire à luy; & leſquelles choſes nous ne pourrions ne vourions ſouffrir des ores en avant en nulle maniere pour meſchief nul qui nous puiſſe avenir, & ſe ainſi eſtoit que nous, ou aucuns de nous le voulſiſiens ſouffrir, ne les ſoufferroit mie lidicts noſtre Sire li Roys, ne li commun peuples dudit Royaume: & à grand douleur, & à grand meſchief, nous vous faiſons à ſavoir par la teneur de ces Letttres que ce ne ſont choſes qui plaiſient à Dieu, ne ne doivent plaire à nul homme de bonne voulenté, ne onques mes telles choſes ne deſcendirent en cuer d'homme, ne ores ne furent, ne attenduës advenir, fors avecques Antechriſt: Et jaçoit ce que il die en ſes Lettres, que ce a-il faict du conſeil de ſes freres, ſi ſavons nous certainement, ne autre choſe ne voulons, ne ne pourrions croire, que ce ne vous deſplaiſe, & que à telles nouvelletez ſi grans errours, & ſi folles entrepriſes vous donniſſiez voſtre aſſentement, ne vos conſens, ne ne voulſiſſiez que ceſte unitez, que ſi longuement & ſi fermement a duré, à le honneur de Dieu, & à l'eſſaucement de la foy Chreſtienne, au grand bien, & au profit & au bon eſtat de l'Egliſe & du Royaume, par la perverſe volenté, ou par la folle envehie d'un tel homme, ſe deffiſt & desjoinſiſt. Pourquoy nous vous prions & requerons tant affectueuſement, comme nous pouvons; que comme vous ſoyez eſtablis & appellez en partie ou gouvernement de l'Egliſe, & chacun de vous, en ceſte beſoigne veilliez tel conſeil mettre, & tel remede, que ce qui eſt par ſi legier & ſi deſordenné mouvement commancié, ſoit mis à bon point, & à bon eſtat, ſi que l'amour, & li unitez qui a tousjours duré entre l'Egliſe & le Royaume, puiſſe demourer & accroiſtre, & que li griefs eſclandres, qui pour ce eſt meus & eſt appareillez d'eſtre ſi grans & ſi cruels, que la generalle Egliſe & toute Chreſtienté s'en pourroit douloir à tousjours, puiſſent par voſtre vertu, bon conſeil, & par voſtre amendement ceſſier: & que l'en puiſſe entendre pourfitablement au ſainct voyage de oultre mer, & as autres bonnes œuvres, que li bons Chreſtiens du Royaume ont accouſtumé à faire, & à pourſuir, & monſtrer tel ſemblant, que li malices, qui eſt eſmeus, ſoit arriere mis & anientis, & que de ces excés qu'il a accouſtumé à faire, il ſoit chaſtiez en telle maniere, que li eſtas de la Chreſtienté ſoit & demeure en ſon bon point, & en ſon bon eſtat; & de ces choſes nous faites à ſavoir par le porteur de ſes Lettres voſtre volenté & voſtre entention: car pour ce nous l'envoyons eſpeciaument à vous, & bien voulons que vous ſoyez certain que ne pour vie, ne pour mort, nous ne departirons, ne ne veons à departir de ce procez, & feuſt ores, ainſi que li Roys noſtre Sire le vouluſt bien. Et pource que trop longue choſe, & chargeans ſeroit, ſe chacun de nous metteroit ſeel en ces preſentes Lettres, faites de noſtre commun aſſentement, nos Loys fils le Roy de France; Cuens de Eureux; Robert Cuens d'Artois; Robert Dux de Bourgoigne; Jean Dux de Bretaine; Ferry Dux de Lorraine; Jean Cuens de Hainaut & de Hollande; Henry Cuens de Luxembourg; Guis Cuens de S. Pol; Jean Cuens de Dreux; Hugus Cuens de la Marche; Robert Cuens de Bouloigne; Loys Cuens de Nivers & de Retel; Jean Cuens d'Eu; Bernard Cuens de Comminges; Jean Cuens d'Aubmarle; Jean Cuens de Fores; Valeran Cuens de Perigors; Jean Cuens de Joigny; J. Cuens d'Auxerre; Aymars de Poitiers; Cuens de Valentinois: Eſtennes Cuens de Sancerre; Renaul Cuens de Montbeliart; Enjorrant Sire de Coucy, Godefroy de Breban, Raoul de Clermont Conneſtable de France, Jean Sire de Chaſtiauvilain, Jourdain Sire de Lille, Jean de Chalon Sire Darlay, Guillaume de Chaveigny Sire de Chaſtiau-Raoul, Richars Sire de Beaujeu, & Amaurry Vicuens de Narbonne, avons mis à la requeſte, & en nom de nous, & pour tous les autres, nos ſeaus en ces preſentes Lettres. Donné à Paris le 10. Jour d'Avril l'an de grace 1302. ANNO 1302.

Reſponſio Cardinalium ad Litteras Procerum Franciæ. Datum Anagniæ 6. Kal. Julii Pontificatûs BONIFACII *Papæ Anno VIII.* [*Hiſt. du differend entre le Pape* BONIFACE VIII. *&* PHILIPPE LE BEL, aux Preuves pag. 63. G. G. LEIBNITZII *Codex Juris Gentium* in Mantiſſa. Part. II. pag. 303.] 26. Juin.

MISERATIONE divina Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, nobilibus viris, Ducibus, Comitibus, Baronibus, & Nobilibus Regni Franciæ, in vero ſalutari ſalutem. Recipimus Literas veſtræ Nobilitatis, & Nuntios, quas nobis per eoſdem Nuntios latores præſentium deſtinaſtis, quarum intellectus tenor noſtros amaricavit animos, & turbavit auditus. Vobis igitur præſentibus reſpondemus, quòd Sanctiſſimus Pater & Dominus noſter, Dominus Bonifacius divina providentia ſacroſanctæ Romanæ, ac univerſalis Eccleſiæ ſummus Pontifex, & nos ipſi vinculum caritatis & ſinceritatis affectus, quæ inter ipſum Dominum noſtrum ſummum Pontificem, prædeceſſores ipſius Roman. Pontifices, & nos & prædeceſſores noſtros S. R. Eccleſiæ Cardinales, ac magnificum Principem Dom. Philippum Franciæ Regem illuſtrem, ac prædeceſſores ſuos, fuerunt ac viguerunt abolim, manutenemus libenter, & ut firma, & ſtabilia maneant promptis ſtudiis laboramus; ad hoc etiam invenimus ipſum Dom. noſtrum paratum & promptum. Inimicus tamen homo ſuperſeminavit zizania, quæ Deo auctore in faſciculos colligata erunt in combuſtionem & cibum ignis. & volumus vos pro certo tenere, quòd prædictus Dom. noſter ſummus Pontifex nunquam ſcripſit Regi prædicto, quòd de Regno ſuo ſibi ſubeſſe temporaliter, illúdque ab eo tenere deberet: & providus vir magiſter Jacobus Archidiaconus, Notarius & Nuncius Dom. noſtri prædicti, ſicut conſtanter affirmat, ipſi Domino Regi, hoc ipſum vel ſimile nunquam verbaliter nunciavit aut ſcripto. Unde propoſitio quam fecit Petrus Flote in præſentia dicti Dom. Regis, Prælatorum, & veſtra, & aliorum multorum, arenoſum & falſum habuit fundamentum, & ideo neceſſe eſt quòd cadat ædificium, quod ædificabitur ſuper illud; Prælati verò, Doctores in Theologia, & utriuſque Juris Magiſtri vocati fuerunt ad ipſius Domini noſtri præſentiam, certo eis peremptorio termino aſſignato, ut cum eis ſuper agendis poſſet deliberare conſultiùs, ſicut cum perſonis ipſi Domino Regi non ſuſpectis, imò acceptis & gratis, ac diligentibus nomen ejus, & affectantibus ſtatum proſperum, & tranquillum ipſorum Domini Regis & Regni. Nec eſt novum per Sedem Apoſtolicam pro qualitate temporum & neceſſitate cauſarum, Concilia non ſolùm particularia, ſed etiam generalia convocari, quorum aliqua plurium ex Nobis temporibus congregata noſcuntur. Detulit tamen dictus Dominus noſter ipſi Domino Regi & Regno generale Concilium non vocando, in quo forſitan conveniſſent nonnulli Nationum & Regnorum illorum, qui minus dilectionis ad dictos Regem & Regnum noſcuntur habere. Et ſi ad eorundem Prælatorum & veſtram perveniſſet noritiam Literarum tenor, quas idem Archidiaconus dicto Domino Regi ex parte ipſius Domini noſtri ſummi Pontificis præſentavit, & fuiſſet expoſitus diligenter, reddendæ fuiſſent Deo & Domino veſtro gratiæ copioſæ ſuper paterna cura & materna dulcedine, quam ipſe Dominus noſter geſſit, & gerit ut ipſi Rex & Reg-

ANNO 1302. Regnum habeant ſtatum proſperum & quietum, & ut tollantur gravamina, quæ Prælatis, Eccleſiis, ac Monaſteriis, & nonnullis ex vobis & Clero, & populo ſunt illata, cùm utique dictus Dom. noſter ſummus Pontifex, ſi Eccleſiam Gallicanam gravavit, hoc fecit concedendo ipſi Dom. Regi decimam plurium annorum Eccleſiaſticorum proventuum Regni ſui. Et quod ad dictum ejus in qualibet Eccleſia Cathedrali, & Collegiata Regni prædicti, una perſona idonea poneretur, nonnullis etiam dignitates, & beneficia contulit conſideratione Regis ejuſdem, Prælatorum, & aliquorum ex vobis. Diſpenſationes quoque multas conceſſit & magnas, quæ non latent Regem ipſum & multos ex vobis, ex quibus per ingratitudinem non dilectionis & reverentiæ, recipit idem Dominus noſter debitam repenſivam. Ad hæc non venit in dubium homini ſanæ mentis, Romanum Pont. obtinere primatum, & eſſe ſummum Hierarcham in Eccleſiaſtica Hierarchia, ac poſſe omnem hominem arguere de peccato. *Noſtræ quoque memoriæ non occurrit, quòd Cathedralibus Eccleſiis dicti Regni providerit de perſonis Italicis niſi Bituricen. & Attrebaten. Eccleſiis, quibus de perſonis providit ipſis Regi non ſuſpectis & Regno, quorum eminens ſcientia latè patet, nec ſint conditiones eorum incognitæ.* — Multis verò aliis Eccleſiis Cathedralibus providit de perſonis oriundis de Regno prædicto, nec Regi, nec Regno prædictis probabili ratione ſuſpectis. Quis unquam prædeceſſorum ſuorum formas providendi pauperibus Clericis plus extendit, quibus per nonnullos ex Prælatis non fiebat proviſio, & mendicare quodammodo cogebantur in opprobrium clericale, exſurgant cum ipſo Domino Magiſtri in Theologia, quibus ipſe in Pariſien. Eccleſia Canonicatus contulit & præbendas, exſurgant Magiſtri, & alii Literati, & in acieſtent cum ipſo qui paupertate gravati multis ſudoribus, multis vigiliis, multis laboribus adepti ſunt ſcientiæ margaritam, & dicam quomodo illorum pietas ad quos beneficiorum collatio pertinebat, reſpexit eoſdem. Invenietis pro uno extraneo, cui eſt per ipſum Dominum in dicto Regno proviſum, ferè centum, qui de prædicto Regno traxerunt originem, ab eo proviſionis gratiam recepiſſe. Et ſi de vacantibus beneficiis Regni prædicti, aut vacaturis providit, nónne providit de perſonis oriundis de Regno eodem, & familiaribus & Clericis Regis, Prælatorum, Regni, & veſtris. Adhæc ut non taceamus vobis ſolidam veritatem, non decuit, imò licuit, nec etiam expedivit Sanctiſſimum Patrem & Dominum noſtrum Dom. Bonifacium divina providentia ſacroſanctæ Rom. ac Univerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem in Literis veſtris, quas nobis miſiſtis, non nominare ſummum Pontificem, ſed, quod dolenter referimus, omiſſis filialis, & ſolitæ reverentiæ more, ac ſtilo ipſum nominaſtis per quandam circumlocutionem indevotorum verborum & noviter inventorum. Hujuſmodi autem Literarum noſtrarum placeat vobis habere bonum interprerem & fidelem. Datum Anagniæ 6. Kal. Julii, Pontificatus verò præfati Domini noſtri Domini Bonifacii PP. octavi anno octavo. Sigill. 17. ſigillis ceræ rubræ.

VII.

7. Septembre. *Fœdus ad triennium inter Capitaneum* Placentiæ *ex unâ, & Capitaneos* Mantuæ, *&* Veronæ *ex alterâ parte initum, quo fidelitatem, & auxilium mutuum ſibi promittunt adversùs Civitates, & homines de* Lombardiâ, *&* Marchiâ Tarviſinâ, *conſtitutâ* 100. *Marcharum argenti pœnâ in contravenientes huic fœderi. 7. Septembris Anno* 1302. *Indictione XV.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Ad honorem, & reverentiam Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac intemeratæ Virginis Mariæ & Matris, & omnium Sanctorum, & ad reverentiam, & honorem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Sanctiſſimi Patris Domini Papæ ſuorumquæ Fratrum, Dominorum Cardinalium, & ad honorem & exaltationem omnium & ſingulorum Dominorum infraſcriptorum, & omnium ſuorum Amicorum. Magnificus Vir Dominus Albertus Scottus Ancianus, Protector, & Defenſor Communis, & Populi Placentiæ, & diſtrictus per ſe, & ſuo nomine ex parte una, & diſcretus Vir Dominus Nicolaus olim Domini Giliani Judicis Civis Veronæ Procurator, & Nuncius ſpecialiter ad infraſcripta omnia & ſingula ordinatus per Magnificum, & Nobilem Virum Dominum Bartholomeum della Scala, Communis & Populi Veronæ Capitaneum generalem, ut conſtat Inſtrumento publico ſcripto manu Bonaventuræ Notarii de Sancta Sofia, Preſenti milleſimo, & Indictione, die Dominico, ſecundo menſis Septembris Procuratorio nomine pro ipſo, Et diſcretus Vir Dominus Delaitus, Domini Ottonis de Moneginis genitus Mantuanus, Procurator, & Nuncius conſtitutus per Nobilem, & Magnificum Dominum Guidonem de Bonacolſis, Communis, & Populi Mantuæ Capitaneum Generalem ſpecialiter ad omnia & ſingula ſcripta, ut conſtat publico Inſtrumento ſcripto manu mei Rolandini de Bertholono Mantuani Notarii Preſenti milleſimo, & Indictione, die Martis quarto Menſis Septembris Procuratorio nomine pro ipſis ex parte altera, ad invicem inter ſe ſe ipſos fecerunt & contexerunt Ligam, Societatem, unionem, & fraternitatem uſque ad trienium duraturam ſecundum modum infraſcriptum. Primo videlicet promiſerunt, convenerunt, & juraverunt ſe ad invicem eſſe fideles, & legales conſilio & opere, & bene, & legaliter ſe habere, & tractare quæcunque viderent eis fore utilia, & ſuo poſſe prohibere omnia mala que contingere poſſent eiſdem qualibet occaſione. Item promiſerunt, convenerunt, & juraverunt ſe ad invicem cum populo, & Militia viriliter adjuvare, & defenſare in eorum territoriis, ſi contigerit guerram fieri alicui ex prædictis per aliquam Civitatem, locum, ſive univerſitatem, ſive Dominum aliquem de Lombardia, vel de Marchia Tarviſina. Eo ſalvo, quod ſi aliquis de prædictis Dominis fine requiſitione, voluntate, & conſilio aliorum Dominorum incepit, ſeu moverit guerram cum aliqua Civitate, loco, univerſitate, vel Domino, alii Domini non teneantur, nec aſtricti ſint aliqua occaſione ſibi preſtare auxilium vel juvamen, nec ipſum in tali guerra deffendere. Quam Societatem, Ligam, unionem, & fraternitatem, & omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta promiſerunt, & convenerunt ſibi ad invicem ſtipulatione ſolemni, & mihi Notario recipienti, & ſtipulanti vice, & nomine prædictorum, & omnium aliorum quorum intereſt, vel intereſſe poſſet, videlicet dictus Dominus Albertus Scottus pro ſe & ſuo nomine, & prædicti Domini Nicolaus, & Delaitus Procuratores, & Procuratorio nomine pro prædictis Dominis quorum ſunt Procuratores, attendere, & obſervare, & attendi, & obſervari facere inviolabiliter ſine aliqua diminutione, & nullo modo contra prædicta venire, vel facere uſque ad prædictum tempus, & hoc in pœna, & ſub pœna centum Marcharum argenti. Quæ pena totiens committatur, & exigi poſſit cum effectu per partem obſervantem prædicta, a parte non obſervante prædicta, contra prædicta vel aliquod prædictorum factum, ſeu ventum fuerit de jure, vel de facto, firmis, & ratis manentibus omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, & infraſcriptis cum ejuſdem pœnæ commiſſione, & exactione. Pro quibus omnibus, & ſingulis, & penis etiam ſolvendis, attendendis, & obſervandis, obligaverunt ſibi ad invicem prædictæ partes, & mihi Notario recipienti, & ſtipulanti nomine, & vice dictarum Partium, & omnium aliorum, quorum intereſt, & intereſſe poſſet. Videlicet dictus Dominus Albertus Scottus omnia ſua Bona preſentia, & futura, & prædicti Procuratores Procuratorio nomine Prædictorum Dominorum quorum ſunt Procuratores omnia bona præſentia & futura prædictorum Dominorum Capitaneorum de quibus unus pro altero ſe conſtituit poſſeſſorem. Inſuper prædictæ partes ſibi ad invicem in prædictis, & ſuper prædictis uti dictus Dominus Albertus pro ſe, & ſuo nomine, & dicti procuratoris nomine quo ſupra renunciaverunt exceptioni doli, in factum, actioni, conditione ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, fori privilegio, & generaliter omni eorum Juri civili, municipali, & canonico, ſpeciali, & generali quo ſeu quibus contra prædicta vel aliquid prædictorum facere vel venire poſſent de jure, vel de facto qualibet occaſione, ſeu à prædictis vel aliquo prædictorum ſe tueri poſſent aliqualiter. Juraverunt quoque prædictæ partes tactis ſcripturis ſi Deus eos adjuvet, videlicet dictus Dominus Albertus Scottus perſonaliter ſuo nomine proprio & dicti Procuratores nomine

ANNO 1302.

ANNO 1302. nomine quo supra in animabus prædictorum Dominorum quorum sunt Procuratores bona fide, & sine fraude omnia & singula suprascripta usque ad prædictum tempus trium annorum inviolabiliter, & sine diminutione aliqua attendere, & observare, & attendi, & observari facere. Et duo Instrumenta & plura in uno tenore inde fieri mandaverunt, & voluerunt partes superius nominatæ.

Actum die Veneris septimo intrante mense Septembris Anno Dominicæ Nativitatis millesimo trecentesimo secundo, quintedecimæ Indictionis. In Civitate Placentiæ in Domo habitationis Domini Alberti Scotti suprascripti. Præsentibus Fratre Guilielmino Musino Canonico Ecclesiæ Sanctæ Mariæ duodecim Apostolorum de Placentia, Egidio de Sanguinea juris perito, Manuele de Orlandis Notario de Placentia, & Paxino de Remelis Notario de Placentia vocatis testibus, & rogatis.

L. H. T. Et Ego Rolandinus de Bertholono Imperiali auctoritate Notarius Publicus, prædictis omnibus, & singulis interfui, & rogatus scripsi, & ad majorem evidentiam signum meum apposui consuetum.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 29. Februarii 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 1. Martii 1720.

VIII.

1303. 24. Janv. *Pax ordinata & auctoritate Regia per* PHILIPPUM IV. *Regem Franciæ pronunciata, inter Comitem* Fuxensem *&* MARGARETHAM *Comitissam ejus Matrem, Natam quondam* GASTONIS *Vicecomitis Bearnensis, &* CONSTANTIAM *Primogenitam ejusdem Gastonis ex una, & Comitem Armeniaci, &* MATHAM *Comitissam, Natam quondam ejusdem Gastonis ex altera parte, super certis terris, tenementis, Dominiis, honoribus & juribus quæ utraque pars ex successione dicti Gastonis ad se pertinere dicebat. Datum die Jovis post Festum Beati Vicentii Mense Januarii* 1303. [PIERRE DE MARCA, Histoire de Bearn liv. 8. chap. 29. pag. 795. E Tabul. Palensi.]

PHILIPPUS Dei gratia Franc. Rex, universis præsentes Literas inspecturis, salutem. Dudum inter dilectos & fideles nostros Comitem Fuxensem, & Margaretam Comitissam ejus matrem, natam quondam Gastonis Vicecomitis Bearnensis, & Constantiam primogenitam ejusdem Gastonis, ex una parte, ac dilectum & fidelem nostrum Comitem Armeniaci, & Matham Comitissam, natam quondam ejusdem Gastonis ex altera, super certis terris, tenementis, Dominiis, honoribus, juribus, possessionibus & rebus aliis quas utraque pars ex successione dicti Gastonis ad se pertinere dicebat, gravis dissensionis materia suscitata, & tam inter ipsos Comites quam inter amicos, parentes, fautores, & valitores eorum, dira guerrarum commotione suborta, ex qua strages hominum, Domorum, & villarum incendia, depopulationes, excidia, & alia gravia & dispendiosa discrimina jam utrinque provenerant, & graviora subsequi verisimiliter timebantur in januis, nisi celeris provisionis remedio tam nefandis principiis obstaretur. Præsertim cum ex his status illarum partium gravis, turbationis dispendiis & multiplicis vexationis turbinibus quateretur . . . . . ac inter dissidentes eosdem pacis & solidæ caritatis federa reformare totis desideriis affectantes, ad partes illas pro ipsarum . . . . . issis & aliis tranquillando & in melius reformando, omissis aliis arduis urgentibus nostris, & Regni negotiis, quæ præsentiam nostram in aliis Regni partibus requirebant, personaliter nos conferre curavimus: ac de pacis prædictæ reformandæ negotio tam per nos, quam per nonnullos Prælatos & Barones fideles & Consiliarios nostros, & alios Sapientes, honoris & pacis ipsorum Comitum fervidos zelatores, per plures dies, diversis viis exquisitis & modis, variis tractatibus habitis apud eos pro reformatione hujusmodi, inductionibus & persuasionibus attractivis, nunc opportunis, nunc importunis instantiis, duximus insistendum, Interponentes ad id per nos & alios, quibuslibet nominatis laboribus, sollicita & attenta diligentia partes nostras. Sed quanto plus ipsos ad pacem hujusmodi inductivis attrahere, precibus & monitis exhortari salubribus, saniisque inducere consiliis nitebamur, tanto semper ipsos invenimus duriores. Sicque considerantes, quod nihil omnino capere, & in nullo proficere poteramus, toto tempore laborantes, ac volentes statum ipsarum partium prout nostro incumbit officio pacificum dimittere, & tranquillum, oportuit ad ea regiæ partes auctoritatis extendere, & justitiæ exercere vigorem, in quibus non profuit mansueta benignitas; nec valuit benignæ mansuetudinis interventus. Unde nos præfatis partibus in nostra præsentia personaliter constitutis, cum nonnullis Prælatis, Baronibus, ac Consiliariis nostris, ac cum nobilibus Viris Amadeo Sabaudiæ Carissimo Consanguineo nostro, & Lincoln. Comitibus, ac Othone de Grandissono, tenentibus locum Magnifici Principis E. Regis Angliæ Ducis Aquitaniæ Carissimi Consanguinei, & fidelis nostri in Ducatu prædicto, diligenti habita deliberatione consilii, Ordinamus & volumus Auctoritate Regia, & de Regiæ potestatis plenitudine decernentes, quod ex nunc firma & stabilis pax sit inter partes, & Pacem hujusmodi pronuntiavimus inter partes easdem. Item ordinamus pro bono pacis, quod Matha Comitissa Armen. Filia *Tertiogenita* dicti Gastonis, habeat pro jure & portione sua hereditaria, de bonis & hereditate prædicti Gastonis, Vicecomitatus Brulhesii & Gavardani, & Terras & tenementa de Helsa & de Helsano, cum omnibus juribus, dominationibus, & pertinentiis universis, ac omni onere & honore, & his contenta non possit in Terra & successione Marciani, dicta Matha contra dictam Constantiam aliquid reclamare, nec aliquid petere ab aliis sororibus, de aliis bonis Gastonis prædicti; nec dictæ Constantia & Margareta in Vicecomitatibus & Terris supradictis aliquid reclamare. Salvo quod si contingeret Guillelmam ultimogenitam dicti Gastonis decedere sine liberis ex suo corpore de legitimo matrimonio procreatis, quod in eum casum dicta Matha & liberi ejusdem superviventes habeant & habere debeant, sine contradictione dictarum Constantiæ & Margaretæ, Baronias, Castra, Villas, Terras, & loca quæ dictus Gasto habebat in Catalonia, videlicet de Montecatano & Castri veteris, & de Roczano, & alia quæ ad eamdem Guillelmam de bonis dicti Gastonis pertinent cum omnibus jurisdictionibus, reditibus ac pertinentiis, ac omni onere & honore; Et in eum casum in quem dicta Matha vel ejus heredes dictas Baronias, Castra, Villas & Terras de Catalonia post mortem dictæ Guillelmæ sine liberis decedentis habuerit, vel per eam steterit quo minus habeat, Ordinamus quod Vicecomitatus & Terra Gavardani cum pertinentiis suis redeat ad dictas Constantiam & Margaretam tunc superviventes, aut liberos earum vel alteram earumdem. Terra vero de Riparia ad dictam Guillelmam pertinebit, salvo jure illius cui Terram ipsam donasse dicitur inter vivos. Et tollimus leges contrarias huic Ordinationi, decernentes & volentes quod prædictæ sorores præsentem jurent Ordinationem nostram servare. Nos autem eisdem partibus, si eidem Ordinationi obedienter & humiliter acquiescant, vel illi parti quæ obtemperare curaverit, excef-

ANNO 1303.

ANNO 1303. excessus prædictos, & culpas, ac pœnas, & emendas per eas debitas, quantum ad nos pertinet, salvo tamen damna passorum & aliorum quorumlibet interesse, de speciali gratia omnino remittimus & quitamus. Quod ut ratum & stabile perseveret præsentibus Literis nostrum apponi fecimus sigillum; Actum Anno Domini millesimo trecentesimo tertio, die Jovis post festum Beati Vicentii mense Januarii.

IX.

13. Juin. *Instrumentum publicum de accusationibus contra* BONIFACIUM *Papam* VIII. *per* LUDOVICUM *Regis Franciæ Filium Ebroicensem*, GUIDONEM S. PAULI *&* JOANNEM *Drocensem Comites, nec non* GUILLELMUM DE PLESSIANO *Dominum Vicenobii sub juramento factis, & ad* PHILIPPUM *Regem Franciæ in præsentiâ Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, Baronum, Comitum & aliorum solemniter directis, quibus prædictus Bonifacius 29. capitibus tanquam hæreticâ pravitate infectus & aliorum diversorum horribilium, & detestabilium criminum reus insimulatur; & Rex velut* pugil fidei *rogatur ut opem suam conferat pro convocatione Concilii Generalis ad persequendum in eodem præfatum Bonifacium, vel illius potiùs mores, vitam, & crimina. Actum 13. Junii Anno Domini 1303. Indictione I. Pontificatûs illius anno IX.* CUM *Assensione prædicti Regis* PHILIPPI *de convocando tali Concilio. Actum Parisiis apud Luparam die quo suprà.* [*Histoire du different entre le Pape* BONIFACE VIII. *&* PHILIPPE LE BEL Roi de France, aux preuves pag. 101.]

IN nomine Domini. Amen. Anno ejusdem Domini 1303. Indict. I. 13. die mensis Junii, Pontificatus Domini Bonifacii Papæ VIII. anno 9. Tenore præsentis Instrumenti noverint Universi, quòd præsentibus serenissimo Principe Dom. Philippo Dei gratia Rege Franciæ, illustribus, & reverendis in Christo Patribus Archiepiscopis & Episcopis, ac Religiosis viris Abbatibus & Prioribus, ac etiam nobilibus viris Comitibus, Baronibus, & quamplurimis aliis personis, tam Ecclesiasticis quàm sæcularibus infrà scriptis, in præsentia nostrorum Notariorum publicorum subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum & requisitorum, prout in subscriptionibus infrà scriptis continetur. Magnifici ac nobiles viri Domini Ludovicus Regis Franciæ filius Ebroicensis, Guido Sancti Pauli, & Joannes Drocensis, Comites, ac Guillelmus de Plesseiano Dominus Vicenobii, Miles, moti, ut dicebant, fervore fidei, sinceræ devotionis affectu, & zelo caritatis inducti, sacrosanctæ Romanæ ac Universali Ecclesiæ matri suæ, quam sub dicti Domini Bonifacii præsidentia periculosè deprimi, ac deformationem enormem, & jacturam pati dicebant, compatientes ab intimis, ac Christianæ fidei, in qua salus animarum consistit, & quæ suis temporibus, proh dolor, miserabiliter contabescit, & deperit, ut dicebant, periculo condolentes, ad ipsius Ecclesiæ, & totius Christianitatis salubre regimen, & bonum statum, ac reparationem, & exaltationem Catholicæ fidei, votis, ut dicebant, ferventibus intendentes, maximè cùm eidem Ecclesiæ, fidei fundamento, & animarum saluti summè expediat, ut Dominici gregis ovili, nonnisi verus & legitimus ac verè & legitimè pastor præsit, & quòd ab eadem Ecclesia sponsa Christi, quæ non habet maculam neque rugam, omnis error, scandalum, iniquitas, & injustitia repellatur, ac toti mundo quem ex perversis actibus, detestandis operibus, & pernicioſis exemplis dicti Dom. Bonifacii in guerris & tenebris manere dicebant, salus, pax & tranquillitas divina favente misericordia procuretur, contra dictum Dominum Bonifacium hæreticæ pravitatis, & alia diversa horribilia, & detestabilia crimina, quibus eum irretitum esse dicebant, & super eis publicè & notoriè diffamatum, præsentibus dicto Domino Rege, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatis, ac personis Ecclesiasticis, qui pro suis & Ecclesiarum suarum agendis convenerant, ac Baronibus, Comitibus, & aliis Nobilibus, quorum nomina sunt inferiùs conscripta, dixerunt & asseruerunt, ac dictus Guillielmus proposuit & objecit, jurantes ad Sancta Dei Evangelia tacta corporaliter se præmissa omnia & singula credere esse vera & posse probari. Adjiciens idem Guil. de Plesseiano, hujusmodi juramento, quòd præmissa credebat se probare posse, & quòd hujusmodi negotium contra dictum Dominum Bonifacium in generali Concilio, vel alibi, vel quando, & coram quibus de jure fuerit faciendum, ad finem debitum persequeretur: Requirentes instanter dictum Dominum Regem tanquam fidei pugilem, & Ecclesiæ defensorem, ut pro declaratione veritatis hujus, ad laudem divini nominis, augmentum, & exaltationem Catholicæ fidei, & honorem ac bonum statum Ecclesiæ Universalis, & totius populi Christiani, convocationi & congregationi dicti Concilii generalis, prout ad eum pertinet, opem daret, & operam efficacem, cùm in talibus & similibus omnibus ex fervore fidei & zelo justitiæ, directrix semper extiterit veritatis Regia Domus sua, quódque Archiepiscopos, Episcopos, & Prælatos alios supradictos instanter requireret & instaret efficaciter apud eos; ipsique comites & milites requisierunt etiam instanter, & pluries, Prælatos eosdem, tanquam Ecclesiæ filios & columnas, ut modis legitimis, juxta Sanctorum Patrum instituta, & Canonicas sanctiones, convocationi & congregationi dicti Concilii opem darent, & operam efficaciter, ut tenentur. Idem verò Prælati, objectionibus supradictis auditis, & plenius intellectis, hujusmodi negotium non solùm arduum, immo arduissimum, & maturi indigere deliberatione consilii reputantes, de loco recesserunt eodem.

ANNO 1303. Die autem Veneris proximè sequenti, scilicet 14. die ejusdem mensis Junii, præsente præfato Domino Rege, necnon Dominis Archiepiscopis præsentibus, ac in præsentia nostrorum Notariorum publicorum, ad hoc specialiter vocatorum, & requisitorum, prædictus Guillielmus de Plesseiano Miles dixit, proposuit, objecit, asseruit, & legit prout in quadam cedula, quam tenebat in manibus, continetur plenius, cujus tenor talis est.

Ego Guillielmus de Plesseiano Miles dico, propono, & asserо, Bonifacium nunc Sedi Apostolicæ præsidentem, hæreticum fore perfectum, in hæresibus, factis enormibus, & perversis dogmatibus, inferiùs declaratis, quæ vera fore, & me probare posse credo, vel quæ sufficient ex ipsis, ad probandum ipsum perfectum hæreticum, loco, & tempore competenti, & coram quibus hoc fieri de jure poterit, & debebit; & hoc juro super hæc Sancta Dei Evangelia, corporaliter per me tacta.

I. Primò, quia non credit immortalitatem, seu incorruptibilitatem animarum rationalium, sed credit, quòd anima rationalis, simul cum corpore corrumpatur.

II. Item, quòd non credit fore vitam æternam, nec finaliter refrigerium consequi posse homines, sed totam sortem & partem consolationis, & lætitiæ fore in hoc mundo: & per hoc asserit, quòd deliciare corpus suum quibuscunque deliciis, non est peccatum. Et ex abundantia fermenti hujusmodi, ore publicè dicere, & prædicare non erubuit, se magis velle esse canem, vel asinum, seu quodcunque animal brutum, quàm Gallicum; quod non dixisset, si crederet Gallicum habere animam, quæ posset æternam beatitudinem promereri; & hoc quamplurimos docuit, qui in mortis articulo recognoverunt.

III. Item, quòd publica super his fama laborat.

IV. Item, quòd fideliter non credit, quòd verbis à Christo institutis, à fideli, & rite ordinato Presbytero dictis, in forma Ecclesiæ, super hostiam, fit ibi corpus verum: & hinc est, quòd nullam reverentiam, vel modicam, ei facit, quum elevatur à Sacerdote, nec ei assurgit, immo verò tergo assistit, & magis se honorari, & locum ubi sedet ornari facit, quàm altare ubi hostia consecratur.

V. Item, quòd super hæc est publicè diffamatus.

VI. Item, fertur dicere, fornicationem non esse peccatum, sicut nec fricationem manuum: & de hoc est publica vox & fama.

VII. Item, dixit sæpius, quòd ad deprimendum Regem, & Gallicos, si aliter non posset fieri, præcipitaret se, & totum Mundum, & totam Ecclesiam. Et quum sibi per aliquos astantes dicebatur, quòd

ANNO 1303. Deus adverteret, immo, dicebat, non advertat Deus: & cùm sibi replicabatur per bonos homines, qui audiebant prædicta, quòd non diceret, quia magnum scandalum pateretur Ecclesia Dei, & omnes Christicolæ, respondebat, non curo quæcunque veniant scandala, dummodo Gallici, & eorum superbia, destruantur: Quia necesse est, ut veniant scandala.

VIII. Item, quendam Librum compositum per Magistrum Arnaldum de Villa-nova Medicum, continentem, sive sapientem hæresim, per Episcopum Parisiensem, & per Magistros Theologiæ Facultatis Parisiensis reprobatum, damnatum, & combustum, & per ipsum Bonifacium publicè, in pleno Consistorio Cardinalium scilicet, reprobatum, condemnatum, & combustum, postmodum rescriptum, idem vitium continuans, revocavit, & etiam approbavit.

IX. Item, ut suam damnatissimam memoriam perpetuam constituat, fecit imagines suas argenteas erigi in Ecclesiis, per hoc homines ad idolatrandum inducens.

X. Item, habet Dæmonem privatum, cujus consilio utitur in omnibus, & per omnia. Unde dixit semel, quòd si omnes homines de mundo essent ab una parte, & ipse ab alia, non possent eum decipere, nec in jure, nec in facto; quod non posset fieri, nisi arte Dæmonica uteretur. Et super hoc est publicè diffamatus.

XI. Item, sortilegus est, consulens divinatores, & divinatrices. Et de hoc est publicè diffamatus.

XII. Item, publicè prædicavit, Papam Romanum non posse committere simoniam, quod est hæreticum dicere. Et hoc crimen est tam in veteri Testamento, quàm in novo, & in sacris generalibus Conciliis reprobatum. Unde publicè per quendam usurarium nomine Simonem, de Prælaturis majoribus, Personatibus, Dignitatibus, & Beneficiis Ecclesiasticis, quibus specialiter Ordo sacer & necessariò est annexus, de absolutionibus & dispensationibus nundinatur, sicut in foro Rerum venalium de rebus prophanis consuevit nundinari. Et secundùm hoc laborat publica fama contra ipsum.

XIII. Item, contra speciale legatum Christi, factum suis propriis filiis, dicentis, pacem relinquo vobis, veniens, toto posse pacem impedit inter Christianos, & discordias, & guerras nititur seminare. Unde semel cùm diceretur coram eo, quòd partes quædam volebant certo bono modo inter se amicabiliter concordare, ipse pacem prohibuit, inhibens alteri parti ne concordaret ad pacem: & cùm altera pars humiliter supplicaret, quòd daret illi parti licentiam concordandi, dixit quòd non faceret, etsi filius Dei, vel Petrus Apostolus in Terram descenderet, & hoc sibi præciperet, ipse diceret ei, Non credam tibi.

XIV. Item, morem gerens perfectorum hæreticorum, qui apud se solos dicunt fore fidelem Ecclesiam, eos autem qui sunt veri cultores fidei Orthodoxæ, quia ab eorum discedunt erroribus, asserunt Patarenos; quia natio Gallicana, natio notoriè Christianissima, suos in fide errores non sequitur, omnes, & singulos reputat, & publicat, ut dicitur, Patarenos.

XV. Item, Sodomitico crimine laborat, tenens concubinarios secum. Et de hoc est publicè, & vulgatissimè diffamatus.

XVI. Item, plurima homicidia Clericorum in præsentia sua fecit fieri, & mandavit, gaudens de morte ipsorum: & si in principio non percutiebantur per Ministros suos mortaliter, totiens jubebat eos percuti, dicendo Percute, percute, *Dali*, *dali*, quod exinde mortui sunt complures.

XVII. Item, cùm quendam Nobilem condemnasset ad carcerem, inhibuit ne sibi petenti & pœnitenti, in mortis articulo, Sacramentum pœnitentiæ ministraretur, propter quod videtur credere Sacramentum pœnitentiæ peccantibus non esse necessarium ad salutem.

XVIII. Item, compulit Sacerdotes aliquos, ut sibi revelarent confessiones hominum, & eas postea, absque confitentium voluntate, ad eorum confusionem & verecundiam, ut eos redimere faceret, publicavit: in tantum, quod semel quendam Episcopum de Hispania, qui cuidam Cardinali quoddam occultum & enorme crimen confessus fuerat in foro pœnitentiæ, publicata confessione sua, quam sibi ab eodem invitè & coactè dici fecit, publicè depositit propter illud crimen, & postea accepta pecunia eum restituit. Propter quod in Sacramento pœnitentiæ hæresi carere non videtur. ANNO 1303.

XIX. Item, in vigiliis jejunalibus & Quadragesima non jejunat, sed carnes indifferenter, absque causa, comedit, & patitur sine causa suos domesticos & familiares comedere, dicens, non esse peccatum in hoc, contra generalem statum Ecclesiæ faciendo, & eundem latenter subvertere satagendo.

XX. Item, statum & ordinem Cardinalium deprimit, & depressit, & ordinem Monachorum nigrorum, & alborum, fratrum Minorum & Prædicatorum; de quibus dixit multotiens, quòd mundus perdebatur per ipsos, & quòd falsi hypocritæ erant, & quòd nunquam bonum eveniret alicui qui confiteretur ipsis, vel esset Familiaris ipsorum, vel ipsos in Domo sua teneret. Nec unquam bonum verbum dixit de aliquo Prælato, vel Religioso, vel Clerico, sed semper convicia & opprobria mendacioſa, ut famæ eorum detrahat; & ut ipsos redimere faciat, gaudet in accusationibus eorundem. Et de hoc est publica vox & fama.

XXI. Item, fidem nitens destruere, ab antiquo concepit odium contra Regem Franciæ, in fidei detestationem, eo quod ibi est, & fuit splendor fidei, & magnum Christianitatis sustentamentum, & exemplar: & antequam Sedem istam teneret, reperietur dixisse, quòd si esset Papa, potiùs vellet totam Christianitatem subvertere, quin nationem destrueret, quam appellat superbiam, Gallicorum.

XXII. Item, diffamatus est, quòd cùm Nuntii Regis Angliæ, nomine ejusdem Regis peterent sibi dari decimam Regni Angliæ, quòd ipse respondit eisdem, quòd non daret eis decimam, nisi ex pacto. quòd de ipsa guerram facerent contra Regem Franciæ: Et ultra hoc, magnas quantitates pecuniæ certis personis dedisse dicitur, ut impedirent, ne pax inter duos Reges fieret. Ipse etiam pro suis viribus, impedivit Nuntiis, Literis, & aliis, quibus potuit, modis, etiam datis nummis. Mandasse etiam dicitur Friderico, qui tenet Insulam Siciliæ, quòd si vellet perdere Regem Carolum, & fracta sibi pace, & non servata, quam fecerat, & se tenere juraverat, cum eodem vellet se movere contra dictum Regem, & occidere omnes Gallicos, quòd ipse ad hoc faciendum daret sibi opem, auxilium, consilium, & juvamen: & quòd pro hoc faciendo daret sibi & concederet dicta Regna. Confirmavit etiam Regem Allemaniæ in futurum Imperatorem, & publicè prædicavit, quòd hoc faciebat, ut destrueret nationem, quam vocat superbiam, Gallicorum, qui dicebant se non subesse alicui temporaliter: dicens quòd de hoc mentiebantur per gulam, declarando, quòd quicumque etsi Angelus de cœlo descendens sit, dixerit, quòd non subsint eidem, & Regi Allemaniæ, quòd anathema sit. Et tamen anteà sæpius dixerit publicè (licèt ego proponens non dicam ipsum dixisse verum) quòd ille erat proditor Domini sui, & quòd ipsum proditionaliter interfecerat, & non erat dignus dici, nec nominari Rex, nec debitè electus, & inter eundem & Regem Franciæ accordata pro bono pacis, in quibus jus utriusque salvaretur, dissolvit, & subito juramentorum præstitorum à Procuratoribus ejusdem Regis Allemaniæ eisdem dicitur injunxisse, ne servarent; in hoc bona pacis immutando, & zizaniam inter fratres seminando.

XXIII. Item, diffamatus est publicè, quòd Terra Sancta perdita est, propter culpam suam, & pervenit ad inimicos Dei, & fidei: & quòd ipse opera data hoc sustinuit, & negavit subsidium dare Christicolis, qui eam defendebant, & subsidium à summis Pontificibus constitutum & assignatum amovit, & thesauros & pecuniam Ecclesiæ, quæ mitti ad illos usus debebat, convertit, ut patrimonium Jesu Christi consumeret in persecutionem Christianorum fidelium, & amicorum Ecclesiæ, & inde suos ditaret parentes.

XXIV. Item, simoniacus esse publicè dicitur, immo fons & fundamentum simoniæ, nedum in Beneficiis conferendis, sed etiam in Ordinibus tribuendis, & dispensationibus faciendis: omnia Beneficia Ecclesiæ venalia exposuit, in plurimis plus offerenti contulit, Ecclesiam, & Prælatos Ecclesiæ, servos constituit, & tailliabiles fecit, non propter bonum fidei, nec ad deprimendum infideles, sed ut fideles deprimeret, & ut de bonis Ecclesiæ, & patrimonio Crucifixi, suos parentes ditaret; eósque Marchiones, Comites, Barones, præsumpsit faceret, & fortalitia magna eisdem construere non expavit, eradicatis,

ANNO 1303. catis, & expulsis multis Nobilibus Romanis, & aliis.

XXV. Item, publicè dicitur, quòd plurima matrimonia, legitimè copulata, dissolvit, contra præceptum Dominicum, in damnum & scandalum plurimorum, & nepotem suum conjugatum, ignarum penitus, & indignum, qui vitam ducebat, & ducit, notoriè dissolutam, ad Cardinalatus apicem sublimavit, vivente uxore, quam compulit votum emittere castitatis, & postea dicitur duos spurios ex ea genuisse. Et de hoc est publicè diffamatus.

XXVI. Item, diffamatus est publicè, quòd antecessorem suum Cælestinum, virum sanctæ memoriæ, sanctam vitam ducentem, sibi fortè conscius, quòd renuntiare non potuisset, & propter hoc legitimum ad Sedem ipse Bonifacius non habuisset ingressum, inhumaniter tractavit, & inclusit in carcerem, & ibi eundem celeriter & occultè mori fecit, & de hoc est per totum mundum publica vox, & fama. Plures, & magnos literatos regularem vitam ducentes, qui de hoc, An ille potuisset renuntiare, inter se disputaverant, intrudi, & mori fecit in carcere.

XXVII. Item, quòd personas Religiosas, regularem vitam ducentes, sine causa rationabili, in scandalum plurimorum, ad sæculum revocavit.

XXVIII. Item, diffamatus est, quia dixit, quòd in brevi faceret omnes Gallicos Martyres, vel Apostatas.

XXIX. Item, publicè diffamatus est, quia non quærit salutem animarum, sed perditionem earum.

Quibus sic propositis, & perlectis, idem Guillielmus protestatus fuit, dixit, juravit, provocavit, appellavit, & supposuit, legendo in scriptis, per hæc verba: Protestor autem ego Guillielmus de Plesejano Miles, quòd prædicta non propono, nec dico, propter odium aliquod speciale ipsius Bonifacii (quia non habeo eum odio, sed maleficia sua prædicta) nec injuriam, nec infamiam, ipsius, nec alterius, sed propter zelum fidei, & propter devotionem, quam habeo ad Sanctam Dei Ecclesiam, & ad sanctam Sedem Romanam, dicens, quòd per ea quæ vidi & à fide dignis audivi de factis ejusdem, & ex verisimilibus conjecturis & probabilibus præsumptionibus, collectis ex prædictis, & aliis quamplurimis diversis articulis suo loco & tempore declarandis, ad Sancta Dei Evangelia tacta manu mea juro me credere ipsum esse perfectum hæreticum, & me etiam credere quòd de prædictis & aliis talia probari poterunt contra eum, quæ secundùm statuta Sanctorum Patrum sufficient ad eundem hæreticum judicandum: Juro etiam me pro viribus contra eundem persecuturum prædicta in Concilio generali congregando in loco mihi tuto & securo, ad honorem Dei, & exaltationem Fidei Christianæ, jure, honore & statu Sanctæ Sedis Apostolicæ in omnibus semper salvis: propter quæ instanter & cum reverentia requiro vos Dominum Regem, ad quem spectat Sanctæ Matris Ecclesiæ fideique Catholicæ defensio, & de hoc estis rationem in extremo examine redditurus, & vos Dominos Prælatos, qui columnæ fidei estis, & qui de prædictis simul cum aliis reverendis Patribus Sanctæ Ecclesiæ Prælatis Catholicis in generali Concilio congregandis, debetis esse Judices, quatenus procuretis & detis operam efficacem ut generale Concilium in loco congruo & securo & tempore opportuno congregetur, coram quo prædicta proponi, procedi & probari valeant, ut præmittitur, contra eundem Bonifacium: vósque & Dominum Regem instanter requiro, ut eosdem Prælatos præsentes & absentes ubicumque terrarum, ad quos spectat, requiratis & efficaciter inducatis, ut laborent viriliter, & alios requirant fideliter, quòd prædictum Concilium ad prædicta, modo quo permittitur, congregetur: & quia hoc pendente, habeo ipsum Bonifacium suspectum probabiliter, ne propter prædicta commotus & concitatus, contra me, adhærentésque mihi, Procuratores, & adjutores, amicos, & familiares meos, bonáque mea, & ipsorum, quoquo modo procedat, vel procedere hoc pendente attentet; idcirco in his scriptis coram vobis Domino Rege, & Dominis Prælatis, ac coram vobis publicis tabellionibus hic personaliter ad dictum sacrum convocandum generale Concilium, & Apostolicum & Catholicum futurum, & ad Sanctam Sedem Apostolicam, & ad illum, & illos, ad quem, & quos de jure melius possum & debeo, provoco & appello, Apostolos & Literas testimoniales semel, secundò, & tertiò, instanter per vos mihi dati & tradi petens, supponens me, adhærentes, fautores, familiares, amicos, Procuratores meos, & omnes illos, qui in posterum mihi voluerint adhærere, bonáque mea, & ipsorum, sub protectione & custodia beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & dicti sacri congregandi Concilii, & Apostolici, & Catholici futuri, & Sanctæ Sedis Romanæ; adhærens nihilominus ad cautelam, & adhærere volens appellationi & appellationibus, processui & processibus super his factis per nobilem virum Dominum Guillielmum de Nogareto Militem in quantum rite & legitimè factæ, & facti reperientur, non recedendo ab appellatione præsente. Quibus sic lectis & peractis, præfatus Dominus Rex respondit, Prælatos prædictos requisivit, provocavit, appellavit, & requisitionem, & provocationem, & appellationem fecit, prout infrascripta schedula ibidem, eo, & Prælatis, aliisque infrà scriptis, præsentibus & audientibus lecta, plenius continetur: cujus tenor talis est:

ANNO 1303.

Nos Philippus Dei gratia Franciæ Rex auditis & intellectis propositis & objectis per vos G. de Plesejano Militem, & antea per dilectum & fidelem Militem nostrum G. de Nogareto, contra Bonifacium, nunc Romanæ Ecclesiæ regimini præsidentem, licèt pudenda patris cujuslibet proprio libenter pallio tegeremus, ob fervorem tamen Catholicæ fidei, ac devotionem eximiam, quam ad sacrosanctam Romanam & universalem Ecclesiam matrem nostram, & omnium fidelium, sponsam Christi, progenitorum nostrorum inhærendo vestigiis gerimus, qui pro exaltatione ac defensione Ecclesiasticæ libertatis, & fidei, proprium sanguinem fundere minimè dubitaverunt, fidei negotio, & Ecclesiæ statui consuli cupientes, pro vitando dispendio scandali generalis, præmissa nequeuntes ulteriùs, urgente conscientia, sub conniventia vel dissimulatione transire, cùm super his, & frequentibus, & assiduis clamoribus per fide dignos, & magnæ auctoritatis viros, sæpe & sæpius inculcatis, ejus opinio vehementer & notabiliter sit gravata, cùm super excidio fidei nostræ, & quorumlibet aliorum, & præcipuè Regum, & Principum orbis Terræ, qui ad ejus exaltationem & augmentum collatam nobis à Domino suscepisse cognoscimus potestatem, debet negligentia reprobari, vestris in hac parte requisitionibus, pro divini reverentia nominis, salvis in omnibus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ honore, & reverentia, debitis, assentimus, ac convocationi, & congregationi dicti Concilii, ut super præmissis veritas elucescat, & omnis error abscedat, universalis Ecclesiæ, & totius Christianitatis statui, ac fidei, & Terræ sanctæ negotio consulatur, & periculis ingruentibus occurratur, parati sumus, quódque libenter offerimus, quantum ad nos attinet, opem dare & operam efficacem: eósque Archiepiscopos, & Prælatos alios hic præsentes, tanquam Ecclesiæ filios, & columnas fidei, ad exaltationem, augmentum & conservationem ipsius fidei à Domino in partem sollicitudinis evocatos, instanter requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ Jesu Christi, quatenus hujusmodi convocationi, & congregationi Concilii, in quo personaliter intendimus interesse, totis, ut condecet, studiis intendatis, ac viis, & modis congruis efficaciter laboretis. Ne autem dictus Bonifacius, qui animosè & injuriosè contra nos pluries fuit procedere comminatus, impedire satagens ne sua, si qua sint, in lucem veniant opera tenebrarum, hujusmodi convocationi, & congregationi Concilii, directè, vel indirectè, impedimenta præstando, vel aliter quovis modo, status vester in eo integer existat, contra nos, statum nostrum, Ecclesias, Prælatos, Barones & alios fideles, Vassallos, & Subditos nostros, Terras nostras vel ipsorum, Regnum nostrum, & ipsius Regni statum, in aliquo, spirituali gladio abutendo, de facto procedat, excommunicando, interdicendo, suspendendo, vel alio quoquo modo, pro nobis, & nobis adhærentibus, & adhærere volentibus, ad prædictum generale Concilium, quod instanter convocari petimus, & ad verum legitimum futurum Summum Pontificem, vel alios, ad quem, vel ad quos fuerit appellandum, provocamus, & appellamus in scriptis, non recedendo ab appellatione per dictum G. de Nogareto interposita, cui ex tunc adhæsimus, ac etiam adhæremus, Apostolos testimoniales à vobis Prælatis, & Notariis, cum instantia postulantes, ac expressè protestantes de innovando provocationem, & appellationem hujusmodi, ubi, quando, & coram quibus nobis visum fuerit expedire.

ANNO 1303. Infrà scripti verò Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & Priores, præmissis sic factis & habitis responderunt, provocaverunt, appellaverunt, supposuerunt, & protestati fuerunt, ac responsiones, provocationes, appellationes, suppositiones, ac protestationes fecerunt, prout in schedula quadam, ibidem publicè ac seriosè perlecta, plenius continetur: cujus tenor sequitur in hæc verba: ·

Nos Nicosienſis, Remenſis, Senonenſis, Narbonenſis, & Turonenſis, Archiepiſcopi; Laudunenſis, Belvacenſis, Cathalaunenſis, Autiſſiodorenſis, Meldenſis, Nivernenſis, Carnotenſis, Aurelianenſis, Ambianenſis, Morinenſis, Silvanectenſis, Andegavenſis, Abrincenſis, Conſtantienſis, Ebroicenſis, Lexovienſis, Sagienſis, Claromontenſis, Lemovicenſis, Aniciensis, Matiſconenſis, Epiſcopi; Cluniacenſis, Præmonſtratenſis, Majoris Monaſterii, Ciſtercienſis, Sancti Dionyſii in Francia, Compendienſis, Sancti Victoris, Sanctæ Genovefæ Pariſius, Sancti Martini Laudunenſis, Figiacenſis, & Belliloci in Lemovicinio, Abbates; Frater Hugo Viſitator Domorum Ordinis militiæ Templi, ac Sancti Joannis Jeroſolymit. in Francia, & Sancti Martini de Campis Pariſienſis, Priores: auditis, quæ per vos Domini Comites, & Guillielme prædicti, heri & hodie dicta, propoſita, & objecta fuerunt contra Dominum Bonifacium Papam VIII. hujuſmodi dictis, propoſitis, aſſertionibus, & juramentis veſtris, requiſitionibus, & aliis legitimis cauſis inducti, & quadam quaſi neceſſitate compulſi, attendentes, quòd in præmiſſis negotium fidei, quod eſt Chriſti, nos qui ad ipſius defenſionem, & exaltationem fidei, & animarum regimen ſumus, licèt immeriti, in partem ſollicitudinis evocati, cupientes obviare periculis, quæ imminent, expreſſis, convocationem, & congregationem dicti Concilii, præmiſſis, & aliis cauſis, utilem & omnino neceſſariam reputantes, ut ipſius Domini Bonifacii innocentiâ, ſicut teſte conſcientia exoptamus, aut de impoſitis ſibi per Concilium diſcutiatur, ſtatuatur, & fiat quod decernunt Canonicæ ſanctiones, vobis Domine Rex, & vobis Domini Comites, & G. reſpondemus, quòd, ſalvis in omnibus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ honore & reverentia debitis, veſtris in hac parte requiſitionibus, ſuper ipſius convocatione Concilii, aſſentimus: & parati ſumus convocationi, & congregationi dicti Concilii, juxta Sanctorum Patrum inſtituta, & Canonicas, & legitimas ſanctiones, opem dare & operam efficaces, non intendentes quoquomodo partem in hoc negotio facere, ſeu quibuſcumque partem facientibus adhærere. Verùm, ne dictus Dominus Bonifacius, motus ſeu provocatus ex iis, prout timemus ex veriſimilibus conjecturis, & comminationibus multis de procedendo contra nos, ab eo factis, contra nos, Eccleſias, Parochos, & Subditos noſtros, quoquomodo procedat, aut procedi faciat, ſua, aut alia auctoritate quacunque, excommunicando, ſuſpendendo, interdicendo, deponendo, privando, vel alio quovis modo, quocumque colore quæſito, in impedimentum vel perturbationem dicti Concilii, & quin in eodem Concilio confedere, conjudicare, & omnia alia facere, quæ ad Officium Prælati pertinent, facere valeamus, noſtrique, adhærentium nobis, & adhærere volentium ſtatus, in omnibus ſalvi debeant remanere, pro nobis, Eccleſiis, Parochis, & Subditis noſtris, ac pro nobis adhærentibus, ſeu adhærere volentibus in hac parte, ad prædictum Concilium congregandum, & ad futurum verum & legitimum Summum Pontificem, & ad illum, vel illos, ad quem, vel quos de jure fuerit appellandum, provocamus & appellamus in ſcripto, & Apoſtolos cum inſtantia petimus; ſupponentes nos, Eccleſias, Parochos, Subditos, & amicos noſtros, & adhærentes, noſtrorum & ipſorum ſtatum & jura, noſtráque, & eorum bona, protectioni divinæ Concilii prædicti, ac futuri veri & legitimi Summi Pontificis; ac proteſtantes de innovando appellationem hujuſmodi, ubi, quando, & coram quibus, nobis viſum fuerit expedire.

Actum Pariſius apud Luparam in camera dicti Domini Regis, anno, Indictione, menſe, diebus Jovis, & Veneris, ac Pontificatu prædictis, præſentibus Nobilibus viris Dominis Andegaven. Bolon. Dampni-Martini, & aliis Comitibus ſuperiùs nominatis, Matthæo de Trya, Petro Domino Chanbliaci, P. Domino de Wirmes, Hugone de Bouilla, Militibus, necnon Magiſtris, Stephano Archid. Burgen. Nic. Archid. in Eccleſia Remen. G. Theſaurario Andegaven. Petro de Bella Pertica, Reginaldo dicto Barbou, & Joanne de Montegneyo, ac nonnullis aliis, tam Clericis, quàm Laicis, ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis teſtibus. Et ego Evenus Phyli de Sancto Nicaſio Clericus Coroſopitenſis Diœceſis, Apoſtolica publicus auctoritate Notarius, præmiſſis omnibus, & ſingulis, duntaxat ſupradicta die Veneris actis, dictis & habitis, interfui, & hîc me ſubſcripſi, & ſolitum ſignum meum appoſui, requiſitus. ANNO 1303.

15. Juin. *Litteræ Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & aliorum Prælatorum Regni Franciæ, quibus declarant ſe Regis, Reginæ nec non Filii ipſorum Heredis perſonas, ſtatum, honorem, & Jura contra quemcunque, etiam Bonifacium Papam VIII. defenſuros, & adhæſuros Appellationi ad Concilium Generale à Rege, & ipſis factæ. Datum Pariſiis 15. Junii* 1303. [*Hiſt. du Differend entre le Pape* BONIFACE VIII. *&* PHILIPPE LE BEL Roi de France aux Preuves pag. 112. G.G. LEIBNITZII *Codex Juris Gentium*, in Mantiſſa, Part. II. pag. 309.]

UNIVERSIS præſentes Literas inſpecturis miſeratione divina Nicoſien. Remen. Senonen. Narbonen. & Turonen. Archiepiſcopi; Laudunen. Belvacen. Cathalanen. Autiſſiodoren. Melden. Nivernen. Carnoten. Aurelianen. Ambianen. Morinen. Silvanecten. Biterren. Andegaven. Abrincen. Conſtantien. Ebroicen. Lexovien. Sagien. Claromonten. Lemovicen. Anicien. & Matiſconen. Epiſcopi; Cluniacen. Præmonſtraten. Majoris Monaſterii Turonen. Sancti Dionyſii in Francia, Compendien. Sanctæ Genovefæ, Sancti Victoris Pariſ. Sancti Martini in Laudunen. Figiacen. & Belliloci in Lemovicinio, Abbates; Frater Hugo Viſitator Domorum Ordinis militiæ Templi, ac Sancti Joannis Hieroſolymitani in Francia, ac Sancti Martini de Campis Pariſien. Priores: æternam in vero ſalutari ſalutem. Cùm perſonam Domini noſtri Regis Franciæ, ſtatum, honorem & jura defendere teneamur, eidem Domino Regi promiſimus, quòd perſonam ſuam, Dominæ Reginæ & filii ſui heredis in Regno ſtatum, honorem, jura & libertates ejuſdem, totis viribus, quantum ſecundùm Deum poterimus, defendemus, & in eorum tuitione ſibi aſſiſtemus, contra quamcumque perſonam, quæ eum vellet impetere, ſtatum, honorem, jura, & libertates ejus infringere, aut etiam annullare, etiam contra Dominum B. Papam octavum, qui multa contra eos & Regnum Franciæ, dicitur comminatus fuiſſe. Nec ab eo unquam ſeparabimus in defenſione prædicta, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ reverentia ſemper ſalva, faciemúſque de convocatione generalis Concilii, prout aliàs conceſſimus, prout in conceſſionibus noſtris, in Inſtrumentis inde confectis pleniùs continetur. Cúmque tam dictus Dominus Rex, quàm nos, ac magnifici viri Domini K. & Lud. fratres dicti Domini Regis, G. Sancti Pauli, & I. Drocenſ. Comites, alii multi Barones, & nobiles Regni, ſub certis formis provocavimus, & appellavimus & in ſcriptis, ne dictus Domin. Papa commotus occaſione præmiſſorum, vel aliquorum ex eis, procederet contra ipſum Dominum Regem, Regnum, Barones, nos & Subditos, & nobis adhærentes, & adhærere volentes, prout in Inſtrumentis inde confectis pleniùs continetur. Promittimus, quòd ſi dictus Dominus Papa procedat quocumque quæſito colore, occaſione præmiſſarum appellationum, adhæſionum, & quorumcumque aliorum convocationem dicti Concilii tangentium, excommunicando, interdicendo, ſuſpendendo, deponendo, abſolvendo à juramento fidelitatis, homagii, vel alterius cujuſcumque obligationis, vel aliàs quoquomodo procedendo contra Regem, prædictos K. L. & Comites, aut magnificum virum R. Ducem Burgundiæ, qui appellationi prædictæ dicitur adhærere, & alios adhærentes, & adhærere volentes, qui ſe nobis ſub forma qua ſe Dominus Rex, & alii prænominati nobis obligarunt & obligant, obligabunt: nos dicto Domino Regi & Baronibus, ac ſibi aſſiſtentibus, aſſiſtemus, & ſecundùm Deum pro viribus defendemus, nec nos ſeparabimus ab eiſdem, nec abſolutionibus à juramentis fidelitatis, vel aliis quibuſcumque relaxationibus, indultis & indulgendis, impetratis vel impetrandis, vel ultro oblatis vel offerendis, ſeu conceden-

ANNO 303. cedendis, utemur; imò semper eidem Domino Regi, Baronibus, & adhærentibus adhærebimus. Et hæc omnia, & singula supradicta promisimus, voluimus, & juravimus, jure Romanæ Ecclesiæ, nostróque, & Ecclesiarum nostrarum, in omnibus, & per omnia semper salvo, & illicita conspiratione, seu conjuratione cessante. Nolentes, quòd idem Dominus Rex novum homagium, seu juramentum acquirere in nobis, & nostris Ecclesiis valeat in aliis per prædicta. In cujus rei testimonium præsentibus Litteris nostra fecimus apponi sigilla. Datum Parisius die 15. Junii, anno Domini millesimo terentesimo tertio. Sigillatæ 32. sigillis.

X.

17. Juillet. *Fragmentum Epistolæ* ALBERTI I. *Imperatoris ad* BONIFACIUM VIII. *Papam de Romano Imperio per Sedem Apostolicam à Græcis in Germanos translato, atque de Jure eligendi Romanorum Regem certis Principibus Ecclesiasticis & secularibus per eandem Sedem concesso.* (1) *Datum apud Noremberg 16. Kal. Augusti anno Domini* 1303. *Regni vero sui V. Indict. I.* [BARONII *Annales Ecclesiastici*, Tom. X. ann. 996. Num. 48. pag. 898.]

SAnctissimo in Christo Patri, & Domino nostro, Domino Bonifacio, divina Providentia Sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici Albertus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, devota pedum oscula beatorum.

Profiteor, beatissime Pater, me bonorum omnium largitori, ac vobis & Sanctæ Ecclesiæ tuæ fore pro innumeris misericordiis & immensis beneficiis obligatum. Profiteor quòd desiderii mei recepi desideratum effectum, & diffiteri non audeo quòd & plus quàm desiderasse sciverim, adinveni: mirans sic in præteritis esse provisum, quòd de iis quæ circa talia in futuro peti poterant, spes miserationis habetur. Assurgens itaque Deo & Sanctitati vestræ, ac eidem Ecclesiæ Matri meæ ad gratiarum devotissimas, & humillimas actiones, totum me devoveo, totum me offero & expono ad gratificationis debitum per omnia in quantum humanæ imbecillitatis conditio patitur, exolvendum. Ad hæc, licet pridem, antequam circa negotium electionis de me ad Romanum Regnum & Imperium celebratæ, ac alia quæ in hac parte incumbebant, esset per Sanctitatis vestræ beneficentiam mei status essentia solidata, fecerim infrascripta, & super his meas Beatitudini vestræ Litteras duxerim destinandas, ac in soliditate hujusmodi Procuratores mei ad hoc specialiter constituti, & in vestra præsentia renovaverint: Ecce nunc tamen, ut gratus reddar, & ipsa in majori firmitate procedant, illa duxi præsentibus renovanda.

Recognoscens igitur quod Romanum Imperium per Sedem Apostolicam de Græcis translatum est in persona Magnifici Caroli in Germanos, & quòd jus eligendi Romanorum Regem in Imperatorem postmodum promovendum, certis Principibus Ecclesiasticis & sæcularibus est ab eadem Sede concessum, à quæ Reges & Imperatores qui fuerunt, & erunt pro tempore, recipiunt temporalis gladii potestatem ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: pia devotione & sincero corde profiteor, quòd Romanorum Reges in Imperatores postmodum promovendi per Sedem eamdem, ad hoc potissimè & specialiter assumantur, ut sint Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Advocati, Catholicæ Fidei, ac ejusdem Ecclesiæ præcipui defensores, &c. ANNO 1303.

(1) *Datum apud Noremberg &c. Baronius* ne donne de ce Diplome, qu'il dit être fort long, que deux petits Extraits, dont celui-ci paroît le plus literal; & c'est au premier qu'il a jugé à propos de joindre ce qui manque à celui-ci. Voici ce premier Extrait tel qu'il le donne à la même pag. 898.

Recognoscit in primis, ut gratus, Romanum Imperium è Græcis in Germanos translatum, ac ab eodem jus eligendi Electoribus esse concessum. His subjicit juramentum fidelitatis solitis formulis exhiberi consuetum. Addit his confirmationem juramenti pariter fidelitatis exhibiti à patre suo Rudolfo, & alia omnia ab aliis omnibus Imperatoribus præstita. Confirmat itidem privilegia, ab eodem Rodulpho & aliis Imperatoribus eidem Ecclesiæ Romanæ concessa. Ratificat quæ statuta & jurata fuerant per Ludovicum Imp. Paschali Papæ; & per Ottonem Joanni Pontifici. Et post reverentiam patri exhibitam, & filialem amorem insinuatum, Ecclesiæ jura defendit, primatum & libertatem ejusdem Ecclesiæ profitetur defensurum adversus quoscumque ejusdem perturbatores, adversus quos bella movere, si opus sit, pollicetur, spondens suum cum exercitu in Italiam adventum si placeat. Datum vero habetur apud Noremberg anno Domini 1303. *Indictione I. decimo sexto Kal. Augusti, Regni vero quinto.* [DUM.]

XI.

15. Août. *Bulla* BONIFACII *Papæ VIII. apologetica simul & increpatoria; de criminationibus, quibus falsò eum insimulare volunt. Narratis enim prius omnibus quæ Parisiis, coram Rege Francorum illoque favente, acta & dicta fuerunt; conqueritur de dicto Rege ac de suis adhærentibus, qui*, os suum ponentes in cælum, mendaciter blasphemarunt blasphemiis, & exaltarunt vocem contra Sanctum Israël, id est Dei Vicarium & Petri Successorem, cui dictum est pasce Oves meas. *Exsecrat omnem Appellationem factam aut faciendam de Papa ad futurum Papam, vel ad Sanctam Ecclesiam Romanam, vel ad Concilium generale congregandum, quod etiam negat congregari posse sine eo. Datum Anagniæ* 18. *Kal. Septemb. Pontificatus sui anno IX.* [*Hist. du different de* BONIFACE *avec* PHILIPPE LE BEL. Aux Preuves pag. 166. Voyez aussi. G. G. LEIBNITZII *Codex Juris Gentium.* In Mantissæ Part. II. pag. 313. avec quelques differences, & quelques interpretations, & en date du 1 de Septemb. OLD. RAINALDI *Annal. Ecclesiastic.* Tom. 14. ad ann. 1303. §. 26. où il avertit que tous les passages qui se trouvent ici renfermés entre deux crochets en cette sorte [ ] ont été rayés sur les Registres du Vatican, par commandement du Pape *Clement V.* en faveur du Roi *Philippe.*]

BONIFACIUS Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Nuper ad audientiam [nostram vulgatus rumor attulit, quòd in festo Nativitatis B. Joannis Baptistæ proximè præteriti Philippo Regi Franc. Parisius in præsentia multorum in Jardino ejusdem Regis congregatorum, contra nos diversa crimina denuntiata fuerunt, quandoque eidem Regi supplicatum extitit, quòd ipse hujusmodi denuntiationibus assentiret, & consilium super hoc apponeret, dando ad convocandum, seu convocari faciendum Concilium generale opem & operam efficaces, & quòd hujusmodi denuntiationi & requisitioni Rex idem, & Prælati qui ibidem erant assenserant; & ne nos contra ipsos Regem, & Regnum suum, Prælatos, Comites, Barones, Nobiles, & alios procederemus in aliquo, ad ipsum generale Concilium, aut ad Papam nostrum successorem legitimum, vel ad Sanctam Romanam Ecclesiam extitit appellatum in scriptis; & quòd multi appellationi hujusmodi adhæserunt, inter Regem, Prælatos, & adhærentes eosdem certis confœderationibus, & obligationibus factis; districtè mandato per Regem eundem, quòd nullus Nuntios, aut Litteras nostras reciperet, vel nobis in aliquo obediret; ac Stephano de Columna nostro, & Ecclesiæ hosti in Regno suo, non sine incursu gravium sententiarum, recepto. Sanè qua ad hoc sinceritate mentis conventicula hujusmodi, qua caritate, quo zelo processerit, qua temeritate id auserit, qui veritatem considerant, evidenter intelligent, & qui sapiunt manifestè cognoscent, intueantur blasphemias, maledictorum tempus inspiciant, videant Regii Mandata Justitiarii, non negligant; optamus colligationem, & confœderationem ipsius, receptionem Stephani prudenter advertant, & immunitatem Ecclesiæ, summorúmque Pontificum statum, nisi ea fatua tamque superba eodem quo processerunt comprimantur impetu, & occidant intus orta. Attendant nihilominus diligenter nos, siquidem os suum ponentes in cœlum, & lingua eorum transeunte super Terram hæresis mendaciis mendaciter blasphemarunt Blasphemiis, aliisque conflictis, quantum in eis sint criminibus lacrimarunt.] Sed ubi auditum à sæculo est, quòd hæretica fuerimus labe respersi. Quis nedum de cognatione nostra, immò de tota Campania unde originem duximus, notatur hoc nomine.

ANNO 1303. ne. [Certè heri & nudiustertius, apud eundem Regem dum eum beneficiis mulcebamus, Catholici fuimus, hodie verò ab ipso totaliter blasphemamur. Sed quæ causa tam subitæ mutationis, quæ causa inreverentiæ filialis, verè sciant cuncti quòd increpationis jurium quo peccatorum suorum purgare nolebamus vulnera, & pœnitentiæ acrimonia, qua crimina tegerentur purgata, cùm ad continuandum armaverunt dolos, & ad falsas infamias provocarunt. Major Episcopo Mediolanen. sumus, & quàm fuerit clarior Valentinianus Augustus, est Rex Franciæ minor: ille sicut humilis, & Catholicus Princeps non erubuit postferri se Mediolanen. Episcopo, cùm ut homo delinqueret summissurum, & necessariò susceptarum medicamenta charitatis: hic autem sicut Sennacherib in superbiam datus, nos qui eum salubribus corrigebamus monitis, sprevit & sublimavit nos, & post tergum nostrum caput movit, sed paveat, quòd contra eum Senacherib dicitur cui exprobrasti, quem blasphemasti, contra quem exaltasti vocem, & elevasti in excelsum oculos tuos, contra Sanctum Israël.] Et ecce Sanctus Israël, id est Dei Vicarius, hic & Petri successor, cui dictum est, Pasce Oves meas, & tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, & quodcunque ligaveris super Terram ligatum erit & in cœlis, & quodcunque solveris super Terram, erit solutum & in cœlis, propter quod qui in navi Petri non est, naufragio peribit, & qui in ea est, oportet quòd gubernatoris gubernatione subsistat. [Cùm igitur de calumnia objectoris propter falsitatem hujusmodi objecti criminis pateat, per consequens, quòd calumnietur in objectis aliis debet patere maledictorum penitus, consideretur causa, tempúsque Mandato continuum, quæ mandavimus, eum ex legitimis causis excommunicatum publicè nuntiari, & ex hoc contextu, & scelleritate actuum quis non jure præsumat eum non charitatis, sed ad vindictæ zelum, quis non cogitabit ipsum ad tantæ temeritatis audaciam devenisse, id præteriti temporis roborat conjectura: olim itaque dum capitula in quibus excedebat nostris comprehensa Litteris, per dilectum filium Jacobum de Normannis Notarium nostrum transmisimus, ægrè tulit, & indignatus est, & in furiam versus maledicere cœpit, non veritus quod scriptum est, Principi populi tui non maledices. Cùm autem nos ceslare credidit paulo antè, nos in Christo Patrem Sanctissimum humiliter dixit, & sic nos in suis Litteris appellavit; nunc verò quia urgente conscientia ex debito pastoralis Officii ipsius correctionem omittere non valemus, dilatatus, impinguatus, incrassatus recalcitravit dilectus, & pejora prioribus addidit maledicta, ex quibus ejus in iis malum convincimus zelum, & iniquitatis in ipso fomitem comprobamus, & dicere cum Propheta possumus, Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ, sed faciente Domino, incidet in foveam quam fecit, & dolor ejus in verticem ipsius descendet? hunc ejus animum Mandati præmissi perversitas apparebat, directa sunt enim verba Canonum, eum qui ab Episcopo suo ante sententiæ tempus pro dubia suspicione discesserit, manifestam manere censuram, quam Clerici Symmachi PP. qui ab eo etiam de hæresi accusato contra regulas ante tempus discesserint incurrissent, nisi providentia Synodi actum fuisset misericorditer cum eisdem, eundem zelum, & animum prædicta colligatio patefecit. Ad hæc receptatio Stephani memorata non solùm malum indicat zelum, sed Regem ipsum inimicum detegit, & Principis Apostolorum Mandati etiam transgressorem, ait enim de Clemente: Si inimicus est Clemens alicui pro actibus suis, cum illo nolite amici esse, sed avertite vos ab illo, cui ipsum sentitis adversum: si verò quis amicus fuerit iis, quibus ipse non loquitur, unus ex iis est qui exterminare Ecclesiam Dei volunt, qui cum inimicis alicujus suas amicitias copulant, ejus inimici censentur, & ideò facile mentiuntur. Nónne Ecclesiæ mutabitur status, & Romanorum Pontificum vilescet auctoritas, & si talibus Regibus, & Principibus, aliisque potentibus aperiatur via aditúsque pandatur? Confestim enim Romanus Pontifex Petri successor, qui clara ipsius Petri voce omnibus præest, cùm circa alicujus Principis, vel Potentis volet correctionem intendere, & immittere manus, tunc dicetur hæreticus, vel notoriè in scandala criminosus, ut sic fugiatur correctio, & suprema potestas penitus confundatur: absit à secta nostrorum temporum hoc pernicioso exemplum, absit à nobis tanta vecordia, absit tam damnabilis negligentia, quòd talem errorem sinamus succrescere, quin in ipsius sui ortu succidamus eundem.] Nunquid ergo suprà prædictis contra nos petatur à nobis (sine quo congregari non potest Concilium generale) illud in exemplum tam detestabile, maximè ut omittamus ad præsens de excommunicatione multiplici, qua idem Rex tenetur astrictus, calumniatoribus malo, ut ex superioribus patet, præcedenti zelo, aut etiam inimico, aut sibi confederatis, quibus colligatus est, etiam concedemus, talitérque fomentum dabimus huic pesti, nempe, quod in aliorum Prælatorum persona ex prædictis causis secundùm scita Canonum repellere deberemus illos, in nostra sine alicujus injuria, si nobis, & fratribus nostris videbitur, poterimus meritò refutare, [ut nemo deinceps Rex, aut Princeps, vel alius Potens Franciæ Regis exemplo contra Romanum Pontificem sic prorumpat in verba blasphemiæ, nullus sic ejus correctionem evitet, an sic, ut taceamus de Rege Francorum à Zacharia regno privato, divæ recordationis Theodosius Magnus ab Ambrosio Mediolanen. Episcopo extra Ecclesiam factus contra eum exarsit? an Lotarius gloriosus contra Nicolaum Papam sic erexit calcaneum, aut contra Innocentium Fridericus? an Rex Franciæ major est iis? an nos minores sumus prædecessoribus nostris? an minùs justè procedimus? quippe trium horum non est aliquod, sed ii, ut debuerunt sustinuerunt humiliter, ille autem, ut Adonias cum Diis Terræ contra Deum Abraham, quia contra nos vices ejus gerentes in Terris vehementer, ùt si, quod absit, persteterit, ruat justo judicio, gravius elevatus est. Per hæc autem non credat aliquis, quòd contenti simus, qui non obstante hujusmodi frivolæ appellationis obtentu, quæ ad Majorem, vel parem, sive mortalem aliquem non potuit interponi, super prædictis, & aliis notabilibus ipsius Regis, ejúsque sequacium excessibus, prout expedierit suo loco & tempore, nisi se corrigant, & satisfactionem impendant debitam, ne eorum sanguis de nostris requiratur manibus, procedamus.] Dat. Anagniæ 18. Kal. Septemb. Pontif. nostri anno nono.

ANNO 1303.

XII.

8. Septembre. *Excommunicatio per* BONIFACIUM *Papam lata contra* PHILIPPUM *Francorum Regem, quâ insuper Subditos ejus ab omni juramento fidelitatis liberos pronunciat ipsumque exhortatur ut ad obedientiam redeat, ac Sanctæ Matri Ecclesiæ reconcilietur, ne ulterius cogatur justo in eundem judicio animadvertere. Datum Anagniæ 6. Idus Septembris Pontificatûs sui Anno IX.* [*Hist. du differend entre le Pape* BONIFACE VIII. *&* PHILIPPE LE BEL., aux Preuves pag. 182. Ex Ms. Bibl. S. Victoris. Voyez aussi. G. G. LEIBNITZII Codex Juris Gentium. In Mantissa, Part. II. pag. 315.]

SUPER Petri solio excelso throno divina dispositione sedentes illius vices gerimus, cui per Patrem dicitur: Filius meus es tu, & ego hodie genui te, postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos Terræ, reges eos in virga ferrea, tanquam vas figuli confringes eos: per quod monetur, ut intelligant Reges, disciplinam apprehendant, eruditantur judicantes Terram qui serviant Domino in timore, & exultent ei cum tremore, ne si irascatur aliquando pereant cùm exarserit ira ejus, ideóque magnum judicamus ut parvum, quia ejus Vicarius, apud quem personarum acceptio indignè reperitur, hoc veteris & Novi Testamenti veritas habet, hoc venerandorum Conciliorum probat auctoritas, id Sanctorum Patrum tenet sententia, id etiam naturalis ratio manifestat. Sed licèt tanta potestate sit prædita Petri Sedes, tantáque polleat dignitate, tamen ut pius Pater severitatem mansuetudine temperantes, ac lenientes æquitate vigorem, non ad confringendum, quamqam justè possemus, ferream, sed ad dirigendum in viam salutis directionis virgam impræsentiarum assumimus, & correctionis ferulam amplexamur, novum adhuc nihil, prout

ANNO 1303. prout nunc qui ** despicis excuti facimus, neque simpliciter judicantis opera fungimur, quinimo utentes denuntiatoris officio nullas pœnas Philippo Regi Franciæ imponimus, sed ei propter excessus suos jàm excommunicato notoriè inflictas potiùs à jure intimamus. Bonus itaque Medicus si quibus est usus medicamenta morbis officiant se ** vertit, non eis statum duriorem subjiciens, sed leniora, nisi morborum aliud exposcat acuitas administrans; sic peccatorum ejusdem sauciati Regis vulnera priùs palpavimus, exac. * lenitatibus mulsimus, ipsúmque à pietate paterna non fecimus alienum. At proh dolor! nihil fecimus, imò lenimenta hujusmodi seminarium contumaciæ fuerunt & odii, eum erexerunt in superbiam, & ad contemptum pertinaciter provocaverunt: unde nos ad alias, non graves tamen medelas convertimus, ut salutem experiatur, utinam tactus leviter non confractus se corrigat, fructuosam. Sicut Nabugodonosor præ cæteris Terræ Rex inclitus, quod optamus, ne obstinatus in quem transfixit videat, & cogamur ferro abscindere vulnera quæ fomentorum medicinam non sentiunt, pœnitentiam agat, an, quod absit, in profundum malorum demersus sordidus sordescat ampliùs, & velut Pharao indurescat. * Oculi siquidem dum idem Rex peccaret graviter in diversis articulis in Clerum, & Ecclesiam Gallicanos, primò per ejusdem Regis Nuntios ad nos missos ipsum super his salubribus monuimus monitis, & deinde ad eum dilectum filium Jacobum de Normannis Notarium nostrum ei nostras deferentem Litteras, in quibus excedebat capitula continentes transmisimus, quódque imprudenter quàm infrunito animo & irreverenti tractaverit non advertens, quòd secundùm Evangelicam veritatem, qui spernit missum spernit mittentem, ideo dignus sententiâ, quam dudum Constantinus Papa in Justinum Imp. Justiniani filium ex simili causa tulit; qui in vicino erant manifestò cognoscunt, cùm idem patuerit de longinquo; nec considerans quod antiquis est sancitum Sanctis Patribus, promulgatum Canonibus, quòd si quis Romam petentes rebus quas ferunt spoliare præsumpserit, communione careat Christiana, quódque isti qui accedunt ad Romani Pontificis præsentiam, cum rebus suis debeant esse sub Apostolica protectione securi, & parvipendens excommunicationis sententiam, quam inhærentes vestigiis Rom. Pontificum, & præcipuè Nicolai IV. P. prædecessorum nostrorum, qui dictorum Canonum auctoritate suffulti contra talia facientes ad excommunicationem hactenus processerunt, addito per Nicolaum eundem processibus ipsis, si hujusmodi committentes Imperiali, aut Regali dignitate radient. Nos ejusdem privilegio excluso, in omnes etiamsi prædicta fulgeant dignitate, qui ad Sedem Apostolicam venientes vel recedentes ab ea capiunt, spoliant, vel detinere præsumunt, aut impedimentum aliquod exhibent, quominùs ad eandem Sedem liberè cum personis, bonis, & rebus suis veniant & recedant ab ea in die cœnæ Domini proximè præterito, tali modo declarantes etiam illos, qui per se vel suos Officiales vel Ministros, aut aliis incolis imperii, Regnorum, seu Terrarum suarum, vel transeuntibus per ea undecunque oriundis ad Sedem venientibus memoratam, vel redeuntibus ab eadem, equitaturas limitant, vel subtrahant quæ deferunt, seu reportant pro suis opportunitatibus, vel expensis, aut quasvis alias res & bona, sive aperiant Litteras, vel auferunt, seu taxant numerum personarum, seu quantitatem expensarum aut evectionum, vel aliàs directè vel indirectè talibus venientibus, vel redeuntibus impedimentum, vel obstaculum præstare præsumunt, impeditores fore ad dictam Sedem venientium & redeuntium, & excommunicamus **** suprà dictam adeò nostris temporibus, sicut alios fecerat notoriè, seu Regni fines in transgressores gravissimis interminatis pœnis, & in nos jactatis blasphemiis artæ custodiæ deputant, ablatis post dictam nostram sententiam non solùm indigenis, sed etiam ad eandem Sedem per Regnum ipsius aliunde venientibus rebus suis vel injuriosè taxatis, imò autem omnino subtractis, ac Litteris, quas deferunt, apertis per custodes passuum aut retentis, quòd nullus liberè ad dictam Sedem potest accedere, nec Prælati Franciæ per nos, ut suprà dictis capitulis deliberaremus cum eis, ad nostram præsentiam evocari potuerimus, sicut eorum ** per Literas suas quas in Archivio Romanæ Ecclesiæ conservari facimus. Sic & Noviomens. Constantiens. & Biterren. Episcopos ipsorum Nuntios excusatio eodem impediente Rege venire, quo casu etiamsi princeps quisquis fuerit, hoc prohibuerit, illum censet Canon communione privandam. Quis eum liberè ad memoratam Sedem proficisci dicet, qui sic tractatur, & quòd retineatur, vel Regnum permittatur exire sub alterius potestate consistit: Certè nullus qui sanè intelligat, & qui scripti Juris in hoc cognoscat, habet aliquam veritatem. Sed volentes secundùm sacrorum doctrinam Canonum pacis servare vinculum, eum implorare, æquitate & firmitate portare, nec sicut moti sumus, imò Evangelica dicta pensantes, conati sumus errantem ovem, tam caram, támque nobis dilectam, quam propriis humeris, ne periret, ad ovile reducere, in uberibus collocare pascuis, & dulcedinis pabulo confovere. Nam cogitantes secundùm Evangelii parabolam, quòd qui Notarium spreverat, saltem nostrum vereretur filium, ad reducendum eum dilectum filium nostrum Joannem SS. Marcellini, & Petri Presbyterum Cardinalem de Regno oriundum ipsius, qui tanquam amicus suus ejus zelabatur salutem, curavimus destinare, offerentem inter cetera sibi ex parte nostra absolutionem ab excommunicationum sententiis quibus erat notabiliter irretitus; verùm frustra nos talis cogitatus arripuit, quia si erga prædictum Notarium se ut præmittitur gessit, filium nostrum magis ignominiosè compescuit, quia sicut ipse nobis Cardinalis respondit, oblatam absolutionem contempsit, eique deputatis custodiis ne liberè posset ire quò vellet, nec recipere qui venirent ad eum, de Regno suo non reversurum sine sua licentia & sic quodammodo, ut ejusdem Cardinalis verbo utamur, Regio banno suppositum pertulit, & efflavit eundem; & etiam ultra parabolam ipse tandem nos patremfamilias non dimisit intactum, sed iterum laceravit blasphemiis, & injuriis lacessivit, oblitus quod legitur; honora patrem tuum, & matrem tuam, ut longævus sis super Terram, & quòd filio semper honesta, & Sancta Patris ** videri, & taliter ejus non effici castigator, confederationibúsque, & collationibus factis cum nonnullis Prælatis, latronibus & personis aliis Regni sui pacis vinculum, quod salvum esse totis affectibus nitebamur rupit, perturbat unitatem Ecclesiasticam, & inconsutilem Domini tunicam **** scindere non expavit, ac suæ appellationi frivolæ contra nos interpositæ adhærere perperam coëgit, & cogit invitos, & in ruinam secum perniciosè deducit. Sanè parabolam timeat, ne vinea aliis locetur agricolis, qui suis temporibus fructus reddant, paveat censuram Canonum quæ contra tales dignoscitur præparata, & ne ex hujus stricta custodia Cardinalis prædictus Canonem latæ sententiæ, qui ad eos per interpretationem trahitur, qui Clericos sine læsione detinent in custodia publica vel privata, cùm non multùm à specie servorum differant, quibus, quò voluerit facultas recedendi non datur *** diligenter accendat. Ad hæc, ut omittamus de dilecto filio I. Abbate Cistercienſi detento, & aliis multis Religiosis maximè Italicis, de ejus quia jussio regia urgebat recedentibus Regno, captis de ipsius conniventia, & aliquo tempore in Castelleto servatis eo quòd adhærere nollent appellationi prædictæ, ac de eo quod quondam in persona venerabilis fratris nostri B. Appamiarum Episcopi temerariè actum extitit: nuper Nicolaum de Benefracta Capellanum Cardinalis jam dicti, nostras ad eum portantem Litteras, quibus Regem excommunicatum, per eundem Cardinalem mandavimus publicè nunciari, capi fecit, & repetitum à Cardinali eodem à carcere noluit relaxare, prout idem Cardinalis nobis id per proprias Litteras notum fecit, ** perinde * habere cùm ipse Rex impedimentum præstiterit, sicut si mandata denunciatio præcessisset: Stephanum insuper de Columna nostrum, & Ecclesiæ hostem in suo Regno receptavit patenter, non veritus excommunicationis sententiam, quam post Columnenſium fugam de Tibure promulgavimus publicè, quibuscunque privilegiis nonobstantibus in omnes etiamsi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, qui dictum Stephanum, & alios quondam filios Joannis de Columna, & Jacobum fratem dicti Joannis, Ricardum & Petrum de Montenigro, dicti Jacobi nepotes reciperent, conducerent, receptarent, receptari vel recipi facerent, seu conduci, aut eis vel ipsorum alicui publicè vel occultè auxilium, favorem, vel consilium exhiberent, quódque contra adjutores, fautores, & receptatores prædictorum Jacobi, & filiorum dicti Joannis ab olim per nostras Litte-

ANNO 1303.

ANNO 1303. Litteras procedi mandavimu tus, contra hæreticos, receptatores, fautores, & adjutores eorum, nunquam in iis fervit Deo Rex Francorum in timore, aut ei cum tremore exultat, ne iratus in eum per ſuum Vicarium exardeſcat: nempe tanto offendit graviùs quanto pernicioſiùs peccat ſuæ perditionis ad alios exempla tranſmittens: heu ipſum conſilia prava commaculant eum, Syrenes ** non uſque in exitum dulces damnosè permulcent, periculosè regalem mentem exagitant, & decipiunt inceſſanter, non tamen propterea ſilere poſſumus, nec debemus, hominem namque primum à peccato diaboli non excuſavit ſuggeſtio, quoniam Dominici Mandati tranſgreſſor ſolveret pœnam mortis, & ſilentium noſtrum nihil aliud foret, niſi delinquendi occaſio, & diſſolutio Eccleſiaſticæ diſciplinæ. Cùm enim notorium etiam facti continui ſit, quòd ipſo faciente, & contra dictam noſtram veniente ſententiam libertas non eſt per Regnum ipſius veniendi ad Apoſtolicam Sedem, & quòd ſic dictus Nicolaus eſt captus, & præfatus Stephanus eſt receptatus in Regno, noſtræque ſententiæ ſuprà dictæ latæ ſint, ut prædictum, publicè; ſicque Canonum excommunicatio in aperto liquet ex præmiſſis. Ut taceamus ad præſens de cuſtodia jam dicto Cardinali impoſita, detentione Abbatis, captione Religioſorum dictorum, & temerariis actibus in jam dictum commiſſis Epiſcopum, eundem Regem manifeſtis excommunicationibus eſſe ligatum, & per conſequens Beneficia Eccleſiaſtica, Perſonatus, & Dignitates, ſi eorum aliquo legitimo titulo quando ad eum collatio pertinet, de jure interim non poſſe conferre, imperium ſine juriſdictione aliqua per ſe, vel alios, aut communes actus ſeu legitimos exercere, & collationem, & exercitium ipſa nullius exiſtere firmitatis, ac fideles, & vaſſallos ipſius eſſe à fidelitate, & etiam juramento quibus aſtringuntur eidem homini debito, & totius obſequii, auctoritate Canonum abſolutos. Hoc omnibus iis præcipuè qui de ejus ſunt Regno, vel in eo moram faciunt nunciantes, eum excommunicatum comitari pœnas hujus declaramus, & more periti medici, cùm non profuerunt monita, à levioribus incipientes ad Sanctorum Patrum ſtatuta tenentes omnes fideles, ac vaſſallos, ejúſque juratos, à fidelitate, & Sacramento quo uſque idem Rex in excommunicatione permanſerit, Apoſtolica nihilominus auctoritate abſolvimus, & ne eidem fidelitatem obſervent, & ſerviant, modis omnibus, & ſub interminatione anathematis, quia magis Deo quàm hominibus ſervire oportet, etiam fidelitatem Chriſtiano Principi Deo adverſanti, ejúſque præcepta calcanti nulla cohibente auctoritate perſolvere prohibemus. Et quia Rex ipſe aliquos forſan inveniret, qui beneficia hujus Dei timore poſtpoſito ab ipſo reciperent, diſtrictè præcipimus ſub excommunicationis, amiſſionis beneficiorum quæ aliàs haberent, & inhabilitatis perpetuæ ad Eccleſiaſtica Beneficia de cætero obtinenda pœna, quam ipſo facto incurrant ſi contrarium agant, ne ab eo ſic excommunicato manente illa recipiant quoquo modo; diſtrictè ſub hujuſmodi à nobis infligendis pœnis inhibentes, Capitulis Eccleſiarum in quibus Beneficia ipſa per Regem excommunicatione durante conferuntur eundem, ne eos quibus conceduntur ab ipſo recipiant vel admittant. Porrò cùm ſcriptum ſit, Diſſolve colligationes impietatum, ſolve faſciculos deprimentes, nos confœderationes prædictas, etiam cum quibuslibet Terræ Regibus, aut principibus, quod non credimus, initas, diſſolvimus, & juramenta ſiqua ſunt præſtita annullamus; etiam nunciantes & monentes ipſum Regem, ut à facie arcus fugiens reſipiſcat, ad obedientiam redeat, & ad Dominum convertatur, ne quod præterire non valebimus, juſto in eum judicio animadvertere compellamur. Ut autem noſtri proceſſus, quem de conſilio fratrum noſtrorum facimus ad occaſionem omnium notitiam deducatur, cartas, ſive membranas proceſſum continentes eundem in cathedrali Eccleſiæ Anagn. appendi vel affigi, ſeu *** facienus, quòd proceſſum noſtrum ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo judicio publicarent, ita quòd idem Rex, & alii quos proceſſus ipſe contingit, nullam poſteà poſſint excuſationem prætendere, quòd ad eos tales proceſſus non pervenerint, vel quod ignoraverint eundem; cùm non ſit veriſimile remanere quoad ipſos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Actum Anagniæ in aula noſtri Palatii 6. Idus Septemb. Pontificat. noſtri anno nono.

XIII.

ANNO 1303.

Biſchoffs Syboth zu Speyer Brief / wodurch er der Stadt Speyer gelobet / ſie bey ihren Freyheiten zu laſſen und dabey zu ſchirmen / ſich an dem vom Rath und Bürgern geſprochenen Urtheilen begnügen zu laſzen / Keinen noch nicht der mißthat überwieſenen Pfaffen und Laeyen in der Stadt fahen zu laſzen. Geben am nächſten Montage nach des H. Creutzes Tag. 1303. [LUNIG Teütſches Reichs-Archiv. Part. Special. Abtheil. 3. abſatz 4. pag. 471.]

16. Septembre.

C'eſt-à-dire.

Lettres de l'Evêque de SPIRE *portant qu'il s'engage & promet de defendre & maintenir la Ville de Spire dans tous ſes Privileges; de ſe conformer aux Sentences qu'elle rendra judiciellement pour ou contre lui; & de ne faire ſaiſir aucune perſonne ſoit Eccleſiaſtique ou Laïque, ſi elle n'eſt auparavant convaincue de crime. Du Lundi après l'Exaltation de la Sainte Croix.* 1303.

WIr Sibot von GOTTes und des Stuhls zu Rom Gnade / erwehlt Biſchoff zu Spire / entbieten allen den / die dieſen Brieff anſehent / unſern Gruß / und daß ſie glauben den hienach geſchrieben Dingen. An dieſem gegenwärtigen Brieff erkennen wir Uns / das wier gelobet hant und geloben an dieſer gegenwärtigen Schrifft / daß wir dem Rath / den Burgern und der Stadt zu Spire halten und beſſern ſollen alle ihre Freyheit / die dieſelbige Rath-Herren und Burger zu Spire hant von dem Stuhl zu Rom / von Römiſchen Käyſern und von Künigen / u. ſollent ſie daran in dieheine Weiß nit leidigen / und würden ſie auch daran von jemanne geleidiget / wir ſollen ſie ſchirmen nach Unſer Rechte. Und auch / daß wir uns ſöllen laſſen begnügen an ſolchen Urteln / die uns dieſelben Rathherren und Burger ſprechen uf den Eydt / wann es an ſie von Uns oder unſerme gewiſſen Boten gefordert wird. Wir geloben in auch darzu zu halten / und ſtete und geneme zu haben die Gnad und Freyheit / die in denſelben Rath-Herrn / den Burgern und der Stadt zu Spire mit guter Gedächtnüſſe Biſchoff Friederich ſeliger unſer Vorfahr verlühen hat / das iſt mit Nahmen / daß wir weder Pfaffen noch Leyen fahen ſollen in der Stadt zu Spire oder in der Vorſtadt / er ſi dann recht und redlich überwunden umb ſolche Miſſethat / darumb man ine billich fahen ſolle / ohne Gefehrde. Anderwerbe / daß wir über keinen Bürger oder Inwohnunger der Stadt zu Spire / keinen ſunderlingen geiſtlichen Richter geben ſollen / uſſwendig der Stadt zu Spire / dieweil er in der Stadt zu Spire vor unſern Richtern gehorſam iſt des Rechten / den die von ihme zu klagen hant / alſo doch / daß denſelben unſern Richtern offenbarlich mit Trowen oder mit andern Beſchwernüſſen / die kundlichen ſind / nit verboten werde / daß ſie nit en rechten. Anderwerbe / daß noch wir noch dieheine unſer Richter keinen Burger oder Inwohnunger der Stadt von Spire bannen ſollen / noch dehein Gebott über in thun ſollent / noch durch ſinen Willen kein ſingen verſchlagen ſollen / er ſi dann vorgeladen / und recht und redlichen überwunden. Und daß wir durch keine ſunderlichen Perſonen willen / die zu bannen wäre / ſingen niet verſchlagen ſollen in der Stadt zu Spire ohne Gefehrde. Anderwerbe / daß wir alle die Satzungen / die zwiſchen unſern Vorfahren / den Dechen und den Capiteln der Stiffte zu Spire uf eine Site / und dem Rad und den Burgern der Stadt Spire uf die andern Site / über die Zweyung / die etwan unter in was / und nu geſunet iſt / iedweder Site / und freundlich gefriedet / gemacht ſind und geſetzet / gelobet hand und ſollen geneme / ſtete und veſte zu halten unverbrochenlich. Das hant uns auch dieſelben Burger wieder gelobet zu thun. Und des zu Urkund u. Feſteunge / ſo han wir unſer Ingeſiegel gehencket an dieſen Brief. Der ward geben / da man ſchreib von Chriſtus Geburt / dauſent / dreihundert und drey Jahr / an dem nächſten Montage nach des H. Creutzes-Tag / als es erhaben ward.

XIV.

BENEDICTI *Papæ XI. Revocatio, & Caſſatio ſuſpenſionum, proceſſuum, & ſententiarum omnium per* **BONIFACIUM** VIII. *contra*

1304. 13. Mai.

ANNO 1304. *tra* PHILIPPUM *Francorum Regem ejúsque Regnum in puncto Privilegiorum, & aliter dictarum dictum Regem, & Regnum cum Consiliariis & Officialibus in priorem statum in quo ante suspensionem erant, restituens* GUILLELMO DE NOGARETO *excepto, cujus absolutionem sibi reservat. Datum Perusii 3. Idus Maji Pontificatûs sui Anno I.* [*Hist. du different entre le Pape* BONIFACE VIII. *&* PHILIPPE LE BEL, aux Preuves pag. 230.]

BENEDICTUS Episcopus servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri salutem, & Apostolicam benedictionem. *Ad statum tuum* & Regni tui felicem paternis desideriis aspirantes, ad ea libenter intendimus, per quæ status ipse summotis impedimentis quibuslibet, votivis jugiter successibus prosperetur, & salutaria dante Domino recipiat incrementa. Dudum siquidem, prout ex parte tua fuit expositum coram nobis, Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster, nonnullos contra te, ac Regnum tuum, Consiliarios, familiares, Officiales, fautores, & valitores tuos Regni prædicti, processus fecit diversorum tenorum, variásque sententias promulgavit, gratias, privilegia, & indulta tibi, & eis concessa suspendit. Pluribus insuper nonnulla privilegia, in tuam & Regni prædicti læsionem concessit, declarationes circa fines, seu limitationes edidit dicti Regni, ac nonnullos, qui tibi juramento fidelitatis, & ex aliis vinculis, & obligationibus tenebantur astricti, ab hujusmodi juramentis, vinculis & obligationibus prorsus absolvit, in tuum, & aliorum prædictorum, ac ejusdem Regni non modicum præjudicium, & gravamen. Nos autem, qui regalem magnificentiam apud Deum, & homines cupimus exaltari, volentes tibi, Regno, Consiliariis, familiaribus, Officialibus, fautoribus, & valitoribus præfatis, ne prætextu processuum, sententiarum, suspensionum, declarationum, & absolutionum hujusmodi, aliquid tuo, seu eorum statui, vel saluti dispendium spiritualiter, aut temporaliter imminere valeat, providere; omnes, & singulos processus habitos, & sententias promulgatas, suspensiones, & declarationes, ac absolutiones, ut præmittitur factas contra te, Regnum, Consiliarios, familiares, Officiales & valitores, præfata per eumdem prædecessorem, in quacumque forma verborum, quibuscunque de causis, sive dicti processus, & sententiæ, suspensiones, declarationes, & absolutiones fuerint publicati, sive non, sive verbo tantùm, sive etiam in scripturam redacti extiterint, auctoritate Apostolica, de Apostolicæ plenitudine potestatis revocamus, annullamus, & viribus vacuamus, téque, ac Regnum, consiliarios, familiares, Officiales, fautores, & valitores suprà dicta (Guillelmo de Nogareto Milite, cujus absolutionem nobis specialiter reservamus, dumtaxat excepto) ad plenum reponimus, & reducimus in eum statum in quo eratis ante processus, & sententias, suspensiones, declarationes & absolutiones prædicta, ut ex eis vel eorum aliquo tibi, vel eis, aut tuo, vel ipsorum statui, aut saluti præjudicium nequeat provenire, vel obstaculum aliquod interponi. Omnia quoque privilegia & indulgentias cuicunque genti, universitati, vel loco, seu singularibus personis, cujuscunque conditionis, status aut dignitatis existant, in tuum, seu dicti Regni præjudicium, ab eodem prædecessore post ortam discordiam inter te, & ipsum, quomodocunque, & in quacunque forma verborum concessa, eadem auctoritate cassamus, irritamus, & exnunc viribus vacuamus, decernendo ea nullius existere firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ revocationis, annullationis, vacuationis, reservationis, repositionis, reductionis, cassationis, irritationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Perusii 3. Idus Maii, Pontificatus nostri anno primo.

XV.

Vers l'an. 1305. *Supplication du Peuple de France au Roi* PHILIPPE LE BEL *contre le Pape* BONIFACE VIII. *où l'on soutient qu'il erra manifestement, & fit peché mortel lors qu'il pretendit étendre sa Puissance Spirituelle, sur la Souveraineté temporelle du Royaume, & où l'on demande qu'il soit declaré heretique, & comme tel puni, quoi qu'après sa mort, dans la maniere, qu'il se pourra & se devra.* [Preuves des Libertez de l'Eglise Gallicane. Tom. I. pag. 246. Voyez aussi *Histoire des Diferents de* BONIFACE VIII. *avec* PHILIPPE LE BEL. Aux Preuves pag. 214.] ANNO 1305.

A Vous très-noble Prince, nostre Sire, par la grace de Dieu Roy de France, supplie & requiert le pueuble de vostre Royaume, pource que il li appartient que ce soit faict, que vous gardiez la souveraine franchise de vostre Royaume qui est telle, que vous ne recognissiez de vostre temporel Souverain en Terre, fors que Dieu, & que vous faciez declairer, si que tout le monde le sçache, que le Pape Boniface erra manifestement, & fist pechié mortel notoirement, en vous mandant par Lettres bullées, que il estoit vostre Souverain de vostre temporel, & que vous ne pouvez prevendes donner, ne les fruits des Eglises Cathedrales vacans retenir, & que tous ceux qui croient le contraire, il tenoit pour hereges.

Item que vous faciez declairer que l'en doit tenir ledit Pape pour herege, non pas vous, & toute la gent de vostre Royaume, qui tousditz ont creu & croient le contraire; Et pource que il ne veult cette erreur rappeller, ayant dit mout de fois que en cette creance vivroit & mourroit, & que jà pour nul homme ce ne rapelleroit, lesquelles choses il ne pouvoit faire, ne dire, ne croire, sans pecher mortellement contre vous, contre vos hoirs, & vos Antecessours, & contre tous vos Sujets, & contre tout le pueuble Latin, qui croit la Decrerale, qui dit, que vous ne recognissiez nul Souverain en Terre, & que le Pape, qui la fist ne vouloit pas, ne ne devoit surreicion demander sur vostre temporel; si que ledit Pape vous vouloit tollir à tort la graigneur Noblesse, & le plus haut point de vostre Seigneurie, en faisant contre le commandement de la Loy, nostre Sire, tout sachamment, en disant que il li lisoit fere encontre, & que ce soit voir, il pert, pour cen, que li, qui disoit que il estoit sers Dieu, ne pouvoit la Loy de son Seigneur oster, ne refuser à la garder, mesmement, quant aux commandemens de la Loy, que il ne fust & deust estre tenu pour bougre, l'en puet prouver par vive force, sans que nul y puisse par raison respondre, que le Pape n'eut onques Seigneurie de vostre temporel, ne en autre, ne avoir, ne chalongier ne doit, fors tant comme ceux qui la Seigneurie avoient ou temps Sainct Sylvestre, & puis l'en ont donné, & se il paroist plus chalemont, & demandent convoitise, & rapine feroit par les raisons qui ensuivent. Quand Dieu le Pere après le Ciel & les quatre Elements eut formé Adam & Eve, il dit à eux & à leur succession. *Quod calcaverit pes tuus, tuum erit*, si comme se dit le commencement de la Bible; c'est-à-dire, que il vouloit, que chacun homme fust le Seigneur de ce qu'il occuperoit de terre. Ainsi departirent les fils d'Adam la Terre, & en furent Seigneurs, trois mil ans, & plus, avant le temps Melchisedech, qui fust le premier Prestre; & fust Roy, si comme dit l'histoire: mais il ne fust pas Roy de tout le monde, & obeissoient la gent à li comme à Roy du temporel, non pas comme à Prestre, & fust avant Roy que Prestre. Après sa mort fut grand temps, 600. ans ou plus, autant que nul autre fust Prestre. Et Dieu le Pere qui donna la Loy de Moise, l'establi Prince de son pueuble d'Israël, & li commanda, que il fist Aaron son frere Souverain Prestre, & son fils après li. Et Moise bailla & commist, quand il deust mourir, du mandement de Dieu, la Seigneurie du temporel, non pas au Souverain Prestre son frere, ains à Josué sans debat, que Aaron & son fils aprés li y meissent; mais gardoient le Tabernacle, & entendoient illec au service de Dieu, & se aidoient au temporel defendre, & conquerre par armes, & autrement. Et tous les autres Prestres & Diacres le firent aprés eux, aussi comme les autres gens. Et puis quand

Item quod omnes, & ſinguli Banniti pro parte, proditione, vel malexardia dicti Communis Brixiæ, & qui de cætero bannirentur pro parte, proditione, vel malexardia, ipſo jure intelligantur eſſe, & ſint banniti pro parte, proditione, & malexardia ipſorum Dominorum Capitaneorum, & Communium, & Civitatum Veronæ, & Mantuæ, nec venire, nec morari poſſint in Civitatibus, aut diſtrictibus Veronæ, & Mantuæ nec alicujus earum. Et è converſo quod omnes, & ſinguli Banniti pro parte, proditione, vel malexardia dictorum Capitaneorum, & Communium, & Civitatum Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet earum, inter quos bannitos ſpecialiter, & expreſſim intelligantur eſſe, & ſint Comites de Caſali alto, non obſtante quod aliqui ex dictis Comitibus dicerentur eſſe, vel eſſent Cives, ſeu Originarii, vel Incolæ dictæ Civitatis, vel diſtrictus Brixiæ, nec aliquo alio obſtante. Et quod qui de cætero bannirentur pro parte, proditione, vel malexardia dictorum Dominorum Capitaneorum, Communium, & Civitatum Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet earum, ipſo jure intelligantur eſſe, & ſint banniti pro parte, proditione, vel malexardia Communis Brixiæ, nec venire, nec morari poſſint in Civitate, aut diſtrictu Brixiæ. Item ſi contingeret, aliquem, vel aliquos de dictis bannitis Communis Brixiæ pro parte, proditione, vel malexardia habitare, vel eſſe aliquo tempore in Civitatibus, vel diſtrictibus Veronæ, vel Mantuæ, Bannitus ille, vel Banniti illi poſſit, & poſſint per Nuntium Communis Brixiæ perſonaliter capi, & detineri, & conduci in fortiam Communis Brixiæ, vel etiam per dictum Nuntium Communis Brixiæ conſignari in fortiam ilſius Domini, vel Communis in cujus Civitate, vel diſtrictu repertus eſſet habitare, vel eſſe, qui Dominus, & Commune talem Bannitum, vel Bannitos, conſignatum, vel conſignatos teneatur quam citius Communi Brixiæ, ſub fida cuſtodia tranſmittendum, præſentare, & dare. Ita etiam quod dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ & Mantuæ, & quilibet eorum, & inſuper Communia, & Homines Villarum, & locorum Veronæ, & Mantuæ in quibus aliquis, vel aliqui ex prædictis Bannitis Communis Brixiæ reperirentur, illum, vel illos ad requiſitionem Nuntii Communis Brixiæ capere, & detinere pariter teneatur, & facere quod veniat quam citius in fortiam Communis Brixiæ. Et è converſo quod ſi contingeret aliquem, vel aliquos de Bannitis dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, vel alicujus eorum pro parte, proditione, vel malexardia habitare, vel eſſe aliquo tempore in Civitate, vel diſtrictu Brixiæ, Bannitus ille, vel Banniti illi poſſit, & poſſint per Nuntium dictorum Dominorum Capitaneorum, vel Communium Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet eorum pariter capi, & detineri, & conduci in fortiam dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet earum, vel etiam per dictum Nuntium dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet earum conſignari in fortiam Communis Brixiæ, quod Commune Brixiæ quam citius ipſis Dominis Capitaneis, & Communibus Veronæ, & Mantuæ, ſeu illi Domino, & Communi, cujus eſſet bannitus, ſub fida cuſtodia tranſmittendum, præſentare, & dare teneatur. Ita etiam quod dictum Commune Brixiæ, & inſuper Communia, & Homines Villarum, & locorum diſtrictus Brixiæ, in quibus aliquis, vel aliqui ex prædictis Bannitis dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet earum reperirentur, illum, vel illos ad requiſitionem Nuntii dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet eorum capere, & detinere pariter teneantur, & facere quod veniant quam citius in fortiam dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, ut dictum eſt. Item quod prædicta pacta, & Capitula cum omnibus ſupraſcriptis, & infraſcriptis per dictos Dominos Capitaneos, & per dicta Communia & Homines Civitatum Veronæ, & Mantuæ, & etiam per Commune, & Homines Brixiæ, & per Conſilia, & Conſiliarios ipſarum Civitatum jurentur, & firmentur in Conſiliis ipſarum Civitatum ad majorem firmitatem prædictorum, & fiant cum omnibus ſolemnitatibus opportunis, ut nullo obſtante irrevocabilem, & plenam perpetuo teneant firmitatem, ita etiam quod de hiis fiant Statuta ſpetialia & promiſſa in Voluminibus Statutorum dictarum Civitatum, & cujuslibet earum conſcribenda, & ponenda, quibus per aliqua Statuta, vel reformationes vel jura facta, vel fienda

ANNO 1305.

ANNO 1305. fienda non poſſit ullo tempore derogari. Item ad majorem conſervationem, & robur plenius Societatis, Fraternitatis & Unionis prædictæ, & omnium ſupra, & infraſcriptorum Parlamentum, ſeu colloquium eſſe debeat ad requiſitionem cujuslibet prædictorum Communium ſingulis menſibus de Sapientibus ipſarum Civitatum eligendis, & mittendis per ſua Communia, in illo loco, qui videbitur eligendus per dicta Communia, vel majorem partem Communium, ſeu Rectorum ipſorum tam in dictis Civitatibus, quam in earum diſtrictibus, ſicut eligere, & conſtituere placuerit dictis Communibus, vel eorum Rectoribus omnibus, vel majori parti pro negotiis dictorum Dominorum Capitaneorum, & dictorum Communium Brixiæ, Veronæ, & Mantuæ. Quæ omnia, & ſingula pacta, & Capitula cum omnibus, & ſingulis in præſenti Contractu inſertis, & ſcriptis dictæ Partes ad invicem ſibi ſolemni ſtipulatione promittant, & teneantur attendere, & obſervare perpetuo, & nunquam de jure, vel de facto contrafacere, vel venire per modum aliquem ſeu cauſam, ſub pæna, & in pæna decem milium librarum Imperialium Lombardorum, quæ pæna ad omnia, & ſingula Capitula referatur, & pro ſingulis Capitulis non ſervatis committatur contra Partem non attendentem, & peti, & exigi poſſit ſemel & pluries per Partem attendentem a Parte non attendente quotieſcunque contra prædicta, vel aliquid prædictorum ventum fuerit, vel factum, vel non ſervatum, & pæna ſoluta, vel non, prædicta omnia, & ſingula in ſua firmitate perdurent cum eadem pæna, ſtipulatione, promiſſione, & exactione, & quod dicta Communia ſe ubicunque locorum conſtituenda & ſolutura conſtituant. Ita, etiam & tali pacto inter dictas partes inito, promiſſo, & ſtipulatione vallato, quod ſi Commune Brixiæ prædicta omnia, & ſingula non attenderit & non ſervaverit, ſeu contra prædicta vel aliquid prædictorum venerit vel fecerit ullo modo, vel cauſa, vel ingenio, de jure vel de facto, dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ & Mantuæ vel Rectores ipſorum Communium, vel etiam alteri eorum poſſint denuntiare Poteſtati, vel Rectori Civitatis Brixiæ quod Commune Brixiæ contravenit vel fecit. Et denunciatione facta Commune Brixiæ teneatur infra menſem ſatisfacere, vel concordare cum dictis Dominis Capitaneis & Communibus Veronæ, & Mantuæ, ſed cum illo Domino Capitaneo & Communi ex prædictis cui factum, ſeu denuntiatio facta principalius pertineret de hiis, de quibus facta fuerit ipſa denuntiatio; quod ſi non ſatisfecerit, vel non concordaverit, ut dictum eſt, dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ & Mantuæ, & eorum Rectores, & quilibet eorum poſſit, & poſſint res, & perſonas & bona, & etiam ſingularium perſonarum Civitatis Brixiæ & diſtrictus in Civitatibus, & diſtrictibus Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet eorum territorio & etiam in quacunque Civitate Terræ & loco convenire, & etiam ſua auctoritate capere, & detinere, & habere usque ad plenam & perfectam ſolutionem, & ſatisfactionem damni, & intereſſe penarum, & omnium expenſarum factarum, & faciendarum. Et è converſo, quod ſi dicti Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ ſeu alter eorum non attenderit, vel non ſervaverit, ſeu contra prædicta, vel aliquod prædictorum venerit vel fecerit ullo modo, vel cauſſa, vel ingenio, de Jure, vel de facto, dictum Commune Brixiæ vel ejus Rector poſſit & debeat denuntiari dictis Dominis Capitaneis, vel Rectoribus dictarum Civitatum Veronæ, & Mantuæ, ſeu ei qui contrafecerit, vel venerit, qualiter dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ & Mantuæ, ſeu alter eorum contravenerit, vel fecerit, & denunciatione facta dicti Domini Capitanei & Communia Veronæ & Mantuæ, vel ille, qui contrafecerit, vel venerit, teneatur infra menſem ſatisfacere, vel concordare cum dicto Communi Brixiæ, quod ſi non fecerit, vel non concordaverit, ut dictum eſt, dictum Commune Brixiæ, & ejus Rector poſſit res, perſonas, & bona dictorum Dominorum, & Communium Veronæ & Mantuæ, & cujuslibet eorum, & ſingularium perſonarum Civitatum, & diſtrictuum Veronæ & Mantuæ in Civitate Brixiæ, & etiam in quacunque alia Civitate, terra, & loco convenire, & etiam ſua auctoritate capere, & detinere, & habere, usque ad plenam & perfectam ſolutionem, & ſatisfactionem damni, intereſſe, pænarum & omnium expenſarum factarum, & faciendarum. Et ſuper prædictis, pactis & Capitulis ordinentur & celebrentur Contractus, ſicut melius, & plenius videbuntur ordinandi, & celebrandi. Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta in continenti in ipſis Conſiliis ſupraſcriptus Dominus Guilielmus Sindicus, & ſindicatio nomine ut ſupra, & ſupraſcripti Domini Alexander, & Andriolus Sindici, & ſindicariis nominibus, ut ſupra, viciſſim, inter ſe ſe ſocietatem, Fraternitatem, & Unionem ineuntes facientes & contrahentes ſecundum formam præſcriptam ſolemni ſtipulatione ſibi viciſſim promiſerunt, & inſuper in animas eorum, quorum ſunt Sindici, Procuratores, & Nuntii, juraverunt corporaliter ad Sancta Dei Evangelia tactis ſcripturis attendere & obſervare inviolabiliter, & non contrafacere vel venire in aliquo ullo modo, ingenio vel cauſa, de jure, vel de facto ſub pæna, & in pæna decem millium librarum Imperialium Lombardorum, quæ pæna ad omnia, & ſingula Capitula referatur, & pro ſingulis Capitulis non ſervatis committatur contra Partem non attendentem, & peti, & exigi poſſit ſemel, & pluries per Partem attendentem a Parte non attendente quotieſcunque contra prædicta, vel aliquid prædictorum ventum ſeu factum fuerit, vel non ſervatum. Et pæna ſoluta, vel non, prædicta omnia, & ſingula in ſua firmitate perdurent cum eadem pæna, ſtipulatione, præmiſſione & exactione. Renuntiantes ad invicem per pactum exceptioni doli mali, & in factum, conditioni ſine cauſa, vel ex injuſta Cauſa beneffitio reſtitutionis in integrum, litteris impetratis, vel impetrandis, & beneficio cujuslibet legis, & Canonis, ac etiam Statutis, & Reformationibus dictarum Civitatum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, & etiam Civitatis, & Communis Brixiæ generalium, & ſpetialium obviantibus, derogantibus, vel quæ in aliquo obviare & derogare poſſent prædictis, vel alicui prædictorum quocunque modo, & etiam cuilibet alii Juri, per quod dici, vel fieri, vel venire poſſet contra prædicta, vel aliquod prædictorum. Et ea ſibi ad invicem per pactum expreſſum remittentes, & cum refectione & reſtitutione damnorum, & expenſarum, ac intereſſe. Et renuntiantes dicti Sindici ad invicem, ſindicariis nominibus, quibus ſupra Privilegio Fori ſe, ſeu dictus Partes, & dicta Communia ubique conveniendos & ſoluturos plenarie conſtituerunt. Capitibus quibus omnibus, & ſingulis obſervandis, & plenius attendendis, iidem dicti Sindici, Procuratores, & Nuntii ſindicariis nominibus, & vicibus ſupra obligaverunt ſibi ad invicem omnia bona dictorum Dominorum & Communium. Conſtituentes ſe ſe alterum alterius nomine poſſidere, vel quaſi &c. Et ad majorem firmitatem omnium prædictorum Nobilis Miles Dominus Marſilius Polaptiſana de Padua honorabilis Poteſtas Brixiæ. Et Domini Jacobinus de Palazolo Prior Practicorum Brixiæ, Lanfrancus Medici, Nicolaus Gaydi: Avoſtinus de Celinciotiis, & Moreſchinus de Monte claro Conſiliarii ipſius Domini Prioris, Ferramondus de la Ripa Judex, Abbas Antianorum Pacis & Populi Brixiæ. Romagnolus Roani Notarius. Reſtaurus de Beldecaris Notarius. Johannes de Calvixano Notarius, Benvenutus Bonazunte. Tancredus Giſelberti, Jacobinus de Cagnolii Not. Albertinus Domini Cechini de la Palatria. Michelinus de Lera. Obertinus Lucii, Johannes de Tayernis, & Franceſchinus filius Lanfranchi de Goyono, omnes Antiani Pacis & Populi Brixiæ. Et Dominus Conradus de Palazo. Dominus Mapheus de Madiis, Dominus Philibenius de Bottaciis. Dominus Bernardus de Madiis, Dominus Girardus de Labara. Dominus Ugo de Salobo. Dominus Avinis de Tanghettinis. Dominus Anibal de Calvixano. Dominus Guelfus de Ugonibus. Dominus Martinus de Logabo. Dominus Bernardus de Penzano. Dominus Raymondinus de Ugonibus. Dominus Cazaglinus de Cazago. Dominus Venturinus de Creſterio. Dominus Conradus de Boiszonibus. Dominus Guilielmus de Ugonibus. Dominus Petrus de Palazo. Dominus Petonus de Palazo. Dominus Bertolinus de Bambariga. Dominus Zaronus de Palazo. Dominus Rizardus Carzanonus. Dominus Yſuardinus de Saraga. Dominus Ziliolus de Ugonibus. Dominus Melinus de Ugonibus. Dominus Benvenutus de Belinis D. Lanfrancus Andrearii. Dominus Baldiginus de Clary. Dominus Brixianus de Boyponibus. Dominus Nicolinus de Caligariis. Dominus Albertus de Confanoneriis. Dominus Petrus de Mayrano. Dominus Rayneníus de Fredericis. Dominus Venturinus de Carpenedulo. Dominus Bonfantinus de Gayfamis. Dominus Corachinus de Fogolinis. Dominus Lanfranchinus de Cazago. Dominus Inverardus de Rothego. Dominus Martinus de Carpolo. Dominus Patinus de Agtezanis. Do-

ANNO 1305.

ANNO 1305. Dominus Facinus de Furaga. Dominus Lanfranchinus Gallus. Dominus Viliolus de Schelinis. Dominus Clarinus Marini. Dominus Petrus de Lomello. Dominus Bertolinus de Mompiano. Dominus Ugolinus de Ugonibus. Dominus Johannes Andreacii. Dominus Pasinus de Ugonibus. Dominus Florenus de Madiis. Dominus Bonus de Herbusco. Dominus Ubertus de Cilincyntris. Dominus Philippus de Palazo. Dominus Nicolinus Guertii. Dominus Brixianus de Labe. Dominus Brixianus de Falconibus. Dominus Petrus Gallus. Zoynus Saletharius. Zeliolus de Frontegnano. Arighettus de Gorzonibus. Lanfranchinus de Moretonibus. Fratonus Mercator. Petrus Boyanus Brixianius de Jordanis, Mapheus Vilani. Petrus Mayacapra. Barutus de Gayi, Albertus de Virola. Venturinus Capra Mercator. Tettonus de Tisseris, Tomarinus de Monretonibus. Marchesius de Gaydo. Petrus Domini Bernardi de Mayrano. Marchettus Spinazarius, Johanninus de Iseo. Bernardinus de Ugonibus. Dominus Balduynus de Ugonibus. Dominus Mapheus de Chizolis. Dominus Bertolus de Madiis. Dominus Alexander de Tanghettinis. Dominus Philippinus dell' Anello Lungo. Dominus Lancellotus de Marniutino. Dominus Jacobus de Nubolinto. Dominus Guielminus de Calisio. Dominus Melliolus de Grumotello. Viliolus de Schelinis. Dominus Pantaleon de Burno. David de Comezano. Brixianus Pentolius. Bernardus de Mayrano. Bertolinus de Tanghettinis, Dominus Domasellus de Mandugavenis. Dominus Lantelminus de Bagualo. Dominus Fredrighinus dell'Anello Lungo. Dominus Polus de Tanghettinis. Dominus Franceschinus de Prignachis. Lanfrancus de Ripa. Dominus Venturinus Honietti. Dominus Leliolus de Lograd. Dominus Galeottus Domini Frederici de Madiis. Dominus Obizo de Lomello. Dominus Vitalis de Bellinis. Dominus Lafrentus de Bazoardis. Dominus Gerardus de Saxolo Draperius. Dominus Johannes de Pescheris. Dominus Cavalcha de Salis. Dominus Arelmondus Verza. Armenulfus Tinctor. Bonacursius de Monteclaro. Dominus Agnellinus de Agnellis. Johannes Castagna. Nicolaus de Camezano. Guifredinus de Falconibus. Ognabenus Cazaghini. Stephanus de Rouaris. Dominus Jacob de Mauris. Dominus Johannes de Calino. Conradus de la Ripa. Franceschinus de Bornabo. Prevaninus de Belasiis Ugolinus de Quinzano; Liorunus de Ghisellis. Bertolinus de Ferrarinis. Dominus Merestatus de Muro. Marinus de Brocchis. Dominus Ventuoinus quondam Domini Odolini de Tetociis, Johannes de Mazabuliis. Azobenus de Peschera. Abertinus de Gardinalibus. Gratiolus Zanasii. Bonus de Rezato. Bertonus de Ganarib. Johanninus de Fisoni de Trenzano. Crecimbenus quondam Marchetti de Vrago, Johannes de Falconibus, Geraldinus de Perfettis, Fredrighinus de Belariis. Menelaus de Cazago. Jacobinus de Rozonibus. Pasinus de Gayfaniis. Johannes de Roziis. Johanninus de Valizano. Johanninus de Baliis. Scontemercati Feri. Bertolinus de Sizano. Jacob de Lera. Nicolaus de Pasturellis. Gaifredinus de Pontebio. Galvagninus de Truffis. Roselus della Nuce. Valerinus Magistri Singibaldi. Bassaninus de Cagnolis. Bertolinus de Patrino. Ziliolus de Beliemis. Franceschinus Tarzagho de Monte. Ottolinus de Tomellinis. Albertinus de Gergolis. Fredrighinus de Occanonibus. Ogerinus de Concesio. Johannes de Belamicis. Johanninus Roani. Draghinus de Parte Alboyn, Amathinus de Cavezano. Belinus de Scamoiseriis. Conradus de Pellariis. Et omnes alii Consiliarii, qui in dictis Consiliis fuerunt presentes, qui fuerunt dictæ Partes, & plus dictorum Consiliariorum in animas suas prædictam Societatem, Fraternitatem, & Unionem factam, initam, & contractam per dictos Sindicos sindicariis nominibus, quibus supra, inter dictos Dominos Potestatem, Capitaneos & Communia, & Universitates prædictarum Civitatum Brixiæ, Veronæ, & Mantuæ, & omnia, & singula in ipsa Societate, Fraternitate, & Unione contenta, tactis scripturis ad Sancta Dei Evangelia corporaliter juraverunt habere, tenere, & servare perpetuò firma, & rata, & nunquam, pro se vel aliqua causa, vel ingenio de jure, vel de facto contrafacere, vel venire.

Actum est hoc in Pallatio Majori Communis Brixiæ in Consiliis C. C. C. C. & generali dicti Communis voce preconum, & sono Campanarum more solito congregatis ibidem specialiter, pro prædictis. Die Veneris XXI. Madii millesimo trecentesimo quinto, Indictione Tertia, Presentibus Dominis Jacobo de Capucciis de Forlino. Tomasio de Frontibus de Parma, Jacobo de la Fratta de Bononia, & Johanne de Biemis de Padua Judicibus suprascripti Domini Potestatis Brixiæ, atque Johanne Lavezario. Ardezono de Rizeriis, & Jacobino de Canton. Preconibus dicti Communis Brixiæ, & pluribus aliis testibus rogatis. ANNO 1305.

Ego Brixianus de Soyano Notarius publicus, & dictator suprascripti Domini Potestatis & Communis Brixiæ, hiis affui, & rogatus de prædictis cum pluribus aliis Notariis hanc Cartam scripsi.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 21. Martii 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 22. Martii 1720.

XVII.

Pax inter ALBERTUM I. *Romanorum Regem, &* WENCESLAUM V. *Bohemiæ & Poloniæ Regem, quâ* WENCESLAUS *Banno in Patrem ejus Bohemiæ, & Poloniæ Regem, nec non heredes, & successores illius promulgato absolvitur, aliique eidem adhærentes honoribus ac juribus plene, atque integrè restituuntur. Datum apud Nurmberg 15. Calend. Septemb. Anno Domini* 1305. *Regni sui VIII. Indictione III.* [GOLDASTI *Constitutiones Imperiales* Tom. I. pag. 317.] 18. Août.

NOS ALBERTUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Augustus, ad universorum notitiam tenore præsentium volumus pervenire. Quòd super discordia, quæ inter nos ex una parte, & illustrem quondam Wenceslaum Bohemiæ, Poloniæque Regem ex altera, vertebatur, dum vixit, ad * cum ejus filio Illustri Wenceslao Bohemiæ Poloniæque Rege, avunculo & Principe nostro charissimo, concordiæ, quam cum eo cunctis diebus vitæ nostræ servare bona fide promittimus, devenimus unionem.

1. Primo quòd omnis excessus, si quos ipsius avunculi nostri Bohemiæ & Poloniæ Regis genitor prædictus in nos vel Imperium quocunque modo commisit, propter quos in ipsum genitorem suum nostra legalis sententia lata, vel bannum promulgata fuissent, quæ ejus se extenderent ad heredes prædictum Venceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem avunculum nostrum, prædicti quondam Wenceslai Bohemiæ & Poloniæ Regis filium heredem & successorem, ac heredes suos, ab ipsis excessibus suis & bannis absolvimus, & in perpetuum auctoritate Regia reddimus & esse volumus omnimodò absolutos.

2. Promittimus præterea in Regia fide prædictum Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, avunculum nostrum, heredes & successores suos Bohemiæ & Poloniæ Reges in ipsis Bohemiæ & Poloniæ Regnis, & omnibus aliis Principatibus & terris ac juribus, & omnibus aliis, quæ ad ipsum Wenceslaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, avunculum nostrum, ex successione paterna vel quocunque alio titulo pervenerunt, nec de jure nec de facto, toto vitæ nostræ tempore aliquatenus impedire, etiamsi aliquod jus, quod vulgariter dicitur Anspruch/ nobis vel Im-

ANNO 1305. perio in eis competeret, vel diceremus competere, vel nobis aut Imperio aliqua competere videretur. Sed ipſe Wenceſlaus Bohemiæ & Poloniæ Rex, avunculus noſter, heredes ac ſucceſſores ſui Bohemiæ & Poloniæ Reges, prædicta Regna, Principatus, terras ac omnia ſupradicta cum pleno dominio, & omnibus Regnorum, Principatuum & terrarum ipſarum titulis, honoribus, juribus, jurisdictionibus, utilitatibus in terra & ſupra terram, in Regnis, Principatibus ac omnibus prædictis & ex eis provenientibus, feudalia jure feudi, propria verò & hereditaria jure proprietatis & hereditario debent obtinere in perpetuum, & ea liberè & pacificè poſſidere.

3. Illuſtres præterea, Ottonem & Stephanum Duces Bavariæ; Ottonem, Hermannum, Joannem & Valdemarum Marchiones de Brandenburg, qui in guerra & diſcordia prædicta, quæ inter nos & prædictum quondam Wenceſlaum Bohemiæ & Poloniæ Regem vertebatur, ipſius Regis Bohemiæ fautores & adjutores fuerint; inſuper omnes alios, qui notabiliter & actualiter adjutores vel fautores prædicti Regis Bohemiæ & Poloniæ contra nos in eadem diſcordia ſunt vocati & inventi, ſive ſint banniti, ſive proſcripti vel ablitigati per nos vel per alios, prædictæ concordiæ & unioni includimus, & incluſos eſſe volumus præſentium tenore, & eos omnibus bonis in prædicta concordia, propter præſtitum contra nos prædicto Regi Bohemiæ adjutorium vel favorem eis ablatis, & honoribus & juribus eorum reſtituimus, & eſſe volumus, plenè & integrè reſtitutos; nec quod eis ex hoc in ipſis bonis & eorum juribus & honoribus ulla diminutio vel læſio aut præjudicium aliquod generetur.

4. Promittimus inſuper ſuper terris, hominibus, bonis & juribus terræ Uratislavienſis ſtare dictis & ordinationi Spectabilium virorum, Bertoldi Comitis de Hennenberg & Burchkhardi Burggravii de Magdeburg per nos & prædictum Wenceſlaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, avunculum noſtrum, ad hoc concorditer electorum.

5. De munitionibus autem, ſi quas ipſius Wenceſlai Bohemiæ & Poloniæ Regis, avunculi noſtri, Progenitores in terra Egrenſi, quam cum ſuis pertinentiis ipſe Wenceſlaus Bohemiæ & Poloniæ Rex, avunculus noſter, ea integritate, quâ ipſa terra genitori ſuo per felicis memoriæ ADOLPHUM Romanorum Regem, præceſſorem noſtrum, * olim fuit, compromiſit nobis reſtituere, ſua pecunia comparaverunt, inter nos & ipſum Wenceſlaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, avunculum noſtrum, taliter eſt ordinatum, ut eædem munitiones diſcuſſioni juris ſubjaceant: utrum videlicet ad nos, vel ad ipſum Wenceſlaum Bohemiæ & Poloniæ Regem, avunculum noſtrum, debeant pertinere, niſi ipſas idem Wenceſlaus Bohemiæ & Poloniæ Rex, avunculus noſter, à nobis in feudum voluerit obtinere. In cujus rei teſtimonium præſentes exinde conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri Literas. Datum apud Nurmberg, XV. Calend. Septemb. Indict. III. Anno Domini M. CCCV. Regni verò noſtri anno VIII.

XVIII.

8. Novembre. *Fœdus inter Commune* PARMÆ *ex unâ, & Communia* VERONÆ, *ac* MANTUÆ *ex alterâ parte. Promittunt ſibi invicem amicitiam firmam & ſtabilem, defenſionem, & auxilium mutuum adverſus quoſcunque, præſertim verò Marchionem* ESTENSEM. *Actum Veronæ* 8. *Novembris Anno* 1305. *Indictione III.* [Authentique tiré des Archives Archi-Ducales de Mantoüe.]

IN Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Beatæ Mariæ Virginis ejus Matris, die Lunæ octavo Novembris Milleſimo trecenteſimo quinto, Indictione tertia. Veronæ in Palatio Majori Domini Alboyni de la Scala Communis, & Populi Veronæ Capitaneus generalis preſentibus Nobilibus & discretis Viris Dominis Nicolao olim Domini Bernardi de Altemanno Legum Doctore, Conrado de Ziltis de Imola Communis Veronæ Judice, Baylardino olim Domini Zufredi de Nojarolis, Bernardo quondam Domini Ranutii, & Bommaſſario Notario quondam Domini Zambonini Veronenſibus teſtibus vocatis, & rogatis. Hæc eſt forma Societatis, Fraternitatis, Unionis, & Ligæ factæ, initæ, contractæ, & completæ inter Nobilem, & Magnificum Virum Dominum Gubertum de Corrigia Dominum, & defenſorem Communis, & Populi Mercadandiæ, Artium & Miſteriorum Civitatis Parmæ, Protectorem, & Gubernatorem, ex auctoritate, & baylia ſibi attributa per Conſilia generalia Communis, & Populi Civitatis Parmæ, pro ſe, & ſuo proprio nomine, ac etiam vice, & nomine Communis Parmæ, atque ipſum Commune Parmæ ſeu discretum Virum Dominum Benedictum Notarium de Zabolis, Sindicum, Procuratorem, Actorem, & Nuntium ejusdem Domini Guberti, & Communis Parmæ, ut de ſindicatu conſtat Inſtrumento publico ſcripto per Franceſchinum Notarium quondam Domini Jacobini de Ponrremulo ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto, Indictione tertia, die quarto Novembris, ibidem producto, & lecto, ſindicario, procuratorio & actorio nomine eorundem ex una parte, & Nobiles, & Magnificos Dominos Alboynum de la Scala, Communis, & Populi Veronenſis Capitaneum generalem pro ſe, & ſuo proprio nomine, ac etiam vice, & nomine Communis Veronæ, ſeu discretum Virum Dominum Johannem Notarium de Pellegrino, Sindicum, Procuratorem, Actorem, & Nuntium ejusdem Domini Alboyni, & Communis Veronæ, ut de ſindicatu conſtat Inſtrumento publico ſcripto per Bonaventuram Notarium de Sancta Sofia, ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto, Indictione tertia, die octava Novembris ibidem producto, & lecto, ſindicario, procuratorio, & actorio nomine eorundem, & Guidonem de Bonacolſis, Communis & Populi Mantuani Capitaneum generalem pro ſe, & ſuo proprio nomine, ac etiam vice, & nomine Communis Mantuæ, atque ipſum Commune Mantuæ, ſeu diſcretum Virum Dominum Bonum de Aſcendis, Notarium, Sindicum, Procuratorem, Actorem, & Nuntium ejusdem Domini Guidonis, & Communis Mantuæ, ut de ſindicatu conſtat Inſtrumento publico ſcripto per Adelberium Notarium de Adelberiis Mantuanum Civem ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto, Indictione tertia, die Sabbati ſexto Novembris ibidem, producto & lecto, ſindicario, procuratorio, & actorio nomine eorundem ex altera. Primo videlicet, quod prædicti Domini Capitanei, & dictus Dominus & defenſor, atque Communia, & Univerſitates prædictarum Civitatum ſint, & eſſe debeant, & intelligantur perpetuò veri, fidi, conſtantes, & legales Amici conſilio, facto & opere, & bene, & obſequioſe invicem, ſe habere, & tractare, & cum effectu facere, quæcumque viderint eis fore utilia, & mala omnia, quæ eisdem poſſent contingere ſuo poſſe prohibere. Item, quod prædicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ defendent, manutenebunt, & conſervabunt toto ſuo poſſe cum perſonis, & avere dictum Dominum Gubertum, & Commune Parmæ contra omnes, & ſingulas perſonas, Civitates, Communitates, & loca, & maxime contra Marchionem Eſtenſem, & contra Terras, & Communitates, ei ſubjectas, adjuvando, & defendendo, manutenendo, & conſervando dictum Dominum Gubertum, & dictum Commune Parmæ, in omnibus, & ſingulis eorum & cujuslibet eorum honoribus, Juribus, & Jurisdictionibus, vel quaſi cum perſonis, & avere contra omnes & ſingulas perſonas, Civitates, Communitates & loca, & maxime contra prædictum Marchionem, & Terras & Communitates ei ſubjectas, & prædicto Marchioni, & Terris, & Communitatibus ei ſubjectis, ac etiam omnibus & ſingulis, quibus dictus Dominus Gubertus, & Commune Parmæ vellent guerram facere, vel movere, facient vivam guerram toto poſſe cum perſonis, & avere, ubicunque in omnibus locis, & terris, per terram, & per aquam: Nec de guerra mota, vel movenda dicto Marchioni, & Terris & Communitatibus ei ſubjectis dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ ceſſabunt, vel derunt dicto Domino Guberto, & Communi Parmæ, quousque dictus Marchio pulſus, & privatus non fuerit terris Mutinæ, Regii, & Ferrariæ. Nec cum eis vel eorum aliquo ad pacem, treuguam, pactionem, ſeu conventionem aliquam, ſeu aliud quocunque nomine cenſeatur, pervenient, ſeu pacem, vel treuguam, pactionem, ſeu conventionem aliquam, ſeu aliud quocunque nomine cenſeatur facient, vel tractabunt, aut tractari facient ſine voluntate dicti Domini Guberti, & dicti Communis Parmæ, & ſine voluntate expreſſa Communis Bononiæ. Et è converſo quod præ-

ANNO 1305.

ANNO 1305. prædictus Dominus Gubertus, Dominus & Defensor Parmensis, & dictum Commune Parmæ defendent, manutenebunt, & conservabunt toto suo posse cum personis, & avere dictos Dominos Alboynum, & Guidonem Capitaneos, & quemliber eorum, & dicta Communia Veronæ & Mantuæ contra omnes, & singulas personas, Civitates, Communitates, & loca, & maximè contra Marchionem Estensem, & contra Terras, & Communitates ei subjectas, adjuvando, & deffendendo, manutenendo, & conservando dictos Dominos Alboynum, & Guidonem Capitaneos, & dicta Communia Veronæ & Mantuæ in omnibus, & singulis eorum, & cujuslibet eorum honoribus, juribus, & jurisdictionibus, vel quasi cum personis, & avere contra omnes & singulas personas, Civitates, Communitates, & loca, & maximè contra prædictum Marchionem, & Terras, & Communitates ei subjectas, & prædicto Marchioni, & Terris, & Communitatibus ei subjectis, ac etiam omnibus, & singulis, quibus dicti Domini Alboynus, & Guido Capitanei, & dicta Communia Veronæ, & Mantuæ vellent guerram facere, vel movere, facient vivam guerram toto posse cum personis, & avere, ubicunque in omnibus locis, & Terris, per Terram, & per aquam, nec de guerra mota, vel movenda dicto Marchioni, & Terris, & Communitatibus ei subjectis dictus Dominus Gubertus, Dominus, & defensor Parmensis, & dictum Commune Parmæ cessabunt, vel deerunt dictis Dominis Alboyno, & Guidoni Capitaneis, & dictis Communibus Veronæ, & Mantuæ, quousque dictus Marchio pulsus, & privatus non fuerit Terris Muttinæ, Regii, & Ferrariæ, Nec cum eis, vel eorum aliquo ad pacem, treuguam, pactionem, seu conventionem aliquam, seu aliud, quocunque nomine censeatur pervenient, seu pacem, vel treuguam, pactionem, seu Conventionem aliquam, seu aliud, quocunque nomine censeatur, facient, vel tractabunt, aut tractari facient sine voluntate dictorum Dominorum Alboyni, & Guidonis Capitaneorum, & dictorum Communium Veronæ, & Mantuæ, & sine voluntate expressa Communis Bononiæ, salva semper, & reservata Societate, Fraternitate, & Unione, quam dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ habent cum Communi Brixiæ cum omnibus, & singulis pro ejus forma, & contractu contentis. Quæ autem omnia, & singula suprascriptæ Partes solemni stipulatione sibi ad invicem promiserunt, & convenerunt, videlicet dictus Dominus Benedictus Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius dicti Domini Guberti, & Communis Parmæ sindicario nomine, & vice ipsorum dictis Dominis Johanni Sindico, Procuratori, Actori, & Nuntio dicti Domini Alboyni Capitanei, & Communis Veronæ, & Bono Sindico Procuratori, Actori, & Nuntio dicti Domini Guidonis Capitanei, & Communis Mantuæ, Sindicario, & Procuratorio nomine ipsorum, & pro ipsis recipientibus, & stipulantibus, & è converso dicti Domini Johannes Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius dicti Domini Alboyni Capitanei, & Communis Veronæ, & Bonus Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius dicti Domini Guidonis Capitanei, & Communis Mantuæ Sindicario, & Procuratorio nomine eorundem de Verona, & de Mantua dicto Benedicto Sindico, Procuratori, Actori, & Nuntio dicti Domini Guberti, & Communis Parmæ Sindicario, & Procuratorio nomine ipsorum de Parma recipienti, & stipulanti per pactum expressum attendere, integraliter, & observare, & ea omnia, & singula firma, rata, & incommutabilia perpetuo habere, tenere, & de jure, vel de facto nunquam contrafacere, vel venire ullo ingenio, modo, vel causa, sub pæna, & in pæna duum milium Marcharum Argenti cum stipulatione præmissa, quæ pæna toties committatur, & per partem attendentem possit contra partem non attendentem peti, & exigi cum effectu, quoties fuerit in aliquo contrafactum, vel non servatum, & pæna commissa, & soluta semel & pluries, contractus præsens in sua nihilominus in perpetuo permaneat firmitate. Præterea dictus Benedictus Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius dicti Domini Guberti Domini, & Defensoris Communis, & Populi Parmensis, nec non ipsius Communis Parmæ, & dictus Johannes Sindicus, & Procurator, Actor, & Nuntius dicti Domini Alboyni Capitanei generalis Communis, & Populi Veronensis, nec non ipsius Communis Veronæ, & dictus Bonus Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius dicti Domini Guidonis Capitanei generalis Communis, & Populi Mantuani, nec non ipsius Communis Mantuæ prædicta omnia, & singula Capitula, & pacta, & quæcunque in præsenti Contractu continentur ad alterutrum Pars Parti perpetuo attendere, & observare, & nunquam de jure, vel de facto contrafacere, vel venire ullo ingenio, modo, vel causa in animabus eorum, quorum sunt Sindici Procuratores, Actores, & Nuntii tactis scripturis corporaliter ad Sancta Dei Evangelia juraverunt: ad robur plenius omnium prædictorum, renuntiantes insuper dicti Sindici, Procuratores, Actores, & Nuntii Sindicariis nominibus, quibus supra, actioni, & exceptioni doli mali, & infactum, conditioni sine causa, vel ex injusta causa, Litteris, & Rescriptis impetratis, vel etiam impetrandis, & omni alii Juri, & Canoni per quod contra prædicta, vel aliquod prædictorum ullo modo posset fieri, vel venire: prædicta omnia, & singula Pars Parti perpetuo, & inviolabiliter sibi invicem attendere, & observare solemniter promittentes, & per pactum convenientes sub obligatione bonorum omnium dictarum partium, & refectione totius damni, & omnium expensarum.

ANNO 1305.

L. H. T. Ego Adelberius de Adelberiis sacri Palatii Notarius publicus his interfui, & rogatus publice scripsi, signumque meum consuetum apposui.

Mandatum Capitanei, & Communis Mantuæ. 6. Novembre.

Datum 6. Novembris Anno 1305. Indictione III. [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

IN Nomine Christi die Sabbati sexto Novembris millesimo trecentesimo quinto, Indictione tertia, præsentibus Dominis Baylardino de Nogarolis, Passarino de Bonacolsis, Guidone de lá Turre, & Guilielmo de Anxandris testibus rogatis in Domo habitationis infrascripti Domini Capitanei Mantuani. Ibi Nobilis, & Magnificus Dominus Guido de Bonacolsis, Capitaneus generalis Communis & Populi Mantuæ, & vigore arbitrii sui, & plenitudine potestatis, quam habet a Communi Mantuæ, & qua plene, & publicè fungitur, fecit, constituit, & ordinavit suo nomine, & nomine, & vice Communis, Populi, & Universitatis Mantuæ Bonum Notarium de Axendis præsentem, & recipientem suum, & Communis, & Populi ejusdem Mantuanæ Civitatis, Sindicum, Procuratorem, Actorem, & Nuntium ad faciendum, ineundum, tractandum, & complendum insimul, & unanimiter cum Magnifico Domino Alboyno de lá Scala Communis, & Populi Veronensis Capitaneo generali, & nomine, & vice Communis Populi, & Universitatis Veronæ seu eorum Sindico pro eis Fraternitatem, Societatem, Unionem, & Ligam inter Nobilem, & Magnificum Dominum Gubertum de Corrigia, Dominum, & defensorem Communis, & Populi Mercadandiæ, Arrium, & Misteriorum Civitatis Parmæ Protectorem, Gubernatorem pro ipso Domino Guberto, & ejus proprio nomine, ac Communi, & Populo Parmæ, seu ejus, vel eorum Sindicum eorum nomine ex una parte, & ipsos Dominos Alboynum de la Scala Communis & Populi Veronæ generalem pro ipso Domino Alboyno, & ejus proprio nomine, ac Communi & Populo Veronensi, seu ejus, vel eorum Sindicum eorum nomine, atque se Guidonem de Bonacolsis, Communis, & Populi Mantuani Capitaneum generalem pro ipso Domino Guidone, & ejus proprio nomine, ac Communi, & Populo Mantuano ex altera, & inter dicta Communia, & Populos Civitatum Parmæ, Veronæ, & Mantuæ, & ad promissiones, obligationes, stipulationes, Renuntiationes, pacta, & Conventiones faciendas, & promittendas cum pænis, & sine pænis, ac etiam recipiendas, & ad jurandum in Anima ipsius Domini Guidonis, & etiam Communis Mantuæ prò omnibus, & singulis suprascriptis cum suis contingentibus attendendis, & observandis perpetuo per ipsum Dominum Guidonem pro se, & suo proprio nomine, & vice, & nomine dicti Communis Mantuæ. Et generaliter ad omnia & singula faciendum, ineundum, tractandum, & complendum in prædictis, & circa prædicta, quæ eidem Sindico, Procuratori, Actori, & Nuncio necessaria, vel utilia quomodolibet videbuntur. Dans, & concedens dictus Dominus Guido Capitaneus Mantuæ nominibus quibus supra, dicto Bono suo, & dicti Communis, & Populi Mantuani Sindico, Procuratori, Actori, & Nuntio plenam, liberam, & generalem Administrationem & plenum, liberum, & generale Mandatum in omnibus, & singulis suprascriptis, atque no-

ANNO 1305. nominibus, quibus supra, eidem, & mihi Notario stipulantibus, & recipientibus vice, & nomine omnium, quorum interest vel intererit solemni stipulatione, promittens se, & dictum Commune, & Populum, & Universitatem Mantuæ ratum, & gratum habituros perpetuo, & nunquam de jure, aut de facto contraventuros, vel post habituros quidquid dictus Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius in prædictis, & circa quocunque modo duxerit faciendum, & exercendum sub obligatione omnium bonorum suorum, & dicti Communis Mantuæ.

L. H. T. Ego Adelberius de Adelberiis sacri Palatii Notarius publicus his interfui, & rogatus publicè scripsi, signumque meum consuetum apposui.

4. Novembre. *Procuratio Civitatis Parmensis pro eodem Foedere. Actum 4. Novembris Anno 1305. Indictione III.* [Authentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

IN Christi Nomine millesimo trecentesimo quinto Indictione tertia, Die quarto Novembris, presentibus Dominis Johannino de Sancto Vitale, Nicolao de Foliano, & Bonefacio de Cuvaco testibus rogatis in Terra Monticulli Parmensis Diæces. Ibi Nobilis & Magnificus Vir, Dominus Gibertus de Congia, Dominus & defensor Communis, & Pop. Mercadandiæ, Artium & Misteriorum Civitatis Parmæ Protector, & Gubernator ex auctoritate, & Baylia sibi attributa per Consilia generalia Communis, & Pop. Civitatis Parmæ fecit, constituit, atque ordinavit suo nomine, & vice Communis & Pop., & Universitatis per me Benedictum de Cabalis præsentem, & recipientem suum, & dicti Communis, & Pop. Civitatis ejusdem Syndic., & Procur., Actor., & Nuncium ad faciendum, ineundum, tractandum, & complendum fraternitatem, Societatem, unionem, & ligam inter ipsum Dominum Gibertum pro se, & suo proprio nomine & Commune & Populum Parmæ ex una parte, & Magnificos Viros Dominos Alboynum de Lascalla generalem, & perpetuum Capitaneum Communis, & Pop. Civitatis Veronæ, & Guidonem de Bonacolsis Generalem, & perpetuum Capitaneum Communis, & Populi Civitatis Mantuæ, & ipsa Communia Veronæ, & Mantuæ, seu eorum Syndic. eorum, & cujuslibet eorum nomine ex altera. Et ad promissiones, obligationes, stipulationes, renunciationes, pacta, & conventiones faciendas, & promittendas cum penis, & sine penis, & etiam recipiendas, & ad jurandum in anima ipsius Domini Giberti, & etiam Communis Parmæ pro omnibus, & singulis suprascriptis, & de ipsis omnibus, & singulis suprascriptis cum suis contingentibus attendendis, & observandis perpetuo per ipsum Dominum Gibertum pro se, & suo proprio nomine, & per ipsum Commune Parmæ. Et generaliter ad omnia, & singula faciendum, ineundum, tractandum, & complendum in prædictis, & circa predicta quæ eidem Syndic. Procur. Actor., & Nuncio necessaria, vel utilia videbuntur. Dans, & concedens dictus Dominus Gibertus Dominus & Defensor nominibus quibus supra, dicto Benedicto suo, & dicti Communis & Pop: Parmæ Syndic. Proc. Actori & Nuntio plenam, liberam, & generalem administrationem, & plenum, liberum, & generale mandatum in omnibus, & singulis suprascriptis, atque nominibus quibus supra eidem, & mihi Notario stipulanti, & acceptanti vice, & nomine omnium quorum interest vel intererit solempni stipulatione promittens predictum Commune, & Populum, & Universitatem Parmæ ipsumque Dominum Gibertum, Dominum, & Defensorem Civitatis ejusdem, ratum & gratum habituros perpetuo, & nunquam de Jure, aut de facto contraventuros, vel post habituros quidquid dictus Sindicus, Procurator, Actor, & Nuncius in predictis, & circa quocunque modo duxerit faciendum, & exercendum sub obligatione omnium bonorum dicti Domini Giberti Domini, & defensoris Communis Parmæ, & ipsius Communis Parmæ.

L. H. T. Ego Franceschinus tamquam Domini Jacobini de Pontemullo auctoritate Imperiali Notarius & dicti Domini Giberti Notarius hiis omnibus interfui, & hac carta rogatus scripsi.

ANNO 1305.

Cum Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius, Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 29. Februarii 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die prima Martii 1720.

XIX.

Liga & Fœdus perpetuum inter Civitatem BONONIAE *ex unâ, & Civitates* MANTUAM, *ac* VERONAM *ex alterâ parte. Promittunt se eosdem amicos, & inimicos habituros, hostes oppugnaturos communibus armis terrâ marique, nec pacem aut aliam conventionem facturos sinè mutuo consensu. Actum Mantuæ 11. Januarii 1306. Indictione IV.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.] 1306. 11. Janv.

IN Nomine Christi, die Martii undecimo Januarii millesimo trecentesimo sexto, Indictione quarta præsentibus Dominis Dinadan de Simispizolis de Bononia, Nicolao de Altemanno Legum Doctore, Conrado de Imola Judice Communis Veronæ, Guidone de la Turre, & Guillielmo de Anxandris de Mantua testibus rogatis, Mantuæ & in domo habitationis Domini Capitanei Mantuani infrascripti. Ibi discretus Vir Dominus Jullianus de Forficibus Civis Bononiæ, Sindicus, Actor, Procurator & Nuntius Communis, & Universitatis Civitatis Bononiæ, ut de sindicatu constat Instrumento publico scripto per Jacobum Antonii de Ignano Imperiali auctoritate Notarium, & tunc Notarium ad discum Potestatis ad reformationes Communis Bononiæ sub anno Domini millesimo trecentesimo sexto, Indictione quarta, die vigesimo nono Decembris ibi producto sindicario nomine, & vice dicti Communis, & Universitatis Bononiæ, & pro ipso Communi, & Universitate Bononiæ ex una parte, & Nobiles, & Magnifici Domini Alboynus de la Scala Communis, & Populi Veronæ Capitaneus generalis, & Guido de Bonacolsis Communis, & Populi Mantuæ Capitaneus generalis ex auctoritate, potestate, & baylia, quam ipsi Domini Capitanei, & unusquisque ipsorum habent, & eis collatæ sunt a suis Communibus antedictis Veronæ scilicet & Mantuæ per se Dominos Capitaneos, & Communia, & Universitates dictarum Civitatum Veronæ, & Mantuæ ex altera, inter se se fecerunt, iniverunt, contraxerunt & firmaverunt societatem, fraternitatem, Unionem, & ligam perpetuam, & perpetuo inter ipsas partes valituram cum pactis, Capitulis, & conditionibus infrascriptis. Primo videlicet, quod prædictum Commune, & Universitas Bononiæ pro se, & Amicis suis, & dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ pro se & amicis suis de dictis Civitatibus Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ, qui scilicet nunc sunt Amici ipsorum Communium, & Dominorum remanebunt in futurum, ita quod una quæque Partium per se, & Amicos suos hujusmodi se se, suosque amicos prædictos ad alterutram habebunt, tenebunt, & tractabunt pro suis veris amicis. Item, quod dictum Commune, & Universitas Bononiæ pro se, & amicis suis prædictis, & dicti Domini Capitanei & Communia Veronæ, & Mantuæ pro se, & amicis suis prædictis, habebunt tenebunt, & tractabunt perpetuò inimicos suos ad alte-

ANNO 1306. alterutrum tam, qui nunc sunt inimici, quam qui fierent in futurum vel essent tam de Civitatibus Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ, & qualibet earum, quam aliunde, prò suis Inimicis, videlicet Commune, & Universitas Bononiæ inimicos dictorum Dominorum & Communium Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet eorum, & dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ, & quilibet eorum inimicos Communis Bononiæ, & eis Inimicis, ac omnibus quibus aliqua partium prædictarum vellet guerram facere, vel movere, pars altera faciet vivam guerram ad sensum, & voluntatem partis dictam guerram facere volentis vel moventis, ubicumque in omnibus locis & per terram, & per aquam, videlicet dictis Inimicis, & omnibus, quibus Commune, & Universitas Bononiæ vellet guerram facere, vel movere, dicti Domini Capitanei Veronæ, & Mantuæ, & Comnunia Veronæ & Mantuæ facient vivam guerram ad sensum, & voluntatem dicti Communis Bononiæ, ut supra. Et dictis Inimicis, & omnibus, quibus dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ vellent facere, vel movere guerram, Commune, & Universitas Bononiæ faciet vivam guerram ad sensum, & voluntatem dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ. Nec cum eis, vel aliquo eorum ad pacem, treuguam, pactionem, seu Conventionem aliquam, seu aliud quocunque nomine censeatur provenient, seu pacem, treuguam, conventionem, pactionem vel aliud, quocunque nomine censeatur facient, vel tractabunt, seu tractari facient sine voluntate expressa alterius partis, & nisi in concordia communi ipsorum omnium de societate prædicta. Item quod prædictum Commune, & Universitas Bononiæ, & dicti Domini Capitanei, & Communia, & Universitates Veronæ, & Mantuæ se se ad invicem manutenebunt, adjuvabunt, defendent, & conservabunt perpetuò toto eorum posse cum personis & Avere, videlicet dictum Commune, & Universitas Bononiæ dictos Dominos Capitaneos, & Communia Veronæ, & Mantuæ, & quemlibet ipsorum, & dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ dictum Commune, & Universitatem Bononiæ contra omnes, & singulas personas, Civitates, Communitates & loca ad sensum, & voluntatem Partis requirentis per terram, & per aquam in quocunque loco, territorio, & districtu, tam de dictis Civitatibus, & qualibet earum, quam alio quocunque, adjuvando, etiam manutenendo, defendendo, & conservando se se ad invicem, videlicet dictum Commune, & Universitas Bononiæ dictos Dominos Capitaneos, & quemliber eorum, & dicta Communia Veronæ, & Mantuæ, & dicti Domini Capitanei & Communia Veronæ, & Mantuæ dictum Commune, & Universitatem Bononiæ in omnibus, & singulis honoribus, & juribus, & jurisdictionibus, vel quasi eorum ad alterutrum cum personis, & avere, toto posse contra omnes, & singulas personas, Civitates, Communitates, & loca in quocunque loco, territorio, & districtu tam dictarum Civitatum, & cujuslibet earum, quam quocunque alio. Item quod omnes & singuli Banniti pro parte, proditione, vel malexardia Communis Bononiæ, & qui de cæterò bannirentur prò parte, proditione, vel malexardia ipsius Communis Bononiæ, ipso jure intelligantur esse, & sint banniti pro parte, proditione, & malexardia dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet eorum, nec venire, nec morari possint in dictis Civitatibus Veronæ, & Mantuæ, nec in aliqua earum neque in earum, vel alicujus earum districtibus. Et omnes, & singuli banniti pro parte, proditione, vel Malexardia dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ & uniuscujusque eorum, & qui de cetero bannirentur pro parte, proditione, vel malexardia ipsorum Dominorum Capitaneorum, & Communium, vel alicujus eorum, ipso jure intelligantur esse, & sint banniti pro parte, proditione, & Malexardia Communis Bononiæ, nec venire, nec morari possint in Civitate, neque in districtu Bononiæ. Item si contingeret aliquem, vel aliquos de bannitis Communis Bononiæ prò parte, proditione, vel malexardia habitare, vel esse aliquo tempore in Civitatibus vel districtibus Veronæ, vel Mantuæ vel alicujus earum, bannitus ille, vel banniti illi possit, & possint per Nuntium Communis Bononiæ capi personaliter, & detineri, in quocunque loco Civitatum, vel districtuum prædictarum, & cujuslibet earum reperiretur, per dictum Nuntium Communis Bononiæ, & conduci in fortiam ejusdem Communis Bononiæ, vel etiam per dictum Nuntium consignari in fortiam illius Communis, & Domini in cujus Civitate, vel districtu repertus esset, vel reperti essent, quod Commune, & qui Dominus illum bannitum consignatum, unum, vel plures teneatur quamcitius Communi Bononiæ, sub fida custodia conducendum presentare, & dare: ita etiam quod ad requisitionem Communis Bononiæ, vel ejus Nuntii dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ & Mantuæ, & quodliber eorum, & Communia, & homines Villarum & locorum districtuum earundem Civitatum, & cujuslibet earum in quibus aliquis ex dictis bannitis reperiretur, teneatur talem bannitum, vel bannitos personaliter capere, & facere, quod veniant in fortiam Communis Bononiæ. Et si contingeret aliquem, vel aliquot de bannitis dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, vel alterius eorum prò parte, proditione, vel malexardia habitare, vel esse aliquo tempore in Civitate, vel districtu Bononiæ, Bannitus ille, vel Banniti illi possit, & possint per Nuntium dictorum Dominorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet eorum capi personaliter & detineri in quocunque loco Civitatis vel districtus Bononiæ reperiretur per dictum Nuntium prædictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet eorum, & conduci in fortiam dictorum Dominorum, & Communium, vel ejus, ad cujus requisitionem captus, & detentus esset, vel etiam, per dictum Nuntium consignari in fortiam Communis Bononiæ, quod Commune Bononiæ bannitum consignatum unum, vel plures teneatur quamcitius Domino, & Communi, qui eum capi, & detineri procuraverit, sub fida custodia conducendum, presentare & dare. Ita etiam quod ad requisitionem dictorum Dominorum, & Communium Veronæ & Mantuæ, & cujuslibet eorum, vel eorum, vel alicujus eorum Nuntii dictum Commune Bononiæ, & Communia, & homines Villarum, & locorum districtus Bononiæ, in quibus aliquis ex dictis bannitis reperiretur, teneantur talem Bannitum, vel Bannitos personaliter capere, & facere quod veniant in fortiam dictorum Dominorum & Communium Veronæ, & Mantuæ, seu illius Domini, & Communis, cujus esset Bannitus, vel cujus essent banniti. Item quod prædicta pacta, & Capitula in omnibus, & singulis supra, & infra scriptis per dicta Communia Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ, & per homines de ipsis Communibus, & per Consilia, & Consiliarios ipsarum Civitatum, seu Communium jurentur, & firmentur in Consiliis ipsarum Civitatum, vel sicut, & ubi melius esse poterit, & commodius & videbitur expedire, ad majorem firmitatem prædictorum, & cum solemnitatibus opportunis fiant, & facta esse intelligantur, ut nullo obstante irrevocabilem, & perpetuam obtineat firmitatem, salvis semper, & servatis societatibus, pactis, conventionibus, & promissionibus, quæ dictum Commune, & Universitas Bononiæ habet cum Domino Guberto de Corrigia, defensore, & Domino Communis, & Populi Parmæ, & cum Communi Parmæ, cum Communi Incolæ, cum Communi Forlivii, cum Communi Faventiæ, cum Communi Bagnacavalli, cum Communi Cerviæ, cum Communi Arritii, cum Communi Pisarum, cum Blanchis Forincecis de Florentia, & eorum parte & cum Communi Pistoris. Et quæ dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ habent inter se se, & quæ habent cum Domino Guberto prædicto defensore, & Domino Communis, & Populi Parmæ, & cum Comnuni Parmæ, & cum Communi Brixiæ, & quæ dictus Dominus Capitaneus Veronensis, & Commune Veronæ habent cum Communibus Paduæ, & Vicentiæ. Quibus omnibus, & singulis societatibus, pactis, conventionibus, & promissionibus per hæc nullatenus derogetur. Quæ omnia, & singula pacta, & Capitula cum omnibus, & singulis in presenti contractu insertis, & scriptis prædictus Dominus Jullianus Sindicus, Actor, Procurator, & Nuntius prædicti Communis, & Universitatis Bononiæ, & sindicario nomine ipsius Communis, & Universitatis, & prædicti Domini Alboynus, & Guido Capitanei ipsorum Communium Veronæ & Mantuæ suo, & dictorum suorum Communium nomine, & vice sibi ad invicem. Pars Parti utrinque solemni stipulatione promiserunt, & convenerunt sibi ad invicem attendere, & servare perpetuò, & nunquam de jure, vel de facto contrafacere, vel venire per modum aliquem, seu causam sub pœna, & in pœna decem millium librarum Imperialium

ANNO 1306.

ANNO 1306. Lombardorum quæ pœna ad omnia & singula Capitula referatur, & prò singulis Capitulis non servatis committatur contra non servantem, vel non servantes, & peti, & exigi cum affectu possit semel, & pluries per servantem, & per servantes a non servante, vel non servantibus quotiescunque contra prædicta, vel aliquid prædictorum ventum, vel factum fuerit, vel non servatum, & pœna soluta semel, & pluries, vel non, prædicta omnia, & singula in sua firmitate perdurent cum ejusdem pœnæ stipulatione, promissione & exactione. Constituentes dicti Domini Contrahentes nominibus, quibus supra se se & dicta Communia ubique conveniendos pro prædictis, & integraliter soluturos, & ob hoc Fori privilegio renuntiantes, ita etiam, & tali pacto inter ipsos Contrahentes promisso, & inito expresse, quod si contingeret aliquo tempore aliquam dictarum partium prædicta omnia, & singula alteri parti non attendere, & non servare, in totum, vel in aliquo deficere, seu contra prædicta, vel aliquod prædictorum facere, vel venire ullo modo, vel ingenio, de jure, vel de facto, pars illa quæ diceret sibi servatum non esse, vel ventum, seu factum contra prædicta, vel aliquod prædictorum, teneatur denuntiare parti contravenienti, vel non servanti, vèl Potestati, & Rectori, seu Potestatibus, & Rectoribus Partis contravenientis, vel non servantis, qualiter non servavit, seu non servaverunt non servat, seu non servant, vel contravenit, seu contravenerunt in prædictis vel aliquo prædictorum; specificando ubi, & in quo. Et denunciatione facta, Pars non servans, vel contraveniens, seu quæ non servasset, vel contravenisset, infra mensem teneatur cum dicto denunciante, vel denuntiantibus concordare, & satisfacere de his, super quibus facta fuerit denuntiatio. Quod si recusaverit, & non fecerit integraliter, tunc, & deinde Pars, quæ sic denuntiaverit, & Rector seu Rectores illius Partis possit, & possint res, & bona, & personas partis non servantis, vel quæ non servasset & hominum illius Partis, seu illius Civitatis, vel Civitatum ex prædictis in Civitate, & districtu ipsius petentis, seu in Civitatibus, & districtibus ipsorum petentium, & agentis, vel agentium ad pœnas exigendas, & etiam in omni loco, & Terra convenire, & auctoritate propria capere, detinere, & habere usque ad plenam, & perfectam solutionem, & satisfactionem damni, interesse, & omnium expensarum factarum, & etiam faciendarum. Quæ omnia, & singula suprascripta prædicti Contrahentes vicissim nominibus, quibus supra inter se se Societatem, fraternitatem & Unionem facientes, & contrahentes secundum formam prælcriptam solemni stipulatione sibi invicem promiserunt & insuper in animas suas, & dictorum Communium, Consiliariorum, & hominum de ipsis Communibus, & Civitatibus Bononiæ, Veronæ. & Mantuæ corporaliter juraverunt ad Sancta Dei Evangelia tactis scripturis attendere, & observare in perpetuum, & inviolabiliter, & non contra facere, vel venire ullo modo, ingenio, vel causa, de jure, neque de facto, sub dicta pœna. Renunciantes ad invicem per pactum exceptioni doli mali, & infactum, condictioni sine causa, vel ex injusta causa, beneficio restitutionis in integrum, Litteris, & Rescriptis impetratis, & etiam impetrandis, & beneficio cujuslibet Legis, & Canonis, ac etiam Statutis, & reformationibus dictarum Civitatum, & Communium, & cujuslibet earum generali, & spetiali obviantibus & derogantibus, vel quæ in aliquo obviare, vel derogare possent prædictis, vel alicui prædictorum quocunque modo, & etiam cuilibet alii Juri, per quod contra dici, fieri, vel veniri posset in aliquo, & ea sibi ad invicem per pactum remittentes & cum reffectione totius damni, interesse, & omnium expensarum litis, & extra. Pro quibus omnibus, & singulis plenius observandis, & attendendis prædicti Contrahentes nominibus, quibus supra obligaverunt sibi ad invicem omnia bona dictorum Dominorum, & Communium, & cujuslibet eorum Constituentes se se ad alterutrum alterius nomine possidere, vel quasi.

L. H. T. Ego Adelberius de Adelberiis sacri Palatii Notarius publicus his interfui, & rogatus scribere publice scripsi, Signumque meum consuetum apposui.

L. H. T. Ego Bonaventura de Sancta Sophia Imperiali auctoritate Notarius his interfui rogatus me subscripsi signumque meum apposui consuetum, & in eodem tenore publicum Instrumentum rogatus feci.

L. H. T. Ego Petrus Bonfantini Petrizoli Imperiali auctoritate Notarius prædictis interfui, & rogatus publice scripsi, & me cum signo meo subscripsi, & in eodem tenore publicum Instrumentum confeci. ANNO 1306.

Ordinationes post Ligam factæ de parandâ viâ inter BONONIAM, *&* MANTUAM *atque ædificandâ turri, seu fortalitio in Terrâ Solariæ pro securitate dictæ viæ, & ad prohibendum ne merces ducantur per Canalem Mutinæ, nec non de obsidendis Castris, & Terris* BREGHENTINI *&* RAZOLI *à Marchione* ESTENSI *detentis. Actum Mantuæ* 11. *Januarii* 1306. *Indictione IV.* [Autentique tiré des Archives Archi-Ducales de Mantoüe.]

IN Nomine Christi Die Martis undecimo Januarii millesimo trecentesimo sexto, Indictione quarta, Præsentibus Dominis Dinadan de Simisipizolis de Bononia, Nicolao de Altemanno Legum Doctore de Verona, & Guidone de la Turre, & Guillielmo de Axandris de Mantua testibus rogatis, Mantuæ in domo habitationis Domini Capitanei Mantuæ infrascripti. Ibi post Societatem, Fraternitatem, Unionem, & ligam initam, contractam, & firmatam solemniter inter Commune, & Universitatem Bononiæ seu Dominum Jullianum de Forficibus Civem Bononiæ, Sindicum, Actorem, & Procuratorem, & Nuntium ipsius Communis, & Universitatis Bononiæ Sindicario nomine, & vice ipsius Communis, & Universitatis Bononiæ ex una Parte, & Communia, & Universitates Veronæ, & Mantuæ, seu Magnificos Dominos Alboynum de la Scalla, & Guidonem de Bonacolsis Capitaneos generales Communium & Populorum dictarum Civitatum Veronæ & Mantuæ, Nominibus suis, ac nominibus, & vicibus eorundem Communium, & Universitatum ex altera, de qua constat Instrumento publico per me Notarium hodie confecto. Idem Dominus Jullianus Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius dicti Communis, & Universitatis Bononiæ sindicario nomine, & vice ipsius Communis, & Universitatis Bononiæ, & Magnifici Domini Alboynus de la Scala Communis, & Populi Veronensis, & Guido de Bonacolsis Communis, & Populi Mantuani Capitanei generalis, suis, & dictorum Communium, & Universitatum Veronæ & Mantuæ nominibus & vicibus, pro conservatione, commoditate, honore, & bono statu communi ipsorum Dominorum Capitaneorum atque ipsorum Communium Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ amicorum suorum, & eis Adhærentium, concorditer, & unanimiter providerunt, voluerunt, statuerunt, & de certa scientia decreverunt omnia, & singula infrascripta: *Primo videlicet* quod per dicta Communia Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ fiat una Via, qua possit iri perpetuo de Bononia Mantuam, & de Mantua Bononiam libere, & secure. Ad quam Viam faciendam Bononienses, Veronenses, & Mantuani equitent uno, & eodem tempore ita quod insimul conveniant, & se se jungant in Episcopatibus Mutinæ, & Regii, vel eorum altero, & inde non discedant donec dicta Via facta erit, & completa, & hinc inde securata. Quæ quidem Via fieri debeat per dicta Communia Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ, & Dominos prædictos per Terras, & loca Episcopatuum Mutinæ, & Regii, vel earum alterius, prout dictis Dominis, & Communibus Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ utilius videbitur expedire. Ita etiam quod nullum Pedagium, seu Gabella exigi, vel accipi debeat ab aliquibus Bononiensibus, Veronensibus, nec Mantuanis per dictam Viam euntibus, & redeuntibus cum personis Mercadandiis, & rebus. Item quod per dictum Commune Bononiæ fiat, & fieri debeat una Turris, vel Fortalitium aliquod in Terra Solariæ, seu alibi ubi melius, & utilius videbitur dictis Dominis Capitaneis, & Communibus Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ, juxta Canale, quo itur de Mutina Ferrariam custodiendo, & conservando per dictum Commune Bononiæ pro securitate dictæ Viæ, ad hoc ut prohibeatur auxilium aliquod posse exhiberi per dictum Canale Civitatibus Mutinæ & Regii, vel alicui earum; & ne Mercandiæ venientes per Padum, ducantur per dictum Canale in futurum aliquo tempore: Providentes in concordia prædicti Contrahentes, Volen-

ANNO 1306. volentes, firmantes, & sibi invicem promittentes, quod strata Mercadandiarum non curret, nec fiet, nec erit, nec currere, nec fieri, nec esse ullo tempore patientur per dictum Canale de Ferraria Mutinam, & de Mutina Ferrariam, Nec aliquid per quod Stratæ Padi in aliquo detrahatur, vel derogetur. Item quod facta dicta Via per ipsa Communia Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ, communiter, & continuo procedatur ad obsidionem Castrorum, & Terrarum Breghentini, & Razoli, quæ per Dominum Azonem Marchionem Estensem in districtibus Ferrariæ, & Regii detinentur, a quorum obsidione nullatenus discedatur, donec ipsa Castra, & Terræ in fortias, & virtutes dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ deveherint, & erunt per ipsos Dominos Capitaneos Veronæ, & Mantuæ ad honorem, commodum, & bonum statum dictorum Communium Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ, & Amicorum suorum, & omnium sibi Adhærentium custodienda, & custodiendæ, ita quod deveniat & permaneat Castrum & Terra Braghentini in fortiam Domini Capitanei Veronensis, & Castrum, & Terra Razoli in fortiam Domini Capitanei Mantuani. Quibus Castris, & Terris sic perventis in manibus prædictorum Dominorum Capitaneorum, Veronæ, & Mantuæ, Commune Bononiæ teneatur toto posse ad ipsa Castra defendenda, & manutenenda ipsis Dominis Capitaneis, & cuilibet eorum suum præbere præsidium, auxilium, & favorem. Quam quidem provisionem concorditer factam, & firmatam cum omnibus, & singulis suprascriptis idem Dominus Jullianus Sindicus, Actor, & Procurator dicti Communis, & Universitatis Bononiæ sindicario nomine eorundem in animas eorum, quorum est Sindicus, & dicti Domini Alboynus, & Guido Capitanei generales Veronæ, & Mantuæ suis, & dictorum Communium, & Universitatum Veronæ, & Mantuæ nominibus, & vicibus in animas suas & Communium Veronæ, & Mantuæ tactis scripturis corporaliter juraverunt ad Sancta Dei Evangelia attendere, & servare integraliter, & nunquam de jure, neque de facto contrafacere, vel venire ullo modo, ingenio, seu causa. Et hoc insuper sibi invicem solemniter promiserunt attendere sub obligatione omnium bonorum Communium eorundem Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ. Renuntiantes expresse dicti Contrahentes ad invicem actioni, & exceptioni doli mali, & infactum, conditioni sine causa, vel ex injusta causa, litteris, & Rescriptis impetratis, & etiam impetrandis, beneficio restitutionis in integrum, ac omni Juri, legi, & Canoni expresso, & non expresso, per quod contra prædicta vel aliquod prædictorum dici, fieri, vel veniri posset, & ea omnia sibi invicem per pactum expressum remittentes.

L. H. T. Ego Adelberius de Adelberiis sacri Palatii Notarius publicus his interfui, & rogatus publice scripsi, signumque meum consuetum apposui.

L. H. T. Ego Petrus Bonfantini Petrezoli Imperiali auctoritate Notarius prædictis interfui, & rogatus me cum signo meo publice scripsi, & de hiis in eodem tenore publicum Instrumentum confeci.

Accessio Capitaneorum Partis Grasulforum Mutinæ ad Ligam Civitatum Bononiæ, Mantuæ, & Veronæ suprascriptam; cum earundem unanimi acceptatione, sub certis Conditionibus, ut videlicet, duo Castra Carpi & Mirandulæ reædificentur, ad oppugnandum melius Marchionem Estensem. Actum Mantuæ eodem die & anno 11. *Januarii* 1306. *Indictione IV.* [Autentique tiré des Archives de Mantoüe.]

IN nomine Christi, die Martis undecimo Januarii, millesimo tercentesimo sexto, Indictione quarta. Præsentibus Dominis Dinadan de Simisipzolis de Bononia. Nicolao de Altemano Legum Doctore, Conrado de Imola Judice Communis Veronæ, Guidone de Latarte, & Guielmo de Axandris, testibus rogatis. Mantuæ in Domo habitationis infrascripti Domini Capitanei Mantuani. Ibi ad requisitionem, & instantiam Nob. Viri Domini Conradi de Gonzagia Nuncii, Procuratoris, & Sindici generalis, per Viros Nobiles Dominos Egidium de Piis, & Tomasinum de Gorgano, tamquam Capitaneos partis Grasulforum Mutinæ, & pro eis, & ipsa parte, ut de Procuratorio, & sindicatu constat Instrumento publico scripto per Boninsignam de Petenariis Notarium sub Anno Domini millesimo tercentesimo sexto, Indictione quarta, die Jovis penultimo Decembris, atque per Dominos Franciscum, & Johannem de Mirandula Capitaneos partis Grasulforum Civitatis Mutinæ pro eis, & ipsa parte; Ut de Procuratorio, & Sindicatu constat Instrumento publico per eundem Notarium scripto sub eodem anno, die Veneris ultimo Decembris, visis, productis, ibidem, & admissis, ad infrascripta tolemniter constituti. Discretus Vir, Dominus Julianus de Forficibus, Civis Bononiæ, Sindicus, Actor, & Procurator, & Nuntius Communis, & Universitatis Bononiæ. Ut de Sindicatu constat Instrumento publico scripto per Jacobum Antonium de Ignano Notario sub eodem anno, die vigesimo nono Decembris, & una Magnifici Domini Alboynus de la Scala Communis, & Populi Veronæ, & Guido de Bonacolsis Communis, & Populi Mantuæ Capitanei generales. Cum auctoritate, potestate, & baylia quam habent à suis Communibus Veronæ, & Mantuæ antedictis, & qua publicè funguntur pro eis Dominis Capitaneis, & Communibus, & Universitatibus Veronæ, & Mantuæ; unanimiter, & concorditer insimul admiserunt, receperunt, & copulaverunt Dominum Nobilem, Dominum Conradum de Gonzaga Nuntium, Procuratorem, & Sindicum dictorum Dominorum Egidii Tomasini, Francischi, & Johannis Capitaneorum prædictæ partis Grasulforum de Mutina Sindicatus nomine eorundem, & pro ipsis, & ipsa parte. Nec non ipsos Dominos Egidium, Tomasinum, Francischum, & Johannem tamquam Capitaneos dictæ partis, & ipsam partem, & homines ipsius partis ad Societatem, Firmitatem, Unionem, & Ligam factam nuper initam, contractam, & firmatam inter ipsos, seu inter dictos Dominos Capitaneos, & Communia Veronæ, & Mantuæ ex una parte, & dictum Dominum Julianum Sindicum, & Sindicatorio nomine Communis, & Universitatis Bononiæ, seu ipsum Commune, & Universitate Bononiæ ex altera, & ad illa pacta, promissiones, Conditiones, & alia, quæ in forma dictæ Societatis, firmitatis, & unionis continentur, associantes, copulantes, & unientes sibi prædictum Nob. Dominum Conradum Procuratorem, & Sindicum Procuratorio, & Sindicatorio nomine ac ipsos Capitaneos partis prædictæ Grasulforum, & ipsam partem, & Homines ipsius partis, ac si in forma, & contractu Societatis, firmitatis, & unionis prædictæ specialiter, & expressim scripti, & nominati essent: Promittentes insuper per stipulationem prædicto Sindico & Procuratori præsenti, & stipulanti ut supra; eis attendere, & servare, ac in effectum mandare Capitula infrascripta, per Dominum Sindicum nomine prædictorum petita, & quæ in ipsis Capitulis continentur, videlicet. Primo petunt, & volunt, ut melius valeant facere malum, & damnum Marchionis Estensis. Quod duo Castra accipiant in Episcopatu Mutinæ, & Regii, videlicet Terra Carpi, & Terra Mirandulæ, quæ Castra, vel Loca reædificentur, & aptentur per dictam Societatem, & ipsa Castra per dictam Societatem debeant muniri de Victualibus, & aliis necessariis, ut in ipsis stare valeant pro dicta guerra Marchionis facienda. In quibus Castris petunt, quod per dictam Societatem continue teneantur usque ad guerram finitam ducenti Milites, & tercenti pedites, inter quos sint centum balestrarii, & ducenti homines a Lanceis longis. Item, si casus acciderit, Exercitum Inimicorum venire ad dicta Castra, quod infra decem dies debeat succurri, & auxiliari per dictam Societatem, ita quod Exercitus totaliter removeatur. Item quando prædicti introibunt in dicta Castra, vel Loca, volunt, quod Bononienses die, & hora ordinata equitent potenter, & hostiliter adversus Mutinenses, ad dicta Loca, & Parmenses, & Veronenses, & Mantuani similiter, & ibidem manere, & esse debeant usque quo dicta Castra sint sufficienter fortificata, & munita Victualibus, & aliis necessariis, & quo Gentes eorum sint ibi reductæ cum suis rebus. Item quod prædictæ Civitates, nec aliqua earum non debeat, nec possit facere pacem, nec treguam cum Marchione Estense, vel cum aliquibus eorum Inimicis, sine dictis Grasolfis & eorum expressa licentia, & consensu, donec ipse Marchio fuerit expulsus, & privatus omni Dominio Civitatum Mutinæ, & Regii, & Ferrariæ. Item quod prædictæ Civitates sociatim, debeant præ-

ANNO 1306.

ANNO 1306. prædictos Grasulfos reponere in omnibus eorum Bonis, Juribus, & actionibus, quæ nunc tenent, & possident, & quæ tenebant, & possidebant tempore quo fuerunt expulsi de Civitatibus Mutinæ, & Regii, & earum districtibus, vel Episcopatibus. De quibus cognoscere debeant, & possint summarie, & sine strepitu Judicii duo sapientes Juris periti, & fideles, qui possint de prædictis cognoscere, & definire, prout Deo placere crediderint, & Justitiæ convenire, qui Sapientes debeant unus per Commune Bononiæ, & alter per Dominos Capitaneos Veronæ & Mantuæ, & si ipsi concordes non essent, eligatur tertius per duos Dominos de Bononia, Verona, & Mantua, ita quod duo eorum concordes omnia possint, & eorum sententia vigorem obtineat. Item quod omnes, qui sequuntur Grasulfos, & partem eorum dictæ Civitatis Mutinæ, & Regii, videlicet qui se rebellabunt contra Marchionem Estensem, vel eos qui regerent Civitatem Mutinæ, & Regii prò eo, hinc ad duos menses, debeant tractari, & haberi per Civitates prædictas in soldo, & aliis beneficiis, sicut tractantur alii Mutinenses extrinseci, qui sunt Bononiæ, & hoc intelligatur de illis hominibus, qui videbuntur convenientes ad hoc. Item quod dicta Civitas Mutinæ, expulso dicto Marchione debeat regi, esse, & manere in communi, & sine aliqua divisione, salvo quod illi de Saxolo, & eorum sequaces, & Complices sint, & esse intelligantur, privati, & expertes ab omni honore, commodo, & benevolentia dictarum Civitatum, & Ligæ, & expelli de dicta Civitate Mutinæ, & districtu, & perpetuò intelligantur, & habeantur Inimici Capitales, & Rebelles in omnibus, & per omnia, sicut dictus Marchio. Et quod dicta Civitas Mutinæ continue eligere debeat Potestatem, & Capitaneum de Civitatibus Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ, videlicet Potestatem, vel Capitaneum de Bononia, & alter eorum de Verona, vel Mantua. Item quod per dictas Civitates Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ, & eorum Rectores fiant, & ordinentur taliter cum effectu, quod dicta pars Grasulforum, & Domini Bangoni, Boschetti, & de Savignano, & alii de eorum parte sint, & esse debeant unum, & idem, velle, & nolle ad bonum, & pacificum statum Civitatis Mutinæ, & ad honorem, & bonum statum dictarum Civitatum Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ; & ad hoc ut efficatius sequantur prædicta fiant duodecim parentelæ inter dictas Personas, videlicet Grasulfos ex una parte, & alios nominatos, & eorum Amicos ex altera. Item quod prædicta Civitas Mutinæ perpetuò sit, & esse debeat in Societate, liga, & fraternitate cum prædictis Civitatibus Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ. Et hæc omnia, & singula sub obligatione omnium Bonorum prædictorum Communium Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ. Dictus verò Procurator, & Sindicus, & Procuratores, & Sindicatorio nomine prædictorum Capitaneorum, partis prædictæ Grasulforum & prò ipsis Capitaneis, & parte Grasulforum, & hominibus de ipsa parte promisit per stipulationem prædictis Sindicis Communis Bononiæ, & Dominis Capitaneis Veronæ, & Mantuæ presentibus, & stipulantibus suo, & dictorum Communium Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ nomine, & vice, dictam Societatem, fraternitatem, & Unionem.....& quæ continentur in forma, & contractu ipsius, attendere, & servare in totum, sub obligatione omnium bonorum dictorum Capitaneorum partis, ac ipsius partis, & bonorum de ipsa parte Grasulforum. Preterea dictus D. Julianus Sindicus Communis Bononiæ, & dicti Domini Alboinus, & Guido Capitanei Veronæ, & Mantuæ, in animas suas, & in animas Consiliariorum, Communium, & Hominum Bononiæ, Veronæ, & Mantuæ, & dictus Dominus Conradus Procurator, & Sindicus dictorum Capitaneorum partis Grasulforum in animas ipsorum Dominorum Capitaneorum partis, & ipsius partis & Hominum de ipsa parte ad alterutrum, ad invicem juraverunt corporaliter tactis scripturis ad Sancta Dei Evangelia, & sibi ad invicem promiserunt prædicta omnia, & singula rata, & incommutabilia habere, & tenere perpetuò, & omnia in totum attendere, & servare, volentes & expresse decernentes, & dicentes prædicti Contrahentes, quod Domini Bangoni, Savignani, & Boscheti, & eorum sequaces de Mutina intelligantur esse, & sint in dicta Societate, Fraternitate, & Unione, ac si specialiter, ac expressim nominati, & scripti essent in ea.

A. ✠. L. Ego Adelberius de Adelberiis Mantuanus Cives, Sacri Palatii Notarius publicus, his interfui, & rogatus publice scripsi, signumque meum consuetum appposui. ANNO 1306.

A. ✠. Ego Bonaventura de Sancta Sophia, Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus presens, rogatus me subscripsi, signumque meum consuetum appposui.

A. ✠. L. Ego Petrus Bonfantini Petrizoli Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus presens rogatus me subscripsi, & signum meum appposui.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor. Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 6. Martii. 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 8. Martii 1720.

PROCURÆ *numero sex factæ per infrascriptos, videlicet.*

Per Commune BONONIÆ.

Per Dominum GIBERTUM DE CORIGGIA *nomine Populi* PARMAE.

Per Dominum ALBOYNUM DE LA SCALA *Capitaneum Veronæ.*

Per Illustrem D. FRANCISCUM *Estensem Marchionem Anconitanum.*

Per Dominos EGIDIUM DE PIIS, *&* THOMASINUM DE GORGANO *Capitaneos partis Grasulforum Civitatis Mutinæ.*

Per Dominos FRANCISCUM, *&* JOHANNEM DE MIRANDULA *Capitaneos partis Grasulforum Civitatis Mutinæ.*

ANno Domini millesimo tercentesimo sexto, Indictione quarta, die vigesimo nono Decembris. Consilium octingentorum, & Populi fecerunt Domini . . . . . de Baldachinis de Parma, & Vicarius Domini Guillielmi Noveli Potestatis Bononiæ, Franciscus de Hesari Judex & Vicarius D. Ramberti . . . . . Capitanei Populi Bononiæ Auzani, & Consules dicti Meuss. in Palatio veteri dicti Communis sono Campanarum, & voce Preconum more solito congreg. . . . . quo quidem consilio fuerunt ultra quam duæ Partes Hominum dicti Consilii. Omnes, & singuli unanimiter, & concorditer fecerunt, constituerunt, ordinaverunt Dominum Julianum de Formicibus Civem Bononiensem absentem tamquam presentem, eorum, & dicti Communis, & Universitatis Sindicum, Actorem, Procuratorem, & Nuntium spetialem ad faciendum, & contrahendum Societatem, Ligam, Fraternitatem, & Amicitiam cum quacumque Civitate, Communitate, Universitate, & singulari, & spetiali persona, & personis, & ad faciendum omnia, & singula pacta, conventiones, promissiones, & obligationes, quæ dicto Sindico utilia videbuntur pro Communi Bononiæ, etiamque ad recipiendum omnes, & singulas promissiones, & obligationes, quæ fient à quacumque Civitate, & Universitate, & spetiali Persona, & Personis cum qua, & quibus faceret Societatem, Ligam, Fraternitatem, & Amicitiam, & ad omnia alia, & singula facienda, & recipienda quæ continebuntur, & fient in Instrumento Societatis, Lighæ, Fraternitatis, & Amicitiæ, dantes, & concedentes dicto Sindico in omnibus, & singulis supradictis speciale Mandatum cum libera, & generali administratione, promittentes mihi Notario infra-

ANNO 1306. infrascripto stipulanti, & recipienti vice, & nomine omnium, & singulorum quorum interest, & intererit, quod firma, & rata habebunt, atque tenebunt omnia, & singula, quæ fient per dictum Sindicum in prædictis; & circa prædicta, & quælibet prædictorum sub obligatione omnium Bonorum dicti Consilii. Bononiæ. Actum Bononiæ in Palatio veteri dicti Communis in dicto Consilio. Præsentibus Dominis Bombologno de Corbelariis, Notario Mundino. D. . . . . Jazolo Johannis Notario, & Dondideo Benzeverus bannit. Communis Bononiæ Testibus, in dicto Consilio existentibus.

A. ✠. L. Ego Jacobus Antonius de Ygnario Imperiali auctoritate Notarius, & nunc Notarius ad discum Domini Potestatis ad Reformationes Communis Bononiæ prædictis interfui, & publice scripsi, & subscripsi.

In nomine Domini millesimo tercentesimo sexto, Indictione quarta, die sexto Januarii. Magnificus, & potens Miles, Dominus Gibertus de Corrigia, Defensor Pacis, & Protector Populi Civitatis, & Communis Parmæ, prò se, & suo proprio, & privato nomine, & nomine, & vice dicti Communis, & Populi Civitatis Parmæ, ex auctoritate, baylia, & potestate sibi data, & concessa per ipsum Populum, & Commune; & omni modo, & Jure, quibus melius potest, fecit, & constituit suos, & dicti Communis, & Populi Parmæ, Procuratores, Sindicos; & Nuntios, speciales Dominos Gerardinum Ruardum, & Guilielmum de Cumacho, & quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis melior conditio non existat, & quod per unum inceptum fuerit per alium possit fieri, & executioni mandari. Ad faciendum, firmandum, & contrahendum pro ipso Domino Giberto, & dicto Populo, & Universitate Ligam, Fraternitatem, Societatem, & Unionem cum omnibus, & singulis Civitatibus, Communitatibus, & singularibus Personis, & Dominis, & ad faciendum, & firmandum omnia, & singula pacta, conventiones, promissiones, & obligationes, quæ dictis Procuratoribus, & Sindicis, & cuilibet ipsorum utilia videbuntur prò dicto Domino Giberto, & Communi Parmæ, & ad recipiendum omnes, & singulas promissiones, & obligationes, quæ prò prædictis Liga, Fraternitate, & Unione, vel aliter qualitercumque ipsis fient a quibuscumque Personis, Communitatibus, Universitatibus, & aliis quibuscumque sic ipsis videbitur & cuilibet ipsorum, cum qua, & cum quibus facient, contrahent, seu firmabunt ligam, fraternitatem, Societatem, & unionem, & ad præstandum pro ipso Domino Giberto, Communi, Populo, & Universitate Civitatis Parmæ corporaliter Juramentum in animis ipsorum de prædictis Societate, amicitia, Liga, fraternitate & Unione observandis, & ad recipiendum pro ipsis similia Sacramenta, & generaliter ad omnes, & singulas promissiones, obligationes & renuntiationes faciendas, quæ in prædictis, & circa prædicta, seu prò majori firmitate, & observantia prædictorum; vel aliter qualitercumque ipsis videbitur; dando prædictis Sindicis, & Procuratoribus, & cuilibet ipsorum in prædictis, & circa prædicta, & aliis quibuscumque, quæ ipsis utilia videbuntur & necessaria, plenum, liberum, & generale mandatum ad promittendum perpetuò pro ipso Domino Giberto, Communi, Universitate, & Populo firma, & rata habere, & tenere quidquid per ipsos Sindicos, & Procuratores, vel alterum ipsorum in prædictis factum, gestum, promissum, juratum, vel renuntiatum, vel aliter qualitercumque factum fuerit, sub obligatione bonorum dicti Domini Giberti, & Communis, & Universitatis. Actum Parmæ in Camera ipsius Domini Giberti. Præsentibus Dominis Buonalone de Altemanis, Bonefatio de Cuvacho, Oddone de Segalaria, Nicolao de Foliano & Horatio Zocho Testibus rogatis.

A. ✠. L. Ego Bernardinus de Monticellis a Domino Jacobo Communitatis de Lomello Notarius interfui, & hanc Cartam rogatus expressi.

A. ✠. L. Die Martis undecimo Januarii. Mantuæ, In Palatio Magnifici Domini Guidonis de Bonacolsis Communis, & Populi Mantuæ Capitanei Generalis. Præsentibus Nobilibus Viris, Dominis Raynaldo Bevardo, & Botivono Fratribus, filiis olim Domini Johanini de Bonacolsis, Gulielmo de Axandris. & Guidone de Laturi, Juris peritis de Mantua, Testibus vocatis, & rogatis. Ibique Nobilis, & Magnificus Dominus Alboynus de la Scala, Communis, & Populi Veronæ Capitaneus Generalis ex auctoritate sibi concessa per Consilium, & Commune Veronæ, ac etiam ex auctoritate sui Capitaneatus pro se, & Communi Verone fecit, & constituit discretum Virum Dominum Nicolaum de Altemano, Legum Doctorem, honorabilem Civem Veronæ presentem, & Mandatum sponte suscipientem, suum & dicti Communis Veronæ Sindicum, Procuratorem, Actorem, & Nuntium specialem ad conveniendum cum Ambaxatoribus, & Sindicis, seu Procuratoribus, vel Nuntiis sufficientibus Civitatum, & Communium Bononiæ, Parmæ, Brixiæ, & Mantuæ, & cujuscumque alterius Universitatis, vel singularis Personæ in colloquio per Nobilem, & Magnificum D. Guidonem de Bonacolsis, Communis, & Populi Mantuæ Capitaneum generalem in ipsa Civitate Mantuæ ordinato. Et ad tractandum, faciendum, & complendum cum eis, vel eorum aliquo Societatem, Fraternitatem, Unionem, Ligam, & Amicitiam, cum pactis, conventionibus, promissionibus, & obligationibus realibus, & personalibus, & Juramentis, & renuntiationibus quarumcumque exceptionum, & jurium generis cujuscumque faciendis, & recipiendis, quæ & quas idem Sindicus Procurator, & Nuntius in prædictis, & circa ea putaverit expedire. Dans, & concedens præfato suo Sindico, & Procuratori generalem, & liberam potestatem tractandi, faciendi, & complendi in omnibus supradictis, & singulis quicquid utile, vel expediens putaverit, & quæ idem Dominus Alboynus Capitaneus, & . . . . . Veronæ tractare, facere, & complere posset, etiam si id exigeret Mandatum speciale, ac promittens mihi subscripto Notario suo, & dicti Communis Veronæ, ac omnium quorum interest, intererit, seu interesse poterit nomine, & vice, ratum, gratum, & firmum habere, & tenere perpetuò quicquid per Dominum Sindicum, & Procuratorem in prædictis, & singulis circa ea tractatum, factum, & completum fuerit, sub obligatione omnium Bonorum dicti Communis Veronæ.

Anno Domini millesimo trecentesimo sexto, Indictione quarta.

Ego Bonaventura de Sancta Sophia Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus præsens rogatus ea publice scripsi.

ANNO 1306.

In nomine Domini Dei æterni, Anno ejusdem nativitatis millesimo tercentesimo sexto, Indictione quarta, die octavo intrantis Januarii. Lendenariæ, In Castro Illustris & Magnifici Viri infrascripti Domini Francisci Marchionis, præsentibus Dominis Lanfranco, qui fuit de Pergamo, Judice, & Vicecomite dicti Domini Marchionis, & Petro de Patusso quondam Domini Vatacii testibus rogatis, & attestantibus. Illustris & Magnificus Vir, Dominus Franciscus quondam Domini Opizonis Dei gratia Estensis, & Anconitani Marchionis fecit, constituit, & ordinavit, facit, constituit, & ordinat Dominum Garganam; qui fuit de Roma præsentem, & Mandatum sponte suscipientem, suum verum, legitimum, & idoneum Procuratorem, Actorem, Sindicum, & Nuntium specialem, ita quod valeat, & teneat omni modo, & Jure seu vocabulo quo melius valere, & tenere potest, specialiter ad faciendum, & jurandum, & contrahendum Pacta, Conventiones, Societates, & Ligas, seu Federa, Uniones, Conditiones, & Sacramenta, & alios contractus, & conventiones quocumque nomine censeantur, cum Communibus, Populis, & Universitatibus Civitatum Bononiæ, Parmæ, Mantuæ, Brixiæ, & Veronæ, seu cum Potestatibus, Capitaneis, Sindicis, & Procuratoribus, Dominis, seu Præsidibus dictarum Civitatum, & aliorum locorum quocumque nomine censeantur, & super infrascriptis Capitulis de bono, & super bono & pacifico statu dicti Domini Francisci, & omnium prædictorum, & ad recipiendum ab eis, & quolibet eorum promissiones, obligationes, & Juramenta tam de deffendendo, adjuvando, & manutenendo; & ponendo ipsum Dominum Franciscum in suo Jure, & Juribus ejus recuperandis, & conservandis, adipiscendis in Civitate Ferrariæ Rodigii, & ejus Comitatu, & toto illo Policino & alibi ubicumque contra Illustrem, & Magnificum Virum Dominum Agonem Dei gratia Estensem, & Anchonitanum Marchionem, & contra quemlibet aliam Personam, Collegium, & Universitatem, quàm de servando, & firma, & rata habendo, & tenendo omnia alia Pacta, Conventiones, & promissiones, federa, & obligationes, quæ per ipsum suum Sindicum, seu Procura-

ANNO 1306. torem, & alios ſupradictos, & inter eos, & ab eis petentur, ſpecificabuntur, & exprimentur, ad juran-dum in animam ipſius Domini Franciſci de conſervandis, & firmis, & ratis habendis omnibus ſupradictis, & infradeſcriptis Capitulis, Pactis, & Conventionibus, & federibus, & conpromiſſionibus, & omnibus ſtatuendis, & compromiſſionibus factis, & faciendis per prædictas Societates, & ligas. Et quæ ad bonum, & pacificum Statum prædictorum, & cujuſcumque eorum pertinebunt, & quæ per dictos Sindicos, ſeu Procuratores, & inter eos, & ab eis dicentur, & exprimentur ut ſupra dictum eſt, & ad obligandum Bona, & Perſonam dicti Domini Franciſci, dicta de cauſa, ſupradictis Perſonis, Civitatibus, & locis, & cuilibet eorum, & ad faciendum eis, & cuilibet eorum omnes alias promiſſiones, obligationes, Juramenta, Pacta, & Conventiones, quæ dictæ Partes voluerint ſpecificare, & exprimere pro prædicto bono, & pacifico ſtatu quæ omnia intelligantur expreſſa, & ſpetialiter nominata, & ad renuntiandum omni Juri, & exceptioni Doli mali, & infactum, condictioni ſine cauſa, & ex injuſta, vel nulla Cauſa, vel infraſcripta facere, vel venire, & generaliter ad omnia alia, & ſingula facienda, quæ circa prædicta fuerint oportuna, & quæ ipſemet Dominus Franciſcus facere poſſet, ſi præſens eſſet. Et ad promittendum prædictis Perſonis, Syndicis, Univerſitatibus, & Procuratoribus de conſervando eos, & eorum Bona, & dictas Societates, & ligas in ſuo jure, & bono, & pacifico Statu, & de dando eis, & cuilibet eorum auxilium, conſilium, & favorem ad manutenenda, defendenda, & conſervanda omnia ſua Jura, bona, & perſonas, Societates, & Ligas, tam contra dictum Dominum Agonem, & Civitates Regii, & Mu..... quam alias quaſcumque Perſonas, Civitates, & loca, & ad faciendum eis, & cuilibet eorum alias obligationes, promiſſiones, & Juramenta, dicta de cauſa, ut dictum eſt. Dans, & concedens ipſi ſuo Sindico, ſeu Procuratori plenum, & liberum, & generale Mandatum, plenam, & liberam, & generalem adminiſtrationem in prædictis, & in infraſcriptis, & quolibet eorum. Et promiſit mihi infraſcripto Notario ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice prædictorum, & cujuſcumque eorum, & omnium aliorum, quorum intereſt & intererit, ſe firmum, & ratum habiturum quidquid per dictum Sindicum ſive Procuratorem factum fuerit in prædictis ſub hypotecha, & obligatione omnium ſuorum bonorum.

A. ✠. L. Ego Artaxinus quondam Domini Alberti Sparzalle ſacri Palatii Notarius interfui, & juſſu eorum, & rogatus interfui, & hæc ſcripſi.

In Chriſti nomine, Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexto, quarta Indictione die Jovis penultimo exeuntis Decembris. Nobiles Viri Domini Egidius de Piis, & Thomaſinus de Gorgano tamquam Capitanei partis Graſulforum Civitatis Mutinæ per ſe, & ipſam partem, fecerunt, conſtituerunt atque ordinaverunt Nobilem Virum Dominum Conradum de Gonzaga abſentem tamquam præſentem ſuum certum Nuntium, Procuratorem generalem ad comparendum in Parlamento, quod intenditur fieri per Civitates Bononiæ, Parmæ, Mantuæ, Veronæ, Brixiæ, & ad audiendum quod in prædicto Parlamento dictum fuerit. Ita quod ipſe Procurator plenum, & liberum Mandatum habeat promittendi, promiſſiones recipiendi, Sacramentum ſuper animas eorum faciendi, recipiendi, vice, & nomine prædictorum, & totius partis Graſulforum, & ad conſtituendum Procuratorem unum, & plures in prædictis, & circa prædicta. Et ad omnia alia, & ſingula facienda, quæ in prædictis, & circa prædicta fuerint utilia, & neceſſaria, tamquam per verum, & legitimum Procuratorem fieri poteſt, & tamquam præſentes eſſent. Et ad intrandum in dicta liga prædictarum Civitatum, promittendo quilibet eorum mihi Notario infraſcripto pro ſe, & parte Graſulforum quicquid per prædictum Procuratorem, ſeu conſtitutum, ſeu conſtitutos ab ipſo factum fuerit in prædictis, & circa prædicta, firmum, & ratum habere, & tenere. & non contravenire, ſub hypotheca bonorum ſuorum omnium præſentium, & futurorum.

Actum in Civitate Mutinæ ſubtus voltam atelarii Palatii Dominorum, in præſentia de Brachis de Carpo, Guido de Piis Teſtibus &c.

A. ✠. L. Ego Boninſigna de Petenariis Notarius, hiis interfui, rogatus ſcribere, ſcripſi.

In Chriſti nomine. Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexto, quarta Indictione, die Veneris ultimo exeuntis Decembris. Nobiles Viri Franciſcus, & Johannes de Mirandula Capitanei partis Graſulforum Civitatis Mutinæ, per ſe, & ipſam partem fecerunt, conſtituerunt, atque ordinaverunt Nobilem Virum Dominum Corradum de Gonzaga abſentem, tamquam præſentem ſuum certum Nuntium, Procuratorem, & Sindicum generalem ad comparendum in Parlamento, quod intenditur fieri per Civitates Bononiæ, Parmæ, Mantuæ, Veronæ, & Brixiæ, & ad audiendum quod in dicto Parlamento dictum fuerit. Ita quod ipſe Procurator plenum, & liberum Mandatum habeat promittendi, promiſſiones recipiendi, Sacramentum ſupra animas eorum faciendi, recipiendi, vice, & nomine prædictorum, & totius partis Graſulforum, & ad conſtituendum Procuratorem unum, & plures in prædictis, & circa prædicta, & ad omnia alia, & ſingula facienda quæ in prædictis, & circa prædicta fuerint utilia, & neceſſaria, tamquam per verum, & legitimum Procuratorem fieri poteſt, & tamquam præſentes eſſent, & ad intrandum in dicta liga prædictarum Civitatum, promittendo quilibet eorum mihi Notario infraſcripto pro ſe, & parte Graſulforum quicquid per prædictum Procuratorem, ſeu conſtitutum, ſeu conſtitutos ab ipſis factum fuerit in prædictis, & circa prædicta firmum, & ratum habere, & tenere & non contravenire, ſub hypotecca bonorum ſuorum omnium præſentium, & futurorum.

ANNO 1306.

Actum Mirandulæ in Camera dicti Domini Franciſci. Preſentibus Dominis præpoſitis de Brochis, de Carpo, Guido de Piis, Teſtibus.

A. ✠. L. Ego Boninſignia de Petenariis Notarius, hiis interfui, rogatus ſcribere, ſcripſi.

Cum earum Authenticis in pergamena ſcriptis ſicut ſupra expeditis in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi hac die 14. Martii. 1720.



Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 15. Martii 1720.

XX.

15. Janv. *Liga perpetua inter* FRANCISCUM *Marchionem Eſtenſem ex unâ, & Civitates* BONONIAE, PARMAE, VERONAE, *&* MANTUAE *ex alterâ parte, contra* AZONEM *Marchionem Eſtenſem ad recuperandum præcipuè ab eodem Civitatem* FERRARIAE, *& Comitatum* RODIGII. *Actum Mantuæ 15. Januarii* 1306. *Indictione IV.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

IN Chriſti Nomine die Sabbati quintodecimo Januarii milleſimo trecenteſimo ſexto, Indictione quarta, præſentibus Dominis Dianedan de Simiſpizolis de Bononia Guidone de la Turre, & Guillielmo de Axandris, atque Berardo, & Bottriono de Bonacolſis de Mantua, teſtibus rogatis, Mantuæ in Domo habitationis Domini Capitanei Mantuani infraſcripti. Ibi diſcretus Vir Dominus Jullianus de Forficibus Civis Bononiæ Sindicus, Actor, Procurator, & Nuntius

ANNO 1306. tius Communis, & Universitatis Bononiæ, ut de Sindicatu constat Instrumento publico scripto per Jacobum Antonii de Ignano Imperiali auctoritate Notarium, & nunc Notarium ad discum Potestatis ad reformationes Communis Bononiæ, sub Anno Domini millesimo trecentesimo sexto, Indictione quarta, die vigesimo nono Decembris, ibi producto Sindicario nomine, & vice dicti Communis, & Universitatis Bononiæ, & pro ipso Communi, & Universitate Bononiæ, & discreti Viri Domini Girardus Bajardus, & Guillielmus de Corviacho Procuratores, Sindici, & Nuntii spetiales Magnifici Domini Guberti de Corrigia, Defensoris, & Protectoris Populi, & Communis Parmæ, ac ipsius Populi, & Communis Parmæ, ut de Sindicatu constat Instrumento publico scripto per Bernardinum de Monticellis Notarium, A. D. millesimo trecentesimo sexto, Indictione quarta, die sexto Januarii, ibidem producto Sindicario nomine, & vice ipsius Domini Guberti, Defensoris, & Protectoris ac ipsius Populi, & Communis Parmæ, & pro ipso Domino Guberto, Deffensore ac Populo, & Communi Parmæ, & Dominus Nicolaus de Altemano Legum Doctor, Civis Veronæ, Sindicus, Actor, Procurator, & Nuntius Magnifici Domini Alboyni de la Scala, Communis, & Populi Veronæ Capitanei generalis, ac ipsius Communis, & Populi Veronæ, Sindicario nomine, & vice ipsius Domini Capitanei, & Communis, & Populi Veronæ, & pro ipsis Domino Capitaneo, Communi, & Populo Veronæ, ut de Sindicatu constat Instrumento publico scripto per Bonaventuram Notarium de Sancta Sophia, Anno Domini millesimo trecentesimo sexto, Indictione quarta, die Martis undecimo Januarii ibi producto; Et Magnificus Dominus Guido de Bonacolsis, Capitaneus Mantuanus ex auctoritate, Potestate, & baylia, quam habet a Communi, & Universitate Mantuæ suo nomine, & vice, & nomine, & vice dicti Communis, & Universitatis Mantuæ, & pro se & dicto Communi & Universitate Mantuæ ex una parte, & Nobilis & discretus Vir Dominus Garganocius, qui fuit de Roma, Procurator, Actor, Sindicus, & Nuntius spetialis Illustris, & Magnifici Domini Francisci quondam Domini Opizonis Estensis, & Anchonæ Marchionis, ut de Procuratorio constat Instrumento publico, scripto per Artusinum Notarium quondam Domini Alberti Spayzolæ, sub Anno prædicto die octavo intrante Januario, ibi producto Procuratorio, actorio, & Sindicario nomine, & vice dicti Magnifici Domini Francischi, & pro ipso Domino Francisco ex altera, inter se se fecerunt, iniverunt, contraxerunt, & firmaverunt Societatem, fraternitatem, Unionem, & Ligam perpetuam perpetuo valituram inter ipsas Partes, cum Pactis, Capitulis & conditionibus infrascriptis inter ipsas Partes & per ipsas, & quamlibet earum inviolabiliter observandis. Primo videlicet, quod dictus Dominus Franciscus Marchio Estensis cum Amicis, & parte sua de Ferraria, & aliunde faciet, & curabit cum personis, & avere, toto suo posse, quod Civitas Ferrariæ cum toto ejus districtu, & Comitatu Rodigii auferetur de manibus, fortia, & virtute Domini Azonis Marchionis Estensis. Item quod quando dicta Civitas Ferrariæ cum ejus districtu, & Comitatu Rodigii sublata, & accepta fuerit de manibus, fortia, & virtute dicti Domini Azonis Marchionis, ipsi Domini Gubertus Defensor, & Dominus Parmensis, & Alboynus, & Guido Capitanei Veronæ & Mantuæ, & Communia Bononiæ, Parmæ, Veronæ, & Mantuæ dabunt operam suo posse, quod idem Dominus Franciscus tenebit, & salvabit in bono, & pacifico statu dictam Civitatem, & districtum Ferrariæ, & Comitatum Rodigii cum Consilio, beneplacito, & favore dictorum Dominorum Defensoris, & Capitaneorum, & Communium Bononiæ, Parmæ, Veronæ, & Mantuæ. Item quod omnes Ferrarienses extrinseci, & eorum hæredes eximantur, & cancellentur ex nunc prout ex tunc exempti, & cancellati esse intelligantur, & sint de omnibus, & singulis bannis, & condemnationibus Communis Ferrariæ, & reduci, & restitui, & poni debeant in tenutam, & corporalem possessionem, vel quasi omnium bonorum, Jurium, & Jurisdictionum eis spectantium, & pertinentium, atque omnium, & singulorum, quæ tenebant tempore, quo expulsi fuerunt, vel pro parte recesserunt de Civitate, & districtu Ferrariæ, & inducti conservari debeant, & defendi per dictum Dominum Franciscum, & per dicta Communia Bononiæ, Parmæ, Veronæ, & Mantuæ. Item quod dicta Communia Bononiæ, Parmæ, Veronæ, & Mantuæ teneantur, & debeant dare, & tenere continue ad servitium dicti Domini Franciscí Marchionis pro commodis, & fortiis ipsius, & dictæ Societatis centum stipendiarios Equites ab equo, & roncino cum soldo quindecim librarum denariorum parvorum pro quolibet, & quolibet mense, & ducentos pedites cum soldo quatuor soldorum parvorum pro quolibet Pedite quolibet die usque ad unum Annum proximum, ita quod dictus Dominus Franciscus cum dictis stipendiariis, & toto suo posse & exfortio teneatur, & debeat facere vivam guerram dicto Domino Azoni Marchioni, & Terris, Communitatibus, & personis ei subjectis. Item quod dictus Dominus Franciscus Marchio non possit, nec debeat facere, nec tractare Pacem, Treuguam, seu Compositionem aliquam cum præfato Domino Azone Marchione, nec cum aliquo alio ejus nomine sine expressa licentia, & voluntate dictorum Dominorum Defensoris, & Capitaneorum, atque Communium Bononiæ, Parmæ, Veronæ, & Mantuæ, & è converso, quod dicti Domini Defensor, & Capitanei, & Communia Bononiæ, Parmæ, Veronæ, & Mantuæ non possint, nec debeant facere, nec tractare pacem, nec treuguam, seu compositionem aliquam cum præfato Domino Azone Marchione, nec cum aliquo alio ejus nomine sine expressa licentia, & voluntate dicti Domini Franciscí Marchionis. Item quod idem Dominus Franciscus Marchio, & Commune Ferrariæ teneantur, & debeant habere, tenere, & tractare perpetuo Amicos dictorum Dominorum Defensoris, & Capitaneorum, atque Communium Bononiæ, Parmæ, Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet eorum pro suis veris Amicis; & Inimicos, & Bannitos ipsorum Dominorum, & Communium Bononiæ, Parmæ, Veronæ, & Mantuæ, & cujuslibet eorum pro suis & Communis Ferrariæ Inimicis, & Bannitis, & è converso, quod dicta Communia Bononiæ, Parmæ, Veronæ, & Mantuæ teneantur, & debeant habere, tenere, & tractare perpetuo Amicos dicti Domini Franciscí Marchionis, & Communis Ferrariæ pro suis veris Amicis, & inimicos, & bannitos ipsius Domini Franciscí Marchionis, & Communis Ferrariæ pro suis Inimicis, & bannitis. Salvo, & servato in omnibus, & per omnia Capitulo faciente mentionem de Ferrarienſibus extrinsecis cum omnibus & singulis in eorum favorem scriptis, & ipso Capitulo, & eis omnibus in sua firmitate durantibus. Item quod pro omnibus & singulis supradictis attendendis, & servandis hinc inde cum effectu fiat, & fieri debeat unum Depositum librarum triginta duum millium, & quadringentorum denariorum parvorum per dictum Dominum Franciscum Marchionem in Civitate Paduæ infra Mensem proximum, & simile Depositum fiat, & fieri debeat per dicta Communia Bononiæ, Parmæ, Veronæ, & Mantuæ in Civitate prædicta Paduæ infra mensem proximum, ut superius dictum est. Et factis dictis Depositis teneatur dictus Dominus Franciscus Marchio confestim toto suo posse movere, & facere vivam guerram dicto Domino Azoni Marchioni, & Terris, & Communitatibus ei subjectis infra octo dies a die factorum Depositorum. Quam Societatem, Fraternitatem Unionem, & Ligam, & quæ omnia, & singula pacta, Capitula, & conditiones cum omnibus, & singulis in præsenti contractu insertis, & scriptis prædicti Dominus Jullianus Sindicus, Actor, Procurator, & Nuntius Communis, & Universitatis Bononiæ, Domini Girardus, & Guillielmus Sindici, Actores, Procuratores, & Nuntii dicti Domini Guberti Defensoris, & Domini Parmensis, & Communis, & Universitatis Parmæ, & Dominus Nicolaus Sindicus, Actor, Procurator, & Nuntius dicti Domini Alboyni Capitanei Veronensis, & Communis, & Universitatis Veronæ Sindicariis nominibus, & vicibus prædictorum, quorum sunt Sindici, Actores, Procuratores, & Nuntii, & pro eis, & Dominus Guido Capitaneus Mantuanus suo, & dicti Communis, & Universitatis Mantuæ nomine, & vice, & pro se, & dicto Communi, & Universitate Mantuæ ex una Parte, & dictus Dominus, Parganocius, Procurator, Actor, Sindicus, & Nuntius dicti Domini Franciscí Marchionis, & pro ipso Domino Francisco Marchione ex altera; sibi ad invicem Pars Parti utrinque solemni stipulatione promiserunt, & convenerunt sibi ad invicem attendere, & servare perpetuo, & nunquam de jure, vel de facto contrafacere, vel venire per modum aliquem, seu causam, sub pæna, & in pæna dicti Depositi librarum triginta duum Millium, & ANNO 1306.

ANNO 1306. & quadringentarum denariorum parvorum, quæ pæna ad omnia, & singula Capitula referatur, & committatur pro singulis Capitulis non servatis, & peti, & exigi possit semel, & pluries per Partem attendentem, & servantem a parte non attendente, vel non servante, quotiens fuerit contra factum, vel non servatum in quocunque ex dictis Capitulis. Et pæna soluta semel, & pluries vel non, prædicta omnia & singula semper in sua firmitate perdurent cum ejusdem pænæ stipulatione, promissione, & exactione. Constituentes insuper Contrahentes prædicti ad invicem se ubique locorum conveniendos, & solvturos, & ob hoc Fori Privilegio expresse renuntiantes. Ita etiam, & tali pacto inter ipsos Contrahentes promisso, & expresse inito, quod si contingeret aliquam dictarum Partium prædicta omnia, & singula non attendere & non servare in totum, vel contra prædicta, vel aliquod prædictorum facere, vel venire, aut in aliquo deficere, Pars illa, quæ dicere vellet servatum non esse per alteram Partem, vel ventum, seu factum contra prædicta, vel aliquod prædictorum, teneatur denuntiare Parti non servanti, seu contravenienti, vel deficienti, vel quod dicere vellet non servasse seu contravenisse, aut non servare seu contravenire, vel defficere in prædictis, vel aliquo prædictorum, specificando ubi, & in quo. Et denunciatione facta Pars non servans, vel contraveniens, vel defficiens, seu quæ non servasset, vel contravenisset, vel defecisset in prædictis, vel aliquo prædictorum, infra mensem teneatur cum dicta Parte denuntiante concordare, & satisfacere de his, super quibus facta fuerit denuntiatio: Quæ si recusaverit, vel non fecerit ad plenum tunc, & deinde dicto mense transacto, dicta Pars denuntians, & satisfactionem petens ipso facto lucretur, & lucrata esse intelligatur, & sit Depositum alterius Partis prædictæ non servantis, vel contravenientis, aut deficientis. Quod depositum totum illius Partis, Depositarii penes quos Depositum fuerit factum, dare teneantur dictæ Parti petenti, & denuntianti tanquam evictum, & adjudicatum. Quæ omnia, & singula suprascripta prædicti Contrahentes ad invicem sibi promiserunt attendere, & servare in totum cum refectione totius damni, & omnium expensarum litis, & extra reficiendarum hinc inde. Et ad majus robur prædictorum, Contrahentes prædicti nominibus, quibus supra, in animas eorum, quorum sunt Sindici, Actores, & Procuratores, & dictus Dominus Guido Capitaneus Mantuæ in animam suam, & Consiliariorum, & Communis, & hominum Civitatis Mantuæ tactis scripturis corporaliter ad Sancta Dei Evangelia juraverunt omnia, & singula suprascripta perpetuo inter se se attendere, servare, & rata, & incommutabilia in perpetuum habere, & tenere, & nunquam de jure, neque de facto contrafacere, vel venire. Renuntiantes expresse dicti Contrahentes nominibus, quibus supra, actioni, & Exceptioni doli mali, & infactum, conditioni sine causa, vel ex injusta causa, benefitio restitutionis in integrum, litteris, rescriptis impetratis, & etiam impetrandis, & benefitio cujuslibet Legis, & Canonis obviantibus, & derogantibus, vel quæ in aliquo obviare, vel derogare possent prædictis, vel alicui prædictorum quocunque modo, vel per quæ prædicta, vel prædictorum aliquod contra dici, fieri, vel veniri posset, & ea sibi ad invicem per pactum remittentes expresse.

L. H. T. Ego Adelberius de Adelberiis sacri Palatii Notarius publicus his interfui, & rogatus publice scripsi, Signumque meum consuetum apposui.

L. H. T. Ego Petrus Bonfantini Petrizoli Imperiali auctoritate Notarius prædictis interfui, & rogatus me cum signo meo subscripsi, & de hiis in eodem tenore publicum Instrumentum confeci.

L. H. T. Ego Artuxinus quondam Domini Alberti Spayzollæ sacri Palatii Notarius rogatus me cum signo meo subscripsi, & de hiis in eodem tenore publicum Instrumentum confeci, & scripsi.

6. 8. & 11. Janvier *Mandata Civitatum Veronæ ac Parmæ, nec non Francisci Marchionis Estensis ad contrahendam hanc Ligam. Data Veronæ, Parmæ, Lendenariæ 6. 8. & 11. Januarii Anno 1306. Indictione IV.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

ANNO 1306. EXemplum ex autentico fideliter relevatum auctoritate Judicis infrascripti.

Die Martis undecimo Januarii, Mantuæ in Palatio Magnifici Domini Guidonis de Bonacolsis Communis, & Populi Mantuæ Capitaneus generalis presentibus Nobilibus Viris Dominis Raynaldo, Berardo & Bottirono fratribus, filiis olim Domini Johannini de Bonacolsis, Guilielmo de Axandris & Guidone de la Turre, Juris Peritis de Mantua, testibus vocatis, & rogatis. Ibique *Nobilis*, & Magnificus Dominus Alboynus de la Scala, Communis, & Populi Veronæ Capitaneus generalis ex auctoritate sibi concessa per Consilium, & Commune Veronæ, ac etiam ex auctoritate sui Capitaneatus, prò se, & Communi Veronæ fecit, & constituit discretum Virum Dominum Nicolaum de Altemanno, Legum Doctorem honorabilem Civem Veronæ presentem, & Mandatum sponte susscipientem, suum, & dicti Communis Veronæ Sindicum, Procuratorem, & Nuntium specialem ad conveniendum cum Ambaxatoribus & Sindicis, seu Procuratoribus, vel Nuntiis sufficientibus Civitatum, & Communium Bononiæ, Parmæ, Brixiæ, & Mantuæ, & cujuscunque alterius Universitatis vel singularis personæ in colloquio per Nobilem, & Magnificum Dominum Guidonem de Bonacolsis, Communis & Populi Mantuæ Capitaneum generalem in ipsa Civitate Mantuæ ordinato, & ad tractandum, faciendum, & complendum cum eis, vel eorum aliquo Societatem, Fraternitatem, Unionem, Ligam, & Amicitiam cum pactis, promissionibus, conventionibus, & obligationibus realibus, & personalibus, & juramentis, ac renuntiationibus quarumcunque exceptionum, & jurium generis cujuscunque faciendis & recipiendis quæ, & quas idem Sindicus, & Procurator & Nuntius in prædictis, & circa ea putaverit expedire. Dans & concedens præfato suo Sindico, & Procuratori generalem & liberam potestatem tractandi, faciendi, & complendi in omnibus supradictis, & singulis quicquid utile, vel expedire putaverit, & quæ idem Dominus Alboynus Capitaneus, & Commune Veronæ tractare, facere, & complere poslet, etiam si id Mandatum exigeret spetiale, ac promittens mihi subscripto Notario suo & dicti Communis Veronæ, ac omnium, quorum interest seu interesse poterit, nomine, & vice, ratum, gratum, & firmum habere, & tenere perpetuò quicquid per dictum Sindicum, & Procuratorem in prædictis, & singulis, & circa ea tractatum, factum, & completum fuerit, sub obligatione omnium bonorum dicti Communis Veronæ.

Anno Domini millesimo trecentesimo sexto, Indictione quarta.

Ego Bonaventura de Sancta Sophia Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus præsens & rogatus ea publice scripsi.

L. H. T. Et Ego Adelberius de Adelberiis Sacri Palatii Notarius publicus &c.

Exemplum ex autentico fideliter relevatum auctoritate Judicis infrascripti.

In Nomine Domini millesimo trecentesimo sexto, Indictione quarta, die sexto Januarii Magnificus & Potens Miles Dominus Gubertus de Corrigia, Defensor Pacis, & Protector Populi, & Civitatis & Communis *Parmæ* prò se, & suo proprio, & privato nomine, & nomine, & vice dicti Communis & Populi Civitatis Parmæ ex auctoritate, baylia, & potestate sibi data, & concessa per ipsum Populum, & Commune, & omni modo, & jure, quibus melius potest, fecit, &, constituit suos & dicti Communis, & Populi Parmæ Procuratores, Sindicos, & Nuntios speciales Dominos Gerardinum, Baiardum, & Guilielmum de Corinacho, & quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis melior conditio non existat, & quod per unum inceptum fuerit, per alterum possit fieri, & executioni mandari, ad faciendum, firmandum, & contrahendum prò ipso Domino Guberto, & Communi, Populo, & Universitate Ligam, Societatem, fraternitatem, & Unionem cum omnibus, & singulis Civitatibus, Communitatibus, Universitatibus, & singularibus personis & Dominis, & ad faciendum, & firmandum omnia, & singula pacta, conventiones, promissiones, & obligationes, quæ dictis Procuratoribus, & Sindicis, & cuilibet ipsorum utilia videbuntur prædicto Domino Guberto, & Communi Parmæ. Et ad recipiendum omnes & singulas promissiones, & obligationes, quæ prò prædictis Liga, Fraternitate, & Unio-

ANNO 1306. Unione, vel aliter qualitercumque ipſis fient a quibuscumque Perſonis, Communitatibus, Univerſitatibus, & aliis quibuscunque; ſicut ipſis videbitur, & cuilibet ipſorum, cum qua, & cum quibus facient, contrahent; ſeu firmabunt Ligam, Societatem, Fraternitatem, & Unionem, & præſtandum pro ipſo Domino Guberto, Communi; Populo, & Univerſitate Civitatis Parmæ corporaliter juramentum in animas ipſorum de prædictis Societate, Amicitia, Liga, fraternitate, & Unione obſervandis, & ad recipiendum prò ipſis ſimilia Sacramenta. Et generaliter ad omnes & ſingulas promiſſiones, obligationes & renuntiationes faciendas, quæ in prædictis & circa prædicta; ſeu prò majori firmitate, & obſervantia prædictorum, vel aliter qualitercumque ipſis videbitur. Dando prædictis Sindicis & Procuratoribus & cuilibet ipſorum in prædictis & circa prædicta, & aliis quibuscunque; quæ ipſis utilia videbuntur, ſeu neceſſaria, plenum, liberum, & generale Mandatum ad promittendum perpetuò prò ipſo Domino Guberto, Communi, Univerſitate, & Populo firma, & rata habere, & tenere quicquid per ipſos Sindicos, & Procuratores vel alterum ipſorum in prædictis factum, geſtum, & promiſſum, juratum, vel renuntiatum, vel aliter, qualitercumque factum fuerit, ſub obligatione bonorum dicti Domini Guberti & Communis, & Univerſitatis. Actum Parmæ in Camera ipſius Domini Guberti, preſentibus Dominis Bernabove de Altemannis, Bonifacio de Corviacho, Odone de Segalaria, Nicolao de Foliano & Lario Zocho teſtibus rogatis.

Ego Bernardinus de Monticellis a Domino Jacobo Comite de Lomello Notarius interfui, & in hanc Cartam rogatus ſcripſi.

L. H. T. Et Ego Adelberius de Adelberiis Palatii Sacri Notarius publicus &c.

Exemplum ex autentico fideliter relevatum auctoritate Judicis infraſcripti.

In Nomine Dei Æterni. Anno Ejusdem Nativitatis milleſimo trecenteſimo ſexto, Indictione Quarta, die octavo intrante Januar. Landenariæ in Caſtro Illuſtris & Magnifici Viri infraſcripti Domini Franciſci Marchionis, præſentibus Dominis Lanfrancho, qui fuit de Pergamo, Judice & Vicecomite dicti Domini Marchionis, & Petro de Pauſo quondam Domini Vatacii teſtibus rogatis, & aliis, Illuſtris & Magnificus Vir, Dominus Franciſchus quondam Domini Opizonis Dei gratia *Eſtenſis*, & Anchonitanus Marchio fecit, conſtituit, & ordinavit, facit, conſtituit, & ordinat Dominum Garganotium, qui fuit de Roma, preſentem & Mandatum ſponte ſuſcipientem, ſuum verum, legitimum, certum, & idoneum Procuratorem, Actorem, Sindicum, & Nuntium ſpetialem ita quod valeat, & teneat omni modo, & jure, ſeu vocabulo, quo melius valere, & tenere poteſt ſpetialiter, ad faciendum, & jurandum, & contrahendum pacta, conventiones, Societates, & Ligas, ſeu Fœdera, Uniones, Conventiones, & Sacramenta, & alios contractus, & Conventiones quocunque nomine cenſeantur, cum Communibus, Populis, & Univerſitatibus Civitatum Bononiæ, Parmæ, Mantuæ, Brixiæ, & Veronæ, ſeu cum Poteſtatibus Capitaneis, Sindicis & Procuratoribus, Dominis ſeu Præſidentibus dictarum Civitatum & aliorum locorum quocunque nomine cenſeantur, & ſuper infraſcriptis Capitulis de bono, & ſuper bono & pacifico ſtatu dicti Domini Franciſci & omnium prædictorum, & ad recipiendum ab eis, & quolibet eorum promiſſiones, obligationes, & juramenta tam de defendendo, adjuvando, & manutenendo, & ponendo ipſum Dominum Franciſcum in ſuo jure, & juribus ejus recuperandis, & conſervandis, & adipiſcendis in Civitate Ferrariæ, Rodigio, & ejus Comitatu & toto illo policino & alibi ubicunque, contra Illuſtrem, & Magnificum Virum Dominum Azonem Dei gratia Eſtenſem, & Anchonæ Marchionem & contra quamlibet aliam perſonam, Collegium, & Univerſitatem, quam de ſervando, & firma, & rata habendo, & tenendo omnia alia pacta, conventiones, & promiſſiones, fœdera, & obligationes, quæ per ipſum ſuum Sindicum, ſeu Procuratorem, & alios ſupradictos, & inter eos & ab eis petentur, ſpecificabuntur, & exprimentur. Et ad jurandum in animam ipſius Domini Franciſci de conſervandis, & firmis, & ratis habendis omnibus ſupradictis, & infradictis Capitulis, pactis, & conventionibus, & fœderibus, & promiſſionibus, & omnibus Statutis, & ordinamentis, & promiſſionibus factis, & faciendis per dictas Societates, & Ligas, & quæ ad bonum, & pacificum ſtatum prædictorum, & cujusque eorum pertinebunt, & quæ per dictos Sindicos, ſeu Procuratores, & inter eos, & ab eis dicentur, & exprimentur, ut ſupra dictum eſt. Et ad obligandum bona, & perſonam dicti Domini Franciſci dicta de cauſa ſupradictis perſonis, Civitatibus, & Sindicis, & locis, & cujuslibet eorum, & faciendum eis, & cuilibet eorum omnes alias promiſſiones, obligationes, juramenta, pacta, & conventiones, quæ dictæ Partes voluerint ſpecificare, & exprimere pro dicto bono & pacifico ſtatu, quæ omnia intelligantur expreſſa, & ſpecialiter nominata. Et ad renuntiandum omni Juri, & exceptioni doli mali, & infactum, conditioni ſine cauſſa & ex injuſta, vel mala; vel infraſcripta facere vel venire. Et generaliter ad omnia alia & ſingula facienda, quæ circa prædicta fuerint opportuna, & quæ ipſemet Dominus Franciſcus facere poſſet, ſi preſens eſſet. Et ad promittendum prædictis perſonis, Sindicis, Univerſitatibus, & Procuratoribus de conſervando eos, & eorum bona, & dictas Societates, & Ligas in ſuo jure, & bono, & pacifico ſtatu; & de dando eis, & cuilibet eorum auxilium, conſilium, & favorem ad manutenendum, defendendum, & conſervandum omnia ſua Jura, bona; & perſonas, Societates, & Ligas tam contra dictum Dominum Azonem, & Civitatem Regii, & Mutinæ, quam alias quaſcunque perſonas, Civitates, & loca, & ad faciendum eis, & cuilibet eorum alias obligationes, promiſſiones, & juramenta dicta de cauſſa, ut dictum eſt. Dans & concedens ipſi ſuo Sindico, ſeu Procuratori plenum, liberum, & generale Mandatum, plenam, liberam & generalem Adminiſtrationem in prædictis, & infraſcriptis, & quolibet eorum. Et promiſit mihi infraſcripto Notario ſtipulanti, & recipienti nomine & vice omnium prædictorum, & cujusque eorum, & omnium aliorum, quorum intereſt vel intererit ſe firmum, & ratum habiturum quicquid per dictum Sindicum, ſeu Procuratorem factum fuerit in prædictis ſub yppoteca, & obligatione omnium ſuorum bonorum.

Ego Artuſinus quondam Domini Alberti Spayzolæ Sacri Palatii Notarius interfui, & juſſu eorum & rogatus interfui, & hæc omnia ſcripſi.

L. H. T. Et Ego Adelberius de Adelberiis Sacri Palatii Notarius publicus autentica trium præſcriptorum Inſtrumentorum Sindicatuum, & Procuratoriorum, videlicet dictorum Magnificorum Domini Alboyni Capitanei Veronæ & Communis Veronæ, ſcriptum per dictum Bonaventuram de Sancta Sophia Notarium, & Domini Guberti Defenſoris, & Protectoris Parmenſis, & Communis Parmæ ſcriptum per dictum Bernardinum de Monticellis Notarium, & Domini Franciſci Eſtenſis Marchionis ſcriptum per dictum Artuſinum quondam Alberti Spayzolæ Notarium & unumquodque ipſorum Inſtrumentorum autenticorum vidi diligenter & legi, & ut in ipſis continebatur autenticis ita hic in exemplis preſentibus fideliter exemplavi, & publice ſcripſi, nil addens, vel minuens quod ſenſum, vel ſententiam habeat immutare, deinde cum Notariis infraſcriptis exempla præſcripta cum autenticis, & ipſi Notarii mecum auſcultavimus, & ea comperimus per omnia concordare. Et hoc fecimus de mandato, auctoritate, & decreto Domini Petri Ambroni Judicis, & Aſſeſſoris Domini Martii de Forzate Poteſtatis Mantuæ nobis præſtitis, & interpoſitis ad hæc, die Jovis vigeſimo Januarii milleſimo trecenteſimo ſexto, Indictione quarta, Præſentibus Servaſino quondam Domini Rizardi de Paſturlo, Zilliolo de la Villana, & Petro Domini Vivaldi de Belcalzario Notariis Poteſtatis, & dicti Judicis teſtibus rogatis. In Palatio Veteri Communis Mantuæ.

L. H. T. Ego Gubertus de Campitello Imperiali auctoritate Notarius una cum prædicto, & ſubſcripto Notariis autentica præmiſſorum trium Exemplorum reductorum in formam publicam ſuper proxime per Dominum Adelberium ſupraſcriptum vidi, & invicem auſcultata cum dictis exemplis comperimus concordare nil quippe vigoris addito vel immutato, & ob id de auctoritate, & licentia eis, & mihi collata per Judicem antedictum, dictis milleſimo die & loco, & dictorum teſtium preſentia ad fidem efficatiæ plenioris meo ſigno appoſito me ſubſcripſi.

L. H. T. Ego Bonus de Aſcendis Imperiali auctoritate Notarius una cum prædictis Notariis autentica præmiſſorum trium Inſtrumentorum exemplatorum ſuper proxime per Adelberium ſupraſcriptum in publicam formam reductorum vidi, & cum exemplis præſentibus auſcultavi, quæ auſcultata invicem fideliter

ANNO 1306. liter concordabant, & ob id de licentia, & auctoritate eis & mihi per dictum Judicem collata die præscripto milleſimo, Indictione, & loco, & dictorum teſtium præſentia ad majorem efficatiam me ſubſcripſi appoſito ſigno meo.

XXI.

1. Fevrier. *Bulla* CLEMENTIS V. *Papæ ſuper Bullam* BONIFACII VIII. *quæ incipit* Unam Sanctam, *quam quidem non revocat, ſed tali modo debilitat, ut ex eâ nullum præjudicium Regi, & Regno Franciæ poſſit generari. Datum Lugduni Kalendis Februarii, Pontificatûs ſui Anno I.* [*Hiſtoire du Diferend entre le Pape* BONIFACE VIII. *&* PHILIPPE LE BEL. Aux Preuves pag. 288.]

MERUIT cariſſimi filii noſtri Philippi Regis Francorum Illuſtris ſinceræ affectionis ad nos, & Eccleſiam Romanam integritas, & progenitorum ſuorum præclara merita meruerunt: meruit inſuper regnicolarum puritas, ac devotionis ſinceritas, ut tam Regem, quàm regnum favore benevolo proſequamur. Hinc eſt quòd nos Regi, & regno, per definitionem, & declarationem bonæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, *Unam ſanctam*, nullum volumus, vel intendimus præjudicium generari: nec quod per illam Rex, regnum, & regnicolæ prælibati, ampliùs Eccleſiæ ſint ſubjecti Romanæ, quàm antea exiſtebant: ſed omnia intelligantur in eodem eſſe ſtatu, quo erant ante definitionem præfatam, tam quantum ad Eccleſiam, quàm etiam ad Regem, regnum, & regnicolas ſuperiùs nominatos. Dat. Lugdun. Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno I.

Bulla CLEMENTIS *Papæ* V. *quâ penitus revocat Bullam* BONIFACII VIII. *quæ incipit* Clericis Laicos. [*Hiſt. du differend entre le Pape* BONIFACE VIII. *&* PHILIPPE LE BEL, *Roy de France.* Aux Preuves pag. 287.]

QUONIAM ex Conſtitutione Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, *Clericis Laicos*, & ex declaratione, ſeu declarationibus, ex illa poſtmodum ſubſecutis, nonnulla ſcandala, magna pericula, & incommoda gravia ſunt ſecuta, & ampliora ſequi, niſi celeri remedio ſuccurratur, præſumitur veriſimiliter in futurum. Nos de conſilio fratrum noſtrorum conſtitutionem & declarationem, ſeu declarationes prædictas, & quicquid ex eis ſecutum eſt, vel ob eas, penitus revocamus, & eas haberi volumus pro infectis: volentes & firmiter ſtatuentes illud (contra quoſcunque laicos exigentes, ſeu extorquentes ab Eccleſiis Eccleſiaſticiſque perſonis tallias, ſeu collectas, aut exactiones quaſcunque, & contra dantes ad id faciendum conſilium, auxilium vel favorem: nec non & circa præſtandas ſubventiones laicis ab Eccleſiarum Prælatis, ac aliis viris Eccleſiaſticis) inviolabiliter obſervari, quod ſuper his à prædeceſſoribus noſtris in Lateranen. & generali Conciliis, quæ nos ſub obteſtatione divini judicii præcipimus obſervari diſtrictè, ſalubriter eſt proviſum.

XXII.

11. Fevrier. *Societas Filiorum Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Civitatum nempe* BONONIAE, PARMAE, MUTINAE, REGII, VERONAE, BRIXIAE *&* MANTUAE; *ità ut habeant communes amicos, & inimicos, ac ſibi mutuo auxilium ferant contra quoſcunque per aquam, & Terram, nullâ pace pangendâ, niſi de communi conſenſu. Actum Bononiæ* II. *Februarii Anno* 1306. *Indictione IV.* [Autentique tiré des Archives Archi-Ducales de Mantoüe.]

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo trecenteſimo ſexto, Indictione quarta, die undecimo Februarii. Ad honorem & reverentiam Omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ Virginis Matris ejus, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Beatorum Confeſſorum Petronii, & Ambroſii, & Dominici, & Franciſci, Patronorum & Defenſorum Communis, & Populi Bononiæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum ejus, & ad honorem, & reverentiam Sanctiſſimi Patris Domini Clementis Papæ V. & fratrum ſuorum, & Sacro-Sanctæ Matris Romanæ Eccleſiæ, & omnium Chriſticolarum, & ad bonum, & ſecurum, & pacificum ſtatum Parmæ, Veronæ, Mantuæ, Brixiæ, Mutinæ, & Regii & Civitatis Bononiæ, & omnium Amicorum ſuorum & ipſarum Civitatum, & Communium perpetuam libertatem, & Pacem. In Palatio Veteri Communis Bononiæ in pleno Conſilio octingentorum & Populi Bononiæ, coram Nobilibus Viris Dominis Symone de Ferrapegora, Poteſtate & Ramberto de Rambertis Capitaneo Communis, & Populi Civitatis Bononiæ preſentibus Dominis Bonincontro de Hoſpitali, Decretorum Doctore, Domino Johanne de Calcina, Decretorum Doctore, Domino Julliano Cambii, Legum Doctore, Domino Paulo de Sulimanis Legum doctore, Pelizario de Pilizariis Notario, Egidio Johannis de Libris, & Manfredino de Calcina teſtibus rogatis & vocatis, & in dicto Conſilio exiſtentibus. Ibique discretus Vir Dominus Stephanus Amati, Cancellarius Communis Bononiæ Sindicus, Actor, Procurator, & Nuntius ſpetialis Communis & Univerſitatis Bononiæ ad infraſcripta legitime conſtitutus, ut de ſindicatu conſtat Inſtrumento publico ſcripto per Gerardum Bartolamei Mutti Notarium ſub Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexto, Indictione quarta, die undecimo Menſis Februarii, & Dominus Benedictus de Zambulis Procurator Magnifici Domini Guberti de Corrigia, Defenſoris Communis & Populi Parmæ, ac Sindicus, Actor, Procurator, & Nuntius ſpetialis Communis & Univerſitatis Parmæ, ut de procuratorio, & Sindicatu conſtat Inſtrumentis publicis ſcriptis per Aliotum Gerardi Alioti Notarium ſub Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexto, Indictione quartâ, die Martis primo Menſis Februarii, & Dominus Richelbonus de la Coſta de Rebuſco, Sindicus, Actor, Procurator, & Nuntius ſpecialis Communis, & Univerſitatis Brixiæ, ut de Sindicatu conſtat Inſtrumento publico ſcripto per Bonaventuram de Vulzano Notarium ſub eodem milleſimo, die ſeptimo menſis Januarii, & Dominus Bonmeſius Judex de Paganottis Sindicus, Actor, Procurator, & Nuntius ſpecialis Magnifici Domini Alboyni de la Scala, Capitanei, & Communis & Univerſitatis Veronæ, ut de Sindicatu conſtat Inſtrumento publico ſcripto per Bommaſſarium quondam Domini Zambonini Notarium ſub eodem milleſimo, die Mercurii ſecundo Februarii, & Dominus Mapheus de Michaelibus, Juris Peritus, Sindicus, Actor, Procurator, & Nuntius ſpecialis Magnifici Domini Guidonis de Bonacolſis, Capitanei, & Communis, & Univerſitatis Mantuæ, ut de Sindicatu conſtat Inſtrumento publico ſcripto per me Adelberium Notarium de Adelberiis ſub eodem milleſimo, & eodem die Mercurii; Et Dominus Nicolaus Burſarius, Sindicus, Actor, Procurator, & Nuntius ſpetialis Communis, & Univerſitatis Mutinæ, ut de Sindicatu conſtat Inſtrumento publico ſcripto per Johannem Cartolarium Notarium ſub eodem milleſimo, die Martis primo Februarii, & Dominus Gerundinus de Gerundis Sindicus, Actor, Procurator, & Nuntius ſpetialis Communis, & Univerſitatis Regii, ut de Sindicatu conſtat Inſtrumento publico ſcripto per Paulum de Michaelibus de Jeſſo Notarium ſub eodem milleſimo, die Mercurii ſecundo Februarii, ſindicariis nominibus & vicibus quorum prædictorum ſunt Sindici, Actores, Procuratores, & Nuntii, & prò eis inter ſe ſe fecerunt, inierunt, contraxerunt, & firmaverunt Societatem, Fraternitatem, & Unionem perpetuam, & inter dictos Dominos Capitaneos, Defenſorem, & Communia & Univerſitates dictarum Civitatum perpetuò valituram cum pactis, Capitulis, & conditionibus infraſcriptis. Quæ ſocietas vocetur ſocietas filiorum Sacro-Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Primo videlicet, quod prædicti Domini, & Communia & Univerſitates Bononiæ, Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ, pro ſe, & Amicis ſuis de dictis Civitatibus Bononiæ, Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ, qui ſcilicet nunc ſunt & Amici ipſorum Dominorum, & Communium, remanebunt in futurum, ita quod unusquisque Dominus, & unumquodque Commune per ſe, & Amicos ſuos hujusmodi ſe ſe, ſuosque Amicos prædictos ad alterutrum habebunt, tenebunt, & tractabunt prò ſuis veris Amicis. Item quod prædicti Domini,

ANNO 1306. ni, & Communia, & Universitates Bononiæ, Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ prò se, & Amicis suis prædictis habebunt, tenébunt, & tractabunt perpetuo Inimicos suos ad alterutrum; tam qui nunc sunt inimici, quam qui fierent in futurum, vel essent tam de Civitatibus supradictis Bononiæ, Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ, & qualibet earum; quam aliunde pro suis inimicis, videlicet unusquisque Dominorum, & unumquodque Communium prædictorum Inimicos cujuslibet aliorum Dominorum prædictorum, & Communium, & eis Inimicis, ac omnibus, quibus aliquis prædictorum Dominorum, & Communium vellet guerram facere, vel movere, omnes & singuli alii supradicti Domini, & Communia facient vivam guerram ad sensum, & voluntatem Domini, & Communis dictam guerram facere volentis, vel moventis, ubicunque in omnibus locis, & per terram, & per aquam, videlicet dictis Inimicis, & omnibus, quibus aliquis dictorum Dominorum, & Communium, & Universitatum vellet guerram facere, vel movere; Omnes & singuli alii prædicti Domini, Communia, & Universitates facient vivam guerram ad sensum, & voluntatem illius Domini, & Communis, & Universitatis, quæ dictam guerram facere voluisset, vel movisset. Nec cum eis, vel aliquo eorum ad pacem, treuguam, pactionem, seu conventionem aliquam, seu aliud quocunque nomine censeatur, provenient, seu pacem, treuguam, pactionem, conventionem, vel aliud quocunque nomine censeatur facient, vel tractabunt, seu tractari facient sine voluntate expressa illius Domini; Communis, & Universitatis, qui, vel quod dictam guerram fecisset vel movisset, & nisi in concordia communi prædictorum omnium de Societate prædicta. Item quod prædicti Domini, & Communia, & Universitates Bononiæ, Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ se se ad invicem manutenebunt, adjuvabunt, defendent, & conservabunt perpetuò, toto eorum posse cum personis, & avere, videlicet omnes Domini, & Communia unumquemque Dominum, & unumquodque Commune ex prædictis contra omnes, & singulas Civitates, Communitates, & Loca ad sensum, & voluntatem Domini, & Communis requirentis per terram, & per aquam in quocunque loco, territorio, & districtu tam de dictis Civitatibus, & qualibet earum, quam alio quocunque, adjuvando etiam manutenendo, defendendo, & conservando se se ad invicem, videlicet omnes & singuli Domini, & Communia unumquemque aliorum Dominorum, & Communium requirentem in omnibus, & singulis ejus honoribus, Juribus, & Jurisdictionibus, vel quasi ad alterutrum cum personis, & avere, toto posse contra omnes, & singulas personas Civitates, Communitates, & loca in quocunque loco, territorio, & districtu tam dictarum Civitatum, & cujuslibet earum, quam alio quocunque. Item quod omnes, & singuli banniti prò parte, proditione, vel Malexardia alicujus dictorum Dominorum & Communium, & qui de cætero bannirentur prò parte, proditione, vel Malexardia alicujus dictorum Dominorum, & Communium ipso jure intelligantur esse, & sint banniti prò parte, proditione, & malexardia omnium, & singulorum aliorum Dominorum & Communium prædictorum, nec venire nec morari possint in dictis Civitatibus Bononiæ, Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ & Mantuæ, neque in aliqua earum, neque in earum, vel in alicujus earum districtibus. Item si contingeret aliquem, vel aliquos, ex bannitis alicujus prædictorum Communium, vel Civitatum prædictarum prò parte, proditione, vel malexardia habitare, vel esse aliquo tempore in aliqua aliarum Civitatum prædictarum, vel earum, vel alicujus earum districtu, bannitus ille, vel banniti, illi possit, & possint per Nuntium illius Domini, Communis, vel Civitatis cujus bannitus esset, auctoritate Præsidis loci, ubi repertus esset talis bannitus, capi personaliter, & detineri in quocunque loco Civitatum, vel districtuum prædictorum & cujuslibet earum reperiretur, per dictum Nuntium, & conduci in fortiam ejusdem Domini & Communis, cujus esset bannitus, vel etiam per dictum Nuntium auctoritate prædicta consignari in fortiam illius Communis, & Domini, in cujus Civitate, vel districtu repertus esset, vel reperti essent, qui Dominus, & quod Commune illum bannitum consignatum unum, vel plures teneatur quam citius Domino, & Communi, cujus bannitus esset, sub fida custodia conducendum, præsentare, & dare, ita etiam quod ad requisitionem dicti Domini, & Communis, cujus esset bannitus, vel ejus Nuntii, dictus Dominus, & Commune, in cujus Terra, vel Territorio repertus esset, & Communia & homines Villarum, & locorum districtuum Civitatis illius, in quibus aliquis ex prædictis bannitis reperiretur, tencantur talem bannitum; vel bannitos personaliter capere, & facere, quod veniat in fortiam Domini, & Communis, cujus esset bannitus. Item quod prædicta Pacta, & Capitula cum omnibus, & singulis supra, & infrascriptis per dictos Dominos; & per dicta Communia Bononiæ, Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ, & per homines de ipsis Communibus, & per Consilia, & Consiliarios ipsarum Civitatum, seu Communium jurentur, & firmentur in Consiliis ipsarum Civitatum, vel sicut & ubi melius esse poterit, & commodius, & videbitur expedire ad majorem firmitatem prædictorum, & cum solemnitatibus opportunis fiant, & facta esse intelligantur, ut nullo obstante irrevocabilem, & perpetuam obtineant firmitatem, salvis semper, & servatis Societatibus; pactis, conventionibus, & promissionibus, quæ dictum Commune, & Universitas Bononiæ habet cum Domino Guberto de Corrigia Defensore, & Domino Communis, & Populi Parmæ, & cum Communi Parmæ, cum Communi Incolæ, cum Communi Forlivii, cum Communi Faventiæ, cum Communi Bagnacavalli; cum Communi Cerviæ, cum Communi Arricii, cum Communi Pisarum, cum Blanchis Forinsecis de Florentia, & eorum parte, & cum Communi Pistorii, & quæ dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ habent inter se se & quæ habent cum Domino Guberto prædicto Defensore & Domino Communis & Populi Parmæ, & cum Communi Parmæ, & è converso, & cum Communi Brixiæ & è converso, & quæ dictus Dominus Capitaneus Veronæ, & Commune Veronæ habent cum Communibus Paduæ, & Vicentiæ. Quibus omnibus, & singulis Societatibus, pactis, conventionibus, & promissionibus per hæc nullatenus derogetur. Quæ omnia, & singula pacta, & Capitula cum omnibus, & singulis in præsenti contractu insertis, & scriptis prædicti Domini Stephanus, Benedictus, Richelbonus, Bonmesius, Mapheus, Nicolaus, & Gerundinus Sindici, Actores, Procuratores, & Nuntii speciales prædictorum sindicario, actorio, & Procuratorio nomine, ac vice dictorum, quorum sunt Sindici, Actores, Procuratores, & Nuntii & prò ipsis sibi ad invicem omnes omnibus; & omnes uni, & unus omnibus solemni stipulatione promiserunt, & convenerunt sibi ad invicem attendere, & observare perpetuò & nunquam de jure, vel de facto contrafacere, vel venire per modum aliquem seu causam, sub pæna, & in pæna decem millium librarum Imperialium Lombardorum, quæ pæna ad omnia, & singula Capitula referatur, & prò singulis Capitulis non servatis committatur contra non servantem vel non servantes, & peti, & exigi cum effectu possit semel, & pluries per servantem, & per servantes a non servante, vel non servantibus quotiescunque contra prædicta, vel aliquod prædictorum ventum, vel factum fuerit, & pæna soluta semel, & pluries vel non, prædicta omnia, & singula in sua firmitate perdurent cum ejusdem pænæ stipulatione, promissione, & exactione. Constituentes dicti Contrahentes nominibus, quibus supra, se se, & dicta Communia ubique conveniendos prò prædictis, & integraliter solvturos, & ob hoc Fori privilegio renuntiantes. Ita etiam & tali pacto inter ipsos Contrahentes promisso, & inito expresse, quod si contingeret aliquem, vel aliquos dictorum Dominorum, & Communium alicui, vel aliquibus Dominorum, & Communium aliorum præscriptorum de societate præsenti non attendere, & non servare in totum, vel in aliquo deficere seu contra prædicta, vel aliquod prædictorum facere, vel venire ullo modo, vel ingenio, de jure, vel de facto. Ille Dominus, vel illud Commune, qui, vel quod diceret, seu illi Domini, & illa Communia, quæ dicerent sibi servatum non esse, vel ventum, seu factum contra prædicta, vel aliquod prædictorum, teneatur, seu teneantur denuntiare contravenienti vel non servanti, contravenientibus, vel non servantibus, vel Potestati, vel Rectori, seu Potestatibus, vel Rectoribus Civitatis, & Communis contravenientis, vel non servantis, Civitatum, & Communium contravenientium, vel non servantium, qualiter non servavit, vel non servaverunt, non servat, vel non servant

ANNO 1306.

seu

ANNO 1306. seu contravenerunt in prædictis, vel aliquo prædictorum, specificando ubi, & in quo, & denuntiatione facta, Dominus, Civitas, & Commune non servans, vel contraveniens, seu quæ non servasset, vel contravenisset, seu Domini, Civitates, & Communia non servantes vel contravenientes, seu quæ non servassent, vel contravenissent, teneatur, & teneantur infra mensem cum dicto denuntiante, vel denuntiantibus concordare; & satisfacere de his, super quibus facta fuerit denuntiatio, quod si recusaverit, vel non fecerit, recusaverint, vel non fecerint, tunc & deinde qui sic denuntiaverit, & qui sic denuntiaverint, & Rector, seu Rectores Civitatis, & Communis denuntiantis, Civitatum & Communium denuntiantium possit, & possint res, & bona, & personas non servantis, vel non servantium, vel ejus qui non servasset, seu eorum, qui non servassent, & bonorum illius Civitatis, & Communis in Civitate, & districtu petentis, in Civitatibus, & districtibus petentium, & agentis, vel agentium ad pænas exigendas, & etiam in omni loco, & terra convenire, & auctoritate propria capere, detinere, & habere usque ad plenam & perfectam solutionem, & satisfactionem damni, interesse, & omnium expensarum factarum, ac etiam faciendarum. Quæ omnia, & singula suprascripta prædicti Contrahentes vicissim nominibus, quibus supra, societatem, fraternitatem, & Unionem inter se se facientes, & contrahentes secundum formam præscriptam solemni stipulatione sibi ad invicem promiserunt, & insuper in animas prædictorum, quorum sunt Sindici, & Procuratores videlicet Dominorum, Communium, & hominum de Civitatibus Bononiæ, Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ supradictis corporaliter juraverunt ad Sancta Dei Evangelia tactis scripturis attendere, & servare in perpetuum, & inviolabiliter, & non contrafacere, vel venire ullo modo, ingenio, vel causa de jure, neque de facto sub dicta pæna. Renuntiantes ad invicem per pactum exceptioni doli mali, & infactum, conditioni sine causa, vel ex injusta causa, beneficio restitutionis in integrum, Litteris, & Rescriptis impetratis, ac etiam impetrandis, & beneficio cujuslibet Legis, & Canonis, ac etiam Statutorum, & Reformationum dictarum Civitatum, & Communium, & cujuslibet earum, generali, & spetiali, obviantibus, & derogantibus, vel quæ in aliquo obviare, vel derogare possent prædictis, vel alicui prædictorum quocunque modo, & etiam cuilibet alii Juri, per quod contra dici, fieri, vel veniri posset in aliquo, & ea sibi ad invicem, per pactum remittentes, & cum refectione totius damni, interesse, & omnium expensarum litis, & extra. Prò quibus omnibus, & singulis plenius observandis, & attendendis prædicti Contrahentes nominibus, quibus supra, obligaverunt sibi ad invicem omnia bona dictorum Dominorum, & Communium, & cujuslibet eorum constituentes se se ad alterutrum, alterum alterius nomine possidere, vel quasi &c.

L. H. T. Ego Adelberius de Adelberiis Sacri Palatii Notarius publicus, his interfui, & rogatus publice scripsi, signumque meum consuetum appposui.

XXIII.

1307. 6. Mars. *Mandatum* PHILIPPI *Regis Franciæ pro apprehensione Bonorum Templariorum in Britannia existentium. Datum apud Clariacum 6. Martii* 1307. [LOBINEAU *Histoire de Bretagne.* Aux preuves col. 459.]

IN nomine Dei Amen. Anno ejusdem MCCCVIII. Indictione VI. Pontif. Sanctissimi Patris ac Domini D. Clementis Divina provid. summi Pont. V. anno III. Noverint universi præsens hoc Instrumentum publicum inspecturi, quod die Sabbati in Festo B. Laurentii anno ut supra, circa horam primam in Domo seu manerio quondam Templariorum Nannet. in mei infra scripti Notarii & testium subscriptorum præsentia personaliter constitutus nobilis vir D. Petrus de Bailleux Miles illustris Regis Francorum quasdam Litteras cum sigillo dicti Regis his appenso sanas & integras exhibuit & ostendit, formam quæ sequitur continentes. „ Philippus D. G. Francorum „ Rex Universis præsentes Litteras inspecturis salu„ tem. Notum facimus, quod nos de industria & fi„ delitate dilectorum nostrorum Petri de Bailleux & „ Johannis Roberti Militum nostrorum confidentes, ANNO 1307. „ ipsos & eorum quemlibet in solidum deputamus „ & constituimus ad levandum, colligendum, exi„ gendum, & recipiendum omnia bona mobilia & „ immobilia quæ fuerunt & erant Templariorum „ patriæ Britanniæ, in quibuscumque locis & rebus „ consistant, & ad conservandum ipsas domos & bo„ na Templi in dicta patria existentes, & ad conce„ dendum domos ipsas, fructus, redditus, & proven„ tus ipsorum ad firmam, & ad dandum solutionis „ & acquitationis Litteras de habitis & receptis, & „ generaliter ad omnia & singula facienda quæ su„ per præmissis & præmissa tangentibus opportuna „ fuerint; dantes omnibus & singulis Justiciariis & „ Subditis nostris tenore præsentium, in Mandatis, „ quod ipsi eis & eorum cuilibet in præmissis pa„ reant efficaciter & intendant. Volumus autem „ quod ipsi Baillivis & Justiciariis nostris & aliis Do„ minis temporalibus, quibus & coram quibus dicti „ Templarii pro dictis bonis & domibus respondebant, modo & forma respondeant pro præmissis, „ quibus ipsi Templarii tenebantur, & de ejusmo„ di administratione sibi commissa, & de omnibus „ his quæ ipsi habuerint & receperint de præmissis „ ipsi milites dilectis nostris Magistro Guillelmo de „ Gisortio Canonico Dolensi Clerico, Reynerio Bor„ don, & Guillelmo Pidous, quibus pariter nostris „ deputatis à nobis & præsidentibus super omnes „ qui in Regno nostro sunt pro dicto negotio de„ putati, rationem & compotum reddant, & recep„ ta ab eis de præmissis assignabunt. Actum apud „ Clariacum VI. die Martii anno Domin MCCCVII. Præsentibus ad hoc Andrea Boessonneau Clerico, Herveo de Templo, Guillelmo le Picart, Robino de Yseigny, & Ricardo familiaribus dicti Militis, Simone des Essarz & Johanne de Nou, & pluribus aliis, &c. Et ego Petrus Bouvart, &c. *Sur le dos est escrit*: Cet Instrument fut trouvé chez les Freres Mineurs de Nantes en la huche du Sire de Septmaisons le Jeudi 13. de Janvier 1406. & donné à Hervé le Grant, Tresorier des Lettres de Bretagne. E est assavoir que les dous Commissaires nommez en cest Instrument, quand ils furent venus à Nantes pour cuider mettre à execution leurdite commission, furent chacez e boutez hors de Nantes vilainement par les Bourgeois e autres gens notables demourans en icelle, disans que au Roy n'apartenoit point avoir les biens d'iceux Templiers, ainçois apartenoient e estoient confisquez au Duc de Bretaigne leur Prince e Seigneur, e non à autre. *Cette annotation est du tems de sa date, c'est à dire de l'an* 1407. *Ch. de Nantes arm. S. cassette. D. n.* 1.

XXIV.

Liga inter Civitates BONONIÆ, PARMÆ, BRIXIAE, MANTUAE, *ac* VERONAE, *&* FRANCISCUM *Marchionem Estensem contra* AZONEM *Marchionem Estensem & Civitatem* FERRARIAE *quamdiu erit sub præfati* AZONIS *regimine. Per dictam Ligam datur facultas Capitaneo Mantuæ recipiendi in illam Dominos de Polentâ; nec non Communia, & homines Civitatum Ravennæ & Cerviæ. Actum Mantuæ* 14. *Martii Anno* 1307. *Indictione V.* CUM *Admissione Dominorum de* POLENTÂ, *& Civitatum superius nominatarum. Actum Mantuæ X. Aprilis Anno & Indictione iisdem.* [Authentique tiré des Archives Archi-Ducales de Mantoüe.] 14. Mars.

IN Nomine Christi. Constat Societatem, Fraternitatem, & unionem initam factam, & contractam esse inter infrascriptos ut continetur Instrumento publico scripto per me Notarium infrascriptum cujus Instrumenti tenor talis est. In Christi Nomine Amen. Dominus Guillielmus de Guidezannis, Sindicus, Procurator, & Actor Dominorum Octaviani de Eugubio Judicis, Assessoris, atque Vicarii Nobilis Militis Domini Gerardi de Bustichis, Potestatis Bononiæ, & Domini Ugolini de Nuviano Judicis Assessoris, & Vicarii Domini Dini de Obizis, Capitanei

ANNO 1307. tanei Populi Bononiæ, & Antianorum, & Consilii Populi Bononiæ, & Consilii, & Communis Bononiæ, ut patet Instrumento Sindicatus scripto sub signo, & nomine Thomæ Carneluarii de Præconstis Notarii, Millesimo trecentesimo septimo, Indictione quinta. Et Illustris Vir Dominus Franciscus, Dei, & Apostolica gratia Estensis, & Anchonæ Marchio, & Dominus Benedictus de Zabulis, Sindicus, & Procurator Nobilis, & Magnifici Viri Domini Gilberti de Corrigia, defensoris Communis, & Populi Civitatis Parmæ pro se, & nomine, & vice ipsius Communis, & Populi, ex auctoritate, & baylia sibi attributa per Commune, & Populum Civitatis prædictæ, ut de sindicatu constat publico Instrumento scripto sub signo, & nomine Gerardini Notarii de Lanfranchii die quarto Martii, Millesimo trecentesimo septimo, Indictione quinta. Et Dominus Richelbonus de la Palata Civis Brixiæ, Sindicus, Procurator, & Actor Dominorum Potestatis, Prioris, Consiliariorum, Practicorum, Abbatis Antianorum Communis Pacis, & Populi, & Consilii, & Communis Brixiæ, prout patet Instrumento sindicatus publico, scripto sub signo, & nomine Brixiani de Soiano Notario, die secundo Martii, Millesimo trecentesimo septimo, Indictione quinta. Et Nobilis & Magnificus Vir Dominus Guido de Bonacolsis, Capitaneus generalis Communis, & Populi Mantuæ pro se, & Communi Mantuæ ex auctoritate, & baylia sibi concessa per statuta Communis Mantuæ. Et sapiens Vir, Dominus Nicolaus de Altemanno, Legum Doctor, Sindicus, Actor, & Procurator constitutus per Nobilem, & Magnificum Virum Dominum Alboynum de la Scala, Communis, & Populi Veronensis Capitaneum generalem pro se, & Communi Veronæ, ex auctoritate & baylia sibi concessa per statuta Communis Veronæ, ut patet publico Instrumento scripto sub signo, & nomine Bommaslarii Notarii quondam Domini Zambonini, die primo Martii, Millesimo trecentesimo septimo, Indictione quinta. Prædicti Domini, & Sindici suis nominibus, & sindicatiis nominibus, & vicibus prædictorum, quorum sunt Sindici, inierunt, insimul fecerunt, & contraxerunt Societatem, & Fraternitatem, ac Unionem, promittentes sibi ad invicem solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus, se invicem juvare, manutenere, & defendere contra Dominum Azonem Marchionem Estensem, & contra Commune, & homines Ferrariæ, quam diu ipsum Commune, & homines fuerint sub Domino, & Regimine ejusdem Domini Azonis, ac etiam facere vivam guerram tam per terram, quam per aquam prædicto Domino Azoni Marchioni, & dicto Communi, & hominibus Ferrariæ, quam diu fuerint sub dominio, & Regimine ipsius Domini Azonis, toto ipsorum posse continuè, & incessanter usque ad consumptionem ipsius Domini Azonis Marchionis, seu expulsionem ipsius de Civitate Ferrariæ & districtu, & etiam promiserunt ad invicem dicti Domini, & Sindici, ac Procuratores prædictarum Civitatum & Communium, solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus, se invicem juvare, manutenere & deffendere contra quascumque Civitates, Populos, Universitates, Dominos Communitates & loca, quæ, & qui prædicto Domino Azoni Marchioni & Communi Ferrariæ contra prædicta Communia, Civitates, & Populos, ac Dominos suprascriptos, vel aliquod, seu aliquem ex eis, daret, seu præberet auxilium, consilium, vel favorem. Et si contingeret prædicta Communia, Populos, & Civitates, ac Dominos prædictos, seu aliquod, vel aliquem eorum, videlicet Bononiæ, Parmæ, Brixiæ, Mantuæ, Veronæ, & Dominos Franciscum Marchionem Estensem, Gilbertum de Corrigia, defensorem, Guidonem de Bonacolsis & Alboynum de la Scala, seu aliquem eorum guerram facere, vel movere cum aliqua Civitate, Communi, vel Universitate, seu Domino, Persona, vel loco dante auxilium Consilium, vel favorem prædicto Domino Azoni, & Communi Ferrariæ; quod quodlibet prædictorum Communium, & Civitatum, ac etiam quilibet prædictorum Dominorum teneantur, & debeant movere, & facere vivam guerram communiter, & divisim prædictis, & cuilibet prædictorum. Item quod aliqui de prædictis Communibus, & Civitatibus Bononiæ, Parmæ, Brixiæ, Mantuæ, & Veronæ, seu aliqui de prædictis Dominis, videlicet, Domini Franciscus Marchio Estensis, Gilbertus de Corrigia, Guido de Bonacolsis, & Alboynus de la Scala, non possint, vel debeant facere concordiam, treuguam, vel pacem, vel inire aliquas fidantias cum prædicto Domino Azone Marchione Estense, & Communi Ferrariæ, vel aliquibus dantibus ei, vel eis auxilium, consilium, vel favorem, sine licentia & voluntate, ac communi consensu omnium prædictorum Communium, & Dominorum. Hoc salvo, & specialiter intellecto, quod propter prædicta Capitula, & quæ continentur in eis, & scripta sunt in Instrumento præsenti, dicta Communia, Civitates & Populi seu prædicti Domini, vel aliquis, seu aliquod eorum non teneatur rumpere pacem vel Societatem alicui Domino, Civitati vel Civitatibus, cum quo vel qua vel quibus dicta Communia, Civitates & Populi, seu dicti Domini, vel aliquis prædictorum haberet Societatem, & pacem, nisi primo pax, vel societas rumperetur eisdem, vel alicui prædictorum, propter quam, contra prædictum Dominum Azonem Marchionem, & Civitatem Ferrariæ. Item prædicti Domini, Guillielmus Sindicus, & sindicario nomine ut supra, & Dominus Franciscus Marchio, atque Benedictus Sindicus, & sindicario nomine ut supra, & Richelbonus Sindicus sindicario nomine ut supra, & Dominus Nicolaus Sindicus sindicario nomine ut supra, unanimiter & concorditer pro utilitate, & commodis dictæ Societatis, & Communium & Dominorum de ipsa Societate dederunt, concesserunt, & contulerunt præfato Domino Guidoni de Bonacolsis Capitaneo Mantuæ præsenti, & recipienti bayliam, auctoritatem, & plenitudinem potestatis recipiendi, admittendi, copulandi, atque uniendi ad prædictam Societatem, & ad omnia prædicta Nobiles Viros Dominum Bernardinum, & Lambertum filios Domini Guidonis de Polenta, & Dominos Guidonem, Attonem, & Geremiam fratres, filios quondam Domini Ostasii de Polenta, & Communia, & homines Civitatum Ravenæ, & Cerviæ cum promissionibus, Conventionibus, pactis, obligationibus renuntiationibus, juramentis, & aliis faciendis, & recipiendis, prout eidem Domino Guidoni videbitur pro majori firmitate omnium prædictorum, promittentes prædicti Domini, & Sindici, & eorum quilibet, nominibus quibus supra, ratum habere perpetuo quicquid ipse Dominus Guido in prædictis, & quolibet prædictorum duxerit faciendum. Quæ omnia, & singula suprascripta, suprascripti Domini, & Sindici, nominibus, quibus supra, corporaliter juraverunt, dicti Domini in animas suas, & dicti Sindici in animas eorum, quorum sunt Sindici, in perpetuum sibi ad invicem firma, rata, & incommutabilia habere, tenere, & de jure, vel de facto nunquam contravenire. Præterea promittentes, & convenientes sibi ad invicem solemnis stipulationibus interpositis prædicta omnia, & singula in perpetuum attendere, & servare, sub pæna, & in pæna decem millium Marcharum argenti, committenda per quemlibet dictorum Dominorum, & Communium quodlibet prædictorum, qui, vel quod non attenderet, & exigenda per Dominos, & Communia qui, & quæ attenderent, quotiens fuerit contrafactum, vel non servatum, & pæna soluta semel, & pluries, nihilominus contractus præsens, & singula in eo contenta, in sua firmitate perdurent. Obligantes sibi ad invicem dicti Sindici Sindicariis nominibus ut supra, omnia sua bona, & dictorum Communium jure pignoris pro prædictis omnibus, & singulis attendendis, atque renunciantes expresse sibi ad invicem omni eorum, & cujuslibet eorum Juri, & auxilio Legum, & Canonum, & maximè actioni, & exceptioni doli mali, & infactum, conditioni sine causa, vel ex injusta causa, litteris, & rescriptis impetratis, & impetrandis, & omni alii Juri, & exceptioni, per quod contra prædicta, vel aliquod prædictorum facere, vel venire possent. Actum die Martis, quarto decimo Martii, Anno Domini millesimo trecentesimo, Indictione quinta, in Terra Luzariæ districtus Mantuæ, in Castro in domo Nobilis, & Magnifici Domini Guidonis de Bonacolsis Capitanei Mantuæ, quæ Domus est opposita Ecclesiæ, sive Plebi dictæ Terræ, præsentibus Dominis Galeaz filio Nobilis, & Magnifici Domini Maphei Vicecomitis, Guidone de la Turre, & Guillielmo de Auxandris Judicibus Civibus Mantuæ, Gabriele de Calamatonibus de Bononia, & Garganocio de Melia testibus rogatis. Comparente igitur coram antedicto Domino Guidone de Bonacolsis Capitaneo Mantuæ discreto Viro Vitale Bagnoli, Notario de Ravena, Procuratore, Actore, & Nuntio speciali Nobilium Virorum Dominum Lamberti filii Domini Guidonis de Polenta & Guidonis, & Attonis fratrum, filiorum quondam Domini Ostasii de Polenta eorum nomine, & vice, & nomine Do-

ANNO 1307.

ANNO 1307. Domini Geremiæ de Polenta, fratres prædictorum Dominorum Guidonis & Attonis, pro quo Domino Geremia ipsi Domini Lambertus Guido, & Atto de Polenta promiserunt de rato ad obligationem binorum suorum, & etiam cujuslibet eorum, Procuratore, Actore, & Nuntio, ut de Procuratorio constat Instrumento publico scripto sub signo, & nomine Petri Suzii Johannis Ugonis Notarii de Ravena sub Anno Domini a Nativitate millesimo trecentesimo septimo, Indictione quinta, die vigesimo septimo Martii, & Procuratore, Actore, & Nuntio Nobilis Viri Domini Bernardini, filii Domini Guidonis de Pollenta, ut de Procuratorio constat Instrumento publico scripto sub signo, & Nomine Ranutii, Notarii olim Domini Grimoli de Bambis de Cervia, anno Domini millesimo trecentesimo septimo, Indictione, quinta, die vigesimo quinto Martii, atque Sindico Procuratore, & Nuncio spetiali Communis Ravenæ, ut de Sindicatu constat Instrumento publico scripto sub signo, & nomine Petri Suzii Johannis Ugonis Notarii antedicti, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo sexto, Indictione quinta, die quarto Mensis Februarii, atque Sindico, Procuratore, Actore, & Nuntio spetiali Communis Cerviæ, ut de Sindicatu constat publico Instrumento scripto sub signo, & nomine Ranutii Notarii olim Domini Grimoli de Bambis antedicti, millesimo trecentesimo septimo, Indictione quinta, die vigesimo quinto Martii, & Procuratoriis nominibus prædictorum Nobilium de Polenta omnium, & singulorum, atque sindicariis nominibus prædictorum Communium Ravenæ & Cerviæ, & cujuslibet eorum, instanter petente, & requirente dictus Nobilis Dominus Guido de Bonacolsis Capitaneus Mantuæ, & vigore auctoritatis bayliæ, & plenitudinis potestatis sibi concessæ, & collatæ per dictos Dominos, & per dictos Sindicos Communium prædictorum, secundum quod in forma proxime suprascripti Instrumenti plenius continetur, & omni jure, modo, & forma, quibus melius plenius, & efficatius potuit, prædictum Vitalem Procuratorem prædictorum Nobilium de Polenta procuratorio nomine eorundem & per eum, ipsos Nobiles, & quemlibet eorum, atque Sindicum prædictorum Communium Ravenæ, & Cerviæ sindicario nomine eorundem Communium, & per eum, ipsa Communia, & eorum quodlibet, recepit, admisit, copulavit, & univit ad dictam societatem, fraternitatem, & Unionem & ad omnia prædicta in Instrumento prædicto inserta, & contenta, ineundo insuper dictus Dominus Guido Capitaneus Mantuæ, faciendo, & contrahendo nomine suo, & Communis Mantuæ, nec non vice & nomine prædictorum Domini Francisci Marchionis Estensis, Domini Gilberti de Corrigia, defensoris Communis, & Populi Parmæ, atque ipsius Communis Parmæ, Domini Alboyni de la Scala, Capitanei generalis Communis, & Populi Veronæ, atque ipsius Communis Veronæ, nec non vice, & nomine Communis Brixiæ, & Communis Bononiæ cum prædicto Vitale Procuratore, & Sindico prænominatorum Nobilium de Polenta, & Communium Ravenæ, & Cerviæ, & cujuslibet ipsorum Dominorum, & Communium, procuratoriis, & Sindicariis nominibus eorundem, ac per ipsum Procuratorem, & sindicum cum ipsis Nobilibus, & Communibus, & ipse Vitalis Procurator & Sindicus eorundem Nobilium, & Communium procuratorio, & Sindicario nomine ipsorum, quorum est Procurator, & Sindicus, omnium, & singulorum, cum dicto Domino Guidone Capitaneo Mantuæ nomine ipsius, & Communis Mantuæ, & nomine prædictorum, a quibus habet hujusmodi auctoritatem, bayliam, & plenitudinem potestatis, ut prædicitur, & per ipsum Dominum Guidonem Capitaneum Mantuæ, cum eis omnibus, & singulis Societatem, Fraternitatem, & Unionem contra dictum Dominum Azonem Marchionem Estensem & contra Commune Ferrariæ, quamdiu ipsum Commune Ferrariæ fuerit sub Dominio, & Regimine ipsius Domini Azonis Marchionis, ad illas omnes, & singulas promissiones, mutuas conventiones, pacta, obligationes, renuntiationes, & alia, & cum illis omnibus, & singulis promissionibus, mutuis conventionibus, pactis, obligationibus, renuntiationibus, & aliis, quæ in Instrumento proxime suprascripto continentur, ita videlicet, quod dictus Dominus Guido, Capitaneus Mantuanus, & Commune Mantuæ, & dictus Dominus Franciscus Estensis Marchio, dictus Dominus Gilbertus, & Commune Parmæ, dictus Dominus Alboynus, & Commune Veronæ, atque Commune Brixiæ, & Commune Bononiæ à modo ex igore presentis Contractus teneantur, & obligati sint dictis Nobilibus Dominis Bernardino, & Lamberto filiis Domini Guidonis de Polenta, & Guidonii, Attoni, & Geremiæ fratribus filiis quondam Domini Ostasii de Polenta, & cuilibet eorum, atque Communi Ravenæ, & Communi Cerviæ, & cuilibet eorum & e converso ipsi Nobiles de Polenta, & eorum quilibet, & dicta Communia Ravenæ, & Cerviæ & eorum quodlibet prænominatis Dominis Guidoni de Bonacolsis Capitaneo Mantuæ, & Communi Mantuæ, Domino Francisco Marchioni Estensi, Domino Gilberto, & Communi Parmæ, Domino Alboyno, & Communi Veronæ, ac Communi Brixiæ, & Communi Bononiæ, & cuilibet ipsorum Dominorum, & Communium, ac etiam inter se se ad omnia, & singula pacta, promissiones, conventiones, stipulationes, renuntiationes, & pænas, & ad reliqua quæ in dicto Instrumento scripta sunt; ac si tempore Contractus dictæ Societatis, Fraternitatis, & Unionis præsentes fuissent, ineuntes, & insimul contrahentes, & iniissent, fecissent, & contraxissent ea omnia & singula: Volentes dictus Dominus Guido Capitaneus Mantuæ nominibus, quibus supra, & dictus Vitalis Procurator, & Sindicus, Procuratorio, & Sindicario nomine ut supra, quod ea omnia, & singula locum habeant, & serventur etiam inter eos, seu inter eos, quorum nominibus, & vicibus ipsi in præsenti contractu contraxerunt, & insuper nominibus antedictis, sibi invicem promittentes, convenientes pacisentes, stipulantes, obligantes, & renunciantes, atque invicem contrahentes in omnibus, & per omnia ut superius continetur. Præterea dictus Dominus Guido, Capitaneus Mantuæ, nomine suo, & Communis Mantuæ, & nomine, & vice prædictorum Dominorum, & Communium, a quibus habet auctoritatem, bayliam, & plenitudinem potestatis ad prædicta in animas suam, & prædictorum, & dictus Vitalis Procurator, & Sindicus, Procuratorio, & Sindicario nomine prædictorum, quorum est Procurator, & Sindicus in animas eorum, quorum est Procurator, & Sindicus, corporaliter ad Sanctas Dei Evangelia juraverunt tactis scripturis, prædictam Societatem, Fraternitatem, & Unionem, & prædicta Communia, & singula ac quæcunque in prædicto Instrumento inserta, & scripta sunt, in omnibus, & per omnia in perpetuum rata habere, & tenere, & nulla ratione, ingenio vel causa, de jure, neque de facto, contrafacere, vel venire. Et hæc sub obligatione omnium bonorum dictorum Dominorum, & Communium omnium, & singulorum.

Actum Mantuæ in domo habitationis Domini Capitanei Mantuæ, præscripto die Lunæ, decimo Aprilis, millesimo trecentesimo septimo, Indictione quinta, presentibus Nobilibus Vitis, Dominis Berardo, & Bottrono, fratribus dicti Domini Guidonis Capitanei Mantuæ, ac Dominis Guidone de la Turre, & Guillielmo de Anxandris, Juris peritis, Civibus Mantuæ, Alberto de Castelbarco, & Johanne de Salexeto Notario ejusdem Domini Capitanei, testibus rogatis.

L. H. T. Ego Adelberius de Adelberiis Mantuanus Civis, Sacri Palatii Notarius publicus his interfui, & rogatus publice scripsi, signumque meum consuetum appposui.

Forma Sindicatus Communis Bononiæ, quam habet Dominus Capitaneus Mantuanus autenticam in Instrumento publico.

In Christi Nomine Amen. Anno Domini Millesimo trecentesimo septimo, Indictione quinta, die quarto Martii. Congregato Consilio Octingentorum & Populi Bononiæ in Palatio Veteri dicti Communis & Populi, Voce præconia & Campanarum sonitu, ut moris est. In quo quidem Consilio affuerunt sapiens, & discretus Vir, Dominus Octavianus de Agubio, Judex, Assessor, atque Vicarius Nobilis Militis Domini Gerardi de Bustichis, Potestatis Bononiæ, & sapiens, & discretus Vir Dominus Ugolinus de Nuviano, Judex, Assessor, & Vicarius Domini Dini de Opizis, Capitanei Populi Bononiæ, & Antiani, & Consules Populi Bononiæ ultraquam duæ Partes & etiam ultraquam duæ Partes Consiliariorum dicti Consilii, qui unanimi voluntate fecerunt, constituerunt, ordinaverunt, & creaverunt Dominum Guillielmum de Guidezagnis præsentem, & Mandatum sponte suscipientem, eorum, & dicti Communis, & Populi Sindicum, Procuratorem, Actorem, & Nuntium spetialem ad faciendum, ineundum, contrahendum, & firmandum eorum nomine & totius Communis, & Populi Bo-

ANNO 1307.

ANNO 1307. Bononiæ Ligam, Societatem & Fraternitatem vicissim cum quibuscumque Communitatibus, Universitatibus, Dominis, & Baronibus, ac singularibus personis, & cum quibuscumque Pactionibus, promissionibus, & obligationibus, cum pœnarum adjectionibus, & Sacramentorum interpositionibus, sicut ipsi Sindico & Procuratori videbitur. Et generaliter ad omnia, & singula faciendum, quæ in prædictis, & quolibet prædictorum, & circa ea ipsi Sindico & Procuratori necessaria, vel utilia videbuntur. Dantes, & concedentes eidem Sindico & Procuratori plenum, liberum, & generale Mandatum cum plena libera, & generali Administratione in prædictis omnibus & singulis, & circa ea, & in his, quæ ipsi Sindico & Procuratori videbuntur pro ampliori effectu omnium prædictorum. Promittentes mihi Notario infrascripto tanquam publicæ personæ recipienti, & stipulanti nomine, & vice earum personarum, Terrarum, Universitatum, Communitatum, Dominorum, & Baronum, cum quibus contrahetur Societas per dictum Sindicum, Procuratorem, & Nuntium, & omnium aliorum quorum interest, vel interesse posset, firma, & rata habere omnia, & singula quæcunque per ipsum Sindicum & Procuratorem fient in prædictis, & circa prædicta, sub obligatione omnium bonorum dicti Communis Bononiæ.

Actum Bononiæ in Palatio Veteri dicti Communis, præsentibus Domino Francisco de Gatto Judice, Rolando Caxotti, Domino Martino Dentarii, Johanne Bonaventura, & Bonrecupro de Batagluciis, & aliis pluribus testibus in dicto Consilio existentibus, vocatis & rogatis.

Ego Thomas Carneluarii de Præconstis Imperiali auctoritate Notarius, & nunc ad Reformationes Consilii Octingentorum, & Populi Bononiæ scribendas, publice de Mandato prædictorum Dominorum scripsi, & subscripsi &c.

Procura Partis Grasulforum MUTINÆ, *ad ineundam Ligam suprascriptam cum Civitatibus Bononiæ, Parmæ, Brixiæ, Mantuæ ac Veronæ. Datum penultimo, & ultimo Decembris* 1306.

IN Nomine Christi. Exemplum ex autentico fideliter relevatum ex auctoritate Judicis infrascripti. In Nomine Christi, Anno Domini Millesimo trecentesimo sexto, Quarta Indictione, die Jovis, penultimo exeunte Decembris, Nobiles Viri Domini Egidius de Piis, Thomasinus de Gorgano, tanquam Capit. Partis Grasulforum Civitatis Mutinæ per se, & ipsam Partem fecerunt constituerunt, atque ordinaverunt Nobilem Virum Dominum Conradum de Gonzaga, absentem tanquam presentem, suum certum Nuntium, Procuratorem & Sindicum generalem ad comparendum in Parlamento, quod intenditur fieri per Civitates Bononiæ, Parmæ, Veronæ, Mantuæ, Brixiæ, & ad audiendum, quæ in prædicto Parlamento dicta fuerint, ita quod ipse Procurator plenum & liberum Mandatum habeat promittendi, promissiones recipiendi, Sacramentum super animas eorum faciendi, recipiendi vice & nomine prædictorum, & totius partis Grasulforum, & ad constituendum Procuratorem unum & plures in prædictis, & circa prædicta, & ad omnia alia & singula facienda, quæ in prædictis, & circa prædicta fuerint utilia, & necessaria, tanquam per verum, & legitimum Procuratorem fieri potest, & tanquam presentes essent & ad intrandum in dictam Ligam prædictarum Civitatum, promittendo quilibet eorum mihi Notario infrascripto pro se, & parte Grasulforum quidquid per dictum Procuratorem, seu Constitutum, seu constitutos ab ipso factum fuerit in prædictis, firmum, & ratum habere, & tenere, & non contravenire sub hypoteca bonorum suorum omnium præsentium & futurorum. Actum in Civitate Mutinæ, subtus Voltam Adelardii præsentibus Dominorum Prepositi de Brochii de Carpo, Guido de Pisis testibus.

Ego Boninsigna de Peltenariis Notarius his interfui rogatus scribere scripsi.

Item Exemplum ex alio autentico fideliter relevatum Judicis ejusdem infrascripti auctoritate. In Christi Nomine, Anno Domini Millesimo trecentesimo sexto, Quarta Indictione, die Veneris ultimo exeunte De-

cembris Nobiles Viri Domini Franciscus, & Johannes de Mirandula, Caput partis Grasulforum Civitatis Mutinæ pro se, & ipsam partem fecerunt, constituerunt, atque ordinaverunt Nobilem Virum Dominum Coradum de Gonzaga, absentem tanquam presentem, suum certum Nuntium, Procuratorem & Sindicum generalem ad comparendum in Parlamento, quod intenditur fieri per Civitatem Bononiæ, Parmæ, Mantuæ, Veronæ, & Brixiæ, & ad audiendum quæ in prædicto Parlamento dicta fuerint, ita quod ipse Procurator plenum & liberum Mandatum habeat promittendi, promissionem recipiendi, Sacramentum super animas eorum faciendi, recipiendi vice, & nomine prædictorum, & totius partis Grasulforum, & ad constituendum Procuratorem unum, & plures in prædictis, & circa prædicta, & ad omnia alia, & singula facienda, quæ in prædictis, & circa prædicta fuerint utilia, & necessaria tanquam per verum, & legitimum Procuratorem fieri potest, & tanquam presentes essent, & ad intrandum in dictam Ligam prædictarum Civitatum, promittendo quilibet eorum mihi Notario infrascripto pro se, & parte Grasulforum quicquid per prædictum Procuratorem, seu constitutum seu constitutos ab ipso factum fuerit in prædictis, & circa prædicta, firmum, & ratum habere & tenere, & non contravenire sub ypoteca bonorum suorum omnium præsentium, & futurorum. Actum Mirandulæ in domo dicti Domini Franciscí præsentibus Dominorum Præpositi de Brochii de Carpo, Guido de Pisis testibus.

ANNO 1307.

Ego Boninsigna de Petenariis Notarius his interfui rogatus scribere scripsi.

L. H. T. Ego Adelberius de Adelberiis Sacri Palatii Notarius publicus, Autentica prædictorum duorum Exemplorum vidi diligenter, & legi, & ut in ipsis continebatur autenticis, ita in prædictis exemplis fideliter exemplavi, & publice scripsi, nil addens, vel minuens, quod sensum, vel sententiam habeat immutare. Deinde cum Notariis infrascriptis exempla præscripta cum autenticis & ipsi Notarii mecum auscultavimus, & ea comperimus per omnia concordare, & hoc fecimus auctoritate, & decreto Domini Petri Ambroni Judicis, & Assessoris Domini Marcii de Forzate Mantuæ Potestatis, nobis prestitis, & interpositis ad hæc die Jovis vigesimo Januarii, millesimo trecentesimo sexto, Indictione Quarta, presentibus Servasino quondam Domini Rizardi de Pasturlo, Zilliolo de la Villana, & Petro Domini Vivaldi de Belcalzario Notariis Potestatis, & dicti Judicis, testibus rogatis. In Palatio Veteri Communis Mantuæ.

L. H. T. Ego Gubertus de Campitello Imperiali auctoritate Notarius Autentica prædictorum duorum Instrumentorum exemplatorum, & reductorum in formam publicam super proxime per Dominum Adelberium Notarium ante scriptum vidi, & ipsa invicem auscultata cum exemplis præsentibus fideliter concordare reperimus ego & ipse, & Bonus Notarius infrascriptus, & ad majoris efficatiæ robur exhibita eis Notariis, & mihi licentia per Judicem memoratum, Millesimo die, & loco prælcriptis & in præsentia testium præmissorum me subscripsi appositio signo meo.

L. T. H. Ego Bonus de Ascendis Imperiali auctoritate Notarius Autentica prædictorum duorum Instrumentorum exemplatorum, & reductorum in publicam formam supra proxime per dictum Dominum Adelberium Notarium una cum eo, & prædicto Guberto vidi invicem cum exemplis, præsenter auscultavi, quæ invicem auscultata invenimus fideliter concordare, & ideo ad majorem efficatiam me subscripsi de licentia, ex auctoritate eis & mihi concessa per Judicem supradictum, Millesimo, die, loco præscriptis in præsentia testium præmissorum.

XXV.

Pax inter Civitates BRIXIAM, VERONAM *&* MANTUAM *ex unâ nec non* PERGAMUM *ex alterâ parte initâ, quâ damnis, ac injuriis, utrimque remissis, Captivisque relaxatis, firmam, ac stabilem amicitiam ad invicem servare promittunt. Actum Pergami, Calendis Aprilis Anno* 1307. *Indictione V.* [Auten- 1. Avril.

ANNO 1307. tique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Die Sabbathi Callendas Aprilis, milleſimo trecenteſimo ſeptimo, Indictione quinta, in pallatio Communis Pergami, in publico, & generali Conſilio dicti Communis, ibi more ſolito ſono campanæ & vocibus præconum convocato, & coadunato, pro infraſcriptis ſpecialiter faciendis, & explicandis. In quo quidem Conſilio erant nobilis Vir Dominus Muſchinus de Lature, honorabilis Poteſtas Communis Pergami, & Domini Petripantus de Rivola, Miles, & Galiazzus Carpionum de Collionibus Anziani, & Guide Anzianorum Populi Pergamenſis, & alii Anziani Populi Pergamenſis, & credendarum Communis Pergami, volentes, & ad majorem firmitatem inſuper conſentientes, & firmantes omnia, & ſingula infraſcripta: Diſcreti Viri Domini Allamanus de Calviſano, & Valentinus de Siginibaldis Cives Brixiæ, Nuncii, Actores, & Procuratores, & Sindici Communis Brixiæ, ut de Sindicatu conſtat publico Inſtrumento rogato, ſcripto ſub ſigno, & nomine Brixiani de Sorano Notarii publici, & Dictatoris Poteſtatis & Communis Brix. die quintodecimo Marc. milleſimo trecenteſimo ſeptimo, Indictione quinta. Et Dominus Bartholomeus, Domini Naſimberi de Lacampania, Juris peritus, Civis Veronæ, Sindicus, Actor, & Procurator Magnifici Domini Alboyni de Laſcala, Communis, & Populi Veronæ Capitanei Generalis & ipſius Communis Veronæ, ut de Sindicatu conſtat Inſtrumento publico ſcripto, & ſubſignato nomine Domini Inuani Notarii Domini Bonafine, die Veneris vigeſimo quarto Martii, milleſimo trecenteſimo ſeptimo, Indictione quinta, & Dominus Bernardinus de Nuvolono, Juris peritus, Civis Mantuæ, Sindicus, Actor, & Procurator Magnifici Domini Guidonis de Bonacolſis, Communis Populi Mantuæ Capitanei Generalis, & ipſius Communis Mantuæ, ut de Sindicatu conſtat Inſtrumento publico ſcripto, & ſubſignato, nomine Nicolai Domini Oraboni de Caſali Notarii publici, die Sabbathi vigeſimo quinto Martii, milleſimo trecenteſimo ſeptimo, Indictione quinta, Sindicariis, & Procuratoriis nominibus & vicibus dictorum Dominorum Alboyno della Scala Capitanei Veronæ, & Guidone de Bonacolſis Capitanei Mantuæ, & Communium Brixiæ, Veronæ, & Mantuæ, quorum Dominorum & Communium ſunt Sindici, & Procuratores ex una parte. Et D: Guilielmus Farembor Dominus & Ricamborgus Anzianus & Notarius Anziani Populi Pergamenſis, Nuncii, Procuratores, & Sindici Communis Pergami, ut de Sindicatu conſtat Inſtrumento publico ſcripto, & ſubſignato nomine Oſebii Jacobi de Scalve Notarii Pergami, & ſubſcripto ad confirmationem ſub ſigno, & nomine Guidotti de Curteregia, Notarii Poteſtatis & Communis Pergami, die undecima menſis Martii milleſimo tercenteſimo ſeptimo, Indictione quinta, Sindicario nomine, & vice dicti Communis, & hominum Pergami ex altera parte, inter ſe ſe videlicet inter dictos Sindicos, & Procuratores Communis Pergami nomine ipſius Communis Pergami ex parte una, & dictos Sindicos, & Procuratores Dominorum Capitaneorum Veronæ, & Mantuæ, & dictorum Communium Brixiæ, Veronæ, & Mantuæ Sindicariis, & Procuratoriis nominibus ipſorum Dominorum & Communium ex altera, contraxerunt, inierunt, fecerunt, compleverunt, & firmaverunt bonam, & veram Pacem, & concordiam, omnibus malignitatibus ceſſantibus perpetuo obſervandam ſecundum formam, & tenorem Capitulorum infraſcriptorum, & ea omnia, & ſingula infraſcripta Capitula ineuntes, facientes, complentes, & confirmantes, atque ratificantes, quorum Capitulorum tenor talis eſt: In nomine altiſſimi Creatoris, ita ſunt Capitula, de quibus ſunt concordes Ambaxatores Communis Brixiæ, & Communis Pergami, qui nuper fuerunt in plebe de Pallazolo, die Veneris decimo Martii, milleſimo tercenteſimo ſeptimo, Indictione quinta, ſuper pace, & concordia facienda perpetuo duratura inter ipſa Communia, & ſingulares perſonas ipſorum Communium. In primis fuerunt in concordia, quod bona, & vera pax, & concordia bona fide, & legaliter, omnibus malignitatibus ceſſantibus fiat, & firmetur, & inviolabiliter perpetuo obſervanda inter ipſa Communia, & per ſolempnes Sindicos, & Procuratores ipſorum Communium cum omnibus obligationibus, promiſſionibus, penis, & juramentis, & etiam ſatiſdationibus, & depoſitis, ſecundum quod ipſis Communibus melius videbitur pro firmamento, & ſtabilitate ipſius pacis. Item quod omnes Carcerati, & captivati undecunque, ſive & ubicunque, ſive occaſione Guerre, & diſcordiarum, quæ fuerunt inter ipſa Communia, ſeu partes, libere, & ſine aliqua redemptione relaxentur; Et quod procurent cum effectu, quod dicta relaxatio fiat quam citius, & melius fieri potuit. Item quod omnia dampna quocumque modo vel cauſa facta hinc inde vel data ante treuguam factam inter ipſa Communia, remittantur omnino, & remiſſa intelligantur, & inde fiant remiſſiones prout melius fieri poterunt. Item quod unumquodque Commune teneatur & debeat facere, & curare cum effectu, quod per ſe nec aliquos ſubjectos ſuos, nec aliquas alias perſonas undecunque ſint, non dabunt, nec dari permittent aliquod dampnum in perſonis vel rebus in ſuo territorio nec alterius alteri Communi in perſonis alterius Communis. Et quod ſi darent, quod Deus avertat, dampna paſſis Commune cujus perſonæ ipſa dampna fecerint ſeu in cujus territorio facta forent, teneatur & debeat emendare, & reſtituere cum omnibus dampnis, & expenſis ſumarie, & ſine ſtrepitu judiciorum, & porrectione libelli, habita cognitione per Poteſtates ipſarum Civitatum ſeu eorum Judicum, & Aſſeſſorum. Et quod & utrumque ipſorum Communium teneatur ad invicem ſatiſdationibus de predictis perpetuo obſervandis, & facere, & curare quod Commune Venetiarum intercedet pro ipſis communibus, & quolibet eorum de predictis obſervandis. Item quod in medio menſe Aprilis proxime venientis in loco conveniente ad invicem convenire debeant Sapientes Ambaxadores utriuſque Communis pro deliberando, & complendo omnia, & ſingula, ex quibus vera pax inter predicta Communia perpetuo debebit obtineri, & ex quibus omnes inſidie, & turbationes, & generaliter omnia, ex quibus poſſet aliquid accidere in ſiniſtrum, extirpentur, & totaliter excludantur. Item quod omnia, & ſingula ſupraſcripta fieri, & compleri debeant eiſdem modo, & forma inter Commune Pergami, ſeu ejus Sindicum ex una parte, & Dominos Capitaneos Mantuæ, & Veronæ, ſeu eorum Procuratores, & etiam ipſarum Civitatum, ſeu earum Sindicos ex altera, tam in uno, & eodem Inſtrumento cum Brixienſi, ſi dicti Domini Capitanei voluerint, quam in diverſis, & ſeparatis. Quam quidem pacem, & concordiam, & quæ Capitula cum omnibus, & ſingulis in eis comprehenſis, & cum omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, & infraſcriptis predicti Sindici, & Procuratores in animas eorum quorum ſunt Sindici, & Procuratores, ad invicem tactis ſcripturis ad Sancta Dei Evangelia corporaliter juraverunt attendere, & ſervare perpetuo. Propterea ſibi pars parti ad alterutrum ſolempnibus ſtipulationibus intervenientibus promittentes omnia ea, & ſingula in perpetuum ſibi invicem attendere, & inviolabiliter obſervare, ac numquam de jure neque de facto contrafacere vel venire, ſub pæna decem millium marcharum argenti committenda per partem non attendentem, & exigendi cum effectu per partem attendentem, quotiens fuerit contrafactum, vel non ſervatum, & pæna ſoluta ſemel & pluries, iterum attendere, & ſervare omnia ſtatuta, & cum refectione totius dampni, & omnium expenſarum quas ſibi invicem reſarcire promiſerunt, & ſub obligatione omnium bonorum dictorum Communiunt & cujuslibet eorum. Teſtes etiam interfuerunt Ottonellus, & Marchiolus de Ottonibus de la Plazza, & Leonardus Domini Ricardi de Trenis, & Johannes de Baniatica omnes Notarii.

L. H. T. Ego Guidotus de Curtoregia, Pergamæ public. Notarius Domini Poteſtatis & communis Pergami prædictis interfui, & rogatus ad confirmandum me ſubſcripti, & ſignum meum conſuetum apoſui.

L. H. T. Ego Joannes de Barienis Notarius rogatus ſupraſcriptii Guidotti Notarii Poteſtatis ſcripſi.

ANNO 1307.

Cum

ANNO 1307.

Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicuſque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius, ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi. Actum hac die 29. Februarii 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 29. Prima Martii 1720.

Mandatum Civitatis BRIXIAE *pro faciendâ Pace ſupraſcripta. Actum Brixiæ* 15. *Martii* 1307. *Indictione V.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

IN Chriſti Nomine. Die 12. Martii. Congregatis Conciliis quadringentorum & generali Communis Brixiæ. Super Palatio majori dicti Communis. De Mandato Nobilis Militis, Domini Comitis Bernardini de Cumo, honorabilis Poteſtatis Communis Brixiæ, Sono Campanarum, & voce preconia more ſolito &c.

In quibus Conſiliis lecta, & poſita fuerunt infraſcripta Capitula cum infraſcripta propoſitione ſeu poſta. Tenor quorum Capitulorum & poſte inferius eſt comprehenſus.

In Nomine Altiſſimi Creatoris.

Ita ſunt Capitula, de quibus ſunt concordes Ambaxiatores Communis Brixiæ, & Communis Pergami, qui nuper fuerunt in plebe de Palazolo, die Veneris 10. Martii, milleſimo trecenteſimo ſeptimo, Indictione quinta, ſuper Pace, & concordia facienda perpetuo duratura inter ipſa Communia, & ſingulares perſonas ipſorum Communium.

In primis fuerunt in concordia quod bona, & vera pax, & concordia, bona fide, & legale, omnibus malignitatibus ceſſantibus, fiat, & firmetur inviolabiliter perpetuo obſervanda inter ipſa Communia, & per ſolempnes Sindicos, & Procuratores ipſorum Communium, cum omnibus obligationibus, promiſſionibus, pactis, & Juramentis, licet etiam ſatiſdationibus, & depoſitis, ſecundum quod ipſis Communibus melius videbitur pro firmamento, & ſtabilitate ipſius Pacis.

Item quod omnes Carcerati, & Capitivati undecunque ſint, & ubicunque ſint occaſione Guerræ, & diſcordiæ, quæ fuerunt inter ipſa Communia, ſeu partes, libere, & ſine aliqua redemptione relaxentur, & quod procuretur cum effectu quod dicta relaxatio fiat, quanto citius, & melius fieri poterit.

Item quod omnia dampna quocumque modo vel cauſa facta hinc inde vel data ante trevam factam inter ipſa Communia remittantur omnino, & remiſſa intelligantur, & inde fiant remiſſiones, prout melius fieri poterunt.

Item quod unumquodque Commune teneatur, & debeat facere, & curare, cum effectu, quod per ſe, nec aliquos ſuos ſubjectos, nec aliquas alias perſonas undecunque ſint, non dabunt, nec dare permittent aliquod dampnum in perſonis, vel rebus in ſuo territorio, nec alteri, alteri Communi vel perſonis alteri Communis, & quod ſi daretur, quod Deus avertat, dampna paſſis, Commune, cui perſone ipſa dampna fecerint, ſeu in cui Territorio facta forent, teneatur, & debeat emendare, & reſtituere cum omnibus dampnis, & expenſis ſumarie, & ſine ſtrepitu Judiciorum, & protectione libelli, habita cognitione per Poteſtates ipſarum Civitatum, ſeu eorum Judices, & aſſeſſores. Atque etiam utrumque ipſorum Communium teneatur ad invicem ſatiſdare de prædictis perpetuo obſervandis & facere, curare, quod Commune Veneciarum intercedat pro ipſis Communibus, & quolibet eorum de prædictis obſervandis. ANNO 1307.

Item quod in medio menſe Aprilis proxime venturi in loco convenienti, adinvicem convenire debeant ſapientes Ambaxiatores utriuſque Communis pro deliberando, & complendo omnia, & ſingula, ex quibus vera pax inter predicta Communia perpetuo debeat obtineri, & ex quibus omnes inſidiæ, & turbationes, & generaliter omnia ex quibus poſſet aliquod accidere in ſiniſtrum, extirpentur, & totaliter excludantur.

Item quod omnia & ſingula ſupraſcripta fieri, & compleri debeant eiſdem modo, & forma inter Commune Pergami, ſeu ejus Sindicum ex una parte, & Dominos Capitaneos Mantuæ, & Veronæ, ſeu eorum Procuratores, & Communia ipſarum Civitatum, ſeu eorum Sindicos ex altera, tam in uno, & eodem Inſtrumento cum Brixienſibus, ſi dicti Domini Capitanei voluerint, quam in diviſis, & ſeparatis.

In Chriſti Nomine. Cum per Conſilium Practicorum, Anzianorum & Artium Brixiæ, factum die predicta XII. preſentis menſis Martii, ſteterit reformatum, quod infraſcripta propoſitio, ſeu poſta, cum ſupraſcriptis Capitulis mandari & poni debet ad conſilia quadringentorum, & generale Communis Brixiæ, & ſecundum voluntatem ipſorum conſiliorum procedi debeat ſuper ipſis. Cujus propoſitionis, ſeu poſtæ tenor inferius continetur:

In Nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, Matris ejus, & totius Celeſtis Curiæ. Cum per Ambaxiatores Communis Brixiæ qui noviter interfuerunt ad parlamentum, in Terra de Palazolo, fuerint die X. preſentis menſis Martii, in plebe de Palazolo, ſupraſcripta Capitula proviſa, & ordinata, cum Ambaxatoribus Communis Pergami pro vera, & legali poteſtate, inter utrumque dictorum Communium, & Dominos Capitaneos, & Communia Mantuæ, & Verone facienda, & perpetuo obſervanda, & literæ tranſmiſſæ extiterint Domino Poteſtati, & Communi Brixiæ ex parte Domini Poteſtatis Anzianorum, Sapientum & Communis Pergami, quod omnia ſupraſcripta Capitula ſunt firmata, & Sindici conſtituti, ad ea complenda, in Conſilio generali dicti Communis Pergami, & deceat, atque expediat eadem Capitula per Commune Brixiæ confirmari, & Sindicum, ſeu Sindicos conſtitui, per quæ vel quos predicta Capitula & quodlibet eorum, debeant executioni mandari.

Dicit, & proponit dictus Dominus Poteſtas de conſenſu, & voluntate Dominorum Poteſtatis, Practicorum, & Conſiliariorum & Abatis, & Anzianorum Communis pacis, & Populi Brixiæ, quod videtur & placet Sapientibus adſtantibus ad ipſa Conſilia ſuper prædictis faciendum. Petentes in omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis ſibi Conſilium exiberi.

In quibus Conciliis Dominus Girardus de Gabbata ſurgens conſuluit, quod omnia, & ſingula ſupraſcripta Capitula ſecundum quod ſupraſcripta ſunt, ſint firma, & firmentur, in preſentia Concilii, & auctoritatibus eorumdem, & mandentur, & mandari debeant executioni in totum, & ſi dicta ſatiſdatio non poſſet fieri, & compleri per Commune Venetiarum, quod fiat per alia Communia, ſecundum quod melius videbitur Communibus predictis. Et quod duo Sindici conſtituantur, & fiant in Conciliis quadringentorum & generali Communis Brixiæ, ad prædicta omnia, & ſingula facienda, & complenda, & cetera, que in predictis, & circa predicta fuerint utilia, & neceſſaria. Et quod ipſi ſeu dicti communiter, & diviſim, ut expedierit, vadant Pergami, Mantuæ, & Veronæ, & ubicunque fuerit oportunum pro predictis omnibus, & ſingulis adimplendis.

In reformatione quorum Conſiliorum, in quibus erant bis mille Conſiliarii, & plures factis inter eos partitis per ipſum Dominum Poteſtatem, cum buſſolis, & ballottis, ſecundum formam Statutorum Communis Brixiæ dicente, quod illi qui volunt, & quibus placet, quod ſuper dictis capitulis, & poſta, lectis in preſentia conſilii procedant, & fiat ſecundum conſilium, & Decretum, ſupraſcripti Domini Girardi de Gababa, conſulentis ſuper ipſis, ſit una pars, & ponant ſuas ballotas in buſſola vermilia. Et qui vellent contrarium ponant, ſuas ballottas in buſſola alba, numeratis dictis ballottis repertæ fuerunt in buſſola vermilia. MM. CC. LVI. ballote, & in buſſola alba nulla.

ANNO 1307. Interfuerunt teſtes Bonaventura de Vulzano, Joannes Bracii, Albertinus Spezapanus, Paſinus de Puteo, & Graciolus de Zanaſii, Notarii dicti Domini Poteſtatis, atque Joannes Lavezari, & Bonaventura de Cayno, Precones Communis Brixiæ, & multi alii.

Item Die XV. dicti menſis Martii congregatis dictis conſiliis quadringentorum, & generali Communis Brixiæ ſuper palatio majori dicti Communis, me Mandato preſcripti Domini Poteſtatis ſono Campanarum, & voce præconia more ſolito, pro infraſcriptis ſpecialiter exequendis. Præfatus Dominus Poteſtas, & dicti Domini præſentes, & conſiliarii practicorum. Abas, & Anzianorum Communis, & Populi Brixiæ ſuper Palatio & Sanctiſſime Pacis Dei & omnes de ipſis conſiliis ibidem adſtantes, qui erant numero Juridico, & etiam longe plures ſolemniter congregati pro ſe ſe, ac vice, & nomine dicti Communis Brixiæ conſtituerunt, & ordinaverunt ſapientes, & discretos Viros Dominos Alemanum de Calvixano, & Valentinum de Sighinbaldis Cives Brixiæ, ſuos, & dicti Communis Brixiæ certos Nuncios, Actores, Procuratores, & Sindicos ſpeciales. Ad eundum ad Dominos Poteſtates, Anzianos, Sapientes & Commune Pergami, & ad Dominos Capitaneos Veronæ, & Mantuæ, & ad quemliber eorum, & ad ipſas Civitates, & Communia Veronæ, & Mantuæ, & ad quamlibet ipſarum Civitatum, & Communium, & etiam ubicunque fuerit opportunum. Ad dicendum, faciendum, & complendum, confirmandum, & jurandum cum præfatis Dominis Poteſtatibus, Anzianis, Sapientibus, & Communi Pergami, & cum dictis Dominis Capitaneis Veronæ, & Mantuæ, & ipſis Civitatibus, & Communibus, & cum Sindicis, & Procuratoribus dictis Communis Pergami, & dictorum Dominorum Capitaneorum Civitatum, & Communium, & cujuslibet eorum, omnia & ſingula ſuprafcripta Capitula pacis ſupra memorata ſcripta. Et etiam ad faciendum, & recipiendum nomine dicti Communis Brixiæ omnes, & ſingulas promiſſiones, ſatisdationes, obligationes, renunciationes, & Juramenta, & omnia alia opportunas, & opportuna ad hæc. Quas & quæ totum Commune Brixiæ facere, & recipere poſſent, ſi præſentes adeſſent. Dantes, cedentes, & mandantes dictis eorum Procuratoribus & Sindicis communiter & diviſim, & cuilibet eorum in ſolidum liberum, plenum, & generale mandatum, cum plena, libera, & generali adminiſtratione in omnibus, & ſingulis opportunis ad hæc. Promittentes ſtipulatione ſolemni mihi Notario infraſcripto ſtipulanti, & recipienti vice, & nomine dicti Communis Pergami, & prædictorum Dominorum Capitaneorum Civitatum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, & omnium ſingularium Perſonarum, quarum, & quorum intereſt, vel interirerit, aut intereſſe poſſet, firma, & rata habere, & tenere perpetuo omnia, & ſingula, quæ per dictos eorum Procuratores, & Sindicos communiter, & diviſim, ſeu per alterum ipſorum tam dicta, facta, & completa fuerint, tanquam per totum Commune Brixiæ fuerint totaliter adimpleta, & non contravenire ullo jure, exceptione, ratione vel cauſa, ſub hypotecha, & obligatione omnium Bonorum dicti Communis Brixiæ præſentium, & futurorum. Quibuslibet exceptionibus, juribus, privilegiis, & beneficiis in contrarium renunciantes expreſſe.

Interfuere teſtes Bonaventura de Vulzano, Joannes Bracii, Albertinus Spezapanus, Paſinus de Puteo, & Graziolus Zanaſii Notarii dicti Domini Poteſtatis, atque Joannes Lavezarius, & Bonaventura de Cayno Procuratores Communis Brixiæ, & multi alii.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptimo, Indictione quinta.

Ego Brixianus de Soyano Notarius publicus, & dictator dicti Domini Poteſtatis, & Communis Brixiæ hiis omnibus affui, & rogatus ſcripſi.

ANNO 1307.

Cum earum Authenticis in pergamena ſcriptis ſicut ſupra expeditis in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor. Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius, Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius, ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi hac die 6. Martii. 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonius ejusdem Archivii Præfectus, hac die 15. Martii 1720.

XXVI.

Liga inter Civitates MANTUAE, VERONAE, PARMAE, REGII, MUTINAE & BRIXIAE, *qua ſibi auxilium & defenſionem mutuam promittunt contra omnes & ſingulos, per aquam & terram in quocunque loco, territorio & diſtrictu. Actum Mantuæ* 13. *Aprilis Anno* 1307. *Indictione VI.* [Authentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.] 13. Avril.

IN Nomine Chriſti. In pleno Conſilio generali Communis Mantuæ, voce præconia, ſonoque Campanarum more ſolito congregato in Palatio Veteri Communis ejusdem, coram Nobilibus Viris Dominis Fantino Dandulo de Venetiis Poteſtate, & Guidone de Bonacolſis Capitaneo Mantuæ. Ibi discreti Viri Dominus Zanebonus de la Teyza Judex, Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius ſpetialis Magnifici Viri Domini Guidonis de Bonacolſis prædicti Capitanei Mantuæ, atque Communis Mantuæ legitime conſtitutus, die Jovis tertio decimo Aprilis, Milleſimo trecenteſimo ſeptimo, Indictione quinta, ut conſtat Inſtrumento publico ſcripto per me Delevantium Notarium infraſcriptum, & Dominus Armaninus de Zabullis, Actor, Procurator, & Nuntius ſpetialis Magnifici Viri Domini Giberti de Corrigia, defenſoris Communis, & Populi Parmæ, & Sindicus, & Nuntius ſpetialis etiam ipſius Communis Parmæ, ut conſtat Inſtrumentis publicis ſcriptis ſub ſigno, & Nomine Petri de Caſale Notarii, die ſeptimo Aprilis Anni præſentis, & Dominus Gerondinus de Gerondis, Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius Spetialis Communis, & Populi Civitatis, Regii, ut conſtat Inſtrumento publico ſcripto ſub ſigno, & nomine Johannini de Barbonibus, Notarii, die decimo Aprilis anni preſentis, & Dominus Gerardinus de Regio, filius quondam Domini Amedei Graciani Civis Mutinæ, Sindicus, & Nuntius ſpetialis Communis, & Populi Mutinæ, ut conſtat Inſtrumento publico, ſcripto ſub ſigno, & Nomine Franciſci de Guaytamiſtetiis Notarii, die ultimo Martii anni preſentis, & Dominus Benuenutus Reſchatis, Sindicus, & Nuntius ſpecialis Communis Brixiæ, ut conſtat Inſtrumento publico ſcripto ſub ſigno, & nomine Brixiani de Soyano, Notarii Dictatoris Domini Poteſtatis & Communis Brixiæ, die octavo Aprilis anni preſentis, & Dominus Nicolaus, quondam Domini Zilini Judicis, Sindicus, & Procurator, & Nuntius ſpecialis Magnifici Viri Domini Alboyni de la Scala Capitanei generalis Communis, & Populi Veronæ, atque ipſius Communis Veronæ, ut conſtat Inſtrumento publico ſcripto ſub ſigno & Nomine Franciſci Notarii a Bottexellis, die Dominico nono Aprilis, Anni præſentis, Sindicariis nominibus, & vicibus prædictorum, quorum ſunt Sindici, Actores Procuratores, & Nuntii, & pro eis inter ſe ſe fecerunt, inierunt, & contraxerunt, & firmaverunt Societatem, fraternitatem, & Unionem perpetuam, & inter dictos

ANNO 1307. tos Dominos Capitaneos, defensorem & Communia, & Universitates dictarum Civitatum perpetuo valiturum, cum pactis, capitulis, & conditionibus infrascriptis. Primo videlicet, quod prædicti Domini, & Communia, & Universitates Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ pro se, & Amicis suis de dictis Civitatibus Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ, qui scilicet sunt nunc Amici ipsorum Dominorum, & Communium, & remanebunt in futurum, ita quod unusquisque Dominus & unumquodque Commune pro se, & Amicis suis hujusmodi, se se, suosque Amicos prædictos ad alterutrum habebunt, tenebunt, & tractabunt pro suis veris Amicis. Item quod prædicti Domini, & Communia, & Universitates Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ pro se, & Amicis suis prædictis habebunt, tenebunt, & tractabunt perpetuo Inimicos suos ad alterutrum, qui nunc sunt Inimici, quam qui fierent in futurum, vel essent, tam de Civitatibus supradictis Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ, & qualibet earum, quam aliunde pro suis Inimicis, videlicet unusquisque Dominorum, & unumquodque Communium prædictorum Inimicos cujuslibet aliorum Dominorum prædictorum, & Communium & eis Inimicis, ac omnibus, quibus aliquis prædictorum Dominorum & Communium vellet guerram facere, vel movere, omnes & singuli alii prædicti Domini, & Communia facient vivam guerram ad sensum, & voluntatem Domini, & Communis dictam guerram facere volentis, vel moventis, ubicunque in omnibus locis, & per terram, & per aquam videlicet dictis inimicis, & omnibus, quibus aliquis dictorum Dominorum, & Communium, & Universitatum vellet guerram facere, vel movere, & omnes, & singuli alii prædicti Domini, Communia, & Universitates facient vivam guerram ad sensum, & voluntatem illius Domini, & Communis & Universitatis, qui dictam guerram facere voluisset, vel movisset, nec cum eis, vel aliquo eorum ad pacem treuguam, pactionem, seu conventionem aliquam, seu aliud quocunque nomine censeatur, provenient, seu pacem, treuguam, pactionem, conventionem, vel aliud, quocunque nomine censeatur, facient, vel tractabunt, seu tractari facient sine voluntate expressa illius Domini, Communis, & Universitatis, qui, vel quod dictam guerram fecisset, vel movisset, & nisi in concordia Communium prædictorum omnium de Societate prædicta. Item quod prædicti Domini, & Communia, & Universitates Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ se se ad invicem manutenebunt, adjuvabunt, defendent, & conservabunt perpetuo toto eorum posse cum personis, & avere, videlicet omnes Domini, & Communia unumquemque Dominum, & unumquodque Commune ex prædictis contra omnes, & singulas Civitates, Communitates & loca, ad sensum, & voluntatem Domini, & Communis requirentis per terram, & per aquam in quocunque loco, territorio, & districtu tam de dictis Civitatibus, qualibetque earum, quam alio quocunque, adjuvando, etiam manutenendo, defendendo, & conservando se se ad invicem, videlicet omnes, & singuli Domini & Communia unumquemque aliorum Dominorum, & Communium requirentem in omnibus, & singulis ejus honoribus, juribus, & jurisdictionibus, vel quasi ad alterutrum cum personis & avere, toto posse contra omnes, & singulas personas, Civitates, Communitates, & loca in quocunque loco, territorio, & districtu tam dictarum Civitatum, & cujuslibet earum, quam alio quocunque. Item quod omnes, & singuli Banniti pro parte, proditione vel Malexardia alicujus dictorum Dominorum, & Communium, & qui de cætero bannirentur pro parte, proditione vel Malexardia alicujus dictorum Dominorum, & Communium, ipso jure intelligantur esse, & sint banniti pro parte, proditione, & Malexardia omnium, & singulorum aliorum Dominorum, & Communium prædictorum, nec venire, nec morari possint in dictis Civitatibus Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ, nec in aliqua earum, neque in earum, vel alicujus earum districtibus. Item si contingeret aliquem, vel aliquos ex bannitis alicujus prædictorum Communium, vel Civitatum prædictarum pro parte, proditione, vel Malexardia habitare, vel esse aliquo tempore in aliqua aliarum Civitatum prædictarum, vel earum, vel alicujus earum districtibus, bannitus ille vel banniti illi possit & possint per Nuntium illius Domini, Communis vel Civitatis, cujus bannitus esset, auctoritate Præsidis loci ubi repertus esset talis bannitus, capi personaliter, & detineri in quocunque loco Civitatum, vel districtuum prædictarum, & cujuslibet earum reperiretur per dictum Nuntium, & conduci in fortiam ejusdem Domini, & Communis, cujus esset bannitus, vel etiam per dictum Nuntium auctoritate prædicta consignari in fortiam illius Communis, & Domini, in cujus Civitate, vel districtu repertus esset, vel reperti essent, qui Dominus, & quod Commune illum bannitum consignatum, unum, vel plures teneatur quam citius Domino, & Communi, cujus bannitus esset, sub fida Custodia conducendum presentare, & dare, ita etiam quod ad requisitionem dicti Domini, & Communis, cujus esset bannitus, vel ejus Nuntii dictus Dominus & Commune, in cujus terra, vel territorio repertus esset, & Communia, & homines Villarum, & locorum districtus Civitatis illius, in quibus aliquis ex dictis bannitis reperiretur, teneatur talem, vel tales bannitum, vel bannitos personaliter capere & facere, quod veniat in fortiam Domini, & Communis cujus esset bannitus. Item quod prædicta pacta, & Capitula cum omnibus, & singulis supra, & infrascriptis per dictos Dominos, & per dicta Communia Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ, & per homines de dictis Communibus, & per Consilia, & Consiliarios ipsarum Civitatum, seu Communium jurentur, & firmentur in Consiliis ipsarum Civitatum, vel sicut, & ubi melius esse poterit, & commodius videbitur expedire ad majorem firmitatem prædictorum, & cum solemnitatibus opportunis fiant, & facta esse intelligantur, ut nullo obstante inrevocabilem, & perpetuam obtineant firmitatem semper, & reservatis Societatibus, Pactis, Conventionibus, promissionibus, quæ dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ habent inter se se, & quæ habent cum Domino Giberto prædicto Defensore, & Domino Communis, & Populi Parmæ, & cum Communi Parmæ, & è converso, & cum Communi Brixiæ, & è converso, & quæ dictus Dominus Capitaneus Veronæ, & Commune Veronæ habent cum Communibus Paduæ, & Vicentiæ, quibus omnibus, & singulis Societatibus Pactis, Conventionibus, & promissionibus per hæc nullatenus derogetur. Quæ omnia, & singula Pacta, & Capitula cum omnibus, & singulis in præsenti Contractu insertis, & scriptis prædicti Domini Sindici, Actores, Procuratores, & Nuntii spetiales prædictorum Sindicario, Actorio, & Procuratorio nomine, ac vice dictorum, quorum sunt Sindici, Actores, Procuratores, & Nuntii, & pro ipsis sibi ad invicem omnes omnibus, & omnes uni, & unus omnibus eadem stipulatione promiserunt, & convenerunt sibi ad invicem attendere, & observare perpetuo, & nunquam de jure, vel de facto contrafacere, vel venire per modum aliquem, seu causam, sub pœna, & in pœna decem milium librarum Imperialium Lombardorum, quæ pœna ad omnia, & singula Capitula referatur, & pro singulis Capitulis non servatis committatur contra non servantem vel servantes, & peti, & exigi cum effectu possit semel, & pluries per servantem, & per servantes à non servante, vel non servantibus, quotiescunque contra prædicta, vel aliquod prædictorum ventum, vel factum fuerit, & pœna soluta semel, & pluries, vel non, prædicta omnia, & singula in sua firmitate perdurent cum ejusdem pœnæ stipulatione, promissione, & exactione, constituentes dicti Contrahentes nominibus, quibus supra, se se, & dicta Communia ubique conveniendos pro prædictis, & integraliter solvturos, & ob hoc Fori privilegio renuntiantes, ita etiam & tali pacto inter ipsos Contrahentes promisso, & inito expresse, quod si contingeret aliquem, vel aliquos dictorum Dominorum, & Communium alicui, vel aliquibus Dominorum, & Communium aliquorum præscriptorum de Societate præsenti non attendere, & non servare in totum, vel in aliquo deficere seu contra prædicta, vel aliquod prædictorum facere, vel venire ullo modo, vel ingenio, de jure, vel de facto, ille Dominus, & illud Commune, qui, vel quod diceret, seu illi Domini, & illa Communia quæ dicerent sibi servatum non esse, vel ventum, seu factum contra prædicta, vel aliquod prædictorum, teneatur, seu teneantur denuntiare contravenienti, vel non servanti, contravenientibus, vel non servantibus, vel Potestati, vel Rectori, seu Potestatibus, & Rectoribus Civitatis, & Communis contravenientis, vel non servantis, Civitatum, & Communium contrave-

ANNO 1307.

ANNO 1307. travenientium, vel non ſervantium, qualiter non ſervavit, vel non ſervaverunt, non ſervat, vel non ſervant, ſeu contravenit, vel contravenerunt in prædictis, vel aliquo prædictorum, ſpecificando ubi, & in quo. Et denuntiatione facta, Dominus, Civitas, & Commune non ſervans, vel contraveniens, ſeu quæ non ſervaſſet, vel contraveniſſet, ſeu Domini, Civitates, & Communia non ſervantes, vel contravenientes, ſeu quæ non ſervaſſent, vel contraveniſſent, teneatur, & teneantur infra menſem cum dicto denuntiante, vel denuntiantibus concordare, & ſatisfacere de his, ſuper quibus facta fuerit denuntiatio. Quod ſi recuſaverit, vel non fecerit, recuſaverint, vel non fecerint, tunc, & deinde, qui ſic denuntiaverit, & qui ſic denuntiaverint & Rector, ſeu Rectores Civitatis, & Communis denuntiantis, Civitatum, & Communium denuntiantium, poſſit, & poſſint res, & bona & perſonas non ſervantis, vel non ſervantium, vel ejus, qui non ſervaſſet, ſeu eorum, qui non ſervaſſent, & hominum illius Civitatis, & Communis in Civitate, & diſtrictu petentis, in Civitatibus, & diſtrictibus petentium, & agentis, vel agentium ad pœnas exigendas, etiamque in omni loco, & terra convenire, & auctoritate propria capere, detinere, & habere, usque ad plenam, & perfectam ſolutionem & ſatisfactionem damni, intereſſe, & omnium expenſarum factarum, & etiam faciendarum. Quæ omnia, & ſingula ſuprascripta prædicti Contrahentes viciſſim nominibus, quibus ſupra, inter ſe ſe, Societatem, fraternitatem, & Unionem facientes, & contrahentes ſecundum formam præſcriptam ſolemni ſtipulatione ſibi ad invicem promiſerunt, & inſuper in animas prædictorum, quorum ſunt Sindici, & Procuratores, videlicet Dominorum, Communium, & Hominum de Civitatibus Parmæ, Mutinæ, Regii, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ, prædictis corporaliter juraverunt ad Sancta Dei Evangelia tactis ſcripturis attendere, & ſervare in perpetuum, & inviolabiliter, & non contrafacere, vel venire ullo modo, ingenio, vel cauſſa, de jure, neque de facto, ſub dicta pœna. Renuntiantes ad invicem per pactum exceptioni doli mali, & infactum, conditioni ſine cauſſa, vel ex injuſta cauſſa, beneficio reſtitutionis in integrum, litteris, & reſcriptis impetratis, & impetrandis, & beneficio cujuslibet Legis, & Canonis, ac etiam Statutorum, & Reformationum dictarum Civitatum, & Communium, & cujuslibet earum generali, & ſpetiali, obviantibus, & derogantibus, vel quæ in aliquo obviare, vel derogare poſſent prædictis, vel alicui prædictorum quocunque modo, & etiam cuilibet alii Juri, per quod contradici, fieri, venire poſſet in aliquo & ea ſibi ad invicem per pactum renuntiantes, & cum refectione totius damni, intereſſe, & omnium expenſarum litis, & extra. Pro quibus omnibus, & ſingulis plenius obſervandis & attendendis prædicti Contrahentes nominibus, quibus ſupra, obligaverunt ſibi ad invicem omnia bona dictorum Dominorum, & Communium, & cujuslibet eorum, conſtituentes ſe ſe ad alterutrum alterum alterius nomine poſſidere, vel quaſi.

Actum Mantuæ in Palatio prædicto, die Jovis, tertio decimo Aprilis, Milleſimo trecenteſimo ſeptimo, Indictione quinta, præſentibus Dominis Petro Ambrono de Ceſena, Arasmo de Goſtatinis de Laude Judicibus Domini Poteſtatis prædicti Mantuæ, Alberto de Calegariis Judice, delagito de Stablo, Stevanino de Paſſavantiis, Adelberio de Adelberiis Ferrario Domini Maſcimbeni Ferrarii Notariis, atque Venerio, & Matamorbia Præconibus Communis Mantuæ & aliis multis teſtibus rogatis.

L. H. T. Ego Delavantius de Penſeriis, Sacri Palatii Notarius publicus his interfui, & rogatus publice ſcripſi ſignumque meum appoſui conſuetum.

ANNO 1307.

Cum originalibus ſive Authenticis ſicut ſupra expeditis in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervatis præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicuſque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi hac die 7. Martii. 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejuſdem Archivii Præfectus, hac die 8. Martii 1720.

Mandata Civitatum Prædictarum ad faciendam Ligam. Actum Menſe Martio & Aprili, Anno 1307. *Indictione V.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

IN Nomine Chriſti. Conſilio generali Communis Mantuæ, Voce preconia ſonoque Campanæ more ſolito congregato. In Palatio Veteri Communis Mantuæ, ad quod Conſilium præterea convocati interfuerunt Vexiliferi, & Capita ſocietatum, & Practicorum Mantuæ, in quo Conſilio fuerunt duæ partes & ultra Conſiliariorum, & eorum, qui venire debent, & poſſunt ad dictum Conſilium: Nobilis Vir Dominus Fantinus Dandulo de Venetiis Poteſtas, & Magnificus Vir Dominus Guido de Bonacalſis Capitaneus Mantuæ, cum voluntate, & expreſſo conſenſu Conſiliariorum de dicto Conſilio, & ipſius Conſilii, & ipſi Conſiliarii, & Conſilium cum auctoritate, voluntate, & decreto dictorum Dominorum Poteſtatis, & Capitanei, & una cum eis conſtituerunt, & ordinaverunt unanimiter, & concorditer Dominum Zanebonum de Lateiſza Juris peritum, ſuum, & Communis Mantuæ Sindicum, Actorem, & Procuratorem, & Nuntium ſpetialem, ad faciendum, & contrahendum Societatem, Fraternitatem Unionem, & Amicitiam cum Magnifico Domino Alboino de la Scala, Capitaneo Civitatis Veronæ, & cum ipſo Communi, & Univerſitate Civitatis Veronæ, & cum Communi, & Univerſitate Civitatis Regii, & cum Magnifico Viro Domino Giberto de Corrigia, defenſore Civitatis, & Populi Parmæ & cum ipſo Communi, & Populo Parmæ, & cum Communi, & Univerſitate Civitatis Mutinæ, & cum Communi, & Univerſitate Civitatis Brixiæ, & cum altero prædictorum Dominorum, & Univerſitatum, & Communium, & cum Sindicis, & Procuratoribus eorundem Dominorum, & Communium & alterius prædictorum, & generaliter, & ſpetialiter cum quacumque Civitate, Communitate, & Univerſitate, & ſingulari, & ſpetiali perſona, & perſonis, & ad faciendum omnia & ſingula pacta, & renuntiationes, conventiones, promiſſiones, & obligationes, quæ dicto Sindico, & Procuratori utilia videbuntur pro dictis Dominis, Poteſtate, & Capitaneis, & Communi Mantuæ, & ad recipiendum omnes, & ſingulas promiſſiones, & obligationes, & renuntiationes, quæ dicto Sindico videbuntur, & quæ fient a quacumque Communitate, & Univerſitate, & ſingulari, & ſpetiali perſona, & perſonis, cum qua, & quibus faciet Societatem, Fraternitatem, Unitatem, & amicitiam, & ad omnia, & ſingula facienda, & recipienda, quæ continebuntur, & fient in Inſtrumentis Societatis, fraternitatis Unitatis, & amicitiæ faciendæ & faciendis. Dantes, & concedentes dicto Sindico, & Procuratori in omnibus & ſingulis ſupradictis ſpetiale Mandatum cum libera, & generali Adminiſtratione, & promittentes mihi Notario infraſcripto ſtipulanti & recipienti vice,

ANNO 1307. ce, & nomine omnium, quorum intereſt, vel interit, quod firma, & rata habebunt, atque tenebunt omnia, & ſingula, quæ fient per dictum Sindicum, & Procuratorem in prædictis, & circa prædicta, & quolibet prædictorum, ſub obligatione omnium bonorum dicti Communis Mantuæ.

Actum Mantuæ, in Palatio prædicto, die Jovis, tertio decimo Aprilis, Milleſimo trecenteſimo ſeptimo, Indictione quinta, præſentibus Dominis Guillielmo de Anxandris Judice, Nicolao de Cremaſchis, Corrado de Gonzaga, Philippino de Zamboro, Albertino de Gonzagia Judice, Mapheo de Villana, & Vivaldo de Belcalzario Notariis, teſtibus rogatis & multis aliis.

L. H. T. Ego Delavantius de Penſeriis, Sacri Palatii Notarius publicus his interfui, & rogatus publice ſubſcripſi ſignumque meum appoſui conſuetum.

In Chriſti Nomine, die octavo Aprilis. Congregatis Conſiliis Doctorum, & generali Communis Brixiæ ſuper Palatio majori dicti Communis, de Mandato Nobilis Militis, Domini Comitis, Bernardini de Cimo honorabilis Poteſtatis Communis Brixiæ, ſono Campanarum & voce præconia, more ſolito.

In quibus Conſiliis lecta, & poſita fuit infraſcripta Propoſitio, ſeu Poſta continens in hunc modum.

In Chriſti Nomine. Cum per Conſilium Practicorum, Antianorum, & Artium Brixiæ factum die prædicta octava præſentis Menſis Aprilis, fleterit reformatum, infraſcriptam propoſitionem ſeu poſtam poni, & mandari debere ad Conſilia Doctorum, & generale Communis Brixiæ, & ſecundum voluntatem ipſorum Conſiliorum procedi debere ſuper ipſa. Tenor cujus propoſitionis ſeu poſtæ inferius eſt comprehenſus.

In Chriſti Nomine. Cum per Ambaxatores Communis Brixiæ, qui fuerunt de præſenti Menſe Aprilis ad Parlamenta de Razolo, dicatur fuiſſe in dicto Parlamento proviſum, & ordinatum, quod Societas, fraternitas, & Unio contrahatur, & fiat inter Commune Brixiæ, ſeu ejus legitimum Sindicum, & Dominos Gubertum de Corrigia, defenſorem Populi, & Communis Parmæ & Commune Civitatis ejusdem, Alboynum de la Scala, generalem Capitaneum Communis, & Populi Veronæ. Guidonem de Bonacolſis, generalem Capitaneum Communis. . . . . ac Communia Regii, & Mutinæ, ſeu Sindicos, & Procuratores eorundem, & cum dictis Dominis. . . . . prædictorum, de qua Commune Brixiæ, Domino concedente, honorem, & utilitatem maximam conſequetur.

Dicit, & proponit dictus Dominus Poteſtas de Conſenſu, & voluntate Dominorum Prioris Practicorum, & Conſiliariorum ejus, Abbatis, & Antianorum Communis, & Populi Brixiæ, & Sanctiſſimæ Pacis Dei, quod videtur, & placet Sapientibus adſtantibus ad ipſa Conſilia ſuper prædictis faciendum, petens in hiis ſibi conſilium exhiberi.

In quibus Conſiliis Dominus Mapheus de Chizolis Judex inſurgens conſuluit, quod omne, quod proviſum eſt in dicto Parlamento, ſit firmum, & compleatur, fiat, & effectui demandetur auctoritate præſentium Conſiliorum, & quod ad ea complenda, & facienda Sindicus legitime conſtituatur per Conſilia ſupraſcripta, qui omnia facere poſſit & complere in prædictis & circa prædicta, quæ poſſet totum Commune Brixiæ, ſi preſens foret.

In reformatione quorum Conſiliorum factis partitibus per ipſum Dominum Poteſtatem cum Buſſolis, & Balloris, ſecundum formam Statutorum Communis Brixiæ dicentem: quod qui volunt, & quibus placet quod ſuper propoſitione ſeu poſta in præſentibus Conſiliis prælecta, procedatur, & fiat ſecundum Conſilium, & dictum ſupraſcripti Domini Maphei de Chizolis Judicis conſulentis ſuper ipſa, ſint una Pars, & ponant ſuas balottas in Buſſola Vermilia, & qui vellent contrarium, ponant ſuas balottas in Buſſola alba. Numeratis dictis Balottis repertæ fuerunt in Buſſola vermilia CCCC LXXX. tres balottæ, & in Buſſola alba quinque balottæ tantum.

Et poſt dictam reformationem prædictorum Conſiliorum incontinenti præfati Domini Poteſtas, Prior, & Conſiliarii Practicorum, Abbas, & Antiani Communis, & Populi Brixiæ, & Sanctiſſimæ Pacis Dei, & omnes de dictis Conſiliis ibidem adſtantes, qui erant numero Juridico, & etiam longe plures omnium Conſiliariorum de ipſis conſiliis ſolemniter congregati pro ſe ſe, & nomine Communis Brixiæ fecerunt, conſtituerunt & ordinaverunt Sapientem & discretum Virum Dominum Benvenutum Reſtacii Civem Brixiæ præſentem, ſuum, & dicti Communis Brixiæ certum Nuntium, Actorem Procuratorem, & Sindicum, ad faciendum, contrahendum, & complendum Societatem, fraternitatem & Unionem nomine ipſius Communis Brixiæ inter dictum Commune Brixiæ, & Dominos Gubertum de Corrigia, defenſorem, & Protectorem Populi, & Communis Parmæ, & Commune Civitatis ejusdem, Alboynum de la Scala, generalem Capitaneum Communis, & Populi Veronæ, Guidonem de Bonacolſis generalem Capitaneum Communis, & Populi Mantuæ, & Communia Civitatum earundem, ac Communia Regii, & Mutinæ, ſeu Sindicos, & Procuratores eorundem, & cum dictis Dominis, & Communibus, ſeu Nuntiis, Sindicis, & Procuratoribus eorundem, & ad jurandum, & promittendum, ac omnes, & ſingulas promiſſiones, obligationes, & renuntiationes faciendum, & recipiendum, quæ in prædictis, & circa prædicta, & occaſione prædictorum fuerint opportuna. Et generaliter ad omnia, & ſingula gerenda, facienda, & complenda, quæ gerere, facere, & complere poſſet totum Commune Brixiæ, ſi præſens adeſſet. Dantes, cedentes, & mandantes dicto eorum Procuratori, & Sindico plenum liberum, & generale Mandatum cum plena libera, & generali adminiſtratione in omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, ac etiam in omnibus aliis, quæ ad executionem, & firmitatem majorem omnium prædictorum crediderint convenire. Promittentes ſtipulatione ſolemni mihi Notario infraſcripto ſtipulanti, & recipienti vice, & nomine prædictorum Dominorum, & Communium, & cujusque ipſorum, & omnium, & ſingularum perſonarum prædictarum, Civitatum, & cujuslibet earum, firma, & rata habere, & tenere perpetuo omnia, & ſingula quæ per dictum eorum Procuratorem, & Sindicum in prædictis, & circa prædicta, & occaſione prædictorum facta fuerint, tanquam per totum Commune Brixiæ forent totaliter adimpleta, & non contravenire ulla ratione, vel cauſſa. Obligantes ad hæc nomine dicti Communis Brixiæ omnia Bona ipſius Communis Brixiæ præſentia, & futura pignori, quibuslibet exceptionibus, Juribus, privilegiis, & beneficiis incontrarium renuntiantes expreſſe.

ANNO 1307.

Interfuere Teſtes Bonaventura de Vulzano, Johannes Bratii, Albertinus Spezaijanus, Paſinus de Putheo, & Gratiolus Zanaſii Notarii dicti Domini Poteſtatis, Atque Ardezonus Rizerii, & Jacobinus de Cantori, Precones Communis Brixiæ, & multi alii, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſeptimo, Indictione quinta.

Ego Brixianus de Soijano Notarius publicus, & Dictator dicti Domini Poteſtatis & Communis Brixiæ his omnibus affui, & rogatus ſcripſi. L. H. T.

In Nomine Domini Milleſimo trecenteſimo ſeptimo, Indictione quinta, die ſeptimo Aprilis Congregato Conſilio generali Communis, & Populi Civitatis Parmæ, ſono Campanæ & voce Preconis, ſono Tubæ præmiſſo in Palatio Veteri dicti Communis, ut moris eſt, in quo quidem Conſilio pleno Nobilis, & potens Miles, Dominus Thadeus de Manfredis Poteſtas, Dominus Petrus de Carraria Judex, & Vicarius Nobilis Militis, Domini Laudi de Salamoncelis Capitanei Societatis Cruxatorum, & Populi Parmæ, Antiani, & Primicerii, de voluntate, & beneplacito Magnifici Viri Domini Giberti de Corrigia, defenſoris Comunis, & Populi Civitatis prædictæ, & de voluntate, & conſenſu expreſſo conſiliariorum exiſtentium in dicto Conſilio, & ipſi Conſiliarii, & Conſilium auctoritate, conſenſu & de voluntate expreſſa dictorum Dominorum Poteſtatis, & Vicarii, & Domini Giberti defenſoris ſupradicti una cum eis unanimiter, & concorditer, fecerunt, conſtituerunt, & ordinaverunt Diſcretum Virum Dominum Armaninum de Zabulis, Civem Parmæ præſentem ſuum, & dicti Comunis Parmæ Sindicum, Actorem, & Procuratorem, & Nuntium ſpetialem ad faciendum, & contrahendum ſocietatem, fraternitatem, Unionem, & Amicitiam cum Comuni, & Univerſitate Regii, & cum Comuni, & Univerſitate Brixiæ, & cum Magnifico Viro Domino Alboino de la Scala, Capitaneo Civitatis Veronæ, & cum Comuni, & Univerſitate Civitatis Veronæ, & cum Magnifico Viro Domino Guidone de Bocacolſis Capitaneo Civitatis Mantuæ, & cum

ANNO 1307. ipso Comuni, & Universitate Civitatis Mantuæ, & cum Comuni, & Universitate Civitatis Mutinæ, & cum altero prædictorum Dominorum, & Universitatum, & Comunium, & cum Sindicis, & Procuratoribus eorundem Dominorum, & Comunium & alterius prædictorum & generaliter, & spetialiter cum quacunque Civitate, Communitate, & Universitate & singulari, & speciali persona, & personis, & ad faciendum omnia, & singula pacta, renuntiationes, conventiones, promissiones, & obligationes, quæ dicto Sindico, & Procuratori utilia videbuntur pro Communi Parmæ, & dicto Domino Giberto defensore, & ad recipiendum omnes, & singulas promissiones, obligationes, & renuntiationes, quæ dicto Sindico videbuntur, & quæ fient a quacunque Communitate, & Universitate & singulari & spetiali persona, & personis, cum qua, & quibus faciet Societatem, fraternitatem, unitatem, & amicitiam, & ad omnia, & singula facienda, & recipienda, quæ continebuntur, & fient in Instrumentis Societatis, fraternitatis, unitatis, & amicitiæ faciendæ, & faciendis. Dantes & concedentes dicto Sindico, & Procuratori in omnibus & singulis supradictis spetiale Mandatum cum libera, & generali Administratione, & promiserunt mihi Notario infrascripto stipulanti, & recipienti nomine, & vice omnium, & singulorum, quorum interest, vel interit, quod firma, & rata habebunt, atque tenebunt omnia & singula, quæ fient per dictum Sindicum, & Procuratorem in prædictis, & circa prædicta, & quodlibet prædictorum, sub obligatione omnium bonorum dicti Communis Parmæ. Actum Parmæ in dicto Palatio Communis Parmæ, præsentibus Dominis Aliotto de Aliottis, Bonzanino Begore Notariis, Jacobino de Palanzano Tubatore Communis Parmæ, & Melchiore de Roavolo, & pluribus aliis testibus rogatis.

L. H. T. Ego Petrus de Casali, Notarius. Domini Aldibrandi Comit. ad necem de Luca his omnibus interfui, & rogatus scripsi.

In Nomine Domini Millesimo trecentesimo septimo, Indictione quinta, die septimo Aprilis, Magnificus & Potens Vir Dominus Gibertus de Corrigia, defensor Communis, & Populi Parmæ, fecit, constituit, atque ordinavit Dominum Armaninum de Zabulis Civem Parmæ præsentem suum Procuratorem, Actorem, & Nuntium spetialem ad faciendum, & contrahendum Societatem, fraternitatem, Unionem, & amicitiam cum Communi, & Universitate Regii & cum Communi, & Universitate Brixiæ, & cum Magnifico Viro Domino Alboyno de la Scala Capitaneo Civitatis Veronæ, & cum Communi, & Universitate Civitatis Veronæ, & cum Magnifico Viro Domino Guidone de Bonacolsis, Capitaneo Civitatis Mantuæ, & cum Communi, & Universitate Civitatis Mantuæ, & cum Communi, & Universitate Civitatis Mutinæ & cum altero prædictorum Dominorum, & Universitatum, & Communium, & cum Sindicis, & Procuratoribus eorundem Dominorum & Communium, & alterius prædictorum. Et generaliter, & spetialiter cum quacunque Civitate, Universitate, & Communitate, & singulari, & spetiali persona, & personis, & ad faciendum omnia, & singula pacta, renuntiationes, conventiones, & obligationes quæ dicto Procuratori utilia videbuntur pro Domino defensore, & ad recipiendum omnes & singulas promissiones, obligationes & renuntias, quæ dicto Procuratori videbuntur, & quæ fient a quacunque Communitate, & Universitate, & singulari, & spetiali persona, & personis, cum qua, & quibus faciet Societatem, fraternitatem, Unionem, & Amicitiam, & ad omnia, & singula facienda & recipienda quæ continebuntur, & fient in Instrumentis Societatis, fraternitatis, Unitatis, & Amicitiæ faciendis. Dando, & concedendo dicto suo Procuratori in omnibus, & singulis supradictis speciale Mandatum cum libera, & generali Administratione. Promittens mihi Notario infrascripto stipulanti, & recipienti nomine, & vice omnium, & singulorum, quorum interest, vel interit, quod firma, & rata habebit, & tenebit omnia, & singula quæ fient per dictum suum Procuratorem in prædictis, & circa prædicta, & quodlibet prædictorum, & sub obligatione omnium suorum bonorum. Actum Parmæ in Palatio Episopali, præsentibus Dominis Johannino de Sancta Vitali, Guillielmo de Servadeis, & Bonifacio de Cruinacho & aliis pluribus testibus rogatis.

ANNO 1307. L. H. T. Ego Petrus de Casali Notarius Domini Aldibrandi Comit. ad necem de Luca interfui, & hanc Cartam rogatus scripsi.

L. H. T. In Christi Nomine Millesimo trecentesimo septimo, Indictione quinta die ultimo Martii, Congregato Consilio Populi Civitatis Mutinæ, sono Campanæ, & voce Præconis, sono Tubæ præmisso, in Palatio Populi Mutinæ, ut moris est, in quo quidem Consilio pleno Sapiens & discretus Vir, Dominus Guido de Aghinulfis Judex, & Vicarius Nobilis, & Potentis Militis Domini Bertolini de Foliano honorandi Potestatis, & Capitanei Communis, & Populi Civitatis Mutinæ, de voluntate, & consensu expresso Consiliariorum existentium in dicto Consilio, & ipsi Consiliarii, & Consilium auctoritate, & consensu, & de voluntate expressa dicti Domini Vicarii una cum eo unanimiter, & concorditer fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt discretum Virum Dominum Gerardinum de Regio, filium quondam Domini Amodei Gratiam, Civem Mutinæ præsentem, suum & Communis Mutinæ Sindicum, Actorem, & Procuratorem, & Nuntium spetialem ad faciendum, & contrahendum Societatem, fraternitatem, Unionem, & amicitiam cum Communi, & Universitate Civitatis Regii, & Magnifico cum Viro Domino Ghiberto de Corrigia, defensore Civitatis, & Populi Parmæ, & cum ipso Communi, & Populo Parmæ, & cum Communi, & Universitate Brixiæ, & cum Magnifico Viro Domino Alboyno de la Scala, Capitaneo Civitatis Veronæ, & cum Communi, & Universitate Civitatis Veronæ, & cum Magnifico Viro Domino Guidone de Bonacolsis, Capitaneo Civitatis Mantuæ, & cum ipso Communi, & Universitate Civitatis Mantuæ, & cum altero prædictorum Dominorum, & Universitatum, & Communium, & cum Sindicis, & Procuratoribus eorundem Dominorum, & Communium, & alterius prædictorum, & generaliter, & spetialiter cum quacunque Civitate, Communitate, & Universitate, & singulari, & spetiali persona, & personis, & ad faciendum omnia & singula Pacta, & renuntiationes, conventiones, promissiones, & obligationes, quæ dicto Sindico, & Procuratori utilia videbuntur pro Communi Mutinæ. Et ad recipiendum omnes, & singulas promissiones, & obligationes, & renuntiationes, quæ dicto Sindico videbuntur, & quæ fient a quacunque Communitate, & Universitate, & singulari, & spetiali persona & personis, cum qua, & quibus faciet Societatem fraternitatem, unitatem, & amicitiam, & ad omnia alia, & singula facienda, & recipienda, quæ continebuntur, & fient in Instrumentis Societatis, fraternitatis Unitatis, & Amicitiæ fiendæ, & fiendis. Dantes, & concedentes dicto Sindico, & Procuratori in omnibus & singulis supradictis spetiale Mandatum cum libera, & generali administratione. Et promittentes mihi Notario infrascripto stipulanti, & recipienti vice, & nomine omnium, & singulorum, quorum interest, vel interit, quod firma, & rata habebunt, atque tenebunt omnia, & singula, quæ fient per dictum Sindicum, & Procuratorem in prædictis, & circa prædicta, & quolibet prædictorum, sub obligatione omnium bonorum dicti Communis Mutinæ. Actum Mutinæ in dicto Palatio Populi Mutinæ præsentibus testibus Dominis Zane Bachello, Cavalchino de Pulinazo, & Jacopo de Bratis.

Ego Franciscus de Guaxtamesteriis, Notarius Defensoris libertatis Populi Mutinæ, prædictis omnibus interfui & scripsi.

In Nomine Domini Millesimo trecentesimo septimo, Indictione quinta, die decimo Aprilis, Actum in Civitate Regii super Palatio novo dicti Communis, coram Dominis Johanne de Tacullis Judice, Ugacio de Barbalatis, & Guidone de Octobellis testibus rogatis, Sapiens, & discretus Vir Dominus Alexander de Pocta Judex, & Vicarius Nobilis & Potentis Militis Domini Saxoli de Saxolo, honorandi Capitanei Communis, & Populi Civitatis Regii, de voluntate, & consensu expresso Consiliariorum existentium in dicto Consilio, & ipsi Consiliarii, & Consilium, auctoritate, & consensu, & de voluntate expressa dicti Domini Vicarii una cum eo unani-

ANNO 1307. nimiter & concorditer fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt Dominum Ghirondinum de Ghirondis Civem Regiensem præsentem, suum & Communis Regii Sindicum, Actorem, & Procuratorem, & Nuntium specialem ad faciendum, & contrahendum Societatem, fraternitatem, Unionem, & Amicitiam cum Communi, & Universitate Civitatis Mutinæ, & cum Magnifico Viro Domino Giberto de Corrigia, defensore Communis, & Populi Parmæ, & cum ipso Communi, & Populo Parmæ. Et cum Communi, & Universitate Brixiæ, & cum Magnifico Viro Domino Alboyno de la Scala, Capitaneo Civitatis Veronæ, & cum Magnifico Viro Domino Guidone de Bonacolsis, Capitaneo Civitatis Mantuæ, & cum ipso Communi, & Universitate Civitatis Mantuæ, & cum altero prædictorum Dominorum Communium, & Universitatum, & cum Sindicis, & Procuratoribus eorundem Dominorum, & Communium, & alterius prædictorum, & generaliter, & specialiter cum quacunque Civitate, Communitate, & Universitate, singulari, & spetiali persona, & personis. Et ad faciendum omnia, & singula pacta, renuntiationes, Conventiones, promissiones, & obligationes, quæ dicto Sindico, & Procuratori utilia videbuntur pro Communi Regii, & ad recipiendum omnes, & singulas promissiones, & obligationes, & renuntiationes, quæ dicto Sindico videbuntur, & quæ fient a quacunque Communitate, & Universitate, & singulari, & spetiali persona & personis, cum qua & quibus faciet Societatem, Fraternitatem, Unionem, & Amicitiam, & ad omnia alia, & singula facienda, & recipienda, quæ continebuntur & fient in Instrumentis Societatis, Fraternitatis, Unionis, & Amicitiæ fiendæ, & fiendis. Dantes, & concedentes dicto Sindico, & Procuratori in omnibus, & singulis supradictis speciale Mandatum cum libera & generali Administratione. Et promiserunt mihi Notario infrascripto stipulanti, & recipienti vice & nomine omnium, & singulorum, quorum interest, vel interierit, quod firma, & rata habebunt, atque tenebunt omnia, & singula, quæ fient per dictum Sindicum, & Procuratorem in prædictis, & circa prædicta, & quolibet prædictorum, sub obligatione omnium bonorum dicti Communis Regii.

L. H. T. Ego Johanninus de Carbonibus Sacri Palatii Notarius his omnibus interfui, audivi, & rogatus scripsi.

L. H. T. In Christi Nomine. Die Dominico Nono Aprilis super Salla majori Palatii Communis Veronæ in Consilio generali Communis, & Populi Veronæ, in quo quidem Consilio erant ultra quam duæ Partes hominum dicti Consilii ibidem ad sonum Campanæ more solito congregatorum, præsentibus Nobilibus Viris Domino Frederico de la Scala, Baylardino de Nogarolis, Aygenio de Lendenaria, & prudentibus, & discretis Viris Dominis Nicolao de Altemanno, Legum Doctore, Pantalone de Taddis de Padua, Gilbertino de Barattis de Parma, Judicibus, ac Tavanello Milite, & socio infrascripti Domini Potestatis, testibus vocatis, & rogatis. Nobiles, & Magnifici Domini Symeon quondam Domini Engelfredi de Padua Veronæ Potestas, & Albuynus de la Scala Communis, & Populi Civitatis ejusdem Capitaneus generalis, de voluntate, & consensu expresso Consiliariorum existentium in dicto Consilio, & ipsi Consiliarii, & Consilium auctoritate, & consensu, & de voluntate expresa dictorum Dominorum Potestatis, & Capitanei una cum eis unanimiter, & concorditer, fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt discretum Virum Dominum Nicolaum Notarium quondam Domini Zilini Judicis præsentem, suum, & Communis Veronæ Sindicum, Actorem, & Procuratorem, & Nuntium spetialem ad faciendum, & contrahendum societatem, fraternitatem, unionem, & Amicitiam cum Magnifico Viro Domino Guidone de Bonacolsis, Capitaneo Civitatis Mantuæ, & cum ipso Communi, & Universitate Civitatis Mantuæ, & cum Communi, & Universitate Civitatis Regii, & cum Magnifico Viro Domino Giberto de Corigia, defensore Civitatis, & Populi Parmæ, & cum ipso Communi, & Populo Parmæ, & cum Communi, & Universitate Civitatis Mutinæ, & cum Communi, & Universitate Civitatis Brixiæ & cum alio prædictorum Dominorum, & Universitatum, & Communium, & cum Sindicis & Procuratoribus eorundem Dominorum, & Communium, & alterius prædictorum & generaliter, & spetialiter cum quacunque Civitate, Communitate, & Universitate, singulari, & spetiali persona, & personis, & ad faciendum omnia, & singula pacta & renuntiationes, conventiones, promissiones, & obligationes, quæ dicto Sindico, & Procuratori utilia videbuntur pro dictis Dominis Potestate, & Capitaneo, & Communi Veronæ, & ad recipiendum omnes, & singulas promissiones, & obligationes, & renuntiationes, quæ dicto Sindico videbuntur, & quæ fient a quacunque Communitate, & Universitate, & singulari, & spetiali persona, & personis, cum qua, & quibus faciet Societatem, fraternitatem, Unitatem, & amicitiam. Et ad omnia alia, & singula facienda, & recipienda, quæ continebuntur, & fient in Instrumentis Societatis, fraternitatis, Unitatis, & amicitiæ fiendæ, & fiendis. Dantes, & concedentes dicto Sindico, & Procuratori in omnibus, & singulis supradictis spetiale Mandatum cum libera, & generali administratione. Et promittentes mihi Notario infrascripto stipulanti, & recipienti, & vice, & nomine omnium, & singulorum, quorum interest, vel intererit, quod firma, & rata habebunt, atque tenebunt omnia, & singula, quæ fient per dictum Sindicum, & Procuratorem in prædictis & circa prædicta, & quolibet prædictorum sub obligatione omnium bonorum dicti Communis Veronæ

Anno Domini Millesimo trecentesimo septimo, Indictione quinta.

Ego Franciscus a Botteselis Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus præsens rogatus ea publice scripsi.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi, hac die 14. Martii 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 15. Martii 1720.

XXVII.

Pax perpetua inter FRESCHUM *Marchionem Estensem, & Commune* FERRARIÆ *ex unâ, nec non Communia* MANTUÆ *&* VERONÆ *ex alterâ parte inita, quâ offensis, atque injuriis remissis, Captivisque relaxatis, securitatem mutuam rerum, ac personarum sibi promittunt, cum obligatione restituendi quæ de territorio alicujus partis per aliam partem occupata sunt. Actum Paduæ 3. Martii. 1308. Indictione VI.* [Authentique tiré des Archives Archi-Ducales de Mantoüe.] 1308. 3. Mars.

IN Nomine Christi, & ad honorem omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen, & Beatissimæ Virginis Mariæ. Hæc est forma Pacis perpetuæ, concordiæ, & pactorum initæ, contractæ, cellebratæ, atque firmatæ inter Egregium, & Magnificum Dominum, Dominum Frescum Dei Gracia Estensem & Anchonæ Marchionem, pro se, & Communi, & Universitate Ferrariæ, seu & ipsum Commune Ferrariæ, seu inter discretum Virum Dominum Petrum de Ducia, Juris peritum, Sindicum,

ANNO 1308. Procuratorem, & Nuncium ſpecialem ipſius Domini Freſchi, & Communis Ferrariæ, ut de Sindicatu & Procura conſtat publico Inſtrumento, ſub ſigno, & nomine mei Johannis Notarii infraſcripti, die ultimo Februarii cellebrato in milleſimo trecenteſimo octavo, Indictione ſexta, Sindicario, & Procuratorio nomine eorumdem ex una parte, & Nobilem, & Magnificum Dominum Alboynum de la Scala, Communis, & Populi Veronæ Capitaneum generalem, pro ſe & Nobili Domino Cane grandi, fratre ejus penes eum, dicti Communis, & Populi Veronæ Generalem Capitaneum, ac Nobilem, & Magnificum Dominum Guidonem de Bonacolſis, Communis, & Populi Mantuæ Capitaneum generalem, pro ipſis Dominis Capitaneis, & Communibus Veronæ, & Mantuæ, ſeu, & ipſa Communia Veronæ, & Mantuæ, ſeu inter diſcretum Virum Dominum Paxolinum de Verdinellis Mantuanum Civem, Sindicum, Procuratorem, & Nuncium dicti Domini Guidonis, Capitaneum Mantuæ & Communis Mantuæ, ut de Sindicatu, & Procuratione conſtat publico Inſtrumento ſcripto ſub ſigno, & nomine Adelberii Notarii de Adelberiis Civis Mantuæ, die Martis vigeſimo ſeptimo, Februarii milleſimo ſupraſcripto, & diſcretum Virum, Dominum Nicolaum Notarium quondam Domini Zilini Judicis Civem Veronenſem, Sindicum, Procuratorem, & Nuncium ſpecialem dicti Domini Alboyni, & Communis Veronæ, ut de Sindicatu, & Procuratione conſtat publico Inſtrumento ſcripto ſub ſigno, & nomine Franciſchi Notarii, Magiſtri Paxolini, Civis Veronæ, die Mercurii penultimo, Februarii milleſimo ſupraſcripto, Sindicariis, & Procuratoriis nominibus, & vicibus eorumdem Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, ex altera. Primo videlicet voluerunt, inierunt, contraxerunt, & firmaverunt unanimiter dictæ partes, quod bona pax communis, & equa fiat, & ſit, & eſſe intelligatur perpetuo duratura inter dictum Dominum Freſcum Eſtenſem Anchonæ Marchionem, & Commune, & homines Ferrariæ, & dictos Dominos Alboynum, Canem grandem, & Guidonem Capitaneum, & dicta Communia, & homines Veronæ, & Mantuæ; Item quod omnia dampna, Injuriæ, & offenſæ hic retro hinc vel inde factæ remittantur, & remiſſe intelligantur utrique, & eis ſit finis perpetua inter ipſas partes. Item quod Captivi utriuſque Poteſtatis libere, & ſine preſtatione alicui pecuniæ relaxentur hinc inde. Item quod homines, & Perſonæ Civitatum utriuſque partium habeantur, & ſint ſecuri in perſonis, mercadandiis, & avere, eundo, ſtando, & redeundo per dictas Civitates, & diſtrictus earum. Item quod de cetero dampna non dentur, ſeu inferantur, non fiant offenſæ, vel injuriæ per Dominos, Communia, vel homines Civitatis unius partis, in Dominos, Communia, vel homines alterius partis, vel per aliquos habentes aditum, vel regreſſum per ipſas Civitates vel earum aliquam, vel per earum diſtrictus vel alicujus earum, & ſi fierent, vel inferrentur, emendentur per illam Civitatem per quam, vel cui diſtrictum data, vel illata fuiſſent, vel iviſſent & regreſſi fuiſſent, quod dampnum, offenſam, vel injuriam dediſſent, vel intuliſſent infra menſem factis probationibus. Item ſi de Territorio alicujus Partium occupatum eſſet per aliam partem, vel detentum, dimittatur & reſtituatur, & rellaxetur hinc inde, ſalvo tamen jure ſingularium perſonarum. Item quod reprenſalie date, vel habite per homines alicujus partium contra Commune, & homines alterius partis hinc vel inde, ſuſpendantur, & ſuſpenſe hinc ad decem annos utrinque eſſe intelligantur, & quod de hinc reprenſalie non dentur, ſeu concedantur hinc, vel inde. Item ſi aliqua Civitas, Commune, Univerſitas, vel Dominus de Societate, & liga dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ vellent venire ad hanc pacem, & concordiam, & pacta, & eſſe in hac pace, poſſit venire, & veniat, & ad ipſam admittatur, & recipiatur, & e contrario idem per Communia ſervetur, & ſervari debeat ex parte dicti Domini Freſchi. Item quod infra quindecim dies proxime venientes, preſens Contractus pacis, concordiæ, & pactorum coram dicto Domino Freſco in generali Conſcilio Civitatis Ferrariæ, preſentibus Sindicis, Procuratoribus, & Nunciis ſpecialibus ejusdem Domini Freſchi, & Communis Ferrariæ, ac dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ, legitime conſtitutis legatur, & publicetur, atque ad robur plenius de novo ipſa pax, concordia, & pacta preſcripta ineantur, & noventur, & juramento novo firmentur per dictum Dominum Freſcum, & per Syndicum Communis Ferrariæ nomine, & vice Communis, & hominum Ferrariæ, & per Poteſtatem, & Conſiliarios Communis ejusdem, cum Sindicis, Procuratoribus, & Nunciis predictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, & Mantuæ. Deinde coram dicto Domino Guidone Capitaneo Mantuæ, in generali Conſcilio Communis Mantuæ, & coram dictis Dominis Albuyno, & Cane grandi Capitaneo Veronæ, in generali Conſcilio Communis Veronæ, preſente Syndico, & Nuncio ſpeciali dicti Domini Freſchi, & Communis Ferrariæ, & predictos Dominos Capitaneos, & Syndicos Communium Veronæ, & Mantuæ in nomine, & vice Communium, & hominum Veronæ, & Mantuæ, & per Poteſtates, & Conſiliarios dictorum Communium cum Syndico Procuratore, & Nuncio dicti Domini Freſchi, & Communis Ferrariæ in omnibus, & omnia ut ſuperius continetur, addendo & ad predicta ſiquid pro bono pacis partibus in concordia videbitur eſſe addendum. Quam antedictam pacem, & concordiam, & pacta, & quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta predicti Domini Petrus Sindicus, Procurator, & Nuncius predicti Domini Freſchi Marchionis, & Communis Ferrariæ, atque Paxolinus, Sindicus, Procurator, & Nuncius predicti Domini Guidonis Capitanei, & Communis Mantuæ, & Nicolaus, Sindicus, Procurator, & Nuncius predicti Domini Alboyni, & Domini Canis ejus fratris Capitanei, & Communis Veronæ, Sindicariis, & Procuratoriis nominibus, & vicibus eorum quorum ſunt Syndici, & Procuratores, ſibi ad invicem ſolempni ſtipulatione promiſerunt, & convenerunt, & tactis ſcripturis corporaliter juraverunt ad Sancta Dei Evangelia in animas predictorum attendere, & obſervare, & rata, & incommutabilia habere, & tenere perpetuo, & nunquam de jure neque de facto contrafacere vel venire, ſub pena, & in pena decem millium Marcharum argenti comittenda, & per partem attendentem a parte non attendente petenda, & exigenda cum effectu, quotiens fuerit contrafactum, vel non ſervatum, & pena ſoluta vel non, ſemel, & pluries, contractus preſens cum ejuſdem pene ſtipulatione, & promiſſione in ſua ſemper permaneat firmitate. Renunciantes ſibi ad invicem per pactum partes predictæ, actioni, & exceptioni doli mali, & infactum, condictioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, & omni alii juri, & Legum auxilio, per quod predicte Partes vel aliqua prædictarum contra promiſſa, vel promiſſorum aliquod poſſent facere, vel venire. Pro quibus omnibus, & ſingulis attendendis, & plenius obſervandis predicti Sindici, & Procuratores, Sindicariis, & Procuratoriis nominibus quibus ſupra, ſibi ad invicem obligaverunt omnia bona predictorum Dominorum, & Communium, conſtituentes invicem ſe alterum pro altero poſſidere ad plenam, & perpetuam obſervantiam omnium predictorum. Promittentes præterea ſibi ad invicem expenſas reficere quæ fierent in predictis ad alterutrum obſervari faciendis, ſalva ſemper in omnibus Societate, fraternitate, & liga quam predicti Domini & Communia, & quelibet ipſorum Dominorum, & Communium habent cum Communibus, & hominibus, Societate, fraternitate, & liga quam predicti Domini, & Communia, & quilibet ipſorum Dominorum & Communium habent cum Communibus, & hominibus Paduæ, & Vincentiæ, ac Venetiarum, & eodem modo intelligatur ſalva ſemper in omnibus Societate, & liga quam predictus Dominus Freſcus, & Commune Ferrariæ habent cum hominibus, & Communi Paduæ, forma pactorum quæ habent cum Communi Veneciarum. Denique predictam Pacem, & concordiam predicti Sindici, & Procuratores nominibus antedictis inter ſe interveniente mutuo pacis oſculo firmaverunt. ANNO 1308.

Actum in Montegrotto diſtrictus Paduæ, in Hoſpitio Pauli quondam Joannis Paparini Albergatoris, die Dominico tertio Martii, milleſimo trecenteſimo octavo, Indictione ſexta, Preſentibus Dominis Magnifico Juano Notario, Domini Bonefini de Verona, Magiſtro Nanuallo filio Colle de Capriana de Mantua, Thomaxino filio Horii, linaroli de Verona, Jacobo de Syfantis de Ferraria Notario, & Rolandino quondam Joannis de Zambelone de Mutina teſtibus rogatis.

L. H. T. Ego Johannes filius Fratris Guidonis de Pidiano, Imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus preſens fui, & rogatus ſcripſi.

L. H. T.

ANNO 1308. L. H. T. Et Ego Adelberius de Adelberiis Mantuanæ Civis Sacri Palatii Notarius publicus, his omnibus ſupraſcriptis interfui, & rogatus ad robur plenius me cum ſigno meo ſubſcripſi, atque de prædictis publicum Inſtrumentum in eodem tenore cum preſenti preſcripto confeci, ſub die milleſimo, & Indictione, ac in loco ſupraſcriptis.

L. H. T. Et Ego Franciſcus Magiſtri Paxolini de Verona Imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus ſupraſcriptis interfui, & rogatus ad robur plenius me cum ſigno meo ſubſcripſi, atque de prædictis publicum Inſtrumentum in eodem tenore cum preſenti præſcripto confeci, ſub die milleſimo, & Indictione, ac in loco præſcriptis.

Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octaviii de Mazziis filius Civis publicuſque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi hac die 14. Martii 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 15. Martii 1720.

29. Fevrier. *Procuratio* FRESCHI *Marchionis Eſtenſis, & Communis* FERRARIAE *pro ineundâ pace ſupraſcripta. Actum Ferrariæ 29. Februarii 1308. Indictione VI.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

IN Chriſti Nomine Amen. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo octavo, Indictione ſexta, die ultimo Februarii. Ferrariæ in Arrengeria Palatii Domini Marchionis, Præſentibus Nobilibus Viris: Dominis Corradino de Gonſaloneriis de Brixia, Vicecomite Ferrariæ, & Merchadante de Zapolinis, Legum Doctore & Milite, nec non Raynuccio de Pidiano Notario dicti Domini & Marchionis, teſtibus ad prædicta vocatis, & rogatis. Illuſtris Magnificus Vir Dominus Freſcus, Dei Gratia Eſtenſis, & Anchonæ Marchio, Civitatis Ferrariæ, & diſtrictus generalis Dominus, ex arbitrio, & plenitudine poteſtatis ſibi collatis, & attributis per Commune Ferrariæ, vigore Status Communis ejusdem, & quibus ipſe fungitur, conſtituit, & ordinavit diſcretum, & ſapientem Virum Dominum Petrum de Dutia, Juris Peritum, abſentem, tanquam præſentem, ſuum, Communis & Univerſitatis Ferrariæ Syndicum, Procuratorem, & Nuntium ſpetialem ad ineundum, contrahendum, faciendum, & firmandum, ac & recipiendum perpetuam pacem, & concordiam, & pacta cum Magnificis Viris Dominis Guidone de Bonacolſis, generali Capitaneo Communis & Populi Mantuæ, & Albuyno de la Scala, Communis & Populi Veronæ Capitaneo generali, & Canegrando ejus fratre penes eum, dicti Communis & Populi Capitaneo generali, & quolibet eorum, & Communibus, & Univerſitatibus dictarum Civitatum Mantuæ, & Veronæ, & quarumlibet earum, ſeu cum Syndicis, Procuratoribus, & Nuntiis dictorum Dominorum, & Communium, & quorumlibet eorum, Syndicario & Procuratorio nomine & vice eorundem, ac etiam quocunque cum Domino, Communi, & Univerſitate, ſeu quibuscunque Dominis, Communibus, & Univerſitatibus, ac ſpecialibus perſonis cujuscunque Civitatis, Terræ, vel loci, cum quo, vel quibus ipſi Syndico, & Procuratori, & Nuntio videretur, pacem perpetuam, concordiam, & pacta inire, contrahere, facere, & firmare ac etiam recipere ab eisdem, & ad promiſſiones, ſtipulationes, renuntiationes, fines, remiſſiones, pacta, conventiones, & obligationes cujuscunque generis cum pœna & ſine pœna, & generaliter ad omnia, & ſingula faciendum, recipiendum, contrahendum, & exercendum quomodolibet in prædictis & quolibet prædictorum, quæ ipſi Syndico, Procuratori, & Nuntio neceſſaria, vel utilia videbuntur. Et ad jurandum ſpecialiter in animam ipſius Domini Marchionis, & Communis Ferrariæ, prædicta omnia & ſingula obſervare. Et facere, & curare quod per Sindicum dicti Communis, & Univerſitatis in animas ſingulorum dictum Sacramentum preſtabitur. Dans & concedens pro ſe, & dicto Communi, & Univerſitate Ferrariæ eidem Syndico, Procuratori & Nuntio plenam, & liberam, & generalem Adminiſtrationem cum pleno, libero, & generali Mandato in omnibus & ſingulis, & ad omnia, & ſingula ſupradicta, ac etiam, ad omnia, & ſingula, quæ eidem Sindico, Procuratori, & Nuntio agenda, contrahenda, proſequenda, ac etiam quocunque modo facienda, & recipienda prædictorum occaſione videbuntur, promittensque ſtipulatione ſolemni ſuo nomine, & nomine, & vice Communis, & Univerſitatis Ferrariæ mihi Notario recipienti, & ſtipulanti nomine, & vice prædictorum Dominorum, Communium, & Univerſitatum Veronæ & Mantuæ, & omnium, quorum intereſt, vel intererit, ſe ſuo nomine ratum, & gratum habiturum & ſervaturum perpetuo, ac ſe facturum, & curaturum cum effectu quod dictum Commune, & Univerſitas Ferrariæ ratum, & gratum habebunt, & ſervabunt perpetuo quicquid ipſe Syndicus, Procurator, & Nuntius in prædictis, & circa prædicta duxerit faciendum, recipiendum, & quocunque modo exercendum, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum, & dicti Communis, & Univerſitatis Ferrariæ.

L. H. T. Ego Johannes filius Fratris Guidonis de Pidiano. Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus præſens fui, & rogatus ſcripſi.

Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicuſque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi hac die 14. Martii 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejuſdem Archivii Præfectus, hac die 15. Martii 1720.

XXVIII.

19. Avril. *Lettres de* PHELIPPE *Comteſſe de Haynaut, faiſant foi de la Donation & Tranſport des Terres de Dourlens, Thirimont, & Conſorre, fait par* BEATRIX *Comteſſe de Luxembourg à* HENRI *Comte* DE LUXEMBOURG *ſon Fils. Fait à Valenciennes le Vendredi après Paſques l'an* 1308. *au Mois d'Avril.* [VAN DER HAER Chatelains de l'Iſle liv. 2. chap. 5. pag. 264.]

A Tous chiaus qui ces préſentes verront & orront, Phelippe Comteſſe de Haynault, ſalut & cognoiſſance de véritei, comme nō chiere & amée ſuer Beatris Comteſſe de Luccenbourh veniſt par devant nous, pour adhireteir no chier nepueu Henry Comte de Lucembourch ſon amé fil de tout la terre qu'elle tenoit, pooit & devoit tenir en fief en le Comté de Haynault de no chier fil Guillame

ANNO 1308. par la grace de Dieu Comte de Haynault & Hollande sour chou li homme nodit fil, c'est asscavoir Messire Thiery dou Chastelet Baillius de la Conteit de Haynault, Messire Gilles de Berlaimont, Messire Jehan Sansses de Bousfoit, Messire Nicolas de Housdaing, Messire Jehans de Roisin, Messire Henris de Louchin, & Messires Joffrou de Plaisanches Chanonine de Tournay, & de Mons, furent Sermons & contureit se nous avieſmes pooir de par no chier fils le Comte de faire & de passer le besongnes de hiretage ou de deshiretage bien & à loy li queil disent & raporterent par jugement, & par commun accort, que no chiers fils li Cuens de seur dis, nous avoit bien & souffisament estaublie pour luy, en liu de luy & pour rechevoir deshiretanches, & pour faire hiretanches & pour rechevoir hommaiges & pour faire en toutes choses tout chou que nos dit fils feroit ou pourroit faire en le Conteit de Haynaut parmi le recort qu'il auroient ewu des hommes devant dis, apres no chier suer li Comtesse de Lucembourch devant nommée en la presence des hommes de seur dis, de sa bonne volontei rapporta en nos mains Dourlers, Thierimont, Consorre, & toutes les appartenances, & tout le fief qu'elle tenoit de no chier fille Comte, en la Comtei de Haynault, & s'en deshireta pour en ahireter no neveu le Comte de Luccembourch devant dit son aisnet fil & hoir dont nous sermonnismes le S. de Bousfoit devant dict, qu'il desist par jugement le nodit Suer s'avoit deshiretée bien & a loy de tout chou que elle tenoit en fief de no chier fil le Comte en la Comtei de Haynault, li queils conseilliers as hommes devant nommeis dict par jugement, qu'elle s'en estoit deshiretée bien & a loy as us & as coustumes de la Conteit de Haynault, si que riens n'y avoit retenut & de chou l'ensugneirent li homme devant dit, apres nous aheritames nodit Nepueu le Comte de Luxembourg dou fief & de la terre devant dicte, & l'en recevimes as homme de par nostre fille le Comte de Haynault, bien & à loy par jugement des hommes de seur dis, chou fait nosdit Nepveu li Cuens rapporta tous les prousits doudit fief pour remettre en la main de nostre dite Suer la Comtesse se mere pour tenir, & maintenir tous les cours de ses vies en queil estat qu'elle ioit, laquelle nous rechevimes en feaulté & hommaige, ensi que nous desvimes; encor rapporta en nos mains nos mes li Cuens devant dits toute le terre de Dourlers, de Thirimont & de Consorre qui sont des fies devant nommeis ensi comme il le tenoit & devoit tenir de no chier fils deseur dit en sen deshireta bien & à loy pour ahireter Monsieur Walerand sen frere en porchon de terre a blans monnoye de Haynault, lequel nous ahiretames & recheviſmes à hommiensi que nous devimes, & s'en si estoit que ens dis lius newist plainement deux mille livres de terre à blans, parfaire les doit li dis Cuens ses freres es bos de vicogne & tout a tel prisie que fait luy fu de par no chier fille Comte de Haynaus, & apres chou li dis Messire Wallerans dist en recognut en nom de parchon qui s'il defailloit de lui sans hoir de son corps de leal mariage toute li terre de susdite ou tout ce dont il en seroit tenans au jour de son deces revenroit, & doit revenir a nodit Nepueu le Comte de Lutzenbourg entierement, & a ses hoirs qui apres li venront Comtes de Lutzembourg &c. Ce fut fait & donné a Valenchiennes l'an de grace nostre Seigneur mil trois cents & huict le vendredis apres Pasques au mois d'Avril.

XXIX.

25. Avril. *Societas ad sexdecim annos inita inter* OTTONEM *Ducem Carinthiæ, Advocatum Ecclesiarum Tridentinæ, & Brixiensis,* HENRICUM *Regem Bohemiæ, Fratrem ejus, &* GUILLIELMUM, *&* ALDEGERIUM *de Castro Barco ex unâ, nec non Communia* VERONAE, *&* MANTUAE, *ex altera parte, quâ sibi defensionem, & assistentiam mutuam pro se, subditis, & Amicis suis contra omnes homines de hoc mundo promittunt. Actum Veronæ 25. Aprilis Anno* 1301. *Indictione VI.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

ANNO 1308.

IN Nomine Christi, die Jovis vigesimo quinto Aprilis Veronæ in Curtivo Palatio Nobilium, & magnificorum Dominorum Alboyni della Scalla, & Canisgrandis fratris ejus penes eum, Communis, & Populi Veronæ Capitaneorum Generalium, præsentibus discretis Viris Dominis Coradi de Zicis de Smola Communis Veronæ Judice, Azolino quondam Domini Zenelli de Sancto Apostolo, Guilielmo quondam Domini Ubicini de Zachariis, Bernardo quondam Domini Ranucii de Fruariis. Alberto Notario Domini Salvabeni ad Culcinella Veronenses testes vocatis, & rogatis. Ibique viri nobiles, Domini Odeicus Badecha de Tridento, & Gotsalcus de Bozano Judex Veronæ, missi Procuratores & Nuncii Illustris Principis Domini Ottonis, Ducis Carinthie, Comitis Tirolis, & Goriciæ, Tridentinæ, & Brixinensis Ecclesiarum Advocati, & pro se & Serenissimo Domini Henrico fratre suo, inclito Rege Bohemiæ, ut de dicta Procura constat publico Instrumento scripto sub signo, & nomine Tomassii Notarii quondam Domini Tiviani Notarii de Bagnolo Paduani, sub die vigesimo intrantis Aprilis, anno, & indictione subscriptis, pro ipso Domino Duce pro se, & dicto ejus fratre Rege Bohemiæ, & eorum Amicis, & Viri Nobiles Domini Gulielmus, & Aldrighetus Nepos ejus, de Castro Barco ex una parte, & Nobiles, & magnifici Domini Alboynus de la Scalla, & Canis grandis frater ejus penes eum, Communis, & Populi Veronæ Capitaneos Generales pro se, & nomine, & vice Viri Nobilis Domini Franciſci eorum Nepotis, natis olim Domini Bartholomei de la Scalla fratris eorum, Communis Universitatis, & hominum Civitatis Veronæ, & amicorum, & subditorum ipsorum, & Vir prudens de Bonapax, quondam Domini Bosii de Mantua Sindicus, Procurator, & Nuntius, Sindicario, & Procuratorio nomine Nobilis, & Magnifici Domini Guidonis de Bonacolsis Communis, & Populi Mantuæ Capitanei Generalis, pro ipso Domino Capitaneo Mantuæ, Communi Universitate, & hominibus dictæ Civitatis Mantuæ, & Amicis, & subditis ipsius, ut de Sindicatu, & Procuratione constat publico Instrumento scripto sub signo, & nomine mei Stefanini Notarii infrascripto, sub die Lune vigesimo secundo Aprilis, anno, & Indictione subscriptis ex altera parte, volentes suspicionis materiam, & finistre opinionis suspicionem tollere, & penitus amputare ad antique benivolentiæ amiciriam, conservandam, quam intendunt ab unaquaque parte perpetualiter observare, talem specialem inter se se Societatem, & amicitiam contraxerunt: videlicet quod præfati Domini Odeicus Badecha, & Gotsalchus Judex Veronæ, Procuratores, & Procuratorio nomine præfati Domini Ducis in animam ipsius Domini Ducis, & pro eo, & iidem Domini Guillelmus, & Aldrigetus, ejus Nepos de Castro Barco in animas ipsorum, ad Sancta Dei Evangelia corporaliter juraverunt, ac per stipulationem promiserunt dicti Procuratores ejusdem Domini Ducis nomine, & pro eo, & predicti Domini Guillielmus, & Aldrigetus prefatos Dominos Alboynum de la Scalla, & Canem grandem fratrem ejus, Capitaneos Veronæ, & Franciscum eorum Nepotem, ac Guidonem de Bonacolsis, Capitaneum Mantuæ, ac Amicos, subditos eorundem, & populos dictarum Civitatum Veronæ, & Mantuæ in ipsorum Civitatum Veronæ, & Mantuæ districtibus adjuvare, deffendere, & manutenere in eorum tenutis, privilegiis ac honoribus, & eis assistere suo posse contra omnem personam de hoc mundo tam de jure, quam de facto abhinc ad sexdecim annos expletos, & e converso prædicti Domini Alboynus, & Canisgrandus fratres Capitanei Veronæ, & idem de Bonapax Sindicus, & Procurator dicti Domini Guidonis de Bonacolsis Capitanei Mantuæ, Sindicario, & Procuratorio nomine ipsius, similiter ad Sancta Dei Evangela juraverunt, duntaxat dictus de Bonapax in animam dicti Domini Capitanei Mantuæ cui est Procurator, & Sindicus, ac solemniter per stipulationem promiserunt pro eis, & dictis Civitatibus, Universitatibus, & hominibus Veronæ & Mantuæ, & ipsorum amicis, & subditis, prædictum Dominum Ducem, ac amicos, & subditos ipsius Domini Ducis in Civitatibus Tridenti & Brixinensi, & eorum districtibus adjuvare, manutenere, &

ANNO 1308. & deffendere in ſuis tenutis, & hominibus, & poſſeſſionibus, ac eis aſſiſtere contra omnem perſonam de hoc mundo, tam de jure, quam de facto, nullis obſtantibus preceptis factis, vel faciendis, Literis impetratis vel impetrandis à quocumque Domino, vel à quacunque alia perſona cuicumque dignitatis, & conditionis exiſtat. Hoc addito, & adjecto, quod idem dictus Dux, militibus, & peditibus, quos miſſurus eſſet in auxilium predictorum Dominorum Alboyni, & Caniſgrandis Capitaneorum Veronæ, ac Guidonis de Bonacolſis Capitanei Mantuæ, & Communium, & Civitatum Veronæ, & Mantuæ uſque ad terram Ale providebit in expenſis, in terra vero Ale ab inde infra prædicti Domini de Verona, & Mantua prædictis militibus, & peditibus, & Communia ipſarum Civitatum Veronæ, & Mantuæ predictis militibus, & peditibus in expenſis providere teneantur, Et è converſo predicti Domini de Verona, & Mantua, & militibus, & peditibus quos miſſuri erunt in auxilium prædicti Domini Ducis Ottonis, uſque ad Civitatem Tridenti providebunt in expenſis, in Civitate verò Tridenti, & ab inde ſuper, idem Dominus Dux Otto predictis militibus, & peditibus in expenſis perindè teneatur. Promiſerunt quoquoque Partes predicte, ſibi ad invicem omnia, & ſingula ſupradicta uſque ad prædictum tempus ſexdecim annorum, firma, rata, & grata habere, & tenere, ac inviolabiliter obſervare, ſub pœna, & in pena duorum milium marcharum Argenti, qua ſoluta, vel non ſoluta, predicta omnia permaneant in ſua firmitate, & pro his omnibus, & ſingulis plene attendendis, & inviolabiliter obſervandis, obligaverunt dictæ partes nominibus quibus ſupra, ſibi viciſſim, ſcilicet una pars alteri omnia eorum bona Jure pignoris, que una pars alterius nomine nominibus antedictis, ſe vice mutua conſtituerunt ponere uſque ad integram obſervationem omnium predictorum. Inſuper predicti Procuratores dicti Domini Ducis proprio nomine pro eo ſolemniter promiſerunt facere, & cum effectu curare, quod Sereniſſimus Dominus Henricus prædictus Rex Bohemiæ hic ad tres menſes proximos prædicta omnia laudabit, & approbabit, nihilominus tamen predicta omnia firma perdurent.

Actum milleſimo tercenteſimo octavo, Indictione ſexta.

L. H. T. Ego Stefaninus de Paſſavaticiis Mantuanus Civis Sacri Palatii Notarius publicus predictis affui, & rogatus ſcripſi.

Ego Antonellus Boni de Barbarano Imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus preſens rogatus interfui, & me ſubſcripſi.

Ego Bonaventura de Sancta Sofya Imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus preſens rogatus me ſubſcripſi.

Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicuſque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius, ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi. Actum hac die 14. Martii 1720.



Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 15. Martii 1720.

XXX.

7. Juillet. *Pax inter Civitates* BRIXIAE *ex unâ, &* CREMONAE *ex alterâ parte inita, per quam abolitis, & remiſſis injuriis atque offenſionibus captiviſque relaxatis, & ordinatis ex utraque parte 25. equitibus cum Capitaneo pro majori ſecuritate in ripâ Olei, cuncta reponuntur in eum ſtatum, in quo fuerunt poſt Pacem apud Pontem vicum Anno 1306. concluſam. Actum in ripâ Olei 7. Julii Anno 1308. Indictione. VI.* CUM *Approbatione Conſilii Generalis quadringentorum, ex ordinatione Paraticorum & Artium, 9. ejuſdem menſis Brixiæ factâ, altero die habiti. Actum Brixiæ 10. Julii Anno & Indictione eiſdem.* NEC NON *Tranſumpto. Actum Mantuæ 8. Auguſti. Anno & Indictione quibus ſuprà.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.] ANNO 1308.

Exemplum ex Autentico publico relevatum.

L. H. T. In Chriſti Nomine Amen. Congregatis Conſiliis generali & CCCC. totius Communis Brixiæ. In Palatio majori Communis Brixiæ, de mandato diſcreti viri Domini Guidonis de Anghinulfis de Regio, Juris periti, Vicarii Nobilis, & prudentis Viri Domini Guidonis de Joliano, honorabilis Poteſtatis Brixiæ, die Mercurii decimo menſis Jullii, ſono Campanarum, & voce Preconum, ut mos eſt, cum per Conſilium Practicorum, & Artium Brixiæ, factum coram preſentia Venerabilis Patris Domini B. de Madiis, Dei gratia Epiſcopi Brixienſis, Marchionis Ducis, & Comitis. In Caminata plana Epiſcopatus Brixiæ, die Martis nono Julii, de Mandato, & voluntate Domini Bonadiei ſpecie Prioris Practicorum Brixiæ, & ſuorum Conſiliariorum extitit reformatum, infraſcriptam propoſitionem debere reduci ad Conſilia quadringentorum, & generale Communis Brixiæ, & ſecundum voluntatem dictorum Conſiliorum debere procedere, procedi, & executioni mandari tenor cui talis eſt. In Chriſti Nomine. Cum per Ambaxiatores Communis Cremonæ, & Brixiæ infraſcripta Capitula pacis fuerint ordinata & ea per conſilia expediat approbari, & confirmari, & omnia alia utilia, & neceſſaria ad dicta Capitula confirmanda, & pacem perpetuo conſervandam inter utrumque Commune Brixiæ, & Cremonæ & ſcilicet tenor quorum Capitulorum talis eſt. In Chriſti nomine amen, & Beatiſſimæ Matris Mariæ, & totius Curiæ celeſtis, Infraſcripta ſunt ea de quibus infraſcripti ſapientes de Cremona, & de Brixia in ripa Olei circa terram de Monticellis, die Dominico ſeptimo Julii, milleſimo trecenteſimo octavo, adinvicem convenerunt pro pace inter utrumque Commune ordinanda, & divina Clementia perpetuo duratura, nomina quorum ſapientum ſunt hæc: Dominus Petrus Abbas Monaſterii Leonenſis. C. Maſeus de Madiis. C. Dominus Girardus de Gamb. . . . . de Chizolis pro Communi Brixiæ C. Dominus Jacobinus de Gadio. C. Dominus Ottolinus de Maſcardis. C. Dominus Joanninus de Pontarolo pro Communi Cremonæ. In primis providerunt, & concordes fuerunt, quod bona, vera, juſta equalis, & legalis, omni malignitate, dolo, fraude, & calliditate excluſis, & perpetua pax fiat inter utrumque Commune, que ſit omnium litium, diſcordiarum & contentionum finis, abolitio, remiſſio, & pleniſſima liberatio, abſolutio. Item quod ad ipſam pacem poſſint adeſſe, ſi ſibi placuerit, omnes Domini terrarum, omnia Communia, Univerſitates que eſſent in ſocietate, liga Univerſitate cum Communi, & hominibus, Communis Cremonæ, & ſimiliter omnes Domini & Communia, qui, & que eſſent in Societate, cum Brixienſibus, venire poſſint, ſi ſibi placuerit, & ſi predicti Domini & Communia recuſarent venire ad dictam pacem, nihilominus inter Civitates Cremonæ & Brixiæ, fiat & firmetur pax ſuperius antedicta. Item providerunt, & fuerunt concordes, quod Civitas, & Commune Cremonæ totaliter teneatur, & debeat expellere de ſua Civitate, & diſtrictu omnes banditos, & Rebelles Communis, & Civitatis Brixiæ, & diſtrictus, & eorum familias, & eodem modo Civitas, & Commune Brixiæ totaliter teneatur, & debeat expellere de Civitate Brixiæ, & diſtrictu omnes Bannitos, & Rebelles Civitatis, & diſtrictus Cremone, & eorum familias. Item providerunt, & concordes fuerunt, quod utraque Civitas, & utrumque Commune ſint, & reſtituantur, & reſtituti, & reſtituta intelligantur

ANNO 1308. gantur esse ipso jure, & facto in eo statu, jure, conditione, & Jurisdictione, quibus erant, quando facta, & ordinata fuit pax inter utrumque Commune, que fuit facta, & ordinata in Terra de Pontevico, seu de Rebeco, die vigesimo nono Marcii, millesimo trecentesimo sexto. Item providerunt, & fuerunt concordes, quod omnes invicem offensiones, damna data, expressæ, Literæ, & effectualiter omnia ex quibus possent fieri aliquæ inquietationes inter utrumque Commune, & etiam singulares personas utriusque Civitatis, & districtus, que procederent, seu procedere possent pro aliquo maleficio, vel offensa, remittantur, & remissa prorsus intelligantur & sint ipso jure, & facto hinc inde, sicquod propterea nulla possit questio intentari. Item providerunt, & fuerunt concordes, quod omnes Carcerati, & captivati pro Guerra orta à tempore dicte pacis que erat inter utrumque Commune citra ubicunque sint, & undecunque sint, libere relaxari debeant & per utrumque Commune procuretur, & fiat quod relaxentur, sine prestatione alicui pecuniæ, vel alterius rei solvendæ, seu prestandæ pro ulla redemptione, infra octo dies, ex quo ipsa pax fuerit publicata, & jurata. Item providerunt, & fuerunt concordes, quod Civitas, & Commune Cremone teneat, & debeat tenere apertas, & securas vias, & stratas Civitatis, & districtus Cremone, sic quod mercathendiæ secure, & libere possint conduci, & pertransire, & eodem modo teneat, & debeatur Civitatis & Commune Brixiæ in Civitate Brixiæ & districtu, & siquid damnum inferretur tam mercatoribus, quam aliis de ipsis Civitatis vel earum districtibus per alteram Civitatem, seu alterum districtum, ex eis Civitatibus, seu districtibus euntibus, seu transeuntibus, Civitas in cui virtute damnum inferretur, damnum passo teneatur plenarie emendare summaria cognitione inde habita per Potestatem, seu ejus curiam illius Civitatis, in cui jurisdictione questio moveretur, sine aliquo strepitu Judiciorum, & sine Juris solemnitate, & absque libelli datione, que emendationes damnorum fieri debent infra quindecim dies postquam inde mota questio fuerit terminata. Item providerunt & fuerunt concordes, quod utraque Civitas teneatur facere, & debeat, ne à suo Territorio in altera seu ejus Territorium damnum aliquid inferratur, & siquid fieret seu daretur, quod absit, Civitas ea à cui partibus seu districtu fuisset damnum datum, seu processissent damnorum datores, damnum passis teneatur plenarie emendare cognitione summaria intercedente ut supra proximo Capitulo continetur. Que emendationes damnorum fieri debeant infra quindecim dies, postquam inde mota questio fuerit terminata, & Potestates, & Capitanei ipsarum Civitatum præciso vinculo Sacramenti teneantur predicta damna facere emendari bona fide omni cavillatione, & rigorositate remotis, secundum quod in dictis duobus Capitulis continetur. Item providerunt, & fuerunt concordes, quod pro predictis perpetuo observandis, & attendendis utraque Civitas, & Commune infra mensem, postquam pax fuerit jurata, & facta, teneatur, & debeat ad invicem legitime satisdare, & curare, & facere quod Commune Venetiæ pro uno Communi penes alterum fidejubeat, & legitime intendat pro predictorum omnium firmitate. Item providerunt, & fuerunt concordes, quod, in Sacramento Rectorum utriusque Civitatis speciale Capitulum inseratur, quod ipsi Rectores observabunt, & cum effectu facient observari dictam pacem perpetuo inter utrumque Commune, Item providerunt, & fuerunt concordes, quod singulis duobus mensibus Potestates dictarum Civitatum ad parlamentum teneantur adinvicem convenire cum Ambaxiatoribus, cum quibus eis videtur, pro tractando, ordinando, & firmando omnia, & singula ex quibus dicta Pax, & omnia Capitula antedicta majorem, & perpetuam obtinere debeat, & valeat firmitatem, & in continenti primum parlamentum fiat postquam pax jurata fuerit infra quindecim dies. Item providerunt, & fuerunt concordes, quod Sindici pro utraque Civitate legitimi constituantur & fiant ad dictam pacem faciendam, & jurandam, & omnia promittenda, & gerenda, que expediant pro majori ipsius firmitate, & eodem modo fieri debeat per predictos Dominos, & Communia qui, & que venire voluerint ad dictam Pacem, ut superius continetur, & dicta pax jurari debeat in generalibus Consiliis ipsarum Civitatum Cremonæ & Brixiæ, & etiam omnium aliarum quæ venire voluerint ad ipsam Pacem. Item providerunt, & concordes fuerunt, quod quodliber ex dictis omnibus habere, & tenere debeat unum Capitaneum cum vigintiquinque equitibus stipendiariis continue in ripa Olei sui districtus. Qui Capitanei, & stipendarii teneantur & debeant providere, & curare cum effectu, ne aliqua damna hinc inde inferantur per aliquas personas, & quod predicti Capitanei similiter qualibet septimana in simul convenire, & colloquium, Pacem & tuitionem districtus utriusque Communis, qui Capitanei eligantur in dies ex quo dicta pax fuerit jurata, & si aliquis de dictis Capitaneis vel eorum satis reperiretur esse culpabilis in aliquo damno vel offensa, quod, vel que ab una parte seu territorio versus altera inferretur vel daretur, tunc Potestas illius Civitatis ad cui manus pervenerit, teneatur infra terciam diem ex qua ei ad manus pervenerit, ipsum tamquam robatorem, & fractorem pacis ad mortem punire, & condemnare. Item providerunt, & concordes fuerunt, quod si qui datores damnorum, seu offensores contra predicta reperirentur, seu tractatores damnum faciendi, seu offendendi contra predicta, Potestas illius Civitatis ad cui manus pervenerit, ipsum tamquam fractorem pacis, & robatorem punire, & condemnare ad mortem infra diem terciam teneatur. Dicit, & proponit Dominus Guido de Anginelfis Judex, & Vicarius dicti Domini Potestatis, quid placet Consiliis debere fieri super predictis, & super eis petit consilium sibi dari. In quibus quidem consiliis surrexit Dominus Mapheus de Madiis, & consuluit quod omnia, & singula Capitula lecta in presentibus consiliis, & ea quæ in ipsis continentur, & dicta propositio facta, & lecta in presentibus consiliis, auctoritate eorum consiliorum sint firma, & plenam obtineant firmitatem in quolibet Capitulo, & qualibet parte sui, & secundum tenorem eorum debeat procedi, & per omnia in totum executioni mandari. In reformatione quorum consiliorum factis partibus per ipsum Dominum Guidonem Vicarium dicti Domini Potestatis, cum bussolis, & Ballotis dicendo, quod quibus placet & voluerit Dominus & consilium dicti Domini Maphei sit una pars & ponat suam ballotam in bussola vermilia, & quibus placet, & voluerit contrarium, sit altera pars, & ponat suam ballotam in bussola alba, reperte sunt in bussola vermiglia. M. C. LII. ballote, & in bussola alba nulla, Interfuere testes Johanninus Pontolius, Franceschinus de Goyono, Johanninus Romani, Faustinus de Carzago omnes Notarii dicti Domini Potestatis, & Joannes Lavezarius. Bonaventura de Cayno, Ardezonus Riceii, omnes Precones Communis Brixiæ, & Gualfredus, & Aymericus Zolus Trombamtores Communis Brixiæ omnes testes convocati, & rogati.

ANNO 1308.

Anno Domini Millesimo trecentesimo octavo Indictione Sexta.

Ego Bartolinus de Morpiano Civis Brixiæ, Sacri Palacii Notarius Publicus, & Dictator dicti Domini Potestatis, & Communis Brixiæ, prædictis omnibus, & singulis interfui, & rogatus hanc cartam scripsi.

L. H. T. Ego Nicolaus Domini Oraboni de Casallo Sacri Palacii Notarius publicus, & dictator Communis Mantuæ una cum infrascriptis Vivoldo, & Anzellenio Notariis publicis ad autenticum vidi, legi, & auscultavi presens exemplum per me videlicet exemplatum fideliter sine adjectione, sive detractione aliqua, quæ sensum, vel sententiam mutet ullam, signo Notarii præterea imitato, & antepositio in exemplo, ad cui rei testimonium, & inditium veritatis, me cum signo meo publico hic subscripsi, de Mandato, & auctoritate quidem viri discreti scilicet Domini Mathei del Canto de Florentia Judicis, & Assessoris Communis Mantuæ, sic interponentis, in Palatio novo Communis Mantuæ, die Jovis octavo, mensis Augusti, de Millesimo trecentesimo octavo, Indictionis sexte, Presentibus Dominis Petro F. Domini Vivaldi de Belcalzario Notario, Delagito quondam Domini Guillielmi de la Villana Notario, & Orebono quodam Domini Antonii de Nuvolono Notario testibus & aliis rogatis

L. H. T. Ego Vivoldus quondam filius Domini Bonvesini de Caplaroi Sac. Palac. Notarius publicus una cum Nicolao predicto, & Anzellenio infrascripto Notariis publicis, ad autenticum vidi, legi, & auscultavi presens Exemplum per dictum Nicolaum fideliter exemplatum, sine adjectione, sive detractione aliqua, que sensum, vel sententiam mutet ullam signo Notarii dicti Autentici inmitato, ad cui rei testimonium, & indicium veritatis me cum signo meo hic subscripsi, de Mandato, ex auctoritate Judicis supradicti assessoris Communis Mantuæ, die, loco, & Millesimo nominatis ac presentibus testibus supradictis.

L. H. T.

ANNO 1308. L. H. T. Ego Anzellerius quondam Domini Cobelli Imperiali auctoritate Notarius publicus una cum predictis Nicolao, & Vivoldo Notariis publicis ad autenticum vidi, legi, & auſcultavi præſens exemplum per dictum Nicolaum fideliter exemplatum ſine adjectione ſive detractione aliqua que ſenſum, vel ſententiam mutet ullam, ſigno Notarii imitato, & antepoſito in exemplo, ad cui rei teſtimonium, & indicium veritatis me cum ſigno meo hic ſubſcripſi de Mandato, & auctoritate Judicis ſupradicti Aſſeſſoris Communis Mantuæ, die loco & Milleſimo nominatis, ac præſentibus teſtibus ſupradictis.

Cum earum Authenticis in pergamena ſcriptis ſicut ſupra expeditis in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius, Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius, ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi hac die 14. Martii. 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 15. Martii 1720.

XXXI.

28. Juillet. *Pax inter Commune* MANTUÆ *ex una & Commune* LAUDÆ *ex alterâ parte, quâ viarum, & mercimoniorum ſecuritate ſtipulatâ omnia reſtituuntur in eum ſtatum, in quo fuerunt poſt pacem factam apud Pontemvicum. Actum Mantuæ* 28. *Julii Anno* 1308. *Indictione VI.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

IN Chriſti nomine Amen, hæc eſt forma Pacis inter Communia, & homines Civitatum Mantuæ, & Laude, ac Sindicos inſcriptos eorundem, jurata facta, & celebrata, in publico, & generali conſcilio Communis Civitatis Mantuæ, ſuper veteri Palatio Civitatis ipſius more ſolito, per campanam, & voce preconum, etiam congregato die Dominico vigeſimo octavo Julii, in milleſimo tercenteſimo octavo, Indictionis ſextæ, preſentibus Dominis Siuleſi D. Albrici de Sugubio, Lippo de Marescottis de Florentia militibus, & Servis infraſcripti Domini Poteſtatis, Matteo del Canto, Doctore Legum, & Rolando de Carlonibus de Bononia, Judicibus ipſius Domini Poteſtatis, Venerio de Carmelando præconibus Communis Mantuæ teſtibus ad hæc.

In primis, quod bona, vera, juſta, equalis, & legalis, omni malignitate, dolo, fraude, & calliditate excluſis, & perpetua pax fiat inter utrumque Commune, que ſit omnium licium, diſcordiarum, & contentionum finis, abolitio, remiſſio, & pleniſſima liberatio abſoluta. Item quod ad pacem ipſam poſſint adeſſe, ſi ſibi placuerit, omnes Domini terrarum, omnia Communia, & Univerſitates, que eſſent in Societate, liga, Univerſitate, ſeu fraternitate, cum Communi, & hominibus Communis Cremonæ, & ſimiliter omnes Domini, & Communia, qui, & quæ eſſent in Societate, liga, Univerſitate, ſeu fraternitate cum Communi, & hominibus Communis Mantuæ, venire poterint, ſi ſibi placuerit, Item quod Civitas, & Commune Laude totaliter teneatur, & debeat expellere de ſua Civitate, & diſtrictu, omnes Bannitos, & Rebelles Communis Civitatis Mantuæ, & diſtrictus, & eorum familias, & eodem modo Civitas, & Commune Mantuæ totaliter teneatur, & debeat expellere de Civitate Mantuæ, ac diſtrictu omnes Bannitos, & Rebelles Civitatis, & diſtrictus Laude, & eorum familias, Item quod utraque Civitas, & utrumque Commune, ſint, reſtituantur, & reſtitute, & reſtituta intelligantur eſſe, & ſint ipſo Jure, & facto in eo ſtatu, Jure, conditione, & juriſdictione, quibus erant, quando facta, & ordinata fuit pax inter utrumque Commune, quæ fuit facta, & ordinata in Terra de Pontevico, ſive de Rebecho, milleſimo trecenteſimo ſexto, die vigeſimo nono Martii. Item quod omnes invicem offenſiones, damna data expenſæ habitæ, & effectualiter omnia ex quibus poſſent fieri alique inquietationes inter utrumque Commune, & etiam ſingulares perſonas utriusque Civitatis & diſtrictus, que procederent, ſeu procedere poſſent pro aliqua offenſa, vel maleficio, remittantur, & remiſſe, & remiſſa prorſus intelligantur, & ſint ipſo jure, & facto hinc inde, ſicquod propterea nulla poſſit queſtio intentari, Item quod omnes Carcerati, & Captivati pro Guerra orta à tempore dictæ Pacis, qui erunt inter utrumque Commune citra ubicunque ſint, & undecunque ſint, libere debeant relaxari, & per utrunque Commune procuretur, & fiat quod relaxentur ſine preſtatione alicujus pecuniæ, vel alterius rei ſolvende, ſeu preſtande pro ulla redemtione, infra octo dies, ex quo ipſa pax fuerit publicata, & jurata. Itemque Civitas, & Commune Laude teneatur, & debeat tenere aptas, & ſecuras Vias Civitatis, & diſtrictus Laude, ſic quod mercadendie ſecure, & libere poſſint conduci, & eodem modo teneatur, & debeat Civitas & Commune Mantuæ, in Civitate Mantuæ, & diſtrictu, & ſiquid damnum inferrent tam mercatoribus, quam aliis de ipſis Civitatibus, vel earum diſtrictibus per alteram Civitatem, vel alterum diſtrictum, ex eis Civitatibus, ſeu diſtrictibus, euntibus, ſeu tranſeuntibus, Civitas in cujus virtute damna inferrentur, damnum paſſo teneatur plenarie emendare, ſummaria cognitione inde habita per Poteſtatem ſeu ei curiam illius Civitatis in cui juriſdictione queſtio moveretur, ſine aliquo ſtrepitu Judiciorum, ſine Juris ſolemnitate, & absque libelli datione, que emendationes damnorum fieri debeant infra quindecim dies, poſtquam inde mota queſtio fuerit terminata.

Item quod utraque Civitas teneatur, & debeat facere ne de ſuo Territorio in alterum, ſeu ejus territorio damnum aliquod inferatur, & ſiquid fieret, ſeu daretur, quod abſit, Civitas a cui partibus, ſeu diſtrictu, fuiſſet damnum datum, ſeu proceſſiſſent damni datores, damna paſſis teneatur plenarie emendare, cognitione ſummaria intercedente, ut ſupra proximo Capitulo continetur, que emendationes damnorum fieri debeant infra quindecim dies, poſtquam inde mota queſtio fuerit terminata, & Poteſtates, & Capitanei ipſarum Civitatum præciſo vinculo Sacramenti teneantur predicta damna facere emendare bona fide, omni cavillatione, & rigoroſitate remotis, ſecundum quod in dictis proximis Capitulis continetur, item quod pro predictis perpetuo attendendis, & obſervandis utraque Civitas, & Commune infra menſem, poſtquam pax fuit jurata, & facta, teneatur, & debeat ad invicem legitime ſatisfare, & curare, & facere, quod Commune Venetiarum pro uno Communi penes alterum ſidejubeat, & legitime intercedat pro predictorum omnium firmitate. Item quod Sacramento Rectorum utriuſque Civitatis ſpeciale Capitulum inſeratur, quod ipſi Rectores obſervabunt, & cum effectu facient obſervari dictam pacem inter utrumque Commune. Item quod Sindici pro utraque Civitate legitime conſtituantur, & fiant ad dictam Pacem faciendam, & jurandam, & omnia promittenda, & gerenda, que expediant pro majori ipſius firmitate, & eodem modo fieri debeat per predictos Dominos & Communia, qui, & que venire voluerint ad dictam pacem faciendam, & jurandam, & omnia promittenda, & gerenda, que expediant pro majori ipſius firmitate, & eodem modo fieri debeat per predictos Dominos, & Communia qui, & que venire voluerint ad dictam pacem, ut ſuperius continetur, & dicta pax jurari debeat in generalibus Conſiliis ipſarum Civitatum Laude & Mantuæ, & etiam omnium aliarum que venire voluerint ad ipſam pacem. Item quod ſiqui datores Damnorum, ſeu offenſores contra predicta reperirentur, ſeu tractatores damnum faciendi, ſeu offendendi contra predicta, Poteſtas illius Civitatis ad cujus manus pervenerit, ipſum tanquam fractorem Pacis, & robatorem punire, & condemnare ad mortem infra tertiam diem teneatur.

Qua Pace ſubſcripta, & pacis Capitula ſupraſcripta,

ANNO 1308. ta, Discretus Vir Dominus Vivaldus de Ubaldis, Juris peritus, Sindicus, & Sindicario nomine Dominorum Gini de Ubertis Potestatis, & Guidonis de Bonacolsis Capitanei Generalis Civitatis Mantuæ atque Communis Mantuæ ad prædicta legitime constitutus, ut de Sindicatu, & Procuratorio constat publico Instrumento scripto sub signo, & nomine Guberti Notarii de Capitello, millesimo trecentesimo octavo, Indictione sexta, die Lunæ quintodecimo Mensis Julii, & Sindicario nomine eorumdem de Mantua, ex una parte, & Dominus Salaranus de Salvano Civis Laudensis, Sindicus, & Sindicario nomine dicti Communis, & hominum Laude ad eadem specialiter constitutus, ut patet Instrumento Sindicatus scripto, sub signo, & nomine Petrolini Cagamosti Notarii Laudensis sub die Lune vigesimo secundo Julii, sexte Indictionis, de millesimo trecentesimo octavo, ex altera parte, Inter se se ad invicem dicto modo, & nomine, pacis oculo firmaverunt, & tactis Scripturis corporaliter attendere, & observare perpetuo juraverunt, & solemni stipulatione secundum quod in ipsis Capitulis plenius continetur, cum effectu inter se se ad invicem promiserunt omnia, & singula observare perpetuo, & attendi & observari facere, & curare, & in nullo contravenire, sub pœna, & in pena decem millia librarum Imperialium que totiens committatur, quotiens contrafieret, ratis semper remanentibus pace, & Capitulis, & universis obligationibus interpositis, pro prædictis, obligando adhæc se se dicto modo, & nomine, & communia predictarum Civitatum personaliter, & realiter, & omnia dictorum bona, renunciando expresse omni juri, beneficio, cause, & exceptioni, & cuilibet restitutionis impetrande privilegio, & quibus posset aliqualiter contrairi, submittentes etiam se se cum penali vinculo juramenti, si contra predicta fieret, & superpredictis nihilominus obtinentibus, & obtinere debentibus perpetua firmitate. Demum pacti fuerunt, & voluerunt concorditer Sindici supradicti, quod valeant supradicta ex hoc solo Juramento, ac si jurata forent similiter in Generali Laude Consilio, renunciantes invicem illi particulæ in capitulo quinto, quod dicit, quod jurari debeat hæc pax in generalibus Consiliis Civitatum volentium ad hanc Pacem accordare.

L. H. T. Ego Nicolaus Domini Horaboni de Casalis, Sacri Palatii Notarius publicus, & dictator Communis Mantuæ, his presens fui, & rogatus scripsi.

Cum Originalibus sive Authenticis sicut supra expeditis in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservatis præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 6. Martii. 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 8. Martii 1720.

1. Août. *Pax inter Commune* MANTUÆ *ex unâ, &* CREMONÆ *ex alterâ parte, qua stipulatione de mercaturæ, & viarum securitate factâ, datâque aliis Communitatibus libertate in hanc pacem intrandi, cuncta restituuntur in eum statum, in quo fuerunt post pacem ad Pontem Vicum contractam. Actum* 1. *Augusti Anno* 1308. *Indictione VI.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

ANNO 1308. IN Christi Nomine Amen. Hæc est forma Pacis inter Communia, & homines Civitatis Mantuæ, & loci seu Terræ Cremonæ, ac Sindicos infrascriptos Civitatis, & Communis prædictorum; jurata, facta, & celebrata in publico, & generali Consilio Communis Civitatis Mantuæ, super veteri Palatio Civitatis ipsius more solito per Campanas; & voces Preconum, etiam congregato die Jovis primo Augusti, in millesimo tercentesimo octavo, Indictione sexta, præsentibus Dominis Arisinio de Visterinis, de Laude Judice, & Assessore, Lupo de Marescotis de Florentia, Bavosio Domini Albici de Sugubio Sociis; & militibus infrascripti Domini Potestatis, Vivaldo Domini Bovesini Capellarii, Francescine de Bonafatis, & Petrino Domini Moreni Notarijs Venerio & Comelando præconibus Communis Mantuæ testibus ad hæc.

In primis, quod bona, vera, justa, equalis, & legalis omni malignitate, dolo, fraude, & calliditate exclusis, & perpetua pax fiat inter utrumque Commune, quæ sit omnium licium, discordiarum, contentionum finis, abolitio, remissio, & plenissima liberatio discidiorum. Item quod ad ipsam pacem possent adesse, si sibi placuerit, omnes Domini Terrarum, omnia Communia, & Universitates, quæ essent in Societate, Liga, Universitate, seu fraternitate cum Communi, & hominibus Communis Cremonæ, & similiter omnes Domini, & Communia quæcumque essent in Societate, Liga universitate seu fraternitate cum Communi, & hominibus Communis Mantuæ, venire possint, si sibi placuerit, item quod Terra seu locus, & Commune Cremonæ totaliter teneatur, & debeat expellere de sua Civitate, & districtu omnes Bannitos, rebelles Communis, & Civitatis Mantuæ, & districtus, & eorum familias, & eodem modo Civitas & Commune Mantuæ totaliter teneatur, & debeat expellere de Civitate Mantuæ, & districtu omnes Bannitos, & rebelles Terræ seu loci, atque districtus Cremone, & suas familias. Item quod ipsa Civitas Mantuæ, & Terra, Commune & utrumque Commune sit, & restituantur; & restitutæ, & restituta intelligantur esse ipso Jure & facto in eo statu, Jure, Conditione, & Jurisdictione, quibus erant, quando facta, & ordinata fuit Pax inter utrumque Commune, quæ fuit facta, & ordinata in Terra de Pontevico, sive de Rebecco Millesimo trecentesimo sexto, die XXVIII Martii. Item quod, omnes injurie, offensiones, damna data, expensæ habitæ, & effectualiter omnia ex quibus possent fieri alique inquietationes in utrumque Commune, & etiam singulares personas utriusque Communis, atque districtus quæ procederent, seu procedere possent pro aliqua offensa vel maleficio, remittantur & remisse; & remissa intelligantur, & sint ipso Jure, & facto hinc inde, sic quod propterea nulla possit questio intentari. Item quod omnes Carcerati, & Captivati pro Guerra orta a tempore dictæ pacis, qui erunt inter utrumque Commune citra, ubicunque sita, & undecunque sita, libere debeant relaxari & per utrumque Commune procuretur, & fiat quod relaxentur sine prestatione alicui pecuniæ, vel alterius rei solvendæ, seu prestandæ, pro ulla redemtione infra octo dies, ex quo ipsa pax fuerit publicata, & jurata. Item quod Terra, locus, & Commune Cremonæ teneatur, & debeat tenere apertas vias Terræ, & districtus Cremonæ, sic quod mercandandie secure, & libere possint conduci, & eodem modo teneatur, & debeat Civitas & Commune Mantuæ, in Civirate Mantuæ, & districtu, & siquæ damna inferrentur tam Mercatoribus, quam aliis de ipsis Civitate, terra, & loco vel eorum de districtibus per alteram vel per alterum districtum ex eis Civitate, terra, seu districtibus euntibus, seu transeuntibus, Civitas & terra in cui virtute damnum passi, teneatur plenarie emendare, sumaria cognitione inde habita per Potestatem seu ei curiam illius Civitatis vel Terra, in cui. Jurisdictione quæstio moveretur, sine aliquo strepitu Judiciorum, & sine Juris solemnitate, & absque libelli datione, quæ emendationes damnorum fieri debeant infra quindecim dies, postquam inde mota quæstio fuerit terminata. Item quod utraque Civitas & terra teneatur, & debeat facere, ne de suo territorio in alterum seu ejus habitantes damnum aliquod inferatur, & si quod fieret seu daretur, quod absit, Civitas & Terra a cui Partibus seu districtu fuisset dampnum datum, seu processissent damni datores, damna passis teneatur plenarie emendare cognitione summaria intercedente, ut supra proximo Capitulo

ANNO 1308. tulo continetur, quæ emendationes damnorum fieri debeant infra quindecim dies, postquam inde mota quæstio fuerit terminata; & postea Potestates, & Capitanei ipsarum Civitatum & Terræ, præciso vinculo Sacramenti teneantur predicta damna facere emendari; bona fide, omni cavillatione, & rigorositate remotis, secundum quod in dictis duobus Capitulis continetur. Item quod pro prædictis perpetuo attendendis, & observandis utraque Civitas & Terra, & utrumque Commune infra mensem postquam pax fuerit jurata; & facta, teneatur & debeat ad invicem legitime satisdare, & curare, & facere quod Commune Venecie, pro uno Communi penes alterum fide jubeat, & legitime intercedat pro predictorum omnium firmitate. Item quod in Sacramento Rectorum utriusque Civitatis & terræ speciale Capitulum inseratur, quod ipsi Rectores observabunt, & cum effectu facient observari pacem dictam inter utrumque Commune. Item quod Sindici per utrumque Consilium commune legitime constituantur, & fiant ad dictam pacem faciendam, & jurandam, & omnia promittenda, & gerenda que expediant pro majori ipsius firmitate, & eodem modo fieri debeant per predictos Dominos, & Communia qui & quæ venire voluerint ad dictam pacem, ut superius continetur, & dicta pax jurari debeat in generalibus Consiliis Civitatis Mantuæ, & Terra Cremonæ; & etiam omnium aliorum qui venire voluerint ad ipsam pacem. Item quod si qui datores damnorum; seu offensores contra prædicta reperirentur, seu tractatores damni faciendi, seu offendendi contra predicta, ut illa civitas, ad cui manus pervenerit, ipsum tamquam fractorem pacis, & robatorem punire, & condemnare ad mortem infra tertium diem teneatur.

Quam pacem, & pacis Capitula suprascripta Vir discretus Dominus Vivaldus de Ubaldis Juris peritus, Sindicus, & Sindicario nomine Dominorum Potestatis & Capitaneorum; ac Communis Mantuæ, ut de sindicatu patet Instrumento publico scripto sub signo, & nomine Guberti Notarii de Capitello M. CCC. VIII. Indictione VI. die Lune XV. mensis Julii sindicario nomine eorumdem de Mantua ex una parte, & Dominus Ghirardus Bombellus de Cremona Sindici, & sindicario nomine Communis, & hominum Cremonæ, ut de sindicatu patet Instrumento publico scripto sub signo, & nomine Domini Guidonis Cuxatæ, Notarii scripto per Graciolum Cuxatæ sub die Sabbathi XX. Mensis Julii in M. CCC. octavo, Indictione sexta ex altera parte inter se se ad invicem eodem modo, & nomine pacis osculo firmaverunt, & tactis scripturis corporaliter attendere, & observare perpetuo Jure, & solemni stipulatione, secundum quod in ipsis Capitulis plenius continetur, cum effectu inter se se ad invicem prædicta omnia & singula, observare perpetuo & attendi, & observari facere & curare, & in nullo contravenire, sub pena, & in pena decem mille librarum Imperialium quam tocies incurrant, quocies contrafiet, firmis semper remanentibus pace, & ejus Capitulis, & universis obligationibus, & promittentes pro predictis obligationibus ad hæc se se dicto modo, & nomine, & Communia prædictorum Civitatum & Terre principaliter & realiter; & omnia dictorum bona expresse, renunciantes expresse omni Juri, beneficio, causse, & exceptioni, & quilibet restitutionis impetrandæ privilegio, ex quibus posset aliqualiter contrahire. Submittentes etiam se se cum presenti vinculo Juris si contrafieret; ad predicta, & supra predictis nihilominus obtinentibus, & obtinere debentibus perpetuam firmitatem. Demum pacti fuerunt, & voluerunt concorditer Sindici supradicti, quod valeant supradicta ad hoc solo Juramento, ac si jurata forent similiter in generali Consilio Civitatis. Renuntiantes ad invicem illi particulæ in Capitulis positæ, que dicit quod jurari debeat hæc pax in generalibus Consiliis Civitatum volentium ad hanc pacem accedere.

L. T. H. Ego Manfredus Draco Sacri Palatii Notarius publicus, & Cremonæ hiis præsens fui, & rogatus scripsi.

ANNO 1308. Cum ejus Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 14. Martii 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 15. Martii 1720.

XXXII.

Assecuratio per Procuratores OTTONIS & WOLDEMARI *Marchionum Brandeburgensium, &* RUDOLPHI *Saxoniæ Ducis,* RUDOLPHO & LUDOVICO *Comitibus Palatinis Rheni data, de Concordiâ servandâ in Electione Romanorum Regis, atque juribus præfatorum Principum post electionem manutenendis. Datum in Poperdiâ feria sexta antè Simonis & Judæ anno* 1308. [NICOLAI BURGUNDI Electoratus Bavaricus. pag. 42.] Octobre

NOs Brecht Comes de Henneberch, nec non Conradus de Reyder Miles, Procuratores Illustrium Principum Ottonis & Woldemari Marchionum Brandeburgensium, super futuri Regis Romanorum electionis Negotio constituti: ad Universorum Notitiam volumus pervenire: Quod potestate nobis & Mandato, ab iisdem Marchionibus nomine eorum, nec non Illustris Principis Rudolphi Ducis Saxoniæ, qui suum votum in electione Romanorum Regis, sibi competens in prædictum Ottonem Marchionem ista vice noscitur transtulisse, datis, traditis, & concessis, amicitiæ, Unionis, & Concordiæ fœdera cum Illustribus Principibus Rudolpho & Ludovico Comitibus Palatinis Rheni, ut ipsi Regno Romano salubrius, & cautius consulatur, sic duximus ineunda: Videlicet, quod ipsis promisimus, & præsentibus promittimus, Corporali super hoc, & in animas prædictorum Dominorum Nostrorum Marchionum præstito Juramento, quod in Electione futuri Regis Romanorum, unum cum ipsis esse debeamus: Sic videlicet, quod quemcumque ex Principibus, vel personis infra scriptis, videlicet Illustribus Principibus Ottone & Voldemaro Marchionibus Brandeburgensibus, Nobili Viro Alberto Comite de Anhalt, nec non Illustribus Principibus Rudolpho & Ludovico Comitibus Palatinis Rheni, & Frederico Duce Austriæ, plura vota de Principibus Ecclesiasticis Electoribus habere contigerit, ille præferatur, & Votis Nostris eidem debemus adhærere, ipsum sine omni contradictione in Regem Romanum eligendo. Extra vero numerum prædictarum personarum non eligemus, nisi concurrentibus Votis Comitum Palatinorum, atque Nostris. Sane est adjectum, & juramento firmatum, quod si aliquem nostrum Marchionum prædictorum, vel alium ad nostram promotionem in Regem Romanorum eligi continget, quod præfatis Comitibus Palatinis in suo Jure assisteret, & ipse nobis vice versa & ipsorum contra omnes homines erit in perpetuo coadjutor. Est etiam promissum & Juramento firmatum, quod si aliquem ex Marchionibus prædictis, vel alium ad eorum promotionem in Regem eligi continget, quod prædictis Palatinis Comitibus conferet omnia bona sua, & eos in iisdem manutenebit, & defendet, & prædictos Comites Palatinos in possessione omnium bonorum, quæ genitor eorum possedit, & in ea possessione,

ANNO 1308. Domine, sicut ea tempore claræ Memoriæ quondam Rodolphi Romanorum Regis possiderunt, non molestabit, vel turbabit, de expensis vero, quæ Contemplatione electionis factæ fuerunt, ad arbitrium Venerabilis Principis Domini Joannis Episcopi Argentinensis & nostri Brecht Comitis de Henneberch satisfiet. Ad confinia vero Imperii & prædictorum Comitum, Officiales pacifici juxta arbitrium prædictorum Argentinensis Episcopi & Brecht Comitis de Henneberch locabuntur. Est etiam juratum, quod nec Illustribus Principibus Olsoni, & Stephano Ducibus Bavariæ, nec nobili Viro Eberhardo Comiti de Wittenberg prædicti Marchiones, si quem ex eis in Regem eligi continget, adhærebit, vel aliquo genere Copulationis & unionis unietur. Porro promisimus, & juramento firmavimus. quod Illustribus Principibus Frederico & fratribus suis Ducibus Austriæ, omnia eorum bona, & Dominia, sicut ea tempore clara Memoriæ Illustris quondam Domini Alberti genitoris eorum possiderunt, conferet & eos in eisdem manutenebit & defendet: harum testimonio Litterarum nostrorum sigillorum robore munitarum. Datum in Poperdia anno Domini Millesimo Trecentesimo octavo, feria sexta ante Simonis & Judæ Apostolorum.

XXXIII.

15. Octob. *Admissio Civitatis* MANTUÆ *ad pacem, quæ facta est inter Commune* MEDIOLANI *ex unâ, & Commune* BRIXIÆ *ex alterâ parte. Actum Mediolani 15. Octobris Anno 1308. Indictione VII.* CUM *Mandato Civitatis Mediolanensis, Mantuanos ad hanc pacem admittendi. Actum ibidem 14. Octobris Anno & Indictione iisdem.* [Autentique tiré des Archives Archiducales des Mantoüe.]

IN. H. T. In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Amen. Anno à nativitate ejusdem Millesimo trecentesimo octavo. Die Martis quarto decimo mensis Octobris, Indictione septima. Cum inter Commune, & homines Mediolani ex parte una, & Commune, & homines Brixiæ, ex alia noviter facta, celebrata, & jurata sit bona, & vera pax perpetuo valitura, & duratura. Et in Capitulis dictæ pacis contineatur, quod omnia ommunia lige utrarumque dictarum Civitatum possent venire, ac esse in omnibus ad sanctam pacem si sibi placuerit. Et Sindici, Communium Parmæ, Mantuæ, & Mutine sint in Civitate Mediolani occasione veniendi, essendi, ac faciendi. . . . . & suis Communibus similem pacem, & requisierint ab infradicto Domino Potestate Mediolani, quod parati sunt ea complere in omnibus, & per omnia, prout conprehensa sunt per Commune Brixiæ, modo congregato consilio generali Communis. . . . . ad sonum Campanæ, & voce preconia pro hiis specialiter explicandis more solito convocato præcepto Nobilis, & Egregii Viri Domini Manfredi de Porcellis honorabilis Potestatis Mediolani. Predictus Dominus Potestas. . . . . Sapientis Viri Domini Petroboni de Antelmis Judicis, & Vicarii, Magnifici Viri Domini Guidonis de Laturre Capitaneus generalis, & Domini perpetui Communis, & hominum Populi Mediolani & Antianorum dicti populi proposuit, quod placet Consilio fieri super dicta pace recipienda a dictis Sindicis nomine dictorum Communium, & super Sindico constituendo in presenti consilio, qui nomine Communis Mediolani dictam pacem recipiat ab eisdem, & similem pacem faciat cum similibus Sacramentis, & similibus promissionibus, penis, & obligationibus ut in dicta primeva pace plenius continetur. In cui Consilii reformatione audito, quod quilibet dicere, & consulere voluit, concordatum, & reformatum est totum consilium nemine discrepante, quod predicti Sindici nomine dictorum Communium Parmæ, Mantuæ, & Mutinæ, recipiantur & admittantur ad dictam pacem, & ad omnia Scripta secundum formam dictæ primæ pacis, & Capitulorum ipsius pacis, & quod per presens consilium constituatur Sindicus, qui pro Communi Mediolani faciat, & juret cum eis Sindicis dictam pacem & etiam ab eis recipiat, & omnia compleat secundum formam dictæ pacis, & Capitulorum dicte pacis. Et in continenti predicti Domini Potestas, Vicarii, Anciani, Populi, Consiliarii, & Consilium generale Communis Mediolani nomine Communis Mediolani, & illius Commune omni modo & jure quibus melius possunt, fecerunt, & constituerunt discretum Virum Dominum Inciranum de Barni Civitatis Mediolani, eorum & Communis Mediolani certum Sindicum, & Procuratorem ad predicta pace recipienda. . . . . Sacramentis, penis, promissionibus, & obligationibus, & clausulis opportunis circa predicta, & prout dicto Sindico videbiter expedire. Concedentes eidem speciale Mandatum, & liberam, & generalem administrationem in predictis, & circa predicta promittentes sub ypoteca omnium bonorum Communis Mediolani, mihi Notario infrascripto stipulanti, & recipienti nomine, & ad partem dictorum Communium Parmæ, Mantuæ, & Mutinæ, & cuilibet alterius eorundem interest, vel interesse posset, quod Commune, & homines Mediolani perpetuum, ratum, & firmum habebunt quicquid per ipsum Sindicum factum, & gestum fuerit inter predictos, & circa predicta. Actum in Pallatio novo Communis Mediolani. Interfuerunt ibi testes Domini Jacobus Cutica, Philippus Mora, & Baxianus Lantius, Civitatis Mediolani Jurisperit.

ANNO 1308.

In Nomine Domini Nostri Jesu Christi. Anno a Nativitate ejusdem millesimo trecentesimo octavo die Martis quinto decimo Octobris. Indictione septima. Cum inter Commune, & homines Mediolani ex parte una, & Commune, & homines Brixie ex altera noviter facta, celebrata, & jurata sit bona, & vera pax perpetuo valitura, & duratura. Et in Capitulis dictæ pacis contineatur, quod omnia Communia ligæ utriusque dictarum Civitatum possent venire, ac esse in omnibus ad Scripturam si sibi placeret, ut hæc patent publicis Instrumentis inde factis, modo discretus Vir Dominus Inciranus de Barni Civitatis Mediolani Sindicus, & Procurator Communis, & hominum Mediolani ad hæc solempniter constitutus, & habens speciale mandatum, & liberam, & generalem administracionem in his & circa hæc, ut patet publico Instrumento hodie edito, per me Notarium nomine & vice Communis, & hominum Mediolani ex parte una, & discretus Vir Dominus Ugollinus de Pedraxiis, Civis Mantuæ Sindicus, & Procurator Communis, & hominum Civitatis Mantuæ, ad hæc solempniter constitutus, & habens liberum, & generale Mandatum, & liberum, & generalem administracionem in hiis, & circa hæc, ut patet publico Instrumento hoc Anno die Mercurii nono Octobris, per Gubertum de Campitello Civis Mantuæ Notarii veniens pro Commune suo ad dictam Pacem, & eam cum instantia petens nomine, & vice Communis, & hominum Mantuæ, ex alia inmittantes formam & tenorem dictæ pacis factæ inter Commune Mediolani, & Commune Brixiæ, & Capitulorum, de quibus fit mentio in dicta Pace, fecerunt, & faciunt sibi vicissim una pars alii suis, & dictis nominibus similem pacem ut facta est inter dicta Communia Mediolani, & Brixiæ in omnibus, & per omnia ut Instrumento dictæ pacis ibi diligenter perlecto plenius continetur. Quam pacem attendere, & observare promiserunt, & convenerunt, obligando pro inde omnia bona predictorum Communium, & hominum quorum Sindici sunt, pignori vicissim una pars alii scripto modo, & nomine recipienti. Et juraverunt, & jurant ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis in animabus illorum quorum Sindici sunt, quod dictam pacem attendent & observabunt secundum formam dictorum Capitulorum. Actum in Pallacio novo Communis Mediolani. Interfuerunt ibi testes Domini Jacobus Cutica, Philippus Mora, & Baxianus Lantius Civitatis Mediolani Juris periti, ac etiam Aliotus Girardi Alioti Notarii Civis Parmæ, Jacobus de Antigatio Civis Brixiæ, Gubertus de Campitello Notarii, & Bonrestorius de Panceria Cives Mantuæ, & multi alii.

L. H. T. Ego Jacobus de Polla Notarii filius quodam Domini Ubici Civitatis Mediolani Cancellarii predicti Domini Capitanei, & Communis Mediolani predictis interfui & rogatus tradidi, & scripsi.

L. H. T. Ego Jacobinus de Lanzus filius Antonii Civitatis Mediolani Parte Cumacine Notarius Jussu scripti Notarii scripsi.

Cum

ANNO 1308.

Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octaviii de Mazziis filius Civis publicuſque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi hac die 14. Martii 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejusdem Archivii Præfectus hac die 15. Martii 1720.

XXXIV.

1309. 13. Juin. *Admiſſio Civitatis* PLACENTIÆ *in Ligam perpetuam defenſivam, & offenſivam contra quoſcunque, quam Communia* VERONÆ, MANTUÆ, PARMÆ, BRIXIÆ *&* MUTINÆ, *inter ſe inierunt, tenore ipſius Ligæ in hanc admiſſionem inſerto. Actum Parmæ 13. Junii Anno 1309. Indictione. VII.* CUM *Mandatis Civitatis Mantuæ, & Placentiæ, nec non Alberti Scoti Civis Placentini, datis Mantuæ, Placentiæ, Parmæ 24. Maii. 6. 9. & 12. Junii Anno & Indictione quibus ſuprà* [Autentique tiré des Archiducales de Mantoüe.]

IN Chriſti Nomine, milleſimo trecenteſimo nono, Indictione ſeptima, die Veneris ſexto Junii, præſentibus Dominis Pomaſello de Tribollis, Adelberio de Adelberiis Notario, Garofallo quondam Domini Marci de Trida palleis Zanleone, quondam Pagani de Saraceno, Rolandino quondam Domini Veri de Patis, & Angelerio quondam Domini Cobelli Notario teſtibus vocatis, & rogatis, Mantuæ, in Curtivo Nobilis, & Magnifici Domini Raynaldi de Bonacolſis, Nobilis, & Magnificus Dominus Raynaldus de Bonacolſis Civis, & Populi Mantuani Capitaneus generalis, ex vigore ſui arbitrii, ac de ſuæ plenitudine poteſtatis, ſibi a Communi Mantuæ conceſſæ pro ſe ipſo, & dicto Communi Mantuæ fecit, conſtituit, & ordinavit discretum Virum Dominum Petrinum Domini Mereni de Forzanis Notarium preſentem, & recipientem ſuum, & dicti Communis Mantuæ Sindicum ſpetialem ſpecialiter ad faciendum, contrahendum, conſtituendum & ordinandum nomine ipſius Domini, & dicti Communis Mantuæ quamlibet Societatem, fraternitatem, & Unionem cum Domino Alberto Scoto de Placentia, & Communi, & Hominibus de Placentia, aut cum ſuis Sindicis, vel Sindico, una cum Magnificis & Potentibus Viris Dominis Albuyno de la Scala Civitatis, & Populi Veronæ Domino generali, & Cane de la Scala Capitaneo ejusdem Civitatis, & Guberto de Corrigia Mercathendæ Civitatis Parmæ, Poteſtate, & cum Communi ejusdem Civitatis, & cum Communi, & hominibus Civitatis Mutinæ & cum Communi, & hominibus Civitatis Brixiæ, & ad faciendum quaslibet promiſſiones, obligationes, & renunciationes, ſancita & pacta nomine ipſius Domini, & dicti Communis Mantuæ, cum ipſo Domino Alberto, ſive ejus certo Procuratore, vel Nuntio, & cum Communi & hominibus de Placentia, vel cum ſuis Sindicis, ſeu Sindico ad hoc ſpecialiter conſtitutis, & ad recipiendum nomine ipſius Communis Mantuæ quamlibet Societatem, fraternitatem, Unionem, & Ligam, ſancta, & promiſſiones, & obligationes, & pacta a prædicto Domino Alberto, vel ejus Procuratore, & dicto Communi, & hominibus de Placentia, vel a ſuis Sindicis, vel Sindico. Inſuper dans, & concedens dictis Dominis Capitaneis pro ſe, & Communi Mantuæ dicto Sindico liberum, & generale Mandatum, liberam, & generalem Adminiſtrationem faciendi, contrahendi prædictam Societatem, fraternitatem, & Unionem, & Ligam ſub illis pactis, modis, conditionibus, quibus, & ſub quibus libere, & expeditè dicto Sindico videbitur, ſeu videbuntur expedire una cum ſupraſcriptis Dominis, & Communibus Veronæ, Parmæ, Mutinæ, & Brixiæ ſive eorum Sindicis, & cum dicto Domino Alberto Scoto, vel ejus Procuratore, & cum Communi, & Hominibus Placentiæ, vel ejus Sindico, velut ipſe Dominus Capitaneus & Commune Mantuæ nominatus facere poſſent, ſi præſentialiter adeſſent. Volens inſuper dictum ſuum Sindicum ab omni onere ſatiſdationis relevare, promiſit mihi Notario infraſcripto recipienti nomine, & vice prædicti Domini Alberti, & Communis Placentiæ, & omnium aliorum, quorum intereſt, vel intereſſe poſſet, ſe ratum & firmum habere, & tenere omnia, & ſingula, quæ in prædictis & circa prædicta per dictum ejus Sindicum, & dicti Communis Mantuæ fuerint facta, ordinata, & geſta ſub obligatione omnium ſuorum bonorum, & dicti Communis Mantuæ præſentium, & futurorum pariter, & renuntians omnibus Juribus, pro quibus ſe, & dictum Commune Mantuæ poſſit ſe tueri.

L. H. T. Ego Petrobonus filius Domini Gratiadei de Marza, Sacri Palatii Notarius publicus hiis preſens rogatus ſcripſi.

ANNO 1309.

In Chriſti Nomine. Frater Guillielmus Muſinus, Sindicus, & Procurator Communis, & Populi Placentiæ, & Domini Alberti Scoti ſponte, & certa ſcientia, & non per errorem dedit, & conceſſit plenam, & liberam poteſtatem, auctoritatem, & bayliam, ac permiſſionem Sindicario, & Procuratorio nomine pro dicto Communi Placentiæ, & Domino Alberto Scoto diſcretis Viris Magiſtro Juano Domini Bonafine de Benco Sindico, & Procuratore Nobilium, & Magnificorum Dominorum Albuyni, & Canis grandis de la Scala, Communis, & Populi Veronæ Capitaneorum generalium, & ipſius Communis Veronæ, Petrino Domini Moreni de Forzanis Sindico, & Procuratori Nobilis, & Magnifici Domini Raynaldi de Bonacolſis Communis, & Populi Mantuani Capitanei generalis, & ipſius Communis Mantuæ, Alamano de Calviſano Notario, Sindico, & Procuratori Communis Brixiæ, Bartholomeo de Riciis Notario, Sindico, & Procuratori Communis Mutinæ, & Bernardino de Lanfranchis Sindico, & Procuratori Communis Parmæ recipientibus, & ſtipulantibus nomine, & vice dictorum Dominorum, & Communium, quod prædicti Domini, & dicta Communia poſſint ad ſuam meram, & liberam voluntatem componere, reconciliare, & pacificare Nobiles Viros Dominos Ubertinum de Audico, & Lanzalotum de Anguiolis, & omnes ſuos ſequaces, & Amicos Partis cum ipſo Communi, & hominibus Civitatis Placentiæ, & Domino Alberto Scoto prædicto, promittens ſtipulatione ſolemni prædictus Frater Guillielmus Sindicus, & Procurator nomine, quo ſupra, prædictis Sindicis, & Procuratoribus recipientibus, & ſtipulantibus nomine, quo ſupra, quod per Commune, & homines Placentiæ, & Dominum Albertum Scotum rata, firma, & grata perpetuo habebuntur, & tenebuntur quicquid in prædictis, & circa facta fuerint per ipſos Dominos, & Communia ſupradicta. Et ſi prædicta pro parte dicti Communis Placentiæ, & ipſius Domini Alberti Scoti non fierent, & adimplerentur in totum, ut ſupra continetur, convenit per pactum expreſſum inter Sindicos, & Procuratores prædictos, quod Societas, Fraernitas, Unio perpetua, & Liga facienda inter ipſos, dictis nominibus ex nunc, prout ex tunc, pro vana, caſſa, & irrita habeantur, & ſint ipſo Jure; ſi vero pro parte dictorum Dominorum Uberti, & Lanzaloti remaneret, quod reconciliatio, pax, & Unio non fieret, & manuteneretur ad voluntatem dictorum Dominorum, & Communium inter ipſos, & ſuos ſequaces partis, & per dictum Commune Placentiæ, & Dominos Albertum Scotum, quod ipſa Societas, fraternitas, Unio, & Liga facienda inter prædictos nihilominus rata, & firma permaneat.

Actum Parmæ die Jovis duodecimo Junii in Vicinia Sanctæ Chriſtinæ in Hoſpitio, in quo moratur Nicolaus Galli. Præſentibus Nobili Viro Domino Manfredino Marchione Pelavexino, & prudentibus Viris Dominis Bernardino de Culiculo, Servadeo de Ser-

AN NO 1309. vadeis de Parma, & Domino Jacopino de Arziagno teſtibus vocatis, & rogatis, milleſimo trecenteſimo nono, Indictione ſeptima.

L. H. T. Ego Petrobonus filius Domini Gratiadei de Marza, Sacri Palatii Notarius publicus his præſens rogatus ſcripſi.

In Chriſti Nomine. Coram Viro Nobili Domino Ugolino de Manfredis de Regio, Poteſtate, & Capitaneo Communis, & Populi Civitatis Parmæ. Cum Societas, Fraternitas, Unio perpetua, & Liga eſſet inter Nobiles, & Magnificos Dominos Albuynum, & Canemgrandum ejus fratrem, Capitaneos generales Communis, & Populi Veronæ, & Commune, & Univerſitatem Veronæ, Dominum Guidonem de Bonacolſis bonæ Memoriæ quondam Generalem Capitaneum Communis, & Populi Mantuæ, deinde Dominum Raynaldum de Bonacolſis ejus fratrem, Communis & Populi Mantuæ Capitaneum generalem, & Commune, & Univerſitatem Mantuæ, Dominum Gubertum de Corigia defenſorem Communis, & Populi Parmæ, Commune, & Univerſitatem Brixiæ, Commune, & Univerſitatem Mutinæ inita, contracta, & firmata inter prædictos Dominos, & Communia, ſeu inter dictos Sindicos, Procuratores, Actores, & Nuntios ſpetiales ipſorum Dominorum, & Communium Veronæ, Mantuæ, Parmæ, Brixiæ, & Mutinæ, Sindicario, & Procuratorio nomine eorundem cum pactis, & Capitulis infraſcriptis, & cum promiſſionibus, ſtipulationibus, obligationibus, renuntiationibus, atque conditionibus opportunis, & cum juramentis, ac pœnis adjectis, & aliis in contractibus inde celebratis appoſitis, ut conſtat publicis documentis. Dicti Domini Alboynus, & Canis grandis ejus frater, Capitanei generales Veronæ, & Dominus Raynaldus nunc Capitaneus generalis Mantuæ, & prædicta Communia Veronæ, Mantuæ, Parmæ, Brixiæ, & Mutinæ, ſeu eorum Sindici, & Procuratores præſcripti, Sindicariis, & Procutatoriis nominibus eorundem Dominorum Capitaneorum, & Communium, & pro eis videlicet diſcretus Vir Magiſter Juanus Domini Bonafine de Berinzo Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius ſpetialis Magnificorum Dominorum Alboyni, & Canis Grandis Communis, & Populi Veronæ Capitaneorum generalium ipſius Communis Veronæ, ut de Sindicatu, & Procuratorio conſtat Inſtrumento publico ſcripto ſub ſigno, & Nomine Franciſchi Notarii a Bottexellis, die Martis tertio Junii milleſimo trecenteſimo Nono, Indictione ſeptima, & diſcretus Vir, Dominus Petrinus Domini Moreni de Forzanis Notarius, Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius ſpetialis Magnifici Domini Raynaldi de Bonacolſis Communis, & Populi Mantuani Capitanei generalis, & ipſius Communis Mantuæ, ut de Sindicatu, & Procuratorio conſtat Inſtrumento publico ſcripto ſub ſigno, & nomine mei Petri boni Notarii infraſcripti, die Veneris ſexto Junii, milleſimo ſupraſcripto, & diſcretus Vir, Dominus Alemanus de Calviſano Notarius, Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius ſpetialis Communis Brixiæ, ut de Sindicatu, & Procuratorio conſtat Inſtrumento publico ſcripto ſub ſigno, & nomine Johannini Pancolii Notarii, die Martis tertio Junii, milleſimo ſupraſcripto, & diſcretus Vir, Dominus Bartholomeus de Ritiis Notarius, Sindicus, Procurator, Actor, & Nuntius ſpetialis Communis Mutinæ, ut de Sindicatu, & Procuratorio conſtat publico Inſtrumento ſub ſigno, & nomine Bonmartini de Umena Notarii, die Mercurii quarta menſis Junii, milleſimo ſupraſcripto. Et diſcretus Vir, Dominus Bernardinus de Lanfranchis Notarius, Sindicus, & Procurator Communis, & Populi Parmæ, ut de Sindicatu, & Procuratorio conſtat publico Inſtrumento ſcripto ſub ſigno, & nomine Grixopoli Ferrarii Notarii, die Jovis duodecimo, milleſimo ſupraſcripto, productis ibidem Sindicatuum Inſtrumentis & quilibet ipſorum Sindicariis nominibus, & vicibus eorum, quorum ſunt Sindici & Procuratores, volentes dictam Societatem, fraternitatem, & unionem & Ligam accreſcere, & fructus ipſius, & commoda dilatare, Nobilem Virum Dominum Albertum Scotum Placentinum Civem honorabilem, & ipſum Commune Placentiæ ſive Fratrem Guillielmum Muxinum de Civitate Placentiæ Sindicum Procuratorem, Actorem, & Nuntium ſpecialem Sindicario, & procuratorio nomine, & vice ipſius Domini Alberti, & Communis Placentiæ, ad hoc ſufficienter inſtructum, & plenum Mandatum habentem, ut de Sindicatu, & Procura conſtat publico Inſtrumento ſcripto ſub ſigno, & nomine Jacobi Pictoris Notarii, & Placentiæ die Lunæ nono Menſis Junii, Milleſimo ſupraſcripto, & ut de Procura ipſius Domini Alberti conſtat publico Inſtrumento ſcripto ſub ſigno, & nomine Girardi de Pergamo Notarii ibi productis, volentem & inſtanter petentem unanimiter admiſerunt, acceperunt, aſcripſerunt, & unierunt ad Societatem, fraternitatem, Unionem, & Ligam prædictam, & ad pacta, Conditiones, & Capitula ipſius Societatis, fraternitatis, Unionis & Ligæ, cum promiſſionibus, ſtipulationibus, obligationibus, renunciis & omnibus, & ſingulis, quæ in Inſtrumentis ipſius Societatis, fraternitatis Unionis, & Ligæ factæ quondam inter prædictos plene continetur, innovantes inſuper, ineuntes contrahentes, & firmantes prænominati Sindici, Procuratores, Actores & Nuntii ſpeciales dictorum Dominorum Capitaneorum, & Communium Veronæ, Mantuæ, Parmæ, Brixiæ, & Mutinæ, & dictus Sindicus, Procurator, Actor, & Nuncius ſpecialis dicti Domini Alberti Scoti, & Communis Placentiæ in ſimul unanimiter, & concorditer ſindicariis, & procuratoriis nominibus, & vicibus eorum, quorum ſunt Sindici, Procuratores, Actores, & Nuntii ſpeciales Societatem, fraternitatem, Unionem perpetuam, & Ligam inter dictos Dominos, & Communia Veronæ, Mantuæ, Parmæ, Brixiæ, Mutinæ, & Placentiæ perpetuo duraturam cum pactis, conditionibus, promiſſionibus, ſtipulationibus, renuntiis, & obligationibus ſcriptis, & contentis in Inſtrumentis ipſius Societatis, fraternitatis, & Unionis, & Ligæ, de quibus ſupra fit mentio, & cum prædictis adjectis. Promittentes ſibi ad invicem dicti Sindici, & Procuratores omnes, & quilibet eorum per ſtipulationem ſolemnem ſindicariis, & procuratoriis nominibus, quibus ſupra, & tactis ſcripturis ad Sancta Dei Evangelia jurantes in animas prædictorum, quorum ſunt Sindici, & Procuratores, dictas Societatem, fraternitatem, Unionem, & Ligam cum Capitulis infraſcriptis, & cum omnibus, & ſingulis in Inſtrumentis inde confectis contentis, & inſertis, in perpetuum ſibi invicem attendere, & ſervare, & nunquam de jure, neque de facto contra facere vel venire, ſub infraſcripta pœna decem millium Librarum Imperialium Lombardorum. Tenor autem Capitulorum dictæ Societatis, fraternitatis, Unionis & Ligæ ſervandorum inviolabiliter inter ipſos Contrahentes talis eſt: Primo videlicet, quod Prædicti Domini, & Communia, & Univerſitates Parmæ, Mutinæ, Placentiæ, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ pro ſe, & Amicis ſuis de dictis Civitatibus Parmæ, Mutinæ, Placentiæ, Veronæ, Brixiæ & Mantuæ, qui ſcilicet nunc ſunt Amici ipſorum Dominorum, & Communium, & remanebunt in futurum, ita quod unusquisque Dominus, & unumquodque Commune, pro ſe & Amicis ſuis, hujusmodi ſe ſe, ſuosque Amicos prædictos ad alterutrum habebunt, tenebunt, & tractabunt pro ſuis veris Amicis. Item quod prædicti Domini & Communia, & Univerſitates Parmæ, Mutinæ Placentiæ, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ pro ſe, & Amicis ſuis prædictis habebunt, tenebunt, & tractabunt perpetuo Inimicos ſuos ad alterutrum, tam qui nunc ſunt Inimici, quam qui fierent in futurum, vel eſſent tam de Civitatibus ſupradictis Parmæ, Mutinæ, Placentiæ, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ, & qualibet ipſarum, quam aliunde, pro ſuis inimicis, videlicet unusquisque Dominorum, & unumquodque Communium prædictorum Inimicos cujuslibet aliorum Dominorum prædictorum, & Communium, & eis Inimicis, ac omnibus, quibus aliquis prædictorum Dominorum, & Communium veller Guerram facere, vel movere, omnes, & ſinguli alii ſupradicti Domini, & Communia facient vivam guerram ad ſenſum, & voluntatem dicti Domini, & Communis dictam guerram facere volentis, vel moventis, ubicunque in omnibus locis per Terram, & per Aquam cum dictis Inimicis, & omnibus, quibus aliquis dictorum Dominorum & Communium, & Univerſitatum vellet guerram facere, vel movere, omnes, & ſinguli alii prædicti Domini Communia, & Univerſitates facient vivam, guerram ad ſenſum, & voluntatem illius Domini, & Communis, & Univerſitatis, qui dictam guerram facere voluiſſet vel moviſſet, nec cum eis, vel aliquo eorum ad pacem, treuguam, pactionem, ſeu conventionem aliquam, ſeu aliud quocunque nomine cenſeatur, pervenient, ſeu pacem, treuguam, pactionem, conventionem, vel aliud, quocunque nomine cenſeatur, facient, vel tractabunt, ſeu tractari facient ſine voluntate expreſſa illius Domini, Communis, & Univerſitatis, qui vel quod dictam guerram feciſſet, vel moviſſet, & niſi in concordia

ANNO 1309.

Com-

ANNO 1309. Communium prædictorum omnium de Societate prædicta. Item quod prædicti Domini Communia, & Universitates Parmæ, Mutinæ, Placentiæ, Veronæ Brixiæ; & Mantuæ se se ad invicem manutenebunt, adjuvabunt, deffendent, & conservabunt perpetuo toto eorum posse, cum personis, & havere, videlicet omnes Domini, & Communia unumquemque Dominum, & unumquodque Commune ex prædictis contra omnes; & singulas Civitates Communitates, & loca ad sensum, & voluntatem Domini, & Communis requirentis per terram, & per aquam in quocunque loco, Territorio & districtu tam de dictis Civitatibus, & qualibet eorum, quam alio quocunque, adjuvando, defendendo, & observando se se ad invicem, videlicet omnes, & singuli Domini, & Communia unumquemque aliorum Dominorum, & Communium requirentem de omnibus, & singulis ejus honoribus, Juribus, & Jurisdictionibus, vel quasi ad alterutrum cum personis & havere, & toto posse contra omnes, & singulas personas, Civitates, Communitates, & loca in quocunque loco, Territorio & districtu tam dictarum Civitatum, & cujuslibet earum, quam alio quocunque. Item quod omnes, & singuli Banniti pro parte, proditione, vel malexardia alicujus dictorum Dominorum, & Communium, & qui de cætero bannirentur pro parte, proditione, vel Malexardia alicujus dictorum Dominorum, & Communium ipso Jure intelligantur, esse, & sint bamniti pro parte, proditione, & Malexardia omnium, & singulorum aliorum Dominorum, & Communium prædictorum, nec venire, nec morari possint in dictis Civitatibus Parmæ, Mutinæ, Placentiæ, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ, nec in aliqua earum, neque in earum, vel alicujus earum districtibus. Item si contingeret aliquem, vel aliquos ex bannitis alicujus prædictorum Communium, vel Civitatum prædictarum, vel aliquos ex bamnitis alicujus prædictorum Communium, vel Civitatum prædictarum pro parte, proditione, vel Malexardia habitare, vel esse aliquo tempore in aliqua aliarum Civitatum prædictarum, vel earum, vel alicujus earum districtibus, bannitus ille, vel banniti illi possit, & possint per Nuntium illius Domini, & Communis vel Civitatis, cujus bannitus esset, auctoritate Præsidis loci, ubi repertus esset talis bannitus, capi personaliter; & detineri in quocunque loco, Civitate, vel districtu prædictorum, vel cujuslibet eorum reperiretur per dictum Nuntium; & conduci in fortiam ejusdem Domini, & Communis, cujus esset bannitus; vel etiam per dictum Nuntium auctoritate prædicta consignari in fortiam illius Communis, & Domini, in cujus Civitate, vel districtu repertus esset, vel reperti essent. Qui Dominus, & quod Commune illum Bamnitum consignatum unum, vel plures teneatur quam citius Domino, & Communi cujus bannitus esset, sub fida Custodia conducendum presentare, & dare. Ita etiam quod ad requisitionem dicti Domini, & Communis cujus esset bamnitus, vel ejus Nuntii dictus Dominus, & Commune in cujus Territorio, vel terra repertus esset, & Communia, & homines Villarum, & locorum districtus Civitatis illius, in quibus aliquis ex dictis Bamnitis reperiretur, teneatur talem Bannitum vel Bannitos personaliter capere, & facere, quod veniant in fortiam Domini, & Communis, cujus esset bannitus. Item quod Dominus Manfredinus filius quondam Domini Uberti Marchionis Pallavicini ipso jure, & ipso facto restitutus, pro restituto in integrum habeatur ad omnia bona, Possessiones, Jurisdictiones, & Jura, quæ ipse, & prædictus Dominus Ubertus Marchio Pallavicinus, & seu alii pro eis ab hinc retro habuerunt, tenuerunt, & possiderunt, vel quasi in Episcopatu, & districtu Placentiæ, exceptis salinis, & Jurisdictionibus Salinarum districtus Placentiæ; præscriptione aliqua, seu cursu temporis non obstante. Et quod Possessio vel quasi omnium, & singulorum prædictorum ex nunc ipso Jure intelligatur, & sit ipso facto restituta prædicto Domino Manfredino & restituta totaliter habeatur, ita quod ipse Dominus Manfredinus sua auctoritate possit apprehendere possessionem, vel quasi omnium, & singulorum; quæ per ipsum Dominum Manfredinum, & dictum Dominum Ubertum Patrem ejus ab hinc retro possessa fuerunt; quel quasi in Episcopatu & districtu Placentiæ impune, & sine pæna; & contra resistentes eidem per Commune Placentiæ, & per Rectores; & quemlibet Officialem Civitatis Placentiæ fiat, & fieri debeat summaria ratione, sine strepitu, & figura Juditii die qualibet feriata, & non feriata ita quod cum primum patuerit ipsum Dominum Manfredinum, vel dictum Dominum Ubertum Palavicinum Patrem ejus contra aliqua tenuisse, possedisse, & quasi in districtu, & Episcopatu Placentiæ, in continenti fiat, & fieri debeat restitutio possessionis, vel quasi omnium prædictorum eidem Domino Manfredino, & in prædictis sit, & esse debeat plena probatio Sacramentum ipsius Domini Manfredini cum probatione quinque testium idoneorum de publica voce, & fama, Et hoc quia propter longitudinem temporis non possunt sic de facili Testes inveniri de visu, & postquam missus fuerit, seu fuerint in possessione prædictorum, vel alicujus prædictorum, teneantur, & debeant vinculo juramenti omnes, & singuli Rectores, & Potestates dictæ Civitatis Placentiæ ipsum Dominum Manfredinum tanquam Civem deffendere, & manutenere, & hæredes ipsius dicta Possessione, vel quasi contra omnes, & singulos resistentes, seu resistere volentes cum omni fortia, Jurisdictione, seu baylia Communis, & Populi Placentiæ, & Domini Alberti Scoti. Et prædicta omnia, & singula observentur, & fiant prædicto Domino Manfredino, ejusque hæredibus, non obstantibus aliquibus Bamnis, seu Condemnationibus ab hinc retro datis per Commune Placentiæ dicto Domino Manfredino, & Domino Uberto quondam Patri suo, & non obstantibus aliquibus Statutis, reformationibus, & promissionibus, seu decretis Communis Placentiæ in contrarium loquentibus, & quod dicta Bamna, & Condemnationes sint cassa, & cassæ, vana, & vanæ, & pro cassis, vanis, & nullius valoris per Commune Placentiæ in perpetuum habeantur, Et per quemlibet Notarium sine aliqua solutione pecuniæ ad omnem stipulationem dicti Domini Manfredini, & suorum hæredum cancelari, & deleri possint libere, & impune. Item quod prædicta Pacta, & Capitula cum omnibus & singulis suprascriptis, & infrascriptis, per dictos Dominos, & dicta Communia, Parmæ, Mutinæ, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ; & per homines de ipsis Communibus, & per Consilia, & Consiliarios ipsarum Civitatum, seu Communium jurentur, & firmentur in Consiliis ipsarum Civitatum, vel sicut; & ubi melius esse poterit, & commodius videbitur expedire ad majorem firmitatem prædictorum, & cum solemnitatibus opportunis fiant, & facta esse intelligantur, ut nullo obstante inrevocabilem & perpetuam obtineant firmitatem, salvis semper, & servatis Societatibus, pactis, & conditionibus; quæ dicti Domini Capitanei, & Communia Veronæ, & Mantuæ habent inter se se, & quæ habent cum Domino Giberto prædicto defensore, & Domino Communis, & Populi Parmæ, & cum Communi Parmæ; & è converso, & cum Communi Brixiæ, & è converso; & quæ dictus Dominus Capitaneus Veronæ, & Commune Veronæ habent cum Hominibus Paduæ, & Vicentiæ, quibus omnibus, & singulis Societatibus, pactis, & Conventionibus, & promissionis per hæc nullatenus derogetur. Quæ omnia, & singula Pacta, & Capitula cum omnibus, & singulis in præsenti Contractu insertis, & scriptis prædicti Domini Juanus, Petrinus, Alamanus, Bartholomeus, Bernardinus, & Frater Guillielmus Sindici, Actores, Procuratores, & Nuntii spetiales prædictorum, Sindicario, Actorio, & Procuratorio nomine, ac vice dictorum, quorum sunt Sindici, Actores, Procuratores, & Nuntii, & pro ipsis sibi ad invicem, omnes omnibus, & omnes uni, & unus omnibus solemni stipulatione promiserunt, & convenerunt sibi ad invicem attendere, & observare perpetuo, & nunquam de jure, vel de facto contrafacere, vel venire per modum aliquem, seu causam, sub pæna decem Milium librarum Imperialium Lombardorum, quæ pæna ad omnia, & singula Capitula referatur, & pro singulis Capitulis non servatis committatur contra non servantem, vel non servantes, & peti, & exigi cum effectu possit semel, & pluries per servantem, & servantes a non servante, vel non servantibus, quotiescunque contra prædicta, vel aliquod prædictorum ventum, vel factum fuerit, & pæna soluta semel, & pluries, vel non, prædicta omnia, & singula in sua firmitate perdurent cum ejusdem pænæ stipulatione, & exactione. Constituentes dicti Contrahentes nominibus, quibus supra, se se dicta Communia ubique conveniendos pro prædictis etiam integraliter solvturos; & ob hoc Fori privilegio renuntiantes, ita etiam tali pacto inter ipsos Contrahentes promisso; & inito expresse, quod si contingeret aliquem, vel aliquos dictorum Dominorum, Com-

ANNO 1309.

ANNO 1309. Communium aliquibus, vel alicui Dominorum, & Communium aliorum præscriptorum de Societate præsenti non attendere, & non servare in totum, vel in aliquo defficere, seu contra prædicta, vel aliquod prædictorum facere, vel venire ullo modo, vel ingenio, de jure, vel de facto. Ille Dominus, & illud Commune, qui, vel quod diceret, seu illi Domini, vel illa Communia, quæ dicerent sibi servatum non esse, vel ventum, seu factum contra prædicta, vel aliquod prædictorum, teneatur, seu teneantur denunciare contravenienti, vel non servanti, contravenientibus, vel non servantibus, vel Potestati, vel Rectoribus Civitatis, & Communis contravenientis, vel non servantis Civitatum, & Communium contravenientium, vel non servantium, qualiter non servavit, vel non servaverunt, non servat, vel non servant, seu contravenit, vel contravenerunt in prædictis, vel aliquo prædictorum, specificando ubi, & in quo, & denuntiatione facta Dominus, Civitas, & Commune non servans, vel contraveniens, seu quæ non servasset, vel contravenisset, seu Domini, Civitates, & Communia non servantes, vel contravenientes, seu quæ non servassent, vel contravenissent, teneatur, & teneantur infra mensem cum dicto denuntiante, vel denuntiantibus concordare, & satisfacere de hiis, super quibus facta fuerit denuntiatio, quod si recusaverit, vel non fecerit, recusaverint, vel non fecerint, tunc, & deinde qui sic denunciaverit, & qui sic denuntiaverint, & Rector, seu Rectores Civitatis, & Communis denuntiantis, Civitatum, & Communium denuntiantium possit, & possint rem, & bona & personas non servantis, vel non servantium, vel ejus, qui non servasset, seu eorum qui non servassent, & hominum illius Civitatis, & Communis, in Civitate, & districtu petentis, in Civitatibus, & districtibus petentium, & agentis, & agentium ad pœnam exigendam, & etiam in omni loco, & terra convenire, & auctoritate propria capere, & detinere, & habere, usque ad plenam & perfectam solutionem & satisfactionem damni, interesse, & expensarum omnium factarum, & etiam faciendarum. Quæ omnia, & singula suprascripta prædicti Contrahentes vicissim nominibus, quibus supra, inter se se Societatem, Fraternitatem, & Unionem & Ligam facientes, & contrahentes secundum formam præscriptam, solemni stipulatione sibi ad invicem promiserunt, & insuper in animas prædictorum quorum sunt Sindici, & Procuratores, videlicet Dominorum Communium, & Hominum dictarum Civitatum Parmæ, Mutinæ, Placentiæ, Veronæ, Brixiæ, & Mantuæ supradicti corporaliter juraverunt ad Sancta Dei Evangelia tactis Scripturis attendere, & servare in perpetuum, & inviolabiliter, & non contrafacere, vel venire ullo modo, vel ingenio, vel causla, de jure, neque de facto sub dicta pœna. Renunciantes ad invicem per pactum exceptioni doli mali, & infactum conditioni sine causla, vel ex injusta causla, Beneficio restitutionis in integrum, Litteris, & Rescriptis impetratis, & etiam impetrandis, & beneficio cujuslibet Legis, & Canonis, & etiam Statutorum & reformationum dictarum Civitatum, & Communium, & cujuslibet earum generali, & speciali obviantibus, & derogantibus, vel quæ in aliquo obviare vel derogare possent prædictis, vel alicui prædictorum quocunque modo, & etiam cuilibet alii Juri per quod contra dici, fieri, vel veniri posset in aliquo, & ea sibi ad invicem per pactum remittentes. Et cum refectione totius damni, interesse, & omnium expensarum litis, & extra. Pro quibus omnibus, & singulis plenius observandis, & attendendis prædicti Contrahentes nominibus, quibus supra, obligaverunt sibi ad invicem omnia bona cæterorum Dominorum, & Communium, & cuiuslibet eorum, Constituentes se se ad alterutrum alterum alterius nomine possidere, vel quasi.

Actum in Pallatio Veteri Communis Parmæ ad Bancum de ratione, in Consilio generali dicti Communis, die Veneris tertio decimo Junii, Millesimo trecentesimo nono, Indictione Septima. Presentibus Dominis Bonacursio de Bigontiis, Zimignano Glavaro, Trombatore Communis prædicti, Andriolo de Ravagano Notario, Gregorio de Sacca Notario & Buxolo Gutto Notario, & aliis testibus rogatis.

L. H. T. Ego Petrobonus, filius Domini Gratia Dei de Marza Sacri Palatii Notarius publicus hiis presens rogatus scripsi.

ANNO 1309. IN Nomine Domini Amen. Anno Domini & Incarnationis Millesimo trecentesimo nono, Indictione septima, die vigesimo quarto Madii. Placentiæ in quadam domo Societatis Scotorum coram Dominis Alberto de Fontana, Bernardo Scoto, Jacobo Barello & Jacobo de Vicino Notariis testibus rogatis. Dominus Albertus Scotus, Civis Placentiæ sponte, & ex certa scientia, & deliberato animo, & consilio fecit, constituit, & solemniter ordinavit suum certum Nuntium Procuratorem, & Actorem, & quicquid melius esse potest liberum, & generalem Dominum Fratrem Guillielmum Muxinum, Ordinis Sanctæ Mariæ Duodecim Apostolorum & præsentem, & hoc Mandatum gratis susscipientem, ad faciendum, contrahendum, & ordinandum nomine ipsius Domini Alberti Scoti quamlibet Ligam, Societatem, & fraternitatem cum Magnificis, & Potentibus Viris Dominis Alboyno de Scala Civitatis, & Populi Veronæ Domino Generali, & Cane de Scala Civitatis, & Populi Veronæ Capitaneo, Raynaldo de Bonacolsis Civitatis, & Populi Mantuæ Capitaneo generali, Mapheo de Madiis de Brixia, & Giberto de Corrigia, Mercatandiæ Civitatis Parmæ Potestate, nec non cum Communi, & hominibus Civitatis Mutinæ, & cum quolibet ipsorum Dominorum, & Communium seu Communibus & Civitatibus prædictis, & ad faciendum quaslibet promissiones simplices & pœnales, & quælibet pacta, & Sacramenta, & ad obligandum ipsum Dominum Albertum, & bona ejus occasionibus prædictis, & ad accipiendum nomine ipsius Domini Alberti Scoti quamlibet Ligam, Societatem, & fraternitatem, & Sacramenta, promissiones, & obligationes simplices, & pœnales, ac quælibet pacta a prædictis Dominis, Communibus, & Civitatibus, & qualibet ipsarum, seu quolibet ipsorum, & ad jurandum corporaliter, & quælibet Sacramenta præstandum in animam ipsius Domini Alberti Scoti, & ad omnia alia, & singula, quæ in prædictis, & circa prædicta Domino Fratri Guillielmo libere videbuntur fienda, & facienda, contrahenda, gerenda, quemadmodum & sicut dictus Dominus Albertus facere posset, si presentialiter interesset. Dans, & concedens dictus Dominus Albertus Scotus prædicto Domino Fratri Guisielmo plenam, & plenissimam, liberam, & liberalissimam bayliam, & potestatem condendi, & ordinandi, faciendi, & contrahendi prædictas Fraternitates, Societates, & Ligas sub illis pactis, modis, & conditionibus, quibus & sub quibus libere, & expedite dicto Domino Fratri Guillielmo videbitur, seu videbuntur expedire, & sicut omni modo dictus Dominus Albertus facere posset, si personaliter interesset. Et volens ipse Dominus Albertus dictum Procuratorem, suum relevare ab omni onere satisdationis ad cautellam, promisit mihi Notario infrascripto recipienti, & stipulanti nomine, & vice prædictorum Dominorum, & Communium, & Civitatum, & cujuslibet ipsorum, seu ipsarum, & omnium aliorum, quorum interest, vel interesse possit, se ratum, & firmum, & rata, & firma perpetuo habiturum omnia, & singula, quæ in prædictis, & circa prædicta per dictum Fratrem Guillielmum fuerint facta, ordinata, gesta seu contracta, ac etiam ad majorem cautellam, & firmitatem Judicatum solvi cum omnibus Clausulis, sub obligatione bonorum ipsius Domini Alberti Scoti solemniter contracta. Et unam, & plures Cartam inde fieri rogans.

Ego Gerardus de Peregino Notarius publicus Placentiæ huic interfui, & rogatus hanc Cartam ita scripsi.

Ego Petrus Patervis Imperiali auctoritate Notarius Parmensis autenticum hujus Instrumenti vidi, & legi, & prout in ipso Instrumento continetur inveni, fideliter exemplavi, autenticavi, & in publicam formam redegi ex præcepto mihi facto per Dominum Johanninum de Filo Consulem Justitiæ Communis Parmæ, ut continetur in Carta præcepti facta per Dominum Auchonium Putaleum Notarium in millesimo trecentesimo nono, Indictione VII. die Veneris tertio decimo mensis Junii, nihil addens, vel minuens, quod mutet substantiam veritatis, Cui autentico dictus Consul suam pro Communi Parmæ cum decreto interposuit Parabolam, & auctoritatem.

L. H. T. In Nomine Domini Amen. Anno ab Incarnatione

ANNO 1309. ne ejusdem Milleſimo trecenteſimo nono, Indictione Septima, die Lunæ nono Menſis Junii in Palatio Communis Placentiæ coram Aldrico de Pratta, Oberto Pactore, & Fulchynio Bugulo Notariis Placentinis teſtibus rogatis. In pleno, & generali Conſilio Civitatis Placentiæ ſono Campanarum, & voce Preconum more ſolito congregato in Palatio Communis Placentiæ, de Mandato Nobilis Viri Domini Julliani de ſummo Poteſtatis, & Capitanei Communis, & Populi Placentiæ, in quo Conſilio erant quingenti Conſiliarii & plures. Idem Dominus Jullianus Poteſtas, & Capitaneus de voluntate, & conſenſu omnium Conſiliariorum ibidem exiſtentium & ipſi Conſiliarii de voluntate, & auctoritate prædicti Domini Poteſtatis, & Capitanei, ac ipſum Conſilium totum eorum nomine, & nomine Communis Placentiæ unanimiter, & concorditer fecerunt, conſtituerunt, & ordinaverunt eorum, & cujuslibet ipſorum, & dicti Communis Fratrem Guillielmum Muxinum de Civitate Placentiæ abſentem tanquam præſentem Nuntium, Procuratorem, Actorem, & Sindicum liberum, & generalem ad faciendum, firmandum, & contrahendum nomine, & vice ipſorum Dominorum Poteſtatis, & Capitanei, Conſiliariorum Conſilii Communis, & hominum Civitatis Placentiæ Ligam, Societatem, Fraternitatem, & Unionem cum Dominis, & Communibus Civitatum Veronæ, Mantuæ, Brixiæ, Parmæ, & Mutinæ, & ſeu cum eorum Sindicis, ad hæc ſpecialiter conſtitutis, & ad firmandum prædictam Ligam, Societatem, Fraternitatem, & Unionem cum prædictis Dominis, & Communibus usque ad illud tempus, ad quod dicti Domini, & Communia dictarum Civitatum, ſeu Sindici ipſorum ac etiam Sindicus prædicti Communis Placentiæ fuerint in concordia. Et ad faciendum, firmandum, & recipiendum nominibus prædictis pacta, promiſſiones, conventiones, obligationes, & juramenta ſuper animabus, & in animabus prædictorum Dominorum, & Communium ſingulorum cum pœna, & pœnis, & qualibet firmitate, de quibus prædicti Domini, & Communia, ſeu Sindici fuerint concordes, & inter ſe ſe habere voluerint. Et generaliter ad faciendum, firmandum, & ordinandum omnia, & ſingula tam non expreſſa, quam expreſſa quæ circa prædicta ipſi Sindico, pro confirmatione, & coroboratione prædictæ Ligæ, Societatis, & Unionis opportuna fuerint, & videbuntur convenire. Promittentes prædicti Domini Poteſtas, & Capitaneus, Conſiliarii, & Conſilium eorum nomine, & nomine Communis Placentiæ omnia, & ſingula, quæ per dictum Sindicum facta, firmata, tractata, & promiſſa fuerint occaſione dictæ Societatis, fraternitatis, Unionis, & Ligæ, rata, & firma habere, & tenere, & non contravenire aliqua occaſione, modo vel jure, quæ dictis Dominis Poteſtati, & Capitaneo, Conſiliariis, Conſilio & Communi Placentiæ competere poſſent, quibus omnibus expreſſe renuntiaverunt. Et volentes dictum Sindicum relevare ab omni onere ſatisdationis promiſerunt mihi Notario infraſcripto ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, intererit, vel intereſſe poſſet, prædicta omnia, & ſingula prout ſupra deſcribitur, grata, rata, & firma perpetuo habere, & tenere, ſub obligatione bonorum Communis Placentiæ preſentium, & futurorum. Et plures Cartas in hoc tenore fieri rogaverunt.

L. H. T. Ego Jacobus Pictor publicus Notarius Placentiæ prædictis omnibus interfui, & rogatus hanc Cartam ita ſcripſi.

ANNO 1309.

Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicuſque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius, ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi. Actum hac die 14. Martii 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 15. Martii 1720.

XXXV.

Reverſales, aureâ Bulla Bullatæ, per ROBERTUM *Regem Siciliæ citra Farum* CLEMENTI *Papæ* V. *datæ; quibus proprio juramento fatetur & recognoſcit Regnum Siciliæ ex ſola, mera liberalitate Sedis Apoſtolicæ tenere, cavetque juxta Pontificis voluntatem, ne unquam Rex vel Regina Siciliæ, ſit uno & eodem tempore Imperator vel Imperatrix; promittit, inſuper, pro ſe, & hæredibus ſuis in Regno, quod ſingulis annis, ipſe & ipſi ſolvent, in Feſto Beatri Petri, ſanctæ Sedi Apoſtolicæ, Cenſum annuum* 8000 *Unciarum Auri; & unius Parafreni albi; cum aliis plurimis Conditionibus. Datum Avinioni die* 26. *Auguſti anno Domini* 1309. *Indictione VII. Regni ejus primo.* [Autentique tiré des Archives de la Grande Cour Royale de Naples.] 26. Aouſt.

Hæc Scriptura incipiebat olim à folio primo, & ſequebatur usque ad quintum, ſed quia ex caſu 1701. *folium primum fuit deperditum, & alia ſequentia ſunt lacerata ac deturpata ex temporum vetuſtate, extrahitur modo uti jacet incipiendo à fol.* 2do.

HUjusmodi Juramentum fidelitatis quocumque modo procurabimus, ut eligamur vel nominemur, ſeu Dominum Lombardiæ, aut Tuſciæ, ſeu majoris partis nominationem ad Imperium, Regnum Romanorum, ſeu ad Regnum Theutoniæ..... Majoris partis earum de Nobis celebrari contingerit nullum..... nec intromitterimus Nos ullo modo de regimine ipſius Imperii, vel Regni Romanorum..... aut Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, vel majoris partis earum ad quodcumque eorum nominati fuerimus..... ſi ego, vel aliqui meorum in Regno Æredum me ſtudente, & procurante, vel eis ſtudentibus, & procurantibus ad Imperium ipſum ſive ad dictum Regnum Romanum ſeu Regnum Theutoniæ, ad Dominum Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, vel majoris eorum partis electus, ſeu nominatus fuero, vel fuerint, ſi hoc notum & manifeſtum fuerit, aut ſi poſt talem electionem, vel nominationem de Imperii vel Regni Romani vel Regni Theotoniæ, aut Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, vel majoris ipſarum partis regimine, me manifeſte intromiſero, vel intromiſerint, eo ipſo à Jure prædictorum Regni Siciliæ, & Terræ cadam, ac cadant ex toto, ipſaque prorſus amittam, & amittant, & eadem Regnum, & Terra ad Romanam Eccleſiam libere devolvantur, ſi autem ego, vel aliqui ex dictis hæredibus electioni, vel nominationi factæ, non me procurante, vel eis aut procurante, ſeu procurantibus, conſenſero, vel conſenſerint, & ne huic Electioni, ſeu nominationi, vel Juri omnino

ANNO 1309. no renunciem & renuncient, & quod de Imperio, seu aliquo præmissorum, ad quod electus, seu nominatus fuero, seu fuerint, me nullatenus intromittam, vel intromittant monitus seu moniti infra quatuor mensium spatium post Electionem hujusmodi tali electioni, seu nominationi, vel Juri non renunciavero, vel non renunciaverint, vel de ipso Imperio, seu aliquo præmissorum, ad quod electus, seu nominatus fuero, vel fuerint, me intromisero, seu intromiserint quoquo modo, ex hoc sim, & sint ejusdem Regno Siciliæ, & Terra, & omnium prorsus eorum Jure privati, & ut dictum est, eadem Regnum, & Terra ad Romanam Ecclesiam libere devolvantur. Si vero ad me, vel meos in eodem Regno Eredes non poterit commode talis monitio pervenire, super quo utique impedimento, videlicet de non commode nequeam, vel nequeant, credatur & stabitur assertioni Romani Pontificis, sive dicto, sufficiet pro ea super hoc ipsius Romani Pontificis monitio publica, & sollemnis, ita quod si infra sex menses post illam non renunciavero, seu renunciaverint, aut de Imperio, aut aliquo alio prædictorum, ad quod ego, vel dicti Eredes electus, seu nominatus fuero, vel fuerint, me quomodolibet intromisero, seu intromiserint, ex hoc cadam, & cadant ab omni Jure ipsorum Regni, & Terræ, & Regnum, & Terra ipsa ad Romanam Ecclesiam libere devolvantur. Cæterum si contingerit aliquem de meis Eredibus, qui deberent in prædictis Regno Siciliæ, & Terra succedere in Regem, vel Imperatorem Romanum, seu Regem Theotoniæ, vel Dominum Lombardiæ, aut Tusciæ, seu majoris partis earum denominari seu eligi, assumi, nullatenus possessionem eorumdem Regni Siciliæ, ac Terræ nanciscatur, vel habeat. . . . . Cura, seu Dominio, & Regimine per se, vel per alios aliquatenus intromittat, nisi. . . . . Romano, seu Regno Theotoniæ, aut Dominio Lombardiæ, vel Tusciæ, seu . . . . . cumque eorum electus, nominatus fuerit, vel assumptus. & omni Juri. . . . . omnino, & illorum Regimine, nec de Jure, nec de facto . . . . . nullo unquam tempore resumpturus, alioquin cadat ab. . . . . Masculis, fœmina in eisdem Regno & Terra. . . . . In Regem, vel Imperatorem Romanum, electo, aut. . . . . Lombardiæ, vel Tusciæ, aut majoris partis earum seu electo. . . . . si contrarium fecerit, eo ipso cadat à Siciliæ Regno. . . . . privata ipsis Regno, & Terra ad eamdem Ecclesiam. . . . . meorum in Regno Eredem contra hæc venero, vel venerint. . . . . super labe, ac reatu perjurii respersi, & notati existam. & existant. In hujus . . . . . Ego nunc expresse addo, & promitto, quod per me, & per meos in dicto Regno Eredes. . . . . quod nullo unquam tempore Regnum, seu Imperium Romanum, aut Regnum Theotoniæ, vel Lombardiæ, sive Tusciæ, seu majoris earum partis, aut easdem Lombardiam, & Tusciam, vel majorem partem ipsarum per me, vel per alium seu alios occupabimus, capiemus, vel acquiremus, aut Nobis alias quomodolibet vendicabimus, & si secus fecerimus, secundum præscriptam formam pœnas similes incurramus, quod autem dicitur de majori parte Dominii Lombardiæ, sive Tusciæ, intelligitur scienter, si vero ignoranter, eam ad mandatum Ecclesiæ dimittere teneamur, & si eam Ecclesia mandante dimittamus, non incidamus in pœnam in isto articulo, & in consimilibus constitutam Si vero moniti non dimittamus, remaneat pœna, prout est in hoc articulo, & in consimilibus constituta. Quod si forte in posterum me Regem Siciliæ, vel aliquem meorum Eredum in Regno contingat Imperatorem eligi, postquam Regni fuerimus possessionem adeptus, non transibo, nec idem Eres meus transibit ad Imperium, alioquin in pœnas incidam, & incidet in hoc articulo, & in aliis consimilibus comprehensas. Item promitto, quod si Regni possessione prædicti nondum acquisita, seu obtenta, aliquis meorum Eredum in Imperatorem electus transire voluerit ad Imperium, in manu prius Romani Pontificis, vel illius, quem ad hoc idem Pontifex duxerit destinandum, filium suum successurum in Regno, hujusmodi fuerit ætatis, emancipabit & Regno renunciabit, nihil Juris in eo retinens clam, vel palam, nec cujuslibet etiam potestatis, nec ipsum filium ad servitium, vel subsidium aliquod faciendum Juramento vel voto, stipulatione, vel pacto sibi, vel successoribus suis astringet; sicque factus filius sui Juris ab eodem Romano Pontifice, vel illo destinato ab ipso protinus investiatur de Regno, ad cujus Regis successionem, si forte decederet sine Liberis, nullo unquam tempore Pater veniat Imperator existens, sed si Imperio, & omnibus, quæ ad Imperium pertinent, idem Pater renunciare voluerit, & Regno tantum esse contentus, post renunciationem hujusmodi, ad successionem libere admittatur, & tunc ab ipso Romano Pontifice, vel alio destinato ab eo Investituram recipiat Regni ejusdem. Quod si dictus filius sit ad Regnum assumptus, major annis decem & octo fuerit, libere administret, sed quamdiu minor extiterit, tam ipse, quam Regnum ipsius in Custodiam Romanæ Ecclesiæ remaneat, donec Rex ipse impleverit supradictam ætatem, fructibus, & obventionibus Regni, ex quibus sumptus necessarii faciendi pro ejusdem Regni Custodia deducantur, Regi conservandis eidem, & lucro alterius ratione ipsius Custodiæ non cessuris: Quæ vero de filio dicuntur, ut ei videlicet Regnum possit sub observatione præmissa à Patre ad . . . . . dimicti, de filia etiam est concessum. Et si Rex non habens filios in Imperatorem electus . . . . . & de personis de quibus supradicitur Liberis non extantibus in Regno pro se. . . . . quæ de filio, & filia præordinavimus observentur in illis excepto emancipationis. . . . . poterint quæ capaces emancipationis existent ratione patriæ . . . . . alicui meorum Eredum in Regno prædicto sine filio decedenti. . . . . & eam formam debeat ad hujusmodi successionem admicti quæ Imperatori, dum ego Rex vivam vel dum meus Hæres Rex. . . . . nupta non succedat in Regno, & si Regno sibi delato Imperatori nupserit, cadat Imperio, prorsus renuncians, Regno solummodo sit contentus, in primo autem casu expulsis filia &. . . . prædicti ad personas illas servatis gradibus, Regnum perveniat, quæ prænotatæ sunt in Regno pro se succedere, si Rege premortuo Liberi non supersint . . . In secundo autem casu Regnum ipsum ad Romanam Ecclesiam devolvatur. Item promitto prome, & meis in Regno hæredibus ad hoc tam me, quam ipsos obligans, quod Regnum, & Terra prædicta Imperio nullo modo subdentur, seu ullo unquam tempore in eadem persona, quomodolibet uniantur, & super hoc articulo tam per pœnas spirituales, quam alias Cautiones cavebimus, tam ego, quam mei in eodem Regno Hæredes juxta Ecclesiæ voluntatem, quandocumque Romanus Pontifex hoc duxerit requirendum, cum prorsus intentionis sit Romanæ Ecclesiæ, ut Regnum, & Terra prædicta nullo unquam Tempore uniatur Imperio, ut scilicet Unus Romanorum Imperator, & Siciliæ Rex existat. Quod autem circa unionem ipsorum Regni & Terræ cum Regno Romanorum, aut cum Regno Theotoniæ, seu cum Lombardia, vel Tuscia, sive cum majori parte ipsarum Lombardiæ, vel Tusciæ, intelligitur esse dictum. Item promicto, quod pro toto generali censu ipsorum Regni, & Terræ octomilia Unciarum auri ad pondus ipsius Regni in festo Beati Petri ubicumque Romanus Pontifex fuerit, ipsi Romano Pontifici, & Romanæ Ecclesiæ singulis annis persolvam, & ad similiter persolvendum obligo omnes, & singulos in dictis Regno, & Terra meos Eredes, si vero ego, vel mei in dicto Regno hæredes quocumque termino non solverimus integre censum ipsum, & expetenti per duos menses terminum ipsum immediate sequentes de illo ad plenum non satisfacerimus, eo ipso erimus excommunicationis vinculo innodati. Quod si in secundo Termino infra sequentes duos menses eumdem Censum, sine diminutione qualibet non persolverimus, totum Regnum Siciliæ, ac tota Terra prædicta Ecclesiæ erunt supposita interdicto; si vero nec in tertio termino, nec infra duos menses proximos per plenam satisfactionem illius ejusdem Census Nobis duxerimus consulendum, ita quod transactis eodem tertio termino & duobus proximo sequentibus mensibus non sit de octo mensibus hujusmodi primi Termini ipsi Ecclesiæ integre satisfactum, ab eisdem Regno, & Terra, ipsorum jure cedemus ex toto, & Regnum ipsum, & Terra ad Romanam Ecclesiam integre, & libere revertentur. Si autem de censu octomillium Unciarum hujusmodi primi Termini infra dictos tertium terminum, & duos sequentes menses plenarie satisfecerimus, nihilominus semper pro singulis octomillibus Unciarum singulorum terminorum simili modo in eorum solutione cessaverimus, vel illas

ANNO 1309.

non

ANNO 1309. non ſolverimus, pœnas ſimiles incurremus, ſalvis aliis pœnis, & proceſſibus, quæ, vel qui de Jure inferri, vel haberi poterunt per Romanum Pontificem in hoc caſu. Item promitto, quod in quolibet termino dabimus ego, & mei in dicto Regno hæredes Romano Pontifici unum Palafredum album, pulchrum & bonum in recognitione veri Dominii eorundem Regni & Terræ. Promicto inſuper ad hoc tam me, quam hæredes meos in Regno obligans, quod quandocumque Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit, aſſeruerit, vel dixerit Romanam Eccleſiam indigere, ita quod ſuper indigentia hujusmodi ipſius Romani Pontificis ſimplici verbo ſtetur, ego vel mei in dicto Regno hæredes requiſiti ab eo ad Urbem in Campaniam, in maritimam, in Patrimonium Beati Petri, in Tuſciam, Ducatum Spoletanum, Marchiam Anchonitanam, & in præmiſſam Civitatem Beneventanam, ac ejus Territorium, & pertinentias, quæ remanebunt Eccleſiæ & in omnes alias Terras ipſius Eccleſiæ per Italiam Trecentos Milites, equis, & armis bene ac decenter munitos, & paratos, ita quod unusquisque ipſorum habeat quatuor æquitaturas, vel tres ad minus, in Eccleſiæ prædictæ obſequium, & ſubſidium transmictemus per tres menſes integros, meis, vel dictorum in Regno hæredum ſumptibus, & ſtipendiis ſemel tamen in anno in ſervitio ejusdem Eccleſiæ moraturos, menſibus ipſis a tempore quo iidem milites terram mei dominii, vel fines mei diſtrictus, vel eorumdem hæredum egreſſi fuerint, per ulgares dictas, & ſolitas computandis, & quod ſi maluerit Eccleſia eadem ingruente neceſſitate, ſuper qua ſtetur verbo Romani Pontificis, ut dictum eſt Navali juvari exercitu. . . . . ſibi remittitur, & in ſuum demanium. . . . . tenimento Civitatis ejusdem cum finibus ejus antiquis, quos Romanus Pontifex. . . . . quandocumque. . . . . ſibi placuerit bona fide distinguet, eo quod eidem Eccleſiæ, & in ejus proprietati libere exiſtant, & ſint nullo jure Nobis, vel cuicumque alii de Regno prædicto ibi retento, ſeu quomodolibet reſervato, quia nullum Jus ego & mei in dicto Regno hæredes quomodolibet acquiremus, vel habebimus in eisdem. . . . . quoque per Romanum Pontificem ſemel faciendæ ut dictum, ſtabimus absque contradictione, ſeu refragatione quacumque, ego, & Hæredes mei prout ipſa diſtinctio per Apoſtolicas literas apparebit, pro prædicta quoque Civitate Beneventana hac vice reficienda per Beneventanos exponam per ſeptennium pro lignaminibus omnia nemora ipſorum Regni, & Terræ, & omnem Materiam ad Ædificia opportuna, puta lapides, arenam, quæ puthulama vocatur, Cementum, & ſimilia, ſine præjudicio Juris ſingularium perſonarum ad unam dictam prope Beneventum, & promitto, quod præſtabimus, ego, & mei hæredes Beneventanis ſecuritatem per dictum Regnum, & Terram prædictam, niſi in Regno, & Terra prædictis de novo delinquant, propter quod ad Nos de Jure Juſtitia pertineret, quodque Privilegium dictæ Civitati à Regibus, & Principibus conceſſa tam Ego, quam mei Hæredes in Regno & Terra eisdem illibata ſervabimus, & omnia Statuta per quondam Federicum olim Romanorum Imperatorem, ſeu quoscumque alios Reges Siciliæ facta contra libertatem Civitatis ejusdem, revocabimus pro omnibus, & per omnia, quæ libertatis fuerint certis Regnicolis pacificabimus illam, nec aliqua Statuta, ſeu aliquas Leges condemus impoſterum, per quæ dictæ Civitati directe, vel indirecte poſſit præjudicium generari, & pro Apoſtolicæ ſedis, & Beati Bartholomei Patroni Civitatis ejusdem reverentia fidantias ab omnibus remitti faciemus, & remittemus eisdem, fidantiarum autem remiſſio eſt Conceſſio libertatis, ut Cives Beneventani poſſint libere proprias vineas, & terras excolere, ipſarumque fruges & fructus recolligere, ac easdem vineas, & Terras vendere, & de ipſis pro ſua voluntate disponere ſine aliqua exactione, vel munere, vel etiam datione. Promicto etiam me, & Hæredes meos in Regno Siciliæ obligans, quod in dicta Civitate, & ejus Territorio, ac pertinentiis ſuis, quæ Romanæ remanebunt Eccleſiæ, vel in Urbe, ſeu in Campania vel maritima, ſeu in Ducatu Spoletano, aut Marchia Anconitana, vel in patrimonio Beati Petri in Tuſcia, ſeu in aliis quibuscumque Terris, aut Demaniis, ſive Feudis ipſius Eccleſiæ ubilibet conſtitutis ex ſucceſſione, vel legato, aut venditione, ſive donatione, aut alio quocumque Jure vel titulo, ſeu contracto nihil unquam tam Ego, quam Hæredes mei in Regno acquiremus, vel vendicabimus, ſeu poterimus acquirere, vel quomodolibet vendicare, & nihil unquam recipiemus, habebimus, vel retinebimus, ſeu poterimus recipere, vel etiam retinere, aut nullam Poteſtariam, ſeu Capitaniam, vel Rectoriam, nullumque alium honorem, nullamque poteſtatem, ſeu dignitatem ſenatoriam, vel quamcumque aliam, aut amminiſtrationem, vel Commendam, nec quodcumque aliud officium recipiemus, ſeu recipere poterimus, habebimus, ſeu retinebimus, vel habere, ſeu retinere poterimus in eisdem. Hoc autem intelligo de illis hæredibus meis, quæ mihi in eodem Siciliæ Regno ſuccedent. Nolo enim quod delictum aliorum hæredum, qui ſuccedent mihi in Comitatibus, & aliis Terris meis in pœnam hæredis, qui eſt mihi ſucceſſurus in Regno aliquatenus extendatur. Ne vero hujusmodi alii hæredes mei contra ea, quæ in iſto continentur articulo aliquo forſan tempore venire præſumant acquirendo, vel vendicando, aut recipiendo, vel habendo, ſeu retinendo ſibi aliquid in terris in articulo ipſo expreſſis, vel recipiendo, habendo, ſeu retinendo in eis Terris Poteſtariam, ſeu Capitaniam, vel aliquid aliud de iis, quæ in articulo continentur eodem, promicto tam me, quam ipſos hæredes meos obligans, quod nullus etiam aliorum meorum hæredum ullo unquam tempore ſibi quidquam in eisdem Terris acquiret . . . . recipiet, habebit, vel etiam retinebit eamque Poteſtariam, ſeu Rectoriam. . . . . in eodem articulo plenius exprimuntur, nec alicui eorum. . . . quicumque autem ipſorum ſecus præſumpſerint, eo ipſo excommunicatus exiſtat, nec ipſe. . . . . eodem Regno ſuccedere, ſi eis in caſu aliquo hujusmodi ſucceſſio. . . . . ſed ab illa repellatur omnino, nihilominus ille, qui tunc ejusdem Regni gubernaculis præſidebit, Romano Pontifici contra eum potenter aſſiſtere teneatur. Si vero ego, vel mei in Regno Hæredes prædictam Civitatem, Beneventanam, Territorium, & pertinentiis ejus, quæ remanebunt Eccleſiæ, vel aliquam partem ipſarum, aut Campaniam, aut Maritimam, ſeu Urbem, vel Ducatum Spoletanum, aut Marchiam Anchonitanam, ſive Patrimonium Beati Petri in Tuſcia, aut alias quascumque Terras Romanæ Eccleſiæ ubi libet conſtitutas occupaverimus, vel occupari fecerimus, aut ſuper iis offenderimus, vel moleſtaverimus Eccleſiam, vel fecerimus moleſtari, & poſtquam ſuper hoc a Romano Pontifice moniti, & requiſiti fuerimus, vel ſi commode moneri, aut requiri nequiverimus, juxta ipſius Romani Pontificis aſſertionem, vel dictum, poſtquam de hoc ipſe publice, ac ſollemniter Nos monuerit, infra tres menſes, non reſtituemus integre omnia occupata, eo ipſo, ab eorumdem Regni Siciliæ & Terræ Jure cadamus totaliter, ipſaque Regnum, & Terra prorſus amittamus, & hæc ad Romanam Eccleſiam libere devolvantur. Quod ſi etiam reſtituemus occupata, nihil ominus ad plenum de univerſis injuriis, & damnis illatis, ad mandatum ejusdem Romani Pontificis ſatisfacere teneamur. Promitto etiam me, & Hæredes meos alios, quam in Regno, obligans, quod ipſi Hæredes mei, videlicet, qui mihi non ſuccedent in Regno, occupare vel facere occupare easdem Terras Romanæ Eccleſiæ, ſeu moleſtare, aut moleſtari facere, ſuper illis non acceptabunt: illi vero, qui ſecus occupaverint, præmiſſas pœnas, ut videlicet eo ipſo ſint excommunicati, & tam ipſi, quam eorum poſteritas in perpetuum ad ſucceſſionem dicti Regni, ſi in aliquo forte caſu eadem ſucceſſio devolveretur ad illos, nullatenus admittantur, incurrant, & Rex Siciliæ, qui tunc erit, teneatur aſſiſtere Romano Pontifici contra ipſos, prout ſuperius eſt expreſſum. Promicto quoque me, & Hæredes meos obligans, quod omnibus Eccleſiis tam Cathedralibus, quam aliis regularibus, & ſecularibus, nec non & omnibus Prælatis, & Clericis, ac Univerſis Perſonis Eccleſiaſticis ſecularibus, & Religioſis, & quibuslibet Religioſis locis, plenarie dimittam, & reſtituam, & dimitti, & reſtitui faciam, & procurabo integre omnia bona eorum immobilia a quibuscumque ablata, vel occupata ſint, & per quoſcumque detineantur, & mobilia, quæ extant, & poterunt inveniri ſimili modo reſtituam & reſtitui facere procurabo eisdem, & quod hanc reſtitutionem faciam & fieri procurabo absque con-

ANNO 1309.

ANNO 1309. tradictione, seu difficultate qualibet, hoc modo scilicet, quod statim in illa parte ipsorum Regni, & Terræ, quæ mihi obedit, restitutio ipsa fiat, ipsaque postmodum successive consumabitur, sicut obedient, & habebuntur eadem Regnum, & Terra, ad mandatum & arbitrium aliquorum Virorum discretorum deputandorum a Romano Pontifice, ad quorum mandatum Jurium, & rerum immobilium; & mobilium, quæ extant, restitutionem plenam faciam & fieri procurabo. Ita quod ea, de quorum dominio, vel proprietate, seu possessione notorium fuerit, ad eorum mandatum, & arbitrium mox reddam, & reddi faciam: in dubiis per ipsos de plano, & absque Judicii strepitu, veritate diligentius inquirenda, ita quod sufficiet vocari Camerarium, vel procuratorem, seu bajulum in cujus Jurisdictione, vel Ballivia, seu Territorio bona de quibus agetur, consistent, ad videndum jurare testes, qui in hujusmodi inquisitione deponent. Omnes insuper Ecclesiæ, tam Cathedrales, quàm aliæ Regulares, & seculares, nec non & omnes Prælati & Clerici, ac universæ personæ Ecclesiasticæ, seculares, & Religiosæ, ac cujuscumque Religiosis Loca, cum omnibus bonis suis in electionibus, postulationibus, nominationibus, provisionibus, & omnibus aliis plena libertate gaudebunt, nec ante electionem, sive in electione, vel post Regius assensus, vel Consensus aliquatenus requiratur. Quam utique libertatem promicto, quod Ego, & mei in Regno hæredes semper manutenebimus, & conservabimus, & manuteneri, & conservari faciemus, ab omnibus subditis nostris, & quod dicta Ecclesia, aut personæ uti possint omnibus bonis, & Juribus suis, salvo mihi, meisque in Regno hæredibus Jure patronatus in Ecclesiis in tantum, in quantum in hac parte Patronis Ecclesiarum Canonica instituta concedunt, ubi antiqui Reges Siciliæ hujusmodi Jus Patronatus in ipsis Ecclesiis habuerunt. Omnes etiam Causæ, ad forum Ecclesiasticum pertinentes libere absque ullo impedimento agitabuntur, tractabuntur, & ventilabuntur coram ordinariis, & aliis Ecclesiasticis Judicibus, & terminabuntur per eos. & si ad Sedem Apostolicam super hujusmodi Causis appellari contingerit, tam appellationes, quam appellati ad eandem venire Sedem pro appellationum prosecutionibus libere, & absque inhibitione aliqua permittantur, & promitto tam me, quam Eredes meos facturos, curaturos, & permissuros, quod sic agitari, tractari, & ventilari, ac terminari possint, & quod sic possit appellari & libere veniri: Sacramenta vero fidelitatis præstabuntur secundum antiquam, & rationabilem consuetudinem, prout Canonica Instituta permittunt, ab illis Ecclesiarum Prælatis quorum prædecessores antiquis illa Siciliæ Regibus præstiterunt. Ab illis autem Prælatis, & Ecclesiis, qui Regalia, sive temporalia bona tenent, si qui tamen sunt qui hujusmodi bona teneant a Domino Regni, & aliis Dominis temporalibus, & qui ratione hujusmodi bonorum ab antiquo consueverunt Regibus & ipsis Dominis Temporalibus servitia exibere, hujusmodi honesta, & antiqua servitia eis secundum rationabilem, & antiquam Consuetudinem, & sicut Statuta patiuntur Canonica, impendantur, salva semper circa Ecclesias Cathedrales, & alias Regulares, & seculares, ac Personas, Loca Ecclesiastica tam in faciendis provisionibus, electionibus confirmandis quam in omnibus quibuscumque aliis, Romani Pontificis, & Ecclesiæ Romanæ Jurisdictione, ac authoritate plenaria, & libera potestate. Revocabo quoque omnes Constitutiones, seu Leges per prædictum Federicum vel per Reges Siciliæ, sive per Corradum ipsius Frederici filium, aut Manfredum quondam Principem Tarantinum, qui de facto Regnum ipsum detinuit occupatum, editas contra Ecclesiasticam libertatem nec Statuta, vel Constitutiones aliquas edam, aut etiam promulgabo, per quæ Juri, vel libertati Ecclesiasticæ derogetur. Promicto etiam, quod tam Ego, quam mei hæredes non patiemur, quod aliquis Clericus, vel persona Ecclesiastica eorumdem Regni, & Terræ in Civili, vel Criminali causa conveniatur coram Judice seculari, nisi super feudis Judicio petitorio conveniatur Civiliter, ita quod omnes Ecclesiæ, & Personæ Ecclesiasticæ omni modo erunt libere, & etiam in nullo Regi, vel Principi subjacebunt, & quod nullas Tallias, vel Collectas imponemus Ecclesiis, Monasteriis, Clericis, & Viris Ecclesiasticis, vel rebus eorum, & quod in Ecclesiis vacantibus, ego, vel nostri in Regno Hæredes nulla habebimus Regalia, nullosque fructus, redditus, & proventus, nullas etiam obventiones, ac nulla prorsus alia percipiemus ex eisdem, Custodia earundem Ecclesiarum interim libera remanente pænes personas Ecclesiasticas, juxta Canonicas Sanctiones: Comites vero & Barones, Milites, & universi Homines totius Regni, & Terræ prædictæ vivent in ea libertate, & habebunt illas immunitates, illaque Privilegia, ipsisque gaudebunt, quas & quæ tempore Claræ memoriæ Guillelmi Secundi Siciliæ Regis, & aliis antiquis temporibus habuerunt, & Promicto quod Ego & prædicti mei Hæredes ipsos prædictis libertate, Immunitatibus, & Privilegiis permittimus gaudere, & in dicta vivere libertate, & quod omnes qui eo tempore, quo Claræ Memoriæ Avus meus Siciliæ Rex præfata Regnum & Terra ab Ecclesia Romana recepit in feudum, erant exules Regni Siciliæ, & Terræ prædictæ, cujuscumque Conditionis existant, ad mandatum Ecclesiæ reducemus in Regnum, & Terram prædicta, ipsisque de bonis, ac Juribus eis debitis restitutionem plenam faciemus, & fieri procurabimus, & quod in hujusmodi restitutione secundum præscriptam formam in Capitulo de bonis Ecclesiarum restituendis. . . . . tam in notoriis quam in dubiis procedemus, & permittamus procedi; & quod captivos; & obsides si qui. . . . . tempore supradicto, & adhuc tenentur in Regno, & Terra prædictis, Romanos Regniculos, & alios de Terra Ecclesiæ Tuscios, Lombardos, & illos de Marchia Tervisina bona fide restituam libertati pro posse, & quod hæredes quondam Riccarii Comitis Sorani; Germani fælicis recordationis Domini Innocentii Papæ tertii, Jus, quod in Comitatu Sorano, & aliis Ecclesiæ Romanæ Feudis, illud etiam quod in aliis Comitatibus, & bonis si qua eis in Regno, & Terra prædictis à Regibus, & Principibus sunt concessa, obtineret, penitus salvabimus, & salvare curabimus, nec per ipsorum Regni, & Terræ Concessionem factam dicto Avo meo Comitatuum, seu concessorum eorundem, cuiquam quoad proprietatem, seu possessionem præjudicium generetur, Regio in iis omnibus Jure salvo. Promicto etiam, quod nullam Confederationem, seu pactationem, vel Societatem cum aliquo Imperatore, vel Rege, seu Principe, vel Barone Sarraceno, Christiano, vel Græco, aut cum aliqua Provincia, seu Civitate, aut Comunitate, vel loco aliquo, aliqua scienter contra Romanam Ecclesiam, vel in damnum Ecclesiæ faciam & si etiam fecero ignoranter, tenear; & promitto ad mandatum Ecclesiæ memoratæ. Denique omnes præmissas Conditiones, quæ in persona mea apponuntur circa meos etiam in Regno ipso Hæredes, & Successores, volo, & intelligo esse dictas, salvis omnibus, quæ circa alios hæredes meos ordinata consistunt, prout superius est expressum. Ego etiam de hoc Privilegium, seu literas præsentes tibi Domino Papæ, & Romanæ Ecclesiæ memoratis aurea bulla bullatum, seu bullatas, in quo, vel in quibus proprio Juramento fateor, & recognosco expresse Regnum Siciliæ, & totam Terram, quæ est citra Farum usque ad Confinia Terrarum Romaniæ, excepta Civitate Beneventana, cum territorio, & pertinentiis ejus, quæ, ut dictum est, Ecclesiæ remanebit eidem, ex sola gratia, & mera liberalitate Sedis Apostolicæ, fæpedicto Avo meo, mihi, meisque hæredibus in feudum fore concessa, meque habere, ac tenere, Regnum, & Terram hujusmodi à dicta Romana Ecclesia in feudum pro me, meisque hæredibus in dictis Regno, & Terra sub pactis, & conditionibus, forma, modo, & Conventionibus prædictis, & sub aliis, quæ in literis fælicis recordationis Clementis Papæ Quarti plenius continentur, exceptis duobus Capitulis infrascriptis. Cæterum, ut præmissa omnia, & singula, ac insuper ut Conditiones, Conventiones, & pacta, quæ inter Sanctam Romanam Ecclesiam, & fepedictum Claræ memoriæ Avum meum intervenerunt, seu fuerunt appolita tempore quo sæpe dicta Terra & Regnum pro se, suisque hæredibus concessa fuerunt in feudum, prout in literis felicis recordationis Domini Clementis Papæ Quarti plenius continentur, illibata perpetuo maneant, & inconcussam semper obtineant firmitatem. Ipsa omnia, & singula jura, duobus exceptis inde Capitulis, Uno de quinquaginta milibus Marchis Sterlingarum, & earum solutione Sanctæ Ecclesiæ debitis ex Convenc-

ANNO 1309.

ANNO 1309. venctionibus memoratis per jam dictos Parentes meos, & me hæredem ipsorum remissis mihi, meisque hæredibus in perpetuum, & donatis per ipsam Ecclesiam, & Vos Clementissimum Dominum meum Dominum Papam Clementem cum Consilio, & assensu Dominorum Cardinalium de mera liberalitate vestra, & speciali gratia relaxatis, & de eis sumus Ego, & mei hæredes de nexu cujuslibet obligationis, aut pœnalis promissionis, quibus essemus astricti, propterea in perpetuum absoluti & exinde quietati: Alioque Capitulo de personalibus jam dicto Avo meo impositis de habendis per eum mille Militibus ultramontanis cum certo Equitaturarum, & Balistariorum numero, & veniendo ad prosequtionem negotii dicti Regni in stabilitis terminis, & præfixis, & sub certarum interminatione pœnarum, quia hæc esse constat impleta & per sollemnem stipulationem promicto, quod plenarie adimplebo, & inviolabiliter observabo, nec ullo unquam tempore veniam contra illa, sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. In prædictorum autem Testimonium, perpetuamque memoriam præsens Scriptum exinde confici jussi, & aurea bulla Regiæ Majestatis impressa Typario communiri, Datum Avinioni Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, nono, die Vigesima Sexta Mensis Augusti, Septimæ Inditionis Regni mei prædicti Anno primo.

Extracta est præsens Copia ab originali Regesto Regis Roberti signato de Anno 1309. *folio . . . litera H. quod conservatur in Archivo Magnæ Regiæ Curiæ Siclæ, cum quo facta collatione concordat, meliori tamen semper salva; Et in fidem Reverendissimus U. J. D. Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ Canonicus Præsbyter Cardinalis, D. Honuphrius Sicola Regius Archivarius à sua Catholica, & Cæsarea Majestate constitutus post subscriptionem cujuslibet paginæ hic tandem se subscripsit. Datum Neapoli die* 15. *Julii* 1718.

Canonicus D. Honuphrius Sicola.

L.S.

XXXVI.

23. Septembre. *Lettres de* PHILIPPES LE BEL *Roi de France pour* YOLANDE *Duchesse Douairiere de* Dreux, *portant que l'Erection de la* Bretagne *en* Pairie de France *ne pourra prejudicier à ses Enfans ni les empêcher de jouïr des Avantages fondés sur la Coutume de Bretagne. Donné a Poissy le* 23. *Septembre* 1309. [LOBINEAU *Histoire de Bretagne* Aux preuves col. 459.]

PHilippes par la grace de Dieu Roi de France. Nous faisons assavoir à touz, que comme nostre chiere & amée Jolent de Dreux Ducheſſe de Bretaigne nous ait signifié en compleignant, que par ce que nous avons fait la Duchée de Bretaigne Pairie de France, que aucunes genz li ont donné à entendre que aucuns domages li en pourroient estre, & aucun prejudice à li & à ses enfanz ou temps a venir apres la mort de nostre amé & feal Artus Duc de Bretaigne son Seigneur, pour ce que la coustume de la Duchée de Bretaigne en pourroit estre estrecie en aucune choſes. Et ù ce nous est requis humblement, nous veullons pourvoir que par nostre fait domage n'en puist venir à li ne a ſes enfanz. Et nous qui avons resgardé diligianment & avons en grant conseil seur ce que sa requeste est de bonne foi, & de equité, & ne voudrions que par nostre fait, nul fust deceuz ne dommagié, & qui savons que le mariage de li, & du Duc Artus ſe fist grant piece avant nostre Ordenance de ladite Pairie, pourvoions à sadite requeste, declarons & determinons que ſe il avenoit apres la mort dudit Duc, que nul ſe veuſist efforcier à amenuisier liu ſon droit ne de ſes enfans, que elle a du Duc, ou auroit, par le fait de ladite Pairie, que il ni ſoient de rien oyz, que la coustume de la Duchée de Bretaigne ne leur ſoit gardée en toutes choſes, en la maniere & en la condicion que elle estoit à leure & au jour que nous en feismes Pairie, & que il i prengnet tel profit en toutes choſes comme il ſeſoient ou temps devant, non contreſtant ladite Pairie. Et ce voulons, ordenons, eſtablissons & determinons nous de noſtre auctorité & pouair Roial, ne voulons que nul en puiſt aler encontre, ne ſait oi au contraire nul temps. Et pour que ce ſoit encore plus ferme & miex gardé à tous temps, nous l'aprouvons par l'autorité de noſtre Decret. En temoing, &c. Donné à Poiſſi le XXIV. jour de Septembre, l'an de grace mil CCC. & nuef. *Pris sur l'original par feu M. d'Herouval.*

ANNO 1309.

XXXVII.

Sentenz und Urtheil auf dem Reichs-tag zu Frankfort unter Kayſer Heinrich dem VII. gegen Heinrich König in Böheim / Meinhards aus Kärndten Sohn / von den Reichs-Fürſten geſprochen / daß er des Königreichs und des Hertzogthums noch dazu ſolle entſetzet werden / weil er ſich das Königreich ungerechter weiſe zugeeignet / welches / ſo keine Erben vorhanden / als ein Lehen wiederum zum Reich fället. [GOLDASTI **Reichs Satzungen Theil. 2.** pag. 29.] 1310.

C'eſt-à-dire.

Sentence rendüe par les Princes de l'Empire aſſemblés en Diete generale à Franofort, ſous l'Empereur HENRI VII. *contre* HENRI *Roi de Boheme, Fils de* MEINARD *Duc de Carintie, par laquelle il eſt privé du Royaume, & même du Duché, parce qu'il s'eſt emparé du Royaume injuſtement; & qu'étant un Fief de l'Empire, il doit y retourner par faute d'heritiers legitimes.*

DAs Römiſche Kaiſerthumb (ſo uns die hohe Göttliche Majeſtät / unverdienter Weiſe / gnädigſt verliehen / und wir aber daſſelbige halten /) ſind wir zu erweitern verpflichtet. Doch ſind wir nicht bedacht / hierinnen ohne GOttes Willen und unſerer Räthe Einbewilligung etwas vorzunehmen. Wird es derwegen Göttlicher und unſerer Räthe Wille ſeyn / ſo ſoll das jenige / warumb ihr bittet / zu recht und in Ordnung gebragt werden. Dann das Königreich Böhmen / welches (wie ihr ſelbſt vorbringet /) erbloß worden / achten wirs dafür / daß es an den Römiſchen Kaiſer / welcher ein Haupt aller Könige und Fürſten iſt / wie es dann auch die Kaiſerlichen Rechte bezeugen / gefallen ſey. Und wir haben es Macht zu geben / wem es uns gefällig.

2. Henrich / weyland Hertzog Meinhardts aus Kärndten Sohn / iſt je ins Königreich kommen / aber nicht zur Thür hinein gegangen. Und ſo bald er darein kommen / hat er (wie wir berichtet /) die Unordnung und Ungerechtigkeit mit eingeführet: die Gerechtigkeit aber / ſampt dem Frieden / hinaus getrieben. Uber das / hat er ſich wieder den Kaiſer Albertum unſern Vorfahren / muthwilliger Weiſe geſetzt / und läſt noch biß auf den heutigen Tag nicht nach / das Kaiſerthumb anzufeinden. Die Göttliche Gewalt / und des Römiſchen Kaiſers Hand / ſind mächtig genug / den Hertzogen aus Kärndten in kurtzer Zeit zu demüthigen. Doch wollen wir ohne Gottes und unſerer Reichsfürſten Raht nichts vornehmen.

3. Hiermit fragete der Kaiſer die beyſitzenden Fürſten umb Rath / welcher Geſtalt das betrübte und beſchädigte Königreich Böhmen geſchützt und zu rechte gebracht werden möchte. Die Fürſten beredeten ſich unter einander / und gaben dem Kaiſer dieſe Antwort: Ewere Kaiſerliche Majeſtät tragen gut Wiſſen / was die Kaiſerliche Rechte inhalten / als nehmlich / daß deren jeglicher / ſo ſich wider den Kaiſer oder das Kaiſerthumb aufflehnet / in die Straff der Ungnaden fallen / und neben ſeinen Gütern des Lebens verluſtig ſeyn ſoll. Derentwegen thun wir hiemit dieſen Ausſpruch: daß der Henrich aus Kärndten / welcher ihme das Königreich Böhmen / dem Heiligen Römiſchen Kaiſerthumb zu wider / ſelbſt muthwilliger Weiſe zugeeignet und noch beſitzt / durch dieſe That alle ſein Recht bey dieſem Königreiche / ſampt ſeines Gemahels Anfällen / verlohren hat. Dann es iſt unbillich / daß derjenige / der ſich wider die Kaiſerliche Recht aufflehnet / ein König / noch der / ſo das Lehen vom Kayſer nicht empfangen / ein Fürſt genennet werden ſoll. Derhalben wollen Ewer Kaiſerliche Ma-

ANNO 1310. jeſtät ihme das Königreich Böhmen/ ſampt dem Fürſtenthum Kärndten/ nehmen/ und dieſelben anderweit verſehen.

Der Ertzbiſchoffe von Maintz.
Der Ertzbiſchoffe von Cölln.
Rudolphus Pfaltzgraffe beym Rhein.
Der Biſchoffe von Straßburg.
Der Biſchoffe von Münſter.
Der Biſchoffe von Speyr.
Der Biſchoffe von Aylſtadt.
Berchtoldt Hertzog aus Bayrn.
Der Abt von Waldſachſen/ und andere viel Graffen und Herrn.

XXXVIII.

1. Janvier. *Tractatus Pacis, Amicitiæ & Confœderationis inter* HENRICUM VII. *Regem Romanorum ab una, &* PHILIPPUM Pulchrum *Regem Galliæ ab altera parte, in emolumentum & promotionem totius Reipublicæ Chriſtianæ. Datum Pariſiis die Veneris poſt Feſtum S. Joannis Evangeliſtæ anno* 1310. CUM *Ratificatione Regis Romanorum* HENRICI *ſuper hoc Tractatu. Actum in caſtris antè Breſſiam* 23. *Septembris anno* 1311. ACCEDIT *Tranſſumptum hujus Tractatûs originalis, per* JOANNEM CHALIE *Presbyterum Aurelianenſis Dioceſis publicum Notarium, collationatum* ITEM *Plenipotentia* PHILIPPI *Regis Galliæ Procuratoribus ſuper prædicto Tractatu, data. Actum apud fontem Bliandi die* 14. *Februarii* 1310. [LUNIG Teutſches Reichs-Archiv. Part. Special. Continuat. 1. Abtheil. 1. Abſatz 2. pag. 560.]

In Dei nomine Amen.

HOc eſt tranſumptum infra ſcriptarum clauſularum fideliter ſumptarum ab originalibus Litteris inclitæ recordationis Domini quondam *Henrici* Regis Romanorum ſemper Auguſti, ſigillo ſuo impendente ſigillatis, ſanis, integris & omni ſuſpicione carentibus, ut prima facie apparebat, quarum quidem clauſularum tenores ſubſequuntur.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus, quod cum inter dilectos & fideles Joannem de Flandria Comitem Namurcenſem, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, & Magiſtrum Simonem de Marvilla Theſaurarium Metenſem, Nuntios & Procuratores noſtros ad hoc à nobis cum pleno & ſufficienti mandato ſpecialiter deſtinatos pro nobis & nomine noſtro ex una parte; & Ludovicum primogenitum nobilis Viri Roberti Comitis de Claromonte Camerarium Franciæ, Conſanguinem noſtrum dilectum, & Magiſtrum Petrum de Latilliaco Archidiaconum Cathalanen. Nuntios & Procuratores magnifici Principis PHILIPPI Regis Franciæ Illuſtris, amici noſtri chariſſimi, habentes ab ipſo Rege ad ea quæ ſequuntur ſufficiens & ſpeciale mandatum nomine Procuratorio Regis ejusdem & pro ipſo ex altera; habita, inita & conventa fuerint inter nos & dictum Regem & Regna noſtra ſuper multis & diverſis articulis, ac jurata in animam utriusque, unionis & mutuæ amicitiæ fœdera, confœderationes, conventiones & pacta; prout in litteris inde confectis & Nuntiorum ac Procuratorum prædictorum, noſtrorum videlicet & præfati Regis ſigillorum appenſione munitis, quarum tenores de verbo ad verbum inferius ſunt conſcripti, plenius continetur.

Nos conſiderantes utilitates & commoda, quæ non ſolum nobis & Regi præfato & regnis terris noſtris ac Regis ejusdem, verum etiam Sacroſanctæ Romanæ Matris noſtræ ac univerſalis Eccleſiæ Statui & honori, totique Reipublicæ Chriſtianæ, ac præcipuè negotio Terræ Sanctæ, ad ejus promotionem celerem, & felicem pro deſideriis noſtris ſucceſſum, poſſent multipliciter provenire; unionem, fœdera & confœderationes, conventiones & pacta, ac omnes & ſingulos articulos eorundem, ſicut in litteris ſupra dictis plenius & expreſsè continentur, pro nobis, Regno & terris noſtris approbamus, laudamus, volumus, ratificamus & firmamus expreſsè ac de ipſis tenendis, attendendis, complendis & inviolabiliter obſervandis impoſterum, per Amadeum Principem & Comitem Sabaudiæ, fidelem & Affinem noſtrum cariſſimum nobis præſentibus & expreſsè mandantibus in animam noſtram ad ſancta Dei Evangelia tacta corporaliter juramentum præſtari facimus, tibique Bernardo de Mercato de Penna publico Notario nomine & vice dicti Regis ac pro eo, & quibuslibet aliis, quorum intereſt vel intereſſe poteſt aut poterit in futurum, legitimè ſtipulanti ſub legitima & ſolemni ſtipulatione promittimus, quod infra quatuor menſes, poſt quos nos ad Imperialis dignitatis faſtigium Deo auſpice contigerit eſſe promotos, unionem, fœdera, confœderationes, conventiones & pacta, ac omnes & ſingulos articulos eorundem, prout in prædictis litteris plenius & expreſſius exprimentur, approbabimus, laudabimus, volumus, ratificamus, & auctoritate Imperiali curabimus confirmare ac de ipſis in omnibus & per omnia tenendis, attendendis, complendis & inviolabiliter obſervandis per aliquem de familiaribus noſtris nobis præſentibus & expreſſe mandantibus in animam noſtram ad Sancta Dei Evangelia tacta corporaliter juramentum præſtari nihilominus faciemus, & concedemus ſuper his eidem Regi, gentibus, Nuntiis vel Procuratoribus ſuis ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutis, quatuor paria litterarum bulla aurea cum Imperialis impreſſione typarii munitarum. Tenores autem litterarum Nuntiorum & Procuratorum prædictorum noſtrorum & dicti Regis ſuper unione, fœderibus, confœderationibus & pactis prædictis, ut præmittitur confectarum, tales ſunt:

A tous ceux, qui verront ces preſentes Lettres ſalut en noſtre Seigneur Sçavoir faiſons à tous, que nous ſçachans certainement & attendant les grans amitiez & affections, que nos devant nommez Roys ont eues enſemble par tout le temps paſſé, & ont à preſent; le grand deſir & la grande volorité, en quoy ils ſont, que les dites amitiez puiſſent perſeverer & durer à tousjours; regardans derechef, que par l'union de la dite amitié, & par vraye, pure & loyale alliance d'amour, qui ſoit faicte entreux à preſent, clairement ſe peuvent enſuire plus grans biens, grans proffis & honneurs non pas tant ſeulement aux Roys deſſusdicts & à leurs Royaumes, mais avec ce à toute la Chreſtienté; Nous qui quant à toutes ches choſes deſſus dites & à chacune d'icelles faire, traicter, ordonner & accorder avons plein pouvoir, mandement & auctorité de nos devant dits Seigneurs au nom d'iceux pour eux, ou pour leur ſucceſſeurs ſelon ce qu'il eſt cy deſſoubs eſcrit, & au nom de leur Royaumes; avons faict, traicté, ordonne & accordé enſemble, faiſons, traictons, ordonnons & accordons les choſes, qui s'enſuivent.

Item nous avons traicté, ordonné & accordé, que li uns ſera bon amy à l'autre ſans fraude & ſans malice en quelque eſtat, qu'il viegne, contre tous, excepté l'Egliſe de Rome, & qui li uns n'empeſchera l'honneur, le avancement, le droict, ne le profict de l'autre en quelque maniere, que ce ſoit. Item que li uns ne pourchaſſera à l'autre mal griefz ne nuiſance en nulle maniere, que il le puiſſe ſçavoir ne cognoiſtre, ains plaira l'honneur & le proffit de l'un à l'autre & ſeront aydant & confortant l'un à l'autre contre tous, excepté l'Egliſe de Rome.

Item nous ez noms de nos Seigneurs deſſuſdicts & pour eux avons traicté, ordonné & accordé enſemble, que ſi ledict Roy d'Allemagne eſtoit Empereur, & il vouloit mettre Roy en Allemagne ou ailleurs la ou il le pouviſt faire & ez Frontieres du Royaume de France, il le feroit convenancier & jurer, que ils ſeroient bienveillans du Roy de France & alliez à luy, & que ilz garderoient & tendroient les alliances & toutes les choſes deſſusdictes. Et encores ſe il y faiſoit ou mettoit Duc, Comte ou Prince, ou autres grans Gouverneurs ou Adminiſtrateurs, il les feroit promettre & jurer à cette bienveillance du Roy de France, & à tenir les alliances deſſus dictes, & toutes les choſes y deſſus accordées; & en cette meſme maniere le feroit le Roy de France, ſi en eſtoit mis ez Frontieres du Royaume d'Allemagne & ſeroit enfin alliez aux Roys, que ledit Roy d'Allemagne, qui ores eſt, qui ſeroit Empereur, auroit mis en Allemagne ou ailleurs ez Frontieres du Royaume de France.

ANNO 1310.

Et

ANNO 1310. Et pource demourrant, par que le Roy d'Allemagne, qui ores eſt, qui ſeroit Empereur fuſt tenu à garder au Roy de France, ou à ſes Succeſſeurs l'alliance, l'amour, toutes ces choſes deſſus dictes & chacune d'icelles; & le Roy de France & ſes Succeſſeurs audict Roy d'Allemagne qui y cil Empereur, auroit povoir, toutes ces choſes deſſus eſcrites, traictées, ordonnées & accordées: nous conſiderans les grans biens & les grands proffits, que pour les alliances & les choſes devant traictées & accordées peuvent venir & venront à l'aide de Dieu, qui tous les Roys addreice, & les Royaumes a en ſon gouvernement, non ſeulement aux Roys & aux Royaumes deſſus dits, mais generalement à toute la Chreſtienté; avons icelles alliances & toutes les choſes devant dictes ez noms de nos Seigneurs les Roys deſſus dicts & pour eux, faictes traictées, ordonnées & accordées, faiſons, traictons, ordonnons & accordons & par le pouvoir & par l'auctorité, que nous avons d'iceux loons & approuvons, & icelle & chacune d'elles, promettont pour eux & en leur nom par noſtre foy baillée corporamment les uns aux autres & jurons ez ames d'eux ſur Saincts Evangiles à tenir, garder à tousjours, perpetuellement entretenir & accomplir loyaument & fermement, ſans venir à l'encontre par quelconque maniere que ce ſoit en tout ne en partie. En teſmoing de laquelle choſe nous avons mis nos ſceaux en ces preſentes lettres eſcriptes ſoubs nos ſeings, à Paris l'an de grace mil trois cents & dix, le Vendredy aprés la nativité Saint Jean Baptiſte.

In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium præſentibus Litteris, quas in præſentem formam redigi & ſignari mandavimus per ſupradictum Bernardum Notarium noſtrum, Majeſtatis noſtræ una cum Sigillo Notarii fecimus apponi ſigillum. Actum in caſtris ante Breſſiam in loco habitationis noſtræ, præſentibus dilectis & fidelibus noſtris, Henrico Dei gratia Epiſcopo Tridentino Cancellario noſtro, Guidone de Flandria, Alardo Domino de Rombaix, & Magiſtro Alberico de Foucheriis Clerico & Theſaurario noſtro, teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis, anno Domini milleſimo trecenteſimo undecimo, Indictione nona, die viceſima tertia menſis Septembris, & Regni noſtri anno tertio. Et ego Joannes Challie Presbyter Aurelian. Diœceſis publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius Litteras originales prædictas vidi, tenui & palpavi ac cum eisdem de dictis clauſulis diligentem collationem unà cum Notario Apoſtolico infraſcripto feci, ideo me hic ſubſcripſi & ſignum meum una cum ſigno & ſubſcriptione ejusdem Notarii appoſui rogatus.

Frantzöſiſche Vollmacht über vorherſtehenden Tractat.

PHILIPPUS Dei gratia Francorum Rex univerſis præſentes Litteras inſpecturis Salutem. Notum facimus, quod nos dilectos & fideles noſtros Epiſcopum Bajocenſ. Magiſtrum Gaufridum de Plecyo electum Ebroicen. Religioſum Virum P. Abbatem Sancti Medardi Sueſſionem. Magiſtrum Alanum de Lambania Achidiaconum Euroicen. Magiſtrum Joannem Forgeti Canonicum Claramon. ac Ingranum de Marrigno Cambellanum noſtrum, Guillelmum de Pliſiano & Petrum de Galardo, milites; & eorum quinque, quatuor, trés aut duos in ſolidum, ita quod non ſit conditio melior occupantis; noſtros facimus, conſtituimus & ordinamus veros, legitimos & indubitatos Procuratores & Nuntios ſpeciales ad compromittendum pro nobis & nomine noſtro cum magnifico Principe HENRICO Rege Romanorum ſemper Auguſto, Illuſtri amico noſtro cariſſimo, ſuper omnibus quæſtionibus ſeu diſcordiis motis vel movendis, vel quæ moveri potuiſſent, tàm per nos vel prædeceſſores noſtros Franciæ Reges contra Regem prædictum Romanorum & ſuos prædeceſſores in Regno, quàm per ipſum & prædeceſſores ſuos ratione Regni Romanorum velut Imperii contra nos & prædeceſſores noſtros prædictos; quacunque occaſione ſeu cauſa; nec non ad tractandum ſeu ordinandum ſuper mutuis amicitiis & confœderationibus, inter nos ex una parte, & dictum Regem Romanorum, etiam ſi ad Coronam Imperii devenire contingat, ac Succeſſores ſuos in Regno prædicto, velut etiam in Imperio ex altera, contrahendis; Ad probandum inſuper & ratificandum pro nobis & nomine noſtro compromiſſum, tractatus, confœderationes, amicitias & conventiones, habitos, interpoſitos ſeu factos inter cariſſimum Conſanguineum noſtrum Ludovicum ex Claromonte Cambellarium Franciæ, ac dilectiſſimum & fidelem Clericum noſtrum Magiſtrum, Petrum de Latilliaco Archidiac. Cathalan. Procuratores noſtros, pro nobis & nomine noſtro, & nobilem Virum Johannem de Flandria Comitem Namurcen. militem, Magiſtrum Simonem de Marvilla Legum Profeſſorem, Theſaurarium Metenſem, Magiſtrum Henricum de Geldon, & Albertum de Foucheriis, Clericos, Procuratores Regis Romanorum prædicti ejus nomine & pro eo; novos etiam tractatus confœderationes, amicitias & conventiones iniendi, confirmandi & concordandi mutuo, inter nos, Succeſſores noſtros Reges Franciæ ratione Regni noſtri ex parte una, dictumque Regem & Succeſſores ſuos in dicto Regno Romanorum ratione ejusdem Regni ſeu Imperii ex altera; etiam temporibus ſi eis expediendis videatur, addendo, minuendo vel mutando, & ſuper quibuscumque negotiis nos & Regnum noſtrum ex una parte, ac dictum Regem & Regnum ex altera tangentibus; & etiam ſuper Comitatu Burgundiæ ratione Philippi nati noſtri cariſſimi & Johannæ Conſortis ejusdem; ac dictum promiſſum pro eoque tractatus, confœderationes, amicitias, conventiones & ordinationes perficiendi, firmandi & complendi, nosque & regnum noſtrum obligandi pro præmiſſis compromiſſo, tractatibus & ordinationibus firmandis, tam per juramenta quam aliter; tenendis complendis, & à nobis & noſtris inviolabiliter obſervandis; & faciendi ſuper præmiſſis & quolibet præmiſſorum, quicquid veri legitimi Procuratores facere poſſent in præmiſſis; dantes eisdem Procuratoribus nominatis quinque vel quatuor aut tribus vel duobus ex ipſis in ſolidum ſpeciale mandatum, plenam, generalem & liberam poteſtatem in præmiſſis & ea tangentibus & quomodolibet pertinentibus ad præmiſſa; & promittentes bona fide, nos ratum, gratum & firmum nunc & in perpetuum habituros, quicquid per dictos Procuratores noſtros aut quinque ſeu quatuor vel aut duos ex ipſis in ſolidum, in præmiſſis & quolibet eorundem & dependentiis ab eisdem factum, compromiſſum, tractatum, ordinatum, confœderatum & obligatum firmatumque juramento aut alias ſeu etiam procuratum fuerit in futurum: In cujus teſtimonium præſentibus Litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum. Actum apud Fontem Bliandi die quatuordecima Februarii, Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo.

ANNO 1310.

XXXIX.

Diploma HENRICI VII. *Romanorum Regis, pro Communitate Helvetica* Switz, *quo Jure Civitatis Imperialis donatur. Turego 3. Nonas Maii anno Domini* 1310. [GOLDASTI Conſtit. Imp. Tom. 1. pag. 319.] 5. Maii.

NOS HENRICUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, ad univerſorum noticiam volumus pervenire, quod nos hominibus habitantibus in valle Suitz, qui ſe de Nobili viro Eberhardo quondam Comite de Habsburg redemerunt, & per pecuniam, abſolutionem & litteras teſtimoniales ſuper eo obtinuerunt, & exhibere potuerunt, ut proponunt, quod nobis & ſacro Romano Imperio pertinent, & pertinere debent de jure, hanc gratiam duximus faciendam, quod eosdem homines liberamus, prout alii in eadem valle ac circumpoſitis vallibus exiſtere dignoſcuntur, præſentium teſtimonio litterarum, noſtræ Majeſtatis ſigilli robore ſignatarum. Datum Turego, III. Nonas Maji, anno Domini MCCCX. Regni vero noſtri anno ſecundo.

XL.

Sindicatus factus per homines GUELFOS *Partis extrinſecæ Civitatis* MUTINÆ *ad confirmandum Compromiſſum factum, per prædictos ex una, & homines de Mutinâ ex altera parte,* 13. Octobre.

ANNO 1310. *parte, in Personis Dominorum* ALBOINI DE LA SCALA, PASSARINI DE BONACOLSIS *& GUBERTI DE CORRIGIA, super facto Pacis & Concordiæ tractandæ. Actum in Terra Saxoli, in loco Podium dicto, die Martis* 13. *Octob.* 1310. *Indictione VIII.* [Autentique tiré des Archives Archi-ducales de Mantoüe.]

IN Christi Nomine Amen. Millesimo Trecentesimo decimo, Indictione octava, die Martis Septimo tertio Octobris. Congregato generali Parlamento, & Consilio Universitatis & Hominum Partis Guelfæ extrinsecæ de Mutina, de Mandato Nobilis Viri Domini Prævedini de Prendepartibus Potestatis Universitatis ejusdem, & presente, & volente Domino Nello de Massa generali Capitaneo Partis prædictæ, ut moris est congregati, ipse Dominus Prævedinus Potestas, atque dictus Dominus Nellus Capitaneus, & infrascripti Magnates, Sapientes, & Consiliarii præcipui dictæ Universitatis, & Partis, Videlicet Domini Bernardinus, & Saxolus de Saxolo, Rodulfus, & Albertinus de Grassonibus, Manfredinus de Ganaceto, Civelus de Savignano, Bonifacius de Lovizano, Guidonus de Varana, Petrus de Monturfio, Ambroxinus de Spezano, Jacobinus de Rangonibus, & Manfredinus Rassaldus una cum ipso Consilio Universitatis, & Partis, & ipsum Consilium de eorum auctoritate, & consensu fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt Dominum Ugolinum de Bonamicis Ambaxatorem Notarium ibidem presentem, & Mandatum suscipientem suum, & dictæ Partis, & Universitatis legitimum Sindicum, Actorem, & Procuratorem ad comprobandum, & confirmandum & ratificandum Compromissum factum in Magnificos Viros Dominos Alboynum de Scala Capitaneum Civitatis Communis, & Populi Veronæ, & Raynaldum de Bonacolsis Capitaneum Communis & Populi Civitatis Mantuæ, & Ghibertum de Corrigia Potestatem Mercadantiæ Civitatis Parmæ, per Nicolaum Maiacam Civem Mutinæ tanquam Syndicum vice & nomine Nobilis Militis Domini Albrici de Polenta honorarii Potestatis Mutinæ, Populi, & Communis Mutinæ, & Sapientium assistentium cum ipso Domino Potestate pænes Castrum de Marzall. seu in quocunque alio loco reperiretur scriptum ex una parte Padellinum de Padell. vice; & nomine Partis Guelfæ prædictæ extrinsecæ Civitatis Mutinæ, & Rebellium, & Inimicorum Communis Mutinæ nomine dictæ Partis extrinsecæ, seu quocunque alio nomine reperiretur scriptum, ex altera die dominico undecimo Mensis Octobris scriptum per Dominum Bonaventuram Notarium de Sancta Sofia Notarium, seu per quemcumque alium Notarium reperiretur scriptum super facto Pacis, & concordiæ tractandæ, & faciendæ per ipsos Dominos inter Partes prædictas, & omne id, & totum, quod in dicto Compromisso plenius continetur, & ad de novo in prædictos Dominos Alboynum, Raynaldum, & Ghibertum compromittendi, & ad comparendum nomine ipsorum, & dictæ Universitatis, & Partis coram dictis Dominis Arbitris & Arbitratoribus, ad audiendum, & intelligendum quicquid prædicti Arbititri, & Arbitratores eidem Syndico, & Procuratori nomine dictæ Universitatis, & Partis duxerint imponendum, & ad obediendum dictis Dominis Arbitris & Arbitratoribus in omnibus quæ eidem imponenda, mandanda, arbitranda, sententianda seu præcipienda duxerint, vel mandaverint occasionibus suprascriptis, ac etiam ad quaslibet promissiones, obligationes, renunciationes, conventiones, & pacta, quæ in prædictis, vel aliquo prædictorum utiles fuerint, & necessariæ, & quæ per verum, & legitimum Procuratorem, & Syndicum fieri possunt. Dantes, & concedentes eidem in prædictis, & circa prædicta liberam, & generalem administrationem cum libero, & generali Mandato. Promittentes prædicti Domini Potestas, Capitaneus, Sapientes, & Magnates ac Consilium Universum per se, & dictam Universitatem, & Partem dicto Syndico, & Procuratori, & mihi Notario infrascripto stipulanti, & recipienti vice, & nomine Partis adversæ, & omnium, quorum interest & interesse potest, se firma, & rata habere, & tenere, & observare omnia, & singula, quæ dictus Syndicus, & Procurator in prædictis, & circa prædicta duxerit faciendum, prohibendum, stipulandum, & observandum, sub obligatione omnium bonorum dictæ Universitatis, & Partis.

Actum in Terra Saxoli in loco, ubi dicitur Podium, presentibus testibus ibi vocatis, & rogatis Domino Albertino de Teza, Dinadano de Mancolino, Johannes de Ghasbetis, & Petro de Menano & aliis. ANNO 1310.

L. H. T. Ego Petrus de Ghesbertis Notarius interfui hiis omnibus, & rogatus scribere scripsi.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi, hac die 14. Martii 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 15. Martii 1720.

XLI.

Privilegium HENRICI VII. *Romanorum Regis pro* Ordine Teutonico, *quo confirmantur omnia jura, & possessiones præfato Ordini in Pomeraniâ aliisque Terris, quas legitimo emptionis, aut alio justæ acquisitionis titulo jam possidet, aut in posterum adipisci poterit. Datum Brixiæ quarto Idus Julii, Anno Domini* 1311. *Regni sui III.* [GOLDASTI Copeylicher Begriff der Reichs-handlungen. pag. 170.] 1311. 12 Juillet.

HENRICUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, universi Sacri Romani Imperii fidelibus, præsentes literas inspecturis, gratiam suam, & omne bonum,

Regalis providentia illos consuevit donis prævenire potioribus, & spiritualibus honorare beneficiis, quibus institutionis suæ primordium Divorum Antecessorum nostrorum Imperatorum Romanorum & Regum infallibiliter autoritas condidit & donavit. Tunc enim virtutis & rectitudinis cultum exequimur, cùm bonorum Actuum eorundem Antecessorum nostrorum formam & calcaneum observamus.

Sacrum igitur & Deo dicatum Ordinem sanctæ Mariæ Theutonicorum, plantulam Imperii, purissimis affectibus amplectentes, in operibus virtuosis Religiosorum virorum, quos idem Ordo producit, multipliciter delectati, spe retributionis æternæ, ac obtentu devotorum & fidelium servitiorum, quæ per Religiosos viros, Fratrem Conradum de Gundelfingen Commendatorem Provincialem per Franc. & quosdam alios Confratres suos, ex parte Ordinis nobis exhibentur, ad præsens in partibus Italiæ laudamus, confirmamus in perpetuum eisdem Fratribus & Ordini suo omnia bona, jura, omnesque possessiones, quocunque vocentur nomine, cum omni utilitate & honore ipsorum in Terra Pomeraniæ, quas aut quæ legitimo emptionis aut alio juste acquisitionis titulo jam possident, aut in posterum poterunt adipisci. Concedentes iisdem Fratribus, qui pro tempore fuerint, jurisdictionem, ac merum & mixtum Imperium exercendi, monetas cudendi, prout hactenus consuetum est observari, ac constituendi & destituendi plenam & liberam potestatem. Et, ut amplioris dona gratiæ de legali largitione se percepisse gaudeant, minera salis, & omnium metallorum locis Terræ prædictæ ad ipsos Fratres pertinentibus adpræsens, vel quæ in posterum pertinebunt, ut præmittitur, inventas aut inveniendas, donamus liberaliter Fratribus

ANNO 1311. bus & Ordini prænotatis: salvo tamen jure & honore Imperii in omnibus supradictis. Cujus rei testes sunt

Venerabiles, Balduinus Trevirensis Archiepiscopus, germanus noster,

Theobaldus Leodensis, Philippus Aistetensis, & Gerardus Constantiensis } Ecclesiarum Episcopi.

Ac Illustres, Lupoldus Austriæ & Styriæ, & Amedejus Comes Sabaudiæ } Principes nostri dilecti.

Necnon Spectabiles & Nobiles viri { Waltherus de Lutzenburg, frater noster, Wernherus de Herenberg, Rudolphus de Merdich, & N. de Katzenellenbogen } Commites.

Anshelmus & Henricus de Rapoltstein, Hugo de Geraltsecken, & quàm plures alii fide digni.

Et, ut omnia præmissa, rata & inconvulsa permaneant, præsens Scriptum exinde conscribi, & nostro Majestatis sigillo jussimus roborari. Datum in castris ante Brixiam, quarto Idus Julii, Indictione nona, Anno Domini millesimo, trecentesimo, undecimo, Regni verò nostri anno tertio.

Ego Frater Henricus Tridentinus, Episcopus, Sacræ Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini Henrici Colonensis Archiepiscopi, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarii, recognovi.

XLII.

1312. 2. May. *Sententia de extinctione* TEMPLARIORUM *a* CLEMENTE *Papa* QUINTO *lata in Concilio Viennensi.* [Collectio Regia Conciliorum Tom. 28. pag. 733. PHILIPPI LABBEI. Collectio Conciliorum Tom. XI. col. 1557. Bullarium Magnum Tom. I. pag. 212. col. 2.]

Ad perpetuam rei memoriam.

AD providam Christi Vicarii præsidentis in specula Apostolicæ Dignitatis circumspectionem pertinet vices pensare temporum, emergentium negotiorum causas discutere, ac personarum attendere qualitates: Ut ad singula debitum dirigens necessariæ considerationis intuitum, & opportune manum operationis apponens, de agro Domini sic vitiorum tribulos eruat, ut virtutes amplificet, sic prævaricantium spinas tollat, ut evellendo plus plantet quam destruat, & in loca vacua per eradicationem nocentium tribulorum, devota Deo plantamina transferendo, potiorem præbeat de provisa & utili eorum locorum unione & translatione lætitiam, quam vera justitia, quæ compassionem habet, doloris intulerit detrimentum personarum, & locorum hujusmodi per ruinam, sic enim sufferendo quod officit, & subrogando quod proficit, virtutum profectus amplificat, & sublata de medio meliori subrogatione restaurat. Dudum siquidem Ordinem domus Militiæ templi Hierosolymitani, propter Magistrum, & fratres ceterasque personas dicti Ordinis in quibuslibet mundi partibus consistentes, variis & diversis non tam nefandis, quam infandis (proh dolor) errorum & scelerum obscænitatibus, pravitatibus, maculis, & labe respersos, quæ propter tristem & spurcidam eorum memoriam præsentibus subticemus, ejusque Ordinis statum, habitum, atque nomen, non sine cordis amaritudine & dolore, sacro approbante Concilio, non per modum diffinitivæ sententiæ, cum eam super hoc secundum inquisitiones, & processus super his habitos, non possemus ferre de jure, sed per viam provisionis, seu ordinationis Apostolicæ, infragabili & perpetuo valitura sustulimus Sanctione, ipsum prohibitioni perpetuæ supponentes, districtius inhibendo, ne quis dictum Ordinem de cetero intrare, vel ejus habitum suscipere vel portare, aut pro Templario se gerere præsumeret: quod si quis contra faceret, excommunicationis incurreret sententiam ipso facto, universa etiam bona Ordinis prælibati, Apostolicæ Sedis ordinationi & dispositioni auctoritate Apostolica duximus reservanda. Inhibentes districtius, ne quis, cujuscumque conditionis vel status existeret, se de personis vel bonis hujusmodi aliquatenus intromitteret, vel circa ea, in præjudicium ordinis seu dispositionis Apostolicæ per Sedem eamdem, ut præmittitur, faciendæ, aliquid faceret, innovaret, vel etiam attentaret, decernentes ex tunc irritum & inane, si secus a quoquam scienter vel ignoranter contigerit attentari. Ac postmodum, ne dicta bona, quæ dudum ad subsidium Terræ Sanctæ, & impugnationem inimicorum fidei Christianæ a Christi cultoribus data, legata, concessa, & acquisita fuerunt, debita gubernatione carentia tamquam vacantia deperirent, vel converterentur in usus alios, quam in illos ad quos fuerant pia devotione fidelium deputata, vel propter tarditatem ordinationis & dispositionis hujusmodi, eorum destructio vel dilapidatio sequeretur, cum fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus; nec non Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & Prælatis, ac etiam cum non nullis excellentibus & illustribus personis, cum reliquorum quoque absentium Prælatorum, & etiam Capitulorum, & Conventuum Ecclesiarum & Monasteriorum procuratoribus in dicto Concilio constitutis, habuimus ardua, morosa & diversa Consilia & tractatus: ut per hujusmodi consiliorum & tractatuum deliberationem præhabitam diligentem, dictorum bonorum ordinatio & dispositio, ad honorem Dei, augmentum fidei, exaltationem Ecclesiæ, dictæ Terræ subsidium, salutem quoque fidelium & quietem, salubris & utilis perveniret. Postque utique longa, præmeditata, provisa & matura consilia, suadentibus plurimis justis causis, nostra & dictorum fratrum, nec non Patriarcharum, Archiepiscoporum Episcoporum, & aliorum Prælatorum ac excellentium & illustrium personarum, prædictorum in dicto Concilio tunc præsentium, deliberationes & Consilia in hoc finaliter resederunt, ut prædicta bona Ordini hospitalis S. Joannis Hierosolymitam, & ipsi hospitali, ac dilectis filiis Magistro, & fratribus hospitalis ejusdem, nomine hospitalis & Ordinis eorumdem; qui tamquam athletæ Domini pro defensione fidei se periculis mortis jugiter exponentes onerosa nimis & periculosa dispendia continue perferunt in partibus transmarinis, in perpetuum unirentur. Nos igitur inter cetera mundi loca, in quibus vigere dignoscitur observantia regularis, dictum Ordinem hospitalis, & ipsum hospitale, sinceræ Caritatis plenitudine prosequentes, ac attendentes, quod sicut evidentia facti in eo divinis obsequiis ferventer insistitur, pietatis & misericordiæ opera vigilantibus studiis exercentur, fratres hospitalis ipsius, mundanis spretis illecebris, devotum impendentes Altissimo famulatum, ac pro recuperatione Terræ prædictæ, tamquam intrepidi Christi pugiles, ferventibus studiis & desideriis intendentes, quælibet ducunt humana pericula in contemptum: considerantes quoque quod ex hoc tanto eorumdem Magistri & fratrum dictorum Ordinis, & hospitalis crescet strenuitas, animorum fervor augebitur, & ipsorum roborabitur fortitudo, ad propulsandas nostri Redemptoris injurias, & hostes ejusdem fidei conterendos, quanto ipsorum potentia in opulentioribus facultatibus augmentata, onera, quæ prosecutionis tanti negotii necessitas exigit, levius & facilius poterunt supportare, & propterea non indigne vigiles redditi, studiisque solicitis excitati, ut ad sui status augmentum opem & operam impendamus, eodem sacro approbante Concilio, ipsam domum Militiæ Templi, ceterasque domos, ecclesias, Capellas, oratoria, Civitates, Castra, villas, terras, grandias, & loca, possessiones, jurisdictiones, reditus, atque jura, omniaque alia bona immobilia & mobilia, vel se moventia cum omnibus membris, juribus & pertinentiis suis, ultra & citra mare, ac in universis & quibuslibet mundi partibus consistentia, quæ ipse Ordo, & dicti Magister, & fratres ipsius Ordinis Militiæ Templi, tempore quo ipse Magister, & nonnulli ex eisdem fratribus Militiæ Templi, in regno Franciæ communiter capti fuerunt, videlicet anno Domini millesimo trecentesimo octavo, mense Octobri, per se, vel quoscumque alios habebant, tenebant, & possidebant, vel ad eosdem domum & Ordinem Militiæ Templi, & dictos Magistrum & fratres ipsius ordinis militiæ Templi, quomodolibet pertinebant, hec non nomina, actiones & jura, quæ prædicto tempore captionis ipsorum eisdem domui, Ordini, vel personis ipsius Ordinis Militiæ Templi, quocumque modo competebant, vel competere poterant, contra quoscumque

ANNO 1312.

ANNO 1312. que, cujuscumque dignitatis, ſtatus vel conditionis exiſterent, cum omnibus privilegiis, indulgentiis, immunitatibus & libertatibus, quibus præfati Magiſter & fratres dictorum domus & Ordinis Militiæ Templi, & ipſa domus, & Ordo per Sedem Apoſtolicam, vel per Catholicos Imperatores, Reges & Principes, & fideles alios, vel quocumque alio modo erant legitime communiti, eidem Ordini Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, & ipſi hoſpitali donamus, concedimus, unimus, incorporamus, applicamus, & annectimus in perpetuum, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, exceptis bonis quondam dicti Ordinis ipſius Militiæ Templi conſiſtentibus in regnis & terris Cariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Caſtellæ, Aragoniæ, Portugalliæ, & Majoricarum Regum illuſtrium, extra regnum Franciæ, quæ a donatione, conceſſione, unione, applicatione, incorporatione, & annexione prædictis ſpecialiter excipienda duximus, & etiam excludenda, ea nihilo minus diſpoſitioni & ordinationi Sedis Apoſtolicæ reſervantes, inhibitionem dudum per alios proceſſus noſtros factam, ne quis videlicet, cujuscumque conditionis vel ſtatus exiſteret, ſe de perſonis & bonis hujusmodi aliquatenus intromitteret, vel circa ea in præjudicium ordinationis ſeu diſpoſitionis Sedis ejusdem faciendæ de illis, nec non decreti noſtri interpoſitionem, quo ad perſonas & bona in dictis regnis & terris eorumdem Regum proxime expreſſorum conſiſtentia, omnino manere volentes in pleno robore firmitatis, quousque de perſonis & rebus prædictis in eisdem regnis & terris conſiſtentibus per diſpoſitionem Sedis ejusdem fuerit aliter ordinatum. Occupatores quoque dictorum bonorum, aut illicitos detentores, cujuscumque ſtatus, conditionis, excellentiæ vel dignitatis extiterint, etiamſi pontificali, imperiali, vel regali præfulgeant dignitate, niſi infra unius menſis ſpatium, poſtquam ſuper hoc per dictos Magiſtrum & fratres ipſius Hoſpitalis, vel ipſorum quemlibet, aut procuratorem ſeu procuratores eorum fuerint requiſiti, dicta bona dimiſerint, illaque plene ac libere reſtituerint Ordini ipſius Hoſpitalis, & eidem hoſpitali, aut Magiſtro ſeu Prioribus, vel præceptoribus, aut fratribus Hoſpitalis ejusdem in quibuscumque partibus & provinciis conſtitutis, eorumque ſingulis, vel procuratori ſeu procuratoribus eorumdem ejusdem Ordinis ipſius hoſpitalis nomine, etiamſi dicti Priores, præceptores & fratres ipſius hoſpitalis, & procuratores ipſorum, & eorum quilibet a dicto Magiſtro ipſius Hoſpitalis mandatum ſuper hoc ſpecialiter non haberent, dummodo procuratores prædicti a dictis Prioribus & præceptoribus, vel eorum ſingulis in provinciis & partibus, in quibus hujusmodi Priores & præceptores extiterint deputati, mandatum ſuper hoc habuerint vel oſtenderint ſpeciale. Qui omnes & ſinguli, videlicet Priores & præceptores, & fratres dicto Magiſtro, procuratores vero prædicti eisdem Prioribus & præceptoribus, eorumque ſingulis, a quibus ſuper his fuerint deputati, plenum ſuper omnibus geſtis, actis, receptis & procuratis per eos quomodolibet in hac parte Compurum & rationem ponere & reddere teneantur, nec non omnes qui ſcienter occupatoribus & detentoribus prælibatis in occupatione vel detentione hujusmodi dederint conſilium, auxilium vel favorem publice vel occulte, excommunicationis, Capitula vero, Collegia ſeu Conventus eccleſiarum & monaſteriorum, nec non univerſitates Civitatum, caſtrorum, villarum, & aliorum locorum, & ipſas civitates, caſtra, villas, & loca, quæ in his culpabilia extiterint, ac etiam civitates, caſtra & loca, in quibus detentores & occupatores hujusmodi dominium obtinuerint temporale, ſi hujusmodi domini temporales in dimittendo bona prædicta, & reſtituendo illa Magiſtro & fratribus Ordinis & Hoſpitalis ejusdem nomine hoſpitalis ipſius obſtaculum adhibebunt, & infra dictum menſem ab hujusmodi præmiſſis non deſiterint, poſtquam ſuper hoc, ut præmittitur, fuerint requiſiti, ipſo facto interdicti ſententiis decernimus ſubjacere, a quibus abſolvi non poſſint, donec ſuper his plenam & debitam ſatisfactionem curaverint exhibere, & nihilo minus occupatores & detentores hujusmodi, vel præſtantes eisdem, ut præmittitur, auxilium, conſilium vel favorem, ſive ſingulares perſonæ, ſive Capitula, collegia, ſeu conventus eccleſiarum ſeu monaſteriorum, ac univerſitates civitatum, caſtrorum, terrarum, vel aliorum locorum extiterint, præter pœnas præſcriptas, omnibus, quæ a Romana, vel aliis Eccleſiis quibuscumque tenent in feudum, ipſo facto decernimus fore privatos ſive privata. Ita quod ad eccleſias, ad quas ſpectant, illa libere ſine contradictione aliqua revertantur; earumque eccleſiarum Prælati, ſive rectores de ipſis pro ſua voluntate disponant, ſicut utilitati eccleſiarum ipſarum viderint expedire. Nulli ergo, &c. noſtrorum donationis, conceſſionis, unionis, incorporationis, applicationis, annexionis, reſervationis, voluntatis & conſtitutionis infringere, &c. ſiquis, &c. Datum Viennæ ſexto Nonas Maii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

ANNO 1312.

XLIII.

Littera PHILIPPI *Regis ad* CLEMENTEM *Papam, quâ conſentit, ut bona Ordinis Templi transferantur in Ordinem Hoſpitalis* S. JOANNIS HIEROSOLYMITANI *juxta Concilii Viennenſis decretum. Datum Pariſiis* 14. *Auguſti* 1312. [G. G. LEIBNITZII Codex Juris Gentium in Mantiſſa Part. II. fol. 92. verſo.]

14. Aout.

SAnctiſſimo Patri in Domino C. divina providentia ſacro-ſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, *Philippus* eadem gratia *Francorum Rex*, pedum oſcula beatorum. Pater Sanctiſſime, cum nuper in *Concilio generali Viennenſi* propter hæreſes, enormitates, & ſcelera reperta in Fratribus tunc Ordinis Militiæ Templi tanquam infructuoſum, odioſum & abominabilem per ordinationem ſeu diſpoſitionem Apoſtolicam, veſtra Sanctitas Ordinem eundem, ſtatum & nomen ipſius tollere curaverit ab Eccleſia Sancta Dei, nosque Beatitudini veſtræ aſſenſum præbuerimus, quod de bonis quondam Templi in regno noſtro conſiſtentibus eadem transferendo in novum Ordinem, vel antiquum militarem ordinaretis, prout ſecundum Deum pro ſubſidio Terræ Sanctæ viderit veſtra Sanctitas expedire: Sanctitatiſque veſtræ finalis deliberatio nobis aſſentientibus in hoc reſedit, quod bona Ordinis præfati cum ſuis honoribus & oneribus in Fratres & *Ordinem Hoſpital. Sancti Joannis Jeroſolymitani* per ordinationem Apoſtolicam transferrentur pro Terræ Sanctæ ſervitio, cui prius fuerant deputata, ſicut & bona Ordinis Hoſpitalis ejuſdem. Nos itaque, quorum intereſt, cum bona prædicta, quatenus in regno noſtro ſunt, ſub noſtra *gardia* ſpeciali & protectione conſiſtant, & in eis ad nos jus Patronatus mediatè vel immediatè plenariè pertinere noſcatur, ad hujusmodi conſenſum impertiendum una cum Prælatis in Concilio congregatis fuerimus per vos inducti, quia Sanctitas veſtra diſpoſuerat & ordinaverat, quod per Sedem Apoſtolicam ſic dictorum Hoſpitaliorum Ordo regularetur & reformatetur tam in capite quam in membris, quod Deo, Eccleſiaſticis perſonis & ſecularibus eſſet acceptabilis, non autem infeſtus, ſed ſubſidio Terræ Sanctæ quam plurimum fructuoſus; ſic etiam provideretur, & diſponeretur de bonis præfatis omnibus, quod revocatis bonis omnibus alienatis utriusque Ordinis fructus, proventus & redditus eorundem bonorum utriuſque Ordinis, deductis expenſis neceſſariis pro cuſtodia & adminiſtratione bonorum ipſorum, fideliter ac integrè converterentur in ſervitium & ſubſidium ſupradictum: ſicque veſtra Sanctitas ſacro approbante Concilio ordinavit, & ordinationem hujusmodi in dicto Concilio ſolemniter publicavit. Nos igitur diſpoſitionem, ordinationem & translationem hujusmodi acceptamus & ei noſtrum præbemus aſſenſum, juribus omnibus, nobis & Prælatis, Baronibus, Nobilibus & aliis quibuscunque regni noſtri ante prædicta competentibus in bonis prædictis, ſalvis perpetuò nobis & eis. In quorum teſtimonium, & munimen ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum Pariſius die 14. Auguſti, Anno Domini milleſimo trecenteſimo duodecimo. *Et ſont les dites Lettres ſéellées ſur double queüe de Parchemin, d'un grand ſeau de cire jaune.*

XLIV.

Sententia Banni & Proſcriptionis per HENRICUM VII. *Romanorum Imperatorem in* ROBERTUM, *qui ſe Siciliæ Regem intitulat & plura Beneficia ab Imperio tenet, lata, ob Seditiones & Bella contra eum & Imperium mota*

1313. 25. Avril.

ANNO 1313. *mota, initaque cum Rebellibus Florentinis, Lucanis, & Senensibus fœdera. Actum Pisis 7. Kalend. Maii, Regni ejus anno V. Imperii vero I.* (1) *quod fuit* 1311. [GOLDASTI *Constit. Imp.* Tom. I. pag. 321. MARTENE *Thesaurus Novus Anecdotorum* Tom. 3. in Chronica Siciliæ col. 62.]

HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Augustus, ad certitudinem præsentium & memoriam futurorum.

1. Deus judex justus, fortis & longanimus, omnes secundum merita sua judicans, superbientem illum Spiritum, qui ante suum thronum demens se gloria & honore considiciens, sedem suam ad Aquilonem, ut esset similis Altissimo, ponere cogitavit; de altis cœlorum fastibus ad inferiora Terræ in comprobria sempiterna demergens, ipsum omni gratia & ipe minimè condignè privando duxit æternalibus ultionibus exponendum. Sic ad præsens justitiam respiciat, & æquitatem videat ipse cœlestium, terrestrium, & infernorum Dominus, qui novit occulta cordium, & apud cujus tribunal omnis cessat calumnia, & veritas nullius nequitiæ tenebris obscuratur. Deponat & nunc de sede potentem, qui tentavit & acerbavit ipsum, & concitavit eum in iram: perdat eum, qui malè quærit, & det illi, qui obstinato animo viam innocentiæ refugit & gloriatur in malitia, comprobrium sempiternum: faciat in eum judicium conscriptum, & sic omnibus sanctis ejus.

2. Nequitiæ siquidem & proditionis alumnus Robertus, Natus claræ memoriæ Caroli Secundi, qui se Siciliæ Regem intitulat, & Imperii Romani adipe impinguatus, incrassatus, & dilatatus contra illud (cui etiam causa feudorum multorum & bonorum ipsius Imperii, quæ hactenus tenuit, & quæ injustè principaliter occupat, humiliter obedire debet) vitiis & iniquitatibus eminens, odia, dolos & fraudes pro fidelitate retribuens, ex detestando ingratitudinis vitio calcaneum rebellionis resumpsit erigere: & contra stimulum indurata nequitia recalcitrare non cessat, nefandaque superbia tumefactus sedem ab Aquilone, hoc est, ab oppositio Majestatis Cæsareæ, quam ejus Dominam & Magistram revereri & honorare tenetur, supponere satagens, ipsam convitiis & contumeliis provocavit hactenus, & continuo animo protervo continuè provocare præsumit.

3. Ipse namque inter ceteros suæ malignitatis conatus, licet antequàm Imperialis coronationis causa proficisceremur ad Urbem, per suas litteras speciales pluries culmini nostro scripsisset, quod ipse (sicut ex causa prædicta debebat, & nos, qui nec opere nec verbo gravavimus, nec gravare sed potius gratiosè tractare intendebamus, eundem ex probitate conscientiæ credebamus) ad exhibendam nobis debitam reverentiam & honorem, tam in dicta coronatione quàm alibi intendebat, & ad id pro viribus se parabat: confederationes tamen, conspirationes, uniones, & ligas in offensam & impedimentum processus Cæsarei, unà cum Florentinis, Lucanis, Senensibus, & aliis nostri Romani Imperii subditis per Lombardiam, & ut eos in Rebellionis præcipitium excitatos foveat, omne contrarium (sicut expresse dingoscitur) per se suosque Procuratores, Nuntios & Ambasiatores, in nostræ Majestatis injuriam, & offensam & impedimentum processus Cæsarei facere procuravit & fecit. Tractavit etiam, quòd civitas Cremonæ, Parmæ, & Rhegii, quæ sub nostra obedientia consistebant, contra nos & Imperium rebellarent, inducendo tam communia ipsarum civitatum, quàm subditos nostros prædictos ad rebellionem hujusmodi, & eis ad id pollicendo auxilium, consilium, & favorem; & nihilominus dicti Roberti fulti favoribus, suæque nequitiæ conscii & ministri civitatis Astensis, & castra Valentiæ, casalis sancti * Evasii, & alias nonnullas civitates & castra provinciæ Lombardiæ, quæ mandata

* f. Gervasii.

(1) *Quod fuit* 1311. Lilés 1313, ou plûtôt retranchez entierement cette explication qui paroit avoir été ajoutée ici par quelque mauvais Chronologue. Toutes les autres dates, celle du jour & du Mois, & celles des années du Regne & de l'Empire sont justes, & concourent ensemble au 25. Avril 1311. La Copie du Pere *Martene*, est datée *Sexto Calend. Maii. anno Regni IV. Imperii vero I.* ce qui ne peut subsister sans correction, l'Empereur *Henri VII.* ayant été couronné à Rome *die festo Petri & Pauli Apostolorum anno Regni ejus IV.* comme on l'a vû en ses Lettres notificatoires rangées ci-dessus sous date du 30 Juin 1312. [DUM.]

nostra juraverant, & nos in eorum Dominum recognovcrant, & Officiales nostros receperant & habebant, Officialibus ipsis violenter ejectis, nequiter occupatis, & occupatas & occupata pro Roberto detinent supra scripti. Denique Robertus Johannem fratrem & stipendiarios Romam videlicet ea intentione transmisit, ut Urbe (si posset) suæ proditioni dolosè subjecta vel saltem turbata, in ejus periculo nefandæ seditionis immissio dictæ coronationis impediret solemnia, prout dicti Johannis & stipendiariorum in ingressu nostro in Urbem prædictam, quamdiu in partibus illis moram traximus, efficaciter operum argumento probantes, unà cum copiosa subditorum dictorum multitudine, quæ per instigationem dicti Roberti submissi sibi subsidii & defensionis fiducia cum armis & equis ad opponendum se nobis & exercendum per excogitatam malitiam simul cum Johanne stipendiariisque prædictis convenit, ibidem contra nos & gentes nostras hostiliter posuerunt insidias, fecerunt insultus, spoliationes, violentias, & homicidia perpetraverunt, viasque publicas & loca, per quæ ad tendendum ad basilicam Principis Apostolorum de Urbe omnibus religionem profitentibus Christianam liber aditus patere debeat, bellicosis apparatibus claudere nobis ac gentibus nostris ad basilicam ipsam, ne ipsa coronatio celebrari valeret, accessum totis viribus prohibere, ac aliàs omnimodo quo poterat Majestatem nostram offendere, procurarunt, aliaque præfatus Robertus committebat, & erat in situ contra nos committendi omnia, quæ ad nostri Imperii damnum tenderent; & ad ea modis omnibus quibus poterat, nitebatur.

ANNO 1313.

4. Hæc siquidem crescente clamore notorio, & in pluribus rerum experientia edocente, licet ipsa tam publica & notoria essent, quod nulla possent tergiversatione celari, & nos, qui subjecti non sumus, contra dictum Robertum propter præmissa, eo irrequisito, potuissemus procedere, tamen ex Augusta clementia (quæ libentiùs emendat in subditis pœnas quàm puniat; nec exercet ferrum in eos, quos sanare potest mulcebris lenitas medicinæ) post secessum nostrum ab Urbe prædicta, super dicto notorio & prædictis per ipsum Robertum contra nostram Majestatem commissis ad inquisitionem descendimus, quam, ut fidei vel amoris scintilla (si qua forsitan remansit in eo) ipsius viscera tangeret, & ipse interim spatium ad cor redeundi haberet, usque in præsens deliberationibus rationis duximus protrahendam, Robertum prædictum citari legitimè fecimus, ut comparere curaret, suam (si posset) innocentiam ostensurus. Verùm idem Robertus in sua protervia perseverans, in terminis sibi ad hoc præfixis, vel eorum aliquo vel per se vel per alium comparere contumaciter non curavit. Quare nos super præmissis in ipsius Roberti contumacia fide dignis & sufficientibus receptis testibus, & eorum dictis in scripta redactis, & per nos solenniter publicatis, & de mandato nostro à Proceribus nostri Palatii cum diligentia recensitis, & facta nobis de ipsis & per ipsos relatione fideli, per ea, quæ probata fuerunt, prædicta omnia & singula publica & notoria esse, in scriptis interloquendo pronunciavimus & declaravimus exigente justitia, & postmodùm eum requiri & citari sufficienter & peremptoriè fecimus, ut certo termino jam elapso coram nobis (ubicunque essemus) ad hanc nostram sententiam audiendam comparere curaret. Quod ipse præscius & diffisus injuriis & offensis in sua obstinatione & contumacia & fraudibus perniciosis induratus, facere prætermisit.

5. Quia igitur dimissis omnibus & singulis (prout apertiùs in inquisitione continetur) specialiter per dictos testes plenariè nobis constat, nos prædictos & alios prædicti Roberti excessus nefarios & opera detestanda maturo & justo librantes examine, ac illud notissimum nullatenus omittentes, quod ipse Robertus, dum in Urbe prædicta causa prædictæ coronationis essemus, dilectissimi nostri Pisani (qui inter cæteros nostros subditos fidelitatis ac opinionis sinceritate, galeas & gentes ad nostrum servitium & honorem Romam mitterent) galeas ipsas in nostræ Majestatis injuriam invadi, spoliari, & gentes prædictas capi & incarcerari, & in carcere detineri mandavit & fecit, & nihilominus in hujusmodi obstinationis terminis perseverando, mala malis addendo, & pejora continuè committendo, dum contra rebelles nostros direximus signa Cæsarea, rebellibus ipsis (sicut publicum & notorium est, & facti evidentia docebat & docet) misit plures armatorum in subsidium,

ANNO 1313. fidium, ut eos diutiùs in eorum rebellionis erroribus confoveret, & attendens quòd dum ipſe potuit pacem & quietem habere, dum debuit tranquillitatem expectare, à noſtra benevolentia & dilectione, quam ſibi ex animi ſinceritate paraveramus, obtinere noluit, bella quæſivit, iniquitates exercuit, & pro poſſe curavit, ſicut etiam procurare non ceſſat, in Imperii populos ſeminare zizanias, ſuſcitare odia, immittere ſcandala, concitare tumultus, nutrire ſchiſmata, & fovere diſcordias, & ſine intermiſſione in actu committendi continuandique quoad poteſt, contra Imperium noſtrum non omiſit, non ſolùm in noſtri Imperii contemptum Reique publicæ detrimentum, ſed etiam in perturbationem proſperitatis Eccleſiaſticæ, quæ ad Imperii ſtatum plurimùm dignoſcitur tendere, & in retardationem negotii Terræ Sanctæ, ad quod (teſte Deo, qui omnia novit) totis cordibus & affectibus anhelamus, & videntes apertè, quòd dictus Robertus irrevocabiliter in ſignum erroris prolapſus, & obſtinatus in dolis, viam veritatis exviavit omninò, & tanquam aſpis ſurda non obtinens auditum, nec mandata noſtra, nec legis pœnam, in quam ſuis culpis [nam omne, quod eſt ex Deo, vincit mundum; & hæc eſt victoria, qua vincit mundum fides noſtra, *omni cura cuſtodias cor tuum: nam ab ipſo vita procedit*, Prov. c. 11.] incidiſſe ac incidere noſcitur, nec etiam Imperatoriæ plenitudinem poteſtatis veretur; ſed quotidie cervicis durioris efficitur: & quantum ipſum ad pœnitudinem expectamus, tanto majorem aſſumit audaciam malignandi: conſiderantes etiam, quod ipſe Robertus de Imperii crapulatus pinguedine dilatatur, & ex illicitis ſibi laxatis habenis furit, & nobis pro obedientia rebellionem, & pro fidelitatis debito injurias refert, nosque ac quoscumque fideles Imperii nobis obedientes pro poſſe impugnare conatur, ejusque pœnas non in ædificationem, ſed in deſtructionem, non ad fructum & juvamen ut haberet, ſed ad peſtem eſſe dignoſcitur: & volentes præmiſſis injuriis & ipſius fraudibus obviare, & Evangelicam ſequi doctrinam, quæ nos monet, quod omnis arbor, quæ fructum non facit bonum, abſcindatur & mittatur in ignem, licet fideles Reges & Principes in ſuorum dignitatis eminentiam libenter condignis honoribus & gratioſis favoribus proſequamur, tamen ut culpa ſupplicium timeat, & virtus retributionem expectet, Robertum prædictum, cujus eligimus domare ſuperbiam, & præſumptionem erectam conterere, ipſumque à ſtatu ſuo quantumcuuque ſublimi deponere, cum propter præmiſſa Majeſtatis criminis reus ſit, univerſis & ſingulis Dignitatibus quocumque titulo comprehenſis, quibus ſe intitulat & decorat, auctoritatibus, honoribus, libertatibns, immunitatibus, & privilegiis, Provinciis, Comitatibus, civitatibus, caſtris, terris, villis, & aliis feudis, vaſallis, bonis, rebus, juribus, & jurisdictionibus univerſis tam perpetuis quam temporalibus, quos, quas, & quæ habet, tenet, & poſſidet, vel quaſi, ſeu habuerunt & poſſederunt hactenus ejus quomodolibet ipſe vel ſui prædeceſſores, privamus: eundem Robertum rebellem, proditorem, & hoſtem Imperii, dictæque Majeſtatis crimine reum, de toto prædicto Imperio exbannimus & diffidamus: ipſum ſi quo tempore in noſtram & Imperii fortiam pervenerit, vita per capitis mutilationem privandum in hiſce ſcriptis ſententialiter condemnamus.

6. Statuentes & mandantes, quòd nulla perſona cujuscumque nobilitatis, excellentiæ, ſtatus, vel conditionis exiſtat, nullaq; civitas, caſtrum, villa, vel univerſitas eidem contra nos & Imperium præbeat publicè vel occultè, conſilium, auxilium, vel favorem, ſub pœna centum librarum auri, pro qualibet civitate, libras quinquaginta, pro quolibet caſtro, villa, Marchione, Duce, Comite, Barone, & quolibet Nobili viginti librarum auri, & pro qualibet alia ſingulari perſona; pro vice qualibet qua contrà fecerint, committenda: quodque cuilibet liceat impunè cives, incolas, habitatores civitatum, caſtrorum, villarum, & quaslibet alias ſingulares perſonas, cujuscumq; ſtatus vel conditionis exiſtant, quæ contra noſtrum honorem obediant ei, vel darent conſilium, auxilium, vel favorem, publicè vel occultè offendere in perſona, rebus, & juribus, & ipſos & ea capere, & arreſtare, & retinere: inhibentes etiam & præcipientes expreſsè, ne aliqui debitores ipſius Roberti de bonis, in quibus ei tenentur, in aliquo ſatisfaciant, vel reddere quomodolibet præſumant, vel alioquin tantundem Cameræ noſtræ perſolvant.

7. Ad hæc ſine ſtrepitu & figura judicii compellantur univerſitates & provincias noſtras, civitates, villas, & ſingulares perſonas cujuscumque præeminentiæ vel excellentiæ, etiamſi Regia dignitate, vel cujuscumque alterius dignitatis, conditionis, vel ſtatus exiſtant, quæ ex aliquo pacto vel promiſſione ſeu obligatione dicto Roberto, aut prædeceſſori ſuo facto, pacto vel pœna, ſub qualicumque forma comprehenſa, vel comprehenſi ſint ratione, cauſa, vel titulo, & ſpecialiter de aliquo ſervitio faciendo, vel hominum armatorum aliudque ſubſidium dando, per mare vel per terram, teneretur eidem Roberto, ab ipſis pacto, promiſſione, obligatione & pœna appoſita, vaſallos quoque & feudatarios, & omnes & ſingulos, qui eidem fidelitatis vinculo vel alia quacumque ratione vel cauſa ad aliqua ſervitia realia vel perſonalia tenerentur, ab omni articulo fidelitatis, ſubjectionis, & obedientiæ ei vel ſuis hæredibus faciendis abſolvimus penitus & in totum: ita quòd nec civitates, caſtra, villæ, univerſitates, & perſonæ prædictæ pacto vel obligatione prædictorum, aut vaſalli, aut feudatarii, præfati cives, fidelitatis, ſubjectionis, & obedientiæ ratione, cauſa vel titulo ſibi vel ſuis hæredibus quomodolibet teneantur. Ipſas etiam contratas, civitates, caſtra, villas, feudatarios, vaſallos, bona, res, jurisdictiones, ſervitia, & jura, & quæcumque alia ſub noſtra contenta privatione & abſolutione hujusmodi confiſcamus.

8. Demum omnibus & ſingulis Militibus, Auditoribus, Judicibus, Jureperitis, & Notariis, qui ejusdem Roberti domeſtici ſeu familiares exiſtunt, ſive aliis, qui in ejus ſervitio eſſe noſcuntur, & quibusvis aliis, diſtrictè præcipiendo mandamus, quod ab ipſius Roberti familiaritate, conſiliis, directione, & obſequiis quibuscumque infra duorum menſium ſpatium ab hodie computandum cum effectu recedant, & nunquam ad ejus ſervitium vel conſilium accedere publicè vel occultè præſumant: alioqui ipſos Milites honore ac dignitate militiæ, Judices ac Jureperitos judicandi & affidendi omnibus & ſingulis privilegiis & immunitatibus, ac Notarios Notariatus officio: eos videlicet ex dictis Militibus, Auditoribus, Judicibus, Jureperitis, Notariis, qui hujusmodi mandato noſtro non paruerint effectu, exnunc prout extunc privamus termino ſupraſcripto, & inhabiles & infames reddimus, ita quòd elapſis menſibus ſupradictis ad nullos actus legitimos quocumque tempore poſtmodùm admittantur.

9. Hujusmodi autem privationis, confiſcationis, exbannitionis, diffidationis, condemnationis, & abſolutionis ſententias in his ſcriptis fecimus, & omnia alia ſingula facta & inſerta facimus exigente juſtitia; & bono Reipubl. requirente, ac ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis, ſupplentes omnem defectum, ſi quis forſan in inquiſitione prædicta, de quibuscumque proceſſibus propterea habitis ob aliquam juris ſolemnitatem omiſſam eſſet habitus, non obſtantibus aliquibus legibus, conſtitutionibus contrariis, vel privilegiis ſub quacumque forma verborum conceſſis: etiamſi de ipſis oporteret de verbo ad verbum in præſentibus fieri mentionem, quæ contra præmiſſa vel præmiſſorum aliquod poſſent quomodolibet objici aut opponi, quibus ſpecialiter derogamus.

Actum Piſis in præſentia noſtrorum Principum & Baronum, ac populi multitudine copioſa, VII. Calend. Maji, regni noſtri anno quinto, Imperii verò anno primo, quod fuit MCCCXI.

ANNO 1313.

XLV.

Accord entre CHARLES *Comte de Valois d'Alençon, de Chartres, d'Anjou, & du Maine Fils de Roi de France & ſes ſujets d'*Anjou *& du* Maine. *Fait à Pontoiſe le jour de St. Marc* 1314. [MARTENE *Theſaurus Novus Anecd.* Tom. I. col. 1345.] 1314. 25. Avril.

CHARLES fils de Roy de France Comte Valois, d'Alençon, de Chartes, d'Anjou, du Maine à nos amez & feaux maiſtre Eſtienne de Monruay noſtre clerc & chanſelier, & Monſieur Pierre de Blenon Chevalier ſalut & dilection.

Les Lettres faites ſur les accords par devant nôtre Sire le Roy entre nous & nos ſujets de la Comté d'Anjou & du Maine, ſeelées au ſeel du Roy nôtre Sire, nous vous envoyons contenant la forme qui enſuit. PHILIPPUS Dei gratia Francorum Rex Univerſis &c. notum facimus quod in noſtra

ANNO 1314. nostra curia constituti carissimus & fidelis noster CAROLUS Andegaviæ, & Cenomaniæ Comes pro se ex una parte, & Guillelmus de *Verdaron*, Radulphus de *Romperrions*, Johannes *le Veer* de Vontis, frater Thomas de Sangueio, & frater Guillelmus *Brane* Procuratores, quamplurimorum qui ad nostram audientiam una cum eisdem appellaverunt à Domini Comitis curia ratione quorumdam auxiliorum, quæ idem Comes ab eis petebat pro se & dictis eorum Dominis ex altera: qui Procuratores pro se & dictis appellantibus quorum sunt Procuratores dictæ appellationi suæ imprimis renunciaverunt, & de beneplacito curiæ nostræ, quæ super eis remisit emendam super totali delicto præmisso, concordaverunt prout in cedula curiæ nostræ ab ipsis partibus tradita continetur, cujus cedulæ tenor sequitur in hæc verba. Il est accordé entre Monsieur CHARLES Comte d'Anjou & du Maine d'une part, & les Procureurs des appellans d'Anjou & du Maine en leur nom & au nom desdits appellans, de qui ils sont Procureurs suffisamment establis premierement faite renonciation de tous appeaux tout simplement, que ce que les gens dudit Comté ont levé par raison de l'aide de sa fille MARIE luy demourera franc & quitte selon la forme & la maniere que ses gens assistent.

Item, qu'ils donnent dès lors en droit audit Comte à prendre par sa main sur les gentils-hommes, & les gentils hommes sur leurs sujets autant comme une des aydes monteront, à lever de tous leurs sujets, à lever de degré en degré en la forme & maniere que l'on la leve pour aucun des Barons, quand le cas échet de lever ayde de ses sujets, & aura ledit Comte ce qui sera levé entierement sans ce que nul des sujets en puisse rien retenir.

Item, que parce qu'ils laissent au Comte ce que les gens ont levé, & qu'ils luy donnent autant qu'une ayde vaudroit, si comme il est dessusdit, ne leur soit fait prejudice au tems à venir en proprieté ne en saisine, & de ce leur donnera ledit Comte ses Lettres.

Item, que les gens dudit Comte rendront & remettront à estat de ce qu'ils ont pris sur les appellans ou sur leurs sujets, apel pendant, pource qu'ils ne leur ont obéi.

Item, il est accordé que ledit Comte, oüies les raisons desdits appellans, & de tous ceux qui à cet accord faire voudront tenir, enquerera ou fera enquerir en la maniere qu'il verra que bon soit, & parce qu'il voudra sçavoir mon se ils luy doivent les aydes; & s'ils les luy doivent, comment, & par quelles mains ils doivent estre levées. Et ce enquis, il prononcera selon sa conscience, en laquelle ils se mettent en tout, en renonçant à tout appel, & à toutes supplications à toute autre voix, parquoy ils pouroient venir contre sa conscience, & de sa prononciation il leur donnera tel asseignement qui portera fin à toûjours.

Item, que pour cas qui avienne ou sont ja avenuz ledit Comte ne pourra lever ne demander ayde jusqu'à tant que il ait donné sa sentence.

Item, il est accordé que pour cette ordonnance ne soit faite au prejudice dudit Comte que il ne puisse demander l'ayde aux Barons, s'il avoüe qu'ils luy doivent en telle maniere s'il étoit trouvé que les Barons la dussent, & qu'ils la pussent prendre sur leurs sujets: que ce qu'il en doivent maintenant leur tourne en payement, & ne fera prejudice aux sujets connoissance que les Barons en facent.

Item, il est accordé que s'il est declaré par la sentence du Comte que les appellans donnent l'ayde, ce qu'ils donnent maintenant de leur volonté sera converti en payement de l'ayde dué jadis pour raison d'YSABEL fille ainée dudit Comte.

Item, que pour raison de l'appel, ne de chose qui soit faite, ne de sentence qu'il donne en cette cause, estant comme il appartient à ses aydes, ledit Conte ne demandera, ne ne levera amende desdits appellans, ne de ceux qui à cet accord se voudront tenir, s'ils n'alloient contre sa sentence.

Item, il accorde que tous ceux qui à cet accord se voudront tenir, pourront comparoir pardevant ledit Comte à aller avant par Procureur suffisamment establi sans grace en ce qui demeure à faire par ledit Comte sur les aydes. A toutes ces choses tenir & fermement accomplir se sont obligez maistres Guillaume de *Veerdaron* & Raoul de *Romperrons* en tant comme eux touche, & comme Procureurs en nom desdits appellans, sans obliger leurs biens pour lesdits appellans. ANNO 1314.

Item, il est accordé qu'ils pourront mener d'une partie & d'autre les têmoins qui ont autrefois été trais par raison de l'aydé, sans ce que ils ont esté examinez leur face, prejudice.

Item, de cinq Abbayes qui étoient en cet appel, c'est-à-sçavoir Savigny, Evron, Fonteine-Daniel, Clermon, & Champagne: il est accordé, qu'ils n'en payeront neant, ne eux, ne leurs hommes jusques à tant que Monsieur Raoul de *Harecourt* en aura dit sa volonté sur où ils s'en sont mis du tout en tout, sans venir encontre & ne seront lesdits Religieux tenuz à payer amende, fort aussi comme les appellans dessudits. In cujus rei testimonium præsentibus Litteris nostrum fecimus apponere sigillum. Actum Parisius apud Luper coram nobis de consensu partium prædictarum die Sabbati ante festum beati Gregorii, anno Domini millesimo trecentesimo sexto. Par la vertu desquelles Lettres nous vous mandons & commettons que vous alliez en propres personnes ès lieux de ladite contrée, & enquerir diligemment selon la teneur desdits accords contenuz esdites Lettres la maniere & la forme de lever & exploiter les aydes, dequoy est fait mention esdites & en quantes manieres, & pourquoy lesdites aydes sont dûës, & oyez les raisons des Barons & tous les autres nobles hommes, & de toutes les personnes de Religion, Abbez, Prieurs, & Convens, & Chanoines des Egliises collegiaux & de toute autre maniere personnes d'Egliise telles quelles soient de Religion ou de siecle, Abbesses, Prieures, freres de l'Hôpital, de Grammont, & des sujets de l'Ordre qui fut jadis du Temple, & de ceux des citez d'Angers & du Mans, & de toutes autres bonnes villes grosses & petites assises dans les fins de la Terre d'Anjou & du Maine quelles quelles soient & comme ils soient & recûës toutes manieres & preuves & de têmoins qui à ce sont neanmoins, & enquerir bien du tout en tout diligemment de tout ce qui y appartient à enquerrer selon la teneur dudit accord la verité, si est en telle maniere, que parceque vous en avez fait, trouvé & enquis, & nous avez raporté ou envoyé enclos sous vos seaux, appelez nos gens, & tous ceux qui y sont à appeller, lesquels nous faisons se montrer & appeller pardevant nous au jour de trois semainnes de la Pentecoste prochainne venant ou Mans, si comme il est plus pleinement contenu en un ajournement sur ce fait; & mandront à nos sousbaillis qu'ils vous certifient par leurs Lettres pendans annexées aux nôtres la maniere des semonces & des apeaux, comment ils auront esté faits, que nous ce oüy & rapporté & vû en diligence, puissions dire, ordonner & prononcer selon nostre conscience, & la teneur dudit accord nostre sentence la maniere de lever & d'exploiter lesdites aydes: & commandons à tous & donnons en commandement par la teneur de ces Lettres, qu'ils obéissent à vous en toutes ces choses & en toutes celles qui pourront appartenir & en sont dépendans sur qu'au qu'ils se peuvent méfaire envers nous & l'enquête faite & parfaite adjournez par devant nous à certain jour toutes les personnes que ladite enquête touche ou peut toucher, quelles quelles soient; lequel nous certifiez par nos Lettres.

Donné à Pontoise jeudy S. Marc MCCCXIV.

XLVI.

Epistola & Decretum quinque Electorum Imperii ad Papam futurum, quo notificatur Electio LUDOVICI *Bavari die 20 Octob. peracta, simulque ab eodem Papa futuro requiritur, ut suo tempore ei coronam imponat. Datum apud Franckenford 10. Kal. Novembris 1314.* [G. G. LEIBNITZII *Codex Juris Gentium* Part. I. pag. 66.] 23. Octob.

IN nomine Domini Amen. Sanctissimo in Christo Patri ac Domino suo Domino Sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici futuro, *Petrus* Dei & Apostolicæ Sedis gratia Sanctæ *Moguntinæ Sedis Archiepiscopus*, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius; *Joannes Dei gratia Bohemiæ*

ANNO 1314. *& Poloniæ Rex, Waldemarus Marchio Brandenburgenſis, ac Joannes Dux Saxoniæ Senior*, humiles ac devoti cum omni reverentia devotiſſima pedum oſcula beatorum.

§. 2. Vacante nuper per obitum foelicis recordationis Sereniſſimi Domini *Henrici quondam Romani Imperatoris*, ipſo Romanorum Regno ſeu Romano Imperio, & nobis unà cum Reverendo Domino *Balduino Sanctæ Trevirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo*, nec non Reverendi Domini *Henrici Archiepiſcopi Colonienſis* & illuſtrium Principum *Joannis* Bohemiæ & Poloniæ Regis, *Rudolphi Comitis Palatini Rheni Ducis* Bavariæ, *Waldemari* Marchionis Brandeburgenſis ac Ducis Saxoniæ, honorabilibus Procuratoribus; ad quos *tam de jure quam de conſuetudine antiqua & approbata* jus eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum noſcitur pertinere; ſolemniter concordantibus in diem Electionis hujusmodi, videlicet craſtinum beati Lucæ Evangeliſtæ, quæ eſt decima nona menſis Octobris. Et ego Petrus Archiepiſcopus Moguntinus prædictus ex officii mei debito ipſam diem ad electionem hujusmodi celebrandam præfixi, *litteris* meis * * *vocatoriis*, ipſis Conprincipibus & Coelectoribus meis deſtinando. Qua die veniente *ſuburbio oppidi Regalis Franckenfordenſium*, loco ſiquidem ad hoc ſolito & conſueto, nobis Petro Moguntinenſi, Balduino Trevirenſi Archiepiſcopis, Joanne Bohemiæ & Poloniæ Rege, Waldemaro Marchione Brandeburgenſi, ac Joanne Duce Saxoniæ ſupradictis ibidem convenientibus, celebrata Miſſa Sancti Spiritus, deliberatione providè præhabita, ad procedendum in Electionis negotio præfibato, & in quantum debuimus expectantibus, quod Reverendus Dominus Henricus Archiepiſcopus Colonienſis & Rudolphus Comes Palatinus Dux Bavariæ nondum venerant, nec per ſe nec per ſuos Procuratores in dicto loco convenerant; Nos pro bono pacis volentes in hoc eis deferre ac facere gratiam ſpecialem, terminum ſupradictum, videlicet craſtinum beati Lucæ Evangeliſtæ unanimi conſenſu cum Reverendo Domino Balduino Trevirenſium Archiepiſcopo usque in diem ſequentem duximus continuandum, quam continuationem dictis Archiepiſcopo Colonienſi & Rudolpho Comiti Palatino ac aliis quorum intereſſe poterat, Nos Archiepiſcopus Moguntinenſis ante dictus per noſtros Nuntios ſpeciales ad id deputatos inſinuavimus, notificavimus, & ad eorum notitiam deduximus, ipſos citando vice & nomine omnium noſtrorum præſentium, ut præfata *die continuata* in dicto loco ad eligendum conveniant.

§. 3. Qua die continuata ipſis Archiepiſcopo Colonienſi & Comite Palatino, & aliis quorum intereſſe poterat ſic vocatis & ſufficienter expectatis, quod non venerunt, nec pro ſe miſerunt, nec vices ſuas alicui ſeu aliquibus commiſerunt, in Electionis negotio memorato, audita Miſſa Sancti Spiritus, Nos Archiepiſcopus Moguntinenſis antedictus ipſa die continuationis, quæ fuit viceſima menſis prædicti, hora debita & conſueta procedere cupientes, in ſcriptis monitionem legimus & proteſtationem quandam vice noſtra ac omnium ibidem præſentium jus in ipſa electione Regis Romanorum habentium illa vice, *monendo omnes infames, excommunicatos, ſuſpenſos ac etiam interdictos*, nec non *quoscunque* alios ſi qui forent forſitan inter eos, *qui* de jure vel conſuetudine *intereſſe* in ipſius Electionis negotio *non deberent*, quod à Tractationibus Electionis celebrandæ futuri Regis Romanorum & ab eadem Electione recederent, Coelectores noſtros nos & alios quorum intereſſet eligere permittentes; proteſtando, quod non eſſet noſtra vel Coelectorum noſtrorum intentio tales admittere tanquam jus in dicta Electione habentes, aut procedere vel eligere cum eisdem, imo voluimus & intentionis noſtræ fuit, quod voces talium, ſi qui reperientur interfuiſſe, nulli præſtarent ſuffragium, nec afferrent alicui nocumentum, & prorſus pro non receptis ſive pro non habitis haberentur.

§. 4. Quam proteſtationem nos omnes ſupradicti unà cum Reverendo Patre Domino Balduino Archiepiſcopo Trevirenſi Coelectores nunc præſentes ratam & gratam habentes conſenſimus in eandem; demum poſt Tractatus præhabitos conſideratis ſollicitè & diligenter circonſtantiis pluribus & ſtatu perſonarum diverſarum, per quas ſeu per quam Regno vacante & imperio poſſet utilius provideri; *in illuſtrem Virum Ludovicum Comitem Palatinum Rheni Ducem Bavariæ*, virum utique Catholicum, Orthodoxæ fidei fervidum Zelatorem, Eccleſiæ Sanctæ Dei & Miniſtrorum ejusdem ac Pacis ſanctæ ab ineunte ætate ſua, experientia, quæ eſt rerum Magiſtra efficax, atteſtante, devotum & humilem amatorem, ſtrenuum in armis, in judicio juſtum, in Conſiliis providum, in univerſa morum honeſtate præclarum, benignum, affabilem & manſuetum, de alto & generoſo ſanguine *divorum* Regum & Principum procreatum, ac in cunctis agilibus pro regimine Reipublicæ quam plurimum circumſpectum; noſtrum intuitum divina diſponente clementia convertentes; Nos Petrus Moguntinus Archiepiſcopus pro nobis & nomine noſtro, præfatus verò Dominus Balduinus Trevirenſis Archiepiſcopus pro ſe & nomine ſuo; Nos vero Joannes Bohemiæ & Poloniæ Rex, Valdemarus Marchio Brandeburgenſis, & Joannes Dux Saxoniæ quilibet noſtrum pro ſe & nomine ſuo, *votis noſtris per Dominum Moguntinum* antedictum vice ſua & noſtra & ex ſpeciali mandato noſtro & ſuo *diligenter inquiſitis*; Nos Electores prædicti in loco prædicto præſentes, jus totale ea vice in Electione dicti Regis habentes, conſenſimus concorditer in eundem Ludovicum, & ipſum nominavimus quilibet noſtrum pro ſe, nullo penitus diſcrepante, in Romanorum Regem eligendum, in Imperatorem poſtmodum promovendum; *& in Advocatum Sacro Sanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ*, viduarumque & orphanorum defenſorem. Quibus ſuperactis ego Petrus Moguntinenſium Archiepiſcopus de mandato ſpeciali, & voluntate mea & meorum Coelectorum prædictorum eundem Ludovicum Comitem Palatinum Rheni Ducem Bavariæ elegi ſolemniter in hunc modum.

§. 5. In nomine Domini Amen. Cum vacante Romano Imperio per mortem foelicis recordationis Sereniſſimi Domini Henrici quondam Romani Imperatoris, vocatis qui fuerunt vocandi, & qui in Electione Regis Romanorum jus habere dignoſcuntur, ac præſentibus; dicta die continuata ad eligendum omnibus qui voluerunt, potuerunt ac debuerunt commode intereſſe; placuerit omnibus & ſingulis præſentibus ad Electionem procedere futuri Regis; & inquiſitis votis omnium & ſingulorum jus in Electione ipſius Regis habentium & præſentium, ſingulos Electores prædictos appareat ex præmiſſis direxiſſe concorditer vota ſua in illuſtrem Ludovicum Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bavariæ, in eum conſentiendo & ipſum nominando in Romanorum Regem eligendum; per cujus quidem Ludovici prædicti experta ſtrenuitatis merita, fidei puritatem & conſtantiam, ſperatur Sacroſancta Romana & univerſalis Eccleſia potenter & utiliter defenſari, ac in ſpiritualibus & temporalibus votiva ſuſcipere incrementa, & etiam Reſpublica providè dirigi, & pariter ſuperno ſuffragante auxilio gubernari. Ego Petrus Archiepiſcopus Moguntinus antedictus, vice mea ac Coelectorum meorum prædictorum jus in ipſa Electione habentium, ex poteſtate mihi per eos tradita ſpecialiter & conceſſa, eundem Ludovicum, invocata Sancti Spiritus gratia, in Romanorum Regem eligo, in Imperatorem futurum promovendum.

§. 6. Electione autem hujusmodi celebrata eam nos omnes & ſinguli Electores prædicti præſentes approbavimus & Te Deum Laudamus alta voce fecimus decantari; & dictum noſtrum electum, *qui præſens extitit* & Electioni de ſe factæ, divinæ nolens reſiſtere voluntati, interpellatus cum inſtantia à nobis, reverenter conſenſit, & deinde electionem ipſam Clero & populo ſolemniter fecimus publicari. Poſtmodum verò ipſum electum in Civitatem Franckenfordenſium introducentes, in Eccleſiam Sancti Bartholomæi deduximus & ipſum ſuper altare majus, prout moris & conſuetudinis eſt, adhibitis ſolemnitatibus in talibus debitis & conſuetis, poſuimus, Te Deum Laudamus denuò decantantes, deinde in Cœmiterio Eccleſiæ antedictæ Clero & populo ipſum electum præſentavimus, & ejus Electionem fecimus ſolemniter publicari.

§. 7. Ea propter Sanctitati veſtræ tam humiliter quam devotè voto unanimi ſupplicamus, ut ipſum electum noſtrum in Regem Romanorum paternis ulnis amplectentes, munus inunctionis & conſecrationis eidem conferendo de ſacroſanctis manibus veſtris ſacri Imperii diadema dignemini loco & tempore favorabiliter impertiri; ut ſciant & intelligant univerſi, quod poſuerit in lucem gentium vos Dominus, & per ſanctitatis veſtræ arbitrium orbi terræ poſt nubila exoptata Serenitas eluceſcat. Cæterum ut Beatitudo veſtra agnoſ-

* * Apud Herwartum: *vocationis*.

ANNO 1314. agnoscat evidentius vota nostra omnium præsentium in prædictis omnibus & singulis concordasse, ac in petitione hujusmodi existere unanimes & concordes, præsens *Electionis nostræ decretum*, Sanctitati vestræ transmittimus, sigillorum nostrorum appensione ex certa scientia roboratum. Datum apud Franckenford decimo kalendas Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo decimo quarto.

XLVII.

25. Novembre. *Litteræ* HENRICI *Electoris & Archiepiscopi Colonienſis ad omnes Principes, & Status Imperii: Significat* FRIDERICUM *Ducem Austriæ in Romanorum Regem rite, & legitimè electum fuisse, atque etiam ab se Bonnæ unctum & coronatum. Exhortatur illos & requirit, ut fidelitatem, & obedientiam debitam illi præstent, non obstante electione prætensâ* LUDOVICI *Bavari, quam nullam, & attentatoriam, utpote separatim die sequenti, priore subsistente, factam. Actum 25. Novembris Anno* 1314. *Indictione XIII.* [FUGGER **Spiegel der Ehren deß Ertzhaußes Oesterreiche. 3. Buch. 2. cap. 275. pag.**]

IN Dei nomine Amen. Henricus Dei gratia Sacræ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Sacri Imperii, per Italiam Archi Cancellarius, Magnificis Principibus, Proceribus, Nobilibus, Miniſterialibus, Caſtrenſibus, civibus, & Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, infra ſcriptorum cognoſcere veritatem. Aliàs vacante Romano Imperio ſeu Regno, per mortem inclitæ memoriæ Domini Henrici, quondam Romanorum Imperatoris, & de communi voluntate Principum, jus in electione futuri Romanorum Regis habentium, ad electionem dicti Regis, die videlicet craſtino Sancti Lucæ Evangeliſtæ proximè præterito apud Franckenvort aſſignato, ibidem eâdem die ſic aſſignatâ & in loco eodem debito, videlicet Franckenvort ab Illuſtribus Rudolpho Comite Palatino Rheni, Duce Bavariæ, habente illâ vicè per litteras noſtras Patentes poteſtatem pro Nobis eligendi, ac Rudolpho Duce Saxoniæ, qui in poſſeſſione juris, vel quaſi eligendi fuit, & eſt, & progenitores ſui fuerant à tempore, cujus memoria in contrarium non exiſtit, ac Henrico Duce Carinthiæ, vero herede & Rege Bohemiæ, Illuſtris Princeps Dominus Fredericus Dux Auſtriæ in Romanorum Regem eligebatur. Deinde idem Fridericus ſic electus, comparens coram nobis, electionem ſuam per nos acceptam haberi, atque, in Regem Romanorum ungi, & coronari petiit cum inſtantia debitâ, & conſuetâ. Nos autem, ne per repentinam manus impoſitionem, contra Doctrinam Apoſtoli, quicquid in hâc parte facere perperam videremur, Illuſtrem Ludovicum Ducem Bavariæ, qui ut ad nos pervenit, ejusdem Friderici a quibusdam aliis Principibus ſe aſſeruit coëlectum, omnesque, qui ſe dicto Friderico opponere vellent, vel ſibi in Romano Regno jus potiùs vendicarent, citari fecimus coràm nobis ad certum Diem, & locum ad docendum de jure; ſi quod eis competeret in Regno memorato. Cives etiam Aquenſes interim per ſolemnes noſtros nuncios & ſpeciales primo, ſecundo, & tertio ad eos transmiſſos requiri fecimus, ut nos intromiſiſſent pro coronatione hujusmodi Aquis faciendâ, ut eſt moris. Die itaque ſupradictâ ſic per nos eidem Ludovico & aliis oppoſitoribus ipſius Friderici præfixâ, nec ipſe Ludovicus, nec aliquis alter per ſe vel per alios coram nobis comparuerunt, nec proponi quicquam fecerunt, quare ipſi Friderico in præmiſſis noſtrum non deberemus officii debitum impertiri. Quia igitur invenimus dictum Fridericum rite electum, utpote à veris principibus prædictis, & die, ac loco præfixis, ipſiusque Ludovici electionem, ſi qua fuit, ex poſt facto die ſequenti, & non de communi conſenſu Principum prorogatam, & etiam electione dicti Friderici tanquam priori non caſſatâ de facto attentatam, & quia dicti cives Aquenſes ſic à nobis requiſiti nos intromittere improvidè recuſârunt; Nos, ne propter rebellionem in Sacri Romani Imperii, & rei publicæ, immò totius Chriſtianitatis dispendium, coronatio eadem plus debito differretur, & etiam ex privilegiis ſedis Apoſtolicæ, nobis & Eccleſiæ noſtræ conceſſis, intrà noſtram Diœceſin, vel Provinciam, ubi nobis expediens videbitur, electos in Romanorum Reges pro tempore poſſumus coronare, quæ quidem privilegia ante ipſam coronationem, & in eâdem, clero & populo præſentibus, ſub veris ſtilo, & filo & Bullâ, ne quis putare poſſet, dictam coronationem, eò quia Aquis non fiebat, minus fore validam, fecimus ſolemniter publicari, eundem Fridericum, ipſâ die beatæ Catharinæ Virginis, in oppido noſtro Bunnen, quod eſt intrà noſtram Diœceſin, in Romanorum Regem unximus, & coronavimus in futurum Imperatorem dante Domino promovendum, adhibitis circa coronationem eandem ſolennitatibus debitis, & conſuetis, Epiſcopis & Nobilibus, ac proceribus multis præſentibus in dicto loco. Quam unctionem & coronationem ſic per nos, qui habemus de jure & de conſuetudine, ut eſt dictum coronationem, & non alius, facere antedictam, eidem Friderico impenſam, ad ſingulorum & univerſorum virorum notitiam deducimus, vobisque eandem notificamus per præſentes rogantes, & requirentes vos omnes, & ſingulos, ut dicto Domino noſtro, & vero Domino Friderico, tanquam vero Romanorum Regi fidelitatis debitum præſtantes eidem obediatis, & intendatis, prout Romanorum Regibus prædeceſſoribus ſuis fieri, & obediri eſt conſuetum, ut veſtra ex hoc poſſit ſuo tempore fidelitas, quam ipſi Imperio teneamini, meritò commendari. In cujus rei teſtimonium præſentes literas noſtràs & dicti Rudolphi Ducis Saxoniæ, ac Capituli Bunnenſis, cui de horum veritate conſtat, ſigilla præſentibus ſunt appenſa, & nihilominus ad ampliorem præmiſſorum veritatem ea per Notarium Publicum infraſcriptum in hanc formam publicam redigi mandavimus, ſuoque ſigillo ſignari. Actum in Monaſterio Fratrum Minorum, in præſentiâ Illuſtrium Rudolphi Ducis Saxoniæ, Ottonis Landgravii de Haſſiâ, Domini Eng. de Markâ Gerlaci, Henrici, Emech. de Naſſove, Simonis & Johannis de Spanhem, Roberti de Virneberg, Dytheri de Katzenellenbogen Comitum, Henrici Bunnenſis, Hartradi de Merenberg, Werflarienſis, Heydenrici San. Severini Colonienſis Præpoſitorum, nec non Nobilium virorum Gerlaci de Lymberg, Henrici de Lowenberg & Joannis de Sollendorp, & Comitum de Toneberg duorum, & Joannis de Dowenheim Scolaſtici Bunnenſis, & quam plurium aliorum fide dignorum. Anno Domini milesimo trecentesimo quarto decimo, Indictione decima tertia, viceſimâ quinta die menſis Novembris, quæ fuit dies beatæ Catharinæ Virginis, & nos Rudolphus Dei gratiâ Dux Saxoniæ, prius recognoſcentes, quia præmiſſis interfuimus, ea vera eſſe, ſigillum noſtrum in eorundem evidentiam duximus his litteris apponendum, ſub dato & die prædictis. Nos autem Capitulum Bunnenſis Eccleſiæ, quia antedicta intrà oppidum Bunnenſe acta ſunt, & nobis conſtat vera eſſe, ſigillum Eccleſiæ noſtræ ad cauſas in horum firmitatem, ad preſentes Reverendi Domini noſtri Domini Henrici Archiepiſcopi Colonienſis prædicti appoſuimus huic ſcripto.

Et ego Tilmanus dictus de Unna, publicus auctoritate Imperiali Notarius, quia officio Unctionis & coronationis prædictarum, per dictum Dominum Archiepiſcopum Colonienſem, in perſonâ Sereniſſimi Domini Friderici Romanorum Regis factarum à principio usque in finem preſens interfui, ea, quæ in eisdem agebantur, ſolemniter vidi, & audivi, ſic acta eſſe, cum teſtibus antedictis, ad mandatum & requiſitionem præfati Domini Henrici Archiepiſcopi Colonienſis præſens inſtrumentum ex eisdem confeci, & in hanc publicam formam ſub anno Domini, indictione & die prædictis redegi, meoque ſigno conſueto ſignavi, vocatus ad hoc ſpecialiter rogatus.

ANNO 1314.

XLVIII.

16. Decembre. *Procuratio* ROBERTI *Jeruſalem & Siciliæ citra Farum Regis ad recipiendum Sacramentum* FREDERICI *de Aragonia Principis, ſuper Induciis inter eoſdem initis uſque ad Menſem Martii* 14. *Indictionis proximo futuræ.* CUM *Capitulis earundem Induciarum in dicta Procuratione contentarum. Datum Neapoli 16. Decembris anno* 1314. *Indictione* 13. *anno Regni*

ANNO 1314. *Regni VI.* [Autentique tiré des Archives de la Grande Cour Royale de Naples.]

RObertus, Dei gratia Rex Jeruſalem, & Siciliæ Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ & Forcalquerii, ac Pedimontis Comes, tenore præſentis Procuratorii notum facimus Univerſis, quod ſi quando pro Jurium noſtrorum obtentu Nos Principes, Barones & alios noſtros ſubditos exponimus curis, laboribus, & periculis juſté guerræ, Deum remque publicam jugiter habentes præoculis poſt decertationem diutinam noſtrorum compatimur tediis, & incommodis ſubjectorum, & ut ne viam ultioris concordiæ etiam pacem odientibus præcludamus, Belli calamitatum pro loco, & tempore Treugis, ſeu Induciis aſſentimur. Sane conſiſi de fide, prudentia, Nobilitate, & ſufficientia Viri Nobilis Thomaſii de Marzano Comitis Squillatii Mareſcalli, Jacobi Cantelmi Panetterii Regni Siciliæ, & Nicolai de Jamuilla Regni Mareſcalli Magiſtri Militum, Conſiliariorum, familiarium, & fidelium noſtrorum, ipſos Procuratores noſtros, & Nuncios ſpeciales facimus, conſtituimus, & ad infraſcripta Capitula ad hæc facta ſpecialiter ordinamus, ad præſentandum ſe in conſpectu, & præſentia ſpectabilis Viri Domini Federici de Aragonia, & ad recipiendum perſonaliter nomine, & pro parte noſtra Sacramentum, & Homagium ab eo, & infraſcriptis Nobilibus, & aliis videlicet Dopno Ferando Franciſco Comite Vintimilii, Riccardo Comite Poſſanici, Guillelmo Raimundi de Montecatione, Berengario L. . . . . de Cardone, Damiano de Palitio, Corrado Lancea de Caſtro Mainardi, Joanne de Camerano, Garſia Simeonis de Ayvaro, Michaeli Petri Dalbi, Martino Peris de Utes, Caſtellano Deimpoſta, Petro de Modico, & Federico de Antiſa ſuper Capitulis introſcriptis inter Nos, & dictum Dominum Federicum habitis, & firmatis, quæ nullo addito, vel mutato ſunt per omnia continentiæ infraſcriptæ. Debent fieri Treugæ ex nunc usque ad Menſem Martii Quartæ decimæ Inditionis primo futuræ inter Illuſtrem Principem Dominum Robertum Jeruſalem, & Siciliæ Regem, & ſpectabilem Virum Dominum Federicum de Aragonia videlicet, quod in iſto medio tempore, vel intervallo quilibet ipſorum teneat loca, quæ tenent tam in Inſula Siciliæ, quam in Calabria quieté. Item quod dictam Treugam ſervabit dictus Dominus Federicus per ſe, & ſuos ſubditos, & alios juxta poſſe, & bona fide, non offendendo, nec faciendo offendi, aut in cauſa offenſionis quomodolibet eſſendo Terras, & ſubditos videlicet Regnum ultra Farum cum Inſulis ſibi adjacentibus, Comitatus Provinciæ, & Forcalquerii, & Pedimontis, Tuſciam, Lombardiam, Ferrariam, Romaniolam, Comitatum Brittonorii, Urbem cum ſuo diſtrictu, Campaniam, Maritimam, in perſonis vel rebus: Item quod in dictis locis, quæ quælibet tenebit, & ſuo diſtrictu poſſint ædificare, ligna, paleas, herbam, & alia neceſſaria accipere, & quæliber Victualia à convicinis ſua pecunia communi foro tuto habere, nec per aliquam partium dictis locis, quæ medio tempore, ut præfertur, quælibet pars tenebit, poſſit vel eis liceat aut alicui ipſorum obſidionem, vel ſtabilitam apponere, nec ad hoc facere aliquem apparatum, quousque tempus ipſarum Treugarum totaliter ſit elapſum. Et ut prædictæ Treugæ firmius obſerventur, prout ſuperius eſt conventum, præfatus Dominus Federicus perſonaliter jurabit ad Sancta Dei Evangelia, libro tacto, prædicta omnia, & ſingula bona fide obſervare, nec contra ipſa per ſe, ſuos ſubditos, vel alios directe, vel indirecte venire, & de hiis præſtabit, vel faciet in manibus Procuratorum dicti Domini Regis Roberti Homagium, quod ſi contraveniat, ſecundum omnem Conſuetudinem, vel obſervationem & ſecundum omne Jus, nec ab hiis poſſit aliquorum, vel alicujus diſpenſatione, licentia, vel mandato abſolvi, non obſtantibus etiam aliquibus pactis, vel conventionibus initis jam, vel in antea ineundis, ſit, & reputetur ipſo facto, non obſtantibus quibuscumque defenſionibus, vel excuſationibus proditor, & perjurus, & ſimilia Sacramentum, & Homagium infraſcripti Nobiles, & quidam alii devori, & ſubditi dicti Domini Federici, videlicet, Comes Manfridus, Joannes Miles frater ſuus Vice admiratus Domini Federici, Bernardus de Sarriano, Dopnus Sancius de Aragona, Dalmatius de Caſtro Novo Miles, Gilibertus de Apilia, & Palaſinus, & Obſervatores dictarum Treugarum ſint Reges Agonum, & Majoricarum tamquam Communes ad hæc Mediatores; Ita tamen quod nil aliud habeant facere nec de quibuscumque aliis ſe intromittere, nec usque ad tempus prædictum dumtaxat de obſervantia prædictorum, dantes prædictis Procuratoribus, & Nunciis noſtris generalem, & liberam poteſtatem, & omnia alia circa præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum faciendi, quæ nos facere poſſemus, ſi ibidem preſentialiter adeſſemus. Promittentes, & obligantes Nos, & hæredes noſtros ſub hypotheca bonorum noſtrorum omnium, nos ratum habituros, & firmum quidquid per prænominatos Procuratores, & Nuncios Noſtros actum, geſtum, receptum fuerit, ac etiam procuratum in prædictis, & quolibet præmiſſorum. In cujus rei teſtimonium præſens Procurationis ſcriptum fieri, & pendenti Majeſtatis Noſtræ Sigillo juſſimus communiri. Actum in Obſidione Trapani, Præſentibus Venerabilibus Patribus Franciſco Gajetano, & Petro Rapollano Epiſcopis Jordano de Sancto Felice Juris Civilis Profeſſore Magnæ Noſtræ Curiæ Appellationum Judice, Nicolao de Coſtantio Juriſperito, Guillelmo de Ebulo, Philippo Surdo Mareſcalle noſtræ, Jacobo de Caſtrocucco Armaturarum noſtrarum Magiſtris, Militibus, Gerardo Spinula de Luco de Janua Cambellanis familiaribus, & fidelibus noſtris & Datum ibidem Anno Domini * 1334. die 16. Octobris decimæ tertiæ Inditionis Regnorum noſtrorum Anno VI.

ANNO 1314.

Extracta eſt præſens Copia ab originali Regeſto Regis Roberti ſignato de Anno 1314. *litera C. folio* 42. *quod conſervatur in Archivo Magnæ Regiæ Curiæ Siclæ, cum quo facta collatione concordat, meliori tamen ſemper ſalva; Et in fidem Reverendiſſimus U. J. D. Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus Præsbyter Cardinalis, D. Honuphrius Sicola Regius Archivarius à ſua Catholica, & Cæſarea Majeſtate conſtitutus poſt ſubſcriptionem cujuſlibet paginæ hic tandem ſe ſubſcripſit. Datum Neapoli die* 15. *Julii* 1718.

Canonicus D. Honuphrius Sicola.

L.S.

* 1334. L'erreur eſt ici fort grande. Il faut lire 1314. On n'en peut douter, ſi on prend garde aux années de l'Indiction, à celles du Regne, & à celles du Regiſtre où la Piece ſe trouve. Si la vraye date eût été de l'an 1334. le Prince Frideric avec qui Robert traite y ſeroit qualifié Roi, mais cela ne ſe pouvoit pas en 1314. parceque ſon Frere Jaques vivoit encore. [DUM.]

XLIX.

Declaration des ESTATS DE BRETAGNE *ſolemnellement aſſemblés au ſujet du Droit de Regale & de la Garde des Egliſes, qu'ils reconnoiſſent appartenir au Duc comme Seigneur Souverain & Fondateur. Le Jeudi apres Miſericordia Domini.* 1315. [LOBINEAU *Hiſtoire de Bretagne* Aux preuves col. 464.]

1315. 10. Avril.

EN ceſt Parlement general de Bretaigne, ſeians Monſeignor le Duc de Bretaigne en preſence de ſes Eſtaz aſſemblés, les neuf Eveſques du Duché ſavoir ceux de Rennes, de Dol, de Nantes, S. Malo, Cornoaille, Vannes, S. Brieuc, Leon, & Treguer; & auſſi les Procureurs & Commis eſpeciaux des Dignitez & Chapitres de celles Egliſes, quiels ont aſſemblement dit eſtre cumpris en cedit Parlement bien aſſemblé, comme membres des Eſtaz dudit Duché, ainſi que ils le devoint & ſont tenus faire, par cauſe de leurs tenuës, fiefs, & Regaires de leurs Egliſes & Chapitres fondez des Rois, Ducs, & autres Princes de Bretaigne, & de mondit Seigneur le Duc comme leur droiturier ſucceſſeur, & l'ont reconnu & reconnoiſſent leur Prince & Souverain Seigneur & que à luy, & non à autre Prince Seculier, les Regaires & Chapitres deſſuſdits ſont en temporel; & que la garde & ſauvegarde deſdites Egli-

ANNO 1315. Egliſes & Chapitres lui appartiennent, & la joüiſſance des fruis temporels deſdits Regaires, les Sieges vacanz & deveſtus, & tandis qu'il y ait proviſion de Prelats receuz & mis eſdites Egliſes par mondit Seigneur, comme en tel cas les en a acouſtumé uſer. Et auſſi ont confeſſé que des appeaux des Cours temporelles deſdits Eveſques & Chapitres, & ledit Eveſque de Nantes de ſes grans jours ſeulement, l'en en peut & doit appeller & relever au Parlement general du Duché de Bretaigne, & en attendre la Sentence que ſe peut relever au Siege Apoſtolique & non ailleurs; & que ainſi eſt le droit des Princes du Duché, quiels de leurs Souverainetez y ſont fondez, quielconques diverſitez qui par hoſtilitez & autres moyens ſe ſont enſuys ou temps paſſé. Et entant qu'aucuns deſdits Prelaz ou Chapitres auroient obtenuës quielconques lettres ou exploits au contraire de ceſt adveu, ils y ont renoncé pour eux & leurs ſucceſſeurs, & ont voulu & promis eſtre bons & loyaux ſubgetz au Duc & au Duché, & obeiſſantez ez choſes devantdites. Et partant en ont eſté ceſtes preſentes baillées à mondit Seigneur, & regeſtrées en ſondit Parlement tenu en la Cité de Rennes o ſollemnité des trois Eſtaz, le Jeudi après *Miſericordia Domini.* MCCCXV. ans après l'an de N. S. ainſi ſigné, par la Cour dudit Parlement, preſentez les trois Eſtaz, Rouxeau. Et apparoiſt avoir eſté ſcellé en queuë ſimple en cire vermoille d'un eſcu en eſchiquier à un quartier d'hermines. Collatio facta eſt. *Ch. de Nantes arm. F. caſſette B. n.* 18. *& arm. N. caſſette B. n.* 14.

L.

25. Mai. *Epiſtolæ* ROBERTI *Regis Siciliæ citrà Farum ad Paduanenſes, quâ, enarratione præmiſſa Pactorum Dotalium Sororis ejus* BEATRICIS *cum* AZONE *Marchione Eſtenſe, conqueritur de indebita occupatione tertiæ partis Terræ Landenariæ ad dictam* BEATRICEM *pertinentis per ipſos facta, rogatque, ut ſine fruſtratoria vel cavillatoria tarditate omnia reſtituant. Datum Neapoli 25. Maii 1315. Indictione 13. anno Regni ejus VII.* [Autentique tiré des Archives de la Grande Cour Royale de Naples.]

RObertus &c. Nobilibus, & diſcretis Viris Poteſtati, Capitaneo, Anzianis, Conſilio, Populo, & Communi Civitatis Paduæ, dilectis Amicis, & devotis ſuis ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Tempore contracti dudum Matrimonii inter bonæ memoriæ Aczonem Marchionem Extenſem ex parte una, & ſpectabilem Mulierem Beatricem Sororem noſtram, ex altera, idem Marchio de ſumma quinquaginta unius millium florenorum auri, quæ pro dotario ipſi noſtræ Sorori conſtituit in Regno noſtro Siciliæ Comitatum Andriæ de Provincia Terræ Bari pro triginta millibus florenorum auri à Curia noſtra emit, pro viginti uno millibus verò florenorum auri de ipſa ſumma reſiduis idem Marchio Terras ſuas Caparii, & Miliarii ſitas in diſtrictu Civitatis Ferrariæ, nec non tertiam partem alterius Terræ ſuæ Lendenariæ de diſtrictu dictæ Civitatis Paduæ cum hominibus, Juribus, & rationibus earum ſimul cum ipſo Comitatu Andriæ mandavit, & fecit prædictæ noſtræ Sorori pro dicto Dodario realiter aſſignari, quibus omnibus conſentientes, quondam Franciſcus de Exta Miles, Marchionis prædicti Germanus, & Univerſitates hominum Civitatis Ferrariæ, Terrarum Caparil, & Miliarii, & tertiæ Partis Terræ Lendenariæ prædictarum, in quantum in hiis, vel eorum aliquibus tangebantur tunc, & tangi quomodolibet poterant in futurum, & omnia expreſſius confirmarunt, ex qua quidem Cauſa Dotarii taliter conſtituti prædicta Soror noſtra dictam tertiam partem ipſius Terræ Lendenariæ, ſicut & præfatas alias Terras Caparii, & Miliarii, prout ſeu Vicarios, & Procuratores ſuos per longum tempus continue tenuit, & poſſedit. Succeſſit autem poſtea dum adhuc viveret præfatus Marchio Vir ipſius, quod inter ipſum Marchionem, & vos diſſenſione ſuborta, Vos memoratam tertiam partem ejusdem Terræ Lendenariæ ejectis ab illa Vicariis, & Procuratoribus aliis nomine dictæ Sororis noſtræ tenentibus, & poſſidentibus eam detinuiſtis ex tunc, & nunc etiam detinetis indebite occupatam. Cum igitur præmiſſa ſint liquide ſenſibus noſtris nota tam per documenta legitima inde ſumpta claræ memoriæ Domino Patri noſtro, nobisque ſubſequenter obſtenſa, quam plurium Collateralium, & officialium noſtrorum tunc præſentium Confectioni aliquorum ex hujusmodi documentis, per quorum examina, ſivè Conſilia ipſorum documentorum directio, ac ordinatio proceſſiſſe dinoſcitur, teſtimonia fide digna, Nobilitatem, Amicitiam, & dilectionem veſtram attentè requirimus, & rogamus, quatenus provide actendentes quid in hac parte favoris pariter, & affectus pro ipſa Sorore noſtra ſecundum Deum, & ipſam puram ſubſtantiam veritatis exigat Juſtitiæ debitum, ad hujus noſtræ ſcriptionis potiſſimè interceſſum, poſſeſſionem prædictæ tertiæ partis memoratæ Terræ Lendenariæ cum hominibus, Juribus, Rationibus, & pertinentiis ejus nec non fructibus omnibus medio tempore inde perceptis reſtituatis memoratæ Sorori noſtræ, vel perſonæ pro ea legitimæ, ſine quavis fruſtratoria, vel cavillatoria tarditate, ut ubi per efficacem, & celerem reſtitutionem poſſeſſionis ejusdem hanc noſtram amicam paginam realiter admiſiſſe vos conſtet, pro vobis, & noſtris in Caſibus ad nos mutuæ vicis rependium interpellet. Data Neapoli Anno Domini 1315. die 25. Maii XIII. Indictionis Regnorum noſtrorum anno VII.

Extracta eſt præſens Copia ab originali Regeſto Regis Roberti ſignato de Anno 1314. *litera C folio* 206. *ab quod conſervatur in Archivo Magnæ Regiæ Curiæ Sicilæ, cum quo facta collatione concordat, meliori tamen ſemper ſalva, Et in fidem Reverend. J. U. D. Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus Præsbyter Cardinalis, D. Honuphrius Sicola Regius Archivarius a ſua Catholica, & Cæſarea Majeſtate conſtitutus poſt ſubſcriptionem cujuslibet paginæ hic tandem ſe ſubſcripſit. Datum Neapoli die* 8. *Junii* 1718.

Canonicus D. Honuphrius Sicola.

L. S.

LI.

25. Mai. LUDOVICI *Bavari Regis Romanorum Reſcriptum, quo Civitates* UNDERWALD, URACH, *&* SWITZ, *quæ ad inſtantiam Abbatis Eremi, &* LEOPOLDI *Ducis Auſtriæ a Judicio Rotuilenſi proſcriptæ, & ab Epiſcopo Conſtantienſi excommunicatæ fuerunt, auctoritate Imperiali abſolvuntur, & Imperii Societati reſtituuntur. Datum in Nuremberg* 8 *Kal. Junii, Regni ejus anno I.* [GOLDASTI Conſtitut. Imp. Tom I. pag. 324.]

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Auguſtus, Prudentibus viris vallium in Underwald, Urach, & Suitz, fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam & omne bonum.

1. Majeſtatem noveritis Regiam adverſitatibus veſtris ex animo condolere. Veruntamen, annuente Altiſſimo, ſperamus veſtris doloribus brevi in tempore per nos remedia ſalubria exhiberi. Unde tanquam viri conſtantiſſimi adverſariorum Comminationibus non ſinatis animos veſtros aliqualiter demulceri.

2. Præterea, ut ex ſcriptis veſtris collegimus, vos ex parte cujuſdam Abbatis, dicti de Einſidel, ad proſcriptionis ſententias perveniſſe, à quibus vos præſentibus abſolvimus, reſtituentes perſonas & res veſtras in ſtatum priſtinæ libertatis.

3. Adhæc de ſententiis excommunicationum in vos latis Venerabilis Petrus Archiepiſcopus Moguntinenſis, Princeps noſter dilectus, abſolutionem committendam Decanis & Rectoribus Eccleſiarum veſtrarum vobis veraciter repromiſſit, & ſe eiſdem velle ſuas dirigere Litteras authorizabiles, & patentes.

ANNO 1315. 4. Et ſecuros vos reddimus, quòd omnibus Advocatis & fautoribus noſtris, tum Nobilibus, tum Civitatenſibus, vos defenſare & coadjuvare præcipimus & monemus, quotiens & quandocunque per vos fuerint requiſiti. Datum in Nurenberg. VIII. Kal. Junii, Regni noſtri anno primo.

LII.

11. Septembre.. *Liga defenſiva inter Communia* VERONÆ, VINCENTIÆ, MANTUÆ, *ac* MUTINÆ *ex unâ, nec non* PISÆ *atque* LUCÆ *ex alterâ parte, quâ ſibi invicem Conſilium, auxilium, & defenſionem contra hoſtes promittunt. Inſertum eſt primum projectum iſtius Ligæ contrahendæ, ſed valde defectuoſum. Actum Piſis 3. Idus Septembris, Anno* 1315. *Indictione XII.* CUM *Mandato Communis* Piſanorum *pro prædictâ Ligâ ineunda. Actum Piſis Indictione, Anno, menſe, & die quibus ſuprà.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

IN Eterni Dei Nomine. Conſilium, Senatus, & Credentiæ Anthianorum Piſani Populi & eorum Conſilii Minoris, & Majoris, videlicet quindecim per quatuor Centum & duodecim Populi Conſilii dicti Majoris, Conſilium Mercatorum, Conſilium Artis Lanæ, Capitaneorum, & Priorum Septem Artium, Capitaneorum Millitum, Capitaneorum Judicum, & Notariorum Advocatorum Piſani Communis, Capitaneorum Partituum Sardineæ. Quinquaginta Sapientum Virorum per quodlibet quatuorcentum Piſanæ Civitatis in Conſilio Senatus, & Credentiæ more ſolito electorum. Capitaneorum, Conſaloneriorum Societatum Populi, Quadringentorum, & Mille de Populo ad Conſilia deputatorum a Magnifico & Potente Domino Ugiuccione de Faggiola Piſanorum Poteſtate, & Capitaneo generali Piſani Communis, & Populi, & Capitaneo Societatis Ligæ Piſanorum, & Lucanorum generali, vice, & nomine Piſani Communis, & pro Communi Piſano ſub Sacramento petitæ. Cum intellexeritis nunc legi coram Vobis formam, & tenorem Societatis, Fraternitatis, Unionis, & Ligæ fiendæ & firmandæ in Nomine Altiſſimi Jeſu Chriſti & ad reverentiam, & laudem divinæ Majeſtatis & gloriam & honorem Sacri Romani Imperii, & aumentum & bonum ſtatum Partis Imperialis, & omnium Amicorum inter Nobiles, & Magnificos Dominos Canem grandem de la Scala, per Sacrum Imperium Vicarium Veronenſem & Vicentinum & Chechinum de la Scala Nepotem ejus, & Rainaldum de Bonacolſis, & Boteronum fratrem ejus per idem Romanum Imperium Vicarios Mantuæ, & Dominos Civitatis Mutinæ generales atque Communia Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ, & Mutinæ eorumque Sindicos & Procuratores, Sindicario & Procuratorio nomine pro eis ex una Parte: Et Nobiles & Magnificos Dominos Dominum Ugiviccionem de la Faggiola, Poteſtatem & Capitaneum Civitatis & Populi Piſarum, ac etiam Capitaneum Ligæ Piſanorum, & Lucanorum generalem & Franciſcum filium ejus, Poteſtatem, & Capitaneum Civitatis, & Populi Lucæ, atque Communia Piſarum, & Lucæ, eorumque Sindicos, & Procuratores ex altera. Et videatur expediens & utile prædicta referri Veſtro Conſilio, & ſuper eis auctoritate veſtri Conſilii provideri, ut ad perfectionem prædictæ Societatis, & Ligæ effectiva ſalubritate procedatur, ſi conſulitis & placet Vobis, quod dicta Societas, Unio, & Liga fiant, & perficiantur ſecundum dictam formam & tenorem nunc coram Vobis lectum, & lectam, quæ forma, & tenor infra ſingulariter deſcribuntur. Et omnia fiant. & fieri poſſint, & executioni mandari, quæ neceſſaria fuerint pro dictis Societate, & Unione, & Liga complendis, & firmandis & ſicut poſſet facere hoc Conſilium, & totum Commune, & Populus Piſanus, & quod pro prædictis, & infraſcriptis, & quolibet eorum faciendis, contrahendis, & complendis eligatur, & fiat & ex nunc electus habeatur & ſit auctoritate Veſtra Sindicus, & Procurator prædicti Domini Ugiuccionis Poteſtatis & Capitanei generalis, & Dominorum Anthianorum Piſani Populi, & Piſani Communis, & Populi, Nobilis & Sapiens Vir Dominus Guido Maſcha Jur. Peritus honorabilis Piſanus Civis, quem preſentem, & recipientem Magnificus Vir prædictus Dominus Ugiuccio, Poteſtas, & Capitaneus ſupraſcriptus, & Colus Leonerius Anthianus, & Prior Anthianorum Piſani Populi, & Johannes Tadii. Colus Curatore. Colus Guanguallia Vinanæ. Bonajuncta Spanſi, Peruccius Fini de Perlaſtio. Mone de Jollii, Jacobus de Biuti, Calch. Brancha Vacchatella, & Guido Redulſi Cerbulanæ. Anthiani Piſani Populi Poteſtariatus, & Capitaneatus & Anthianatus nomine pro Communi, & Populo Piſano. Et nos prædictum Conſilium præſentia & auctoritate prædictorum Dominorum Poteſtatis, & Capitanei, & Anthianorum una cum eis fecerunt, & conſtituerunt, & faciunt, & conſtituunt Sindicum, & Procuratorem ad omnia ſupradicta, & infraſcripta facienda, & complenda, & ad faciendum, & recipiendum promiſſiones, ſtipulationes, conventiones, & pacta, de quibus, & ſicut videbitur, & opportunum fuerit cum pænalibus ſtipulationibus, & obligationibus neceſſariis, & ad obligandum prædictos Dominos Poteſtatem, & Capitaneum, & Anthianos, & Commune, & Populum Piſanum, ſicut eidem Sindico, & Procuratori videbitur, & juramentum quodcumque præſtandum, & faciendum in animas eorum. Concedentes eidem ſuper prædictis, & eorum executione liberam bayliam, & generale Mandatum, & ad faciendum generaliter omnia alia, & ſingula, quæ ad prædicta, vel aliquid prædictorum pertinerent, & pro eorum executione, & cujusque eorum neceſſaria fuerint, etiam ea ſine quibus aliqua prædictorum explicari non poſſent, ſicuti prædicti Dominus Piſanus Poteſtas, & Capitaneus, & Domini Anthiani, & Vos per dictum Conſilium & totum Commune, & Populus Piſanus facere poſſet, & poſſetis. Promittentes per ſtipulationem Mihi Bonoincontro Notario infraſcripto agenti, & ſtipulanti pro omnibus, & ſingulis, quorum intereſt, vel intererit, ſeu vice, & nomine ipſius Communis, ut dictum eſt, firmum & ratum habiturum ſemper, & omni tempore totum, & quicquid per dictum Sindicum & Procuratorem actum, & procuratum fuerito ſub obligatione omnium bonorum Piſani Communis.

Summa ſupraſcripti Conſilii celebrati Piſis in Majori Eccleſia Piſanæ Civitatis, ubi ſit majus Conſilium Piſanæ Civitatis ibique coadunati mandato ſupraſcripti Domini Poteſtatis voce Præconum, & ſono Campanæ, ut moris eſt, partitu facto inter dictos Conſiliarios prædicti Conſilii, mandato ſupraſcripti Domini Poteſtatis a Domino Jacobo Magnifici Roſſelli de Antio Legum Doctore, Judice & Vicario ſupraſcripti Magnifici Viri Domini Ugiuccionis Piſani Poteſtatis, & Capitanei ſupraſcripti ad ſedendum, & levandum more ſolito in præſentia mei Bononcontri Notarii de Ripa Arni Scribæ publici Cancellarii Piſani Communis, & Domini Petri de la Porta, Militis & ſocii ſupraſcripti Domini Poteſtatis, Leopardi de Morona Notarii Cancellarii Anthianorum Piſanorum Piſani Populi, & Ricciardi de Calcinaria Notarii, & Scribæ publici eorundem Anthianorum Piſani Populi, & Januccii, & Meris de Vulpo public. Banneriorum Piſani Communis & aliorum plurium Teſtium ad hæc, & ut in dicto titulo per omnia, & ſingula continetur, Dominicæ Incarnationis Anno Miileſimo trecenteſimo quinto decimo, Indictione duodecima, tertio Ydus Septembris, ſecundum curſum & conſuetudinem Piſanæ Civitatis.

In Nomine Chriſti Amen. Hæc forma Societatis, Fraternitatis Unionis, & Ligæ fiendæ, & contrahendæ inter Nobiles, & Magnificos Dominos Ugiuccionem de Faggiola Poteſtatem, & Capitaneum Civitatis, & Populi Piſarum, & ſimiliter Capitaneum Ligæ Piſanorum, & Lucanorum, & Franciscum filium ejus Poteſtatem, & Capitaneum Civitatis, & Populi Lucæ atque Communia Piſarum, & Lucæ, & Dominum Guidonem Maſcham Jur. Peritum, Honorabilem Piſanum Civem, Sindicum, & Procuratorem prædicti Domini Ugiuccionis Poteſtatis, & Capitanei, & præfati Piſarum Communis & Populi Sindicario, & procuratorio nomine pro ipſo Domino Poteſtate, & Capitaneo, & Communi, & Populo Piſarum, ut de Sindicatu conſtat per Cartam rogatam, & ſcriptam a me Bononcontro Notario ſupraſcripto, hodie ut ſupra dicitur in ſupraſcripto Conſilio. Et. . . . . Sindicum, &

ANNO 1315.

ANNO 1315. & Procuratorem Domini Franciſci Poteſtatis, & Capitanei memorati, & Communis Lucæ, ut conſtat de Sindicatu in Carta inde rogata a. . . . . Sindicario, & Procuratorio nomine, ut dictum eſt ex una parte, & Nobiles, & Magnificos Dominos Canem grandem de la Scala, per Sacrum Romanum Imperium Vicarium Veronenſem & Vicentinum, & Chechinum de la Scala Nepotem ſuum, & Sapientem, & discretum Virum Dominum Petrum de Saccho Jur. Peritum, Sindicum, & Procuratorem eorundem Domini Canis grandis Vicarii memorati, & Chechini Nepotis ſui, & Communium Veronæ, & Vicentiæ prædictæ, ut patet per Cartam rogatam, & ſcriptam, & firmatam a Severino Notario quondam Domini Creſcimbenis de Saccho Notario Cive Veronæ, ſub Annis Domini a Nativitate Milleſimo trecenteſimo quarto decimo, Indictione duodecima, die Sabbati ultima Auguſti. Et Nobiles & Magnificos Dominos Rainaldum de Bonacolſis & Botteronum fratrem ejus, per idem Romanum Imperium Vicarios Mantuæ & Dominos Civitatis Mutinæ generales, & Dominum Bernardinum de Nuvolono Juris Peritum, Sindicum, & Procuratorem eorundem Dominorum Rainaldi, & Bottironi Vicariorum memoratorum, & Communium Mantuæ, & Mutinæ, ut conſtat per publicum Inſtrumentum rogatum, & ſcriptum a Forate Maynecci Notario de Capalle Flor. Dioceſ. ſub annis Domini a Nativitate Milleſimo trecenteſimo quartodecimo, Indictione duodecima, die quarta Menſis Septembris Sindicario, & procuratorio nomine pro eis, ut dictum eſt ex altera.

Primo videlicet quod prædicti Domini Ugiuccio, & Franciſcus Capitanei, & Communia Piſarum, & Lucæ & eorum Sindici pro ſe, & Amicis ſuis de Civitatibus, & diſtrictibus Piſarum & Lucæ, qui nunc ſunt Amici ipſorum Dominorum, & Communium, & remanebunt in futurum, qui Domini, & dicti ſui Amici nunc regunt Communia Piſarum, & Lucæ, habebunt, tenebunt, & tractabunt perpetuo præfatos Dominos Canem grandem, Chichinum, Rainaldum, & Botteronum fratres Vicarios memoratos, Communia Civitatum Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ & Mutinæ & eorum Amicos de Civitatibus ipſis, atque diſtrictibus Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ, & Mutinæ, qui nunc ſunt Amici ipſorum Dominorum, & Communium, & remanebunt in futurum, pro ſuis veris Amicis, & è converſo prædicti Domini Canis grandis, Chechinus ejus Nepos, Raynaldus, & Botteronus fratres Vicarii, & Communia Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ, & Mutinæ pro ſe, & Amicis ſuis de Civitatibus, & diſtrictibus earum, qui nunc ſunt Amici ipſorum Dominorum, & Communium, & remanebunt in futurum, qui Domini, & dicti ſui Amici regunt Communia Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ & Mutinæ, habebunt, tenebunt, & tractabunt perpetuo Dominos Ugiuccionem, Franciſcum Capitaneos memoratos, Communia Piſarum, & Lucæ, & eorum Amicos de Civitatibus ipſis, atque diſtrictibus Piſarum, & Lucæ, qui nunc ſunt Amici ipſorum Dominorum, & Communium, & remanebunt in futurum, pro ſuis veris Amicis.

Item quod ſupradicti Domini Ugiuccio, & Franciſcus Capitanei, & Communia Piſarum, & Lucæ pro ſe & Amicis ſuis prædictis habebunt, tenebunt & tractabunt perpetuo Inimicos dictorum Dominorum Canis grandis, & Chechini, Rainaldi, & Bottironi fratrum Vicariorum, atque Communium Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ, & Mutinæ tam de Verona, Vincentia, Mantua, & Mutina, quam aliunde, pro ſuis Inimicis, & contra ipſos Inimicos pro poſſe dabunt, & præſtabunt Conſilium, auxilium, & favorem, & è converſo quod ſupradicti Domini Canisgrandis, Chichinus Nepos ejus, Rainaldus & Bottironus fratres Vicarii, & Communia Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ, & Mutinæ pro ſe, & Amicis ſuis prædictis habebunt, tenebunt, & tractabunt Inimicos dictorum Dominorum Ugiuccionis, & Franciſci Capitaneorum, atque Communium Piſarum, & Lucæ tam de Piſis, & Luca, quam aliunde, pro ſuis Inimicis, & contra ipſos Inimicos pro poſſe dabunt, & præſtabunt Conſilium auxilium & favorem.

Et ſi nova guerra moveretur, ſive fieret alicui prædictorum Dominorum. . . . . Fraternitatis, & Ligæ prædictæ teneantur, & debeant cæteri Domini, & Communia dictæ Ligæ invicem eos defendere contra quos moveretur, fovere, & adjuvare ad poſſe ſuum. ANNO 1315.

Item quod omnes & ſinguli Bamniti pro parte, proditione vel alia cauſa. . . . . .

☞ Deficit reſiduum tenoris iſtius Capituli nec non ſubſequentes Clauſulæ generalis obligationis bonorum, attenta coraſione Pergamenæ, ubi prædicta erant ſcripta, ut eruitur è quibusdam verbis adhuc extantibus.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti ad Laudem, & reverentiam Divinæ Majeſtatis, & Beatæ glorioſæ Virginis Matiæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum ejus, & honorem, & reverentiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ & ad exaltationem Sacroſancti Romani Imperii, & ad aumentum, & bonum Statum Partis Imperialis, quæ diciur Gibelina, & omnium Amicorum, & ad aumentum, & gloriam, & bonum, & pacificum, & ſalutarem Statum Nobilium, & Magnificorum Dominorum Canis grandis de la Scala per Sacrum Romanum Imperium Vicarii Veronens. & Vicentin. Chechini de la Scala Nepotis ejus, & Rainaldi de Bonacolſis & Bottironi fratrum per idem Romanum Imperium Vicariorum Mantuæ, & Dominorum Civitatis Mutinæ, generalium, atque Communium Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ, & Mutinæ prædicte, & Nobilium, & Magnificorum Dominorum Ugiuccionis de la Faggiola Piſanorum Dei Gratia Poteſtatis, & Capitanei generalis Piſani Communis, & Populi, ac etiam Capitanei Societatis Ligæ Piſanorum, & Lucanorum generalis, & Franciſchi de Faggiola ejus filii, Civitatis, & Populi Poteſtatis, & Capitanei generalis atque Communium Piſarum, & Lucæ prædictorum, & eorum, & cujuscumque eorum Amicorum ſapiens, & diſcretus Vir Dominus Guido Maſcha ſupraſcriptus Juris Peritus, honorabilis Piſanus Civis, Sindicus & Procurator ad hæc legitime conſtitutus, per Cartam rogatam, & ſcriptam, & confirmatam a me Bononcontro Notario infraſcripto hodie ſupraſcripti Magnifici & Nobilis Viri Domini Ugiuccionis de Faggiola Piſarum Poteſtatis, & Capitanei, & Piſani Communis, & Populi ſindicario, & procuratorio nomine, ut dictum eſt, etiam preſentia, & conſenſu præfati Ugiuccionis Poteſtatis, & Capitanei Dominorum Anthianorum, & rotius prædicti Conſilii. Et ipſe Idem Dominus Ugiuccio Poteſtas, & Capitaneus ſuo proprio, & privato nomine ex una parte, & ſapiens, & diſcretus Vir Dominus Petrus de Saccho Jur. Peritus, Sindicus, & Procurator ſupraſcriptorum Nobilium, & Magnificorum Dominorum Domini Canis grandis Vicarii ſupraſcripti, & Chechini ſupraſcripti Nepotis ejus, & prædictorum Communium Veronæ, & Vincentiæ ad hæc legitime conſtitutus per Cartam rogatam, & ſcriptam & firmatam a Severino Notario quondam Domini Creſcembenis de Saccho Civem Veronæ, ſub Annis Domini a Nativitatis ejus milleſimo trecenteſimo quarto decimo, Indictione duodecima, die Sabbati ultima Auguſti, & a me Bononcontro viſa, & lecta, ſindicario & procuratorio nomine pro eis, ut dictum eſt. Et ſapiens, & diſcretus Vir Dominus Bernardinus de Nuvolono Jur. Peritus, Sindicus, & Procurator ſupraſcriptorum Nobilium, & Magnificorum Dominorum Reinaldi, de Bonacolſis, & Botteroni fratrum Vicariorum, & prædictorum Communium Mantuæ, & Mutinæ ad hæc, & alia legitime conſtitutus per Cartam rogatam, & ſcriptam, & firmatani a Forenſe Maynecci Notario de Capelle Flor. Dioc. ſub annis a Nativitatis ejus milleſimo trecenteſimo quartodecimo, Indictione duodecima, die Mercurii quarta Menſis Septembris, & a me Bononcontro Notario viſam, & lectam, ſindicario, & procuratorio nomine, ut dictum eſt, ex altera, ſocietatem, firmitatem, Unionem, & Ligam inter ſe nominibus, quibus ſupra, fecerunt, & contraxerunt perpetuo duraturam cum infraſcriptis pactis, Articulis, conditionibus, & tenoribus: videlicet quod ipſe Dominus Ugiuccio Poteſtas, & Capitaneus præfatus, & Commune Piſarum pro ſe, & Amicis ſuis de Civitate & diſtrictu Piſarum, qui nunc ſunt Amici ipſorum Domini Ugiuccionis Poteſtatis, & Capitanei, & Franciſci ſcripti ejus filii, & dicti Piſani Communis, & remanebunt in futurum, ipſos Nobiles, & Magnificos Dominos Canem grandem, & Chechinum ejus Nepotem, & Rainaldum, & Botte-

ANNO 1315. Botteronem ejus fratrem Vicarios, & quemlibet eorum, & eorum, & cujuscunque eorum Amicos, & prædicta Communia Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ & Mutinæ, & quodlibet eorum, & cujuscunque eorum Amicos, & de ipsis Civitatibus, & qualibet ipsarum, earumque districtibus, & qui nunc sunt Amici ipsorum Dominorum, & Communium, & cujuscunque eorum, & remanebunt in futurum, habebunt, tenebunt, & tractabunt perpetuo pro suis veris Amicis, & è converso quod ipsi Nobiles, & Magnifici Domini Canegrandis Vicarius scriptus, & Chechinus ejus Nepos prædictus, & Rainaldus, & Botteronus frater ejus Vicarii scripti, & prædicta Communia Veronæ, Vincentiæ Mantuæ, & Mutinæ, & quodlibet, & quilibet ipsorum pro se, & suis Amicis de Civitatibus, & districtibus ipsorum Communium Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ, & Mutinæ, & cujuscumque ipsorum, qui nunc sunt Amici ipsorum Dominorum Canisgrandis Vicarii, & Chechini ejus Nepotis, & Rainaldi, & Bottironi fratris ejus Vicariorum, & uniuscumque eorum, & prædictorum Communium Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ, & Mutinæ, & cujuscumque eorum, & remanebunt in futurum. Ipsos Nobiles, & Magnificos Dominos Ugiuccionem Potestatem, & Capitaneum scriptum, & Franciscum ejus filium, & quemcumque eorum, & eorum, & cujuscumque eorum Amicos, & Commune Pisarum, ejusque Amicos, & districtuales, qui nunc sunt Amici, & in futurum remanebunt, habebunt, tenebunt, & tractabunt perpetuo pro suis veris Amicis. Et è converso prædictæ Partes & quælibet earum facient & observabunt de inimicis cujuscumque prædictarum Partium, & pro posse præstabunt sibi ad invicem, & dabunt contra eosdem Inimicos Auxilium, Consilium, & favorem. Item quod omnes & singulos Bannitos pro parte, proditione, vel alia causa dictorum Dominorum Ugiuccionis, & Franciſci Capitaneorum, & prædictorum Communium Pisarum, & Lucæ, ita quod de Luca intelligatur completa, & ratificata per Sindicum generalem dicti Communis Lucæ ipsa societas, & Liga, & qui de cætero bannirentur pro parte, proditione, vel alia causa, intelligantur etiam, & sint simili modo banniti prædictorum Dominorum Nobilium, & Magnificorum Dominorum Canisgrandis Vicarii, Chechini, & Rainaldi, & Bottironi Vicariorum prædictorum Communium, & Civitatum Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ, & Mutinæ, & eorum & cujuscunque eorum, nec in ipsis Civitatibus, seu Communibus, aut aliqua ipsorum, vel ipsarum, sive earum, vel alicujus earum districtibus venire, nec morari possint; Et si venerint, aut in eis morari vel inventi esse fuerint, fiat de ipsis, sicut placuerit ipsis Dominis Ugiucciono, & Franciſco, & Communibus Civitatum Pisarum, & Lucæ, & cuique ipsorum, & ipsarum de suis. Et è converso, quod omnes, & singulos Bannitos pro parte, proditione, vel alia causa prædictorum Dominorum Canisgrandis Vicarii, Chichini ejus Nepotis, & Rainaldi, & Botteroni fratri ejus Vicarii, vel alicujus eorum, & dictarum Civitatum, & Communium Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ, & Mutinæ, & cujuscunque eorum, & earum. Et qui de cætero pro parte, proditione vel alia causa bannirentur, eorundem Dominorum, Communium, & Civitatum, vel alicujus ipsorum aut ipsarum intelligantur esse, & sint simili modo banniti prædictorum Dominorum Ugiuccionis & Franciſchi, & cujuscunque eorum, & prædictorum Communium, & Civitatum Pisarum, & Lucæ, & cujuscunque earum, earumque districtuum, & cujuscunque earum, nec in ipsis Civitatibus, seu Communibus, aut aliqua ipsarum, vel ipsorum, sive ipsorum, vel alicujus ipsorum districtibus venire, vel morari possint. Et si venerint, aut in eis morari, vel inventi esse fuerint, fiat de eis sicut placuerit ipsis Dominis Canigrande Vicario, Chechino ejus Nepoti, & Rainaldo, & Botterono fratri ejus Vicariis, & præfatis Communibus, & Civitatibus Veronæ, Vincentiæ, Mantuæ, & Mutinæ, & cuicunque eorum, & earum de suis. Item quod si guerra nova moveretur vel fieret alicui prædictorum Dominorum & Communium memoratorum Societatis, Unionis, fraternitatis, & Ligæ prædictæ, teneantur, & debeant ceteri Domini, & Communia dictæ Ligæ, eos, & eas invicem defendere contra quos, sive quæ moveretur, favorare & adjuvare ad posse suum. Quæ omnia suprascripta, & singula suprascriptorum sic facere, & perpetuo observare, attendere, & firma tenere prædictæ Partes convenerunt, & promiserunt eo modo, & nomine, quibus supra dicitur, sibi ad invicem per solemnem stipulationem, & ad Sancta Dei Evangelia juraverunt super animas prædictorum Dominorum, & hominum, & personarum cujuscunque dictorum Communium & Civitatum, tactis corporaliter Sacro Sanctis Evangeliis a prædictis Sindicis & Procuratoribus cujuscunque prædictorum Partium, ut dictum est, bona fide & sine fraude, & contra non venire, vel facere per se, vel per alium ullo modo seu Jure; ullo unquam tempore; ad pænam Marcarum decem milium boni, & optimi Argenti, quam pænam Pars, quæ contrafaceret Parti fidem servanti dare & solvere teneatur & debeat ac cogatur, & pæna commissa, & exacta, vel ne, nihilominus hic Contractus in suo robore, & firmitate persistat. Obligando inde se se prædictæ Partes ad invicem nomine, quo supra, & præfatos Dominos, & Communia, & quemlibet, & quodlibet eorum eo modo, ut dictum est, eorum, & cujuscunque eorum bona omnia ad invicem. Et renunciaverunt vicissim omni Juri sibi vicissim, & cuicunque eorum eo modo, & nomine, quo supra dicitur, competenti, & competituro contra prædicta, & quodlibet prædictorum, & unde se tueri, vel defendere possent, & nominatim a suprascripta pæna. Et taliter me Bononcontrum Notarium infrascriptum Scribam publicum, & Cancellarium ipsius Communis & præfatos Ser Severinum Notarium, & Ser Forensem Notarium qui de hiis quisque ipsorum similem Cartam fecit prædictæ Partes, & præfatus Dominus Ugiuccio Potestas, & Capitaneus hanc inde Cartam scribere rogaverunt & voluerunt. Actum Pisis in Pisana Majori Ecclesia vocata Sancta Maria præsentibus scriptis Domino Petro Milite, & Socio scripti Domini Potestatis, & scripto Leopardo de Morrona Cancellario, & scripto Ricciardo de Calcinaria & scriptis Fanuccio, & Nerio Banneriis testibus ad hæc rogatis, Dominicæ Incarnationis Anno Millesimo trecentesimo quinto decimo, Indictione duodecima, tertio Ydus Septembris.

ANNO 1315.

L. H. T. Ego Bononcontrus filius quondam Martini Bononcontri de Ripa Arni Imperatoriæ dignitatis Judex Ordinarius, atque Notarius, & Cancellariæ Pisani Communis Scriba publicus prædictis omnibus interfui, & rogatus hanc inde Cartam scripsi, atque firmavi, & in Actis Cancellariæ misi, atque scripsi.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius, ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi. Actum hac die 14. Martii 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 15. Martii 1720.

LIII.

Accoord tuschen den Hertogh van Brabant JANDEN III. *ende die van* Mechlen, *behelsende dat de Stadt Mechelen sal ten Oorloghe trekken met den Hertogh ende hem byslaan tegen syne Vyanden, gelyk ook den Hertogh de Stadt Mechelen sal helpen in haeren Oorlogh. Ghedaen s'Maendaghs nae Sinte Denys daghe in't jaer* 1315. [Le Lustre & la Gloire du Duché

10. Octobre.

ANNO 1315.

ché de Brabant. sous l'an 1315. pag. 83.]

C'est-à-dire.

Accord entre JEAN III. *Duc de Brabant & la Ville de* Malines *par lequel cette Ville s'oblige à le servir en guerre contre ses Ennemis, comme aussi de le secourir contre les siens. Fait le Lundi après le jour de St. Denis l'an 1315.*

ALle die ghene die desen Brief sullen sien, oft horen lesen: Jan bi der Gratien van Gode Hertoghe van Lothryck, van Brabant, ende van Limborgh, Schepene, Gesworene, ende Raet van den goeden Staden van Brabant, dats te wetene, van Loven, van Brussele, van Antwerpen, van den Bosche, van Tricht, van Thienen, van Leuwe, ende van Nievele, ende Commogni Meesteren, Schepenen, Gesworene, ende alle die Raet van der Staet van Mechelne Saluyt, ende kenniſſe der waerheydt, omne dat die dinghen die geschien, metter tydt, die liden des niet verwandelt, ocht vergheten en worden, soe pleeght menſe met vestinghen van Brieven, ende van Carten ghestadeghste te maeckene, hier omne doen wi kont met den ghenen, die nu syn ende naemaels kommen sellen, dat wi Jan Hertoghe, Schepene Gesworene ende Raet van den goeden Staden van Brabant voorgenoemt over een side, ende wi Commongni Meesteren, Schepene, Gesworene, ende alle die Raet van der Stadt van Mechelne voorsz over ander side, omne alle twist te bevelne, ende donckerheydt te verclaerne, ende omme peys, ruste, ende vrintschap tusschen ons te meerne ende te bechoudene, over en ghedraghen syn van den Poenten, die hier naemaels beschreven syn; gestedeleck te houdene voor ons ende voor onſe naercommelinghe t'allen daeghen sonder argheliſt; eerst werf wi Commongi Meesteren, Schepene, Gesworene, ende alle die Raet van der Stadt Mechelne voor ons, ende voor onſe Stadt voorghenoemt, ende voor onſe naercommelingen hebben ghelooſt; ende gheloven in goeder trouwen den voorsz. Hertoghe, ende syne naercommelinghen.

I. Dat wi mit s'Hertoghe ghemeyne Oorloghen vaeren selen mit sine Staden ghemenileck bi te stane, ende te hulpene te haeren Rechte, jegen jeckhewelcken, wie dat waere, dieſe veronrechten woude in enigher manieren.

II. Ende wi Jan Hertoghe ende die goede Stade van Brabant voorghenoemt gemeineleck hebben ghelooſt, ende gheloven in goeder trouwen de Stadt van Mechelne voorghenoemt bi te stane, ende te hulpene te alle haere rechte, ende te alle haere vriheden te houden, ende te ghebruckene in allen dien manieren, dat siſe mi houdene syn, jeghen yeghewelcke, dieſe het brecken woude, ocht veronrechten woude in enigher manieren.

III. Voort soe hebben wi ende onſe Staden van Brabant voorghenoemt ghelooſt, ende gheloven der voorschreve Stadt van Mechelne, waert dat yemen die voorghenoemde Stad van Mechelne ane sprecken woude, ochte ane ligghen, dat si ons vootdere ghelooſt, ocht gewillecoert hadde in einighen Poente voorgeſez, dan si schuldigh waren te doene, ende sunderlinghe van den Oorloghe voorghesz. dat wi ende onſe Staden van Brabant voorghesz. hen dies ghestaden selen, ende secker warant syn met al onſer macht, ende met hen malleck met anderen.

IV. Oec geloven wy Jan Hertoghe, ende de goede Stade van Brabant voorghesz. ende willecoren, dat die voorsz. Stadt van Mechelne, ochte en geen van diere Stadt en selen gehouden syn voor onſe Scout, ochte voor onſe Stade Schout te geenre Stadt.

V. Ende wi Commoingi Meesters, Schepenen, Gesworene, ende alle die Raet van der Stadt van Mechelne voorgesz. gheloven ende willecoren, dat die Hertoghe ochte die goede Stade van Brabant, ochte engeen van hen niet gheouden en selen syn voor onſe Schout ochte voor onſe Stade Schout te geenre Stadt, ende alle deſe stucken, ende Poenten hebben, wi Jan Hertoghe de goede Staden van Brabant, ende de Stadt van Mechelne voorghenoemt ghelooſt, ende geloven in goeder trouwen elck den anderen vaſt ende gestadegh te houdene t'allen daghen voor ons ende voor onſe naarcommelinghen sonder argeliſt in allen den maniere dat voren beſchreven ſtaet, behoudeleck altoos elcken Heere syn Recht, ende allen deſen Poenten, ende dinghen vaſte ende geſtadegh te houdene, t'allen daghen gelyck dat ſi hier voren gheſchreven syn, habben wy Jan Hertoghe de goede Staden van Brabant, ende de Stadt van Mechelne voorsz. voor ons ende voor onſe naarcommelinghe verbonden ons ende onſe naarcommelinghen elck met anderen sonder argeliſt, ende om dat wi willen dat alle deſe dinghen geſtadegh ende vaſte blyven t'allen daghen, hebben wi Jan Hertoghe onſen ſeghel, ende wi die goede Staden van Brabans, voorgheſz. die ſeghelen hebben, dats te wetene van Loven, van Bruſſelle, van Antwerpen, van den Boſche, van Tricht, van Thienen van Leeuwe, ende wi Commongi Meeſteren, Schepenen, Geſwoorne, ende alle die Raet van der Stadt van Mechelne, de Segele van onſen Stade gedaen hanghen anc deſen jeghenwoordighen Brief, in oirkontſchappen ende in keniſſen der waerhaydt. Deſe dinghe waere ghedaen ende gheaccordeert in t'jaar ons Heeren, doe men ſchreef duyſentech drie hondert ende vyftiene s'Maendaghs nae Sente Denys daghe. Aldus getrocken uyt het manuſcript Privilegi-Boeck van onſe Lieve-Vrouve Natie, ende, is naer voorgaende collatie met het ſelve bevonden te accorderen by my.

Quod Atteſtor J. B. Anſems, Protonots. Apoſt. & Reg. &c. 1699.

ANNO 1315.

LIV.

Tranſactio ſeu Deliberatio Communis Caſalii *cum* Marchione Montisferrati *de reditibus ex eorum Communi annuatim habendis. Actum Caſali* 31. *Auguſti Anno* 1316. *Indictione XIV.* Cum *Tranſumpto ejuſdem. Datum* 13. *Septembris Anno* 1324. *Indictione VII.* [Autentique tiré des Archives Archi-ducales de Mantoüe.] 1316. 31. Août.

IN Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem Milleſimo tercenteſimo vigeſimo quarto; Indictione ſeptima, die decima tertia Menſis Septembris in Caſali in domo habitationis Domini Vicarii præſentibus teſtibus Domino Germano de la Scala Judici Domini Marchionis. Laurentio de Zabaldano de Altavilla. Franciſco Baleſterio de Grazano & . . . . . Ibidem Nobilis Vir Dominus Henricus de Sancto Stephano Vicarius dicti Loci Caſalis præcepit mihi Notario infraſcripto, quatenus hoc Inſtrumento infraſcriptum, & ſcriptum. . . . . autenticarem & in publicam formam redigerem, tenor cujus talis eſt. In Nomine Domini Amen. Anno ejusdem Milleſimo trecenteſimo XVI. XIII. Indictione, die ultimo Menſis Auguſti. Convocato, & congregato Conſilio generali Communis Caſalis ad ſonum Campanæ ut moris eſt in Domibus quibus moratur Dominus Raynerius de Mazadio Comes Valpergæ Vicarius pro Illuſtri Domino Domino Theodoro Imperatoris Grecorum filio porfirogenito, Marchione Montisferrati. Ibidem dictus Dominus Vicarius ad inſtantiam, & requiſitionem Conſilii, Militiæ, & Populi a Vobis Credendariis Conſilium requirit. Nomina quorum Credendariorum hic inferius per nomina deſcribuntur. In primis Dominus Henricus Tratta, Philippus Graſſus. Facius Graſſus. Lorentius Graſſus. Aſclerius Graſſus. Franciſcus filius Luvoti Bazani Jovius Battalea Germanus Mazacaballus, Conradus Dolius. Henricus Cornid. Guiſcardus Barbarinus. Cavallus de Villanova. Guillielmus Baleſtrevius. Obertus de Illia. Guilielmus de Codeca. Joannes Gobus, Conradus Pelegrinus. Nicolaus Baroxius. Antonius Cornu, Guillielmus Strezatus Henricus de Garoffola. Jacobus Armengexius. Obertus Merzarius. Rufinus Panis. Johannis de Cartis. Obertus de Bolixana. Obertus Panis. Franciſcus de Curtibus. Manuel de Pulia Petrus Pellucus. Obertus Gurlandus. Anſenius Galonus, Milanus Galonus. Corſelus Scazoſius. Obertus de Ponte. Roglerius de Rogleriis, Jacobus de Gargano. Roglerius Canis. Conradus Canis. Jacobus Caltaneus. Antonius de Serra, Oliverius Morenzanus.

ANNO 1316. nus. Brexanus Molinarius. Obertus Morenzanus. Nicolenus Ferragatta. Franciſcus Saltareus. Martinds Caſu. Guillielmus Occellus. Guillielmus Scanarius Bon Johannes Rubeus. Rufinus Campagna. Petrus Capellus. Petrus Feriarius. Gualfredus Morewzanus. Obertus Molinarius, & Jacobus Buſtavinus. Primo quod cum pluries, & pluries examinatum, & ordinatum ſit per præſens Conſilium, ac per Conſilium Sapientum de concordando, & conveniendo cum Domino Marchione de redditibus iſtius Communis, & adhuc bonam viam claram invenire non potuerunt, quomodo, & qualiter poſſint ſecum concordari. Qua propter a Vobis Credendariis ſupradictis Conſilium requirit. In reformatione dicti Conſilii placuit omnibus, nemine diſcrepante, quod dictus Dominus Marchio habeat, & debeat annuatim. . . . . libræ ſeptem centum propria. . . . . & fiat Sindicus Communis Caſalis in præſenti Conſilio ad omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta ſpecialiter peragenda. Item quod dictus Raymundus Sindicus, ut ſupra teneatur ſupplicare, & petere, atque requirere dicto Domino Marchioni, nomine, & vice dicti Communis Caſalis, ut eidem placeat remittere atque relaxari Communi, & hominibus Caſalis omnia Pedagia & omnia realia. . . . . Qui Dominus Vicarius, & Credendarii omnes & auctoritate, & decreto dicti Vicarii volen. . . . . ſtatuerunt prædictæ Raymundæ eorum, & dictæ Univerſitatis Caſalis certum Nuntium & Procuratorem, Sindicum, & auctorem ad omnia, & ſingula ſupraſcripta facienda, ordinanda, firmanda, & executioni mandanda pro ipſo Communi, & nomine ipſius Univerſitatis Caſalis. Dantes, & concedentes prædicti Domini Vicarius, & Credendarii eidem Sindico, & Procuratori liberam, & generalem Adminiſtrationem, atque Mandatum eorum nomine, & dictæ Univerſitatis Caſalis omni jure, modo, & cauſa, quo melius poſſent, faciendi, & ordinandi, quæ in prædictis, & circa prædicta, vel aliquod prædictorum occurrerint facienda, & quæ verus, & legitimus Procurator, & Sindicus facere poteſt, & quæ dicti Domini Vicarius, & Credendarii vice, & nomine dicti Communis, & Univerſitatis Caſalis facere poſſent, vel poſſe facere viderentur, ſi præſentes adeſſent. Promittentes dicti Domini Vicarius, & Credendarii nomine dicti Communis, & Univerſitatis Caſalis mihi Notario infraſcripto publice perſonæ ſtipulanti & recipienti vice & nomine dicti Communis, & Univerſitatis prædictæ, & omnium, & ſingularum perſonarum quarum intereſt, vel intererit, ſeu intereſſe poſſet, ſe ſe firmum, ratum, & gratum habituros quicquid in prædictis, & circa prædicta, vel aliquod prædictorum per prædictum Sindicum, & Procuratorem factum, ſeu procuratum fuerit. Et Volentes dicti Domini Vicarius & Credendarii nomine & vice dicti Communis, & Univerſitatis prædictæ dictum Sindicum, & Procuratorem relevare ab omni onere ſatisdationis in omnibus ſuis Clauſulis fidejuſſerunt, & interfuerunt per ipſum in omnem adventum, & in omnem caſum. Et pro prædictis omnibus, & ſingulis firmiter attendendis, ad obſervandis prædicti Domini Vicarius, & Credendarii omnia bona dicti Communis, & Univerſitatis Caſalis mihi Notario infraſcripto recipienti, & ſtipulanti vice & nomine quo ſupra pignori obligaverunt. Renuntiantes omnibus, & Singulis ſupraſcriptis Novis Conſtitutionibus, Epiſtolæ divi Adriani, & omni legum Auxilio. Et inde hanc Cartam dicti Domini Vicarius, & Credendarii fieri præceperunt. Teſtes interfuerunt vocati Obertus de Ylia. Guillielmus Ferrarius. Obertus de Sibona, & Bergadanus ſervitor dicti Communis. . . . . dicti Vicarii & Credendariorum abreviavi, & ſcripſi, & in veritatis teſtimonium ſignum ac nomen meum appoſui.

L. H. T. Ego Bartheus Zabaldanus de Altavilla Notarius publicus Authenticum, & Inſtrumentum hujus exempli vidi, & legi, & ſic ſcripſi nihil addens, vel minuens in punctum aut ſilabam, ſed ſicut in ipſo continebatur, ſic & in iſto novo continetur, præter ſignum Notarii prædicti, quod non poſui, & meum ſignum conſuetum, atque nomen appoſui in teſtimonium præmiſſorum.

L. H. T. Ego Anſelmus de Azello de la Sala publicus, & Imperiali auctoritate Notarius Autenticum, & Inſtrumentum hujus Exempli vidi, & legi, & meum ſignum, atque nomen appoſui in teſtimonium præmiſſorum. ANNO 1316.

Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicuſque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi, hac die 27. Januarii 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejuſdem Archivii Præfectus, hac die 24. Januarii 1720.

LV.

ULRICI *Alſatiæ Landgravii Litteræ, quod Oppidum Sanctum Hippolitum Caſtrum Kunegeſperg, Villam Lusheim &c poſſideat cum fratribus in feudalitate* FRIDERICI *Ducis Lotharingiæ. Actum die Sancti Martini, anno* 1316. [BALEICOURT. Traité Hiſt. & Critique ſur l'Origine & la Genéalogie de la Maiſon de Lorrainne. Aux preuves. pag. cxiij.] 11. Novembre.

NOs Ulricus Alſatiæ Landgravius, Notum facimus præſentium inſpectoribus univerſis, quòd hæc ſunt bona quæ nos tenemus & poſſidemus, pater, fratres & progenitores noſtri hactenus tenuerunt, & etiam poſſederunt ab inclyto miræque nobilitatis Domino D. Friderico Duce & Margravio Lotharingiæ, & ejus progenitoribus titulo feodali, videlicet oppidum Sanctum-Hippolitum, Caſtrum Kunegeſperg, Villam Lusheim, Telonem & conductum incipientia à loco dicto Virſt, & tendentia per vallem Alberti & vallem Leberuh, Argentinenſis Diœceſis, ac feodo quæ ſtrenui milites dicti de Numency à nobis in feodum poſſident atque tenent. Et ſigillum noſtrum præſentibus appendi fecimus in teſtimonium evidens præmiſſorum. Actum & datum in die Sancti Martini anno Domini MCCCXVI.

LVI.

Traité entre FERRY III. *Duc de Lorraine,* & EDOUARD *Comte de Bar, par lequel le Duc Ferri s'engage de garder la Neutralité, durant la Guerre que le Comte* EDOUARD *va entreprendre contre le Roi de Boheme;* EDOUARD *s'obligeant en échange, de reprendre en Foi & hommage tous les Fiefs qu'il poſſedoit entre Meuſe & Moſelle & qui lui étoient echûs de la Succeſſion de* PIERRE DE BAR *ſon Oncle. Fait le Dimanche après la St. Urbain au mois de May.* 1322. [BALAICOURT. Traité Hiſt. & Critique ſur l'Origine & la Genealogie de la Maiſon de Lorrainne. Aux preuves. pag. cxiv.] 1322. 30. Mai.

NOus Eddouuars Cuens de Bar, faiſons ſçavoir & cognoiſſance à tous, que nous avons fais accort & convenances à tres-hault & puiſſant Prince notre tres chier & amei Signour & Couſin Ferry

ANNO 1322. ry Duc de Loheraine & Marchis, telles com ſi aprés ſont eſcriptes & deviſées; C'eſt aſſavoir que li dis Meſſire li Ducs, ſe doit tenir cois ſens nous aidier, s'il ne li plait; mais il ne nous peut grevier par lui ne par ſes gens, en ſon chief, ne en ſa perſonne, ne avec aucum, & de cette preſente Guerre que nous avons contre le Roy de Bohéme, ſe cen n'étoit avec notre chier & amei Couſin Henry Dalphim par la grace de Dieu Evêque de Mes, s'il le requerroit, ou faiſait requerré contre nous, & ſalues toutes les convenances & alliances que li dis Meſſire lis Ducs ait audit Evêque, & laditte Guerre finie li dis Meſſire li Ducs le doit pourter envers nous foy & leaultey, einſy com à ſon homme, & nous audis Mouſſire le Duc comme à notre Signour; & ne puet lidit Meſſire li Dus deffendre ſes homes ne ſes Subgés de la Duchie, qu'il ne voiſſent queil part qu'il leur plairait, cette Guerre durant: Et pour raiſon des Convenances deſſuſdites nous avons reprins & reprenons en fiei & en homaige à tousjours maix pour nous & pour nos hoirs de notre amei Signour le Duc deſſuſdit-cy de ſes hoirs, auec la Tourt de Bourmont que nous tenons j'ai de luy, tous les Fieis que Meſſire Pierres de Bar notre Oncles tient de nous entre la riviere de Mucze & la riviere de Muzelle: C'eſt aſſavoir la forte Maiſon qu'on dit Lavantgarde devant Frouvart, le Chaſtel con dit Pierre Fort, la forte Maiſon de Bouconville, Nonſſart, & Somedieu avec toutes les appartenances & appandices dis leus en hommes & femmes, en bois, en auues, en preis, en champs, & en toutes autres choſes quelles qu'elles ſoient & puiſſent être, ſens riens excepter, que autre dis leus puiſſent ne doivent apartenir, & parmi ceſte repriſe tint li Fiei & les repriſes que li dis Meſſire li Dus diſoit & maintenoit que nous dovient tenir de luy, nous en ſommes quittes, ne ne nous en puent jamaix riens demander li dit Meſſire li Ducs ne ſin hoirs, à nous ne à nous hoirs. Et pour cen que toutes les chozes deſſuſdites ſoient fermes & eſtables à tousjoursmaix, nous avons fait ſaelier ſes Lettres de notre ſaiel pendant, que furent fait l'an de grace noſtre Seigneur mil trois cent & vint & dous, le Dimange aprés la Feſte Saint Urbain ou moix de May.

LVII.

1323. 18. Mai. *Capitula conventa inter Principem* TARENTI, *& Principem* ACHAYÆ *de tranſitu dicti Principis Achayæ ad partes Romaniæ, nec non de Modo, & Numero Militum utrique eorum contingente ad Expeditionem faciendam contra hoſtes communes. Actum Neapoli die* 18. *Madii* 1323. *Indictione VI.* [Autentique tiré des Archives de la Grande Cour Royale de Naples.]

IN Dei Nomine Amen. Ad notitiam præſentium, & memoriam futurorum tenore præſentium pateſiat, quod poſt diverſos tractatus habitos inter Dominum Principem Tarenti, & Dominum Principem Achayæ de tranſitu faciendo per ipſum Achayæ Principem ad partes Romaniæ, ultimo concordatum extitit, prout inferius continetur, videlicet.

In primis, quod dictus Dominus Princeps Achayæ transfretabit perſonaliter ad dictas partes Romaniæ faciens viaggium ſuum per iſtum modum, ſcilicet quod declinabit ad locum qui dicitur ad verdipo, & ſtando ibidem per unum diem, vel duos, aut tres, vel quatuor, ſi inverierit illic Dominum Joannem de Cefalonia, qui ad literas Domini Principis Tarenti prædicti dicto tempore debet eſſe in loco prædicto, & dicet præfato Domino Principi Achayæ, quod paratus eſt libere reſignare ei pro parte ipſius Domini Principis Tarenti Caſtra, ſeu Terras, idem Dominus Princeps Achayæ recipiet eas, vel recipi faciet, ſi hoc poterit ſine impedimento, & muniet dicta Caſtra, & Terras gente condecenti, ſcilicet usque ad numerum centum Equitum, & ducentorum Peditum, ſi erit expediens, & receptis ipſis Caſtris, & Terris, ut præfertur, vel non receptis, & quod in recipiendis ipſis eſſet impedimentum, vel non inveniretur dictus Dominus Joannes in loco præfato expectatus per unum diem vel duos, tres, aut quatuor, ut præfertur, idem Dominus Princeps, ulteriori tempore non expectato vadat, & deſcendat ad Golfum Areæ & deinde equitando per Terram, ſi erit ei tutum, & usque ad Golfum Corinthii dampnificando, in quibus poterit, inimicos, diſcurrendo, & non moram trahendo, & ſic ſuum ingrediatur principatum prædictum. ANNO 1323.

Item quod dictus Dominus Princeps Achayæ pro dicto tranſitu ſuo ducet, ſeu portabit ſecum ad expenſas proprias Equites ducentos, & pedites quingentos pro tribus menſibus, & armabit inter Uſſerios, & Galeas decem pro duobus menſibus.

Item quod dictus Dominus Princeps Tarenti in ſubſidium dicti Paſſagii ſolidabit ad expenſas proprias ducentos Equites, quingentos Pedites pro tribus menſibus, & armabit inter Uſſerios, & Galeas decem pro menſibus duobus. Quæ Gens Uſſerii, & Galeæ transfretabunt cum dicto Domino Achayæ Principe tempore tranſitus ſupradicti.

Item quod facto calculo de expenſis omnibus neceſſariis Armatæ prædictæ, fuit inventum, quod neceſſaria erant unc: auri decem millia, ut quilibet Principum prædictorum poneret quinque millia uncias pro negotio ſupradicto.

Item quod priusquam procederetur ad expenſas aliquas faciendas pro dicta Armata, quilibet præfatorum Principum pro rata contingente ipſum videlicet quinque millibus unciarum, ut prædicitur, caveat idonèè per Mercatores, qui ſe ad hoc ſolemniter obligent, quod pro incontinenti habeatur dicta pecunia, ut ſtatim poſſit procedi ad exequendum neceſſaria pro Armata prædicta.

Item quod poſt prædicta dictus Dominus Achayæ Princeps invenit Mercatores dictæ Societatis Aczarellorum qui de rata contingente eum de dicta ſumma pecuniæ, ut prædicitur, obligabunt ſe ad dandum, & ſolvendum ſtatim ipſam pecuniam pro dicto negotio illi, vel illis, cui ſeu quibus fuerit ordinatum, ut dicta pecunia debeat exhiberi, & hoc præfati Mercatores de Societate Aczarellorum dixerunt in præſentia Domini Ducis Calabriæ, & præfato Domino Principi Tarenti, prout ipſi Domini bene ſciunt.

Item quod cum dictus Dominus Princeps Achayæ impleverit quæ per eum erant adimplenda, de præſenti, ut præfertur, petit inſtanter, ut dictus Dominus Princeps Tarenti adimpleat, quæ ſunt adimplenda per ipſum internuncium inveniendo Mercatores, qui ſe obligent ad dandum ſtatim ratam pecuniæ contingentem eum pro dicto negotio juxta Conventiones prætactas, alioquin proteſtatur ipſe Dominus Achayæ Princeps, quod per eum non ſtat, quatenus obſervéntur conventiones prædictæ juxta tenorem ipſarum, prout ſuperius declaratur.

Item quod illi centum Equites, qui debent dimitti pro munitione Deſpotatus, ſi erit expediens, ut præfertur, non dimittant Dominum Achayæ Principem, usque dum tranſierit Neopandum & deinde teneatur illos remittere pro munitione prædicti Deſpotatus. Et ſi per ipſum Principem deberet iniri prælium, ut ipſi centum Milites ad mandatum ipſius Principis venire teneantur ad eum die præfixo de dicto prælio ineundo, ubicumque fuerit Princeps idem, & ſecum eſſe tempore dicti Prælii, quo peracto Princeps præfatus prædictos Milites remittere debeat, ad Deſpotatum prædictum pro ipſius munitione ut ſuperius continetur.

Item quod dictus Dominus Princeps Tarenti requiret Dominum Ducem Athenarum de ſubſidio centum Equitum, & reſpondeat, quid eſt de intentione dicti Ducis circa præmiſſa.

Prædicta vero omnia, & ſingula approbata, & confirmata fuerunt per inclitum Dominum, Dominum Carolum Illus. Jeruſalem, & Siciliæ Regis Roberti Primogenitum Ducem Calabriæ, ac ejus Vicarium Generalem, in cujus præſentia acta, tractata, & celebrata fuerunt, præſentibus etiam Venerabili Patre Domino R. Epiſcopo Theatino, Cancellario dicti Domini Ducis, Domino Fratre Bertrando de Maloboſco Sanctæ Domus Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, Priore in Barulo, Domino Thomaſio de Sancto Georgio Magiſtro, Alexandro de Boyano Ducali Secretario Magnæ Regiæ Curiæ, Magiſtris Rationalibus, Domino Thomaſio de Leutino, Domino Adenulpho de Aquino, Militibus, Domino Guillelmo Præpoſito Regenti, Cancellario Judice, Leone Friczia de Ravello, Judice dicti Domini Principis Tarentini, Magiſtro Nicolao de Bojano Medicinalis Scientiæ Profeſſore, & Judice Silveſtro de Marera

Mag-

ANNO 1323. Magnæ Regiæ Curiæ Judice, Consiliariis, & familiaribus Domini Achayæ Principis memorati Anno Domini 1323, die XIX. Madii VI. Inditionis in Civitate Neapolis. In cujus rei testimonium facta sunt de præmissis præsens, & duo alia consimilia scripta, sigillis dictorum Dominorum Ducis Calabriæ & Principum communita.

Extracta est præsens Copia ab originali Regesto Regis Carol II. signato de Anno 1319. *litera A. folio* 227. *quod conservatur in Archivo Magnæ Regiæ Curiæ Siclæ, cum quo facta collatione concordat, meliori tamen semper salva; Et in fidem Reverendissimus U. J. D. Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Neapolitanæ Canonicus Præsbyter Cardinalis, D. Honuphrius Sicola Regius Archivarius à sua Catholica, & Cæsarea Majestate constitutus post subscriptionem cujuslibet paginæ hic tandem se subscripsit. Datum Neapoli die* 5. *Julii* 1718.

Canonicus D. Honuphrius Sicola.

L.S.

LVIII.

1324. 31. Mars. *Littêræ* JOANNIS *Papæ XXII. quibus assertâ sibi primùm universâ Jurisdictione in Imperium solio vacante, Excommunicationem fulminat contra eos, qui jure Vicariatûs administrationem ejus assumunt, cassatque, irritat, & annullat omnes Confoederationes super hoc factas, licèt juramento vallatas. Actum Avenione* 2. *Ca'endas Aprilis.* (1) [MARTENE Thesaurus novus Anecdotorum Tom. 2. col. 640.]

JOHANNES Episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam.

Si Fratrum & Coepiscoporum nostrorum & aliorum quorumliber jura illibata servari, & ab omni fore dispendio diminutionis extranea cupimus, & ad id libenter nostræ sollicitudinis studium adhibemus, multò fortius equidem pro nostris & Romanæ Ecclesiæ sponsæ nostræ juribus & honoribus conservandis ex injuncto nobis officii debito, Apostolicæ provisionis partes tenemur impendere, ne temporibus nostris usurpationis injuriam subeant, aut detrimentum cujusvis derogationis incurrant. Sanè in nostram & Fratrum nostrorum deductum est, fama divulgante, notitiam, quod licèt de jure sit liquidum, & ab olim fuerit inconcussè servatum, quod vacante imperio, sicut & nunc per obitum quondam HENRICI Romanorum Imperatoris vacasse dignoscitur, cum in illo ad sæcularem judicem nequeat haberi recursus, ad summum Pontificem, cui in persona B. Petri terreni simul & cælestis Imperii jura Deus ipse commisit, Jurisdictio Imperii prædicti devolvitur, ac illam absque alterius participio, durante vacatione hujusmodi, per se vel per alium seu alios exercet in eodem imperio pleno jure: nonnulli tamen in Italiæ partibus potestatis & dignitatis fastigium illicitæ ambientes, in nostrum & sanctæ Romanæ matris Ecclesiæ, quantum in eis est, præjudicium evidens, ac diminutionem honoris & juris, vicariatus seu alterius cujuscumque nomen officii, quod ipso imperatore vivente ex ipsius fortè commissione gerebant in certis terris, territoriis sive locis, post decessum ipsius absque nostra vel Apostolicæ Sedis petita vel obtenta licentia retinere sibi, & nonnulli etiam de novo assumere quod non gesserunt antea, temerariis ausibus præsumserunt: quo vel quibus adhuc non verentur abuti, ac sub ejus vel eorum colore multa facere & fecisse noscantur, quæ in nostram & Ecclesiæ prædictæ injuriam apertè redundant, non abhorrentes pro his variis involvi criminibus, nec divinæ Majestatis formidantes offensam. Quia igitur error cui non resistitur, approbari videtur, & latum pandit delinquentibus sinum, qui eorum perversis conatibus non resistit. Nos volentes nostris & ecclesiæ sponsæ nostræ juribus & honoribus in hac parte prospicere, & malis ac scandalis quæ ex usurpativa retentione seu assumtione hujusmodi orta sunt hactenus, & quæ proculdubio se possent in antea suboriri, celeriter obviare, nec non periculis animarum hujusmodi retinentium & usurpantium nomina, & eis abutentium, ut præfertur, salubriter occurrere cupientes, præsentium auctoritate monemus sub excommunicationis pœna omnes & singulos cujuscumque status, præeminentiæ, dignitatis, aut conditionis existant, etiamsi patriarchali, vel quavis alia superiori, aut pontificali vel regia, seu alia quacumque præfulgeant dignitate, qui post vacationem imperii absque nostra vel Sedis prædictæ licentia, hujusmodi vicarii seu cujusvis alterius officii nomen sibi ubiliber retinuerunt, seu assumserunt, & retinent, & sub talis denominationis pallio abusi sunt, & abutuntur potestate, vel jurisdictione quacumque, seu ejus exercitio publicè vel occultè, quatenus de cetero à denominatione hujusmodi aut nominis usurpatione seu retentione prædicti vel cujuscumque alterius, necnon usu, potestate, vel exercitio supradictis prorsus abstineant & omnino desistant. Inhibentes insuper sub pœna prædicta omnibus & singulis Patriarchis, & Prælatis, etiam aliis superioribus, & inferioribus, ac Regibus, Civitatibus, Communitatibus, Universitatibus, Capitaneis, Potestatibus, Rectoribus, Comitibus, Vice-comitibus, Baronibus & omnibus aliis cujuscumque sint dignitatis, conditionis, aut status, ne prædictos hujusmodi nomen Vicarii, seu aliud quodlibet in eodem imperio retinentes, ut præfertur, aut usurpantes illicitè, vel eorum aliquem sub denominatione vel titulo hujusmodi nominum, seu procuratores, commissarios, judices, aut vices eorum gerentes, quocumque colore quæsito recipiant vel admittant, nec ut vicariis seu vicario aut officialibus Imperii pareant vel intendant, aut pareri vel intendi faciant vel permittant, nec in his eis vel ei quomodoliber præstent auxilium, consilium vel favorem, aliquin in omnes & singulos Patriarchas, Prælatos, etiam superiores & inferiores, Reges & ceteros denominatione prædicta, ut præmissum est, abutentes, ac illius prætextu assumentes quæcumque officia, potestates, jurisdictiones ac eorum exercitia, & in recipientes eos ut vicarios vel officiales Imperii aut commissarios eorum, ut talium, & in parentes seu obedientes eis ut talibus, aut præstantes in hoc sibi auxilium, consilium, vel favorem, nisi infra duorum mensium spatium à die datæ præsentium numerandum penitus resipuerint, vel se licentia Sedis Apostolicæ super hoc ostenderint communitos, excommunicationis in singulares personas & in terras & loca ipsorum, & quaslibet communitates, universitates, civitates, aut villas, interdicti sententias de Fratrum nostrorum consilio publicè promulgamus, contra eos nihilominus spiritaliter & temporaliter gravius processuri, prout inobedientia eorum exegerit, qualitas facti suaserit, & videbimus expedire. Et ut quibuslibet parendi tallibus tollatur occasio, omnes & singulos qui hujusmodi vicariatus nomen usurpantibus juramento fidelitatis tenentur astricti, à juramento hujusmodi quantum ad hoc de potestatis plenitudine absolventes, auctoritate Apostolica firmiter inhibemus eisdem, ne talibus ut vicariis vel officialibus Imperii aliquatenus pareant vel intendant. Et insuper omnes pactiones, obligationes & confœderationes & colligationes à quibuscumque super hoc quomodolibet initas juramento vel quacumque alia firmitate vallatas, omnino dissolvimus, juribus vacuamus, irritamus, & quatenus de pacto processerint, revocamus, ac hujusmodi & quælibet alia juramenta à quibuslibet super his præstita, per quæ posset in prædictis nostris & ecclesiæ prædictæ juribus derogari; præsertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, relaxamus. Ceterum ut hujusmodi processus noster ad communem omnium notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eumdem in ecclesia Avenionensi appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt: ita quod omnes & singuli quos processus ipse contingit & contingere potest, nullam postea possint excusationem prætendere, quod ad eos talis processus non pervenerit, vel quod ignoraverint cum-

(1) Je range cette Piece sous l'an 1324 sans estre pourtant bien asseuré qu'elle lui appartienne. Il falloit lui trouver une Place, & il me paroit, par diverses raisons, que l'an 1324. lui convient mieux qu'aucun autre. L'Edit suivant en contient même une espece de preuve, étant daté du même jour, & donné sur la même matiere. [DUM.]

ANNO 1324. eumdem, cum non sit verisimile remanere, quoad ipsos, incognitum vel occultum quod tam potenter omnibus publicatur. Actum Avinioni in domo episcopali II. calendas Aprilis.

LIX.

II. Juillet. *Bulla* JOHANNIS *Papæ XXII. quâ eundem* LUDOVICUM *Bavarum diſcorditer electum Romanorum Regem ob contumaciam ſuam & in malo perſeverantiam jure Regni & Imperii ex dictâ electione competenti privat. Datum Avenione 5. Idus Julii Pontificatûs ſui Anno VIII.* [MARTENE Theſaurus novus Anecdotorum Tom. II. col. 660.]

JOHANNES Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Sicut ad curam periti medici pertinet adhibere fomenta fortia, cùm levia non prodeſſe cognoſcit: ſic profectò præſidentis officio congruit, cùm ad correctionem perverſorum inflictas pœnas non ſufficere percipit, ut adjiciat graviores. Hinc per Pſalmiſtam in chamo & freno maxillas illius conſtringere Dominus præcipit, qui ad ſuum præſidem, ejus non obediendo ſalutaribus monitis, appropinquare contemnit. Hæc utique circa perſonam viri magnifici LUDOVICI Ducis Bavariæ in diſcordia in Regem Romanorum electi nos ſervaſſe declarant evidentius quæ ſequuntur.

Dudum ſiquidem quod dictus Dux Bavariæ in diſcordia in Regem Romanorum promovendum in Imperatorem electus diſcordi electione hujuſmodi, per Eccleſiam Romanam, ad cujus examen perſonæ electi in Regem Romanorum in Imperatorem aſſumendi approbatio, & electionis admiſſio pertinet, electione hujuſmodi non admiſſa, nec ejus approbata perſona, nomen Regis Romanorum indebitè uſurpaverat, ac regni Romani & Imperii adminiſtrationi ſe in ejuſdem Eccleſiæ manifeſtam injuriam, plurimorum ſcandalum, ſuæ & aliorum multorum animarum periculum, ac etiam contra proceſſus noſtros adverſus talia præſumentes, excommunicationis & alias diverſas ſpirituales & temporales pœnas & ſententias continentes, factos antea & publicatos, nimis præſumtuosè & periculosè ingeſſerat, exigendo videlicet & recipiendo ſub præfato titulo regio fidelitatis in Alemanniæ & nonnullis Italiæ partibus, tam à perſonis Eccleſiaſticis quàm ſæcularibus vaſſallis Imperii per ſe & alios juramenta, ac de dignitatibus, honoribus, & officiis ad ejuſdem Romani regni ſeu Imperii diſpoſitionem ſpectantibus pro ſuo libito diſponendo, ſicut diebus præteritis de Marchionatu Brandeburgenſi, quem primogenito ſuo de facto publicè contulit, ordinavit, & alia plurima exercendo, quæ ad ejuſdem Romani regni & Imperii Regimen non eſt dubium pertinere. Nec non Eccleſiæ memoratæ rebellibus, ſicut GALEATIO de Vicecomitibus ejuſque fratribus, de crimine hæreſis à ſuis competentibus judicibus, exigente juſtitia, ſententialiter & publicè condemnatis, ac nonnullis aliis perfidis Dei & Eccleſiæ prædictæ hoſtibus, ſe contra ipſam defenſorem exhibuerat & fautorem, & alia gravia commiſerat: quæ nec non & alia plura quæ circa præmiſſa temerè præſumſerat attentare, adeo erant notoria, quod nulla tergiverſatione celari poterant, nec diſſimulationis neglectu irreprehenſibiliter incorrecta relinqui, certos proceſſus per quos ipſum à deviis hujuſmodi ad veritatis & juſtitiæ ſemitam reducere credebamus, de Fratrum noſtrorum conſilio diverſis temporibus fecimus contra eum. Primò namque, videlicet VIII. Idus menſis Octobris proximè jam elapſi, ipſum per Edictum publicum præſente fidelium multitudine copioſa monuimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub excommunicationis pœna, quam ipſum, niſi cum effectu hujuſmodi monitioni pareret, incurrere voluimus ipſo facto, auctoritate Apoſtolica, diſtrictius ſibi duximus injungendum, ut infra trium menſium ſpatium à die prædicta in antea computandum, quos ei ad hoc de ipſorum fratrum conſilio pro peremtorio termino duximus aſſignandos, ab adminiſtratione, fautoria & defenſione prædictis, penitus abſtinere, adminiſtrationem ipſam per ſe vel alium ſeu alios nullatenus reſumturus, niſi tunc demùm cum & ſi electionem ſuam hujuſmodi ac perſonam ipſius per Sedem Apoſtolicam approbari contingeret & admitti, quodque geſta per eum poſt reſumtum ab eo memoratum titulum circa præmiſſa, quatenus de facto proceſſerant, cùm de jure, velut ab eo cui jus non competebat eadem faciendi præſumta, nullo modo tenerent, infra dictum terminum, quantum ſibi foret poſſibile, realiter revocaret. Apertè ſibi nihilominus intimantes, quod ſi in præmiſſis per eum infra præfatum terminum exequendis negligens exiſteret vel remiſſus, nos contra ipſum ad publicationem pœnarum, in quas propter notorios memoratos exceſſus inciderat vel incideret in futurum, & alias quantum ſuaderet juſtitia procederemus, ejus abſentia non obſtante. Univerſis inſuper Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis quibuſcumque ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio, quam eos incurrere voluimus ipſo facto, niſi infra dictum terminum hujuſmodi noſtræ inhibitioni efficaciter obedirent: & tam ipſis quàm omnibus & ſingulis civitatibus, communitatibus, univerſitatibus, nec non perſonis ſingularibus quibuſcumque, cujuſcumque conditionis aut ſtatus exiſterent, etiamſi regali aut alia quacumque dignitate fulgerent, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis in perſonas, & interdicti in terras eorum, nec non privationis privilegiorum quorumcumque Apoſtolicorum & imperialium ac feudorum, quæ ab Eccleſia vel Imperio quomodolibet obtinerent, diſtrictius duximus inhibendum, ne prædicto LUDOVICO in præmiſſis vel aliis Regni ſeu Imperii tangentibus regimen, tamquam Regi ſeu in Regem Romanorum electo, niſi & quouſque dictam electionem & perſonam ipſius per Sedem Apoſtolicam approbari contingeret & admitti, parerent in aliquo ſeu intenderent quovis modo: neve eidem circa præmiſſa præberent auxilium, conſilium, vel favorem. Qua dilatione pendente, dilecti filii ALBERTUS de Siratzburch magnus præceptor Ordinis hoſpitalis S. Johannis Jeroſolymitani per Alamanniam, nec non Magiſter ERNESTURP de Sebech Archidiaconus Herbipolenſis, & HENRICUS de Throno Canonicus Pragenſis ad Sedem Apoſtolicam perſonaliter venientes coram nobis & fratribus noſtris videlicet IV. Nonas menſis Januarii proximè præteriti, ejuſdem LUDOVICI Procuratorio nomine comparere curarunt, fidemque de ſuo Procuratorio facientes per quaſdam patentes litteras ipſius electi, ut aſſerebant & prima facie apparebat, communitas ſigillo, in cujus quidem ſigilli circumferentiis legebatur: *Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Ad univerſorum, &c.* Et ſubſequenter II. Nonas menſis ejuſdem Procuratores ipſi in conſiſtorio ſupplicarunt, per nos dicto eorum Domino aliquem ſuper præmiſſis competentem terminum indulgeri. Nos verò ſuper hoc cum eiſdem fratribus diligenti deliberatione præhabita, & de ipſorum Conſilio, eiſdem Procuratoribus duximus reſpondendum, quòd quia dictus noſter proceſſus ad omnia & ſingula in ipſo contenta ſufficientem terminum continebat, ipſum in aliquo tollere vel ſuſpendere nolebamus; ſed illo in ſuo totali effectu atque robore permanente, non intendebamus uſque ad duos menſes tunc immediatè ſequentes ad publicationem pœnarum, quas idem electus per exceſſus prædictos incurrerat, procedere, ſeu noſtrum contra ipſum proceſſum quomodolibet aggravare, prout hæc in litteris noſtris inde confectis plenius continebantur. Quam quidem dilationem dicti Procuratores cum gratiarum actionibus acceptarunt: infra quos quidem duos menſes præfatus electus nec per ſe coram nobis comparuit, nec aliquis alius pro eodem. Quamvis autem ejuſdem electi, in non parendo noſtris monitionibus & mandatis inobedientia pertinax, & ipſius infra prædictum ſecundum terminum, & poſtea etiam diebus pluribus expectati, coram nobis per ſe vel Procuratorem legitimum minimè comparentis, contemtus evidens ac ſcandalum & pericula plurima, quæ præmiſſorum diſſimulatio & impunitas nec dilata juſtitia probabiliter minabantur, omnino exigerent ſuper præmiſſis contra eundem electum de remedio celeri mediante juſtitia provideri. Nos tamen experiri volentes utrum per viam manſuetudinis eum poſſemus à tam periculoſo devio revocare, à publicatione ſeu impoſitione pœnarum, quibus ſe propterea obnoxium reddiderat, præter excommunicationis ſententiam per nos in eum, niſi noſtris pareret monitionibus, ut præmittitur, promulgatam, contra ipſum de eorumdem fratrum conſilio X. Calendas Aprilis proximi præteriti aſtante multitudine copioſa fidelium declaravimus incurriſſe, pro tunc duximus abſtinendum.

ANNO 1324. Sanè adhuc per adjectionem pœnarum aliarum cùm prædictam excommunicationis pœnam non sufficere videremus, ipsum à tam periculoso devio revocare volentes, dicta die de fratrum eorumdem consilio, ipsum per nostrum edictum publicum solemniter auctoritate prædicta monuimus, sibique sub pœna privationis omnis juris, si quod ei ex sua electione prædicta ad dicta Regnum & Imperium competebat, quam, si monitioni & mandato hujusmodi efficaciter non pareret, eum incurrere voluimus ipso facto, districtius ei duximus injungendum, ut infra trium mensium spatium, à dicta die in antea computandum, ab intitulatione & denominatione regali ejusmodi per eum indebitè usurpatis & ab administratione Regni & Imperii prædictorum ac rerum & jurium eorumdem penitus abstineret, se Regem Romanorum non intitulando vel denominando, nec describendo ulterius, nec per se nec per alios quantum in eo foret, tali intitulari vel describi titulo seu nomine faciendo, denominationem, intitulationem & administrationem prædictorum non resumturus ulterius, nisi si & quando electionem prædictam & personam ipsius per eamdem Sedem approbari contingeret & admitti. A fautoria quoque & defensione tam dictorum hæreticorum Mediolanensium rebellium Dei & Ecclesiæ, quàm Ferrariensium, videlicet RAYNALDI & OPIZONIS olim Marchionum Estensium, de hæresi similiter condemnatorum ac rebellium Ecclesiæ supradictæ ipsorumque fautorum, valitorum, & sequacium omnino desisteret: nec non fidelitati & homagio, quæ ratione Civitatis Ferrarienſis ad plenum jus & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinentis præsumserit de facto ab eisdem recipere, in nostrum & ejusdem Ecclesiæ magnum contemtum atque dispendium, & præjudicium manifestum, renunciaret omnino & publicè, ac à se illa prorsus abjiceret, quasi sibi numquam præstita extitissent, nec ratione illorum in Civitate prædicta ejusque districtu, vel civibus ac districtualibus eorumdem aliquid juris præsumeret usurpare, sed potius prædicta omnia usurpata, præsumta & attentata per ipsum sub denominatione & intitulatione prædictis, seu colore vel occasione ipsorum curaret infra dictum terminum, prout foret sibi possibile, solemniter & publicè revocare, ac parere in omnibus prædictis nostris monitionibus & mandatis, ad ejusdem Ecclesiæ rediret gremium, de offensionibus & injuriis supradictis satisfactionem debitam impensurus. Et insuper postquam prædicta omnia revocasset, & paruisset in illis effectualiter & plenariè nostris monitionibus, inhibitionibus, & mandatis, nos de his omnibus infra prædictum terminum per litteras authenticas vel instrumenta publica certificare curaret, & nihilominus compareret infra eumdem terminum per se vel Procuratorem seu Procuratores idoneos coram nobis super prædictis excessibus, offensionibus & injuriis, & super pœna prævaricationis juris, si quod sibi competebat vel competierat ad Regnum seu Imperium supradicta, declaranda seu inferenda, nec non & pœnis aliis quibus excessus, inobedientia, & contemtus prædicti eum obnoxium reddiderant, diffinitivam sententiam & nostrum beneplacitum, quantum nostrum pateretur officium, auditurus, & aliàs facturus & recepturus quod justitia suaderet. Quem quidem terminum eidem electo de dictorum fratrum consilio ad præmissa & præmissorum singula peremtorium esse voluimus, & pro peremtorio duximus assignandum: eidem apertiùs prædicentes, nos ad præmissa conjunctim vel divisim, si neque veniret, neque mitteret, processuros, prout expedire videremus; ejus absentia non obstante. Præterea universos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, ceteraſque personas Ecclesiasticas, quæ parere forsitan neglexerant nostris monitionibus, inhibitionibus, & præceptis contentis in processibus supradictis, eidem Duci tamquam Regi seu in Regem Romanorum electo parendo vel obediendo, aut præstando per se vel per alium seu alios auxilium, consilium, vel favorem publicè vel occultè, incurrisse pœnam suspensionis ab officio & beneficio in eisdem promulgatam processibus de dictorum fratrum consilio declarantes, eosdem monuimus, eisque tam sub excommunicationis, quam ipsos dictis monitionibus & inhibitionibus non parentes incurrere voluimus ipso facto, quàm sub privationis dignitatum, personatuum, officiorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum pœnis & sententiis, ad quarum inflictionem contra non parentes nos infallibiliter processuros prædiximus, prout expediens nobis videretur, districtiùs duximus injungendum, ac etiam inhibendum, ne ipsi vel eorum aliqui præfato Duci tamquam Regi vel in Regem Romanorum electo super his quæ ad Regnum vel Imperium supradicta, aut eorum regimen & administrationem pertinent, quovis modo parerent, adhærerent, vel intenderent, seu præstarent per se vel alium seu alios, directè vel indirectè, publicè vel occultè, consilium, auxilium, vel favorem. Quibus pœnis & sententiis adeo ipsos ligari & astringi voluimus & decrevimus, ac si propriis eorum nominibus nominati fuissent specialiter & expressè. Et licèt contra Civitates, communitates, universitates & singulares personas, quæ in prædictis & circa ea forsan deliquerant, ad debitam impositionem pœnarum fuisset meritò procedendum, de benignitate tamen Sedis Apostolicæ illas amplius expectantes, omnibus & singulis Civitatibus, communitatibus, universitatibus, & personis singularibus cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, status, vel conditionis existerent, etiamsi regali aut alia qualicumque dignitate fulgerent, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis in singulares personas, & interdicti in Civitates, terras, & loca ipsorum, ac communitates & universitates prædictas, quas illas si contrafacerent incurrere voluimus eo ipso, nec non privationis Privilegiorum quorumcumque Apostolicorum & Imperialium ac feudorum, quæ à Romana vel aliis Ecclesiis seu Imperio quomodolibet obtinerent, pœnis & sententiis injunximus, districtiùs inhibendo, ne prædicto electo in præmissis vel circa ea tamquam regi vel in Regem Romanorum electo, nisi si & cum electionem suam admitti, & personam suam per eamdem Sedem approbari contingeret & admitti, parerent, vel intenderent, aut adhærerent, seu procurarent per se vel alium seu alios quoquo modo auxilium, consilium vel favorem: Nos ad illationem pœnarum hujusmodi & aliarum contra eos vel illos ex eis qui contrarium attentare præsumserint processuros sicut opportunum existeret, prædicentes, nonobstantibus fidelitatis & quibusvis aliis juramentis, per quæ ipsi vel eorum aliqui dicto electo se quomodolibet astrinxissent, ad quorum observantiam veluti præstitorum ei cui minimè præstari debuerunt, jurantes hujusmodi nullatenus arctabantur, quæ nos etiam ad cautelam in præfatis nostris processibus auctoritate Apostolica duximus relaxanda, seu quibusvis aliis Privilegiis & indulgentiis Apostolicis sub quacumque forma verborum eidem electo, vel quibusvis aliis concessis, quæ sibi vel eorum alicui contra processus nostros præfatos seu eorum aliquem noluimus in aliquo suffragari. Confœderationes quoque, pactiones & societates, si quæ inter ipsum electum & quascumque Civitates, communitates & universitates, ac singulares personas, cujuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, vel status, etiamsi Patriarchali, vel superiori, aut regali, seu quavis alia dignitate fulgerent, super prædictis vel ea tangentibus factæ seu initæ fuerant, sub quacumque forma vel expressione verborum, etiamsi pœnarum adjectione, juramentorum protestatione, vel quacumque fuerant alia firmitate vallatæ, utpote in divinæ Majestatis offensam, ac contra jura & honorem sanctæ Matris Ecclesiæ, ac in damnum & præjudicium reipublicæ, & periculum animarum præsumentes, decrevimus nullas, cassas, irritas & inanes, ac nullius existere firmitatis; easque, quatenus de facto processerant, revocavimus, cassavimus, irritavimus, dissolvimus, & omninò viribus duximus vacuandas. Juramenta insuper super hoc præstita relaxavimus de Apostolicæ plenitudine potestatis. Omnes etiam illos & singulos, qui confœderationes, pactiones, & societates hujusmodi dicto electo contra processus hujusmodi post dictum terminum præsumerent observare, prædictas pœnas & sententias incurrere voluimus ipso facto, contra eos graviùs spiritualiter & temporaliter processuri, prout nobis expediens videretur. Ceterum prædictas suspensionis & excommunicationum ac interdicti sententias sic volumus inviolabiliter observari, quòd absolvendi ab eis, vel relaxandi easdem, nisi tantùm in mortis articulo, tam omnibus pœnitentiariis nostris, quam quibuscumque aliis confessoribus generalibus vel specialibus, seu familiaribus quarumcumque vel quantumcumque sublimium personarum ubilibet consistentium, etiamsi eis à nobis vel aliquo prædecessorum nostrorum sub quacumque verborum forma absolvendi à sententiis Nomonis vel canonis, seu eas relaxandi generalis vel specialis facultas concessa fuisset, vel concederetur in posterum, ademimus potestatem, absolutionem & relaxationem hujusmodi soli Roma-

ANNO 1324.

ANNO 1324. Romano Pontifici reservantes. Quòd si forsan eos vel eorum aliquem in prædicto mortis articulo absolvi contingeret, nisi sanitate recepta Sedi Apostolicæ quamprimùm possent commodè se repræsentare curarent, satisfacturi de præmissis juxta Mandatum Romani Pontificis, in prædictam excommunicationis sententiam recidérent ipso facto. Et ut præfati processus nostri ad ejusdem electi & aliorum quorum interesset communem notitiam devenirent, cartas sive membranas processus continentes eosdem, temporibus quibus facti fuerunt in Avenionensis Ecclesiæ ostiis appendi fecimus seu affigi, quæ ipso processus suoque sonoro præconio & patulo indicio prædicarent, ut prædictus electus & alii quos processus ipsi tangebant, nullam possent excusationem prætendere, quòd ad eos minimè pervenissent, vel quòd ignorassent eosdem, cùm non esset verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter esset omnibus publicatum. Eosdem quoque faciendo processus auctoritate Apostolica decrevimus, quòd processus ipsi præfatum electum & alios supradictos apprehenderent & arctarent, ac si eisdem personaliter publicati & insinuati solemniter extitissent, constitutione quacumque Apostolica in contrarium edita non obstante, cum ad ejusdem electi præsentiam pro ipsis processibus publicandis & insinuandis eidem securus non pateret accessus, nec possent commodè singulorum quæ tangebant auribus inculcari.

Verum quia infra præfatum trium mensium spatium eidem Ludovico ad deponendum titulum regium, & ab administratione regni & fautoria hæreticorum & rebellium prædictorum penitus abstinendum, nec non realiter & cum effectu quæcumque de facto cùm non potuisset de jure tamquam Rex Romanorum gesserat quantum sibi foret possibile revocandum, nobisque & Ecclesiæ satisfaciendum de injuriis, offensis, & gravaminibus per præmissa nobis & eidem Ecclesiæ temerè irrogatis, ac de præmissis per authenticas litteras vel publicum instrumentum nos certiores reddendum, & hoc sub pœna privationis omnis juris, si quod ei ex sua electione prædicta ad dicta Regnum & Imperium competebat seu competierat, quam nisi præmissis pareret efficaciter, eum ipso facto incurrere voluimus, prout superiùs plenius continetur: Nec non & super dictis excessibus & injuriis, ac super pœna privationis prædicta declaranda seu inferenda, & pœnis aliis quibus excessus & inobedientia ac contemtus prædicti obnoxium eum reddiderunt, diffinitivam sententiam & nostrum beneplacitum audiendum, quantum nostrum pateretur officium, per nos peremtoriè assignatum, idem LUDOVICUS nec per se comparuerit, nec alius pro eodem, nec quidem prædicta impleverit infra prædictum terminum, cùm nec ea curaverit adimplere, sed potius pejora studuerit cumulare, nec nos per authenticas litteras vel instrumenta publica reddiderit certiores; licèt tunc meritò potuissemus contra ipsum procedere, ejus proterva contumacia exigente; de benignitate tamen Sedis Apostolicæ ac de fratrum prædictorum consilio, ipsum usque ad diem præsentem hora consistorii duximus exspectandum. Cum itaque nec comparuerit, nec adhuc ipse compareat, nec aliquis alius pro eodem, de fratrum eorumdem consilio præfatum electum reputamus & declaramus meritò contumacem, ejusque contumaciam, tam non comparendo, quàm non etiam acquiescendo nostris superiùs expressatis salutaribus monitis & mandatis, continuatam auctamque considerantes attentè, ne deinceps plures trahat in sui erroris devium, ad quod sua tota ferri videtur intentio, & ne de tanta contumacia glorietur, si justitia ulteriùs differatur, omninò nos tam temerariis ausibus, tam periculosis excessibus, tamque obstinatæ malitiæ electi præfati otiùs cupientes occurrere, ne serò medicina ipsis procedentibus ulteriùs præparetur; attendentes quòd ad excessus hujusmodi perpetrandos gloria tituli regii quem sibi temerè usurpavit, incentivum sibi tribuit, ac in ipsis perseverandi fundamentum periculosè nimium subministrat. Hanc ad Dei honorem & sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac totius Catholici populi quietem & pacem, ejusdemque electi salutem, prout & justitia exigit, amputare volentes, de fratrum ipsorum consilio, memoratum electum qui propter excessus notorios, contemtus quoque, ac superadditas obstinatas contumacias supradictas, tam in non comparendo sibi præfixis terminis, quàm in non parendo nostris salutaribus præceptis & monitis supradictis, prædictis regno & imperio reddidit multipliciter se indignum;

quique propter suam perpetuam ambitionem & superbam proteruiam à Deo ne regnet vel imperet est abjectus: ipsum Ludovicum Ducem Bavariæ omni jure, si quod sibi ex electione sua prædicta competere seu competiisse poterat, à Domino privatum denuntiamus & ostendimus, nosque ipsum jure præfato sententiando privatum declaramus & privamus, nihilominus ad cautelam, de benignitate Sedis Apostolicæ & eorumdem fratrum consilio, superfedentes ad præsens à pœnis aliis quibus excessus prædicti ipsum reddiderunt obnoxium, cùm ad illas infligendas vel declarandas inflictas possemus procedere juxta tenorem nostrorum prædictorum processuum justitia mediante. Reservantes nobis procedendi ad pœnas ipsas infligendas seu inflictas declarandas conjunctim vel divisim, prout negotii qualitas exigit, ejusdemque LUDOVICI obedientia vel inobedientia suadebit & expedire viderimus, plenariam potestatem.

Rursus universos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, aliasque personas Ecclesiasticas, & eorum singulos, qui contra inhibitionem, monitionem & mandata nostra prædicta Ludovico præfato tamquam Regi seu in Regem Romanorum electo, in quibuscumque Regni seu Imperii regimen seu administrationem tangentibus paruerunt, vel adhæserunt quomodolibet, aut per se vel alium seu alios, directè vel indirectè, publicè vel occultè, super prædictis præstiterunt eidem auxilium, consilium, vel favorem, auctoritate prædicta de ipsorum fratrum consilio declaramus pœnas suspensionis ab officio, ac excommunicationis sententias contra tales promulgatas in dictis nostris processibus incurrisse. Civitates autem, communitates, universitates, ac singulares personas illarum quæ in prædictis vel circa ea forsitan deliquerunt, contra monitiones & inhibitiones nostras prædictas, dicto Ludovico tamquam Regi seu in Regem Romanorum electo parendo, obediendo, vel eidem in præmissis parendo, per se vel per alium seu alios auxilium, consilium, vel favorem publicè vel occultè præstando, auctoritate prædicta de ipsorum fratrum consilio declaramus, civitates, communitates, & universitates prædictas interdicti, singulares verò personas excommunicationis sententiis subjacere.

Et quia si deinceps præfatus LUDOVICUS se Regem Romanorum seu electum intitulare præsumeret, seu administrationi Regni vel Imperii se ingerere attentaret, ejus excessus & contumacia graviores existerent quàm ante præfatam nostram sententiam extitissent: Idcirco præsente hac fidelium multitudine copiosa, LUDOVICUM præfatum per hoc nostrum edictum publicum monemus, eidem nihilominus auctoritate Apostolica districtiùs injungentes sub pœnis excommunicationis ac privationis feudorum quæ ab Ecclesia Romana vel aliis seu Imperio obtinet, nec non & privilegiorum quorumcumque à Sede Apostolica vel Romanis Imperatoribus eidem vel suis prædecessoribus, quatenus ejus commodum tangerent, quomodolibet concessorum, ne deinceps se Regem Romanorum vel electum intitulet, nec administrationi Regni sui & Imperii se immisceat seu ingerat quoquo modo. A fautoria quoque prædicta desistat realiter, nec illam ulteriùs reassumat, & quæ gessit vel fecit sub colore prædicti tituli regii temerè usurpati revocet, quantum erit sibi possibile, cum de jure non tenuerint, velut attentata ab illo cui jus non competit faciendi, quæ & nos in nostris processibus aliis revocavimus, quatenus de facto processerint, ipsa cassa, nulla, & irrita declaramus. Quas pœnas & earum quamlibet ipsum incurrere volumus ipso facto, si præmissa contemserit contumaciter adimplere. Ipsumque nihilominùs citamus per hoc edictum publicum, ut Kalendarum Octobrium venturarum proxima vel sequenti die non feriata, si dies Kalendarum ipsarum fuerit feriata, quam sibi peremtoriam de eorum fratrum consilio assignamus, per se vel per procuratorem idoneum compareat coram nobis, sub pœnis aliis quibus excessus prædicti ipsum reddiderunt obnoxium, sententiam auditurus, & aliud facturus quod justitia suadebit. Prædicentes eidem quòd sive venerit, seu miserit, sive non venerit neque miserit, nos ad sententiam prædictam conjunctim vel divisim, prout expedire viderimus, absque citatione alia procedemus. Universis præterea Christi fidelibus cujuscumque conditionis, præeminentiæ, sive status existant, etiamsi dignitate patriarchali, pontificali, aut alia superiori vel inferiori, seu etiam regali forsitan decorentur, nec non & aliis personis ecclesiasticis, sæcu-

ANNO 1324. laribus, vel regularibus cujuscumque Religionis aut ordinis, Ducibus quoque, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, universitatibus Civitatum, castrorum, ceterorumque locorum, & specialiter universis incolis & habitatoribus eorumdem Regni & Imperii Romanorum inhibemus & mandamus expresse, ne eidem Ludovico super his quæ ad administrationem Regni vel Imperii prædictorum pertinent, quoquo modo assistant, pareant, seu intendant, aut præstent eidem consilium, auxilium vel favorem, per se vel alium, publicè vel occultè, quacumque occasione quæsita, etiam prætextu alicujus hommagii, vel cujuscumque colligationis, confœderationis, societatis, seu cujusvis conventionis, aut ligæ contractæ antea, vel in posterum contrahendæ, etiamsi colligationes, confœderationes, societates & conventiones hujusmodi & alia supradicta, pœnarum adjectione, litterarum vel juramenti, seu cujùslibet alterius essent vinculo firmitatis innexa. Nos enim colligationes, confœderationes, societates, conventiones, ceteraque hujusmodi præmissa, quoad hæc de plenitudine dissolvimus potestatis. Juramenta super illis præstita, pœnasque propterea præmissas penitus relaxantes, ac universos & singulos qui eas contraxerant, se ad observantiam earumdem quantumcumque solemniter astringendo, ab ipsarum in præmissis observatione penitus absolventes. Specialiter autem incolis & habitatoribus eorumdem Regni & Imperii prohibemus expresè, ne dicto Ludovico vel alii pro eo, de reditibus, obventionibus, sive juribus regalibus, vel imperialibus, seu ratione Regni vel Imperii prædictorum aut dominii cujusvis per eum usurpati, in illis respondeant, vel aliam impendere sub quocumque velamine satisfactionem attentent. Alioquin omnes singulares personas cujuscumque sint præeminentiæ, conditionis aut status, ecclesiastici vel mundani, excommunicationis: terras verò & loca ipsorum, nec non civitates, castra, villas, & loca quæcumque alia ubilicet constituta, & universitates ipsorum, quæ prædictas inhibitiones, vel earum aliquam præterire propria temeritate præsumerent, interdicti sententiis, quas ex nunc proferimus, decernimus subjacere. Non obstantibus quibusvis privilegiis & indulgentiis Apostolicis præfato Ludovico seu quibusvis personis religiosis & sæcularibus ac aliis tam ecclesiasticis quàm mundanis, cujuscumque præeminentiæ, status, dignitatis, vel conditionis existant, etiamsi patriarchali vel majori, seu regali, aut alia quacumque præfulgeant dignitate: aut universitatibus, communitatibus, civitatibus, & locis aliis, communiter vel divisim, sub quacumque forma vel expressione verborum ab eadem Sede concessis vel in posterum concedendis, etiamsi de illis totoque tenore ipsorum de verbo ad verbum specialiter & expresè oporteat fieri mentionem, quæ sibi vel eorum alicui contra præsentem processum vel aliqua contenta in ipso, in nullo volumus suffragari. Quæ quidem privilegia & indulgentias omninò quoad hæc volumus & decernimus viribus vacuari. Apertiùs nihilominùs prædicentes, quòd adversus hujusmodi præsumtores, & specialiter contra prælatos, religiosos, & alias ecclesiasticas personas, nec non Marchiones, Duces, Comites, Barones, incolas, habitatores, civitates, castra, villas, loca, & universitates ipsorum ad infligendum pœnas contra tales in præfatis nostris processibus contentas & comminatas, seu declarandum infligtas, videlicet privationis dignitatum, personatuum, officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum, personarum ecclesiasticarum ipsarum, privilegiorum quorumcumque Apostolicorum & Imperialium earumdem personarum ecclesiasticarum, etiam civitatum, castrorum, villarum, & locorum, universitatum quoque ipsorum ac feudorum quæ à Romana vel quibusvis aliis ecclesiis obtinent, & alias spiritualiter & temporaliter quando & sicut facti qualitas suadebit, aut expediens putabimus, absque citatione aut monitione alia procedere curabimus, divina gratia præeunte. Porrò cùm nostri Salvatoris exemplo conversionem peccantium, quorum non perditionem sed salutem quærimus, affectemus, universas & singulas personas ecclesiasticas & mundanas, cujuscumque præeminentiæ, ordinis, dignitatis, conditionis aut status, & communitates quæ forsan præfato Ludovico tamquam Regi seu in Regem Romanorum electo, adhærendo, obediendo, & intendendo, seu consilium, auxilium, vel favorem præstando, directè vel indirectè, publicè vel occultè, in his quæ ad regimen seu administrationem pertinent Regni seu Imperii prædictorum, vel aliud quidquam contra tenorem dictorum processuum temerè attentando, pœnas & sententias contentas in eisdem processibus propterea incurrissent, per hoc edictum publicum monemus & hortamur in Dominò, ut infra dictas Kal. Octobris à prædictis adhæsione; obedientia, consilio, auxilio; & favore resilientes & resipiscentes omninò, non parituri vel adhæsuri eidem ulteriùs quomodolibet in præmissis, ad gremium & mandata sanctæ Matris Ecclesiæ cum effectu & sine cujuscumque fictionis velamine redire procurent, quo casu per opportunæ absolutionis remedium; illorum cupientes benignè providere saluti, Metropolitanis eorum absolvendi eosdem à memoratis pœnis & sententiis, recepta primitùs ab ipsis resipiscentibus cautione juratoria de ulteriùs non parendo contra dictos processus, & sententiam hujusmodi præfato Ludovico, nec præstando super prædictis auxilium, consilium, vel favorem; plenam concedimus tenore præsentium potestatem. Volumus tamen quòd super absolutionibus & cautionum receptionibus prædictarum Metropolitani præfati duo confici faciant publica vel authentica monumenta, quorum altero penès se retento, reliquum nobis fideliter mittere, nosque de illis per suas patentes litteras certiores efficere non omittant. Si verò aliquem vel aliquos taliter absolutos, forsan, quod absit, contingat in errores pristinos vel aliquem eorumdem relabi contra processus & sententiam memoratos, & contenta in eis, temerariis ausibus veniendo, illos in easdem pœnas & sententias recidere decernimus ipso facto, à quibus postquam, ut præmittitur, recidissent, per alium quàm per Romanum Pontificem, nisi dumtaxat in mortis articulo, liberari nequeant vel absolvi. Adimentes tam prædictis Metropolitanis, quam quibusvis aliis, juxta prohibitionem præcedentium nostrorum processuum omnimodam super hoc potestatem. Licet autem ex præsumtuosis & indebitis usurpationibus, injuriis, inobedientiis, culpis, & excessibus prædicti Ludovici, quadam necessitate compulsi fuerimus procedere taliter contra eum, nequaquam tamen nostræ intentionis extitit, nec existit, juri Principum ecclesiasticorum vel sæcularium ad quos electio Romani Regis in futurum Imperatorem promovendi spectare noscitur, per processus nostros, seu aliqua contenta in eis, in aliquo derogare; immò illud omninò eis illibatum volumus reservari.

ANNO 1324.

Ut autem processus noster hujusmodi ac omnia & singula in eodem contenta, ad præfati Ludovici, & omnium aliorum quorum interest, communem notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eumdem in Ecclesiæ Romanæ appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt, ut idem Ludovicus & alii quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem prætendere, quod ad eos non pervenerit, vel quòd ignorarint eumdem, cùm non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur. Volumus autem & Apostolica auctoritate decernimus, quòd hujusmodi processus præfatum Ludovicum & alios quos contingere dinoscitur, apprehendat & artet, ac si eisdem personaliter & singulariter publicatus & intimatus solemniter extitisset: constitutione quacumque per prædecessores nostros Romanos Pontifices in contrarium edita non obstante. Datum Avenione v. Id. Julii, Pontificatus nostri anno octavo.

LX.

Edictum famosum LUDOVICI *Bavari Romanorum Regis contra* JOHANNEM XXII. *Papam publice in Comitiis Ratisponensibus pronunciatum & oppidatim affixum, quo eum hominem pecuniosum, avidum Imperii, simoniacum, sacra profanis miscentem, Violatorem Juris Gentium, & Legum Naturalium, Monstrum Biceps, Ludibrium naturæ abominabile, Antichristi Præcursorem, & Anteambulonem nuncupat. Datum Reginoburgi mense Augusto Anno Domini* 1324. [GOLDASTI *Constitutiones Imperiales* Tom. I. pag. 325.] Août.

CHRIS-

ANNO 1324. CHRISTUS Servator, Dominus atque Deus noster, ejus Legati primarii, Petrus, Paulus, Jacobus, Joannes, tempora periculosa, ubi ad cœlum migrarint, nobis imminere cantarunt, & in primis admonuerunt, ut summoperè atque anguium in morem astuti, decreta Pharisæorum, Pseudochristos, Pseudo-apostolos, à mendacio simulatæ religionis ita appellatos, vitaremus. Qui se Mystas Christi ferunt, cum sint nuncii Antichristi. Eos inexplebilis honoris, potentiæ, pecuniæ sitis, atque luxus, avaritia, fastus, quæ in proverbium venêre, produnt. Non imus in ingenue. inficias, * ingentia fatemur, tempora nostra censuram non ferunt. Jampridem corruptis moribus simplicitas Christiana sordet, longinqua consuetudo potentior veritate vincit, tamen indignatio silentium rumpit. In altissima humanarum specula cœlitus positi tacere non possumus: ne canes muti, juxta Vatem sacrum, qui latrare non possunt, simus. Et si lupos pelle ovina tectos abigere ob infelicitatem temporum non valemus, resistere tamen, hujuscemodique prodere, munus nostrum est. Quamvis tantundem, ut vellemus, non possumus, tamen non assequutis voluisse, abunde pulchrum atque magnificum est.

2. Et ut rem in pauca conferam; nec diùtius ambagibus immorer, circuitioneq; utar, remq; apertè dicam, JOANNES ille, qui se Papam Vicesimum secundum nuncupat, qualis sit, oviculis Christi nostro beneficio operæ precium est agnoscere, ne deceptæ pelle ovina à sævissimo lupo devorentur. Nempe sanguinem Christianum sitit, discordiæ, seditionum mala ubiq; gentium inter Christianos serit. In Germania & Italia, literis, pollicitationibus, auro, Principes, Tetrarchas, Episcopos, Sacerdotes, Monachos, Cives corrumpere nititur, inducit, sollicitat, ad arma vocat. Adversus divinam providentiam, supremam cœli Majestatem, unde omnis potestas existit, contra charitatem Christianam pugnat, fratres in fratres armat, præcipit, ut Christiani mutuum affectum & amorem, quem solum Pater immortalis à nobis exigit, exuant, arma corripiant, atque in sua viscera vertant, fidem frangant, pacta dissolvant, invicem fraudent, decipiant, imponant, à sacrosancto Imperio deficiant, rebellionem, conspirationem, cædes, incendia, stupra faciant. Nec licet per hunc Antichristum, Christianis pacem à Deo datam servare. Tanta est hominis, vel potiùs Sathanæ illius væcordia, publicè pro concione, scelera sua quasi benefacta prædicat: *Cum Christiani*, inquit, *Principes inter se discordant, tum verè Romanus Sacerdos est Pontifex Maximus, demùm regnat, demùm dominatur, ubi omnibus discordia, seditione, mutuo odio debilitatis formidolosa sit ejus potestas, universi ejus nutui obsequuntur, & vel creatus observant. Seditio atque discordia Germanorum, salus est Romanorum Pontificum. Proinde pro virili enitendum est Pontifici Maximo, si salvus esse velit, ut æneum serpentem, hoc est, Alemannorum Imperium conterat, in cineres atque favillas redigat.* Itidem jactitat, sua opera effectum esse, ut nullus neque Romæ neque in Italia ultrà siet, qui Imperii rebus vel faveat, vel studeat. Et profecto ejus fraude duo rebus impositi sumus, quos ut vel unâ quidem literulâ (cum tamen undique aurisugæ atque vultures sui circumvolitarent, templa, fana, sacras ædes compilarent) in gratiam redigeret, aut ut jure potiùs, vel apud se, quàm armis disceptare hortaretur, tantum abfuit, ut nos ultrò ad bellum civile concitaret. Nullam operam dedit, ut inter nos pacem componeret; imò magis discordiam aluit, modò mihi, modò Austriaco studebat: nunc FRIDERICO, nunc LUDOVICO favere se simulabat, ut quisque imbecillior erat, ita magis huic operam suam pollicebatur. Ad consecrationem ultrò invitabat, per fallaciam utrisque verba dedit, & pronos ad concordiam rursus arma sumere persuasit. Astu hæc omnia egit, ut interea dum domesticis armis, cognatisque bellis atteritur, Imperium pessundaret, labefactaret; urbes, castella, populos, Rempublicam invaderet, in cujus perniciem conspiravit, populumque Christi in servitutem redigit, adversus Sanctos depugnat.

3. Sacerdotia maxima, infima, sordidissimis quibusque, modò hostes Reipublicæ sint, committit. Neminem publici boni studiosum, aut pacis amantem in curiam Sacerdotum allegat. De Pharisæorum supercilio nimium sibi assumit, nihil pensi habet, modò animo suo atque libidini per fas atque nefas morem gerat.

4. Divina, humana decreta juxtà contemnit, atque conturbat. Jus gentium violat, leges naturæ prophanat, sacra polluit, indictâ causâ, necdum reos condemnat. Sibi licere absque mora actutùm, vel in nos indemnatos sententiam ferre, jactitat. Cùm capitalis sit inimicus, publicusque hostis, tamen in propria causa actor, testis & judex est; id quod nec apud Turcas, neque Judæos, neque Saracenos, neque Sarmatas fieri solet. Eos, qui fidem Cæsari servant, & Christo Servatori nostro præcipienti obtemperant, nec ullam aliam ob causam hæreseos nota inurit. Quicquid libet, licitum judicat; metitur opibus licentiam. Quid igitur cum illo agam? neque jus, neque bonum, neque æquum exequi, scire studet. Nihil videt, nihil facit, nisi quod lubet.

5. Sathanæ spiritum sibi sumit, se similem Altissimo facit, se adorari, (quod Cœlitum quidam sibi à Joanne fieri prohibuit) pedes sibi osculari, more Diocletiani atque Alexandri, crudelissimorum tyrannorum, permittit, cùm Christus manceps divinitatis, Dominus & Deus noster, pedes comitum suorum piscatorumque laverit, ut nuncii sui vicissim illis, ad quos missi sunt, faciant. Una Majestas, atque divina providentia, ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri, ubique præsens, universis rebus incubat, rebus omnibus per se consulit: nec in manufactis templis habitat. Nos Dei genus in eodem vivimus, movemur, & sumus. Ipse cœli & terræ rector est, nisi forsitan artifex, natura effœta, supremusque rerum parens senio atque labore continuo fessus, Atlantis ritu, ut est in fabulis Poetarum) Herculis (qui respiranti interea loci cœlum humeris sustineat) vicariâ opera, atque sempiternus mortalis auxilio indigeat. Sed nihil fortuitò, nihil humana temeritate aut fit, aut regitur. Imperatores quoque terris neque forte neque casu, neque à mortalibus, neque occulta fatorum potestate dantur, sed à supremo Numine eliguntur, atque divinitùs constituuntur, rebusque humanis à Patre indulgentissimo imponuntur.

6. Porrò Romanus Sacerdos, cujus conversatio in cœlis esse debet; urbes, castella, vicos, regiones, opes, potentiam, tantum splendorem, jus gladii, adventitia non jure suo; sed alieno beneficio, occupat, possidet, nempè benevolentia atque liberalitate, ne dicam socordia atque ignavia, Rectorum Germaniæ. At mortalium ingratissimi de optimè meritis pessimè merentur. Ensem, cujus manubrium nostrâ munificentiâ tenent, in nostra viscera, quorum beneficiarii sunt, stringere non verentur. Obscuri, versuti, versipelles, Celtarum Occidentalium freti viribus atque amicitia, gentisque gentilitia infirmitate, hoc est, levitate atque superstitione confisi, libertati Germanæ plagas tendunt, simplicitati Christianæ captiosis aculeis sub magna superficie pietatis imponunt. Darios, Crœsos, Epicuros æmulantur; pauperiem, ignominiam, contumeliam, famem, sitim, æstum, frigus, mortes, vincula, carcerem, crucem pati (sicuti Paulus, & Petrus, & Christus, cui se operam vicariam præsidendo terræ dare gloriantur; fecerunt & docuerunt) non solùm non callent, sed & pejus flagitio timent. Divitias solas, Imperia, Regna, honorem spectant: anxiùs quàm ulli hominum ea conquirunt: quæ tamen non tantùm CHRISTUS & ejus legati contempserunt, verùm etiam Philosophi, Poetæ, Oratores, Historici: alieni à Sacramento veræ religionis, aspernanda esse viro sapienti, præcipuè sacris destinato, constanter præcipiunt, ut quæ absque scelere, & allorum damno, comparari nequeant: Et ferè malos, nunquam bonos (ut est apud Germanos proverbium) efficiant. Nec sine causa Christus sentes & spinas: Paulus rete atque laqueos principis Stygii appellavit.

ANNO 1324.

7. Et ut est dissociabile Regnum, omnisque potestas impatiens consortis, jam egregii illi Pastores, opibus & splendore à Majoribus nostris aucti, ferre parem nequeunt; Cæsarem Italiâ, Româ, Christum terris extrudere. Illi cœlum quidem permittunt, inferos atque terras sibi asseruere: Deusque terrarum hominumque non solùm dici, sed etiam credi volunt, quasi perinde animis atque linguis (quod ne Deus immortalis quidem tentat) imperare possint, atque divisum cum Jove habeant imperium. Repugnant & maximè diversa sunt, Crucifixus & summa potestas, miles & sacerdos, Imperator & pastor, Regnum & patibulum, corporalia & spiritualia, arma & sacra, bellum & pax, Cæsar & nuncius, Princeps & minister, Dominus & servus. *Qui vult esse maximus inter vos*, (ait supremus arbiter cœli legatis suis) *infimus omnium, atque vester servus sit. Cæteris recumbenti-*

ANNO 1324. *bentibus, quemadmodum ego feci, ad cyathum miniſtret. Unus magiſter, & Dominus veſter in cœlis; vos autem fratres eſtis.* Bellua multorum capitum, monſtrum biceps eſt, Auguſtus & Pontifex Maximus. Id quidem fuiſſe Decium atque Neronem, & hujusmodi Tyrannos, falſorum Deorum cultores, in nomismatis & epigrammatis legimus. Quod de animo & corpore afferunt, nugæ ſunt & contortæ concluſiuncuiæ: ceu vero neſciamus carnem adverſus ſpiritum pugnare, & animam, niſi è corpore emicuerit, interituram. Ludibrium naturæ abominabile, ira Dei, ſocordia atque ignavia noſtra eſt, Principem Principum ſervo ſervire ſervorum. Si ſervus, ſervus ſervorum Dei eſt, cur non ſervit? cur non amat? cur non miniſtrat? cur non paſcit? cur non docet? non nunciat? Si id, quod cupit, eſſe velit, cur non Chriſti, Petri & Pauli veſtigia in carceribus & periculis variis æmulatur? Cur mentitur, tergiverſatur, fallit, regnat, dominatur? Aviditate potentiæ, pecuniæ ima ſummis miſcet, omnia venalia, Deum & inferos habet. Cur vitam Chriſti parvipendit? qui de hæreditate à fratribus captus etiam arbiter judicare noluit, ſed competitores ad Prætorem Cæſaris rejecit, & tribunal relegavit. Cum populus eidem regnum Palæſtinæ ultrò offerret, aufugit, ſuum regnum in hoc mundo non eſſe confitetur. Quamobrem Viceſimus ſecundus non ſine maxima ſua atque Reipublicæ pernicie, libidine dominandi in præceps abit; aliena, quæ nihil ad eum attinent, curat, uſurpat; ſua, hoc eſt, religionem, ſpiritualia, mores, vitam hominum negligit. Imperium terræ, mortalia, vetante Chriſto, arripit. Præſides, Proconſules, profeſſus crucem atque paupertatem, in aliena ditione obtrudit. Ubi res ad interregnum redit, penes ſe ſummam poteſtatem eſſe comminiſcitur. Munus Præfecti Prætorio Rheni, Reguli Bojorum, intercipere, atque in ſe transferre conatur. Nec verum eſt, nulli, qui discordantibus inter ſe Principibus Reges conſalutati fuerint, jus eſſe poteſtatis dandæ. Id ignaris annalium, & hiſce qui quidnam ſit mentiri neſciant, perſuadere conetur. *Conradus & Lotharius, Philippus & Otto, Richardus & Alphonſus, Adolphus & Albertus*, & nuper EGO & *Fridericus*, licet à diverſis dilecti Principibus, tamen Reges uterque vocabamur & eramus. Nos quidem ceremonia ſolenni, ex veteri priſcæ religionis inſtituto, Francofordiæ celebri loco, Comitiis Cæſareis die præſcripto habitis, frequenti Senatu, non ſolùm à pluribus, ſed à duabus claſſibus ſacrorum & prophanorum, ſuperis ritè ſalutatis atque conſultis, creati atque renunciati ſumus. Atque inde in urbe, quam Aquas-Graneas vocant, in penetralibus ac domicilio ſacroſancti Imperii ritè ſacra obivimus, diadema, enſem, inſignia auſpicatò accepimus. Auſtriacus poſt Comitia diſſoluta, contra decus Imperii, adverſus leges, auſpicia, contra interceſſionem, & inſtitutum Majorum, non ſtata die, nec tempore conſtituto, obſcuro vico, duobus duntaxat pecunia & affinitate corruptis ſuffragantibus, demùm irrepſit, ultroque ſe ingeſſit. Et noſtram ſanè cauſam immortalis cœli Imperator (à quo in ſummo rerum faſtigio conſtituti ſumus, & enſem ad inopes, vi oppreſſos vindicandos, & malos perterritandos accepimus) felicitate, fauſtis ominibus, & victoria approbavit. Idcirco rectè, benè ac ſapienter, ſicuti legibus cautum eſt, ex conſiſilii decreto, more Majorum Brandenburgenſem Ducatum (quem ille homo, qui vulgò Papa dicitur, *Mædenburgenſem* falsò vocat) filio noſtro Ludovico in tutelam atque fidem commiſimus.

8. Et cum noſtri cives, amici, populares, ſocii pientiſſimi in Italia à Flaminibus Romanis, quod Imperio & nobis fidem ſervarent, nec ullum aliud propter facinus, armis præter æquum & bonum attererentur, nobis eos deſerere non fuit conſilium. Quemadmodum ſacramento rogati, religione jurisjurandi promiſimus, Regulos Germaniæ clariſſimos, de Grayſpach, Neyffen, Truhedingen, ad Viceſimum ſecundum, inde ad Legatum ejus in Italiam, uti pacem componerent, fœdus icerent, proficiſci noſtro jure juſſimus. Nihilominus illis rejectis, adverſus Majeſtatem Imperii, populique victoris gentium, Legatus ille Joannis, oſor Chriſtianæ charitatis, Mediolanum, Comum, Cremonam, Vercellas, Novariam, Ticinum, Laudem, Mutinam, Veronam, Vicentiam, Felſinam, Placentiam, Parmam, Brixiam, Alexandriam, Terdonam, Lucam, Piſas, Aretium, Ceſenam, Genuæ exules, item alias urbes Italiæ; inſuper Mathæum Galeatium, Paſſerinum, Petræmalæ, Montisferrati, Matinæ, Salutiarum limitum Præfectos, cives, Præſides, Proprætores Imperii, Chriſtianiſſimos atque graviſſimos viros, hoſtili animo cum copiis vaſtat; agros, vicos incendit; ſtupra, cædes, ſacrilegia, impunè committit. Illos, quòd bella civilia abhorrerent, à nobis & Imperio deficere nollent, crimen læſæ Majeſtatis, ſcelus perfidiæ admittere recuſarent, hæreſeos notâ inuſſit. Romanus Princeps, à Deo ad arcenda hujuscemodi flagitia deléctus, gladiumque ideò geſtans, inopes, inſontes cives, clientes Reipublicæ devotiſſimos (quibus etiam à propinquis opem ferre inſtituimus) potentia, vi, armis malignorum oppreſſos, ſine ſumma infamia, absque ſummo ſcelere deſerere non potuit, opem tulit fidiſſimis atque Chriſtianiſſimis amicis. Accuſetur illius perfidia, qui prior læſit. Vim vi repellere licet. ANNO 1324.

9. Paſcat bonus Paſtor oviculas Chriſti, & amet, non armis oppugnet, vi opprimat, argutas cavillationes miſſas faciat; veritatem, ſimplicitatem Chriſtianam, Chriſtumque, cui verba dare difficile eſt, amplectatur. Illius converſatio ſit in cœlis; ſpiritalibus deditus, corporalibus ſe non contaminet: Nos noſtro jure, Majorum inſtituto, ſicut jus gentium eſt, ſacra oracula docent, res noſtras, nimirum terrena, caduca, fluxa, fragilia agere ſinat, & verbum inter nos non commutabimus. Et tandem deſinat tam impudenter mentiri, niſi forſitan omnes Germanos (ut Romanenſes autumant) ſtultos, caudices, aſinos, ſtipites, plumbeos exiſtimat.

10. Me hæreticorum (ut ejus verbis utar) fautorem falsò vocat. Chriſtianus ſum; at ipſe Hæreſiarcha eſt. Non enim diſcipulus eſt Chriſti, cujus vitam irridet, paupertatem floccifacit, pietatem aſpernatur, religionem polluit, ſacra prophanat, mores ſpernit, inſtituta condemnat, dogmata vilipendit. Nam Divum Franciſcum, veritatis divinæ præconem, paupertatis Chriſtianæ anteſignanum, confœdereneos ejus univerſos, Avinione VI. Idus Decembris, anno ab orbe ſervato MCCCXXII. impietatis condemnavit. Audite obſecro quam ob cauſam. Homo pecunioſus, avidusque Imperii, argentum Evangelio, (ubi opes ſcelera vocantur) aurum Chriſti inopiæ præfert; Franciſcanos, Fraterculos ignominioſo apud ſe cognomine, item ſtolidas pecudes, perniciosas vulpeculas, quæ ſimulata religione mundo imponant, populum fallant, nuncupat. Illorum religionem excindere, quòd Chriſtum, comites ejus nihil poſſediſſe in terris doceant, aſſerant, prædicent, conatur. Sed contrà cœtus Franciſcanorum Peruſiæ celebris, univerſis ſuffragantibus Theologis, probè ejus facta depinxere, veritatemque ſacris literis, teſtimonio divino tutati ſunt, quamvis magis carcere & vinculis, quàm diſputationibus, hujuscemodi genus hominum caſtigandum foret. Tamen eundem ſuis depinxere coloribus, atque inſatiabile avaritiæ baratrum & ſimulachrorum cultorem declararunt. Nam & auri pondus ingens, quod ab orbe Chriſtiano, præcipuè Alemannia, Arelatenſi Regno, Italia, ſub ſpecie expeditionis Aſiaticæ emunxit; Saracenis, ut Chriſtianis Armeniæ, qui ab eo compilari, atque vænire detrectarant, atma inferrent, diſtribuit. Ut Antichriſtus non ſit, tamen ejus antecurſorem atque anteambulonem eſſe neceſſe eſt. A quo ad propugnandum templum Dei, (cujus cura nobis cœlitus à Deo optimo maximo data eſt) ad univerſum totius orbis Senatum Chriſtianum provocamus, &c. Datum Reginoburgii, menſe Auguſto, anno Domini MCCCXXIV.

LXI.

Revers des Raths und der Stadt Quedlinburg/ wordurch ſie ſich unter des Stiffts Halberſtadt Schutz auf ewig begeben/ und jährlich dem Biſchoff des benennten Stiffts-funfzig Marck Silbers zu geben ſich verbunden. Geben Quedlinburg am Tage S. Tiburtii und Valeriani 1326. [LUNIG **Teutſch. Reichs-Archiv.** Partis Special. Continuati: 2. **Abtheilung.** 4. Abſatz 15. pag. 359.] 1326. 14. Avril.

C'eſt-à-dire.

Revers de la Ville de Quedlinbourg, *portant qu'elle ſe ſoumet à la Protection de l'Evêché d'*Halberſtat, *avec promeſſe de lui payer annuel-*

ANNO 1326. *annuellement une reconnoissance de Cinquante Marcs d'Argent. Fait à Quedlinbourg le jour des St. Tiburce & Valerian* 1326.

WIr Bürgermeister und Wir Rathmanne / wir Innungs-Meistere und Bürger-Gemeine in der Alten Stadt zu Quedlinburg / bekennen in diesem offenen Briefe und das wüllig / allen / so ihn sehen und hören / daß wir uns haben gelassen und gethan zu dem Fürsten / unserm Herrn / Herrn Albrechten / so gekohren und bestätiget zu dem Thum / Bischoffthume zu Halberstadt und zu dem Capitul desselben Stiffts / und zu allen dero Nachkömlingen / mit guten Willen ewiglichen zu bleiben und zu helffen / in in allen ihren Nöthen / gleich andern seinen eigenen des Stiffts Städten nach unserer Macht; Ferner bekennen wir / daß wir uns haben verbunden / daß wir alle Jahr ewiglichen / je auf dem Sanct Martins-Tag / sollen geben dem Ehrsamen Fursten / so der Bischoff ist zu Halberstadt / funffzig Marck werth Silbers zur Freundschafft und zur Liebe. Diese vorbeschriebene 50. Marck Geldes / soll der Bischoff nicht verkauffen / noch versetzen noch verleyhen / were auch daß wir / einige Folge thäten oder Trecknnge in des Stiffts Noth und Unser / da wir Kost vorbringen / des Jahres sollen wir die 50. Marck inne behalten zu Hülffe unserer Kost.

Alle durch diese vorbeschriebene Rede haben Wir uns verbunden mit dem Ehrsamen Fürsten / unsern Herrn / Herrn Albrecht / der gekohrn und bestätiget ist zu dem Bischoffthum zu Halberstadt / ewiglichen und stets zu halten; Auch so haben wir uns verbunden wider den Rathmann und die Innungs-Meistere / und wider die Bürger-Genteine zu Halberstadt und zu Aschersleben / alle diese vorgeschriebene Dinge / daß die allestets und so gantz bleiben / haben wir unser Stadt-Insiegel gehenget zu diesem Briefe / der von uns gegeben und geschrieben zu Quedlinburg nach GOTTES Geburth Dausend Jahr Dreyhundert Jahr in dem Sechs und Zwantzigsten Jahre / in den Heyl-Tagen St. Tiburtii und St. Valeriani.

LXII.

1327. 24 Fevrier. **Schutz-Brief Johann Königs in Böheim / Hertzogen Casimiro zu Teschen ertheilet / wodurch er denselben in Schutz und Schirm annimt / seine Rechte zu handhaben verspricht / auch nach Absterben Johann Hertzog zu Außwentzin oder Auschwitz ohne Leibes-Erben / ihme die Succession in dessen Furstenthum und Landen ertheilet. Geben zu Praag den 24. Februarii 1327.** [LUNIG Teutsch Reichs-Archiv. Part. Spec. Continuat. 1. Absatz 3. pag. 281.]

C'est-à-dire.

Lettres de Protection accordées par JEAN *Roi de Boheme à* CASIMIR *Duc de Teschen pour lui ses Biens & ses Droits; avec promesse qu'en cas que* JEAN *Duc d'Auschwentzyn, autrement d'Auschwitz vienne à mourir sans hoirs de son Corps, il lui donnera cette Principauté. A Prague le* 24. *Fevrier* 1327.

WIr Johannes von GOttes Gnaden / zu Böheimb und Pohlen König / ꝛc. und Graf zu Lucemburg / ꝛc. Bekennen und thun kundt mit diesem unserm Briefe für jedermänniglich / daß dieweil der Erlauchte Casimirus Hertzog zu Teschen / aus sonderlicher bedächtiger Neigung / so er gegen unser Majestät tregt / unser Furst und Hoffdiener zu seyn / entschlossen / seinen Teschnischen Kreyß mit desselben Städt und Schlössern / als nemlich die Stadt Teschen sampt dem Schloß / die zwo Städte / Freystadt und Belitz / darzu die Städtlein Stokaw und Jemnitz sampt ihre Festungen und dem Schloß Ostra / mit den Dörffern / Unterthanen / Lehns- und Ritterslauten / so denselben und ihm zugehörig / und mit allen andern Zugehörungen / in welchen sie seyn / welche er jetzunder besetzet / oder künfftiger Zeit / es sey mit was Titul es immer wölle / besitzen mochte / fur sich / seine Erben und Nachkommen / als Hertzogen zu Teschen / aus ungezwungenem und freyem Willen / in unser Hände übergeben hat. Dieselben von uns / zu seiner / seiner Erben und Nachkommen / Hertzogen zu Teschen / ewiger Erbschafft und Eigenthumb wiederumb empfangen / und nach geschehener Huldigung / der schüldigen Trew von ihme / uns / unsere Erben und nachkommenden Königen aus Böheimb / als unser und des Königreichs Böheimb Fürst / treulichen zu geleisten und zu gehorsamen zugesaget; Als haben wir wollende ihme dißfalls / wegen seiner gutwilligen Unterthänigkeit mit dannebaver Vergeltung entgegen kommen / ihn in unserer Erben und Nachkommen der vorgemelten Könige in Böheimb, Schutz und Schirm / als unsern Fürsten und Unterthanen angenommen / zusagende ihn / seine Erben und Nachkommende / bey allen seinen zugehörenden Rechten / nechst gottlicher Hülffe herrlichen zu erhalten / und als sonsten andere unsere Fürsten und Unterthanen allenthalben zu beschützen und handzuhaben / vergönnende auch und verleihende ihm zu ewigen Zeiten / daß alle seine eheliche Söhne mit ihren ehelichen und rechten Nachkommen in vorgemelten Teschnischen Kreys einander allezeit rechtlichen nachfolgen und erben sollen / zu thun und zu lassen haben nach ihren Willen.

ANNO 1327.

Wir geben und verleihen auch zu mehrer Erklärung unserer Gnaden gedachtem Casimiro / dafern der Erlauchte Johannes Hertzog zu Außwentzin sein Vetter unser lieber Fürst / oder in künfftigen Zeiten die andern Fürsten und Herrn zu Außwentzin / ohne eheliche Leibs-Erben abgiengen / daß alsdann desselben / oder derselben Land und Fürstenthumb Außwentzin auff den obgenannten Casimirum und seine Erben zu ewigen Zeiten / gantz und gar erblich kommen und fallen soll. Zu Uhrkund und mehrem Zeugniß haben wir dieses schreiben / und mit unserm grossen Siegel versichern und bestetigen lassen / geben zu Prag / im tausend dreyhundert sieben und zwantzigsten Jahre / den 24. Februarii.

LXIII.

Balla JOHANNIS *Papæ XXII. quâ* LUDOVICUM *Bavarum discorditer electum in Romanorum Regem ob ejusdem continuatam nequitiam, excessus detestabiles, protervam contumaciam, culpas horrendas, injustitias, & injurias Ducatu Bavariæ, & omni jure in eodem competenti, nec non omnibus Feudis Ecclesiasticis & Imperialibus privat. Datum Avenione* 3. *Nonas Aprilis Pontificatûs sui Anno XI.* [MARTENE *Thesaurus Novus Anecdotorum* Tom. 2. col. 671.] 3. Avril.

JOHANNES Episcopus servus servorum, Dei, ad perpetuam rei memoriam. Divinis exemplis informamur, ut perversorum continuata nequitia, pœnas pœnis curemus adjicere, ut sic saltem ipsos à suæ vesaniæ ausibus & proterva contumacia retrahere satagamus. Hæc utique utilitas publica postulat, cujus interesse noscitur, ne per impunitatem excessuum ad similia invitentur aliqui, ac per eamdem fiant qui nequam fuerant nequiores. Sanè dudum ad nostri Apostolatus auditum, fama seu potius infamia divulgante, perducto, quòd LUDOVICUS de Bavaria, qui in Regem Romanorum ab una parte Principum, ad quos dicti Regis electio pertinet, in discordia dicebatur electus, ejus Electione à nobis, ad quem Electionis hujusmodi ac personæ Electi examinatio, approbatio, & admissio, repulsio quoque & reprobatio noscitur pertinere, nequaquam admissa, nec ejus approbata persona, non quærens, ut deberet, per ostium ad hujusmodi Regni seu Imperii conscendere dignitatis fastigium, sed potiùs aliunde, nomen sibi & titulum Regium in nostrum & Ecclesiæ Romanæ contemtum & præjudicium, temerè usurpavit, administrationi jurium Regni & Imperii prædictorum se ingerere, in gravem Dei offensam ac manifestam injuriam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Matris suæ, ad quam ejusdem Imperii Regimen, vacationis ejusdem tempore, sicut & tunc vacabat, & impræsentiarum vacat, pertinere dinoscitur, nec non & plurimorum scandalum, turbationem & læsionem reipublicæ, ac suæ detrimentum animæ, se præsumserat indebitè immiscere, exigendo & recipiendo sub præfato titulo Regio fidelitatis in Alamanniæ & nonnullis Italiæ partibus, tam à personis Ecclesiasticis quàm sæcularibus, vassallis Imperii, per se & alios juramenta, ac de dignitatibus, honoribus, & Officiis ad ejusdem Romani Regni seu Imperii dispositionem spectantibus, pro suo libito disponendo, sicut patet de Marchionatu Brandeburgensi, quem suo primogenito de facto offerre præsumsit, nec non & alia plurima exercendo, quæ ad ejusdem Romani Regni & Imperii Regimen non est dubium pertinere. Et insuper intellecto quod idem LUDOVICUS GALEATIO de Vicecomitibus de Mediolano & ejus fratribus de crimine hæresis à suis competentibus judicibus, exigente justitia, per definitivam sententiam condemnatis, nec non & nonnullis aliis Ecclesiæ Romanæ rebellibus, se fautorem & defensorem contra dictam Ecclesiam exhibebat.

ANNO 1327. bebat. Nos tam temerariis ausibus obviare, dictumque LUDOVICUM à tam periculoso erroris devio ad Veritatis callem reducere cupientes, considerantesque quòd ad ejus præsentiam, ad sibi proponendum præsentialiter per quæ posset & deberet à prædictis retrahi, nequaquam tutus patebat accessus, quòdque circa præmissa formidabatur probabiliter fore mora periculum, & damnum dissimulario allaturæ, ad providendum & obviandum malis hujusmodi, de fratrum nostrorum Consilio & ex certa scientia ac de Apostolicæ plenitudine potestatis, præfatum LUDOVICUM, præsente fidelium multitudine copiosa, monuimus, eidem sub virtute sanctæ Obedientiæ, ac excommunicationis pœna, quam ipsum, nisi cum effectu hujusmodi monitioni nostræ pareret, incurrere voluimus ipso facto, eidem auctoritate Apostolica nihilominus injungentes, ut infra trium mensium spatium, à die monitionis hujusmodi computandum, quos ei de eorumdem fratrum Consilio pro peremtorio termino duximus assignandos, ab administratione, fautoria & defensione prorsus desisteret supradictis, administrationem ipsam per se vel alium nequaquam resumturus ulteriùs, nisi tunc demum cum et si Electionem ejus, quæ de ipso celebrata dicebatur, & persona ejusdem per Sedem Apostolicam approbari contingeret & admitti; quodque gesta per eum sub prædicto Regio titulo in præmissis, quatenus de facto processerant, cum non tenerent de jure, velut ab ipso cui jus faciendi minimè competebat, nec competere poterat, attentata, curaret infra prædictum terminum, quantum pateretur pollibilitas, realiter revocare, eidem apertiùs intimantes quòd si in præmissis per eum infra præfatum terminum exequendis foret negligens vel remissus, nos contra ipsum ad publicationem pœnarum, in quas propter præmissos notorios excessus inciderat, vel infra præfatum incideret terminum & aliàs, procederemus quantum suaderet justitia, ejus absentia non obstante. Qua dilatione pendente, ALBERTUS de Siratzburch tunc Magnus Præceptor Ordinis Hospitalis S Johannis Jerololimitani per Alamanniam, nec non dilecti filii Magister ERNESTURP de Sebech Archidiaconus Herbipolensis, ac HENRICUS de rono Canonicus Pragensis, ejusdem Ludovici Procuratores Procuratorio nomine coram nobis & fratribus nostris comparere curarunt, fidem de suo Procuratorio facientes per quædam patentes Litteras ipsius Ludovici, ut asserebant & prima facie apparebat, communitas sigillo. In cujus quidem sigilli circumferentiis erat scriptum, *Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex Semper Augustus:* & consequenter Procuratores ipsi nobis & fratribus nostris constituris in consistorio supplicarunt, per nos dicto eorum Domino sex mensium super prædictis terminum indulgeri. Nos verò super hac eidem fratribus diligenti deliberatione præhabita, & de Consilio eorumdem, eisdem Procuratoribus duximus taliter proloquendum. „ Attendentes & ad memoriam reducentes devo- „ tionem quam præfatus Ludovicus per alios Nun- „ cios suos ad præsentiam nostram hactenus desti- „ natos ejus Litteras de credentia deferentes, ad „ nos & sæpè fatam Romanam Ecclesiam se gerere „ asserebat, quodque inter alia nobis obtulerat per „ nonnullos ex Nunciis supradictis se paratum in „ Ecclesiæ & nostrum obsequium contra rebelles „ ipsius Ecclesiæ, ad partes accedere Lombardiæ, „ mirabamurque plurimum, quomodo se subito, „ nulla per nos sibi data occasione vel causa, es- „ set in virum alterum transmutatus, cùm ipse in „ contemtum nostrum & magnam injuriam Sanctæ „ Matris Ecclesiæ se Regem intitularet Romano- „ rum, quia de Electo in discordia in Romano- „ rum Regem, sicut ipse dicebatur fuisse, à nullo „ foret in dubium revocandum, quod ante appro- „ bationem seu admissionem Electionis suæ per Se- „ dem Apostolicam habitam, non debeat tali no- „ mine vel titulo nuncupari, quod utique dudum „ cùm de intitulatione duorum Electorum in Reges „ Romanorum controversia incidisset, per Sedem „ eamdem auditis allegationibus partium, & deli- „ beratione cum tunc Sanctæ Romanæ Ecclesiæ „ Cardinalibus præhabita diligenti, decretum exti- „ terit, Regem illorum neutrum, quousque alteru- „ trius Electio admissa existeret, appellandum. Quod- „ que LUDOVICUS prædicto Ludovico de Vice- „ Comitibus ejusque fratribus de Mediolano, aliis- „ que Hæreticis & rebellibus dictæ Ecclesiæ super- „ rius nominatis hactenus contra præfatam Eccle- „ siam faverat, & alia contra ipsam Ecclesiam com- „ miserat superiùs expressata; administrationi verò „ Imperii se indebitè præsumserat immiscere, ho- „ magia tam in Alemania, quam in Italia, à Vassallis „ Imperii recipiendo temerè, & alia indebitè at- „ tentando: cum tamen, Imperio vacante prædicto, „ prout tunc vacabat, & adhuc vacare dinoscitur, „ ad Sedem hujusmodi administratio pertineat me- „ moratam, quo jure prædecessores nostri usi fue- „ rant, sicut exempla sequentia manifestant. Felicis „ namque recordationis CLEMENS Papa IV. præ- „ decessor noster, cùm suo tempore duo existerent „ in Reges Romanos electi, claræ memoriæ CA- „ ROLUM Regem Siciliæ Imperii Vicarium consti- „ tuit generalem, qui prædictum officium exercue- „ rat diligenter. Similiter piæ memoriæ CLEMENS „ Papa V. prædecessor noster in provinciis Lombar- „ diæ & Tusciæ carissimum in Christo filium nostrum „ ROBERTUM Regem Siciliæ illustrem Vicarium „ ordinarat; cujus possessione vel quasi præfatus „ Ludovicus, quantum in eo erat, nos conabatur „ & dictam Ecclesiam indebitè spoliare. Si igitur prædicta, nec non & verba in dictis litera & supplicatione ipsorum posita, quæ magis erant ad turbationem irritantia, quam ad mansuetudinem inductiva, vellemus attendere diligenter, ejus nuntiis responsum aliquod non daremus, sed memores devotionis præteritæ Ludovici prædicti, eisdem procuratoribus & nuntiis de dictorum fratrum consilio breviter duximus respondendum, quod cum processus noster prædictus contra dictum LUDOVICUM ritè factus existeret, & super notorio habitus, terminum quem competentem continet, infra quem ad ejus deduci, nisi per ipsum stetit, notitiam potuerit, ac à præfumtis per eum temerè etiam retilire, ipsaque quantum erat sibi possibile revocare, quorum neutrum constet ipsum per exhibita compleviſſe, circa edictum prædictum non intendebamus aliquid innovare, ipsum tollendo vel suspendendo, vel quoad impediendum effectum sententiarum in eo latarum terminum, dilationem vel prorogationem aliquam concedendo; immo volebamus eum quoad omnia contenta in ipso & ipsorum effectu in suo pleno vigore atque robore permanere. Verum quia in dicto processu nos eidem apertè duximus intimandum, quod si in præmissis in dicto processu contentis, per omnia infra præfixum sibi ad hoc terminum exequendis, foret negligens vel remissus, nos contra ipsum ad publicationem pœnarum, in quas propter præmissos excessus notorios inciderat, vel incideret in futurum, & alias quantum suaderet justitia procederemus, ejus absentia non obstante; intendebamus usque ad duos menses à die responsionis prædictæ computandos, à publicatione pœnarum, & processibus hujusmodi, ac ab aggravatione supersedere processus ejusdem, infra quos certificari possemus quid per eumdem circa præmissa existeret reformatum. Quam quidem dilationem dicti procuratores & nuntii LUDOVICI prædicti cum gratiarum actionibus acceptarunt. Et ut eadem responsio non solùm ad ipsius Ludovici, sed ad omnium communem notitiam perveniret, litteras nostras bulla nostra munitas, responsionem continentes eamdem, in Ecclesiæ Romanæ ostiis appendi fecimus & affigi. Et licet infra duos menses prædictos LUDOVICUS præfatus per se nequaquam comparuerit coram nobis, nec aliquis alius pro eodem, nec postea diutiùs expectatus: propter quod evidens ejusdem LUDOVICI in non comparendo contemtus & inobedientia pertinax in non parendo nostris monitionibus & mandatis, ac scandala & pericula plurima, quæ præmissorum impunitas & dilata justitia probabiliter minabantur, super præmissis exigerent contra eumdem de remedio celeri, mediante justitia, provideri: Nos tamen adhuc experiri volentes utrum per viam mansuetudinis ipsum possemus à tam periculoso devio revocare, à publicatione seu impositione pœnarum quibus se propterea obnoxium fecerat, præterquam excommunicationis sententiæ per nos in eum, nisi nostris pareret monitionibus, ut præmittitur, promulgatæ, duximus abstinendum. Quam quidem excommunicationis sententiam eumdem LUDOVICUM, de eorumdem fratrum consilio, astante multitudine copiosa fidelium, declaravimus incurrisse, & nihilominus cum prædictam excommunicationis pœnam

ANNO 1327.

non

ANNO 1327. non sufficere videremus, ipsum per adjectionem pœnarum aliarum à tam pernicioso devio revocare volentes, dicta die de frarrum eorumdem consilio ipsum Ludovicum per nostrum edictum publicum solemniter monuimus, & auctoritate prædicta sibi sub pœna privationis omnis juris, si quod ei ex sua electione prædicta, ad dicta Regnum & Imperium competebat, quam si monitioni & mandato hujusmodi efficaciter non pareret, eum incurrere voluimus ipso facto, eidem districtiùs duximus injungendum, ut infra trium mensium spatium à dicta die in antea computandum, ab intitulatione & denominatione regali hujusmodi per eum indebitè usurpatis, & administratione Regni & Imperii prædictorum, ac rerum & jurium eorumdem penitùs abstineret, se Regem Romanorum non intulando, nec denominando, nec describendo ulteriùs, nec per se nec per alios, quantum in eo foret tali intitulari vel describi titulo seu nomine faciendo, denominationem & intitulationem prædictas, & administrationem prædictam non usurpaturus ulteriùs, nisi si & quando electionem prædictam & personam ipsius per eamdem Sedem approbari contingeret & admitti. A fautoria quoque & defensione tam dictorum hæreticorum Mediolanensium, quàm Ferrarien sium, videlicet RAYNALDI & OPIZONIS olim Marchionum Estensium, de hæresi similiter damnatorum, rebellium Dei & Ecclesiæ supradictæ, abstineret omninò, nec non & fidelitati & homagio, quæ ratione civitatis Ferrarien sis ad plenum jus & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinentis præsumserat de facto recipere ab eisdem, prorsus renuntiaret & publicè, ac à se illa abjiceret quasi sibi numquam præstita extitissent, nec ratione illorum in civitate prædicta ejusque districtu, vel civibus ac districtualibus eorumdem, aliquid sibi juris præsumeret usurpare, sed potius prædicta omnia usurpata, præsumta, & per ipsum sub denominatione & intitulatione prædictis, seu colore vel occasione ipsorum quomodolibet attentata, curaret infra dictum terminum prout sibi foret possibile solemniter ac publicè revocare, ac parere prædictis nostris monitionibus & mandatis, ac ad ejusdem Ecclesiæ redire gremium, de offensionibus & injuriis supradictis satisfactionem debitam impensurus, nosque de his omnibus infra prædictum terminum per litteras authenticas vel instrumenta publica curaret certiores reddere. Et nihilominus infra eumdem terminum per se coram nobis vel procuratorem seu procuratores idoneos compareat super prædictis excessibus, offensionibus, & injuriis, ac super pœna privationis juris, si quod sibi competebat vel competierat ad Regnum seu Imperium supradicta, declaranda seu etiam infligenda, nec non & super pœnis aliis quibus excessus, inobedientia & contemtus prædicti obnoxium ipsum reddiderant, diffinitivam sententiam & nostrum beneplacitum, quantum nostrum pateretur officium, auditurus, & aliud facturus & recepturus quod justitia suaderet. Quem quidem terminum eidem de dictorum fratrum consilio ad præmissa & præmissorum singula peremtorium esse voluimus, & eumdem sibi pro peremtorio duximus assignandum, eidem apertiùs prædicentes, nos ad præmissa conjunctim vel divisim, si nec veniret nec mitteret, prout videremus expediens, ejusdem non obstante absentia, processuros. Et ut præfati processus nostri ad ejusdem LUDOVICI & aliorum quorum interesset communem notitiam devenirent, cartas sive membranas processus continentes eosdem, in Avenionensis Ecclesiæ ostiis appendi fecimus seu affigi, quæ ipsos processus suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicarent, ut prædictus LUDOVICUS & alii quos processus ipsi contingebant nullam possent excusationem prætendere, quòd ad eos minimè pervenissent, vel quòd ignorassent eosdem, cùm non esset verisimile, quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter esset omnibus publicatum. Eosdem quoque faciendo processus decrevimus auctoritate Apostolica, quòd ipsi processus præfatum LUDOVICUM & alios supradictos apprehenderent & arctarent, ac si eisdem personaliter publicati & insinuati solemniter extitissent, constitutione quacumque Apostolica in contrarium edita non obstante, cum ad ejusdem Ludovici præsentiam pro ipsis processibus publicandis & insinuandis eisdem securus non pateret accessus, nec possent commodè singulorum quos tangebant auribus inculcari. Verum quia infra præfatum trium mensium spatium eidem Ludovico ad deponendum titulum regium, & faciendum alia supradicta per nos peremtorium assignatum, idem LUDOVICUS nec per se comparuerit, nec alius pro eodem, neque prædicta impleverit infra prædictum terminum, cùm nec ea curaverit adimplere, sed illis potius pejora studuerit cumulare, nec nos per authenticas literas vel Instrumenta publica reddiderit certiores, licet tunc meritò potuissemus contra ipsum procedere, ejus perpetua contumacia exigente, de benignitate tamen Sedis Apostolicæ ac de fratrum prædictorum consilio usque ad diem v. videlicet Idus Julii, Pontificatus nostri anno octavo hora consistorii duximus exspectandum. Cumque nec infra prædictum terminum, nec post usque ad dictam diem & hora consistorii de clementia Sedis Apostolicæ expectatus comparuisset ipse, nec alius pro eodem, nec tunc etiam compareret, de fratrum eorumdem consilio, eumdem LUDOVICUM reputavimus & declaravimus meritò contumacem, ejusque contumacia tam in non comparendo, quàm in non acquiescendo nostris superiùs expressatis salutaribus monitis & mandatis, contumaciam auctamque considerantes attentè, ne deinceps plures traheret in sui erroris devium, ad quod sua tota ferri videbatur intentio, & ne de tanta gloriaretur contumacia, si justitia ulteriùs differretur omninò, nos tam temerariis ausibus, tam periculosis excessibus, tamque obstinatæ malitiæ LUDOVICI præfati otiùs cupientes occurrere, ne serò medicina ipsis procedentibus ulteriùs pararetur; attendentes quòd ad excessus hujusmodi perpetrandos gloria tituli Regii, quem sibi temerè usurparat, incentivum tribuebat eidem, ac in ipsis perseverandi fundamentum periculosè nimium ministrabat: hanc ad Dei honorem & sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac totius catholici populi quietam pacem, ejusdemque LUDOVICI salutem prout exigebat justitia amputare volentes, de fratrum ipsorum consilio memoratum LUDOVICUM, qui propter excessus notorios, contemtus quoque, ac superadditas obstinatas contumacias supradictas, tam in non comparendo sibi præfixis terminis, quàm in non parendo nostris salutaribus præceptis & monitis supradictis, Regno & Imperio prædictis reddidit multipliciter se indignum, quique propter suam protervam ambitionem & superbam proterviam, à Deo ne regnaret vel imperaret erat abjectus, ipsum LUDOVICUM omni jure, si quod sibi ex electione sua prædicta competeret seu competiisse poterat, à Domino privatum denuntiavimus & ostendimus, nosque ipsum jure præfato sententiando privatum declaravimus & privavimus: nihilominus ad cautelam de benignitate Sedis Apostolicæ & eorumdem fratrum consilio supersedentes pro tunc à pœnis aliis, quibus excessus prædicti reddiderunt ipsum obnoxium, cùm ad illas infligendas vel declarandas infligtas potuissemus procedere juxta tenorem nostrorum processuum, justitia exigente, reservantes nobis procedendi ad pœnas ipsas infligendas seu infligtas declarandas conjunctim vel divisim, prout negotii qualitas exegerit, ejusdemque Ludovici obedientia vel inobedientia suaderet, & expediens videremus, plenariam potestatem. Et quia si deinceps idem Ludovicus se Regem Romanorum seu electum intitulare præsumeret, seu administrationi Regni vel Imperii se ingerere attentaret, ejus excessus & contumacia graviores existerent, quàm ante nostram sententiam extitissent. Idcirco præsente multitudine fidelium copiosa, LUDOVICUM præfatum per nostrum edictum publicum monuimus, eidem nihilominus auctoritate Apostolica districtiùs injungentes, sub pœnis excommunicationis ac privationis feudorum, quæ ab Ecclesia Romana vel aliis, seu Imperio obtinebat, nec non & privilegiorum quorumcumque à Sede Apostolica vel Romanis Imperatoribus eidem vel suis prædecessoribus, quatenus ejus commodum tangerent, quomodolibet concessorum, ne deinceps se Regem Romanorum vel electum intitulare præsumeret, nec administrationi Regni sui vel Imperii se immisceret seu ingereret quoquo modo; à fautoria quoque prædicta desisteret realiter, nec eam ulterius reassumeret, ac quæ gerebat vel gesserat sub colore prædicti tituli Regii temerè usurpati revocaret, quantum esset sibi possibile, cum de jure non renuisset, velut attentata ab illo cui jus non competie-

ANNO 1327. rat faciendi, quæ & nos quatenus de facto processerant, cassa, nulla & irrita nuntiantes, ea nihilominùs cassamus, annullamus & irritamus, ac cassa, nulla, & irrita duximus relaxanda. Quas pœnas & earum quamlibet ipsum incurrere voluimus ipso facto, si præmissa contemnet contumaciter adimplere, ipsumque nihilominus citavimus per nostrum edictum publicum ut Kal. Octobris tunc venturi proximo vel sequenti die non feriata, si dies Kalendarum ipsarum existeret feriata, quam sibi peremtoriam de eorumdem fratrum consilio assignavimus, per se vel per procuratorem compareret idoneum coram nobis, super pœnis aliis quibus excessus prædicti reddebant ipsum obnoxium, auditurus sententiam, & facturus aliàs quod justitia suaderet: prædicentes eidem, quòd sive veniret aut mitteret, vel non veniret nec mitteret, nos ad prædictam sententiam conjunctim vel divisim absque citatione procederemus alia, prout expedire videremus in eodem processu; adjicientes expressè, quod licet ex præsumtuosis & indebitis usurpationibus, injuriis, inobedientiis, culpis & excessibus prædicti Ludovici quadam necessitate compulsi fuissemus procedere taliter contra eum, nequaquam nostræ intentionis seu propositi existebat, juri Principum ecclesiasticorum & sæcularium ad quos electio Romanorum Regis in futurum in Imperatorem promovendi noscebatur spectare, per processus nostros seu aliqua contenta in eis in aliquo derogare, immò illud omninò illibatum eis volumus reservari, Et ut processus noster, ac omnia & singula in eodem contenta ad præfati Ludovici & omnium aliorum quorum interesset communem deduceretur notitiam, cartas sive membranas processum continentes eumdem in Ecclesiæ Avenionensis appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus fecimus; quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicarent, ut idem LUDOVICUS & alii quos processus ipse contingeret, nullam possent excusationem prætendere, quòd ad eos non pervenisset, vel quòd ignorassent eumdem, cùm non esset verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus existeret publicatum. Voluimus autem, & auctoritate Apostolica decrevimus, quòd processus ipse præfatum Ludovicum & alios quos tangere noscebatur, apprehenderet & arctaret, ac si eisdem personaliter & singulariter publicatus & intimatus solemniter extitisset, constitutione quacumque per prædecessores nostros Romanos Pontifices in contrarium edita non obstante. Et quia memoratus LUDOVICUS nec tantis nec talibus remediis acquiescens, à prædictis, videlicet usu regalis tituli, administrationis immixtione Regni Romanorum & Imperii, fautoria hæreticorum de Mediolano RAYNALDI & OPIZONIS dudum Marchionum Estensium prædictorum, nec non & aliorum rebellium sanctæ Matris Ecclesiæ noluit abstinere, sed ea contumaciùs prosequens, & de sui perversi obstinatione propositi glorians, manifestiora circa præmissa exhibere non erubuit solito argumenta, sicut convocatio prædictorum hæreticorum de Mediolano & de Ferraria, & universaliter omnium rebellium Ecclesiæ in partibus Italiæ, per ipsum facta noviſſimè in Tridento, tractatusque diutiùs habitus cum eisdem quomodo posset Lombardiam ingredi in dictorum hæreticorum & aliorum rebellium Ecclesiæ præsidium & tutelam, ac ut Regni & Imperii administrationem posset exercere plenius, & devotos sanctæ Ecclesiæ prægravare, immò exterminare liberiùs, evidentiùs manifestant, nec non & quod divinis officiis audiendis, non absque contemtu clavium se ingerit, & in locis interdicto Ecclesiastico suppositis sic ligatus, aliosque ad non servandum Ecclesiasticum interdictum, velut in profundum malorum perductus, inducere ac nonnumquam compellere non veretur, quotidie per amplius in continuatione seu contumacia intumescens. Ne igitur ulteriùs glorietur vir tam reprobus, suæ perversitatis opera absque condignis saltem in partem meritorum stipendiis præteriri: nos propter ejusdem LUDOVICI excessus detestabiles & culpas horrendas, injustitias & injurias tanto continuatas & auctas tempore, cum præmissa sint adeò notoria, quod nequeant aliqua tergiversatione celari, præsente hac multitudine copiosa fidelium, contra eum cogente conscientia & justitia exigente, de fratrum nostrorum consilio procedentes, ipsumque reputantes & declarantes meritò contumacem, denuncia mus & declaramus ipsum LUDOVICUM privatum feudis omnibus, quæ à Romana Ecclesia, vel Ecclesiis aliis, seu ab Imperio obtinebat, & specialiter Ducatu Bavariæ, & omni jure quod in eodem Ducatu, seu ejus occasione vel causa sibi competebat seu competere poterat quoquo modo, exponendis vel concedendis catholicis, si pro ut & quando, ac quibus, vel de quibus Sedes Apostolica duxerit ordinandum, principalis Domini jure salvo, nec non & omnibus privilegiis Apostolicis & Imperialibus sibi seu ejus prædecessoribus indultis, quatenus ipsum contingere poterant, vel quomodolibet contingebant, ipsumque privamus omnibus & singulis supradictis, vassallos quoque ipsius à juramento fidelitatis, & quolibet fidelitatis vinculo, & homagio, expressiùs nuntiantes eos absolutos. Et quia excommunicatus pro fautoria hæreticorum excommunicationis sententiam sustinuit per biennium & ultra animo indurato, idcirco declaramus præfatum LUDOVICUM fore manifestum hæreticorum fautorem, ipsumque pœnas omnes à canonibus inflictas talibus incurrisse. Rursus eumdem LUDOVICUM per præsens edictum publicum monemus tam sub excommunicationis, quàm aliis spiritualibus & temporalibus pœnis; contra fautores & defensores hæreticorum per sacros canones impositis & inflictis, quas ipsum nisi monitioni nostræ hujusmodi paruerit cum effectu, incurrere voluimus ipso facto, ut à fautoria, defensione & adhæsione dictorum hæreticorum, eorumque fautorum, sequacium & valitorum desistat penitùs, eis, vel eorum aliquibus de cetero quamdiu in sua perfidia & extra gratiam prædictæ Sedis & communionem fidelium perstiterint, nullatenus adhæsurus, nec eos defensurus, vel eisdem præstiturus per se vel alium seu alios directè vel indirectè, publicè vel occultè auxilium, consilium vel favorem, nec se Regem Romanorum seu Ducem Bavariæ intitulet vel appellet, nec se intitulari faciat vel etiam appellari, ab administratione quoque Regni vel Imperii Romani & Ducatus Bavariæ, ac rerum & jurium abstineat eorumdem, illa ulteriùs nullatenus resumturus. Et nihilominus ipsum per idem edictum de dictorum fratrum consilio citamus peremtoriè, ut infra Kalendas Octobris proximè futuras, quem terminum sibi pro peremtorio assignamus, Apostolico conspectui se præsentet, super pœnis aliis quibus excessus omnes prædicti eumdem obnoxium reddiderunt, sententiam auditurus, ac facturus & recepturus quod justitia suadebit: expressiùs intimantes eidem, quòd sive infra prædictum terminum comparuerit sive non, nos super prædictis quæ adeò notoria sunt quod non possunt aliqua tergiversatione celari, sicut suadebit justitia, & expedire videbimus, procedemus, ejus absentia non obstante. Præterea universis Christi fidelibus cujuscumque conditionis, præeminentiæ, dignitatis aut status existant, etiamsi dignitate patriarchali, pontificali, aut alia superiori vel inferiori, seu etiam regali præemineant, nec non & aliis quibuscumque personis ecclesiasticis, sæcularibus, & regularibus cujuscumque religionis seu ordinis, Ducibus quoque, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, ac universitatibus, & communitatibus civitatum, castrorum, villarum & aliorum locorum quorumlibet inhibemus & mandamus expresè, ne præfato Ludovico super iis quæ ad administrationem Regni vel Imperii seu Ducatus prædictorum pertinent quoquo modo, assistant, pareant, seu intendant, aut præstent eidem per se vel alium seu alios auxilium, consilium, vel favorem; nec sibi tamquam Regi seu Duci Bavariæ pareant in aliquo, seu intendant quacumque occasione vel causa, etiam prætextu homagii, aut fidelitatis, vel cujuslibet alterius præstiti juramenti, aut cujusvis colligationis, confœderationis, societatis, pactionis seu conventionis aut ligæ contractarum vel contrahendarum in posterum: quæ omnia cassamus, annullamus & irritamus, cassa & irrita nuntiamus, & pœnas ac juramenta prædicta, si qua super his intervenerint, relaxamus. Alioquin omnes singulares personas, cujuscumque sint præeminentiæ, conditionis & status, ecclesiastici vel mundani, excommunicationis; in terras verò & loca eorum, nec non civitates, castra, villas & loca quæcumque alia ubilibet constituta, & universitates ipsorum, quæ inhibitiones hujusmodi præterire propria temeritate præsumerent, interdicti sententiis, quas & nunc proferimus, & ex tunc volumus & decernimus subjacere,

ANNO 1327.

ANNO 1327. subjacere, præter alias pœnas in proceſſibus noſtris prædictis aliàs habitis, ut ſuperius continetur, contentas, & contra tales inflictas, quas in roboris efficacia voluimus perdurare, eaſque innovamus, ac ratas habemus, ac de dictorum fratrum Conſilio ratas & firmas volumus & decernimus permanere, quarum abſolutionem vel relaxationem ſoli Romano Pontifici, ſicut alias reſervavimus, in prædictis proceſſibus reſervamus. Ut autem proceſſus hujuſmodi ad ejuſdem Ludovici & aliorum quorum intereſt communem notitiam deducatur, cartas ſive membranas proceſſum continentes eumdem in prædictæ Avenionenſis Eccleſiæ appendi vel affigi oſtiis faciemus, quæ proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo indicio publicabunt, ut prædictus LUDOVICUS & alii, quos proceſſus ipſe contingit, nullam poſſint excuſationem prætendere, quòd ad eos non pervenerit, vel quòd ignorarint eumdem, cùm non ſit verisimile quoad ipſos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Cæterùm volumus & auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd dictus proceſſus præfatum Ludovicum & alios ſupradictos apprehendat & arctet, ac ſi eiſdem perſonaliter publicatus & intimatus ſolemniter extitiſſet, Conſtitutione quacumque per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros in contrarium edita non obſtante: cum pro eodem publicando & inſinuando proceſſu ad ejuſdem Ludovici præſentiam ſecurus acceſſus non pateat, nec poſſit commodè ſingulorum quos contingit auribus inculcari. Datum Avenione III. nonas Aprilis, Pontificatus noſtri anno undecimo.

LXIV.

3. Avril. *Citatio* LUDOVICI *Bavari per* JOHANNEM *Papam XXII. ad audiendam ſententiam ſuper crimine Hæreſis. Datum Avenione III. Nonas Aprilis Anno XI.* [MARTENE *Theſaurus Novus Anecdotorum* Tom. I. col. 682.]

JOHANNES Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam. Quia juxta Doctrinam Apoſtoli, peccantes publicè ſunt publicè arguendi, publicæque utilitatis interſit ut peccata nocentium deducantur in publicam notionem: idcirco nonnullos exceſſus graves, & offenſas exſecrabiles, quas LUDOVICUS de Bavaria in diſcordia dudum, ut fertur, in Regem Romanorum electus, divino timore ac humano pudore calcatis, committere non expavit, ſicut & fama notoriat publica, & multarum perſonarum ſublimium relatione, non abſque turbatione percepimus animi, multitudini fidelium, cum ad ipſum non ſit tutus acceſſus, per quem ad eum redargutio noſtra perveniat, referimus cum dolore, per quos vehementer præſumitur, immo convincitur potiùs clavium Eccleſiæ Sanctæ contemtor exiſtere, & labe reſperſus hæreticæ pravitatis. Licet enim nos dudum de Fratrum noſtrorum Conſilio, deliberatione prius tam cum ipſis quam cum numeroſa prælatorum & Doctorum Theologiæ ac utriuſque juris multitudine diligenti præhabita, duxerimus declarandum, quod aſſertio qua pertinaciter aſſeritur quod Chriſto & Apoſtolis in his quæ ipſos habuiſſe ſacra ſcriptura recolit, jus illis utendi ſeu ea conſumendi, non competierit; nec illa vendendi ſeu donandi jus habuerint, quæ tamen ipſos de præmiſſis feciſſe ſcriptura ſacra teſtatur, ſeu potuiſſe facere ſupponit apertè, cùm talis aſſertio evidenter includat uſum & geſta præmiſſorum non juſta, quod de Chriſto ſentire nefas noſcitur, ſcripturæ ſacræ contrarium ac Doctrinæ Catholicæ obvium, erronea & hæretica eſt cenſenda. Ipſe tamen velut datus in ſenſum reprobum contra prædictam declarationem, præſumtione temeraria, immò potius inſania exſecranda, auſus eſt facta mentione expreſſa de conſtitutione prædicta contrarium aſſerere publicè, ac in ejus præſentia per alios, ut plures ſecum in erroris devium traheret, facere publicari, & etiam ut ſua inſania ad plurium deduceretur notitiam & manifeſtiùs appareret, libellum quemdam ſigillo ſuo in eodem appenſo; inter alia multa falſa & erronea, prædictam continentem hæreſim, videlicet quod Domino Chriſto & Apoſtolis in rebus quas habuerunt nullum jus competiit, ſed tantummodò uſus facti, hoc adjecto, quod dicere contrarium hæreticum eſt cenſendum. In quo quidem libello expreſsè aſſerit in multorum præſentia ſe juraſſe præmiſſa; & omnia alia in dicto libello contenta ſe credere eſſe vera, per certos Nuncios ad diverſas Civitates & Principes tranſmiſit Alemaniæ & Italiæ, & aliarum partium, nec non & ad tyrannos hæreticos partium prædictarum, libellum illum poni faciens in locis publicis, & exponi publicè, ut haberet de tanta & tali inſania plures teſtes: ex quibus evidenter convincitur ipſum aſſeruiſſe, verum eſſe pertinaciter quod indicavit hæreticum conſtitutio antedicta, ac hæreticum quod dicta conſtitutio ordinavit, adhuc cumulans mala malis, ſicut dudum ad noſtri Apoſtolatus auditum multorum fide dignorum tam Literalis perduxit inſinuatio quàm verbalis, duos viros nequam, perditionis filios & maledictionis alumnos, quorum unus MARSILIUM de Padua, & alter JOHANNEM de Janduno ſe faciunt nominari, qui in Pariſius ſtudio annis pluribus à veritate ſuum avertentes auditum, ad fabulas ſua duxerant ſtudia; ſicut rei probat exitus, convertenda; quique dum in eodem ſtudio, cum in eo Catholici Principis auctoritas vigeat, ac ſtudium ipſum Orthodoxorum Theologorum & Canoniſtarum copia ſit munitum, veſaniæ ſuæ virus effundere non auderent, LUDOVICUM prædictum, quem ſuis demeritis exigentibus velut hæreticorum fautorem & perſecutorem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac plurium atrocium aliorum exceſſuum patratorem, de fratrum ipſorum Conſilio privavimus jure, ſi quod ei ex electione prædicta fuerat acquiſitum, greſſus ſuos properaverunt dirigere, ſibique librum quemdam quem compoſuerant, erroribus profectò non vacuum, ſed plenum hæreſibus variis, ſicut fide dignorum multorum Catholicorum habet aſſertio, qui librum ipſum examinaverunt in multis articulis, præſentarunt, offerentes ſe paratos contenta in eodem defendere, ac docere, quod & facere publicè dicto LUDOVICO præſente auſu temerario pluries præſumſerunt, ſicut habet fama publica, & præmiſſorum inſinuatio hoc fore notorium in illis partibus manifeſtat. Et licet nonnulli viri Catholici ſacris literis eruditi, eidem LUDOVICO expoſuerint doctrinam illam hæreticam, ipſoſque velut hæreticos puniendos, periculoſumque ſibi fore dixerint tales ad familiaritatem ſuam admittere, aut in Terris ſuæ ditioni ſubditis ſuſtinere: ipſe tamen velut credens illorum hæreſes, ipſos in familiares ſuos retinuit, & adhuc cum eo erat MARSILIUS in Tridento prædictus, ipſoſque erroneos manifeſtiſſimos & damnatos publicare permiſit: ex quibus ſe fautorem & Defenſorem hæreticorum, immo credentem eorum hæreſes, arguit vehementer. Adhuc diverſis ligatus excommunicationum ſententiis, in locis etiam interdictis, divina facit nonnumquam contra rectorum & Religioſorum voluntatem & beneplacitum celebrari, immo potius quantum in eo eſt prophanari, illiſque intereſſe non metuens alios ad celebrandum in locis interdictis, excommunicatis & interdictis præſentibus, inducere ac compellere non omittit. Rurſus ut ſe manifeſtaret evidentiùs Canonum contemtorem, filio ſuo ſecundo quandam puellam nobilem eidem filio in gradu conſanguinitatis prohibito attinentem, contra interdicta Canonum, in uxórem quantum in eo fuit, dedit, dictumque matrimonium, immò potius inceſtuoſam copulam, inter eos ſolemniſari fecit in Eccleſia publicè interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſita, diſpenſatione ſuper hoc non obtenta. Nos igitur in prædictis læſionem fidei, ac injurias Chriſti, Patrum quoque Sanctorum contemtus & probra, nec non & præſentium ſcandala, & varia poſterorum pericula attendentes, ac tantis malis occurrere cupientes ſalubriter, licet juſtitia exigente poſſemus ad ſententiam ſuper præmiſſis proferendam procedere contra ipſum, cum adeo noſcantur quod nequeant tergiverſatione aliqua occultari: volentes tamen adhuc de benignitate Apoſtolica exſpectare, ſi dimiſſis præfatis erroribus ad ſinum Sanctæ Matris Eccleſiæ, & viam redire voluerit veritatis, de fratrum prædictorum Conſilio ipſum citamus, præſente hac multitudine fidelium, per hoc edictum publicum, ut infra Kalendas Octobris proximas perſonaliter compareat coram nobis, ſuper præmiſſis facturus quod rationis fuerit, & ſententiam auditurus: quem terminum eidem de prædictorum fratrum Conſilio peremtorium aſſignamus. Prædicentes eidem quod ſive venerit ſive non venerit, ad proferendum ſententiam & alias ſuper omni-

ANNO 1327. omnibus præmissis & singulis conjunctim vel divisim absque citatione alia, prout expedire viderimus, & persuadebit justitia, procedemus. Ut autem processus noster, *& cetera ut supra.* prædictum insuper citandi modum eligendum decrevimus, cum ut prædicitur ad dicti Ludovici præsentiam propter viarum pericula & alia discrimina varia tutus minimè pateret accessus. Volentes ac auctoritate Apostolica & de potestatis plenitudine decernentes, ut perinde processus noster citationis hujusmodi eumdem Ludovicum apprehendat & arctet, ac si eidem insinuatus personaliter, & alia solemnitas extitisset, constitutione quacumque per prædecessores nostros Romanos Pontifices in contrarium edita non obstante. Datum *ut sup. proxim.*

LXV.

9. Avril. *Bulla* JOHANNIS *Papæ XII. quâ* LUDOVICUM *Bavarum jam Excommunicatum nec non jure Regni, & Imperii quemadmodum etiam Ducatûs Bavarici privatum monet, ut Lombardiâ exeat, idque sub gravissimis pœnis Anathematis, aliisque ab ipso jure inflictis, mortis quoque, ac mutilationis membrorum. Avenione 5. Idus Aprilis Pontificatûs Anno XI.* [MARTENE *Thesaurus Novus Anecdotorum* Tom. 2. col. 684.]

JOHANNES Episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Ad speculatoris officium noscitur pertinere, illis quos per iter devium currere conspicit, ut gressus suos attentè considerent pedesque suos ab illo convertere nequaquam differant, nuntiare; illis quoque quibus per impios parari periculum percipit, tenetur illud pandere, ut providentiæ studium sibi contra illud valeant præcavere, & ut hoc vitare possint innocentes, debet ipse etiam opportuna remedia adhibere. Cum igitur in notionem publicam per facti evidentiam sit deductum, quod vir ille venumdatus ut faciat malum, LUDOVICUM dicimus, qui dudum erat Dux Bavariæ, & Rex Romanorum in discordia dicebatur electus, quique suis exigentibus demeritis, utroque, videlicet Ducatu, & Imperio, si quod ei ex electione hujusmodi acquisitum fuerat, est privatus, adeo sit ambitionis igne succensus, quòd vias non cessans quærere, per quas de facto saltem, cùm de jure nequeat, ad Imperialis possit conscendere solium dignitatis, hæreticos de Mediolano & de Ferraria, aliosque rebelles Ecclesiæ Sanctæ Dei in partibus Italiæ constitutos, his diebus præteritis in Tridento ad suum Consilium convocavit: in quo ad nostram & fidelium Sanctæ Matris Ecclesiæ in partibus Italiæ, & præcipuè carissimi in Christo Filii nostri R. Regis Siciliæ illustris, & Regni prædicti, ad nos & Romanam Ecclesiam jure directi Dominii pertinentis, quodque à nobis & eadem Ecclesia Romana in feudum Rex idem obtinet, & pro quo noster & Ecclesiæ Romanæ vassallus existit, turbationem & scandalum aspirantes iniisse dicuntur Consilium pessimum; & ordinata in eodem Consilio pactis & juramentis illicitis firmavisse, & ut conceptus suos iniquos possint in partum producere, rebelles & hæretici supradicti jam ipsum LUDOVICUM datum in sensum reprobum in Lombardiam adsui, ut speramus in Domino, confusionem perpetuam deduxerunt, ut sic mutuò se juvantes, rebelles ipsi sub umbra culminis per eum indebitè usurpandi possint in suis rebellionibus & hærefibus perseverare liberè, ac devotos Ecclesiæ de finibus illarum partium effugere, ipseque LUDOVICUS illorum fultus potentia, nomen Regium quod usurpat indebitè retinere valeat, ac nomen imperiale similiter promtiùs usurpare. Ad quæ exequenda sua iniqua studia congerunt, ac vires & potentias conglobare non cessant, non attendentes quod exercituum Dominus reproborum novit infatuare Consilia, ac etiam dissipare. Ut igitur in hac parte utcumque saltem partes nostri Officii exequamur, præsente hac multitudine fidelium copiosa, LUDOVICUM ipsum ac rebelles & hæreticos supradictos, quorum conversionem & salutem paterno more desiderantes appetimus, per hoc publicum commonemus edictum, & in Domino exhortamur, ut à tam periculoso devio curent pedes suos retrahere, ac in hac valle miseriæ sic ipsos in viam veritatis & pacis convertere studeant, quod post hujus vitæ transitum immarcessibilis coronam gloriæ feliciter assequi mereantur. Et ut tam LUDOVICI & aliorum prædictorum perversis conceptibus, tam gravibus malorum initiis, tantisve periculis acceleratis remediis obviemus, ne tam horrenda principia invalescant, sed suo potius præfocentur in ortu, per nostrum edictum publicum, præsente hac multitudine fidelium copiosa, eumdem LUDOVICUM monemus, eidem nihilominùs districtiùs injungentes, sub pœna anathematis & pœnis aliis à jure quomodocumque seu constitutionibus nostris infligendis seu comminatis iis qui titulum Regium falso temeritate propria ausi sunt usurpare, aut se administrationi Imperii immiscere, quæ ipso vacante Imperio sicut & nunc vacat ad Romanam Ecclesiam noscitur pertinere, ipsam Ecclesiam in eadem administratione ausu temerario perturbando, immò quantum in eis est spoliando, aut his qui hæreticis aut Romanæ Ecclesiæ rebellibus præsumunt contra Ecclesiam impendere Consilium, auxilium, vel favorem, quasque infligunt jura iis qui guerram movere præsumunt indebitè, pacemque gratam cunctis mortalibus perturbare, & quas imponunt pro maleficiis quæ consueverunt subsequi ex prædictis, quas omnes & singulas præter mortis & mutilationis membrorum supplicium, ipsum si huic nostræ monitioni præsumserit temerè non parere, incurre volumus ipso facto, quatenùs infra duorum mensium spatium numerandorum à data præsentium, deponat nomen Regium, seque Regem Romanorum non intitulet ulteriùs, nec denominet, nec describat, nec per alios faciat quantum in eo fuerit intitulari titulo vel etiam nominari, ac sigillum curet abjicere ubi talis titulus est descriptus, ipsum nequaquam ulterius nec simile resumturus, nec administrationi ejusdem Regni seu Imperii & jurium eorumdem nullo modo se immiscat, privilegia, immunitates, feuda, bona vel jura quæcumque in eisdem Regno vel Imperio aut eorum parte aliqua concedendo, vel tamquam Rex Romanorum vel Imperator quicquam tentet agere, cum jus hoc sibi non competat faciendi, neque dominium vel subjectionem aliquam in quascumque personas singulares aut Terras ipsarum, vel potestariam, seu quamcumque rectoriam seu officium, quocumque nomine censeantur, in Civitate aliqua, vel quovis loco alio, maxime in urbe Romæ, seu in ipso Regno Siciliæ, vel Terris aliis Romanæ Ecclesiæ subditis, aut alicujus partis Italiæ, vel cum hæreticis & Ecclesiæ rebellibus prædictis, assumere non attentet. Insuper contra Ecclesiam Societatem sive aliquam confœderationem non contrahat, vel observet qualitercumque contractam: eidem sub iisdem pœnis nihilominus injungentes, ut infra duorum mensium spatium à data præsentium numerandum, de tota Italia exeat, nequaquam ulteriùs quousque ad obedientiam & gratiam Ecclesiæ Romanæ redierit reversurus, quodque sub titulo Regio vel Imperiali nequaquam præsumat aliquem vel aliquos ad partes aliquas præsertim Italiæ destinare. Universis quoque Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis ac aliis personis Ecclesiasticis quibuscumque sub virtute obedientiæ & pœnis suspensionis ob Officio & beneficio, quam eas incurrere volumus ipso facto, nisi infra scriptæ inhibitioni nostræ efficaciter studuerint obedire: nec non omnibus & singulis Civitatibus, communitatibus, & universitatibus, ac personis aliis singularibus quibuscumque, cujuscumque conditionis aut status existant, etiamsi Imperiali seu regali, vel alia quacumque dignitate præfulgeant, & specialiter hæreticis & rebellibus supradictis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis excommunicationis in personas, & interdicti in Terras eorum quas ipsos incurrere voluimus ipso facto, si nostris renuerint obedire monitionibus & Mandatis, nec non privationis privilegiorum quorumcumque Apostolicorum & Imperialium ac feudorum, quæ ab Ecclesia vel Imperio obtinent, inhibemus, ne LUDOVICO ipsi in præmissis pareant, faveant, vel intendant eidem circa Regni seu Imperii Regimen, vel administrationem eorum contingentia, favendo, vel etiam assistendo, Privilegia, immunitates, feuda, vel jura quæcumque in eisdem Regno vel Imperio ab eodem recipiendo, dominium vel subjectionem aliquam tam

ANNO 1327.

ANNO 1327. tam Regi seu in Regem Romanorum electo vel Imperatori recognoscendo vel impendendo; Terras, potestarias, rectorias, seu alia officia quocumque censeantur nomine in Civitate aliqua vel quovis loco alio, maximè in urbe Romæ, seu in Regno Siciliæ, vel Terris aliis Romanæ Ecclesiæ subditis aut alicujus partis Italiæ supradictis, ab ipso vel sub ejus nomine recipiendo, vel etiam exercendo, Societatem quoque seu confœderationem aliquam cum eo contra Ecclesiam nequaquam contrahant vel observent, nec consentiant contrahendæ, nec retinendo ipsum seu fovendo quomodocumque vel qualitercumque in Italia eidem faveant, assistant, aut præstent auxilium cum armis vel sine armis, Consilium vel favorem, publicè vel occultè. A quibus quidem excommunicationis & interdicti sententiis nullus, nisi duntaxat Romanus Pontifex, præterquam in mortis articulo, prætextu cujusvis auctoritatis seu privilegii, generaliter seu specialiter, sub quavis forma verborum concessa eis, absolvere valeant, vel etiam liberare. Quod si forte aliquem vel aliquos de prædictis in dictæ mortis articulo absolvi contingeret, nisi sanitate recepta Sedi Apostolicæ quamprimùm commodè potuerint se præsentent, satisfacturi de præmissis juxta Mandatum Romani Pontificis, in prædictam relabantur excommunicationis sententiam ipso facto: apertè nihilominus prædicentes, & quod contra Prælatos & personas Ecclesiasticas alias supradictas ad depositionem, privationem & inhabilitationem Prælationum, Dignitatum, Officiorum, & Beneficiorum, suorum Ecclesiasticorum quorumcumque: contra Civitates verò, communitates, Universitates, collegia, castra, loca, seu villas, & personas singulares quascumque, cujusque præeminentiæ, dignitatis, status vel conditionis extiterint, etiamsi Imperiali, regali, vel alia dignitate quacumque præfulgeant, quæ contra inhibitionem, monitionem, aut Mandata nostra hujusmodi directè vel indirectè, publicè vel occultè præsumserint temerè aliquid attentare, ad privationem privilegiorum quorumcumque Apostolicorum & Imperialium ac feudorum, quæ à Romana vel aliis Ecclesiis seu Imperio quomodolibet obtinerent, & alias procedere conjunctim vel divisim intendimus absque citatione alia, prout facti qualitas exiget, sicut & quando viderimus expedire. Non obstante si prædictis aut Ludovico præfato, seu quibusvis aliis per literas Apostolicas foret sub quacumque forma verborum vel expressione concessum, vel concederetur in posterum, quod excommunicari, suspendi, vel eorum Terræ seu loca interdici non possint per Litteras Sedis ejusdem, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & quibusvis aliis Privilegiis, constitutionibus seu indultis, quæ contra processum nostrum hujusmodi eis vel eorum alicui nolumus suffragari, sed ipsa quoad hæc viribus volumus penitus vacuari. Ceterum colligationes, confœderationes, pactiones, Societates, & ligas contra præmissa vel præmissorum aliqua factas vel initas, inter quoscumque sub quacumque forma vel expressione verborum, etiamsi pœnarum adjectione, juramentorum præstatione, vel quacumque firmitate vallatæ fuerint, utpote in divinæ Majestatis offensam, ac contra jura & honorem Sanctæ Matris Ecclesiæ, ac in damnum & præjudicium reipublicæ & periculum animarum præsumtas, decernimus cassas, nullas, irritas & inanes, ac nullius existere firmitatis, & eas quatenus processere de facto revocamus, cassamus, irritamus, dissolvimus, & omninò viribus vacuamus. Juramenta quoque super hoc præstita de Apostolicæ potestatis plenitudine relaxamus. Omnes & singulos, qui confœderationes, pactiones & Societates hujusmodi cum dicto Ludovico contra processus hujusmodi post dictum terminum præsumserint observare, prædictas excommunicationis ac alias pœnas & sententias incurrere volumus ipso facto. Et ut processus noster hujusmodi ad ejusdem Ludovici & aliorum prædictorum, ceterorumque quorum interest vel interesse potest, communem notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eumdem in portis Avenionensis Ecclesiæ appendi vel affigi faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt, ut prædictus Ludovicus & alii quos ipse processus contingit, nullam possint excusationem prætendere quòd ad eos non pervenerit, vel quòd ignorarint eumdem, cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur. Volumus autem & Apostolica auctoritate decernimus, quod dictus processus præfatum Ludovicum & alios supradictos apprehendat & arctet, ac si eisdem personaliter publicatus & insinuatus solemniter extitisset, Constitutione quacumque per prædecessores nostros Romanos Pontifices in contrarium edita non obstante, cùm ad ejusdem Ludovici præsentiam pro eodem processu publicando & insinuando securus accessus non pateat, nec possit commodè singulorum quos tangit auribus inculcari. Datum Avenione v. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno undecimo. ANNO 1327.

LXVI.

Declaratio JOHANNIS *Papæ XXII. contra* LUDOVICUM *Bavarum tanquam Hæreticum cum inhibitione ad universos, nominatim verò Mediolanenses, Sagonenses, Cumanenses, aliasque Universitates, & Civitates, ne præfato Ludovico in aliquo faveant, vel adhæreant. Datum Avenione* 10. *Kalendas Novembris Pontificatûs sui Anno XII.* [MARTENE *Thesaurus Novus Anecdotorum* Tom. 2. col. 698.] 23. Octobre.

JOANNES episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dudum volentes certis dubiis, quæ inter nonnullos viros vertebantur scholasticos, finem dare, de fratrum nostrorum consilio duximus declarandum, quòd pertinaciter affirmare quòd redemtori nostro & Domino Jesu-Christo ejusque Apostolis, in his quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam jus ipsis utendi seu consumendi competierit, nec illa vendendi seu donandi jus habuerint, aut ex ipsis alia acquirendi: quæ ipsos tamen de præmissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere supponit apertè, cum talis assertio ipsorum usum & gesta evidenter includeret, in præmissis non justa; quod utique de usu, gestis seu factis Redemtoris nostri Dei filii sentire nefas est; scripturæ sacræ contrarium, & doctrinæ catholicæ inimicum, assertionem ipsam pertinacem de fratrum eorumdem consilio, deinceps erroneam fore censendam & hæreticam duximus declarandam. Ac subsequenter cum ad nostram notitiam fama publica perduxisset, quòd nonnullorum mentes dicebatur pater mendacii adeò excæcasse, quod ausu nefando ac petulantia improba ausi fuerant defendere publicè damnatam per constitutionem nostram prædictam hæresim ac etiam approbare: videlicet quod Christus & ejus Apostoli in his quæ habuisse leguntur tantùm habuerunt absque jure aliquo simplicem usum facti. Ex quo si verum esset sequeretur usum Christi fuisse non justum, quod profectò blasphemiam continet; & est Catholicæ fidei inimicum, cùm hoc de pertinaci animositate ac erronea non esset dubium processisse, omnes & singulos qui verbo ac scripto per se vel alium seu alios talia præsumserant publicè, ipsos quoque qui eos instruxerant in talibus, & ut præmissa facerent docuerunt, in hæresim damnatam incidisse, ac evitandos fore ut hæreticos, de fratrum nostrorum consilio, per nostram constitutionem aliam, quæ incipit, *Qui quorundam*, duximus declarandos, prout in eisdem constitutionibus plenius continetur. Sanè cùm fama publica, nec non & insinuarlo tam verbalis quàm litteralis plurium sublimium personarum ad nostrum perduxisset auditum, quod Ludovicus de Bavaria in discordia dudum in Regem Romanorum, ut dicebatur, electus, velut in reprobum sensum datus, contra prædictam declarationem temerè præsumserat, facta mentione expressa de constitutione prædicta *Cum inter*, contrarium asserere publicè, ac in ejus præsentia per alios, ut plures in sui erroris devium traheret, facere publicari. Et ut sua insania in plurium notitiam perveniret, libellum quendam sigillo suo in eodem appenso, inter alia multa falsa & erronea, prædictam continentem hæresim, videlicet quod Christo & Apostolis in rebus quas habuerant, nullum jus competit, sed tantummodò usus facti. Insuper hoc adjecto, quod dicere contrarium hæreticum est censendum, prout etiam nos &

ANNO 1327. plures ex fratribus noſtris in diverſis libellis prædicti Ludovici ejus ſigillo pendenti ſigillatis, videmus contineri, per certos nuntios ad diverſos, civitates & Principes Alemanniæ & Italiæ & aliarum partium, nec non & ad tyrannos & hæreticos partium prædictarum, curaverat transmittere libellum, ipſum affigi faciens in locis publicis, & exponi publicè, ut haberet de tanta & tali inſania plures teſtes, ex quibus evidentiùs apparebat ipſum aſſeruiſſe pertinaciter eſſe catholicum, quod dicta conſtitutio hæreticum judicavit, ac fore hæreticum quod dicta conſtitutio catholicum declaravit, præcipuè cum in eodem affirmaret libello, ſe in plurium præſentia juraſſe, præmiſſa omnia contenta in eodem libello ſe credere eſſe vera. Et inſuper eumulans mala malis, duos viros nequam, perditionis filios, ac maledictionis alumnos, quorum unus Marſilium de Padua, & alter Johannem de Janduno, ſe faciunt nominari, ad eumdem Ludovicum, quem ſuis demeritis exigentibus, velut hæreticorum fautorem, & perſecutorem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac plurium atrocium aliorum exceſſuum patratorem, de fratrum ipſorum pronunciaveramus conſilio, privavimus jure ſi quod ſibi ex electione prædicta fuerat acquiſitum, greſſus ſuos propere dirigentes, ſibi librum quemdam erroribus plenum, & variis hæreſibus non vacuum, ſicut multorum fide dignorum Catholicorum habebat aſſertio, præſentarunt; quos errores & hæreſes in terra ipſius Ludovici & in ejus præſentia docere ſæpius præſumſerant publicè ſicut habebat inſinuatio eorundem. Quodque licet nonnulli Viri Catholici Sacris Litteris eruditi eidem Ludovico dicerent doctrinam illam hæreticam, ipſosque Marſilium & Johannem fore velut hæreticos pronuntiandos, periculoſumque ſibi fore tales ad ſui familiaritatem admittere, aut in terris ſuæ ditioni ſubditis ſuſtinere, ipſe tamen non acquieſcens eorum ſalutaribus monitis, velut credens illorum hæreſes, ipſos in ſuos familiares retinuerat, errores prædictos ac hæreſes publicè dogmatiſare permittens: adhuc quod diverſis ligatus excommunicationum ſententiis in locis interdictis divina faciebat, etiam nonnunquam contra rectorum Eccleſiarum & religioſorum voluntatem & beneplacitum, excommunicatis & interdictis præſentibus celebrari, immo quantum in eo erat potius prophanari: ex quibus vehementer præſumebatur, immò convinceebatur potius, Clavium Eccleſiæ ſanctæ Dei evidenter contemtor exiſtere, ac labe reſperſus hæreticæ pravitatis. Nos attendentes quòd juxta doctrinam Apoſtoli peccantes publice ſunt publicè arguendi, ac utilitati publicæ expedire peccata nocentium deduci in publicam notionem, cùm ad ipſum non eſſet tutus acceſſus, per quem noſtra poſſet ad eum redargutio per nuntios vel litteras pervenire, exceſſus ipſos multitudini tunc adſtantium fidelium, non absque dolore ingenti animi referendos duximus, ut ſic ſaltem ad ejus notitiam noſtra poſſet circa exceſſus ipſos reprehenſio pervenire. Et licet juſtitia exigente tunc poſſemus ad ſententiam ſuper præmiſſis proferendam procedere contra ipſum, cùm adeò præmiſſa forent notoria, quod nequirent tergiverſatione aliqua occultari: volentes tamen adhuc de benignitate aliqua exſpectare, an dimiſſis præfatis erroribus, ad ſinum ſanctæ Matris Eccleſiæ & viam vellet ſe convertere veritatis, de fratrum eorumdem conſilio tertio nonas Aprilis proximè prædicti per edictum publicum citavimus præſente fidelium multitudine copioſa, ut infra Kalendas Octobris ex tunc proximè ſubſequentis coram nobis perſonaliter compareret, facturus ſuper præmiſſis quod ſuaderet ratio, & ſententiam auditurus; quem terminum eidem de fratrum præmiſſorum conſilio peremtorium duximus aſſignandum, prædicentes publicè quod ſive veniret, ſive non veniret, ad proferendum ſententiam procederemus, & aliàs ſuper omnibus prædictis & ſingulis, conjunctim vel diviſim, prout videremus expediens & juſtitia ſuaderet. Et ut proceſſus noſter prædictus ac omnia & ſingula in eodem contenta ad præfati Ludovici & omnium aliorum quorum intereret communem deduceretur notitiam, cartas ſive membranas proceſſum continentes eumdem in eccleſiæ Avenionenſis appendi vel affigi oſtiis ſeu ſuperliminaribus fecimus, quæ proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo indicio publicarent, ut idem Ludovicus & alii quos proceſſus ipſe tangebat, nullam poſſent excuſationem prætendere quod ad eos non pervenerat vel quod ignoraſſent eumdem, cum non eſſet veriſimile quoad ipſos remanere incognitum vel occultum quod publicabatur omnibus tam patenter. Prædictum inſuper citandi modum decernentes eligere, cum ut prædicitur ad dicti Ludovici præſentiam, propter viarum pericula & alia diſcrimina varia, tutus minimè pateret acceſſus, volentes & auctoritate Apoſtolica de poteſtatis plenitudine decernentes, ut perinde proceſſus dictæ citationis eumdem Ludovicum apprehenderet & arctaret, ac ſi eidem inſinuatus perſonaliter & aliàs publicatus ſolemniter extitiſſet, conſtitutione quacumque per prædeceſſores noſtros Romanis Pontificibus in contrarium edita non obſtante. Sanè cum dictus Ludovicus, quem ut prædicitur jure, ſi quod ſibi ex electione prædicta acquiſitum fuerat, privaveramus juſtitia exigente, ac ſubſequenter ejus aucta contumacia feudis omnibus quæ à Romana vel quibusvis aliis eccleſiis ſeu Imperio obtinebat, & ſpecialiter Ducatu Bavariæ, & omni jure quod in eodem aut ejus occaſione vel cauſa ſibi competebat, ſeu competere poterat quoquo modo: Nec non & omnibus privilegiis Apoſtolicis & Imperialibus ſibi ſeu ejus prædeceſſoribus, quatenus ipſum tangere poterant, indultis, juſto privaveramus judicio, quemque pro fautoria hæreticorum excommunicationis innodatum ſententia, quam per biennium & ulterius indurato ſuſtinuerat, ſicut & adhuc ſuſtinet animo, declaraveramus manifeſtum hæreticorum fautorem, & pœnas omnes à canonibus inflictas talibus incurriſſe, prout hæc pleniùs in noſtris proceſſibus contra ipſum habitis continentur, infra præfixum ſibi prædictum terminum jam elapſum comparere per ſe vel alium non curarat, ipſum usque in craſtinum hora conſiſtorii duximus de fratrum noſtrorum conſilio exſpectandum. Et quia nec tunc comparuit, nec alius pro eodem, de fratrum eorumdem conſilio reputavimus & declaravimus contumacem. Et licet tunc cùm præmiſſa adeo eſſent notoria, quòd nulla poterant tergiverſatione celari, contra ipſum ad ſententiam poſſemus procedere exigente juſtitia proferendam, ipſum tamen de benignitate Apoſtolica usque ad præſentem diem hora conſiſtorii de eorumdem fratrum conſilio duximus exſpectandum. Et quoniam nec hac die hora jam dicta comparuit, nec comparet adhuc, nec aliquis pro eodem, nec ad correctionem prædictorum ſe disponit in aliquo; ſed velut in profundum malorum perductus, mala malis ſuperaddere, offenſasque offenſis cumulare, ac iram Dei contra ſe provocare, fidelesque verbis & operibus perſequi non omittit: Nos in prædictis læſionem fidei, Patrum quoque ſanctorum contemtum & probra, nec non & præſentium ſcandala, variaque poſterorum pericula attendentes, tantisque malis & periculis obviare ſalubriter cupientes, cùm præmiſſa adeò ſint notoria, quòd nequeant tergiverſatione aliqua occultari, præſente hac multitudine fidelium copioſa, ipſum reputantes & declarantes meritò contumacem, Dei nomine invocato, de fratrum eorumdem conſilio, ipſum fore hæreticum declaramus, ipſasque aſſertiones per dictam conſtitutionem hæreticas, ut prædicitur, declaratas, & ſcripturas quascumque continentes easdem, nec non & ipſum Ludovicum velut hæreticum reprobamus & ſententialiter condemnamus. Si quis autem doctrinam ſeu aſſertiones prædictas defendere vel approbare præſumſerit, cujuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus exiſtat, tamquam hæreticus ab omnibus confutetur. Et nihilominùs ipſum Ludovicum bonis omnibus mobilibus & immobilibus, juribus, jurisdictionibus, & quibuscumque aliis ubicumque ſint, & quibuscumque nominibus cenſeantur, & ſpecialiter Comitatu Palatinatus Rheni, & omni jure, ratione vel occaſione illius, vel alio quovis modo ad eumdem Ludovicum pertinentibus, habendi vocem in electione Regis Romanorum in Imperatorem promovendi, ſeu in electione hujusmodi aliquem ad prædicta Regnum vel Imperium eligendi ſeu quomodolibet nominandi, privatum fore decernimus & privamus, exponendis vel concedendis catholicis, ſi, prout, & quando, ac quibus, vel de quibus Sedes Apoſtolica ordinandum duxerit, jure principalis dominii ſemper ſalvo, vaſſallos quoque ipſius, & quascumque alias tam eccleſiaſticas quàm ſeculares perſonas, nec non communitates, univerſitates, ac civitates, caſtra, terras, ac villas quæ ſibi fidelitatis vel aliis quibuscumque juramentis tenentur aſtricti; prorſus ab illis abſolvimus, ac quascumque colligationes, confœderationes, ſocietates, pactiones, & ligas, per quoscumque cum eodem contractas vel initas, etiamſi juramentis, pœnis, vel aliis quibusvis firmitatibus eſſent innixæ; quatenus favorem aut commodum ipſius concerne-

ANNO 1327.

rent,

ANNO 1327. rent, de poteſtatis plenitudine penitus diſſolvimus, ac pœnas adjectas, & juramenta ſuper præſtita relaxamus. Decernentes quasvis perſonas ſingulares, ac communitates, univerſitates, caſtra, villas, terras & oppida nequaquam teneri de cetero ad obſervationem earum vel cujuſlibet earumdem. Univerſis & ſingulis etiam Prælatis & perſonis eccleſiaſticis, ſæcularibus, & regularibus, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, vel conditionis exiſtant; etiamſi patriarchali, pontificali, aut majori ſeu inferiori præfulgeant dignitate, nec non Regibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, poteſtatibus, capitaneis, rectoribus, & aliis dominis temporalibus, & qui aliquo titulo ſe præmiſſorum intitulant, licèt jus non habeant in eisdem, ac communitatibus, univerſitatibus, civitatibus, caſtris & villis, & ſpecialiter Mediolanenſi, Sagonenſi, Cumanenſi, Vercellenſi, Pargamenſi, Laudenſi, Cremonenſi, Aretinenſi, Novarienſi, Papienſi, Mantuanæ, Ferrarienſi, Veronenſi, Lucanenſi, & aliis quibuscumque inhibemus & mandamus expreſsè, ne prædicto Ludovico de hæreſi, ut præmittitur, condemnato, adhærere, communicare, participare, vel favere, quomodocumque, directè vel indirectè, publicè vel occultè præſumant, nec eidem portent, mittant, portari vel mitti faciant, aut procurent granum, vinum, aut quæcumque victualia, pannos, ligna, ferrum, arma, ſeu quævis mercimonia, pecuniam, vel quicquid aliud quod poſſet in ipſius utilitatem vel commodum redundare, ne ſocietates, confœderationes, colligationes, pactiones, aut ligas quascumque cum eodem initas vel contractas præſertim in ejus favorem, auxilium vel utilitatem, obſervent. Alioquin perſonas quascumque ſingulares excommunicationis; univerſitates verò, communitates & collegia, quæ poſtquam videlicet proceſſus noſter hujusmodi ad eorum pervenerit notitiam, vel perveniſſe probabiliter potuerit, aut per ipſos ſteterit quominus pervenerit ad eosdem, in hac parte offenderent quovis modo, nec non terras & loca quorumcumque circà prædicta delinquentium, interdicti ſententiis, & generaliter pœnis omnibus quibus fautores & defenſores hæreticorum & adhærentes eisdem ſubjiciuntur à jure vel quibusvis conſtitutionibus, volumus & decernimus ſubjacere. Apertiùs prædicentes eisdem, nos ad earumdem pœnarum declarationem & executionem contra delinquentes hujusmodi proceſſuros ſpecialiter, ſi, & quando, & quoties videbimus expedire. Non obſtantibus ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diviſim à Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facta plena & expreſſa ac de verbo ad verbum de indulgentiis hujusmodi mentione, & quibuſlibet privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quibusvis perſonis, locis vel ordinibus, ſub quacumque forma vel expreſſione verborum conceſſis, etiamſi de illis eſſet ſpecialis & expreſſa, & de verbo ad verbum in præſentibus mentio facienda, per quæ nullum contra præmiſſa vel præmiſſorum aliquod volumus afferri ſuffragium vel obſtaculum interponi. Ceterum proceſſus tam contra dictum Ludovicum quàm fautores & adhærentes ipſius per nos habitos, de fratrum eorumdem conſilio, ratos exiſtere decernimus, eosque ratificamus, & ex certa ſcientia etiam approbamus. Ut autem ſententia & proceſſus præſentes hujusmodi ad dicti Ludovici & aliorum quorum intereſt communem notitiam deducantur, cartas ſive membranas, ſententiam & proceſſus continentes eosdem in eccleſiæ Avenionenſis appendi vel affigi oſtiis ſeu ſuperliminaribus faciemus, quæ ipſos ſententiam & proceſſus ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo indicio publicabunt. Ita quod dictus Ludovicus & alii quos contingere dignoſcuntur, nullam poſſint excuſationem prætendere, quòd ad eos non pervenerint, vel quòd ignorarint eosdem, cùm non ſit veriſimile quoad ipſos remanere incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avenione x. Kalendas Novembris, Pontificatus noſtri anno duodecimo.

LXVII.

1328. *Fragmentum Sententiæ à* LUDOVICO *Bavaro Romanorum Imperatore contra* JOHANNEM *Papam XXII. latæ.* [MARTENE Theſaurus novus Anecdotorum tom. 3. in Chronicâ Siciliæ col. 98.] ANNO 1328.

In nomine Domini. Amen.

„ GLorioſus & ſublimis dominantium Dominus, „ nulli ſecundus, qui univerſa propter ſemetipſum operatus eſt, impium quoque ad diem malum, Sacerdotium & Imperium independenter principans, & obſervans, ut hoc quidem divina exerceat, illud autem humanis præſideat, ad rempublicam ſibi traditam rectè ac magnificè gubernandam, nos LUDOVICUM IV. Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum in Imperiali culmine „ Majeſtatis conſtituit, & ita hoc, quia nos in principem ſuper hereditatem ſuam immiſit, ut de manibus inimicorum ſuum populum liberemus, exaltans nos ſuper gentes & regna, ut pacis ſubverſores diſperdamus ubique, zelatores verò ejuſdem plantemus & ædificemus [creans] fructus labiorum noſtrorum pacem his qui longè ſunt, & his qui prope ſunt. Ea propter Imperialis Celſitudinis debito exceſſus enormes JACOBI DE CATHURCO, qui nunc Papam ſe, licet mendaciter, aſſerere non veretur, diſſimulatione diuturniori nullatenus ſufferre volentes, innato moti juſtitiæ zelo, nunc pro eminentia Majeſtatis Imperialis, audaciter domum paternam, filioſque noſtros cariſſimos & puberes, hoſtilium incurſuum criminibus jam actu expoſitos, fortunæ periculis committentes, celeri curſu inde Italiam venimus, ad ſedem noſtram præcipuam, Romam videlicet, properantes, quam divino ſuffulti auxilio pacificè attingimus, nulla hoſtili reſiſtentia præpediti, univerſis terrarum quas petranſivimus incolis ab omni damno atque diſturbio reſervatis. In qua ſiquidem urbe divina opitulante providentia Cæſareo diademate ac ſceptro legitimè ſuſceptis per noſtrum Romanum peculiarem populum, urbi & orbi Dei ac noſtra potentia inæſtimabili & immutabili præſideamus, ut manus noſtræ fortitudine triumphali rebelles qui pro nunc à nobis & ſuo Domino naturali longè ſunt, corripiamus potenter, fidelesque noſtros ab angariis & perſecutionibus tyrannicis inſuperabili poteſtate Dei & noſtra efficaciter eruamus. Animadvertimus ſiquidem hujuscemodi transgreſſionis rebellionem ex violenti uſurpatoris, ſe nunc Papam nominantis, falcem ſuam in alienam meſſem mittentis, certa nequitia proveniſſe, quem elevatum adinſtar Adoniæ filii Aggit exemplo David hactenus non corripuimus. Nunc verò perpendimus, quod ferro neceſſe eſt, ut abſcindantur vulnera fomentorum quæ non ſenſerunt medicinam. Proſpeximus etiam quod in immenſum creſcit impunita temeritas, & facilitas dicto JACOBO veniæ incentivum præſtitit delinquendi, dum ſibi de oblatis iniquè thesauris currus fecit & equites adverſus Chriſti ac Sancti Imperii fideles, & ſub ſpecie ſubſidii Terræ dictæ ſanctæ, theſauris, inquam, jam per multos annos de omnibus finibus Eccleſiæ, ac talliis ſeu quæſtis à clero violenter extortis, necnon ſimoniacis beneficiorum Eccleſiaſticorum diſtributionibus, collatorum ætate, vita & ſententia penitus & meritis indignis, potentiaque ſuorum parentum omnium ſanguinis Chriſti effuſoribus, ſceleratis ac mentitis gratiis ſeu indulgentiis peccatorum, quas pro ſtipendiis pollicetur nefariis homicidis, (a) ſiſinata peſtifera & effreni rebellione, non deſinens in noſtro ſacro Imperio ſuis doloſis aſtutiis ſeminare utres. . . . . conſilio & auxilio execrabili, jocis interpretatione in perſonas principum ſæcularium præcipuè doloſi regis ROBERTI; jamdudum propter crimen læſæ majeſtatis per felicis recordationis HENRICUM ultimum pœna proſcriptionis damnati, aliorumque Principum, quorum de toto ſibi poſſe & noſſe faventium, in ſacri deſtructione concilii, ad ſublimationem cornu Chriſti, idem liberè perfectionis fidei Catholicæ noſtis inſtitutus, in hæreſim etiam conſilio & auxilio Abiathar ſacerdos, qui peccatum ſuſcitans interpretatur & hoc in perſonis miniſtrorum ſpiritualium, ſeu Eccleſiaſticorum, qui ad ſimilitudinem filiorum Heli, carnis crudæ ſeu cruentatæ violenti exactores conſiſtunt, in effuſione humani ſanguinis ad mandata „ prædicti JACOBI ſe Papam gerentis, utens, quin „ immo abutens gladio temporali, à quo tanto Dei „ &

(a) *f.* ſibi innata.

ANNO 1328.

„ & ſanctorum patrum ſanctionibus excluſi eſſe noſ-
„ cuntur neſcientes Dominum, necnon officium ſa-
„ cerdotii ad populum profanat. Igitur in eiſdem
„ hic vir ſanguinum, ſacerdotium Chriſti, manus
„ Patriarcharum, Cardinalium in Italia legatorum,
„ Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, alio-
„ rumque inferiorum miniſtrorum graduum ſangui-
„ ne replendo homicidiis infinitis. Ex quibus pro-
„ fecto evidenter agnoſcimus ſacrum Imperium in
„ defenſionem Evangelii pacis à Deo ab æterno pro-
„ viſum per hunc myſticum Antichriſtum, qui ſe
„ Papam nominat, ſi, quod abſit, effrenis ejus ra-
„ bies inulta procederet inreparabiliter exterminari.
„ Verè etenim dicitur myſticus Antichriſtus, quo-
„ niam ipſe fremens ſecundùm operationem Satanæ
„ in omni ſeditione, iniquitate, diſſenſione, quæ ſe-
„ cundùm Apoſtolum Antichriſti adventum præce-
„ dent, velut idem præcurſor immediatus, indefeſſus
„ ſatagit accelerare ſubverſionem ſeu extinctionem fi-
„ dei orthodoxæ cæde crudeliſſima Chriſticolarum
„ innumerabilium: quoniam Antichriſtus poteſtate
„ publicæ violentiæ proficit. Hanc iſte molitur ſub
„ ſpecie mentita juſtitiæ cum notoria violentia con-
„ ſummare, dum non ſolum in Italia, verum etiam
„ in pleriſque infidelium confiniis, Saracenorum vi-
„ delicet, in regno Arminiæ, (a) Ricenorum, &
„ dioceſi Tarbina, ſuccurſum à Chriſti fidelibus di-
„ ctorum confinium, in foribus palatii hujus aſpidis
„ ſurdi ammori, videlicet clamore valido per annos
„ quinque miſerabiliter imploratum propterea dene-
„ gavit, & quod, proh dolor! aures humanæ refu-
„ giunt; obſervationem treugarum cum fidelibus in
„ confinio Pruſſiæ præceptori generali domus S. Ma-
„ riæ diſtrictiſſimè injunxerat id agere in augmentum
„ fidei Chriſtianæ, licet fallaciter ſe præcedens quod
„ in ejusdem fidei conceperat notorium detrimentum,
„ ex hoc teneri pro vitioſo figmento quanta fuerit
„ occiſio fidelium in infantibus & vagientibus in cu-
„ nabulis, in viris, in mulieribus innumeris perſido-
„ rum mucronibus trucidatis, multiſque in perpe-
„ tuam captivitatem adductis: quantaque lamentatio
„ in ſanctimonialibus ac Deo juratis virginibus deflo-
„ ratis, & viduis & conjugatis poſt tergum manibus
„ ligatis ad arbores violenter oppreſſis: quanta inſu-
„ per Eccleſiarum & ſacrorum maximè precioſiſſimi
„ & venerabiliſſimi corporis Chriſti profanatio facta
„ fuerit, dum ipſum lanceis perforatum & elevatum,
„ Chriſto ac omnibus chriſticolis blaſphemiæ ac de-
„ meritæ exprobraverint, dicentes: Ecce Deus Chri-
„ ſtianorum Marcorici Brandeburgenſes plorantes
„ filios & filias lamentabiliter querulas. Captus eſt
„ igitur perſecutor iſte nequiſſimus, prædo in dome-
„ ſticos, plebis interemtor, occilor filiorum, in pa-
„ trios patrocida, prout inſuper juſtis alterius evi-
„ dentia declaravit, dum galeas quàm plures in ſub-
„ ſidium Catholici regis Armeniæ ac totius populi
„ contra Saracenos hujuſmodi per magnificum Fran-
„ corum regem tranſmiſſas in occiſionem Chriſtiano-
„ rum noſtro ſubjectorum Imperio, Januenſes vide-
„ licet callidè & doloſè pervertit, & nequiter uſur-
„ pavit. Numquid ergo bene iſte pſeudopropheta in
„ Apocalypſi deſcribitur ſub figura ſedentis in equo
„ ruſo, qui exivit ut ſumeret pacem de terra, ut
„ homines ſe interficerent invicem, terram, proh
„ dolor! omnium inebrians Chriſti ſanguine venæ
„ fontis pietatis & Clementiæ fundit, & refaciens in
„ quantum vena diſciplinæ Chriſtianæ. *Hîc deſinit*
„ *codex, in quo novem capita deſiderantur.*

(a) *ſi* Rhutenorum.

LXVIII.

Lettres de non-prejudice données par PHILIPPES *Roi de France à* JEAN III. *Duc de Bretagne portant que les bons ſervices qu'il lui à rendus à ſes depens dans la Guerre de Flandres, ne pouront être tirés à conſequence de devoir, ou de ſervitude accoutumée. Donné à Paris l'an de Grace* 1328. [D'ARGENTRE' Hiſtoire de Bretagne. Liv. 5. chap. 39. pag. 334.]

„ PHILIPPES par la grace de Dieu Roy de
„ France, à tous ceux qui ces Lettres ver-
„ ront, Salut. Comme noſtre très-cher frere le
„ Duc de Bretagne, & ſes predeceſſeurs, ayent
„ ſervy noz predeceſſeurs en leurs guerres, en
„ pluſieurs lieux, à leurs deſpens: & par eſpe-
„ cial nous ayt ſervy en noſtre derniere guerre
„ de Flandres, à grand foiſon de gens d'armes à
„ ſes deſpens, nous qui voulons que le ſervice
„ qu'il nous a faict, & ſes predeceſſeurs ont faict
„ de leur liberalité à leurs propres couſts & des-
„ pens, comme dit eſt à nos predeceſſeurs, & à
„ nous en noz guerres, leur ſoit tenu à bien, &
„ honneur, & courtoiſie, & en doivent de ce em-
„ porter loüanges, graces, & mercy. Faiſons ſça-
„ voir à tous, que noſtre entente n'eſt mie, ne
„ voulons que le ſervice que luy, & ſes prede-
„ ceſſeurs ont faict au temps paſſé, ſoient traictz
„ à accouſtumez, ou à ſervitude à noſtre dict fre-
„ re, ou à ſes ſucceſſeurs, ny à leurs Terres ny
„ Barronnies au temps advenir, & leur tourne à
„ nul prejudice, & par ce ne voulons, ny en-
„ tendons avoir acquis contre eux, nul nouveau
„ droict, ou quelque ſaiſine de ſervitude. En tes-
„ moing deſquelles choſes nous avons faict met-
„ tre noſtre ſeel eu ceſte Lettre. Donné à Paris
„ l'an de grace 1328. & eſt ceſte Lettre aux Char-
„ tres.

ANNO 1328.

LXIX.

18 Avril. LUDOVICI IV. *Bavarici Romanorum Imperatoris Proceſſus contra* JACOBUM *de Caturco nunc ſe Papam* JOHANNEM XXII, *(ut verba habent:) licèt mendaciter aſſerere non verentem. Datum & actum extra baſilicam Apoſtolorum Principis Beati Petri in urbe Romanâ* 18. *Aprilis, Anno ab Incarnat.* 1328. *Anno Regni XIV. Imperii vero I. Indictione XI.* [STEPH. BALUZII Vitæ Paparum Avenion. Tom. II. col. 512. Ex codice 678. Bibliothecæ Colbertinæ. GOLDASTI Reichs Satzungen 2. Theil. pag. 32. en Allemand, & fort defectueuſement.]

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus ad perpetuam rei memoriam. Glorioſus Deus in ſublimi, dominantium dominus, nulli ſecundus; qui univerſa propter ſemetipſum operatus eſt, impiumque ad diem malum, Sacerdotium & Imperium independenter principians & conſervans, ut hoc quidem divina exerceat; illud autem ut humanis præſideat, rem publicam ſibi traditam rectè ac magnificè gubernando, nos Ludovicum IV. Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum Imperialis culmine Majeſtatis conſtitutum & in hoc quia nos in principem ſuper hereditatem ſuam inunxit, ut de manibus inimicorum ſuum populum liberemus, exaltans nos ſuper gentes & regna, ut pacis ſubverſores disperdamus ubique, zelatores verò ejusdem plantemus & ædificemus, creans fructum labiorum noſtrorum pacem iis qui longè & iis qui prope. Eapropter ex Imperialis Celſitudinis debito exceſſus enormes Iacobi de Caturco, qui nunc ſe Papam Iohannem XXII. licét mendaciter aſſerere non veretur, diſſimulatione diuturniori nullatenus ſufferre valentes, innato moti juſtitiæ zelo, nunc præeminentia Majeſtatis Imperialis audacter domum paternam filiosque cariſſimos impuberes hoſtilium incurſuum diſcriminibus jam actu expoſitos fortunæ periculis committentes celeri curſu in Italiam venimus ad ſedem noſtram præcipuam, Romam videlicet, properantes, quam divino ſuffulti auxilio pacificè attigimus, nulla hoſtili reſiſtentia præpediti, univerſis terrarum quas pertranſivimus incolis ab omni damno atque diſturbio prælervatis. In qua ſiquidem urbe divina opitulante providentia Cæſaris diademate ac ſceptro legitimè ſuſceptis per noſtrum Romanum peculiarem populum urbi & orbi Dei ac noſtra potentia invincibili præſidemus, ut manus noſtræ fortitudine triumphali rebelles qui pro nunc à nobis ſuo domino naturali longè ſunt corripiamus potenter filiosque noſtros ab angariis & perſecutionibus tyrannicis inſuperabili poteſtate Dei & noſtra efficaciter eruamus. Animadvertimus equidem hujuscemodi transgreſſiones rebellium ex violenta uſurpatoris ſe nunc Papam nominantis, falcem ſuam in alienam meſſem mittentis, certa nequitia proveniſſe: quem elevatum ad inſtar Adoniæ filii Aggith exemplo

ANNO 1328. plo David hactenus verò perpendimus quòd ferro necesse est ut abscindantur vulnera quæ fomentorum non senserunt medicinam. Prospeximus etiam quòd in immensum crescit impunita temeritas, & facilitas veniæ dicto Iacobo incentivum præstitit delinquendi, dum sibi de collectis iniquè thesauris currus fecit & equos adversùs Christi ac nostri sacri Imperii fideles sub specie subsidii Terræ sanctæ, thesauris inquam jam per multos annos de omnibus finibus Ecclesiæ & talliis seu quæstu à clero violenter extortis, necnon simoniacis beneficiorum ecclesiasticorum distributionibus collatorum ætate, vita, & scientia penitùs immeritis & indignis, ac mentitis gratiis seu indulgentiis peccatorum quas pro stipendiis pollicetur nefariis homicidis, schismata pestifera rebellione non desinens in nostro sacro Imperio suis dolosis astutiis seminare, utens consilio & auxilio execrabilis Ioab principis militiæ, scilicet cujuslibet fautoris dissidiorum, & ex Ioab interpretatione, & hoc in personis Principum secularium, præcipuè dolosi Ioab jamdudum propter crimen læsæ majestatis per felicis recordationis Henricum ultimum pœna proscriptionis damnati, aliorumque Principum quorundam sibi toto posse & voce faventium in sacri destructione Imperii, quod ad sublimationem cornu Christi id est liberæ professionis fidei catholicæ divinitus nosciur institutum, inhærens etiam consilio Abiathar sacerdotis, qui peccatum suscitans interpretatur, & hoc in personis ministrorum spiritualium seu ecclesiasticorum, qui ad similitudinem filiorum Hely carnis crudæ seu cruentatæ violenti exactores existunt in effusione humani sanguinis ad mandata prædicti Iacobi se Papam confingentis, utentes quinimmo abutentes gladio temporali, à quo tamen Dei & sanctorum Patrum sanctionibus excluſi esse noscuntur, nescientes domum nec officium sacerdotum ad Dominum. Prophanat igitur in eisdem hic vir sanguinum sacerdotium Christi, manus Cardinalium in Italia Legatorum, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, aliorumque inferiorum graduum sanguine replendo homicidiis infinitis. Ex quibus profectò evidenter agnoscimus sacrum Imperium in defensione evangelii pacis à Deo ab æterno provisum per hunc mysticum Antichristum, qui se Papam nominat, si, quod absit, effrenis ejus rabies ultra procederet, irrepabiliter exterminari. Iste nimirum verè dicitur mysticus Antichristus, quoniam ipse fervet secundùm operationem Satanæ in omni seditione iniquitatis dissectione, quæ secundùm Apostolum Antichristi adventum præcedet velut ejusdem præcursor immediatus indefessè satagit accelerare ad subversionem seu extinctionem fidei orthodoxæ, cæde crudelissima christicolarum innumerabilium quam Antichristus potestate publicæ violentiæ perficier, hanc iste molitur sub specie mentitæ justitiæ cum notoria violentia consummare, dum non solùm in Italia, verùm etiam in plerisque locis confiniis Sarracenorum, videlicet in regno Armeniæ & Ruthenorum, in dioceſi Cebertinensi succursum à Christi fidelibus dictorum confiniorum in foribus palatii hujus aspidis, Avionenſis videlicet, clamore valido per annos quinque miserabiliter imploratum perperam denegavit, &, proh dolor, aures humanæ refugiunt, observationem treugarum cum infidelibus in confinio Pruciæ præceptori generali domus sanctæ Mariæ Theutonicorum districtissimè injunxit, illud agere in augmentum fidei christianæ, licèt mendaciter, se prætendens quod in ejusdem fidei conceperat notorium detrimentum. Ex hoc etenim pernicioso figmento quanta fuerit occisio fidelium in infantibus vagientibus in cunabulis, in viris & mulieribus innumeris perfidorum mucronibus trucidatis, multisque in perpetuum in captivitate adductis, & quanta lamentatio in sanctimonialibns & Deo dicatis virginibus defloratis, in viduis & maritatis post tergum manibus ligatis ad arbores violenter oppressis, quanta insuper Ecclesiarum & sacramentorum, maximè pretiosissimi ac venerandissimi sacri corporis Christi prophanatio facta fuerit, dum ipsis lanceis perforatum & elevatum Christo ac omnibus christicolis blasphemè ac devienter exprobraverunt dicentes, Ecce Deus Christianorum, Marchia Brandeburgensis plorans filios & filias lamentabiliter querulatur. Factus est ergo iste persecutor nequissimus in domesticis prædo, plebis interemptor, occisor filiorum, in ipsos parricida; prout insuper facti alterius evidentia declaravit dum galeas quamplurimas in subsidium catholici Regis Armeniæ ac totius sui populi contra Sarracenos per magnificum Francorum Regem transmissas in occisionem christianorum nostro subjectorum imperio, Ianuensium videlicet, callidè ac dolosè pervertit, & nequiter usurpavit. Numquid ergo bene iste pseudopropheta in Apocalypsi describitur sub figura sedentis in equo russo, qui exivit ut sumeret pacem de terra & ut homines invicem se interficerent, terram proh dolor inebrians cum Christi sanguine, venam fontis pietatis & clementiæ funditus arefaciens; in qua tamen vena disciplinæ christianæ summa consistit. Adhuc pseudo-Papa iste se esse veritatis evangelicæ ac Dei ordinationis publicum subversorem evidentissimè declaravit, dum doctrinam Christi & Apostolorum verbo traditam & exemplo firmatam de superioritate ac dominio ac gubernatione temporalium Imperiali Celsitudini debita & nostris fidelibus obedientiam legitimam transgredi præcepit, ipsam superioritatem sibi superbiæ fastibus usurpando, attentans, quamvis illicitè, Imperialem & Sacerdotalem simul dignitatem & potestatem habere, quas Christus ipse in suppositis voluit esse distinctas, dum ostenso sibi numismate Cæsaris imagine figurato, ea quæ sunt Cæsaris, dominationem videlicet temporalium, censualis numismatis redditione signata Cæsari jussit reddi. quod quidem numisma in hujus dominationis evidentiam solùm imperiali auctoritate ubique cuditur & formatur. Ea verò quæ Dei sunt Deo reddi præcepit adiciens, *& quæ sunt Dei Deo.* Ampliùs Christus ipse se nolle Imperatoris & Sacerdotis officium insimul ab ullo ejus vicario seu ministro possideri per facti evidentiam propalavit, dum ipse, cui soli, quia verus Deus & verus homo, data fuit in cælo & in terra universa potestas, regnum seu imperium terrenum & omne dominium temporalium à se penitùs abdicavit, prout Iohannes Evangelista testatur ubi ait: *Iesus autem cùm cognovisset quòd venturi essent ut raperent eum & facerent eum Regem, fugit iterum in montem solus.* Quod & alibi Christus expressiùs innuit ubi dicit: *Regnum meum non est de hoc mundo*, subjungens: *Si de hoc mundo esset, ministri mei utique decertarent ut non traderer Iudæis.* Et sequitur: *Nunc autem regnum meum non est hic.* Cui etiam Decretistæ asserunt dicentes Papam non habere utramque jurisdictionem, quoniam à Deo & ipsa electione jurisdictionem & potestatem in temporalibus nos solus recipimus. Unde eo ipso quòd sumus electi, sumus etiam confirmati, nulla prorsùs confirmatione fienda per homines indigentes. Ex quibus hic veritatis evangelicæ & pacis ecclesiasticæ æmulus indefessus Iacobus antedictus notoriè deprehensus est non ad voces propheticas, non ad sermones evangelicos, sed ad suum reprobum sensum tamquam magister erroris seu hæresiarcha notorius perfidè recurrisse, maximè in processibus immo potiùs excessibus contra sacrum Imperium in persona nostra perductis, in quibus convincitur evangelicæ veritatis, quantum ad potestates per Christum distinctas, impugnator & subversor notorius extitisse ipsosque suos vocatos processus nullos esse & nullius firmitatis efficaciam habuisse cogitur confiteri; præsertim cùm dictos processus vocatos ea notoriè injusta occasione confinxerit, quoniam sacrum imperium, quoad temporalium administrationem, noluimus, sicut nec debuimus, recognoscere eidem fore subjectum. Sanctionibus itaque sanctorum Patrum edocti, recognoscentes nos soli Deo reddituros rationem propter Ecclesiam, quam pro Christo tuendam suscepimus, si pax seu disciplina Ecclesiæ solvatur, aut perturbetur universalis status Ecclesiæ sanctæ Dei ac sacri Imperii per hunc schismaticum, Iacobum videlicet antedictum, à pace & disciplina destitutum, restituere cupientes, ne sit inter nos christicolas pacis & concordiæ professores radix germinans fel & amaritudinem universalis schismatis, ob reverentiam & honorem sacrosanctæ Romæ & potiùs Ecclesiæ Dei ac in defensione fidei orthodoxæ, quam firmiter credimus prout eadem Mater nostra Ecclesia nos hodie erudit & hactenus erudivit, necnon in succursum cœtus venerabilium Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, omniumque spiritualium ministrorum, ad correctionem furentis rabiei Iacobi sæpedicti summè necessarium, quia cùm dictum collegium Cardinalium metu in constantem cadente totaque sacerdotum communitas metu privationis officiorum & beneficiorum hactenus efficere non potuit nec adhuc efficit per sermonem doctrinæ, nobisque incumbat ut eum imperemus per debiti supplicii rigorem propter notoriam dissipationem ecclesiasticæ disciplinæ, cui hæresiarcha præfatus invigilat indefessè, inspicientes quòd ille simoniacus elec-

ANNO 1328.

ANNO 1328. electiones de paſtoribus canonicè factas ſcientia & vita ſeu honeſtate morum ac dogmate decoratis frequenter annullare præſumpſit, ipſas cathedrales Eccleſias electionibus privando, ſuæque corruptæ voluntati contra Deum & juris ordinem reſervando, quas etiam proviſiones ſibi ideo reſervat, ne paſtores vitæ irreprehenſibilis, inquietorum correctores, bonorumque operum doctrina & integritate exemplatores in Dei Eccleſia præficiantur, ſed magis homines inhoneſti, diſciplinæ eccleſiaſticæ notorii transgreſſores, omne illud quod legis, quod morum, quod ſanctimoniæ in Chriſti ovibus corrumpentes, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, dum prohibita licita & licita prohibita docent & aſſerunt, abſolventes exemplo illius ſui morbidi & veſani capitis quos Deus ligat, in homicidiis ac perjuriis per fautores hujus hæreſiarchæ infinities perpetratis. Adhuc autem, quod & ipſi Deo & juſtis hominibus non modicùm diſplicet, hanc ſanctiſſimam gentem & urbem, Romanam videlicet, quam Chriſtus ipſe in gentem ſanctam, genus electum, regale ſacerdotium, & populum acquiſitionis incommutabiliter elegit, ſua perſonali reſidentia tota ſui vicariatus duratione privavit contra expreſſam Chriſti prohibitionem & beati Petri Apoſtoli revocationem ſalubriter exemplatam, dum apparente ſibi Chriſto & Petro interrogante, *Domine, quo vadis*, Chriſtus reſpondit: *Vado Romam iterum crucifigi*: quamvis pro habenda illius Iacobi præſentia Romanus populus plures miſerit ambaſſiatas ſolemnes. Nec iis contentus criminator iſte contra hunc Chriſti peculiarem populum tanquam contra perfidos crucem prædicat, nullo prorsùs exigente crimine nec delicto populi antedicti, ipſumque innocentem populum iniquiſſimis proceſſibus notoriè diffamare præſumit. Quapropter, cùm hic prævaricator nepharius divinæ diſpoſitionis ordinem ſacerdotio & imperio præſtitutum publicè impugnaverit, ſtatu ſui vicariatus abutens enormiter dum gladio ſanguinis uti præcepit pro gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei, hinc eſt quòd zelo juſtitiæ atque rei publicæ, quam exornare etiam ad optima quæque perducere concupiſcimus, auctoritate nobis in hoc caſu cælitus ordinata contra quoſlibet fidei & veritatis ſanctæ Matris Eccleſiæ turbatores, quam ſiquidem auctoritatem divina voluntas, Petro Apoſtolo teſte, regali ſeu imperiali præcellentiæ conceſſit in vindictam malorum, laudem verò bonorum, propter quod etiam ſecundùm Apoſtolum non ſine cauſa gladium portamus, qui Dei miniſter & vindex in iram ejus qui malum agit exiſtimus, præfatum Iacobum, cui, cùm ſit veritatis evangelicæ notorius contradictor & manifeſtè hæreticus, purgatio canonica rigore juris nunquam eſt indicenda, prædeceſſorum noſtrorum, videlicet Ottonis primi, qui cum clero & populo Romano Iohannem XII. depoſuit de papatu, & cum clero & populo de alio paſtore urbi & orbi providit, & aliorum quamplurium Imperatorum veſtigiis inhærere volentes, ipſum Iacobum in hæreſi deprehenſum, cùm ex facti evidentia, quia hæreſim publicè prædicat, perfectionem altiſſimæ paupertatis in Chriſto penitùs denegando, ex quo ſequeretur Chriſtum non fuiſſe perfectiſſimum viatorem, qua ex confeſſione propria, ut liquet ex iniquis & temerariis vocatis proceſſibus ab ipſo contra ſacrum Imperium in noſtra perſona factis, in quibus profectò Dei ordinationi reſiſtit, ſibique damnationem acquirit, & ſe ipſum pro crimine læſæ majeſtatis reatu plectendum conſtituit, eò quòd indignè gerit & geſſit vicariatus officium ab eo tempore quo in alterum criminum prædictorum noſcitur notoriè lapſus fuiſſe, à Chriſto privatum eſſe & privatum fuiſſe denuntiamus, noſtræque Imperialis auctoritatis ſententia Epiſcopatu Romanæ & univerſalis Eccleſiæ Dei ſeu Papatu tenore præſentium privamus & ab eodem deponimus in his ſcriptis, ſententia lata de communi conſilio & aſſenſu & requiſitione cleri & populi Romani noſtrorumque Principum & Eccleſiæ Prælatorum tam Alamannorum quàm Italicorum & aliorum fidelium chriſtianorum quamplurimorum, moti nihilominus & inducti ſupplicationibus atque inſtantiis plurimis ſyndicorum cleri & populi Romani plenam ad hoc ejuſdem cleri & populi habentium auctoritatem & liberam poteſtatem & ſpeciale mandatum, prout apparet ex oblatis Majeſtati noſtræ ſyndicatus eorum publicis inſtrumentis ſigillis ſæpedicti cleri & populi Romani ſignatis: quas quidem ſupplicationes & inſtantias propter ſalutis noſtræ diſpendium noluimus, ſicut nec debuimus, recuſare. Unde & ſæpedictum Jacobum omnis Eccleſiaſtici ordinis prærogativa nudatum & officio ac beneficio Eccleſiaſtico ſpoliatum tenore præſentium ſubicimus ſecularis noſtrorum miniſtrorum arbitrio poteſtatis, ab omnibus feudatariis & juſticiariis noſtri ſacri Imperii, ubicunque deprehenſus fuerit, velut hæreticum animadverſione debita puniendum. Decernimus inſuper auctoritate qua ſuprà omnes vocatas ſententias aut edicta, cetera quoque pronuntiata vel pronuntianda ſermone vel ſcripto per ſupradictum Jacobum de Caturco aut ejus complices Legatos, officiales, ſive miniſtros adversùs noſtros fideles ſeu nobis adhærentes Principes, Comites, collegia, & ſingulares perſonas, tamquam per hæreticum & læſæ majeſtatis crimine damnatum, aut hæretici ſeu ſic damnati fautores, latas vel ferendas, harumque tam latarum quàm ferendarum minimè auctoritatem habentes, nullas fuiſſe, nullas eſſe, nullasque futuras, nullamque ſententiæ aut alterius ſcripti vel dicti quemquam obligantis habuiſſe vel habere aut habituras fore virtutem à tempore quo dictus Iacobus in alterum criminum prædictorum noſcitur incidiſſe. Volentes rurſum, prout viis juris dirigimur & cogimur, de paſtore catholico huic urbi & orbi unà cum clero & populo Romano omni moræ ſuperfluæ dilatione poſtpoſita providere, quemadmodum competere nobis de jure plenariè demonſtravimus in præmiſſis, præfatum Iacobum, tamquam in hæreſi notoriè deprehenſum, præcipimus ſub pœnis infraſcriptis à chriſticolis omnibus inexcuſabiliter evitari. Si qui autem deinceps, quod abſit, ad ipſum ſic damnatum favore, conſilio, vel auxilio, credulitate, vel obedientia declinaverint, omnes tales, cujuscunque conditionis exiſtant, tam Prælatos eccleſiaſticos quàm Principes ſeculares, Barones, nobiles & ignobiles, quocunque nomine ſeu titulo cenſeantur, qui ab hujusmodi contumacia infra unius menſis ſpatium quoad Italicos & infra duorum menſium quoad alios noſtro imperio ſubjectos à publicatione præſentium revocari contempſerint, privatione omnium feudorum quæ à ſacro tenent Imperio, quorum una medietas imperiali fiſco, reliqua verò cameræ urbis Romanæ applicabitur, noſtra præſenti ſententia condemnamus, pœnasque proſcriptionis rerum & perſonarum infligimus per præſentes. Omnes nihilominus libertates, immunitates, atque privilegia per nos aut prædeceſſores noſtros ipſis conceſſa caſſantes tenore præſentium revocamus. Ad hujusmodi autem noſtri imperialis edicti ſive proceſſus executionem efficacem ſub pœna privationis rerum & perſonarum, necnon & ſub pœna infamiæ perpetuæ, univerſos feudatarios ac juſticiarios noſtri ſacri Imperii à publicatione præſentium infra menſem quoad alios noſtro ſubjectos Imperio volumus, decernimus, & ſtatuimus irrevocabiliter obligari. Ad quorum omnium notitiam, teſtimonium, atque fidem præſentem proceſſum conſcribi præcepimus & ipſum noſtræ Imperialis Majeſtatis Bulla aurea ſignoque noſtro Imperiali conſueto juſſimus communiri; cui etiam ad fines prædictos ſigilla cleri & Populi Romani ſunt appoſita. Publicatus eſt autem iſte proceſſus coram clero & populo Romano, præſentibus teſtibus infraſcriptis ad hoc ſpecialiter vocatis, videlicet Principibus tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, ingenuis, nobilibus & ignobilibus, nobis ibidem aſſiſtentibus, quorum nomina ſigillatim, prolixitatem evitantes, præſentibus noluimus explicari. Datum & actum extra baſilicam Apoſtolorum principis beati Petri in urbe Romana, cuncto clero & populo Romano in platea ibidem in parlamento publico congregato, XVIII. die menſis Aprilis, anno ab incarnatione Domini MCCCXXVIII. Indictione XI. regni noſtri anno XIIII. Imperii verò primo.

ANNO 1328.

Sententia LUDOVICI IV. *Bavarici Romanorum Imperatoris adversùs* JACOBUM *de Caturco, aliàs* JOANNEM *Papam XXII. lata: quâ ipſum tanquam hæreticum notorium, & manifeſtum omni dignitate Eccleſiaſticâ, poteſtate, & authoritate privatum, depoſitum, & excommunicatum ab omnibus Catholicis evitandum pronunciat. Datum & actum in urbe Romanâ in plateâ publicâ extra baſilicam Sti. Petri 18. Aprilis 1328. anno Regni XIV. Im-*

ANNO 1328. *Imperii vero I. Indictione XI.* CUM *Mandato speciali Cæsareo præfatam sententiam in omnibus Civitatibus, Dioecesibus, ac locis Imperio subjectis publicandi. Datum in Civitate Pisanâ 12. Decembris Anno Domini 1328. Regni sui XIV. Imperii vero I.* [STEPH. BALUZII Vitæ Paparum Avenion. Tom. II. col. 522. Ex eodem Codice Colbertino.]

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus universis & singulis Ecclesiarum Prælatis, cujuscunque dignitatis, ordinis, religionis, conditionis, aut status existant, etsi locum aut statum cardinalatus sive pontificalis dignitatis aut officii quomodolibet obtineant, necnon Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicariis, Potestatibus, Rectoribus, Officialibus, ac aliis præsidentibus, quocunque nomine censeantur, Imperii nostri fidelibus gratiam suam & omne bonum. Pridem contra Iacobum de Caturco hæreticum notorium & manifestum, qui se Iohannem Papam XXII. appellat, de magno & maturo consilio, justitia exigente, processum quendam fecimus formam & tenorem hujusmodi continentem.

Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator & semper augustus ad æternam rei memoriam. Cunctos populos quos clementiæ nostræ regit Imperium in tali volumus fide & religione versari qualem divos Petrum & Paulum tradidisse Romani Pontifices ipsius beati Petri legitimi successores, quos in omnibus sequimur, docuerunt & sancta Romana Ecclesia hactenus prædicavit & inconvulsè noscitur custodisse, cujus ipse Dei filius Dominus Iesus Christus est perpetuum ac stabile fundamentum & in ea statuit duo genera salvandorum; primum eorum qui per rectam fidem & mandatorum legis observantiam merentur ad æternam beatitudinem pervenire, de quo in evangelio dicit: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*; secundum illorum qui cupientes etiam in consiliis evangelicis vitam Christi & Apostolorum ejus perfectè sequi, vivere in obedientia sine proprio & in castitate spontanea voluntariè promittunt, de quo in evangelio dicit: *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me.* Quæ tria evangelica consilia secundùm sanctæ Romanæ Ecclesiæ doctrinam adeo sunt essentialia cuilibet religioni perfectæ ut contra ea nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Huic confessioni, huic fidei quicunque contradictor extiterit, alienum à doctrina evangelica, alienum se esse ab Ecclesia judicavit. Hæc est illa fidei doctrina adversùs quam, ut Salvator prædixit in evangelio, circa finem seculi pseudochristi & pseudoapostoli consurgent, & multos seducent, per eos hæreticos, mentientes se vicem gerere Christi & Apostolorum ejus, & contra Ecclesiam & Christi doctrinam insurgentes insinuans, sed adversùs eam non prævalituros, quia ipse rogavit ut non deficiat fides ejus. Porrò diebus istis novissimis pseudopapa Iacobus de Caturco, qui se Iohannem XXII. appellat, à sollicitudine & cupiditate divitiarum nimia hujus seculi, quæ teste evangelio verbum Dei suffocant, excæcatus adversùs hanc saluberrimam & præclarissimam christianæ fidei & doctrinæ evangelicæ veritatem nequiter insurrexit, & inter sua cetera dogmata, facta & gesta hæreticalia, etiam tria detestanda statuta publicè edere & per universum mundum divulgare præsumpsit, in quibus multos errores dogmatizat dictæ fidei catholicæ & doctrinæ & vitæ evangelicæ & apostolicæ multipliciter adversantes: quorum statutorum primum incipit *Ad conditorem canonum*, secundum *Cùm inter nonnullos*, tertium *Quia quorundam*. Quas hæreses etiam post & contra plures appellationes adversùs eum ob hanc causam tam per nos quàm per ordinem fratrum Minorum zelo fidei catholicæ legitimè & solemniter ad sanctam Romanam Ecclesiam interjectas nisus est & continuè nititur pertinaciter defendere. Ex quibus erroribus aliquos præsentibus duximus annotandos, ut in omnium fidelium notitiam publicam deducantur.

Primus itaque error hæreticalis qui de dicti statuti *Ad conditorem* officina tenebrosa prorumpit est quòd religiosi qui secundùm doctrinam evangelicam & apostolicam, ut perfecti sint, sine proprio vivere profitentur, in omnibus rebus quæ usu consumuntur non

ANNO 1328. sunt censendi simplices usuarii sive habere simplicem facti usum à proprietate rei sive dominio separatum: quia, ut in dicto statuto *Ad conditorem* dogmatizat & asserit, in talibus rebus quæ usu consumuntur usus juris vel facti non potest à proprietate rei seu dominio separari, nec in eis jus utendi nec usus facti separata à rei proprietate seu dominio possunt constitui vel haberi. Qui error sacræ scripturæ, per quam fidei catholicæ probantur articuli, & doctrinæ & vitæ evangelicæ & apostolicæ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ obviat manifestè. Nam cùm sacra scriptura testetur Apostolos omnia reliquisse, dicente sancto Petro Apostolo in persona omnium Apostolorum, prout legitur Matthæi XIX. *Ecce nos reliquimus omnia &c.* & manifestum existat quòd Apostoli usum rerum usu consumptibilium, quæ ad vitæ humanæ sustentationem necessario requiruntur, sicut sunt alimenta & vestimenta, de quibus dicit Apostolus, *Habentes alimenta & tegumenta, his contenti simus*, nullatenus reliquerunt, quia usus rerum hujusmodi cadit sub præcepto juris divini & naturalis, per quod ad esse naturæ conservandum est quilibet indispensabiliter obligatus, quòdque ipsi Apostoli eorumque discipuli jus proprietatis, per quod quis dixit Hoc meum, & illud tuum, quod per iniquitatem extitit introductum in rebus omnibus, reliquerunt, prout etiam sanctus Clemens beati Petri successor testatur, cujus dictum in decretis XII. q. 1. reperitur insertum. Et hoc votum abdicationis proprietatis omnium rerum ipsi Apostoli potentissimè voverunt, prout etiam Augustinus XVII. de civitate Dei apertè testatur. Et qui dixit *Omnia reliquimus*, nihil quod licitè relinqui posset excepit. Unde Sanctus Gregorius Ecclesiæ Sanctæ Doctor exponens illud evangelii, *relictis omnibus secuti sunt eum*, dicit: *Multum reliquit qui sibi nihil retinuit, qui quamlibet parum, totum deseruit.* Concluditur evidenter ex iis quòd Apostoli & ceteri religiosi secundùm doctrinam apostolicam sine proprio vivere profitentes, qui teste canone figuram tenent Apostolorum & eorum vitam veraciter imitantur, in omnibus rebus usu consumptibilibus & non consumptibilibus simplicem usum facti licitum habuerunt & habent absque proprietate & dominio sive à proprietate & dominio separatum. In actibus etiam Apostolorum II. & IV. cap. cautum reperitur de multitudine illa credentium quæ in vivendo sine proprio vitam Apostolorum sequebatur, quòd ipsi res usu non consumptibiles, videlicet possessiones, agros, domos, & substantias vendebant, & sic nec in speciali nec in communitate eorum res ipsas aliquatenus retinebant. Illas autem res quas lex de rebus usu consumptibilibus esse testatur, scilicet pecunias pro pretio rerum venditarum acceptas, offerebant & ponebant ante pedes Apostolorum, & dividebatur singulis prout cuique opus erat. Et panes frangebant circa domos, sumebant cibum cum exultatione. Et tamen nullus eorum de iis rebus usu consumptibilibus, scilicet pecunia & panibus de quibus ibi fit mentio specialis, aliquid suum esse dicebat. Quod verbum sancti Doctores exponentes dicunt quòd nullus ex eis aliquid sibi fore proprium asserebat. Et etiam glossa ordinaria dicit ibidem: *Indicium fraterni amoris est nihil proprium habere & omnia possidere.* Ex quo manifestè patet quòd quilibet illorum de prædicta multitudine habebat usum rerum usu consumptibilium absque proprietate & dominio seu à proprietate & dominio separatum, ac per consequens, quòd in talibus rebus usus facti potest haberi licitè absque proprietate & dominio separatus. Sancta etiam Romana Ecclesia in sacris canonibus manifestè testatur & docet quòd religiosi servi & personæ in aliena potestate constitutæ etiam in rebus usu consumptibilibus habent simplicem usum facti absque proprietate & dominio sive à proprietate & dominio separatum. Unde contrarium dicere sacræ scripturæ & vitæ evangelicæ & apostolicæ & doctrinæ sanctæ Ecclesiæ obviat, & repugnat, & omnem religionem quæ vovet vivere sine proprio destruit & confundit.

ANNO 1328. Secundus error qui in dicto statuto *Ad conditorem* continetur est quòd rebus usu consumptibilibus non potest quis uti, quia eis uti non contingit, sed abuti quod ei opponitur quod est uti, cùm abuti nihil aliud fit quàm contra naturam uti in hac materia propriè dici possit. Qui error sacræ scripturæ & sanctorum Doctorum ac doctrinæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ obviat manifestè. Quod ex eo colligitur evidenter quia ubicunque scriptura sacra de usu rerum prædictarum

ANNO 1328. loquitur, semper ostendit quòd rebus usu consumptibilibus potest quis uti, & eis propriè & veraciter uti contingit; sicut patet per Apostolum, qui ad Timotheum scribens dicit: *Vtere modico vino propter stomachum tuum & frequentes infirmitates tuas.* & per illud quod II. Regum dicitur: *Filiæ Regis virgines hujusmodi vestibus utebantur.* & Numerorum XVIII. *Universa frugum initia quæ gignit humus & domino deportantur, cedent in usus tuos.* & parum pòst: *Carnes verò in esum tuum erunt.* & Judicum XIX. *Habentes paleas & fœnum, panem & vinum in meos & ancillæ tuæ usus.* & per illud quod legitur Levitici VII. & Judicum XIX. & Josue V. & in multis aliis locis sacræ scripturæ hoc ostenditur manifestè. Sancti etiam Doctores & Ecclesia in sacris canonibus veritatem hujusmodi manifestant. Unde Augustinus in libro de doctrina christiana (cujus dictum ponitur in decretis XLI. dist.) dicit quod sapiens sine aliquo vitio cibo pretiosissimo potest uti. Et Ambrosius (& ponitur XXXV. dist) dicit: *Sexto die bestiæ sunt creatæ, & cum bestiis orta est edendi potestas & usus escarum.* Et ext. de vita & honest. clericor. cap. penultimo dicitur: *Pontifices autem in publico & in Ecclesia superindumentis lineis omnes utantur.* Quas auctoritates de rebus usu consumptibilibus loqui manifestum existit. Ex prædicto etiam errore sequitur quòd Christus & Apostoli & alii sancti viri, quotiens actus comedendi, bibendi, & induendi exercuerunt, totiens rebus hujusmodi sunt abusi, & quotiens fideles christiani sumunt sacramentum corporis Christi & sanguinis sub speciebus illis sub quibus sacramentum prædictum veraciter continetur, quas fore de rebus usu consumptibilibus manifestum existit, totiens illis speciebus actutum abutuntur. Quod dicere vel sentire cuilibet Catholico impium videtur & blasphemum.

Tertius error in præpedicto statuto contentus est quòd carentia Dominii omni temporali commodo denudati ad perfectionem non pertinet nec pauperiorem efficit non habentem, adiciens quòd tale Dominium omni temporali commodo denudatum verbale, ænigmaticum, & simulatum existit. Qui error sacræ scripturæ & doctrinæ Evangelicæ & Apostolicæ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ obviat & repugnat. Nam, ut ex scriptura sacra superiùs est ostensum, Apostoli & eos sequentes sancti viri ex consilio Christi proprietatem & Dominium omnium rerum temporalium reliquerunt, usu rerum necessarium ad vitæ humanæ sustentationem, cui non est licitum renuntiare, contenti. Constat autem quòd Dominium quod Apostoli in rebus omnibus temporalibus, quarum usum habebant, ex Christi consilio reliquerunt, fuit omni temporali commodo usu, scilicet utili, denudatum; sicut manifestè patet in retibus, quorum proprietatem & Dominium, usu retento, prout Evangelica testatur historia, reliquerunt, cùm in consilio Christi dato de rebus temporalibus abdicandis abdicatio proprietatis & dominii earum & non usus, ut superiùs ostenditur, includatur. Si ergo carentia talis dominii ad perfectionem non pertinet nec pauperiorem non efficit non habentem, ut dictus hæreticus dogmatizat, sequitur quòd Christus simulatam & fallacem doctrinam tribuit volentibus ad perfectionem attingere quòd omnia temporalia quoad proprietatem & dominium relinquerent consulendo, & quòd Augustinus & Hieronymus Doctores Ecclesiæ & alii sancti Patres religionum institutores erraverunt, qui dictum Christi consilium sequi volentes, abdicationem proprietatis & dominii omnium rerum temporalium sunt professi. Præterea scriptura sacra Levitici ultimo dicit: *Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur.* Et Numerorum XVIII. loquens de perfectione Levitarum dicit: *Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum & necessaria separavi. in usus*, inquit, & non in dominium. Ex qua scriptura patet quòd dominium omnium decimarum, sive de pomis arborum, sive de frugibus terræ, quas res de usu consumptibilibus esse constat, est Dei, & usus ministrorum ipsorum. Et liquet quod tale dominium Dei est omni temporali commodo denudatum. Ergo secundùm dictam hæreticalem doctrinam hujusmodi dominium Dei verbale, simulatum, & ænigmaticum est censendum. Quod dicere vel sentire est hæreticum & insanum. Præterea Ecclesia Romana in sacris canonibus docet quòd dominium rerum Ecclesiæ est Dei sive corporis ejus mystici, quod est Ecclesia, & usus & dispensatio earum est Prælatorum Ecclesiæ. Et Augustinus in libro de facultatibus Ecclesiæ dicit quòd Dei sunt quæ Ecclesiæ conferuntur, & quòd ipsæ res, sive sint vestes, sive alia vasa, sunt ad usum ministrorum ejus. Romani etiam Pontifices qui hactenus fuerunt in rebus temporalibus usu consumptibilibus & non consumptibilibus quæ fratribus Minoribus offeruntur, dantur, vel conceduntur, dominium Ecclesiæ servaverunt & retinuerunt, usu tantummodo simplicis facti ipsis fratribus relicto, diffinientes quòd carentia talis dominii est meritoria, sancta, & perfecta, & quòd Christus & Apostoli viam perfectionis ostendentes abdicationem hujusmodi dominii retinuerunt, & quòd retentio sive reservatio talis dominii omni temporali commodo denudati cum concessione usus facti pauperibus non est infructuosa domino, cùm sit meritoria ad æterna & professioni pauperum optima, quæ tanto censetur utilior quantum commutat temporalia pro æternis, sicut clarè patet in determinatione & diffinitione Ecclesiæ in decretali *Exiit* in libro VI. sub titulo de verborum significatione inserta & ab universali Ecclesia recepta & etiam per generale Viennense Concilium approbata, prout in declaratione per ipsum Viennense Concilium super hoc edita, quæ incipit *Exivi de paradiso*, pleniùs continetur. Ex prædicto igitur errore sequitur quòd Ecclesia catholica in prædictis erravit, ac per consequens in articulum fidei *& unam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam*, sub quo continetur quòd Ecclesia catholica errare non potest in fide vel moribus, error prædictus vehementer impingit. Vnde dicta doctrina est hæretica meritò judicanda; tum quia scripturæ sacræ, per quam fidei catholicæ probantur articuli, contradicit; tum quia errorem Ecclesiæ catholicæ imponit, & ejus doctrinæ & diffinitionibus manifestè obviat & repugnat.

ANNO 1328. Quartus error sumitur in dicto statuto *Cùm inter* ex eo quòd ipse pronuntiavit sive declaravit hæreticum fore censendum affirmantem deinceps Dominum nostrum Iesum Christum ejusque Apostolos non habuisse aliqua in communi nec in speciali, insuper hæreticum fore censendum affirmare Christo & Apostolis ejus in his quæ scriptura sacra eos habuisse testatur non competiisse jus utendi nec illa vendendi seu donandi jus habuisse aut ex ipsis alia acquirendi. Quæ quidem dicta de habere & competere jure proprietatis & dominii civilis & mundani, per quod contenditur & in judicio litigatur, se intellexisse ex pluribus manifestat, tum quia in statuto *Quia quorundam* expresè improbat sententiam asserentium quòd abdicatio juris in cujuscunque rei proprietate & in ejus usu, per quod potest sic utens pro usu hujusmodi quomodolibet contendere & in judicio litigare, est meritoria & sancta & à Christo in se servata Apostolisque imposita, & ab ipsis sub voto servata, & pertinaciter asserit in eodem statuto quòd nec Christus hujusmodi expropriationem omnino in cujuscunque rei proprietate & in ejus usu servavit in se ipso, nec etiam Apostolis imposuit, nec sub voto ab ipsis recepta fuit, adiciens quòd evangelica seu apostolica historia expropriationem hujusmodi non docet, sed, ut asserit, contrarium evidentiùs manifestat, tum etiam quia in hoc statuto *Cùm inter* evidenter includit quòd Christus & Apostoli in iis quæ eos habuisse sacra scriptura testatur jus utendi, vendendi, & donandi, & alia ex ipsis acquirendi habuerunt, quod jus à jure humano fuisse introductum manifestum existit; tum quia in dicto statuto *Ad conditorem* asserit & dogmatizat expresè quòd in rebus usu consumptibilibus usus juris vel facti non potest à proprietate seu dominio separari nec absque proprietate & dominio constitui vel haberi; quod jus, testante canone, à jure civili & mundano extitit introductum. Vnde cùm scriptura sacra quemlibet eorum habuisse alimenta & vestimenta testetur sive supponat expresè, sequitur secundùm eum quòd Christus & Apostoli, non solùm in communi, sed etiam in speciali habuerunt proprietatem & dominium mundanum & civile in rebus quas habuisse eos sacra scriptura testatur; tum quia in pluribus aliis dictis de tali jure habendi se intellexisse apertissimè declaravit; tum quia non revocabatur in dubium utrum Christus & Apostoli habuerint res temporales in usu sive quantum ad usum, sed solummodo utrum habuerint quoad proprietatem; tum quia ad hoc quòd quilibet posset dicere liberè quòd habuerunt quantum ad proprietatem, pendente quæstione revocavit sententiam excommunicationis prolatam in decretali *Exiit* contra asserentes oppositum ejus quod diffinitur,

&

ANNO 1328. & de ipsâ revocatione statutum edidit speciale quod incipit *Quia nonnunquam.* Ex quibus ipsum in duas hæreses incidisse deprehenditur evidenter. Prima est quia intelligit quòd Christus & Apostoli, non solùm in communi, sed etiam in speciali proprietatem & dominium rerum temporalium habuerunt. Quod dictum omnem religionem quæ volens doctrinam apostolicam sequi vovet vivere sine proprio, & testante canone in hoc figuram tenet Apostolorum, destruit & confundit, & omnes religiosos facit proprietarios etiam in speciali, & sui voti per consequens transgressores, & doctrinæ evangelicæ & apostolicæ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ & omnium Doctorum Ecclesiæ & sanctorum Patrum religionum institutorum obviat manifestè. Secunda est quia ipse determinationem & diffinitionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ in prælegata decretali *Exiit* positam & insertam & per prædictum generale Concilium Viennense totius Ecclesiæ catholicæ approbatam deinceps censendam hæreticam judicavit; in qua decretali ipsa sancta Romana Ecclesia diffinivit in hæc verba: *Dicimus quod abdicatio proprietatis omnium rerum tam in speciali quam etiam in communi propter Deum meritoria est & sancta, quam Christus viam veritatis ostendens verbo docuit & exemplo firmavit, quamque primi fundatores militantis Ecclesiæ, prout ab ipso fonte hauserant, in volentes perfecte vivere, per doctrinæ ac vitæ ipsorum alveos derivarunt.* Hæc ibi. Vnde cùm, testante canone, Ecclesia à recta fide & apostolicæ doctrinæ traditione deviare non possit nec errare, & hoc, ut dictum est, ad articulum fidei *& unam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam* reducatur, sequitur quòd ipse hæreticus impingit in ipsum articulum fidei vehementer. Nec prædictæ diffinitioni Ecclesiæ evangelica seu apostolica historia contradicit, ut asserit hæreticus antedictus, sed potiùs consonat & alludit. Nam cùm beatus Petrus simpliciter & absolutè pro se & omnibus Apostolis aliis viam perfectionis assumptæ demonstrans responderit *Ecce nos reliquimus omnia*, prout evangelica historia protestatur, & simpliciter & absolutè dictum sit generaliter accipiendum, cùm ex aliis præcedentibus quòd aliter accipi debeat nullatenus reperitur, & utramque proprietatem, singularem & collegialem collegii specialis, quàm alteram tantùm relinquere perfectiùs censeatur, sequitur quòd integrè & perfectè de utroque modo relinquendi, scilicet tam in speciali quàm in communi, qui perfectior est, debet intelligi auctoritas supradicta. Nec iis obviare dignoscitur quod in actibus Apostolorum dicitur, quia erant illis omnia communia; quod, sicut ibidem patet, loquitur de communitate generali & universali credentium, & non de speciali communitate sive collegio Apostolorum. Nec enim communitatis Apostolorum specialis erant illis omnia communia, sed generalis & universalis fidelium sive credentium. Quod etiam evidenter probat prælegatum capitulum sancti Clementis XII. q. 1. *Dilectissimis* cùm dicit: *Communis vita omnibus est necessaria, maxime iis qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt & vitam Apostolorum eorumque discipulorum imitari volunt. Communis usus omnium quæ sunt in hoc mundo omnibus hominibus esse debuit. Sed per iniquitatem alius dixit hoc esse suum, & alius istud. Et sic inter mortales facta est divisio. Et sicut non potest dividi aer vel splendor solis, ita nec reliqua quæ data sunt hominibus ad habendum dividi debere, sed habenda omnia communia istius consuetudinis more retento Apostoli eorumque discipuli, ut prædictum est, una nobiscum & vobiscum communem vitam duxerunt.* Ex quo liquet quòd illa quæ in actibus Apostolorum leguntur fuisse communia, erant communitatis generalis & universalis credentium sive fidelium, & non specialis communitatis sive collegii Apostolorum. Si enim Apostoli, qui in dicta multitudine credentium, sicut nobilior portio ipsius multitudinis, comprehendebantur, habuissent aliqua ipsorum speciali collegio appropriata, constat quòd illa toti multitudini credentium communia non fuissent: quia quod est partis, totius non existit. Et cùm in illa multitudine nullus haberet proprium, sequitur quòd Apostoli, qui erant de ipsa multitudine, sicut pars eorum, aliquid proprium in singulari vel in ipsorum Apostolorum collegio non habebant. Nec excusat dictum hæreticum quòd ipse in dicto statuto *Quia quorundam* dicit Christum, etiam quoad proprietatem, loculos habuisse, infirmis condescendendo: quia, ut dicit, si Christus in loculis habuisset tantummodo simplicem facti usum, frustra diceretur quòd in persona infirmorum ipse Christus loculos habuisset: quia non est verum quòd Christus condescenderit infirmis in eò quòd per iniquitatem extitit introductum, scilicet appropriando sibi res aliquas temporales, ex quo divisiones inter homines natæ sunt & in judicio litigatur, & quod implicat ad peccatum, cùm ipse Christus, ut legitur in Iohanne, de se loquens ait: *Venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quicquam.* Quod exponens glossa ordinaria dicit: *Voluit Dominus habere quod perderet. Pauper venit, ne haberet diabolus quod auferret.* Sed si Christus habuisset loculos quoad proprietatem, princeps hujus seculi, qui fuit principium omnis iniquitatis, habuisset in eo quod auferre & ipse quod perdere potuisset. Vnde non condescendit infirmis in habendo proprietatem, sed quoad actum provisionis in futurum, sicut faciunt infirmi, qui res temporales sollicitè congregant, timentes ne eis deficiant in futurum. Et quòd Christus in loculis proprietatem non habuerit probat Hieronymus Ecclesiæ sanctæ Doctor eximius super illud Matthæi XVII, *Reges terræ a quibus recipiunt tributum*, sic inquiens: *Tantæ paupertatis fuit Dominus ut unde tributa solveret non haberet. Iudas communia habebat in loculis, sed res pauperum in suum usum expendere nephas duxit.* Ex quo patet quòd loculos quoad proprietatem Christus non habuit, sed quoad dispensationem. Quod etiam insinuat Augustinus, cujus dictum insertum est in Decretis XII. q. 1. sic dicens: *Habebat Dominus loculos, a fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat.* Tunc primùm Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta. Constat autem secundùm doctrinam in sacris canonibus traditam quòd Papa, qui vicem Christi gerit in terris, & Episcopi, qui in locum succedunt Apostolorum, in pecuniis ecclesiasticis, quæ loculorum formam gerunt, proprietatem non habent, sed dispensationem. Non enim (ut idem Augustinus testatur, & ponitur XXIII. q. VII. cap. *Quod autem.*) illæ res nostræ non sunt, sed pauperum; quorum procurationem gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili vendicamus. Præterea, dato sine præjudicio quòd Christus condescendendo infirmis proprietatem in loculis habuisset, per hoc à dicta sua hæretica determinatione non posset aliqualiter excusari. Nam cùm pronuntiaverit propositionem sive assertionem quæ regulariter continet veritatem catholicam in dicta decretali *Exiit* diffinitam, videlicet asserere Christum & Apostolos non habuisse aliquid jure proprietatis in speciali nec in communi hæreticam fore censendam, hæreticus est censendus; esto quòd in casu excepto à regula, scilicet infirmis condescendendo, Christus & Apostoli proprietatem in loculis habuissent, cùm exceptio non annulat regulam, sed eam potiùs, præterquam in casu excepto, confirmat, quam ipse velut hæreticam reprobat & condemnat. Ex quo etiam facto se ipsum condemnat, cùm aliàs dudum, antequam hoc statutum hæreticum edidisset, orta materia quæstionis coram eo inter fratres dicti ordinis super quibusdam verbis in dictis decretalibus *Exiit* & *Exivi* contentis, ipse pronuntiavit easdem decretales salubriter editas, solidas, lucidas, multaque maturitate digestas, prout in constitutione per ipsum edita, quæ incipit *Quorundam exigit*, deprehenditur evidenter. Et prædicta diffusè per auctoritates scripturæ sacræ & canones in appellatione prolixa probantur & ostenduntur.

ANNO 1328.

Quintus error est quia ipse dogmatizat in dicto statuto *Cum inter* quòd actus utendi rebus temporalibus in Christo & Apostolis & aliis non potuit nec potest esse justus absque jure utendi civili & mundano, contentioso & litigioso. Quod patet quia dicto priùs in statuto *Cum inter* quòd asserere Christo & Apostolis in rebus quas eos habuisse sacra scriptura testatur non competiisse jus utendi, vendendi, donandi &c. est hæreticum ex eo quia, ut dicit talis assertio, ipsorum Christi & Apostolorum usum & gesta evidenter includit fuisse non justa, postea in statuto *Quia quorundam* recitans sententiam sive assertionem dicentium quòd propter abdicationem juris in cujuscunque rei proprietate & in ejus usu usus ad sustentationem naturæ in Christo & Apostolis non fuit non justus, sed tanto justior & perfectior & Deo acceptior & mundo exemplarior quanto plenius renuntiatum est omni juri per quod potest sic utens pro usu hujusmodi quomodolibet contendere & in judicio litigare, respondet idem hæreticus quod dictum hujusmodi impossibilitatem & errorem evidenter includit, adiciens quòd absurdum & erroneum est dicere

ANNO 1328. cere quòd actus aliquis non habentis jus ad actum hujusmodi sit justior & Deo acceptior quàm habentis. Qui quidem error sacræ scripturæ & sanctorum Patrum sententiis obviat manifestè. Nam Christus in evangelio Apostolis & suis discipulis eum sequi perfectè volentibus inhibuit contendere & in judicio litigare propter habendi actuum imperfectionem dicens Matthæi v. *Qui vult tecum in judicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Et Lucæ vi. *Ab eo qui aufert tibi vestimentum & tunicam noli prohibere, & qui aufert quæ tua sunt ne repetes.* Qui actus contendendi & litigandi implicant ad peccatum. Vnde Apostolus ad Corinthios vi. scribens dicit: *Iam quidem omnino delictum est in vobis quia judicia habetis inter vos.* Ex quibus luce clariùs patet quòd iter perfectionis aggredi volentibus expedit à se penitùs abdicare omne jus civile & mundanum per quod quis potest in judicio litigare. Et per consequens constat quòd ex abdicatione hujusmodi juris actus utendi rebus temporalibus in ipsis viris perfectis non fuit nec est censendus illicitus vel injustus. Vnde & Apostoli jus hujusmodi civile & mundanum tunc in rebus omnibus reliquerunt cùm dictum *Ecce nos reliquimus omnia* professi sunt. Ex prædicto igitur errore sequitur quòd aut doctrina Christi fuit fallax & deceptoria, aut ipse, si tale jus habuit, fuit imperfectus. Quod de Christo nephas est sentire & blasphemia manifesta. Ex prædictis etiam constat eum in tantam cœcitatem fuisse prolapsum quòd semetipsum damnat. Nam in statuto *Ad conditorem*, ut dictum est, sententiat & diffinit quòd in rebus usu consumptibilibus non reperitur jus utendi nec ipsis uti contingit, sed abuti; & hic asserit & diffinit quòd actus sine jure utendi non potest aliqualiter esse justus, & quòd oppositum dicere hæreticum est censendum. Et sic se ipsum fore hæreticum proprio judicio manifestat.

Sextus error contentus in dicta constitutione *Quia quorundam* est quia revocat in dubium sive negat quòd Christus præcepit Apostolis ne portarent pecuniam quando eos misit ad prædicandum, asserens quòd Apostoli post reditum à prædicatione pecuniam portaverunt, & quòd hæc evangelica veritas & apostolica dicta testantur. Qui error sacræ scripturæ & sanctorum Doctorum Ecclesiæ sententiis obviat manifestè, sicut patet Matthæi x. ibi: *Hos duodecim misit præcipiens & dicens eis: Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris.* Et Marci vi. ibi: *Et præcepit eis ne quid tollerent in via, neque peram, neque pecuniam.* Et Doctores Ecclesiæ asserunt quòd Apostoli ex præcepto hujusmodi constricti etiam post reditum à prædicatione non portaverunt pecuniam. Vnde Augustinus de mirabilibus sacræ scripturæ dicit sic: *In excusatione eleemosynæ & paupertatis professione Petrus paralytico dicit sic, Surge & ambula, illud magistri præceptum servans: Nolite possidere aurum neque argentum.* Hæc ille. Et Ambrosius super illud *Nihil tuleritis* dicit sic: *Petrus Apostolus dominicæ executor sententiæ, ostendens non in vacuum effusa Domini præcepta, cum poscеretur a paupere ut ei aliquid pecuniæ largiretur, ait: Argentum & aurum non habeo. Et tamen non tam in hoc gloriatur Petrus quod aurum & argentum non habeat quam quod servet Domini mandatum, qui præcepit: Nolite possidere aurum &c.* Hæc Ambrosius. Et glossa ordinaria super illud Actor. iii. *Argentum & aurum non est mihi* dicit sic: *Memor illius præcepti Nolite possidere aurum &c. & pecuniam quæ ad pedes Apostolorum ponebatur non sibi reservabant, sed ad usus pauperum qui sua patrimonia reliquerant reservabant.* Hæc glossa. Et super illud Actor. iv. *Ioseph agrum vendidit & pretium posuit ante pedes Apostolorum* glossa ordinaria dicit sic: *Destituendum probat quod tangere devitat, & docet esse calcandum aurum, quod subdit gressibus Apostolorum.* Hæc ibi. Ex quibus auctoritatibus clare patet quòd Petrus Apostolus, non solùm post reditum à prædicatione, ad quam Christus Apostolos misit, sed etiam post resurrectionem, tunc quando non ibat actu ad prædicandum, sed ad orationem templi, sicut Actor. III. dicitur, ascendebat, ex dicto præcepto Christi astrictus pecuniam non portabat. Et per consequens, non solùm quando ibant ad prædicandum, sed simpliciter & absolutè ne pecuniam portarent fuit Apostolis sub præcepti districtione prohibitum. Et Chrysostomus super illud Iohannis, *Quidam enim putabant quia loculos habebat Iudas quod dixisset ei Iesus, Eme quæ necessaria sunt*, dicit sic: *Nimirum quia nullus Apostolorum pecuniam deferebat. Sed per hoc quod hic dicit occultè insinuat quòd quædam mulieres cum suis de facultatibus mittebant. Qui autem non peram, non æs jubet deferre, loculos habebat ad inopum ministerium, ut discas quia valde pauperem & mundo crucifixum hujusmodi oportet partis multam facere procurationem. Multa enim ad nostram doctrinam dispensans agebat.* Hæc Chrysostomus. Hoc etiam asserunt & probant alii Doctores Ecclesiæ, sicut ex ipsorum auctoritatibus habetur in prolixa appellatione, quæ hic brevitatis gratia omittuntur. ANNO 1328.

Septimus error contentus in dicta constitutione *Quia quorundam* est quia idem hæreticus de clavibus Ecclesiæ malè sentiens in dubium revocat sive negat clavem scientiæ Ecclesiæ catholicæ fore clavem, maximè cùm reticet super hoc opiniones contrarias & diversas, nec affirmat & asserit in Ecclesia esse clavem scientiæ, immo ad partem quòd non sit in Ecclesia clavis scientiæ declinare videtur cùm dicit quòd Salvator in promissione clavium facta beato Petro hoc sensisse videtur expressè, cùm immediatè post illam promissionem subjunxerit, *Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis &c.* nulla de scientia habita mentione. Hæc verba ipsius, quæ scripturæ sacræ & sanctorum Doctorum Ecclesiæ sententiis & doctrinæ Ecclesiæ catholicæ contradicunt. Quod evidenter patet Lucæ xi. ubi Salvator dicit: *Væ vobis legisperitis, qui tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.* Et Rabanus exponens illud evangelii, *Et tibi dabo claves regni cælorum*, dicit sic: *Claves autem regni cælorum ipsam discretionem & potentiam nominat, potentiam qua liget vel solvat, discretionem qua dignos vel indignos discernat.* Hæc ille. Et in decretis xx. dist. dicitur sic: *In negotiis diffiniendis non solùm est necessaria scientia, sed etiam potestas. Unde Christus dicturus Petro Quodcunque ligaveris super terram &c. prius dedit sibi claves regni cælorum, in altera dans ei scientiam discernendi inter lepram & lepram, in altera dans sibi potestatem eiciendi aliquos de Ecclesia vel recipiendi.* Hæc ibi. Ex quibus clarè patet quod clavis scientiæ est una clavis distincta à clave potentiæ, & quod contra dicere scripturæ divinæ & doctrinæ Ecclesiæ catholicæ obviat manifestè. Et de hac materia in appellatione prolixa plenius continetur.

Octavus error est quia ipse in dicto statuto *Quia quorundam* etiam dogmatizat quod summus Pontifex in iis quæ ad fidem & mores pertinent potest suorum prædecessorum diffinitiones & dicta revocare & ejus contrarium statuere quod decernitur in eisdem. Qui error expressè doctrinæ sanctorum Patrum & sacrorum canonum & fidei catholicæ obviat & repugnat, sicut patet per ea quæ legimus in decretis xxv. q. i. cap. *Contra statuta*, & cap. *Si ea destruere.* & in pluribus aliis capitulis hoc poterit reperiri, & xv. dist. cap. *Sicut sancti*, & ext. de statu monachor. in fine. Ex quo errore totius fidei & auctoritatis Ecclesiæ destructio sequeretur, quia sequeretur quod quilibet Romanus Pontifex posset revocare & destruere omnia in fide & moribus à suis prædecessoribus diffinita. Et sic tota auctoritas Ecclesiæ vacillaret & in fide & in moribus foret instabilis & infirma. Vnde dicta doctrina est hæretica judicanda, quia in articulum fidei & *unam sanctam catholicam & Apostolicam Ecclesiam* evidenter impingit. Et si in decretali *Exiit* in doctrina & vita Christi & Apostolorum & in approbatione status & regulæ fratrum Minorum & in Concilio Viennensi, quod ipsam decretalem approbavit, concederetur erratum, sequeretur quòd tota Ecclesia erravit in fide malè de vita & doctrina Christi & Apostolorum ejus diffiniendo, & in moribus statum, qui secundùm opinionem præfati hæretici est illicitus & simulatus nec fundatus in doctrina evangelica, veritati contraria approbando, & beatum Franciscum & alios sanctos de ordine fratrum Minorum, qui in hujusmodi vitæ & doctrinæ professione finierunt dies suos, tanquam sanctos approbando & sanctorum catalogo solemniter asscribendo.

Plures etiam aliæ hæreses tam in dictis statutis hæreticalibus quàm in aliis assertionibus factis atque gestis hæretici sæpedicti continentur, quibus esse convincitur irretitus, quæ in ordinationibus nostris super iis editis ac etiam in appellationibus tam per nos quàm pro parte totius ordinis fratrum Minorum ac notabilium magistrorum in sacra pagina ipsius ordinis consilio & assensu contra dictum hæreticum & ejus statuta, gesta, & facta solemniter interjectas seriosiùs expli-

ANNO 1328. explicantur, & in allegationibus divini & humani juris ſuper iis factis rationibus efficacibus convincuntur; quas omnes ſeriatim præſentibus explicare prolixum nimiùm videretur. Quamobrem ex quo cœpit dicta ſtatuta hæreticalia condere & publicè divulgare & pertinaciter defendere, in hæreſim eſt lapſus, & fuit omni eccleſiaſtica dignitate, poteſtate, auctoritate ipſo facto privatus. Nec eſt neceſſe quòd accuſetur vel damnetur per aliquem. Nam ſic legitur in decretis XXIV. q. I. *Dicimus omnes hæreticos nihil habere poteſtatis aut juris. Et quicunque in hæreſim damnatam labitur, in ipſa damnatione ſe ipſum involvit.* Vbi dicit gloſſa ordinaria: *Hic eſt caſus in quo etiam Papa canonem latæ ſententiæ incidit ipſo jure. Nec iis obviat illa regula, par parem non poteſt ſolvere vel ligare, quia Papa hæreticus minor eſt quocunque catholico. Lex enim ipſum factum notat ſive damnat.* Et in eadem cauſa dicitur: *Ex quo aliquis cœpit publicè prædicare aliquid contra fidem, nec benedicere quemquam valet nec damnare.* Liquidò enim conſtat eum qui ab integritate fidei receſſit maledicendi & benedicendi poteſtatem minimè habere. Catholicum namque, ut pote ſe ſuperiorem, benedicere nequit; maledicere etiam non valet alienum à fide, damnans namque ſibi æqualem ſententiam excommunicationis & damnationis incurrit. Etiam per ſacrum generale Concilium Eccleſiæ catholicæ ſub titulo de hæreticis poſitum adversùs omnem hæreticum & hæreſim & credentes & defenſores & fautores pravitatis hæreticæ promulgatum, omnesque catholici ab ipſius hæretici communione, non expectata alia damnatione, recedere ſunt aſtricti. Unde legitur in decretis quòd Anaſtaſius II. natione Romanus fuit temporibus Theodorici Regis, & eodem tempore multi clerici ſe ab ejus communione abegerunt eò quòd communicaſſet Photino Diacono, qui communicaverat Acacio hæretico, & quia voluit occultè revocare Acacium, & non potuit, divino judicio percuſſus fuit. Nec talis Apoſtolicus ſed apoſtaticus loquendo propriè dici debet. Licetque, non ſolùm clericis, ſed etiam laicis, talem Sedis Apoſtolicæ invaſorem etiam humano auxilio ab Apoſtolica Sede repellere tanquam invaſorem & illicitum detentorem. Manifeſta autem & notoria accuſatoris clamore non egent. Et manifeſtus hæreticus dicitur qui contra fidem catholicam publicè prædicat, profitetur, & docet aut defendit errorem. Zelus igitur fidei & fervor compaſſionis animarum excitare debent corda omnium qui Chriſti nomine gloriantur & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ finibus continentur ut contra dicti hæretici inſaniam quaſi peſtem publicam valenter exurgant, nec eum patiantur in Sede Apoſtolica permanere quem adversùs fidem catholicam conſpiciunt inſanire & ſanctam Romanam Eccleſiam Matrem fidelium erroribus, blaſphemiis, diviſionibus, guerris, ſeditionibus, & perturbationibus conturbare ac etiam pro viribus cotidie laniare, qui divitias ad chriſtianitatis deſtructionem etiam per ſimoniacam pravitatem & diverſos dolos in ſaccum pertuſum congregat, qui veris catholicis & fidelibus chriſtianis falsò & malitioſè crimen hæreſis aut favoris ſeu defenſionis hæreticorum ſive hæreticæ pravitatis indifferenter imponit, & eos de facto excommunicat & deicit & condemnat, & pravis ſuis exemplis & geſtis multos ad exorbitandum à fide, aut alios exemplo & verbo deicit aut ad exorbitandum inducit. Fruſtra igitur chriſtiano nomine uti videntur qui talibus impietatibus non reſiſtunt, cum error cui non reſiſtitur approbetur, & negligere cùm poſſis perturbare perverſos, nihil aliud eſt quàm fovere, nec careat ſcrupulo ſocietatis occultæ qui manifeſto facinori deſinit obviare. Et non ſolùm qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt, participes judicantur.

Nos igitur ad culmen Dignitatis Imperialis diſponente Domino ſublimati, attendentes ſacris canonibus fore cautum quod regnum terrenum cæleſte regnum proficit, ut qui intra Eccleſiam poſiti contra fidem & diſciplinam agunt, rigore Principum conterantur, ipſamque diſciplinam, quam humilitas Eccleſiæ exercere non prævalet, cervicibus ſuperborum poteſtas principalis imponat, & non valentes neque volentes tales & tam graves inſolentias, errores peſtiferos, & deteſtabiles blaſphemias, ſchismata & damna ac pericula univerſali Eccleſiæ ex prædicti Iacobi hæretici erroribus & pravis operationibus imminentia, in Sanctorum injuriam, & populi chriſtiani perniciem aliquatenus tolerare, de communi conſilio & aſſenſu cleri & populi Romani & Eccleſiæ Prælatorum noſtrorumque Principum tam Alamannorum quàm Italicorum & copioſæ multitudinis fidelium nobis aſſiſtentium, inducti etiam ex pluribus ſupplicationibus & requiſitionibus nobis cum inſtantia ſæpe factis per ſyndicos ipſius cleri & populi Romani habentes ad hoc plenam & liberam poteſtatem & ſpeciale mandatum, ſicut conſtat per publica documenta ſigillis authenticis præfati cleri & populi Romani communita, quas requiſitiones & ſupplicationes tanquam rationabiles & in favorem fidei catholicæ factas duximus admittendas, denuntiamus, declaramus, pronuntiamus; & publicamus præfatum Iacobum de Caturco, ex quo, ut dictum eſt, contra fidem catholicam aſſeruit & ſtatuit prædicta; & ea manifeſtè & notoriè promulgavit & publicavit & pertinaciter pro viribus defenſavit, fuiſſe & eſſe cenſendum hæreticum notorium & manifeſtum & tam pontificali quàm omni alia dignitate Eccleſiaſtica, poteſtate, & auctoritate privatum & omnibus ſententiis & pœnis contra hæreticos per conſtitutiones canonicas & civiles prolatis, ſtatutis, & impoſitis ſubjacere, & ipſum Jacobum tanquam hæreticum motorium & manifeſtum & excommunicatum ab omnibus catholicis evitandum; & quatenus ſe gerit pro Papa, ipſum privamus & deponimus, ſeu privatum & depoſitum denuntiamus, & omnes pœnas & proceſſus omniaque per ipſum auctoritate papali ſive pontificali à dicto tempore citra geſta & facta nullos & nulla fuiſſe nulliuſque robotis ſeu firmitatis exiſtere & nomenti. Inſuper univerſis & ſingulis ſub noſtro Imperio degentibus, cujuſcunque ſtatus, dignitatis, aut conditionis exiſtant, diſtrictè præcipimus & mandamus quatenus nullus dictum Jacobum de Caturco hæreticum, excommunicatum, & omni dignitate, poteſtate, & auctoritate privatum de cetero habeat, reputet, ſive teneat ſicut Papam, nec eidem pareat ſive obediat tanquam Papæ, nec præſtet ſibi auxilium, conſilium, vel favorem publicè vel occultè, nec ejus proceſſus aut ſententias prædicta vel interdicta à dicto tempore citra prolata præſumta obſervare nec eidem tanquam Papæ aut ejus nunciis obedire. Qui autem contra facere præſumpſerit vel venire, eum ab omnibus feudis quæ ab Imperio tenet ac omnibus gratiis, privilegiis, libertatibus, & immunitatibus à nobis vel prædeceſſoribus noſtris eiſdem conceſſis privamus. Ad quas pœnas omnes contra facientes poſt menſem à publicatione præſentium quoad Italicos & poſt duos menſes quoad alios noſtro ſubjectos Imperio aſtringi volumus & artari. In quorum omnium teſtimonium atque fidem præſentem proceſſum conſcribi præcepimus & noſtræ Imperialis Majeſtatis Bulla aurea ſignoque noſtro Imperiali ſolito communiri. Datum & actum in urbe Romana in platea publica extra Baſilicam ſancti Petri, præſentibus clero & populo Romano ac multis aliis Principibus tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, & Baronibus ibidem nobis aſſiſtentibus, XVIII. die Aprilis, anno Domini MCCCXXVIII. Indictione XI. regni noſtri anno XIV. Imperii vero primo.

ANNO 1328.

Volentes itaque proceſſum prædictum & contenta in eo, ne populus chriſtianus per fraudes & calliditates & malitias dicti Iacobi de Caturco hæretici manifeſti & complicum ejus circumveniri valeat, ubilibet publicari & inviolabiliter ab omnibus obſervari, vos omnes & ſingulos monemus & hortamur attentè ac omnibus Imperio noſtro ſubjectis ſub pœnis in dicto proceſſu contentis diſtrictè præcipiendo mandamus quatenus per vos vel per alium vel per alios in civitatibus, dioceſibus, ſive locis & terris in quibus quomodolibet præfidetis, dictum proceſſum & contenta in eo ſolemniter publicetis, quodque ipſa ſervetis & faciatis ab omnibus veſtris ſubditis inviolabiliter obſervari. Et etiam ſpecialiter ſub pœnis editis contra fautores hæreticorum & hæreticæ pravitatis vos monemus quatenus præfatum Iacobum hæreticum manifeſtum & excommunicatum penitùs evitare & ab ejus communione omnino recedere ſtudeatis, quodque nullum eidem Iacobo hæretico per vos vel per alium ſeu alios directè vel indirectè præbeatis auxilium, conſilium, vel favorem, & ad idem faciendum & obſervandum omnes vobis ſubjectos inducere, etiam ſi opus fuerit, compellere juris remediis ſollicitè procuretis. In teſtimonium autem præmiſſorum præſentes litteras conſcribi mandavimus & noſtræ Imperialis Majeſtatis Bulla aurea ſignoque noſtro Imperiali conſueto juſſimus communiri. Et ut prædicta omnia & ſingula in omnium deducantur publicam notitiam, & ne aliquis de præmiſſis ſe per ignorantiam valeat aliqualiter excuſare, has Litteras bullatas, ut prædicitur, ad fores majoris Eccleſiæ civitatis Piſanæ

ANNO 1328. sanæ publicè appendi & appensas per multos dies in conspectu omnium ibidem jussimus permanere. Datum in civitate Pisana anno Domini MCCCXXVIII. Indictione XI. die XII. Decembris, regni nostri anno XIV. Imperii verò primo.

Edictum aliud præfati Imperatoris in eundem. Datum & factum extra Templum Augustissimum Divis Petro atque Paulo Legatis Christi dedicatum in Urbe Romanâ 18. *Aprilis cunctis sacrificis, universo populo Romano in Regione pro concione publicè ejus rei gratiâ coacto Anno* 1328. *Regni sui XIV. Imperii I.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. I. pag. 328.]

IMPERATOR LUDOVICUS IV. Cæsar Augustus, gentis humanæ, orbis Christiani custos, à Deo electus, germanis & veris Christianis salutem. Cujus parandæ atque constituendæ gratia, relictis focis, aris, patria, genitali solo, pignoribus nondum adultis, in Italiam transivi, ad caput mundi Romam, sacrosancti Imperii domicilium, Sedem nostram, pacificè summa omnium quiete atque favore veni, ibique more majorum, veteri instituto *consecrati Imperatoris* prænomen, *Cæsaris Augusti* cognomen ritè suscepimus, atque urbi & orbi Dei ope & armis, nostra potentia, victrici & insuperabili dextra præsidemus, excisuri nostro jure divinæ Majestati resistenteis, pacis Christianæ violatores ense, quem ob id à supremo Imperatore acceptum gestamus. Hujusmodi autem tumultus atque turbæ discordiarum, pernicioſissimaque mala inter Christianos, à malignis Pontificatus Maximi occupatoribus, alioqui fame & inedia morituris, seri & excitari solent. Dum alienis inhiant, alia usurpant, falcem protervam in messem non suam temerè porrigunt, & quod ab altero postulant, in se recusant. Equidem hactenus, ut justicia atque æquitate superarem, connivi. Et quemadmodum pientissimum Davida (cum filius ejus Adonias Regnum ambiret, adversus Solomonem sapientissimum fratrem suum à Deo electum conspiraret) factitasse legimus, scelera patienter tulimus atque dissimulavimus. Verùm ne tenuis & infirmi animi, ignoscendo malis, bonos omnes perditum eamus, lethalem ambitum, crimina perditissimorum (qui requiescere, donec animi libidinem expleant, non solent) ad vivum ferro, amore Reipublicæ, cujus cura nobis à cœlesti numine tradita est, resecabimus: lupo pellem ovinam jure nostro detrahemus, & ut paucis, missis ambagibus, rem aperiam, aures arrigite, favete, omnium res agitur.

2. Universi, vulgus sine authoritate, sine gratia, domi atque fores venales sumus: Majestas & Authoritas Religionis, libertas, Imperiumque populi Christiani, leges, divina, humana, prodita sunt hosti acerrimo. Quies in seditionibus, in pace turbæ sunt. Homines sceleratissimi, cruentis manibus immani avaritia nocentissimi, & iidem superbissimi: itidem luxu effœminati, atque ambitione perditi, quibus fides, decus, pietas, postremò vitia, virtutes, honesta atque inhonesta omnia, quæstui sunt, arcem Reipublicæ Christianæ occupant, tumultum bellum ex bello serunt. Caput factionis *Jacobus* ille *de Baburco*, qui se Papam nominat, ingentem vim pecuniæ, quam undique à Christiana plebe fraudulenter corrasit, adversus Sanctos Dei, Imperio Christiano devotos, pugnantibus suasu Ruperti Reguli, boni publici hostis, àque Divo HAINRICO Septimo Cæsare Augusto proscripti, expendit. Sicuti Abiathar Sacerdos, ense Cæsareo, nobis à cœli numine commisso, abutitur; temporalibus hujus seculi curis contra divinum præceptum incubat; Regno mundano inhiat; sicuti Pastor est personatus, ita mysticus est Antichristus; canis pellicula tectus, in gregem CHRISTI lupina rabie grassatur; vendit scelera; inferos, superos, beneficia cœlestia cauponatur; cum Saracenis Armenios Christianos, quinque annis continenter ejus opem implorantes, infestantibus fœdus Societatemque iniit. Borussorum primarium Præsidem, diras inferiasque comminatus, cum Lituanis hostibus pietatis Christianæ acerrimis, atrociſſimis latronibus, inducias facere coegit, hosti regionem prodidit, fenestram invadendi Brandenburgenses Christianos aperuit. Lituani conjurati *Baburci*, ultrò citrò impunè per fines Brandenburgenſium commearunt: Christianos ferro, cæde extinxerunt; vagientes in cunis, in sinu parentum crudeliſſimè contrucidati sunt. Templa, Cœnobia, Collegia Sacerdotum, Monachorum compilata, incensa, eversa; Virgines Sanctæ per vim stupratæ; hostia sacra (quod referens horresco) hastâ transfixâ, insultante hoste, hoc convicio sublata: *En hic est Deus Christianorum.* Liberi à complexu parentum, uxores maritorum ad ludibrium hostium abstractæ; captivorum greges velut pecudum abstracti sunt. Adhuc Brandenburgenſis populus vulnus acceptum luget. Atque hæc omnia scelere Vicesimi secundi acta sunt. Quinetiam classem à Franciæ Occidentalis Rege, ad opem Christianis Armeniæ incolis adversus Saracenos ferendam, comparatam astu intercepit. Eadem in Genuenſium, qui devotiſſimi sunt Christiano Imperio, cæde abusus est. ANNO 1328.

3. Imperii Majestatem, authoritatem Reipublicæ, temerè contra placita Christi usurpando labefactat, polluit. Monstrum biceps, mundanus & spiritalis esse contendit. Christus Servator noster, cui omnis potestas in cœlo atque in Terrâ data est, tamen Imperium atque Regnum Terrarum, à populo sibi oblatum, suscipere detrectavit. *Regnum meum*, inquit, *non est in hoc mundo.* Atque satis constat inter omnes divinæ Philosophiæ, legum, & Pontificii juris scientiſſimos, penes Pontificem Romanum nequaquam esse utramque dignitatem, Sacram atque prophanam. Omnis potestas ab immortali Deo atque suprema est Majestate; cœleste beneficium, quòd imperamus, non humanum est. Comitiali Conventu delecti, suffragiis Principalibus comprobati, mortalis cujuspiam astipulatione, alióve hominis authoramento nullo pacto indigemus. Sacrosanctum Romanum Imperium, cui Christus, Comites ejus, obtemperarunt, & vectigales fuerunt, Sacrificuli fastuoſi beneficium esse pernegamus. Caput orbis Terrarum à suprema cœli Majestate constituti, nulli mortalium, quatenus ad hujus seculi Imperium attinet, rationem reddere debemus.

4. Alia illius *Jacobi* pestilentissimi pessima facinora reticeo. Sacrificulos, qui canes muti latrare non audent, pœnarum metu, ne veritatem dicant, perterritat. Crimen ambitus, sacrilegium, novumque aucupium, æs receptitium, & quòd Avenione habitat, sæpiùs evocatus Romam migrare recusat, quòd omnibus bonis cordi non sit, velut leviſſima, missa facio; id, quod ad nos spectat, agamus. Jus gladii divinitùs nobis traditum ad eradicanda scelera exerceamus, obviam ire factionis potentiæ, utilitas Reipublicæ, amor Religionis atque pietas subigit.

5. *Jacobum* igitur anteà à Sacrarum Literarum Antistibus Hæresiarchen declaratum, ex Consilii decreto, more majorum, Pontificatu submotum, atque à Christo repudiatum renunciamus. Habemus bonorum exempla, quibus nobis licere id facere, quod illi fecerunt, putamus, OTTO Primus cum Populo Romano, Sacerdotum ejus tribu, Joannem Duodecimum ex albo Pontificum Romanorum ob scelera (quæ si ad flagitia Vicesimi secundi comparaveris, ludus est) erasit, alium Pastorem urbi & orbi imposuit. Idem alios complures Imperatores, optimosque Principes feciſſe, in Annales & Fastos relatum est. Proinde *Jacobum* illum crimine veræ irreligiositatis, nota hæreseos anteà à Franciscanis cæterisque Theologis inustum, contemptorem paupertatis Christianæ, Imperii Antichristiani authorem, jure nostro, Consilio, sententia, consensu communi Principum, Pontificum, Germaniæ, Galliæ, Italiæ, efflagitantibus Sacerdotibus Populoque Romano, exauguratum, abdicatum, hæreseos condemnatum declaramus, proscribimus; acta ejusdem rescindimus; Universi Christiani eundem in numero impiorum atque sceleratorum habeant; ab eo omnes decedant; aditum, sermonem defugiant; velut contagionem, ne quid incommodi accipiant, devitent. Eidem nullus honor communicetur; & ab his, quorum interest, opera detur, ut deprehensus more Majorum puniatur. Quisquis adversus hæc fecerit, hostis Reipublicæ esto. Nos confestim cum Sacerdotum Curia populoque Romano, urbi atque orbi pastorem, communi Consilio atque veterum instituto, juxta Sacræ Historiæ Leges, allegemus.

6. Hoc edictum ab Imperatore, item Sacerdotum Senatu Populoque Romano signatum est, publica-

ANNO 1328. blicatumque in celeberrimo Myſtarum, Populi Romani, Regulorum, Dynaſtarum, Tetrarcharum, Flaminum, Pontificum Maximorum, Minorum, Antiſtitum conventu. Datum & factum extra templum Auguſtiſſimum, Divis Petro atque Paulo Legatis Chriſti dedicatum, octavo decimo die Aprilis, in urbe Romana, cunctis Sacrificis, univerſo Populo Romano in Regione pro concione publicè ejus rei gratia coacto; Chriſtianæ libertatis anno MCCCXXVIII. Invictiſſimi Imperatoris LUDOVICI Quarti Cæſaris Auguſti, Principis optimi, Regni XIV. Imperii verò primo.

LXX.

20. Juin. *Verbont tuſchen de Steden van* Loven, Bruſſel, *ende* Antwerpen, *houdende dat ſy malkanderen ſullen byſtaen teghen alle de gheen die hunne Privilegien, Rechten ende Coſtuymen ſoude willen infringeren. Ghedaen den* 20 *Junii* 1328. [Le Luſtre & la Gloire du Duché de Brabant ſous l'an 1328. pag. 31.]

C'eſt-à-dire.

Alliance entre les Villes de Louvain, Bruxelles *&* Anvers, *pour la défenſe de leurs Droits, Privileges, & Couſtumes, contre tous ceux qui voudroient les enfraindre. Faite le* 20. *Juin* 1328.

Acta venditionis villæ Machlinienſis in Brabantiâ factæ LUDOVICO *Comiti Flandriæ ab* ADOLPHO *Epiſcopo Leodienſi totoque Capitulo Majoris Eccleſiæ pro centum millibus librarum Turonenſium nigrorum, hac ſimul conditione, ut tam dictus Comes, quàm ſucceſſores illius, & heredes memoratum Feudum relevare ab Epiſcopis Leodienſibus quovis tempore teneantur. Datum* 1333. [STEPH. BALUZII Vitæ Paparum Avenion. Tom. II. col. 549. Ex codice 720. Bibliothecæ Colbertinæ.] 1333.

UNIVERSIS & ſingulis præſentes Litteras viſuris & audituris Ludovicus Flandriæ, Nivernenſis, ac Regiteſtenſis Comes ſalutem in Domino ſinceram. Litteras à Reverendo in Chriſto Patre ac Domino noſtro Domino Adolpho Dei gratia Leodienſi Epiſcopo ejusque venerabili Capitulo Eccleſiæ Leodienſis ſuper alienatione & tranſlatione oppidi Mechlinienſis Cameracenſis dioceſis & pertinenciarum ejusdem in nos & ſucceſſores noſtros Comites Flandriæ factas pro certa pecuniæ ſumma nos recepiſſe & habere noveritis in hæc verba.

Univerſis præſentes Litteras inſpecturis Adolphus Dei gratia Leodienſis Epiſcopus totumque Capitulum majoris Eccleſiæ Leodienſis ſalutem in Domino ſinceram cum notitia veritatis. Noveritis quòd nos conſiderantes, quòd oppidum noſtrum Mechliinienſe cum ſuis pertinentiis & juribus univerſis Cameracenſis dioceſis extra noſtram poteſtatem & diſtrictum in medio quaſi Brabantiæ ſituatum taliter aliorum Principum & Dominorum temporalium jurisdictionibus, territoriis, & diſtrictibus incluſum ſit & conſtrictum quòd ad illud nobis & noſtris, præcipuè temporibus guerrarum, quæ, proh dolor, in partibus illis frequenter inſurgunt; ſecurus non patet aditus nec egreſſus, quòdque dicto oppido & habitatoribus ipſius debitè præeſſe eorumque ſervitiis & ſubſidiis nobis & Eccleſiæ noſtræ debitis liberè gaudere non valuimus nec valemus, prout nec noſtri prædeceſſores bonæ memoriæ poterant temporibus retroactis, unde gravia damna & dira pericula nobis & noſtris ſæpius emerſerunt, quòdque tam propter præmiſſa quàm propter nonnullas graves & indebitas rebelliones hominum & habitatorum prædictorum contra nos & prædeceſſores noſtros motas dictum oppidum cum dictis ſuis juribus & pertinentiis nobis & Eccleſiæ noſtre quaſi ſterile ſemper fuerit & infructuoſum, & ob hoc præmiſſis & quampluribus aliis quæ nos movere poterant & debebant, poſſunt & debent, in conſiderationem ſollicitam deductis, diligenti tractatu non tantùm ſemel ſed pluries inter nos propter hoc in capitulo noſtro congregatos præhabito, providaque deliberatione præmiſſa, ut Eccleſiæ noſtræ Leodienſis meliora & utiliora proſpiceremus, nobili & potenti Principi nobis in Chriſto dilecto Domino Ludovico Flandriæ, Nivernenſi, ac Regiteſtenſi Comiti oppidum noſtrum Machlinienſe prædictum cum appendiciis, acceſſoriis, & pertinentiis ſuis univerſis, necnon cum omni diſtrictu, honore, poteſtate, mero mixto Imperio, omnimoda jurisdictione, feodis, homagiis, gardiis, fructibus, redditibus, obventionibus, exitibus, emolumentis, & aliis juribus quibuscunque, vendidimus, tradidimus, & deliberavimus, vendimus, tradimus, & deliberamus, pro certo & competenti pretio, videlicet pro centum millibus librarum Turonenſium nigrorum, groſſo Turonenſi pro ſedecim denariis Turonenſibus computato, de quo nobis eſt congruè ſatisfactum, & quod in Eccleſiæ noſtræ Leodienſis utilitatem jam convertimus & profectum; ipſumque oppidum cum dictis appendiciis, acceſſoriis, & pertinentiis, necnon & omne dominium, diſtrictum, honorem, poteſtatem, merum mixtum Imperium, omnimodam jurisdictionem, feoda, homagia, gardia, redditus, obventiones, exitus, emolumenta, & omnia alia quæ nobis & Eccleſiæ noſtræ

ANNO 1333. ſtræ Leodienſi competunt ſeu competere poſſunt quoquo modo conjunctim vel diviſim in ipſo oppido, ejus appendiciis, acceſſoriis, & pertinentiis in ipſum Comitem per ſe & ſucceſſores ſuos Comites Flandriæ perpetuò poſſidendum & tenendum tranſtulimus irrevocabiliter & transferimus per præſentes ſub modis & forma qui ſequuntur. Videlicet quod dictum oppidum cum appendiciis, acceſſoriis, & pertinenciis, honore, diſtrictu, poteſtate, & aliis, ut prædictum eſt, univerſis, unà cum Geralmont & Bornehem cum eorum appendiciis, acceſſoriis, & pertinenciis, quæ idem Comes & ſui prædeceſſores à nobis in feodo tenuerunt & tenent, per dictum Comitem & ſuos ſucceſſores prædictos à nobis Epiſcopis Leodienſibus de cetero & ſub uno feodo & homagio tenebuntur, ita quod ab ipſo comitatu ratione terræ Imperii nullis unquam temporibus alienari valeant nec in alium quemlibet quàm in Comitem Flandriæ tranſferri, hoc excepto quod Bornehem cum pertinenciis ſuis ab ipſo Comite ulteriùs in feodum dari vel jam datum teneri valeat & eſſe retrofeodum noſtrum & Eccleſiæ noſtræ prædictæ, conventione qualibet hactenus in contrarium habita non obſtante. Et ut ipſum feodum dicti oppidi Machlinienſis cum Geralmont & Bornehem ſic unitum perpetuis temporibus cum dicto comitatu Flandriæ, ut prædictum eſt, firmiùs & fortiùs conjungatur & uniatur, volumus & conſentimùs quod Comes Flandriæ qui nunc eſt & ejus ſucceſſores Flandriæ qui erunt pro tempore, dato quod ipſorum aliquem vel aliquos herede maſculo vel nullo prorsùs herede ex propria carne relicto futuris temporibus decedere contingeret & ingredi viam univerſæ carnis, præfatum feodum ipſius oppidi cum Geralmont & Bornehem ſic unitum, non obſtantibus quibuscunque conſuetudinibus, uſibus, legibus, juribus, vel ſtatutis civitatis vel dioceſis Leodienſis vel aliarum partium quarumcunque contrarium forſan innuentibus, ſtatuentibus, vel tenentibus, ad illum qui in dicto comitatu Comiti præmortuo legitimè ſuccedet liberè transmittant. Et tenebuntur tam dictus Comes qui nunc eſt quàm ejus ſucceſſores Comites Flandriæ dictum feodum à nobis Epiſcopo & ſucceſſoribus noſtris Epiſcopis Leodienſibus relevare & aliàs de eo facere quæ boni & legales vaſſalli Dominis ſuis facere tenentur. Non tamen intendimus per inhibitam ſeparationem prædicti oppidi à prædicto comitatu, ſeu unionem ipſius ad prædictum comitatum, ipſum oppidum conjungere feodo vel retrofeodo quod nos vel ipſe tenemus ab Imperio, à Rege Franciæ, vel Alemaniæ. Nec etiam eſt intentionis noſtræ, quod ab ipſo Comite vel ejus ſucceſſoribus pro relevio vel ratione relevii quicquam exigatur vel ſolvatur. Et debemus nos & ſucceſſores noſtri dictum feodum ſic unitum cum Geralmont & Bornehem cum juribus & pertinenciis ſuis, ut eſt dictum, univerſis ipſi Comiti & ejus ſucceſſoribus Comitibus Flandriæ predictis erga quoscunque ut bonus dominus feodi defendere & garandizare. Et quamvis intentionis noſtræ non exiſtat, quod virtute tranſlationis univerſalis dicti oppidi Mechlinienſis cum juribus & pertinenciis ſuis, de quo ſuperiùs mentio habetur, transferatur in ipſum Comitem & ejus ſucceſſores prædictos jus conferendi, providendi, ſeu disponendi de abbatia ſeculari ſeu præpoſitura dicti oppidi & juribus ejusdem, de qua nulli poteſt niſi Canonicis provideri, tamen per eam in dictum Comitem & præfatos ejus ſucceſſores omnia quæ in ipſo oppido, ejus appendiciis ad nos, alterum noſtrum, ſeu Eccleſiam Leodienſem communiter vel diviſim ſpectant vel ſpectare poſſunt quoquo modo, ſic univerſaliter transferre volumus & intendimus quod præter ſuperius expreſſa nihil penitùs retinemus in eisdem, conſtituentes ipſum Comitem traditione præſenti omnium & ſingulorum prædictorum quæ ibidem habuimus & habere potuimus ſub modis & forma ſuperiùs expreſſis ex nunc verum & legitimum juris & facti poſſeſſorem. Et promittimus bona fide quod nos & ſucceſſores noſtri præmiſſa omnia & ſingula firmiter & inviolabiliter tenebimus & obſervabimus, & quod contra ea ullis unquam temporibus non faciemus nec veniemus per nos vel per alium tacitè vel expreſsè, qualibet arte, cavillatione, vel ingenio, directè vel indirectè, nos & bona noſtra ac Eccleſiæ noſtræ Leodienſis ubilibet exiſtentia & præſentia & futura tenore præſentium ad hoc efficaciter obligantes; renuntiantes in hoc facto exceptioni doli mali, vis, metus, circumventionis, rei non ſic geſtæ, exceptioni non numeratæ pecuniæ, non traditæ, non ſolutæ, in utilitatem Eccleſiæ non converſæ, ſolemnitatis & formæ quæ in alienationibus rerum eccleſiaſticarum neceſſariæ ſunt aut requiruntur de conſuetudine vel de jure, non obſervatis authenticis *Hoc jus porrectum legi jubemus*, capitulo *ſine exceptione*, conſtitutione *Hoc conſultiſſimo*, reſtitutioni in integrum, privilegio crucis ſumptæ & ſumendæ, ac omnibus aliis privilegiis, gratiis, & indulgentiis ſub quacunque forma verborum nobis vel Eccleſiæ noſtræ à Romanis Pontificibus aut Prælatis aliis, ſeu ab Imperatoribus, Regibus, aut aliis quibuscunque Principibus impetratis, datis, vel conceſſis, ſeu in poſterum impetrandis, dandis, vel concedendis, & quod eis contra præmiſſa vel aliquod præmiſſorum uti non poterimus, etiamſi gratis concederentur vel darentur, ac omnibus aliis exceptionibus juris & facti, omnibus cavillationibus, ſubterfugiis, conſuetudinibus, legibus, uſibus, cautelis, & ſtatutis per quæ præmiſſa ſeu eorundem effectus in toto vel in parte impediri poſſent quomodolibet, vel tardari, juri dicenti generalem renunciationem non valere, ac omnibus aliis quæ nobis & Eccleſiæ noſtræ Leodienſi prodeſſe poſſent quomodolibet in hac parte & ipſi Comiti ſeu ejus ſucceſſoribus aliquatenus obeſſe. Et ad majorem ſecuritatem omnium & ſingulorum præmiſſorum ſupplicamus Reverendo in Chriſto Patri ac Domino Domino Walleramo Dei gratia Colonienſi Archiepiſcopo, quatenus præmiſſa omnia & ſingula, quæ ad tam evidentem utilitatem & profectum noſtræ Leodienſis Eccleſiæ cum multa deliberatione & maturo conſilio facta ſunt & provila, laudare velit & approbare ac ſua auctoritate metropolitana confirmare, decretum ſuum ſuper iis interponendo, & defectum, ſi quis ſit, eadem auctoritate ſupplendo. In quorum omnium teſtimonium & munimen ſigilla noſtra præſentibus litteris ſunt appenſa. Datum & actum in capitulo noſtro prædicto vigeſima octava die menſis * anno Domini milleſimo tricenteſimo trigeſimo tertio.

* Julii.

Hinc eſt quod nos Ludovicus Comes prædictus oppidum Mechlinienſe prædictum ſub modis & forma ſuperiùs expreſſis nobis venditum eſſe recognoſcentes, ipſum cum Geralmont & Bornehem unitum & conjunctum, ut præmittitur, ab eodem Domino Epiſcopo & ejus ſucceſſoribus Epiſcopis Leodienſibus qui pro tempore fuerint ſucceſſivè in feodum relevare ſibique homagium ac alia de ipſo feodo facere quæ domini ſuis boni vaſſalli facere tenentur, & à Comitatu Flandriæ dictum feodum ſic unitum non alienare vel disjungere nec in alium vel in alios quàm in nos & ſucceſſores noſtros Comites Flandriæ transferre, ceteraque omnia & ſingula ſuperiùs in dictis litteris expreſſa, in quantum nos tangunt & tangere poſſunt quoquo modo, facere, tenere, adimplere, & inviolabiliter obſervare pro nobis ac noſtris ſucceſſoribus prædictis promittimus bona fide, nos & ipſos ſucceſſores noſtraque & cujuſlibet eorum bona omnia & ſingula mobilia & immobilia tam præſentia quàm futura, ubicunque fuerint, ad hæc ſpecialiter & efficaciter obligando, renuntiantes in hoc facto exceptioni doli mali, vis, metus, circumventionis, læſionis, deceptionis, rei aliter geſtæ quàm ſcriptæ, quibuscunque privilegiis, beneficiis, gratiis, indulgentiis à Romanis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, aut quibuscunque Principibus ac Prælatis, & aliis ſub quacunque forma verborum impetratis, datis, conceſſis, impetrandis, dandis, & concedendis, omnibus cavillationibus, ſubterfugiis, ac cautelis, & generaliter ceteris auxiliis & remediis tam juris quàm facti quæ nobis & ſucceſſoribus noſtris prædictis prodeſſe, præfatisque Dominis Epiſcopo & Capitulo ſive futuris ſucceſſoribus Epiſcopis Leodienſibus aut Eccleſiæ Leodienſi obeſſe poſſent in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum, & per quas ea vel eorum aliqua impediri valeant aut in aliquo retardari, ita quod valeat hujusmodi renuntiatio generalis quemadmodum ſpecialis fieret & expreſſa. In quorum omnium teſtimonium & munimen nos Ludovicus Comes prædictus pro nobis & noſtris ſucceſſoribus præſentes litteras eidem Domino Epiſcopo & Capitulo contulimus ſigillo noſtro majori quo utimur & uti conſuevimus ſigillatas. Datum anno Domini milleſimo tricenteſimo triceſimo tertio.

ANNO 1333.

LXXVII.

Burg-friede zwiſchen Friedrich Marggrafen zu Meiſſen/ und Heinrich Landgrafen zu Heſſen 2. Mai.

in

ANNO 1333. in der Stadt Treffurt aufgerichtet / daß niemmand des andern feinde in besagter Stadt fahren / reiten oder gehen lassen solle. Geschehen am Sontag Cantate anno 1333. [LUNIG Teutsch Reichs-Archiv. Part. Spec. Continuat. 2. Absatz 2. pag. 181.]

C'est-à-dire.

Paix de Burg faite & conclue entre FREDERIC *Landgrave de Thuringe &* HENRI *Landgrave de Hesse, touchant la Ville de Treffurt; dans laquelle les Ennemis de l'un ou de l'autre ne pouront être reçus. Le Dimanche Cantate* 1333.

WIr Friedrich von GOttes Gnaden Land-Graf in Thüringen und Marggraf zu Meissen / und in dem Osterlande / und Herr des Landes zu Pleissen ꝛc. Bekennen öffentlich in diesem gegenwärtigen Briefe / daß wir vor uns und unsere Erben mit unsern lieben Getreuen / Walter von Nöfelröden / Vogt und Amtmann zu Treffurth / mit dem Hochgebohren Fürsten Heinrichen / Herrn Hessen-Landes / unsern lieben Schwager / einen rechten Burgk-Frieden in Treuen gelobet / und zu den Heiligen geschworen haben / uff dem Hause in der Stadt in dem Zindeln / zu Treffurth / ohn allerley Argelist / und soll auch niemands des andern Feinde wissentlich reiten / fahren / noch gehen lassen in das Hauß / noch in die Stadt / ohne Willen und Wissen des Feind er ist / geschehe es aber unwissendlichen / so soll der / des Feind er ist / zu dem mahle nicht mehr darzu thun / sondern er soll ihm des verkundigen / zu dem er darein kommen ist / und er soll ihme zuhand von ihme lassen / und soll ihn zu ihme fürbaß mehr / dieweil er des andern Feind ist / nicht lassen kommen. Geschehe es auch / daß zwischen unsern Amtleuten / oder ihren Dienern / die zu Treffurth zugehören / einigerley Krieg oder Gezäncke sich erhübe / da soll niemand zukommen / denn durch Bescheidenheit / in welcher Weise er anders darzu käme / so hätte er zuhand den Burgk-Frieden gebrochen / und das soll seyn ohne Gefährde.

Es ist auch geredt / würde der Burgk-Friede gebrochen von Uns / unsern Amtmann / oder unsern Dienern daselbst zu Treffurth / so soll unser Amtmann bey vierzehn Tagen / demnach als er ist genannt worden / den Bruch abthun / nach Meinen und nach Recht / geschehe das nicht / so sollen wir darnach selbert bey einem Monat / als wie es genant worden / zu Treffurth ankommen / und sollen daselbst den Bruch abrichten / nach Meinen und nach Recht / als Burgk-Friedens Recht ist / ohne Arzelist. Es soll auch jeder Herr seinen Thurm und sein Theil / der ihme gebühret / besitzen / als ihme das füget; Den Thorwärter und Wächter / die sollen Sie mit einander setzen / gemeiniglichen / und die sollen hulden und schwören gehorsam und getreu zu seyn / jeden Herrn und seinen Amtman als Recht ist / und gewöhnlich ohne Argelist. Welchen Hrn. die zwön niedrigsten Thurm an der Theilung gebühren / die mögen Sie bauen mit Stein-wercken / wenn Sie wollen / gleich in der Höhe / als der höchste Thurm gegen den ist / und nicht höher / in einem schlechten Tach / daß mag jeder Herr uff seines Thurms Wahl machen / welcher der ander ihme das wehrete / der hätte diesen Brief und den Burgk-Frieden verbrochen. Wir sollen auch keine neue Thor noch Pforten machen noch andere Gebäue uf unsern Theil des Hauses von Stein-Werck / noch von Holtz-Werck bauen / der den andern Hrn. schädlich möcht gesyn / oder wie der wäre / und bey Nahmen verglichen; und es soll kein Herr in der Stadt bauen / und was zu der Gemeine gehört / es sey an Mauren oder Börnern / oder an welchen andern Dingen das sey / das sollen wir gemeiniglich bauen und bessern / also ferne Uns daß alle Noth und Nütze düncket seyn / und solle jeder Herr den Dritten Theil der Kost tragen. Were es auch / daß der vorgenante unser Amtmann abgienge von Todes wegen / oder daß wir ihn entsetzen / daß wir thun mögen / wenn wir wollen / so sollen die vorgenannte Herren oder ihre Amtleute / den wir zu einem Amtman setzen / unser Theil lassen einnehmen. Und er soll vor erste schworen und geloben / als die Herren und ihre Amtleute zu den Heiligen geschworen haben / daß er den Burgk-Frieden und diesen Brief / und alle Stücke und Articul / als die hie beschrieben stehn / stet und gantz halten wolle / ohne Argelist. Und was von Zöllen und von Müntzen / oder von andern allen Angelde gefället in der Stadt / da soll jeder Herr seinen dritten Theil anhaben / und sollen das / oder ihre Amtleute / ein oder zwön / wie sie das allermützest düncket / gemeiniglichen lassen.

Auch ist bey Nahmen geredt / ob unser Amtman oder ein der mann / die Uns gebühren an Unsern Theil / gut hätten in des andern Herrn Theil / daß ihme gebühret / daß ihme der Herr / in des Theil es gelegen ist / soll lassen bleiben / bey allen Ehren und Rechten / als Herkommens ist von Alters. Besondern sind wir auch geschieden / um das Kirchen-lehn in der Stadt zu Treffurth / und andere Kirchen-lehen / die Friedrich von Spangenberg gehabt / zu Lehne / die auswendig den Gerichten und Gütern / die zu Treffurth gehören / gelegen sind / als daß wir sie zum erstenmahl / wann sie ledig werden / leyhen sollen: Darnach zum andern mahl / wann Sie ledig / der Stifft zu Maynz / zum dritten mahl unser Schwager der Land-Graf zu Hessen / und also soll man das forter ewiglich halten. ANNO 1333.

Geschehe auch / daß Friedrich von Spangenberg / seine Erben / oder ein ander Mann des Gutes ichts anspreche oder ansertigte / daß zum dem Hause Treffurth gehöret / in welches Hrn. Theile das gelegen wäre / daß sollen die Herren alle drey gemeiniglich verthätigen / und sich getreulich darum annehmen. Wäre auch / daß Gott nicht entwölle / daß wir mit den Herren einen kriegen müssen / oder mit ihnen beyden / den Landt-Graffen / oder den Stifft zu Maynz / so soll ihr Stadt und was darzu gehöret / Burgmann und Bürger stille sitzen / auch en sollen wir oder der Herren keiner / oder ihre Amtleute kein arges darzu kehren ohne Argelist. Alle diese vorgeschriebene Rede / Stücke und Articul geloben wir vor Uns / unsere Erben / den vorgenanten Unsern Schwager und seinen Erben / stete und gantz zu halten / ohne Argelist / und geben zu einen Uhrkunde darüber diesen Brief / mit unsern Insiegel besiegelt / darbey sind gewesen / und sind auch Zeugen die Edlen Mann Graf Günther von Schwartzbergk / der Edle Graf Heinrich vrn Hamstein / Herr zu Sondershausen / Graf Günther von Schwartzenberg und von Arnstadt / Heinrich Vogt von Blauen / Reusse genant / Heinrich der Edle Vogt von Gera / und die Ehrbahren Leute / Herr Friedrich von Hertzberge / Herr Johann von Schlexsingsdorff / Herr Lodwig von Baumbach Herr Johann von Eisenbach / heimlicher Unser Schwager des Land Graffen Rath / und andere fromme Leute viel ꝛc. Diese Dinge sind geschehen nach GOttes Geburth tausendt und dreyhundert Jahr / darnach in dem drey und dreyßigsten Jahr / an dem Sontag Cantate.

LXXVIII.

Ordonnance de PHILIPPE *de Valois Roi de France pour la conservation de son Droit de Regale sur les Egliſes & Benefices du Royaume. Donné à Vincennes au Mois d'Octobre* 1334. [Copie Manuscripte.] 1334. Octobre.

PHILIPPES par la Grace de Dieu Roi de France, ſçavoir faisons a tous presents & avenir, que comme il ait été mis en doute par aucuns, ſe nous avons droit & a nous apartient de donner les *Brebendes*, *Dignités*, & *Benefices*, quand ils avoient été, ou etoient trouvés non occupés, vacants & uniz de droit, & de fait, ou de fait tant ſeulement au tems de notre Regale ez Egliſes de notre Royaume, auquels nous avons droit de Regale, & ſe ceux a qui nos predeceſſeurs ou nous les avons donnés en devoient jouïr. Nous nous tenons & ſommes ſuffiſamment & duëment informés, que nos Devanciers Roix de France, *pour cauſe de la Regale, & de la Nobleſſe de la Couronne de France*, ont uſé & accoutumé, & ont été en poſſeſſion & ſaiſine de donner les Provendes, Dignités & Benefices, vacants de droit, & de fait, ou de droit tant ſeulement, ou trouvez non occupez, unis & vacants tant ſeulement, & que nous auſſi *en avons uſé, uſons, & entendons uſer, comme de notre Droit Roial*, toutefois que aucun cas ſemblable, ou quelquonque cas deſſus dit écherra: & donnons toute Audience des Plaid, a tous ceux qui a nos dit uſage accoutumés par nos Devanciers, Roix de France, & par nous continués, & aux droits Royaux, qui en tel cas nous appartiennent *pour ceux de notre Couronne*, & aux *Collations* par nous, nos Devanciers ou ſucceſſeurs, faites ou a faire es cas deſſus dits, ou aucuns de ceux. Et ſe aucun voudroient oppoſer, & que Plaids ou procez ſur aucun des cas deſſus dits quelquoncques ſoient pendants aux Parlement, ou devant quelquonques nos Commiſſaires, nous les appellons & metons du tout au neant, & defendons a nos deſſusdits Commiſſaires, que ils de ces Cas ne ſemblables ne teignent Cour, ne Connoiſſance ores ne autresfois; Et voulons dores en avant nul pourveus de cas deſſus dits, ſi ce n'eſt par vertu de Proviſion & *Collation* Royalle qu'il ait de nos Devanciers ou de nous, ou de nos ſucceſſeurs Roix de France ne ſoit receu a Plaid, ou ouïs en oppoſition, contre ceux qui ez cas deſus dits ou en aucun diceux ſont pourvûs au tems a venir par nous ou nos ſucceſſeurs Roix de France, pour quelquonques letres ou Octroy qu'il impetre de nous, ſe expreſſe mention n'eſt faite mot a mot de ces preſentes. Et voulons que dores en avant tous ceux qui en ſemblable cas deſſus dits & chacun diceux ont *Collation* de nos Devan-

ANNO 1334. vanciers ou de nous, ou de nos ſucceſſeurs Roix de France, ſoient tenus & gardés en poſſeſſion & ſaiſie paiſible des Benefices a eux donnez nonobſtant oppoſition d'autre, qui par vertu d'autre *Collation* s'y ſont oppoſez ou oppoſent a preſent, ou veillent oppoſer au tems a venir, & ce avons nous ordonné & ordonnons de certainne ſcience *enformez de nos Droits* & uſage deſſus dits, & mandons par le teneur de ces preſents a nos Amés & Feaux, les gens qui tiendront noſtre prochain Parlement & les Gens de nos Compts que a perpetuelle Memoire facent les preſents enregiſtrer en nos Cours de Parlement & des Compts, & mettre & garder pour Original au Threſor de nos Chartres & de nos letres. Et a ce que ce ſoit choſe ferme & ſtable a roujours mais, nous avons fait metre notre ſcéel en es preſents letres. Donné a Vincenne au mois d'Octobre de l'an de grace 1334.

LXXIX.

1336. 17. Avril. *Pax inter* OBIZONEM, *&* NICOLAUM *Marchiones Eſtenſes ex unâ, ac* GUIDONEM *&* MANFREDUM *de Piis ex alterâ parte inita, per quam præfatis Marchionibus Civitas, & diſtrictus Mutinæ certis conditionibus traditur, qualiter à Guidone, & Manfredo fuit poſſeſſus; ipſis verò terra Carpi cum mero, & mixto Imperio, reliquiſque juribus, & pertinentiis libere relaxatur. Actum Veronæ 17. Aprilis Anno* 1336. *Indictione IV.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.]

EXemplar ab Exemplo ab autentico relevato cujus tenor talis eſt. In Chriſti nomine amen, anno a Nativitate ejusdem mileſimo trecenteſimo trigeſimo ſexto, Indictione quarta, die Mercurii decimo ſeptimo menſis Aprilis Veronæ in Contrata Sanctæ Mariæ antiquæ, in Aula nova Magnificorum Dominorum Alberti, & Maſtini fratrum de la Scalla & preſentibus teſtibus vocatis, & rogatis, Nobilibus viris Dominis Gueceſone Advocato Irevixæ, Gilberto de Illiano de Regio, Nicolao a Tabula, Galacio de Medicis, Duxio de Gruamontibus, Dracone de Coſtabilis, & Philippo de Paganis de Ferraria, & aliis multis Nobilibus. Cum Guetra fuerit diu agitata inter magnificos Viros Dominos, Dominos Obizonem, & Nicolaum Marchiones Eſtenſes ex una parte, & Dominos Guidonem, & Manfredum de Piis ex altera ſuper contentione Dominii Civitatis Mutine, & ejus diſtrictus. Volentes dictæ Partes ad concordiam, & amicitiam pervenire, & finem ipſi guerre imponere ad invicem pro bono pacis, & concordie, ad talem conventionem, & concordiam pervenerunt, videlicet, quod prefatus Dominus Manfredus pro ſeipſo & vice & nomine dicti Domini Guidonis, pro quo de rato promiſit habendo, ſub obligatione ſuorum Bonorum promiſit prefato Domino Obizoni Eſtenſi preſenti, & ſtipulanti, & recipienti pro ſe, & dicto Domino Nicolao ejus fratre, & ipſorum hæredibus, dare, & tradere eisdem vel alteri recipienti nomine ipſorum liberum, & expeditum Dominium, liberam, & expeditam poſſeſſionem Civitatis Mutinæ, & diſtrictus, quod, & quam predicti Domini Guido, & Manfredus habent, tenent, & poſſident, ut a modo predicti Domini Marchiones debeant dictam Civitatem, & ejus diſtrictus libere habere, tenere, & poſſidere, & omnem eorum utilitatem facere ſine contradictione dictorum Dominorum Guidonis, & Manfredi, & ſuorum hæredum. Et verſa vice predictus Dominus Obizo Marchio, pro ſe, & dicto Domino Nicolao Fratre ſuo, pro quo promiſit de rato habendo, & pro ipſorum hæredibus ſub obligatione omnium ſuorum bonorum promiſit dicto Domino Manfredo ſtipulanti, & recipienti pro ſe ipſo & vice, & nomine dicti Domini Guidonis, & ipſorum heredum, & omnium contentorum, & nominatorum in infraſcriptis pactis, & aliorum omnium quorum intereſt, vel intereſſe poterit, infraſcripta pacta attendere, & obſervare, & ea ratificare, concedere, & approbare poſt collationem dicti Dominii infra dies quindecim proxime ſubſequentes, & in omnibus, & ſingulis Capitulis hujus Contractus ſupraſcriptis, & infraſcriptis, dictus Dominus Obizo attendere faciet, & obſervabit, & attendi fieri, & obſervari faciet per omnia, prout in infraſcriptis Capitulis continetur. Quæ pacta, & Capitula ſunt hæc: Inprimis quod Domini de Piis, & eorum Amici tam Nobiles, quam populares tractentur per dictos Dominos Marchiones, & per quemlibet eorum, & per eorum Officiales in omnibus, & per omnia tanquam veri amici dictorum Dominorum Marchionum, & in omnibus Officiis, & in omnibus aliis que pro tempore fiunt peragenda. Item quod omnes Ghibilini nobiles, & potentes poſſint redire Mutinæ, exceptis Nicolao de Fredo, Johanne ejus filio, Albuyno ejus Nepote, Matheo de. . . . . ANNO 1336.
redire Mutinam, nec prope Civitatem Mutinæ, pro tria miliaria hinc ad tres annos proxime venientes. Omnes autem alii Nobiles vel potentes extrinſeci Civitatis Mutinæ remaneant extra Civitatem Mutinæ per quinque annos, & non debeant, neque poſſint le appropinquare Civitati predictæ pro tria miliaria, exceptis nobilibus de. . . . . & eorum Amicis qui poſſint Mutinam redire. Item quod omnes Populares libere poſſint redire in Civitatem Mutinæ, exceptis quindecim, qui debeant remanere extra Civitatem Mutine per quinque annos, qui quindecim ſint, & eſſe intelligantur hii quos dicti Domini Guido, & Manfredus duxerint nominandos. Itemque Domini Marchiones ſolvent & ſatisf. . . . . facient Zachariæ de Diſcalciis Maſſario Communis Mutinæ decem novem millia ſeptemcentum quinquagintæ ſex librarum, & undedecim Denariorum Mutinenſium, quos recipere debet a Communi Mutinæ, a Kalendis Novembris proximi preteriti retro pro expenſis per eum factis pro Communi Mutinæ in ſolutionibus ſalariorum dictorum Dominorum Guidonis, & Manfredi Rectorum; Officialium ſtipendiariorum ab equo, & pede, Ambaxiatorum, & ſpiarum dicti Communis, & aliorum quorumcumque, ſecundum quod apparet in ratione facta de predictis expenſis ex cauſis predictis, & aliis quibuscunque per Rationatores ad hoc electos, pro quo debito obligata ſunt bona, & redditus Communis Mutinæ Zachariæ predicto. Et quod ſolvent, & ſatisfacient, & ſolvi, & ſatisfieri facient omnibus Rectoribus, & dicto Maſſario, Officialibus, & ſtipendiariis, & omnibus aliis perſonis ex predicta ratione dicti Maſſarii legitime recipere debentibus a Communi Mutinæ, usque ad diem collationis Dominii dictæ Civitatis Mutinæ, & Poſſeſſionis ejusdem. Itemque Caſtrum Carpi, cum Curia, pertinentiis, Juribus, & Jurisdictionibus ſuis, prout & ſecundum quod conceſſum, & dotatum fuit per Eccleſiam, Imperatores, & Reges, vel per aliquem eorum, ut patet in Privilegiis dictarum conceſſionis vel dotis Eccleſiæ, Imperatorum, vel Regum, & ſecundum quod hodie dotatur, tenet, & poſſidet vel quaſi prefatus Dominus Manfredus cum mero, & mixto Imperio, jurisdictione, & poteſtate, & pleno jure libere relaſſetur ipſi Domino Manfredo, & ſuis hæredibus ſine aliqua conditione, vel moleſtatione juris vel facti Dominorum Marchionum Eſtenſium, vel alicui alterius perſonæ. Et quod Villa Sancti Marini intelligatur, & ſit de diſtrictu, & territorio, ac Jurisdictione dicte terræ Carpi. Et quod predictus Dominus Manfredus, & ejus heredes idem jus, merum, & mixtum Imperium, Jurisdictionem, & poteſtatem habeat in dicta Villa Sancti Marini, quam, & quod habent in dicta terra Carpi per omnia. Et quod dicti Domini Marchiones teneantur, & debeant deffendere, & manutenere, omni exceptione juris, & facti remota, predicto Domino Manfredo, & ejus heredibus dictam terram Carpi cum ejus pertinentiis, & dictam terram Sancti Marini, cum omni mero, & mixto Imperio, & Jurisdictione, & Poteſtate, ab omni perſona, Collegio, Univerſitate, Civitate, & loco, & contra quamliber perſonam, Collegium, Univerſitatem, Civitatem, & locum quocunque tempore, & ex quacumque cauſa. Et quod teneantur ipſi Domini Marchiones dicto Domino Manfredo pro ſe, & ſuis hæredibus recipienti ratificare, & approbare, ac confirmare omnia ſupradicta ad voluntatem dicti Domini Manfredi, Item quod Caſtrum Sancti Felicis cum Territorio ſuo toto libere relaxetur predicto Domino Guidoni, & ejus hæredibus, cum mero, & mixto Imperio, Jurisdictione, Poteſtate ſine contradicione, & moleſtatione juris vel facti ipſorum Dominorum Marchionum, vel alicujus alterius perſonæ. Hoc addito, quod per Dominos Marchiones provideatur, & ſolvatur pro cuſtodia dicti Caſtri, quindecim Cuſtodibus, quos ponet, vel ponere voluerit dictus Dominus Guido hinc ad unum annum. Item quod Cuſtodia Caſtri Formiginis libere relaſſetur

Johanni

ANNO 1336. Johanni de Adelardis, & suis hæredibus, & quod omnes terræ, & possessiones, quæ detente, & possesse fuerunt per dictum Johannem, & quondam Guilielmum de Adellardis ubicunque sint libere rellassentur dicto Joanni, & suis hæredibus sine aliqua contradictione vel molestatione eidem inferenda de jure, vel de facto per aliquam personam, Collegium, vel Universitatem. Item quod nulla Instrumenta, contractus, vel obligationes qui; vel que reperirentur, vel dicerentur esse facti, factæ, facta, vel contracta ab aliquibus Territoriis, vel habitatoribus terræ Formiginis aliquibus, vel cum aliquibus personis tempore quo dictum Castrum, & Terra Formiginis detinebantur per Dominum Legatum, seu per Nobiles de Saxolo valeant, nec teneant de jure . . . . . nullius sint momenti. Et quod ex vigore dictorum Instrumentorum, Contractuum, vel obligationum vel alicui eorum nihil possit peti, vel exigi a predictis terris, vel personis habitatoribus ipsius terræ Formiginis, vel ab aliquo ipsorum per aliquam personam de jure, vel de facto, cum ipsa Instrumenta, contractus, & obligationes facti, factæ, & facta fuerint, & contracta propter metum & vim. Et quod homines dictæ Terræ Formiginis non debeant aggravari, vel compelli de jure, vel de facto ad onera aliqua realia, & personalia hinc ad tres annos proxime venturos. Item quod dicti Domini Marchiones facient, & curabunt quod Canale de herberia quod labitur ad Terram Carpi libere discurrat; & fluat, nec per aliquem impediatur de jure vel de facto, & dictus Dominus Manfredus procurabit quod Domini de herberia solvent dimidium ejus quod solitum est solvi, manutenentibus dictis Dominis de Herberia clusas, & aquam dicti Canalis pro ut sunt consueti. Item quod Canale quod Dominus Guido accipi fecit de Flumine Sytulæ, quod discurrit ad Sanctum Felicem, libere discurret, nec per aliquem impedietur de Jure deque facto. Item quod ipsi Domino Guidoni libere rellasletur possessio, & usus fructus paludis, quem, & quam nunc tenet, & possidet; ex vigore, & provisione concessionis factæ sibi per Dominum Regem Bohemiæ. Item quod dicti Domini Marchiones facient, & curent quod habitatio Domus in qua nunc habitat dictus Dominus Guido, libere relaxetur, & concedatur ipsi Domino Guidoni, & suis hæredibus. Item quod dicti Domini Marchiones provideant ipsi Domino Guidoni, & ei relasient Molendinum de Cavaleriis, quod nunc tenet. Item quod dicti Domini Guido, & Manfredus, & Galaxinus de Piis, & eorum hæredes conserventur, deffendantur, & manuteneantur per dictos Dominos Marchiones super possessione, & detentacione omnium Domorum, Terrarum, & Possessionum, & rerum mobilium quas hodie tenent, & possident per se vel alios de Jure, vel de facto, nec per aliquem molestentur, vel inquietentur de Jure, vel de facto. Item quod dicti Domini Marchiones ad petitionem Dominorum Guidonis, & Manfredi provideant de octo officiis que volent ipsi Domini Guido, & Manfredus octo hominibus quibus volent singulis sex mensibus secundum terminos consuetos in Civitate Mutinæ, quæ Officia sunt hec: unus Notarius ad Cameram Dominorum Ancianorum, & ad reformationes, & provisiones, duo Notarii Potestatis ad mallum, unus Notarius Potestatis ad officium tercii Judicis, unus Notarius Potestatis ad Officium Judicis rationis, unus Procurator, sive Judex ad Officium Caboretiorum Communis, unus Notarius ad Officium Camere Actorum, & unus Notarius ad Officium Massarii generalis in Mutina. Item quod dicti Domini Guido, & Manfredus, & omnes Nobiles de Piis, & Manfredinus de Gorzano, & etiam Johannes de Adelardis sint exempti ab omnibus oneribus realibus, & personalibus, & intelligatur quod Manfredinus, & Johannes sint exempti per decem annos tantum. Item quod dicti Domini Marchiones provideant dictis Dominis Guidoni, & Manfredi, & Amicis suis, quos declarare debeat dictus Dominus Manfredus secundum quod videbitur conveniens Domino Mastino. Videlicet Domino Manfredo omni mense, ducentos Florenos, Domino Guidoni centum Florenos omni mense, Galaxino centum Florenos. Et sexcentum Florenorum in anno dividendos per Dominum Manfredum inter consortes & Amicos suos. Item quod Manfredinus de Gorzono, & alii nobiles de dicta Domo qui nunc sunt obedientes Communi Mutinæ, & predictis Dominis Guidoni, & Manfredo manuteneantur in omnibus eorum Juribus, & Jurisdictionibus, & honoribus Terræ, & Castri Gorzani sicut nunc sunt. Et quod homines, & habitatores Terræ; & Castri Gorzani sint liberi, & exempti ab omnibus oneribus realibus, & personalibus hinc ad duos annos præterquam ab exercitibus; & cavalcatis. Item quod Guillielmus de Campilo, Jadiolus de Guillia, Martignonus de Malatignis, & eorum Amici, & sequaces manuteneantur in eorum juribus, jurisdictionibus, & honoribus sicut sunt nunc. Item quod omnia que gesta, facta, administrata fuerunt per dictos Dominos Guidonem, & Manfredum vel alterum eorum, vel per aliquem eorum Officialem quocumque nomine censeatur; vel per Dominum Zacharia de Discalciis, Officialem, & massarium Communis Mutinæ juris & pactorum presentium fictione, contra quod non admittatur probatio in contrarium, intelligantur, sint, & esse intelligantur rite, & secundum formam Juris, & fideliter, & bona fide facte, & facta & quod de ipsis vel aliquo ipsorum factis per dictos Dominos vel Officiales prædictos, vel per aliquos ipsorum, non possit, nec debeat per ipsos Dominos Marchiones, vel aliquem eorum, vel per aliquos eorum Officiales inquiri, cognosci; vel aliquo alio modo revocari, vel retractari, vel aliqua ratio peti fieri, vel aliquid restitui, vel reppeti, etiamsi remisse fuerint per predictos Dominos Guidonem, & Manfredum vel alterum eorum de gracia speciali, vel alio quocumque modo de Jure vel de facto. Item quod predicti Officiales vel aliquis ipsorum non possint, vel debeant aggravari, molestari, vel inquietari de jure vel de facto per dictos Dominos Marchiones vel aliquem ipsorum per aliquem, vel per aliquos ipsorum Officiales ex eo quod omisissent vel omisisse dicerentur, deponere, vel consignare sua acta, & scripturas cuicunque conditionis fuerint ad Cameram Actorum Communis Mutinæ, vel ex eo quod ommisissent facere vel fecissent vel ommisisse, vel fecisse dicerentur aliquid aliud contra formam juris, vel Statutorum Communis Mutinæ. Et quod etiam ipsi Officiales, vel aliquis eorum non possint compelli per dictos Dominos Marchiones vel aliquem eorum, vel per aliquem eorum Officialem, vel aliquam aliam personam modo aliquo sive causa, de Jure, vel de facto, deponere, vel consignare ad dictam Cameram Actorum vel alibi aliquos libros vel scripturas aliquas ad eorum manus perventas, vel que scripsissent, vel fecissent in officiis, vel ex tempore vicariatus predictorum Dominorum Guidonis, & Manfredi. Item cum certe obligationes, astucia & cautella quondam Gerardini de Lamolza tempore Dominii quondam Domini Rainaldi de Bonacolsis, & filii metu predictorum Dominorum facte fuerint per certos Cives, & Comitatinos Civitatis Mutinæ & Carpenses pecunias Dominos Rolandinum, & Nicolaum quondam Domini Andreæ Boni, sive de Chabona, qui dicuntur de Salamonibus, vel certas alias personas pro eis recipere in certis quantitatibus, & verum sit, quod predicti in ipsis Instrumenti obligati, & scripti non receperunt aliquam quantitatem pecuniæ a predictis, vel aliquo pro eis, sed ipsas obligationes, & confessiones in Instrumentis inde scriptis contentas fecerint per metum, & coactiones dictorum Dominorum, & suorum Officialium, & ob hoc per statutarios Communis Mutinæ factum fuit quoddam statutum in favore dictorum Civium Comitatinorum, & Carpensium, quod dictum Statutum ratum, & firmum sit, & mutari non possit, sed per dictos Dominos Marchiones, & suos Officiales, & quemlibet eorum debeat remota exceptione qualibet observari. Item cum propter rebellionem habitam per Commune Mutinæ contra Dominum Legatum in Ecclesia certi processus facti fuerint per summum Pontificem, & suos Officiales, seu per Inquisitorem hæreticæ pravitatis contra Commune Mutinæ, & certos tam Nobiles, quam Populares, & Ecclesiasticos, & Laycos Civitatis Mutinæ, & districtus, & ipsum Commune & Cives tanquam contumaces fuerint condempnati, & sua Bona fuerint Ecclesiæ seu Officio Inquisicionis confiscata, & subsequenter concessa per dictum summum Pontificem, seu suos Officiales, vel per dictum Inquisitorem, certis aliis personis. Quod dictum Commune, & homines Mutinæ non possint aggravari ipsi vel sua Bona occasione predicta, sed conserventur, & manuteneantur in plena, & vacua possessione omnium Bonorum, & jurium que tenebant, & possidebant antequam essent citati, condempnati vel sic privati, dictis processibus, citationibus, & condempnationibus, confiscationibus, vel concessionibus, vel aliqua earum non obstantibus, ac si facti, vel factæ non essent, Et idem observetur in quibuslibet excommunicatis, tam Clericis, quam Laycis, ut non inquietentur, vel molestentur

ANNO 1336.

ANNO 1336. in possessionibus, & rebus quas tenebant, & possidebant ante tempus excommunicationis, & ab inde retro. Item quod predicti Domini Marchiones promittant facere, & curare quod a Dominis Guidone, & Manfredo de Piis, Gerardo de Piis Joanne dicto de Mantua quondam Domini Francisci de Fredo, Blanchino quondam Domini Fornazini de Gorzano, & Nicolao quondam Domini Ariverii de Macretto, nihil petetur, vel exigetur per Commune Bonotiæ, nec per aliam personam nomine suo de quodam debito mille octingentorum Florenorum auri, in quibus dicti Domini Guido, & Manfredus, Gerardinus, Johannes, Blanchinus, & Nicolaus se obligaverunt dicto Communi Bononiæ seu ejus Syndico stipulanti pro eo, tempore quo Dominus Rex Bohemiæ erat Dominus Civitatis Mutinæ, cum dictum debitum fuerit contractum pro dicto Domino Rege, & Communi Mutinæ, & promittant facere, & curare quod predicti sic obligati liberentur, & absolvantur per dictum Commune Bononiæ vel ejus Sindicum ad hoc specialiter constitutum infra mensem à die collati Dominii. Item quod nullum statutum, provisio, reformatio, decretum, sententia, præceptum, vel quodcumque aliud possit, vel debeat preferri vel fieri per dictos Dominos Marchiones, seu aliquos alios nomine suo, vel per aliquos alios nomine suo, vel per aliquos Officiales eorum, vel consiliarios, de jure, vel de facto in prejudicium suprascriptorum, & infrascriptorum, vel quod prejudicet, vel diminuat in totum, vel in partem aliquid de contentis in suprascriptis, vel infrascriptis Capitulis vel aliquo ipsorum, & si per ipsos, vel aliquem ipsorum, seu aliquem, vel aliquos predictorum fieret contra predicta, vel aliquod predictorum de jure, vel de facto, vel quod prejudicare, vel diminuere posset aliquid de suprascriptis, & infrascriptis, ex nunc prout ex tunc dicunt, & volunt dicti Domini Marchiones, quod illud tale factum sit nullius valoris vel momenti, seu ipso jure sit nullum, seu non teneat, nec valeat de jure, vel de facto. Item quod si aliqua obscuritas, vel dubitatio appareret, moveretur, vel esse diceretur, in suprascriptis, & infrascriptis Capitulis, vel pactis, vel in aliquo ipsorum. Quod declaratio, vel interpretacio debeat fieri, & intelligatur in favorem tantum dictorum Dominorum Guidonis, & Manfredi de Piis. Item quod per dictos Dominos Marchiones provideri, & firmari debeat, quod nulla persona que non fuerit, vel steterit, tempore guerræ cum Dominis Marchionibus ad ipsorum mandata, aut ad deffensionem Civitatis Mutinæ, aut in Civitate Mutinæ, possit nec debeat contra Intrinsecos Mutinæ jus aliquid petere, aut debitum aliquid exigere hinc ad tres annos, & simili modo intelligatur de extrinsecis, a quibus non possit petere usque ad dictum tempus. Item quod Bartholomeus de Baioarit, & Baroncellus de Guorcero Notarii Domini Manfredi, & eorum hæredes sint liberi, & exempti ab omnibus oneribus realibus, & personalibus per tres annos præterquam ab exercitibus, & cavalcatis. Item quod promissiones factæ super sponsaliciis tractatis per Dominum de Felbatoris nomine filii sui, cum quodam de Petrezanis inviolabiliter custodiantur, & serventur, non obstante minoritate utriusque futuri sponsi. Item quod Mutinensibus intrinsecis, & extrinsecis in aliquo suo facto vel jure non possit opponi aliqua exceptio excommunicationis interdicti, vel alicui sententiæ Ecclesiæ Romanæ, vel suorum Officialium in Judicio, vel extra. Item quod nullus possessor alicui rei immobilis, quod steterit ad mandata Communis Mutinæ, a quocunque annis citra continue, possit removeri a dicta Possessione nec super ea inquietari, vel molestari, nisi per modum juridicum, & ordinarium judicium, non obstante aliquo statuto, reformatione, provixione, vel decreto, vel quoquo alio factis, vel fiendis in contrarium. Item quod per dictos Dominos Marchiones opperetur, & fiet toto eorum posse, quod Mutinenses intrinseci possint tenere, & possidere omnes terras, & possessiones, quas habent, vel habere sunt soliti ultra flumen Scultene, & Panarii versus Bononiam, & eas recuperare si ab aliquo detinentur. Item quod Jacobus filius quondam Benedicti de Cagnolis bannitus pro malleficio commisso in personam Francisci filii Domini Antelmi de Zancaris pueri undecim annorum, & ejus consanguinei, non possit modo aliquo extrahi de bannitis, & condemnationibus in quibus est, occasione dicti Francisci, nisi pacem habuerit ab ipso Domino Antelmo, & ab ejus filiis. Item quod Possessiones, & Terræ, quas habet Dominus Antelmus in terra Panzani, eidem libere relaxentur a quolibet possessore toto posse dictorum Dominorum. Item quod Nannes, & ejus nepotes de Papazonibus, Johannes de Pazonibus, & filii, &, & Zacharias de Massa & filii, sint exempti ab omni onere reali hinc ad tres annos. Item quod omnes, & singuli Cives, & districtuales Mutinæ qui sunt, vel esse reperirentur obligati Communi Mutinæ, vel alie cujuscumque persone occasione, vel ex vigore quorumcumque redituum, vel Gabellarum ipsius Communis Mutinæ ab hinc retro, vel occasione quarumcumque fidejusionum, seu Promissionum factarum, vel quæ facte esse reperirentur ab hinc retro pro se vel alio nomine & occasione ipsorum redditurum, vel Gabellarum, vel alicui eorum in aliqua, seu aliquibus quantitatibus pecuniæ, salis, vel Bladis, sint, & esse intelligantur de jure totaliter absoluti ab ipsis promissionibus, & obligationibus antedictis. Et quod de hoc fiat, & fieri debeat speciale statutum in quantum predicta tangant Commune Mutinæ, Gerardinum de Molza, & ejus hæredes, & Rolandinum, & Nicolaum quondam Domini Andreæ Boni, vel aliquem eorum. Item cum Andreas de Lamolza habeat plura, & plura credita contra multos Cives, & Districtuales Mutinæ, & cum ipsi Cives, & districtuales propter guerrarum discrimina sint incommodis aggravati, quod per ipsum Andream, vel alium nomine suo non possit procedi ad exigendum dicta credita hinc ad tres annos. Et hoc locum habeat in intrinsecis, & extrinsecis. Item quod Frater Jacopinus, nunc Rector, & administrator Hospitalis, & Ecclesia Sancti Leonardi de Mutina deffendantur, & manuteneantur per dictos Dominos Marchiones, in ipsa Rectoria administratione, & Priorato dicti Hospitalis sicut modo est. Item quod dictus Dominus Marchio provideat Domino Pincepto filio Domini Vanni de Brancalibus, & ejus hæredibus de quodam podere Communis posito in Terra Solleriæ, in loco dicto silva de lamma, quod appellatur podere Domini Guidonis de Suzara, & est sexaginta Libr. vel circa, quod Dominus Rex Bohemiæ concessit. Uguzoni Famulo suo. Et quod stacio nunc dicti Domini Vannis, seu ipse Dominus Vannes, vel Jordanus ejus filius, & eorum hæredes pro dicta stacione, & extimacione dictæ stacionis tamen sint exempti ab omnibus oneribus realibus semper. Item quod Dominus Zacarias de Discalciis, & sui hæredes sint liberi, & exempti ab omnibus oneribus realibus, & personalibus. Et quod ipsi Domino Zachariæ provideatur per Dominos Marchiones de habitatione stationis, in qua nunc exercet artem Cambii, que est Communis, retinenda per eum, & suos hæredes in perpetuum. Item quod per dictos Dominos Marchiones satisfiat Teotonicis stipendiariis Mutinæ, tam de emendis rationabilibus equorum suorum, quam de paghis suis usque per totum mensem Aprilis. Quæ omnia, & singula suprascripta, & infrascripta promiserunt vicissim se unus alteri, & alter alteri, & mihi Notario infrascripto tanquam publicæ personæ stipulanti, & recipienti vice, & nomine dicti Domini Nicolai Marchionis Estensis absentis pro una parte, & dicti Domini Guidonis de Piis absentis pro alia parte, & omnium aliorum quorum interest, & interesse potest & poterit, solempnis stipulationibus hinc inde intervenientibus firma, & rata habere, tenere, observare, & adimplere, & non contrafacere vel venire, seu contrafacere volenti consentire per se vel alium aliqua ratione, causa vel ingenio, de jure vel de facto: Pro quibus omnibus, & singulis firmiter observandis predictus Dominus Manfredus obligavit eidem Domino Obizoni Marchioni omnia sua bona mobilia, & immobilia presentia, & futura. Et predictus Dominus Obizo Marchio eidem Domino Manfredo omnia sua bona mobilia, & immobilia presentia, & futura ejusdem Domini Marchionis. Renunciantes dictæ Partes hinc inde exceptioni omnium prædictorum non ita factorum, & permissorum, doli mali, conditioni sine causa, infactum actioni, & omni alio auxilio. Hac declaratione addita, quod suprascripti sexcenti florenorum auri dandi de provixione omni anno, & dividendi per dictum Manfredum inter consortes, & amicos suos, intelligantur dari debere pro rata mensium, videlicet singulis mensibus quinquaginta florenorum auri. Insuper ad robur omnium, & singulorum predictorum predictus Dominus Obizo Marchio, & dictus Dominus Manfredus sponte, & ex certa scientia, & non per errorem juraverunt corporaliter tacto libro ad Sancta Dei Evangelia, omnia, & singula supra-

ANNO 1336.

ANNO 1336. praſcripta inviolabiliter obſervare, & obſervati facere, & in aliquo non contrafacere vel venire. Demum Magnificus, & Illuſtris Dominus Dominus Maſtinus de Laſcala pro ſe, & Magnifico Domino Alberto de Laſcala ejus fratere precibus, & mandatis predicti Domini Obizonis Marchionis ibi preſentis juravit corporaliter tacto libro ad Sancta Dei Evangelia, & promiſit ipſi Domino Manfredo ſe facturum, & curaturum, omni juris, & facti exceptione remota, quod predicti Domini Obizo, & Nicolaus Marchiones Eſtenſes omnia, & ſingula ſupraſcripta inviolabiliter obſervabunt, & effectui omnimode demandabunt, ſub obligatione omnium bonorum ejusdem Magnifici Domini Maſtini. Volentes inſuper, & mandantes dictæ partes ex hoc contractu unius eidemque tenoris & forma fieri Inſtrumenta per me infraſcriptum Notarium, & Albertum à Bombus, & Nigrexolum de Ferraria Notarios predictorum Dominorum Marchionum, & Baronzelum de Guerceto Notarium prædicti Domini Manfredi Mutinenſem.

Ego Tebaldus quondam Magiſtri Danielis Phiſici Civis Veronenſis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Magnifici Domini Domini Maſtini de Laſcala Scriba, & Cancellarius predictis omnibus preſens interfui, & rogatus ea publice ſcripſi.

In Chriſti Nomine, milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſexto, Indictione quarta, die lune vigeſimo nono Menſis Julii, hoc Exemplum ſupraſcriptum per me Jaffinum de Jiffonaffis Notarius ex autentico ſupraſcripti Tebaldi Notarii inſinuatum fuit coram Domino Bartholomeo de Hengramis Judex Communis Mutinæ, & in ejus preſentia, & ad ipſum autenticum per me ipſum Notarium, & infraſcriptos Schiatam de Bracchalibus, Nani quondam Julii Specialis, & Venturam de Teſtagroſſis Notarius diligenter, & fideliter auſcultatum. Et quia idem Judex cognovit dictum Exemplum cum dicto Autentico in omnibus, & per omnia concordare, ut eidem exemplo tamquam autentico, adhibeatur de cetero plena fides, ſuam in hiis, & Communis Mutinæ auctoritatem interpoſuit, & decretum mandans eiſdem Notariis, ut in teſtimonium predictorum ſe ſubſcribant. Actum Mutinæ in Palacio Communis in Conſeria Dominorum Anzianorum preſentibus teſtibus Domino de Felbaronis, & Nicolao de Clauariis &c.

Ego Schiata de Bracchalibus Imperiali auctoritate Notarius, hoc exemplum una cum ſupraſcripto Jaffino Notario, & infraſcriptis, Nane quondam Julii Specialis, & Ventura de Teſtagroſſis Notarius ad autenticum ſcriptum manu dicti Tebaldi Notarii coram dicto Domino Bartholameo Judice diligenter, & fideliter auſcultavi & quod utrumque concordare inveni de ipſius Judicis Mandato in ejusdem exemplum plenam fidem, & teſtimonium me ſubſcripſi in milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſexto, Indictione quarta, die Lune XXVIIII. Julii.

Ego Nanes quondam Julii Specialis Imperiali auctoritate Notarius hoc exemplum una cum ſupraſcripti Jaffino, & Schiata Notarius & infraſcripto Ventura de Teſtagroſſis Notarius ad autenticum ſcriptum manu dicti Tebaldi Notarii coram dicto Domino Bartholomeo Judice diligenter, & fideliter auſcultavi & quod utrunque concordare inveni, de ipſius Mandato Judicis in ejusdem Exempli plenam fidem, & teſtimonium me ſubſcripſi in milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſexto, indictione quarta, die lune vigeſimo nono Menſis Julii.

Ego Ventura de Teſtagroſſis Imperiali auctoritate Notarius hoc Exemplum una cum ſupraſcriptis Jaffino Schiata, & Nane Notariis, ad Autenticum ſcriptum manu dicti Thebaldi Notarii coram dicto Domino Bartholomeo Judice diligenter, & fideliter auſcultavi, & quod utrumque concordare inveni, de ipſius Judice Mandato in ejusdem exempli plenam fidem, & teſtimonium me ſubſcripſi in milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſexto, Indictione quarta, die lune XXVIIII. Julii.

Ego Jaffinus de Jiffonaffis Imperiali auctoritate Notarius predictum Inſtrumentum ex Autentico ſcripto per dictum Tebaldum Notarium fideliter ſcripſi, ſumpſi, extraſſi, & exemplavi, & poſtmodum ipſum exemplum ad autenticum ſcriptum per dictum Tebaldum Notarium una cum ſupraſcriptis Schiata, Nanne, & Ventura Notariis coram dicto Domino Bartholomeo Judice diligenter, & fideliter auſcultavi & quod utrumque concordare inveni, de ipſius Judicis Mandato, & in ejusdem exempli plenam fidem, & teſtimonium me ſubſcripſi, in milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſexto, Indictione quarta, die Lune vigeſimo nono menſis Julii. ANNO 1336.

L. H. T. Ego Blaſius filius Domini Oldemuradi de Pellegrinis Civis Mantuæ Imperiali auctoritate Notarius publicus Exemplum ſupraſcripti Exempli ſupraſcriptum per antedictum Jaffinum de Jiffonaffis ab autentico dicti Tebaldi, una cum infraſcriptis Bartholomeo, & Andrea Notariis vidi, legi, & auſcultavi, & ut in exemplo predicto continebantur, ita hic fideliter exemplavi, nil addens, vel mihuens quod ſenſum mutet, nec variet intellectum, niſi forte in literis, vel ſilabis componendis, & preter ſigna Tabelionum qui ſe ſubſcripſeraut in dicto exemplo, quæ omiſi. Et quia utrumque inveninus per omnia concordare, ideo de Mandato, licentia, & auctoritate Sapientis Viri Domini Bernardini de Blanchis de Regio Judicis & vicarii ad Banchum mallorum pro Communi Mantuæ deputati, ſuam, & Communis Mantuæ auctoritatem ſupraſcriptis omnibus interponentis, & decretum nobis in hac parte conceſſis, ad majus robur, & firmitudinem promiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum anno Nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſecundo, Indictione quinta, Die Sabbathi vigeſimo Menſis Octobris in Civitate Mantuæ in Curtivo Ancianorum prefati Communis Mantuæ, preſentibus Dominis Minacio de Iſollellis, Creſcimbeno quondam Domini Tranceſchini de Guaciis, & Franciſco quondam Domini Guidoni Aurificis de Crema omnibus Civibus Mantuanis vocatis teſtibus, & rogatis, de qua conceſſione, & licentia conſtat publicum Inſtrumentum rogatum, & ſcriptum per Nicolaum de Bonafantibus Notarius ſub dictis die, milleſimo, Indictione, loco, & ipſis teſtibus antedictis.

L. H. T. Ego Bertholomeus Natus quondam Domini Creſcimbeni de Valentis Imperiali auctoritate Notarius exemplum ſupraſcripti Exempli inſinuatum una cum dicto Blaxio, & infraſcripto Andrea Notariis vidi, legi, & auſcultavi & ut in dicto Exemplo continebatur, ita hic per dictum Blaxium exemplatum invenimus, & utrumque per omnia concordare, ideo de Mandato, & licentia, ac auctoritate ſupraſcripti Domini Bernardini Judicis, & Vicarii auctorizantis nobis conceſſis ad majus robur me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui in teſtimoniüm premiſſorum, die, loco, milleſimo, & indictione preſcriptis, ac preſentibus teſtibus prelibatis.

L. H. T. Ego Andreas filius Jacobini de Parnellis de Godio Imperiali auctoritate Notarius publicus Exemplum ſupraſcripti Exempli inſinuatum una cum ſupraſcriptis Blaſio, & Bartolomeo Notariis vidi, legi, & auſcultavi, & ut in dicto Exemplo continebatur, ita hic per dictum Blaſium exemplatum invenimus, & utrumque per omnia concordare, Ideo de Mandato, licentia, ac auctoritate ſupraſcripti Domini Bernardini Judicis, & Vicarii auctorizantis nobis conceſſis, ad majus robur me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum in teſtimonium premiſſorum, die, loco, milleſimo, & Indictione preſcriptis, ac preſentibus teſtibus prelibatis.

In Chriſti nomine Amen. Anno à Nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſecundo Indictione quinta, die Sabbathi vigeſimo Menſis Octobris, in Civitate Mantuæ in Curtivo Ancianorum Communis Mantuæ, preſentibus Dominis Minacio de Yſolelis, Creſcimbeno quondam Domini Franceſchini de Guacis, & Franciſco quondam Domini Guidonis de Crema aurificis Civibus Mantuæ vocatis teſtibus, & rogatis. Ibi Sapiens, & diſcretus Vir Juris peritus Dominus Bernardinus de Blanchis de Regio Judex, & Vicarius ad banchum mallorum pro Communi Mantuæ deputavit, mandavit, ac licentiam, & auctoritatem conceſſit Blaxio filio Domini Oldemurandi de Pelegrinis Notarius exemplandi quoddam Inſtrumentum exemplatum, & ſupraſcriptum ab autentico per Jaffinum de Jiffonaffis, & ſubſcriptum per Schiatam de Brachalibus, per Nannem quondam Julii Specialis, & per Venturam de Teſtagroſſis Notariis, quod Inſtrumentum continet Pacta, & Conventiones factas, & facta inter Illuſtrem, & Magnificum Dominum Dominum Obizonem, Extenſem Marchionem, agentem pro ſe, ac nomine, & vice Illuſtris, & Magnifici Domini Domini Nicolai Marchionis Extenſis ſui Fratris ex una parte, & Dominum Manfredum de Piis agentem pro ſe, ac nomine, & vice Domini Guidonis ejus fratris ex altera ſuper contentione Domini

ANNO 1336. Civitatis Mutinæ, & ejus Diſtrictus, quod incipit: In Chriſti Nomine Amen. Anno à Nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſexto, Indictione quarta, & finit, die Lune vigeſimo nono Menſis Julii, & conceſſiti & licentiam dedit Bartholomeo quondam Domini Creſcimbeni de Valentis, & Andreæ filii Domini Jacomini de Paynellis de Godio Notariis ut una cum Domino Blaſio ſupradicto in dicto Exemplo, quod ſcribet, vel faciet per Notarios, & Teſtibus ſe ſubſcribant apponendo ſigilla ipſorum ut eidem exemplo tamquam Originali adhibeatur de cetero plena fides.

L. H. T. Ego Nicolaus Filius Domini Franceſchini de Bonafantibus Imperiali auctoritate Notarius Publicus hiis omnibus preſens fui, & rogatus ſcribere ſcripſi.

Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicuſque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius, ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi. Actum hac die 14. Martii 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 15. Martii 1720.

LXXX.

1337. 9. Decembre. **Kayſers LUDOVICI Entſcheidung deter Streitkeiten / ſo ſich zwiſchen Marggraf Friderich den Ernſthaffen zu Meiſſn / und denen Hrrn von Plauen wegen des Bergwerks zu Hohenforſt erhaben. Geſchehen zu Schleuſing am Dienſtag nach Maria Empfängnis 1337.** [LUNIG Teutſch. Reichs-Archiv. Partis Special. Continuatio 2. Abtheilung. 6. Abſatz 18. pag. 210.]

C'eſt-à-dire.

Sentence arbitrale de l'Empereur LOUIS *entre* FRIDERICK SEVERE, *Marcgrave de Miſnie, & les Seigneurs de Plaven, ſur les differents qu'ils avoient au ſujet des Mines de Hohenforſt. Fait à Sluſung le Mardi après la Conception de la Sainte Vierge* 1337.

WIr Ludwig von GOttes Genaden / Römiſcher Keiſer / ze allen Zeiten Merer des Riches. Verjehen offenlichen an dieſem Brief / daß wir unſern lieben Sun und Fürſten Fridrichen Marggrafen ze Meiſſen / und die Edlen Man / Hainrich den Vogt von Blaw / den man nennet den Langen / Hainrich Vogt von Plawen / den man nennet den Rüſſen / Hainrich den Eltern / Hainrich den Jüngern Vogt von Gera / Hainrig den Eltern / und Hainrich den Jüngern Vogt von Weyda / ſtruntlich und gutlich entricht und entſchaiden haben umb alle Krieg / Bruch und Vſtauff di zwiſchen in under einander umb daß Berckwerch ze dem Hohenforſt hüntz her geweſen ſint / als hernach geſchrieben ſtat. Hainrich Vogt von Blawen / Rüſſe genannt / der egenant und ſein Erben ſullen daß vorgenant Berchwerch und alle Anrecht leiſten / beſtellen und beſetzen / daß ſelbe ſullen die vorgenannten Vogte der alte von Blaw / di von Gera / und von Weyda / und ir Erben tun / ob der vorgenannten Vogt von Blawe der Ruſſe und ſin Erben nicht lenger en weren / All Nutze des vorgenanten Berchwerchs / die zu der Urbor gehoren / ſullen halb des vorgenannten unſers Suns des Marggrafen von Meiſſen und ſinen Erben / und halb der vorgenanten Vögte und ihren Erben ſin. Was aber von Ackerrechte / von Erbrechte / oder von andern Dingen / wie ſie geheiſſen ſin / di zu der Urbar nicht gehören / gevellet / daß ſol dem vorgenannten Ruſſen Vogt von Blaw und ſinen Erben zu vort gar volgen / da von daß es in ſinen Richte und Gebieten gelegen iſt / und wann der vorgenannte Rüſſe und ſein Erben nicht lenger ſin / ſol es uff di andern vorgenannten Vögte und ir Erben gevallen. Ouch ſol der vorgenannte Ruſſe von Blaw und ſin Erben all Gerichte uf den obgenannten Berchwerch behalten mit allen Nutzen und Eren / als ſie ſin Eldern uf in bracht haben. Wann aber er und ſine Erben nicht lenger ſin / ſo ſol es volgen den vorgenanten andern Vogten und irn Erben. Geſchch auch / daß dem vorgenannten Marggrafen von Miſne unſerm Sun / und ſinen Erben / oder den vorgenannten Vögten und irn Erben an dem vorgeſchriebenen Berchwerch jemand an vertigen oder hindern wolde; So ſol derſelb Marggraf und ſin Erben denſelben Vogten und irn Erben beholffen ſin und ſi vertepdingen. Dartzu getrewlich mit gantzer Macht an Argeliſi / daß ſelbe ſullen auch die Vogte und ir Erben unſerm Sun dem egenannten Marggrafen und ſinen Erben wider tun an Argeliſt. Alle dis vorgeſchrieben Rede / Stücke und Artickel haben wir geteydingt zwiſchen den Vorgenanten / dem Marggraffen von Miſſne und den vorgenantenten von Blawn / von Gera / und von Weyda / mit irem guten Willen / und Wiſſen und Rate irer Brunde und Manne beyderſiten. Und dar uber in derſelben wis / als hie vorgeſchrieben ſtet / Sie ouch ſunderlich von unſerm Heizze ir Brive baiderſiten gegeben haben. Diſelben Brieve / teyding-und Berichtung / als ſi hi verſchriben ſten / hab wir beſtetigt und beveſtend / Und beſtetigen und beveſten ſi ouch von unſern und des Riches wegens an diſem ſelben Brieve. Und wellen daz ſi ewiglich in ire Krafft und Macht beliben. Ze einem Urchund diz Briefs der geben iſt ze Sluſung an Dinſtag nach unſerer Frawen Tag als ſi empfangen ward. Nach Kriſtus Geburt druzehenhundert Jar / darnach in dem ſiben und dreiſſigiſten Jar In dem driw und zweinzigiſten Jar unſers Reiches / und in dem zehenden des Keyſerthumbs.

LXXXI.

1338. 27. Fevrier. *Tractatus inter* EDUARDUM III. *Angliæ Regem ab una, atque* BALDEVINUM *Archiepiſcopum Trevirenſem ab altera parte; Quo ille ab Archiepiſcopo auxilium & aſſiſtentiam requirit, & pro his ſexaginta & unum mille florenorum ſe daturum promittit, atque in magis idoneam Cautionem memorato Archiepiſcopo Coronam Regni Angliæ titulo pignoris obligat. Actum Anno* 1338. *Secundum ſtylum Eccleſiæ Anglicanæ, & Provinciæ Trevirenſis die penultima Februarii.* CUM *Confirmatione dicti Regis ſuper hoc Tractatu. Datum Anno* 1338 *die* 18. *Menſis Martii.* [LUNIG Teutſch Reichs-Archiv. Part. Spec. Continuat. 1. Fortſetzung 3. pag. 52.]

NOS *Henricus, permiſſione divina, Epiſcopus Lincolnienſis,*
Reynaldus Comes Delriæ & Zuiph,
Willielmus de Monte Aculo Comes Sarum,
Henricus de Ferrariis Camerarius,
Johannes Darcæ, Seneſcallus Hoſpitii, Sereniſſimi Domini Noſtri Domini Edwardi Regis Angliæ,
Willielmus de La Pole
Et Paulus de Monte Flerum,

SPeciale & ſufficiens ad infra ſcripta ab eodem Domino noſtro Edwardo, Anglorum Rege mandatum habentes, recognoſcimus, tam dicti Regis Angliæ, quam noſtro nomine, publice per præſentes, quod, licet ex parte dicti Domini Regis cum Reverendo in Chriſto Patre ac Domino, Domino Baldewino Archi-Epiſcopo Trevirenſi, ſuper Auxilio & aſſiſtentia, Sacro Romano Imperio & dicto Regi per ipſum Domin. Archi-Epiſcopum faciendis, ac ſuper certis Pecuniarum ſummis, eidem Archi-Epiſcopo ob hæc dandis,

Nonnullæ *Ordinationes & Conventiones* factæ & habitæ dinoſcantur, Promiſſionibus & litteris ab utralibet partium mutuo inde datis,

Nos tamen, juxta illas, præfato Domino Archi-Epiſcopo, pro prætactis Auxilio & Aſſiſtentia, nomine, quo ſupra, efficaciter promiſimus, & promittimus,

nos

ANNO 1338. nos procuraturos & facturos quod Vilnelmus Rufus, Judæus de Argentina, nomine dicti Domini noſtri Regis, quinquaginta milia Florenorum aureorum de Florentia, bonorum & legalium, (de quibus in litteris dicti Regis alias memorato Domino Archi-Epiſcopo datis, continetur) & etiam undecim Florenorum prætactorum.

Quæ quidem undecim mille Nos Comes Gelrenſis prædictus, juxta Poteſtatem, nobis ſuper hoc per dictum Dominum Regem in prætactis Litteris ſuis datam, tam ratione ſtipendiorum, quam pro hoſpitio ipſius Domini Archi-Epiſcopi, pro primo Menſe ab eo tempore quo ipſe Dom. Archi-Epiſcopus a Treven. pro dictis Auxilio & Aſſiſtentia progredi incipiet, computando, rationabiliter moderati ſumus & præſentibus arbitramur, dabit & ſolvet integraliter, ante feſtum Palmar. proximum, Domin. Archi-Epiſcopo memorato,

Quod ſi hæc non fecerit, ex tunc nos, omnes & ſinguli prædicti, nomine quo ſupra, ante Dominicam *Quaſi modo* proximam, ipſi Domino Archi-Epiſcopo, de prætactis Sexaginta uno Milibus Florenorum prædictorum, ſatisfacere debebimus integraliter cum effectu.

Inſuper promiſimus & promittimus, ut ſupra ultra prætactas ſummas, pro prætactis Auxilio & Aſſiſtentia, eidem Dom. Archi-Epiſcopo alia quinquaginta mille Florenor. prædictorum (de quibus etiam in Litteris dicti Regis fit mentio) ante feſtum Nativitatis ſancti Johannis Baptiſtæ proximum; Item eidem Domino Archi-Epiſcopo, ratione ſtipendiorum & ſui Hoſpitii prætactorum, poſt lapſum primi Menſis prædicti, quamdiu dictus Dominus Archi-Epiſcopus, vel ejus Exercitus, in Expeditione, ratione Auxilii & Aſſiſtentiæ prædictorum, fuerint, in principio cujuslibet Menſis, undecim mille Florenorum prætactorum per nos, vel alios ex parte dicti Regis, integre nos daturos.

Cæterum ſi dictum Dominum Archi-Epiſcopum, aut ſuos occaſione Aſſiſtentiæ vel Auxilii prædictorum, Dampna aliqua, in Hominum ſuorum Captivationibus, in Equorum perditionibus, aut alias qualitercunque, ſuſtinere contigerit, hujusmodi Dampna dictus Dominus Rex, & nos, Archi Epiſcopo refundere tenebimur & plenarie reſarcire.

Et, ut prædicto Domino Archi-Epiſcopo, ſuper prædictis, plus ydonee caveatur, ſibi Coronam dicti Domini Regis ac Regni Angliæ Hæreditariam & præcellentiorem, rite & legitime quo ſupra nomine, pro quinquaginta millibus Florenorum prætactis in Feſto prædicto ſolvendis, titulo Pignoris tradidimus & obligavimus, & hiis Litteris obligamus;

Promittentes, quo ſupra nomine; quod prætacta Corona, per ſolutionem & numerationem eorundem quinquaginta Milium Florenorum, & etiam quinque Milium Florenorum (quæ quidem mille dicto Archi-Epiſcopo, pro ſuis ſumptibus, jam pro dicto Domino Rege factis, in omnem eventum ſolvenda promiſimus, & promittimus ante feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ prætactum) per nos, vel alios, nomine dicti Domini Regis, redimi & liberari debebit.

Quod ſi factum non fuerit, ex tunc præfatus Dominus Archi-Epiſcopus, dictam Coronam libere poterit alii, vel aliis, (ut ſibi placuerit) ulterius obligare, usque ad ſummam prætactorum quinquaginta & quinque millium Florenorum; nec non pro Dampnis & intereſſe, ſi quæ ipſum Dominum Archi-Epiſcopum ex retardata ſolutione dictorum quinquaginta & quinque Milium Florenorum, ipſi Archiepiſcopo facienda, quocunque modo contigerit ſuſtinere; ſuper quibus dicti Domini Archi-Epiſcopi verbis, ſecundum ſui Conſcientiam prolatis, ſtabimus & credemus; hoc tantum excepto, ne ipſa Corona Tranſlatione Domini, ante Lapſum Anni, inchoandi in dicto beati Johannis Feſto quomodolibet diſtrahatur;

Poſt Annum vero hujusmodi effluxum, nec prædictus Dominus Archi-Epiſcopus, nec quivis alius, ſuper prædicta Corona, prædictum Dominum Regem, nos, aut aliquem ſuperiorem, in aliquo requirere tenebitur quovis modo.

Nec dictus Dominus Rex, nec aliquis noſtrum, ſeu quivis alter, ſuo, vel noſtro nomine, dictum Dominum Archi-Epiſcopum, aut quemvis alium, ſuper Corona prætacta, contra voluntatem ipſius Domini Archi-Epiſcopi, impetere poterit vel debebit.

Et, ſi per hujusmodi Coronæ obligationem dicto Domino Archi-Epiſcopo, de prætactis quinquaginta quinque millibus Florenorum, & Dampnis & intereſſe prædictis, ad plenum ſatisfactum non fuerit, ex tunc quicquid ipſi de præmiſſis defuerit, de hoc dictus Dominus Rex, ac nos noſtrique ſucceſſores, & Hæredes integre ſibi ſatisfacere debebimus & tenemur. ANNO 1338.

Eſt *inſuper* condictum & adjectum quod, ſi ſexaginta unum millia Florenorum, ſuperius primo tacta, ante Dominicam *Quaſi modo* prædictam, dicto Domino Archi-Epiſcopo ſolvendorum, ante jam dictam Dominicam realiter & integre tradita & ſoluta non fuerint, ut ſuperius eſt præmiſſum, tunc dictus Dominus Archi-Epiſcopus ad Auxilium & Aſſiſtentias prædictas minime tenebitur, nec dicto Regi, nobis, vel alicui, aut aliquibus, ſuo nomine, in aliquo penitus ſit aſtrictus;

Et nihilominus prætacta Corona memorato Domino Archi-Epiſcopo, pro ſuis, & ſuorum, laboribus, ſumptibus & apparatibus occaſione Auxilii & aſſiſtentiæ præmiſſorum per ipſum Archi-Epiſcopum & ſuos jam factis, pro viginti & quinque millibus Florenorum prætactorum, remanere & eſſe debebit tam diu cum efficacia obligata, quousque ſibi de viginti quinque millibus jam dictis, ac Dampnis & Intereſſe, ſi quæ ipſum Archi-Epiſcopum, ex mora ſolutionis prædictorum viginti quinque millium Florenorum, ſuſtinere contigerit, per dictum Dominum Regem, nos, vel alios ex parte ipſius Domini Regis, fuerit plenarie & realiter ſatisfactum.

Quam quidem Coronam poterit memoratus Archi-Epiſcopus, poſt dictum Feſtum ſancti Johannis, pro prædictis vigintiquinque millibus Florenorum, & Dampnis & Intereſſe prædictis, alii, vel aliis Creditoribus, quos ydoneos reputaverit, obligare ac de ea diſponere, ſub modis, & Conditionibus, ac Obſervationibus, prout in caſu prætacto, quo ſervire teneretur, de Obligatione hujusmodi Coronæ, pro majori ſumma facienda, ſuperius expreſſum.

Et, ſi præfato Archi-Epiſcopo, per hujusmodi Coronam, ſeu ejus obligationem, de prætactis viginti millibus quinque Florenorum, ac Dampnis & Intereſſe prædictis, ſatisfieri non potuerit, tunc quicquid ſibi de eadem ſumma, ac Dampnis & Intereſſe prætactis defuerit, & id, quo minus habuerit, tenebitur memoratus Dominus Rex, ac nos tenebimur, eidem Archi-Epiſcopo plenarie reſarcire.

Nec ultra jam tacta viginti quinque millia, ac Dampna & Intereſſe prætacta, prædictus Dominus Rex, aut nos, eidem Archi-Epiſcopo, in aliquibus aliis pecuniarum Summis, eſſe debemus obligati.

Et cum de dictis viginti quinque millibus Florenorum, cum Dampnis & Intereſſe prædictis, fuerit, infra Annum, a feſto beati Johannis prætacto, vel citius, prædicto Archi-Epiſcopo ſatisfactum, tenebitur dictus Dom. Archi-Epiſcopus prædictam Coronam præfato Domino Regi, ſuove Procuratori, ad id ſufficiens mandatum exhibenti, ſub Sigilli Teſtimonio liberare.

Cæterum in omnibus & ſingulis ſupra & infra ſcriptis, in quibus præfatus Dominus noſter Rex, aut nos prædicto Domino Archi-Epiſcopo obligati ſumus, ſeu aſtricti, in his etiam aſtricti & obligati illi vel illis, qui Cauſam, vel Cauſas, aut præſentes litteras ab ipſo Archi-Epiſcopo habuerint, juxta Declarationem & Determinationem prædictas, eſſe volumus & debemus: volentes etiam ut circa obligationem prædictæ Coronæ, & circa alia, eadem facere poſſint quæ poteſt Archi-Epiſcopus memoratus.

Et, pro præmiſſis & ſequentibus omnibus & ſingulis inviolabiliter obſervandis, conſtituimus nos, & quemlibet noſtrum in ſolidum pro dicto Domino Rege Fidejuſſores & Principales debitores;

Volentes & eligentes ſponte, ſi ea plene non fuerint obſervata, quod ipſe Dominus Archi-Epiſcopus per ſe, & alios ultra hoc, quod dictum Dominum Regem, & nos, vel aliquem de noſtris, præmiſſis non obſervatis, notare & inculpare valeat dictum Dominum Regem, Nos ipſos; Bona, & Res, ipſius & noſtras, ac Subditorum dicti Domini Regis, ac noſtrorum, quibuscunque nominibus nuncupentur, ſine cujusquam Judicis aut Superioris Requiſitione, Auctoritate, Licentia, injuria, vel offenſa, invadere, occupare, detinere, ac ſe de eis intromittere; Ipſasque Res & Bona, obligare & diſtrahere poſſit, donec ſibi de omnibus & ſingulis, quæ ſibi de præmiſſis defuerint, ſeu quorum minus habuerit, plenarie ſatisfiat.

Item neque dictus Dominus Rex, neque nos, nec aliquis noſtrum, ad Regnum Angliæ unquam absque libera & expreſſa licentia dicti Domini Archi-Epiſcopi, tranſfretare, vel venire debebimus, ſeu debebit; niſi

ANNO 1338. nisi prius satisfactum existat præfato Domino Archi-Episcopo, secundum Determinationes prætactas, de omnibus & singulis supratactis.

Est insuper condictum specialiter & adjectum, quod nos, apud præfatum Dominum nostrum Regem Angliæ, faciemus & procurabimus, quod Rex ipse suis Patentibus Litteris, Majori suo sigillo pendente sigillatis, præfato Domino Archi-Episcopo, infra hinc & Dominicam *quasi modo* sæpe dictam tradendis, omnia & singula supra & infra scripta, de suo Mandato speciali, gesta fore recognoscat; & quod ea approbet, gratificet, & ratificet: Eaque firma & inconcussa servare pro Se, & suis Hæredibus, ac Successoribus per fidem suam promittat.

Et postquam hoc factum fuerit, ex tunc Litteræ dicti Domini Regis, alias conscripræ & sigillatæ, ipsique Domino Archi-Episcopo occasione prætacta traditæ, quoad quascunque summas Florenorum, ex parte dicti Domini Regis ipsi Archi-Episcopo quibuscunque terminis persolvendas: Nec non quoad Damna & Interesse, quæ ea occasione, eidem Domino Archi-Episcopo resarcienda vel refundenda esse debebunt; viribus vacuatæ, & quantum ad hoc, pro infectis penitus habeantur; eisdem tamen prioribus Litteris Regiis, quoad alia in ipsis contenta, in suo robore duraturis.

Ea omnia & singula supra & infra scripta promisimus, & promittimus per fides nostras, per nos præstitas corporaliter, loco & vice Juramenti, dictum Dominum Regem, ac Nos ipsos, rata & grata, ac firma inviolabiliter seruaturos & adimpleturos; & quod contra ea, per Nos, vel alios, occulte vel publice, directe vel indirecte, quovis exquisito ingenio, colore, vel arte, non faciemus, nec veniemus, nec a quoquam, quantum in nobis est, fieri permittemus.

Nec etiam præfatum Dominum Archi-Episcopum, in detentione prælibatæ Coronæ vel ejus obligatione juxta conscripta superius, impediemus, seu obstaculum aliquod interponemus, aut quomodolibet impetemus:

Renunciantes, pro dicto Domino Rege, nobis, ac nostris Hæredibus & Successoribus, omnibus & singulis, omni Juris beneficio Canonici & Civilis, nec non consuetudinibus, Privilegiis, Gratiis, Libertatibus, & Litteris quibuscunque, defensionibus quoque & Exceptionibus, quæ dicto Domino Regi, Nobis, vel nostris Hæredibus aut successoribus, contra præmissa, vel ipsorum aliquod, possent & aliqualiter suffragari, Dolo, Fraude, & Violentia, in omnibus & singulis prætactis, semotis penitus & exclusis.

Acta sunt hæc nobis, Episcopo & Comite Gelriæ, supradictis, præsente & cooperante Domino Bartholomæo de Burghas Milite pro parte dicti Domini Regis:

Sed ex parte Domini Archi-Episcopi sæpe dicti, Nobilibus Viris Dominis, Johanne de Brunshorn, Paulo de Caych, Militibus: Tylmanno de Rodemeratur Armigero: Magistro Coquine; & Magistris Wyclo de Birgele, Rudolpho dicto Lasse, & Theod. dicto Hacke, Clericis Domini Archi-Episcopi Trevirensis supradicti, præmissa tractantibus & præsentibus in eisdem.

In quorum omnium evidentiam ac robur sigilla nostra præsentibus sunt appensa.

Ego quoque Bartholomæus supradictus, recognoscens me omnibus & singulis præmissis interfuisse, eaque tractasse, & quia, ex voto speciali, cum prædicto Domino Episcopo Lincolniensi, Fratre meo, nec Principalis debitor, nec fidejussor esse possum, Sigillum meum, in præmissorum evidens Testimonium appendi etiam ad præsentes.

Dat. Anno Domini Millesimo Trecentesimo, Tricesimo Octavo, secundum stilum & Consuetudinem Ecclesiæ Anglicanæ & Provinciæ Treverensis die Penultima Mensis Februarii.

Conventionum cum Archi-Episcopo Trevirensi Confirmatio.

NOs Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, notum facimus universis quod inter Nos, & Reverendum in Christo Patrem, Baldevinum Archi-Episcopum Trevirensem, per Venerabilem Patrem, Dominum Henricum Episcopum Lincolniensem, & spectabilem Virum, Reynaldum Comitem Gelriæ & Zutphanensem, affinem, Fideles nostros dilectos, tractatum, gestum, & ordinatum existitit, ex speciali nostro mandato & beneplacito, per omnem modum & formam, in infra scriptis Litteris comprehensos, quarum quidem Litterarum tenor, de verbo ad verbum, dignoscitur esse talis: ANNO 1338.

Nos, Henricus, permissione divina Episcopus Lincolniensis &c. *ut supra de Dat.* 28 *Febr. usque ad hæc verba, viz.*

Et nos Edwardus, Rex Angliæ supra dictus, omnia & singula, in supra scriptis Literis expressata, rata & grata habentes, ea approbavimus, & præsentibus approbamus; promittentes nihilominus, pro Nobis, & Hæredibus nostris ac Successoribus, per fidem nostram corporaliter inde datam, quod omnia & singula præmissa, in quantum nos concernunt, firma & inconcussa observare, & adimplere debebimus, ut tenemur.

In quorum omnium evidentiam, Sigillum nostrum præsentibus sit appensum.

Dat. Anno Domini M. CCC. XXXVIII. secundum stylum & consuetudinem Ecclesiæ Anglicanæ & Provinciæ Trevirensis die XVIII. Mensis Martii.

LXXXII.

Vertrag zwischen Otto Graf van Orlamunde, und Johan Burggraf von Nurmberg / kraft dessen dieser jenem 4000. pfund gutter Heller leyhet auf die Stadt Kulmnach / und was unter selbige gehöret / jener aber ihn zum Erben einsetzet von Plassenburg / Kulmnach und allen andern güttern / falls er ohne männliche Erben solte absterben / doch mit diesem Beding / daß Er Burggraf / die Töchter bestatten solle / wann der Graf Otto einige solte gewinnen / und des Burggrafen söhne des Graf Otto söhnen / wann er einige haben solte / und der Burggraf vor den Grafen Otto sterben würde / 3000. pfund heller geben sollen / darum daß sie dasselbige Recht zu des Graf Otto Söhnen haben / welches Recht der Burggraf / und seine Söhne gegen den Graf Otto gehabt haben; Es seynd die bedingnüssen mit eingerückt / wie die vorfallende strittigkeiten zwischen beyderseits unterthanen sollen abgethan werden. Geben am Palm-Sontag Anno 1338. [CHRISTIANI GASTELLI de statu publico Europæ noviſſimo. Tract. cap. 24. pag. 783.] 4. Avril:

C'est à-dire.

Accord entre OTTON *Comte d'Orlamunde &* JEAN *Burgrave de Nuremberg, par lequel celui-ci prestant à l'autre* 4000. *livres de bons Hellers, reçoit en hypotheque la ville de Culmbach avec ses dépendances; outre quoi le même* OTTON *l'institue son heritier, dans Plasemberg, dans Culmbach, & dans tous les autres biens en cas qu'il vienne à mourir sans enfans mâles, à condition neantmoins de marier les filles convenablement. Le Burgrave en échange s'oblige que s'il vient à mourir avant ledit Comte* OTTON, *laissant l'un & l'autre des Fils, les siens payeront à ceux d'*OTTON *encore* 3000. *livres de Hellers moyennant quoi ils jouiront à leur égard des mêmes Droits dont lui Burgrave jouit à l'egard d'*OTTON. *Fait la veille du Dimanche des Palmes l'an* 1338.

WIr Otto von Gottes genaden / Graff von Orlamunde / Herr zu Plassenberg / verjahen und thun kundt offentlichen an diesem Brieff / allen die ihn sehen oder hören lesen / dass wir mit gesamter Handt der Edlen Frauen Kunigunden / unserer lieben Wirthin / und mit unserer Rahtes Rath / uns lieblich und freundlich vereint und besammet haben / mit dem Edlen Manne / Johannsen Burggrafen zu Nürnberg / unserm lieben Oheim also / dass er uns geliehen hat 40000. pfund guter Heller / die wir von Ihm empfangen haben / auf unsere Stadt

ANNO 1338. Stadt Kulmnach auf Daß dorff Grauendabrach/ auf das Vorwerg Praſtorff/ auf die Aecker Kuppeln genandt/ undt auf alle die Gut/ Gülte undt Nutze/ die in dem Zolle zu Kulmnach als unter der gerichte gelegen seyndt/ der Zoll gehet von Kulmnach/ bis an der Kunitzenbach undt an dem bach der Kulmnach genant ist/ an den Lauerburgerbach/ undt an dem fallenden brunen/ mit allem dem undt zu der Vorgenannten Stadt Kulmnach undt Gegend in dem Zolle/ als weit vorgeschrieben sicht/ gehört mit Dorffern/ Mühlen/ vorwerchen/ Gerichten/ Rechten/ Guten/ Nutz/ Zinssen/ Steuren/ Fischwasser/ Höltzer/ Wiesen/ Aeckern/ Holtzbab/ Gülte in der Stadt undt darvor/ Wassern/ Weyden/ Eren undt Gewohnheiten besucht undt unbesucht/ wie dann genandt ist/ mit dem Gedinge dass Er undt seine Erben die vorgenannten Stadt Kulmnach/ Gute undt Gülte mit allen Rechten/ als vorgeschriben stehet/ inne haben undt nutzen sollen/ als langen untz wier oder unssere Erben/ dieselbe Stadt und Gut von ihn erledigen undt erlössen/ umb die vorgeschriben 4000. Pfundt Heller/ auch haben wir mit gesamter handt der Edlen Frauwen Kunigunden/ der ehegenamten unsserer lieben Wirthin/ undt mit wohlbedachten muth alle unssere Herrschafft undt Gut/ dir wir haben/ gewinnen und lassen/ mit sambt dem Besten Plassenberg/ Kulmnach undt Drebgost/ Landt/ Leuten undt Gütern/ wie die genannt sind/ oder wo sie gelegen sind/ undt alle die worte und Recht/ die wir haben zu der Besten Berneck/ undt was dar zu gehöret/ besucht undt unbesucht/ Verschaffet undt Vermachet/ undt Verschaffen undt Vermachen mit dissen gegenwärtigen brieff dem ehegenanden Burggraffen Johannessen und seinen Erben/ mit dem gedinge/ ob wir ohn ehelich Sun verführen/ so soll die vorgenante Herrschafft Plassenberg/ mit Lande/ Besten/ Städten/ Mannschafften/ Gerichten/ Geleiten/ Kirchsetzen/ Leuten/ Dörffern/ Rechten/ Nutzen/ Guten undt Gewohnheiten/ wie die genannt seindt/ oder wo die gelegen sind/ undt auch die vorgenannte worte undt Recht zu vorgenannten Burggraffen Johannessen undt seinen Erben verfallen seyn durchschlechtlichen. Auch haben wir mit Nahmen auffgenohmmen daß wir von denen vorgenannten Guten allen/ als vorgeschrieben steht/ wol verschaffen mögen/ 2000. Pfundt heller durch unsser Seelheil willen/ oder wenn wir wollen/ nach unssern Todt. Wär auch/ daß wier Ehelich Töchter gewinnen/ der solle sich der ehegenannt Burggaff Johannes oder seine Erben unterwinden/ undt sollen die bestatten/ nach ihren ehren und Treuen undt als wie selbes Kindter: Auch ist geredt worden/ ob wir vor ehehaffter Noth nicht versparen möchten/ wir müssen unssere Gelten-guth ein Theil versetzen oder verkauffen an die vorbenannte Bürge und Städt/ dieselben Gut sollen wir anbieten den ehegenannten Burggraffen Johannes oder sein Erben/ und sollen in die nach Vier Manne Raht/ der unsser jedweder zween nehmen soll/ geben zu kauffen oder versetzen/ undt daß sollen dieselben Vier Mann ungefehrlichen darnach eriben in einem Monath. Wär aber/ daß dieselben Gut dem vorgenannten Burggraffen Johannessen oder seinen Erben nicht fuglam wären zu kauffen oder darauf zu leihen/ so soll er undt seine Erben uns beholffen seyn/ jetze denen/ dem wir die Gut versetzen oder verkauffen/ ohn aller Gefehede. Mit Nahmen ist auch gedeydinget/ ob der ehegenannte Burggraff Johannes er stirbe ehe dann wir/ undt daß wir ehelich Sun hatten: So sollen uns undt unsserein Sühnen/ des vorbenannten Burggraffen Johannessen Erben geben 300 ℔. Pfundt heller/ darum das sie dasselbe Recht zu unssern Sühnen haben/ das der ehegenante Burggraff Johannes undt seine Erben/ zu uns/ unsserer Herrschafft/ Lande/ Beste/ Leuten und gütern/ besuchten undt unbesuchten gehabt hat/ mit allen Puncten Artickeln undt Rechten/ als vorgeschriben steht. Ist auch/ daß wir eheliche Söhne lassen undt daß dieselben Söhne andere Eheliche Söhne gewinnen/ so sollen unsere Söhne den Auffall der vorgeschriben Herrschafft Plassenberg/ mit allen dem was dar zu gehöret/ als vorgeschriben steht/ lösen und wieder kauffen/ von des ehegenannten Burggraffen Johannessen Erben/ umb 3000. Pfundt heller/ undt sollen die vorgenannten Stadt Kulmnach mit allem dem/ daß dat zu versetzt ist/ als vorgeschriben steht/ auch unterkauffen um 4000. Pfundt heller/ die sie uns undt unsseren Erben vormahls gegeben haben. Auch soll der vorgenante Burggraff Johannes oder seine Erben/ uns undt unssern Erben/ Leib/ Lande/ Diener/ Leut und Gut beschirmen/ versprechen undt beholffen seyn gen allermänniglichen/ als sich selber/ undt als sein eigentlich gut/ ohn gefehrde.

Auch sollen wir/ alle unssere Amtleut/ Diener und hindersetzen/ Minne und Rechts allermänniglichen/ vor dem vorgenannten Burggraffen Johannessen/ oder seinen Erben gehorsamb seyn. Wär auch/ daß zwischen unssern und ehegenannten Burggraffen Johannessen oder seinen Erben/ Dienern daheim auflauff oder Krieg geschehe/ von welcher hände sache daß wär/ daß soll uns der vorgenannt Burggraff Johannes oder seine Erben/ aus Recht unverzogenlichen Tag bescheiden/ und ein gehlicher Richter seyn/ also/ daß wir jedweder Seit zween Erbergen Mann auftrecht nehmen sollen.

Undt wär daß unßer Diener klagten/ so sollen wir je den fünfften Mann einen Erberg Mann von des ehegenannten Burggraffen Johannes oder seiner Erben Diener nehmen. Wär aber/ daß des Burggraffen Johannessen oder seiner Erben Diener klagten gegen unssern dienern/ so soll er oder seine Erben den fünfften einen Erbergen Mann aus unsseren dienern nehmen/ und was die mehrern Meinung daß ertheilet/ der sollen sie beederseits gehorsam seyn. Auch sollen alle unssere Ambtleut/ die unsserer Besten gewaltig seynd/ und alle unsser Diener die dar zu gehörend/ oder die jetzund unssere Diener sindt/ oder noch unssere Diener werden/ zu den Heiligen schwören/ dem ehegenannten Burgraffen Johannessen und seinen Erben mit den Besten zu gewarten/ als lange in allem dem Rechten/ Puncten undt Artickeln/ als an diessem brief geschriben steht/ und daß sollen auch die Ambtleüth dem vorgenannten Burggraffen Johannessen und seinen Erben/ auf die Eyde/ die sie geschworen haben/ ihr offen brieff geben Wär auch/ daß wir derselben Ambtmann einen oder mehr absetzen wolten/ so sollen wir vor ungefehrlichen einen andern/ als guten darsetzen/ und derselbe soll auch zu den Heylgen schwören/ und daß dem ehegenannten Burggraffen Johannissen undt seinen Erben/ seinen offen brief geben/ mit den Besten gewarten/ in allem dem Rechten/ als vorgeschriben steht. Auch sollen wir/ unssere Erben und alle unssere Ambtleut undt Diener dem vorbenannten Burggraffen Johannssen und seinen Erben dienen und beholffen seyn/ gen allermänniglich/ so wir beste mögen ohngefehrde. Wir haben uns auch mit Namen verbunden und versprochen/ gen den vorgenanneen Burggraffen Johannssen und seinen Erben/ daß wir mit der vorgenannten Herrschafft Plassenberg mit allem dem/ daß dar zu gehöret/ als vorgeschrieben steht/ daß wir haben gewinnen undt laßen/ fürbas gen mienland versprochen/ solle daß in zu der obgeschriebenen Geschäffte theydinge kein Schad seyn/ daß wir gen dem ehegenannten Burggraffen Johannessen gethan haben/ und gen seine Erben. Auch ist geredt worden/ daß der vorgenannte Burggraff Johannes und seine Erben an diessen vorgenannten Theyding und Gemächt/ weder Grassen Heynrichen von Hennberg noch anders niemandt meinen solle/ den sich selber/ und seine Erben: Es soll auch der ehegenannt Burggraff Johannes noch seine Erben keinen Ambtmann zu Kulmnach setzen/ denn nach unssern Rath/ wär auch/ daß wir/ unsser oder seine Erben/ uns darum entschlügen/ so sollen wir einen fordern aus seinen Dienern/ der uns beyderseits füglam sey/ den soll er dann zu Ambt setzen/ wir haben auch besonderlichen außgedingt/ daß der ehegenandt Burggraff Johannes und seine Erben alle Edelleüth/ die zu der Herrschafft gehören/ oder die Ihr Diener oder noch ihr Diener fürbaß werden/ sollen bleiben in allen den Rechten/ als sie von alter herkomen seind. Auch haben wir außgedingt das Landtgeleit/ daß wir in der Stadt Kulmnach nehmen sollen zu unsserer Veste Plassenberg/ ohne hinderniße deß ehegenanten Burggraffen Johannessen undt seiner Erben undt daß alle Theydings-Puncten und Artickel/ als sie von worth zu worth hier geschriben stehen/ gantz stätt und unzerbrochen bleiben/ deß haben wir unssere Treue geben/ und zu den Heyligen geschworen/ dieselben Treue zu behalten/ mit Urkundt diesses Brieffs/ der besiegelt ist mit unssern und unsserer vorgenannten Frauwen Kunigunden lieben wirthin Insigeln/ und mit deren Edlen Mannen Ludwigs und Friederichs Gebrüdere der Grafften zu Oettingen undt mit Lutzen und Hohenloth Insiegelen/ die unsser lieber Oheim/ durch unssere beede willen Jener gedächtnüssen/ zu unsser und unsser lieben Wirthin Insiegeln an diessen Briefe gehängt haben/ der Brieff ist geben am Palm-Abend/ da mann Zehlt von Christi Geburt 1300. Jahr/ und in den 38. Jahr.

(L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.)

LXXXIII.

Promiſſio ſive obligatio STEPHANI *Comitis Palatini Rheni & Ducis Bavariæ, de Juribus & Privilegiis Regni Romanorum, & Coelectorum ſuorum, in Electione Romanorum Regis, manutenendis atque defendendis. Datum Rhenis in campo, die Jovis poſt S. Margarithæ, Anno* 1338. [NICOLAI BURGUNDI Electoratus Bavaricus. pag. 55.]

NOs Stephanus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ, notum facimus cunctis hominibus, qui has litteras vident, aut legi audiunt; Quod nos, una cum cæteris Electoribus conſideravimus, & reſpeximus, ut dictum Romanum Imperium in ſuo honore, juribus & bonis, atque etiam nos & cæteri Electores, in noſtro honore, juribus, Conſuetudinibus, & Privilegiis, quæ nos à prædicto Imperio habemus, his temporibus, & antea vehementer impediti & moleſtati fuimus, ac ſumus, & propter communem ac manifeſtam utilitatem totius Chriſtianitatis atque ad præmemorati Imperii, ac noſtrum, cæterorumque Electorum honorem, jura, Privilegia & Conſuetudines tuendum, defendendum, ac manutenendum, unanimiter convenimus, & nos invicem univimus, quod prædictum Regnum & noſtrum principalem honorem, quem

ANNO 1338. ab eo habemus, & obtinemus, videlicet in electione Regni, in ſuis & noſtrorum Electorum juribus, Privilegiis & Conſuetudinibus, ſicut ab antiquo, ad nos, tanquam Imperii Electores pervenit, & devolutum fuit, manutenere, tueri, & defendere velimus, pro omnibus noſtris viribus, ac poſſe, ſine fraude contra quoslibet, nemine excepto: ſiquidem hoc noſtrum honorem & juramentum concernit, neque hoc intermittemus propter ullum mandatum, à quocumque vel quomodocumque hoc emanaverit, per quod Imperium nos & cæteri Electores in præſcriptis rebus ullo modo impugnari poſſemus. Volumus inſuper, omnes Dominos & Amicos, qui ad nos ſpectant, vel non, ſive ſint Eccleſiaſtici, ſive ſæculares, noſtros Vaſallos, miniſteriales, Caſtellanos, Officiales, & Cives ad id faciendum rogare, inducere, illiſque hoc mandare, in quantum valemus: & ad hoc debet noſtrum quilibet Elector cæteris auxilium præſtare, ſine fraude, uti iſti nobis in his rebus auxilium & adjumentum præbeant, idque propter neminem intermittant, & ob nullas prohibitiones, Mandata, & interdicta, à quocumque illa emanarint. Quod ſi præterea contingeret, ullam diſſenſionem aut dubium circa hoc Negotium inter nos & cæteros Electores exurgere, quidquid nos tunc unanimiter, aut major pars circa hoc definiemus, & ſtatuemus, debet vim habere, idque tenere debemus, ſine dolo. Omnia prædicta Capita, & unum quodlibet horum, ſingulatim promiſimus bona fide, & promittimus præſentibus hiſce litteris, per noſtrum principalem honorem nec non juravimus hoc ipſum ad Sanctos pro Nobis & noſtris ſucceſſoribus certum ac firmum tenere, & nullatenus contravenire, neque hoc intermittere ullo modo, ſicuti in præcedentibus expreſſum ac ſcriptum eſt. Quod ſi per nos ipſos, aut quemvis alium poſſemus, valeremus aut efficeremus, ut alius aliquis nobiſcum in hanc confœderationem veniret, is jurare debet, atque promittere, ſe omne hoc præſtare velle, ſicuti in præcedentibus aut ſequentibus ſcriptum continetur. Quod ſi vero nos aut noſtrum aliquis, quod Deus avertat, adeo perverſus eſſet, ut vel nos, vel alius quiſpiam contra faceremus, aut facere vellemus, contra hoc tueri nos non debemus ulla diſpenſatione, relaxatione, abolitione, nec ullo alio beneficio, quocumque nomine hoc appellatur, undecumque, aut quomodocumque hoc proveniat, & fiat, per noſtras & aliorum hominum preces, aut quod latine vocatur ex officio neque ulla ſuperioritate, quæ ſeſe in hoc intromittere vellet, & debemus Deo ac mundo infames, infideles ac perjuri eſſe, ac vocari, ubi, aut quocumque pacto contrafaceremus, aut veniremus ullo modo, omni dolo & fraude, in præſcriptis omnibus punctis, & articulis, & eorum ſingulis, excluſis. Ac in verum teſtimonium præſcriptorum, damus has præſentes Litteras ſecreto noſtro obſignatas, quæ datæ ſunt Rhenis in Campo, die Jovis poſt. S. Margaritæ a nativitate Chriſti Anno M. CCCXXXVIII.

LXXXIV.

6. Juillet. *Decretum* LUDOVICI IV. *Bavari Romanorum Imperatoris Ordinúmque Imperii de Majeſtate Imperatoriâ & quod Imperator ſit, qui ab Electoribus electus eſt, etiamſi à Papâ non ſit unctus, conſecratus, & coronatus. Actum in Comitiis Renſenſibus 6. Julii Anno Chriſtianæ libertatis* 1338. *Pontificatûs* BENEDICTI XII. *anno IV.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales Tom. 3. pag. 409. Le même dans Reichs Satzungen 2. Theil. pag. 34. en Allemand.]

ANno Chriſtianæ libertatis MCCCXXXVIII. ſexto die Julii, Benedicti XII. P. M. anno quarto, convenerunt Electores & Ordines Imperii in pomario vici Rhenoſei, ubi convenire atque de ſummis Imperii rebus colloqui ſolent. Concione vocata, Sacramento prius rogati, ritu ſolemni, ex Conſilii decreto, accitis tribus libellionibus, qui in acta, quæcumque fierent dicerenturve, ex fide referrent, ſubſcriberent, atque in vulgus ederent, hanc rogationem ſciverunt, juſſerunt, voluerunt, promulgarunt, perpetuo ſanxerunt. ANNO 1338.

1. Sacro Sanctum Imperium, ſumma in Terris poteſtas, cœleſte donum eſt. Imperator enim primus ante omnes, ſecundus poſt Deum eſt, & tam grande nomen à ſolo Deo traditur, cui ſoli ille Reipubl. adminiſtrandæ rationem reddendam habet, qui à ſupremo duntaxat cœli numine in ſummo rerum humanarum faſtigio collocatus eſt, & in terris neque parem neque ſuperiorem habet. Per quem leges, jura, regna humanæ genti largitur æterna Majeſtas. *Cæſari reddite quæ Cæſaris ſunt*, præcipit Chriſtus. Is & Comites ejus omnes vectigalia, honorem, officium, obſequium obedienter ac reverenter Imperatoribus præſtiterunt.

2. A curiatis igitur Heptarchis, rebus impoſitus, continuo more Majorum, atque jure gentium, Rex eſt & vocatur. Ipſum contra Majeſtatem Reip. decus Imperii, Legatos ad Sacerdotem Roman. ut author fiat, copiam adminiſtrandi concedat, mittere; eidem jurejurando fidem aſtringere, atque petere ab eo uſum Regii diadematis, religio eſt: nullum harum rerum jus omnino eſt Paſtori, qui ſervus ovium eſt, & in conſecrando Domino gregi ſervit. Quippe jure ſuffragiorum, beneficio Electorum, atque populi, quiſque imperat. Hæc veriſſima eſſe convenit inter omnes Annalium, rerum humanarum divinarumque peritos, atque jam ſæpius utriuſque juris, Cæſarei atque Pontificii, cœleſtis theſauri teſtimoniis comprobatum eſt.

3. Tamen quidam (ut ſunt ebrii ſucceſſu rerum nimio, atque impotentes ſui, mortalium animi: proſperis enim rebus ferocitas atque ſuperbia augeſcunt) impudentiſſime refragari non erubeſcunt. Et nonnulli ſanctuli, qui ſibi ſacrarum literarum magiſterium arrogantiſſime ſumunt, per fallacias verba Domini arguunt, ſimplicitati Chriſtianæ imponunt, divinæ ſapientiæ oracula polluunt, contaminant; Sacram Hiſtoriam falſo interpretando ſuæ cauſæ ſervire cogunt; ſuis moribus, atque vitiis, nempe ambitioni, ſuperbiæ, avaritiæ accommodant, veritatem adulterant humanis nugis, cœleſtem Philoſophiam commentis depravant, invertunt, à germano ſenſu ad ſuum negotium ſuasque nundinas captioſis rationaciunculis detorquent, non voluntatem legi ſacræ, ſed legem voluntati jungunt. More argutorum hominum magis quam ex æquo & bono, diſputant, præter fas contra naturæ legem docere non erubeſcunt, Paſtoris beneficiarium eſſe Dominum, neque ante Principem Principum eſſe aut nominari oportere, quam ille ſervus ſervorum author fiat, & dignum judicarit qui regnet. Hæc cum maxima Chriſtianæ Reip. pernicie, intolerabili populi Chriſtiani, Imperatoriæ Majeſtatis jactura, nec ſine graviſſimo Tetrarcharum, Dynaſtarum, Clientium Imperii detrimento, inſtigante Stygio principe, Domino hujus mundi, commenta eſſe eventus docet, exitus probat. Inde bella plusquam civilia, ſeditiones domeſticæ, tumultus inteſtini concitantur, populus Chriſtianus ſe mutuis vulneribus atterit, cognato ſanguine manus polluit, ſtupra, perjuria, adulteria, ſacrilegia, peculatus, inceſtus, perfidia, impune committuntur.

4. Ob hæc dogmata peſtifera, hiſce peſtilentibus erroribus claſſicum concinentibus, cædes, homicidia, parricidia, incendia, paſſim eduntur; excidia regnorum, urbium, regionum, direptiones ubique fiunt, ima ſummis miſcentur, divina humana perturbantur, pietas refrigeſcit, lites, diſcordia, ſcelera, ſimulata Religio, Ceremoniæ caſſæ fervent & gliſcunt: juſtitia, pax, concordia, ſimplicitas, libertas, depulſæ Terris exulant: divitiæ atque arma dominantur: fraus, dolus & ambitus Eccleſiaſticus corripiunt gradum. Ut autem poſthac hujuscemodi malis evitatis, auguſta pace, feſta quiete, populus Chriſtianus fruatur, ex Conſilii decreto, hoc que plebiſcito decernimus, quæ ſupra ritu ſolemni, Religione adacti, cenſuimus, perpetuo ſancimus edicto, nimirum ex ſolo electionis beneficio omnem poteſtatem Imperiumque proficiſci, nec ullo pacto Pontificis Romani in hac re ſanctimonia, flaminio, authoritate, conſenſu opus eſſe. Quicumque aliter docuerit, ſenſerit, factitarit, crimine læſæ Majeſtatis reus, hoſtis Reipublicæ atque proſcriptus eſto, capite pœnas ſolvito, bona ejus publica ſunto, prædia infiſcentur.

ANNO 1338. 6. Août.

LXXXV.

Edictum LUDOVICI IV. *Bavari Romanorum Imperatoris de diversa Potestate Cæsaris, & Papæ; ubi simul* JOANNIS XXII. *Papæ injustitiam, ac tyrannidem erga se, & Imperium commissam pluribus persequitur, & ad futurum Concilium appellat. Datum in oppido Francofordia die 6. Augusti, Anno Christianæ libertatis* 1338. *Regni sui XXXIV. Imperii XI.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales tom. 3. pag. 410.]

IMPERATOR LUDOVICUS IV. divino duntaxat munere Cæsar Augustus, Universis Christianis salutem.

1. Divus Petrus atque Paulus, Nuntii æternæ Majestatis primarii, longo ante tempore prædixerunt, cecinerunt, sedulo nobis denuntiarunt, post fata sua vafros, versutos, audaces, fallos Prophetas, Sacerdotes, legatos mendaces futuros, quorum facta jampridem depinxere nobis. *In templo Dei*, inquiunt, hoc est Ecclesia, *quasi sint Deus sedebunt, & supra omne id quod usquam gentium aut colitur, aut cultum est, extollentur. Nequid dicendi nequid faciendi ullum, nisi quod libebit, nescent modum: gloriam, regnum concupiscendi nec finem scient, nec terminum capient. Dominationem, potentiam, Urbi Orbique Terrarum, nec minus ipsis exitiabilem, rejecta cruce Christi, arripient; conflictis ad quæstum, lucrum, ambitionem, luxum, sermonibus, de populo Christiano, abusi credulitate stolidi vulgi, nundinabuntur.* Quæ itaque Vates illi veridici, arcanorum Dei interpretes, nobis ante cantarunt, verissima esse experimentis animadvertimus, & plane, nisi asini ad lyram simus, sentimus. Non imus inficias, est genus hominum superstitiosius, quam ut temporum infelicitas refragetur, ad fraudes & commenta superstitiosa, quibus vulgus imperitum facile lactari atque capi solet, ingeniosissimum existit, ad tentandos mores impudentissimum, credulitate stultorum, quorum infinitus est numerus, abutitur. Meum est hujuscemodi argutias atque vaframenta, ne hisce simplicitati Christianæ imponatur, veritati divinæ illudatur, detegere atque confutare.

2. A spinis non colliguntur uvæ, Propheta Dei non accipit munera. *Qui vult maximus esse, sit infimus omnium* (nunc iis Christus præcipit) & *Reges quidem dominantur populo, vos autem* servi gregis mei, nempe pastores, non Domini estis. Nihilominus tamen, quamvis illa clarissima sint, pessimi Pharisæi, perditissimi Antichristi Comitiis Cæsareis & suffragiis Principum rebus impositum ajunt non esse Imperatorem, nisi primarius Sacerdos, qui Dominus Rerum, & utriusque potestatis manceps sit, author fiat. Id etsi pravum, ineptum, falsum, perquam absurdum, alienum à vita Sacerdotis Crucifixi, divino humanoque juri, sacris contrarium, nec rationi consentaneum fiet, tamen illi impostores in malitia pervicaciores quam boni in pietate existunt. Quis oblecro non videt, nisi talpa plane perpetuo oculis à rerum summo opifice damnatus, Terræ tenebris incubet? Repugnantissima sunt, nec coire possunt, corporale & spiritale, terrenum & cœleste, fluxum & æternum, caducum & immortale, ensis mysticus atque ferreus. Hic Cæsari à Deo datus est, ut malis, & pacis atque concordiæ disturbatoribus neci datis, boni tranquilla quiete perfruantur: ille concioni Christianæ à Servatore commissus mortuos vitæ restituit, neminem occidit. Diversa sunt, Sacrificulus & Augustus; uterque cœlesti dono constituitur, suis limitibus clausus: atque, ut sunt humana & divina, ille *Servorum servus*, hic *Princeps Principum* habetur, & esse in bene constituta Republica debet. Nos solius Dei beneficio, Curiatorum Comitiorum jure, lege suffragiorum, authoritate Senatus, Majestate atque viribus populi Principatum tenemus. Si quis ambigat, ad Sacra Historiæ penetralia, Annales priscos recurrat, ita dubitare definet. Quod si ignorare perrexerit, ignorabitur. Ut tamen Sophistæ illi, monstra, & abominandæ larvæ Religionis Christianæ, clava Herculis repercutiantur, & suo ense jugulentur, veteres juris Pontificii (cui vacat) evolvat codices; ubi non semel scriptum est, Pontificis atque Imperatoris omnino diversas esse jurisdictiones, nec vices earum commiscendas esse. ANNO 1338.

3. Quo circa liquet, quam perperam atque temere Vicesimus ille secundus Imperii habenas sibi usurpaverit, præter fas atque æquum Italiam à Regno Germaniæ separare conatus fuerit; adversus leges, instituta, morem Majorum; contra auspicia, intercessionem, authoritatem Senatus, Majestatem Principum atque populi Romani, Italici, Germanici, non tam nobiscum quam cum ipsa Republica Christiana bonus sane pastor vi, armis, & manu, non jure, discepravit. Sanguinem Christianum lupus cruentus sitivit & hausit. Item hostis, accusator, testis & judex, atque inimicus noster publicus, in propria causa tamen adversus nos absentes, indemnatos, non vocatos, non judicatos, inauditos, nec citatos, nec loco legitimo, nec die dicto, contra leges, indicta causa, secundum se homo bellissimus pronunciavit. Sicuti in rebus invisibilibus & divinis Sacerdoti cedimus, ita jure nostro in humanis & his quæ conspici tangive queunt, superiores eo qui temporalia & dignitatem Regum, nostro beneficio possidet, sumus. Oportet magis Christo quam Pontifici Maximo obtemperare. Ille Imperatoris dicto suos audientes esse præcipit, hic vetat.

4. Hasce ob causas, bene, recte atque sapienter ab hoste Reip. Christianæ ad futurum totius Christianismi, cujus ille membrum (si tamen existit) non caput est, Senatum provocamus. *Orbis*, inquit Divus Hieronymus, *major est quam Urbis Ecclesia.* Sententiam igitur illius alterius & Vicesimi secundi adversus nos latam vanam, irritam, ex Consilii decreto censemus, declaramus hoc edicto, quod Francofordiæ in augustiori templo ritu solemni subfixum, si quispiam pertinax fuerit, qui oblatrare aut obstrepere ausit, tanquam veritatis osor, pacis conturbator, hostis Reipublicæ, inimicus pietatis, satelles Antichristi, mancipium Satanæ, perduellionis, perfidiæ, perjurii reus, non Philosophorum argumentis vel decretorum, sed verbere, vinculis, carcere fatigatus, possessionibus, peculio mulctabitur, & ultimo supplicio, more Majorum, parricidium luet. Datum in oppido nostro Francofordia, die sexta Augusti, Anno Christianæ libertatis M. CCC. XXXVIII. Domini Ludovici Imperatoris Clementissimi, Regni XXIV. Imperii XI.

LXXXVI.

Rescriptum Apologeticum LUDOVICI IV. *Romanorum Imperatoris contra* JOHANNIS XXII. *Papæ Bullam Excommunicationis, quæ nullius valoris, ac momenti esse, quemadmodum etiam Sacerdotium, & Imperium distingui, nec hoc ab illo ullâ ratione dependere, sed ab eodem utrumque principio, hoc est solo Deo procedere ex sacris Canonibus variè probatur & ostenditur. Datum in Oppido nostro de Franckenfurt* 8. *Augusti Anno Domini* 1338. [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. I. pag. 331.] 8. Août.

LUDOVICUS Dei gratia Romanorum Imperator & Semper-Augustus, Universis & singulis Regibus Christianorum, ac Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, quocunque honoris culmine præfulgeant, & cæteris Ecclesiarum Prælatis, nec non secularibus Principibus, Marchionibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Dominis, Potestatibus, Rectoribus, Judicibus, & Officialibus provinciarum, Civitatum, & Terrarum Romano Imperio subjectarum, & ipsarum quibuscunque incolis & habitatoribus, ac omnibus & singulis Christi fidelibus, tam Ecclesiasticis quàm Secularibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, gratiam suam & omne bonum.

1. Fidem Catholicam, quam Sancta Mater Ecclesia Catholica, extra quam nullus omninò salvatur, in Symbolis, Conciliis, & traditionibus ipsius Ecclesiæ sacrosanctæ, docet & tenet, firmiter credentes ac fideliter & firmiter confitentes, & ipsius Ecclesiæ sanctæ doctrinam in sacris Canonibus tra-

ANNO 1338. ditam ſequi volentes: quibusdam allegationibus, impugnationibus, & oppoſitionibus, quæ contra nos, & electionem ac promotionem de nobis factam ad culmen dignitatis Imperialis, & contra Imperialem auctoritatem, poteſtatem, & dignitatem opponuntur, ne ſimplicium corda poſſint inficere, ſecundum ſacrorum canonum & legum tenorem in his ſcriptis duximus reſpondere, & contra ipſos impugnantes & opponentes, & eorum dicta procedimus, prout inferiùs continetur.

2. In primis contra Nos & Imperialem authoritatem, & jus Imperii, allegatur & objicitur, quòd poteſtas & authoritas Imperialis eſt à Papa; & quòd electus in Regem Romanorum ex ſola electione non eſt, nec dici poteſt verus Imperator, nec habet poteſtatem, jurisdictionem, & authoritatem, antequam inungatur, conſecretur, & coronetur à Papa, qui (ut dicunt) tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus habet plenitudinem poteſtatis. Ad quæ reſpondemus, hanc opinionem ſacris canonibus ac juri & rationi pariter obviare, ſicut expreſsè patet in Decretis, 96. *diſtinct. c. cum ad verum*, & *ca. duo ſunt*, & *canon. Imperator*. Ubi expreſsè habetur in hæc verba: *Duo ſunt quippe, quibus principaliter hic mundus regitur*, ſcilicet *authoritas ſacra Pontificum & Regalis poteſtas. Habet* quippe *Imperator privilegium poteſtatis ſuæ, quam adminiſtrandis legibus publicis divinitus conſecutus eſt, nec Imperator jura Pontificatus, nec Pontifex jura Imperatoria uſurpat.* Hæc ibi: ubi Gloſſæ Ordinariæ dicunt, *quod iſtæ poteſtates ſunt diverſæ, & quod neutra dependet ab altera, & quod Imperator non habet poteſtatem ſive imperium niſi à ſolo DEO.* 93. diſtinct. c. *legimus*, ubi in textu dicitur, quòd *exercitus facit Imperatorem*, & Gloſſa ſuper verbo *Imperatorem* dicit ſic: *Ex ſola enim electione Principum dico eum verum Imperatorem, antequàm à Papa confirmetur, ut dixi* 73. *diſt. quamvis.* Hæc Gloſſa. Et hoc etiam probatur in *d. can. cum ad verum*, ubi de poteſtate Imperiali & Pontificali loquitur in hæc verba: *Quonium Mediator Dei & hominum Chriſtus Jeſus ſic actibus propriis & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis utriuſque diſcernit, ut Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium rerum Imperialibus legibus uterentur: quatenus ſpiritualis actio à carnalibus incurſibus diſtaret, & Deo militans* (ſcilicet Papa) *minimè ſe negociis ſecularibus implicaret, ac viciſſim ille* (ſcilicet Imperator) *non videretur divinis rebus præſidere, qui eſſet ſecularibus negociis implicatus.* Hæc ibi: ubi Gloſſa Ordinaria de utraque poteſtate loquens, dicit ſic: *Dum ergo poteſtates iſtæ diſtinctæ ſint, eſt hoc argumentum, quod Imperium non habetur à Papa, & quòd Papa non habet utrumque gladium. Nam exercitus facit Imperatorem*, 93. *diſt. c. legimus. Et Imperium à ſolo Deo habetur*, 23. *q.* 4. *c. quæſitum. Alioquin ſi imperium haberet à Papa, poſſet in temporalibus ad Papam appelluri: quod prohibet Alexander III. quòd illa* (ſcilicet temporalia) *ſuam* (ſc. Papæ) *Juriſdictionem non attingunt, Ext. de Appellat. c. Si duobus &, Qui filii ſint legitimi, c. cauſam, quæ inter*, 7. *Et ita ego credo iſtas poteſtates diſtinctas eſſe.* Hæc Gloſſa. Et 8. *diſtinct. c. quo jure*, dicitur: Quòd *jura humana per Imperatores & Reges ſeculi, Deus humano generi diſtribuit.* Et Lex dicit: quòd *Imperium & Sacerdotium ab eodem principio proceſſerunt in actum, auth. quomodo oporteat Epiſcopos & Cleri. ad ordinem perduci*, in principio, coll. 1. *Nec Imperator Juriſdictionem Papæ, nec Papa juriſdictionem Imperatoris perturbare debet*, Ext. de Judic. *c. Novit ille.* Ex quibus & aliis pluribus, quæ brevitatis cauſa dimittuntur, clarè patet, quòd poteſtas & authoritas Imperialis eſt immediatè à ſolo Deo, & non à Papa; & quòd electus in Imperatorem ex ſola electione eſt Rex Romanorum, & habet authoritatem, juriſdictionem, & poteſtatem Imperialem, etiam antequam inungatur, conſecretur, & coronetur à Papa: & quòd Papa non habet in temporalibus dictam plenitudinem poteſtatis.

3. Sed objicitur, quòd ille, qui ſe Joannem Papam XXII. appellabat, per ſuos proceſſus de facto caſſavit, ſive nullam, caſſam, & irritam pronunciavit electionem de nobis in Regem Romanorum factam, aſſerens in ſuis proceſſibus, nos adminiſtrare non poſſe jura Imperii, & quòd adminiſtratio Imperii ad ipſum Johannem pertinebat de jure: & alia plura in ipſis proceſſibus aſſerens & de facto attentans contra nos & jura Imperii, & contra illos & contra jura & poteſtates eorum, ad quos vacante Imperio pertinet electio Regis Romanorum, & contra jura & libertates Principum Alemanniæ & ſubditorum Imperii, & contra conſuetudines antiquitùs rationabiliter introductas & obſervatas, prout in ipſis proceſſibus, imò veriùs exceſſibus, continetur. Inſuper poſt dictos proceſſus, quasdam literas ſub bulla ſua dicitur feciſſe, & per mundum publicè transmiſiſſe, in quibus aſſerit ſe totam Italiam ab Imperio & Regno Alemanniæ ſeparaſſe, inſinuans per ſua ſcripta & dicta, quòd Papa, tanquam Dominus univerſalis, non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, poteſt tam de Imperio quàm de omnibus Regnis & Dominiis temporalibus totius mundi ad ſuum libitum diſponere & ordinare. Ad quæ omnia duximus reſpondendum, quòd dicti omnes proceſſus, aſſertiones & literæ, & omnia & ſingula, quæ per dictum Johannem in prædictis, & contra prædicta, geſta ſeu attentata fuiſſe dicuntur, fuerunt & ſunt nulla, & nullius valoris & momenti, rationibus infrà ſcriptis. ANNO 1338.

4. Prima ratio eſt, quoniam Papa quantumcunque Catholicus & legitimus non habet talem poteſtatem, nec authoritatem aut jurisdictionem in temporalibus, & maximè ſupra jura Imperii, quod eſt immediatè à ſolo Deo, ut evidenter probant Canones & jura ſuperiùs allegata. Unde, quicquid prædictus Johannes fecit in prædictis, tanquam à non ſuo judice factum, nullius fuit momenti, ut probant apertè canones 11. *q.* 1. *c. pen.* & 2. *q.* 1. *c. in primis*, juxta fin. & 16. *q.* 1. *c. frater noſter*, & *Ext. de Judic. c. at ſi clerici*, & *Ext. de Conſuet. c. ad noſtram*, & *Cod. ſi non à competenti Judice*, *l.* 2. & 3. & *ult.* cum ſimilibus.

5. Secunda ratio eſt ex eo, quòd dicti proceſſus, imò veriùs exceſſus, facti fuerunt per dictum Johannem contra nos, & in præjudicium enorme noſtrum, & illorum qui nos elegerunt in Regem Romanorum, & aliorum Principum Imperii & Alemaniæ, ex notoriè falſis cauſis, & nullo fori ordine ſervato, nobisque & aliis, quorum intererat, abſentibus & nullo modo legitimè monitis & citatis. Unde dum ſacri canones, & jura divina & humana decernant, ſententias & proceſſus quoscunque promulgatos, abſentibus iis, quorum cauſa agitur ſive ventilatur, & eis ritè & legitimè non monitis & citatis, nullius exiſtère firmitatis, 3. q. 4. per totum: & ubi etiam legitur ſanctos Pontifices definiviſſe in hæc verba: *Omnia, quæ adverſus abſentes in omni negocio aut loco aguntur aut judicantur, irrita erunt, & evacuantur omninò, nec aliquam obtinent firmitatem*, quia divinæ & humanæ leges hoc fieri prohibent, ut *Ext. de Teſtib. c. in nomine Domini*, & in *auth. de Teſtibus*, §. *hæc verò*, *collat.* 7. & *ff. Quæ ſentent. ſine appellat. reſcindunt. l.* 1. §. *ex hoc edicto*, & *Cod. Quomodo & quando judex*, *l ea quæ.* Et maximè in cauſis, quæ ſummi Pontificis judicio deciduntur, ordo juris & vigor æquitatis eſt ſubtiliter obſervandus, ut *Ext. de Sent.* & *re judic. c. in cauſis.* Sequitur, quod prædicti proceſſus, imò veriùs exceſſus, fuerunt nulli, & nullius valoris penitùs & momenti.

6. Nec obviat, ſi dicatur, quòd prædictus Johannes in civitate Avinionis provinciæ exiſtens cum ſua Curia per ſuas literas, quas dicitur ad fores Eccleſiæ majoris Avenionis appendi feciſſe, nos abſentem citavit: quoniam talis citatio, eſto quòd appareret, nullatenus fuit nec eſt dicenda legitima, rationibus infràſcriptis. Prima ratio: quia ſunt canones & jura ad hoc, quòd cenſeatur & dici poſſit citatio firma, neceſſe eſt quòd abſens, qui citandus eſt, citetur aut perſonaliter, ſi inveniri poteſt; aut, ſi non poteſt inveniri, publicè citetur ad domum ſuam. Aliàs, niſi ſic citetur, non poteſt contra ipſum procedi, ut apertè probatur, 4. *q.* 5. *c. quiſquis*, & *Ext. De Dolo & contum. c. cauſam*, in textu, & Gloſſa, & in *c. venerabilis*, *in fin.* & *De Cleric. non reſident. c. Ex tuæ.* & *Ext. Qui matrimonium accu. poſſ. c.* 1. & *De eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei ſer. c. ult.* & *ff. Ex quib. cauſ. majores*, *l. item ait.* §. *hoc autem*, cum ſimilibus. Et ſi proceditur, proceſſus nullius eſt momenti, ut dicitur in ſuperiùs allegatis juribus, 3. *q.* 4. *c. caveant*, & *ff. Quæ ſentent. ſine appell. reſcind. l.* 1. & *Cod. Quomodo & quando judex. l. ea quæ.* Ex quibus juribus clarè patet, dato ſine præjudicio quòd talis (inquam) citatio per literas in Civitate Avioni appenſas reperiretur facta fuiſſe, quòd nihilo minus proceſſus per ipſum Johannem factus fuiſſet irritus & inanis.

7. Secun-

ANNO 1338. 7. Secunda ratio est, quia ad hoc, ut citatio de jure legitima censeatur, & arctet citatum ad veniendum, necessum est quòd assignetur illi, qui citandus est, terminus & locus ad comparendum securus, prout manifeste probant jura, *Ext. De appellat. c. ex parte tua*, & 33. *q.* 2. *c. sive de conjug.* ubi *providendus est locus, in quo nulla vis formidetur multitudinis, nec sit difficile testes producere vel cæteras personas, quæ tam à sanctis canonibus quàm à venerandis Romanis legibus in hujusmodi controversiis requiruntur.* Hæc ibi: & 3. *q.* 9. *c. hortamur*, & *Ext. Ut lit. non contestat. c. accedens* & *ff. De Judic. l. sed locus.* Sed notorium est & indubitatum existit, quod dictus Johannes tam nos quàm Imperii nostri fideles & amicos, odio capitali, & etiam hostili exercitu persequebatur de facto, & civitates & jura Imperii sibi usurpare & subjugare, quantum poterat, conabatur. Civitas quoque Avinionis, in qua idem Johannes cum suo consistorio morabatur, & ad quam nos per suas literas evocabat, & ille, qui illius civitatis dominium detinebat, nos & Romanum Imperium habebat odio notorio & antiquo Unde patet, quòd desiperet, qui diceret vel sentiret, talem citationem nos ad comparendum modo aliquo coartasse. Quis enim auderet dicere, quòd talis consistorii in tali loco periculoso teneremur subire judicium, & in hostium nostrorum nos ponere sinum, & mortis periculo ultroneo nos offerre? Patet igitur, quòd talis citatio, si facta reperiretur de nobis, foret irrita & inanis.

8. Tertia ratio sumitur ex eo, quòd in sacris canonibus & legibus statuitur, quòd nullus in propria causa possit judicare, vel jus sibi dicere, ut probatur 33. *q.* 4. *c. inter querelas*, & 23. *q.* 5. *de occidendis*, & 4. *q.* 4 *c.* 1. & *Cod. Ne quis in causa propria judicet, vel jus sibi dicat.* Sed manifestum adeò est & notorium, ut nulla possit tergiversatione negari, quòd prædictus Johannes de facto contendebat, scilicet quòd ipse non solùm in spiritualibus sed & in temporalibus, & in nos & in totum Imperium, ac jura Imperii, habeat plenitudinem potestatis: & quòd super hoc contra nos controversiam & litigium de facto movebat, & jura Imperii etiam hostiliter sibi pro viribus usurpare conabatur; & nos & Imperii nostri fideles, quantum poterat, tanquam adversarius & hostis & inimicus noster & Imperii, consequi nitebatur. Unde etiam contra eum, tanquam contra adversarium, inimicum, & hostem nostrum & etiam Imperii, pro defensione nostra & etiam fidelium nostrorum, & juris Imperialis ac fidei, appellamus ad futurum generale Concilium, in loco tuto & securo modo debito & secundum formam sacrorum canonum congregandum. Ex quibus sequitur manifestè, quòd dicti processus, imò verius dicti excessus, per dictum Johannem contra nos & contra fideles nostros & jura Imperii facti fuerunt in propria causa, & temerè & perperàm attentati: & quòd ipse in ipsis processibus se judicem simul & partem effecit, ac per consequens, quòd fuerunt irriti & nullius penitus firmitatis.

9. Tertiò objicitur contra nos, quòd dictus Johannes tam in nos quàm in omnes sequaces ac fideles nostros, habentes & tenentes nos pro Imperatore nomine & honore, & nobis tanquam Imperatori obedientes & reverentiam exhibentes, & in omnibus admittentes nos ad divina, seu nobiscum participantes in divinis, aut divina officia celebrantes coram nobis, & præbentes nobis auxilium, consilium, & favorem, de facto excommunicationis sententiam fulminavit: & Ecclesias & Universitates, quæ contrà facerent, Ecclesiastico supposuit judicio. Unde dicitur, *Quod sententia pasturis, sive justa sive injusta, servanda est & timenda.* Ad quæ respondemus & dicimus, quòd, secundum sacros canones & jura, hujus sententiæ & processus fuerunt & sunt nullæ ac nullius firmitatis, nulliusque valoris penitus & momenti: nec sunt aliquo modo timendæ nec servandi, quod evidenter ostenditur & probatur rationibus infrà scriptis. Prima ratio sic sumitur. Certum est, quòd cum Prælatus Ecclesiæ in suo mandato excedit formam & potestatem à sacris canonibus sibi traditam, & in contra mandatum hujus facientes excommunicationis in singulares personas, & in Ecclesias, & in Universitates, sententias interdicti promulgat, talem sententiam non tenere, sed nullam ipso jure fore, nullatenusque observandam, ut probatur per id quod legitur & notatur *Ext. De Excessibus Prælatorum, c. cum ad quorundam.* Temerarium enim est & indignum, aliquem sibi sua authoritate usurpare, quod Romana Catholica Ecclesia non concedit, *Ext. De Privileg. c. sanè.* Sed ut suprà probatum est evidenter, sancta Romana Ecclesia Catholica & Apostolica non concedit, sed prohibet Papæ jus Imperii & potestatem in temporalibus usurpare: quia, ut dictum est, ista Papæ jurisdictionem, quæ solùm est in spiritualibus, non contingunt, ut in superiùs allegato *c. Ext. De Appellat. si duobus.* Et maximum est, quòd dictus Johannes per suas antedictas sententias excessit formam & potestatem Papæ traditam; quia jus Imperii & potestatem in temporalibus sibi usurpare conatus est contra Sacrorum canonum constituta. Ergo hujus sententiæ sunt & fuerunt nullæ & nullatenus observandæ. Et hic est unus de casibus expressis, in quibus sententia de excommunicatione nullatenus est observanda. ANNO 1338.

10. Secunda ratio sic sumitur. Certum est de jure, quòd ubi est error expressus in sententia vel in mandato præsidentis, puta quia præcipit, quòd non obediat suo superiori; vel præcipit aliquid contra Deum, vel contra sacram scripturam, talis sententia ipso jure nullius est momenti, nec est timenda, nec aliquatenus observanda, ut probatur per illud, quod legitur *Ext. De Sententia excommunicationis, c. venerabilibus*, juxta fin. in Gloss. & 11. *q.* 3 *c. is qui præest*, cum duobus cc. sequentibus. Et idem est, ubicunque sententia est ipso jure nulla, ut probatur apertè per illud quod legitur & notatur *Ext. De Sententia excommunicationis, c. per tuas*, & *Ext. De Procurat. c. in nostra præsentia, infi.* & *Ext. De Crimine falsi, c. super eo*, & *Ext. De Sententia & re judicata, c.* 1. Sed manifestum est, quòd dictus Johannes in dictis suis processibus & sententiis expressit, quòd non obediatur nobis, cui omnes Imperio subjecti obedire & reverentiam exhibere secundum divina & humana jura sunt astricti: & quòd hoc fecit, volendo sibi jus Imperii & potestatem omnimodam in temporalibus contra Dominum & contra justitiam usurpare, ad quæ non extenditur, ut dictum est, ejus authoritas & potestas. Ergo ipsæ sententiæ sunt & fuerunt nullæ & nullius penitus firmitatis, nec fuerunt nec sunt quomodolibet observandæ.

11. Tertia ratio sic sumitur. Manifestum est, quòd quando sententia excommunicationis vel interdicti prolata est post appellationem legitimam, nulla est, nec est aliquatenus timenda nec servanda, ut apertè probatur *Ext. de Offic.* & *potestat. jud. deleg. c.* 32. *cum olim*, in fine, & *De Sententia excommunicationis*; *c. venerabilibus*, in fine, & *Ext. De Appellat. c. ad hoc.* quod & habetur per illud quod legitur & notatur *Ext. De Sententia excommunicationis, c. per tuas*, in Glossa Ordinaria, & per Dominum Hostiensem in *Apparatu super c. solet*, & in *Summa*, super quam alios Doctores. Sed manifestum & notorium est, quòd nos dudum contra dictum Johannem & processus, quos ipse de facto fecit contra nos, ac potestatem & authoritatem Imperialem, & præjudicium & derogationem fidei Catholicæ, quam sancta Romana Ecclesia firmiter hactenus docuit & credidit, & docet & credit & tenet, appellavimus ad futurum generale Concilium, in loco securo & congruo congregandum, & ad Sanctam Matrem Ecclesiam Catholicam. Quæ appellatio fuit ad ipsius Johannis noticiam deducta, prout notorium est & manifestum; & constat etiam per legitima documenta, & quia ipse Johannes, post & contra dictam appellationem promulgavit, & protulit de facto contra nos & fideles nostros, & nos sequentes & nobis præbentes consilium, auxilium, & favorem, dictas excommunicationes & interdicti sententias, si sic dici possunt. Ergo fuerunt & sunt nullæ, & nullius valoris & momenti; nec sunt aliquo modo timendæ nec observandæ.

12. Nec obstat, quod dicitur, quòd Papa non habet superiorem. Unde, ut aliqui garriunt, non potest ab ipso quomodolibet appellari. Et verè non obstat, quoniam manifestum est secundum doctrinam Catholicam & sacrorum canonum, quòd Papa, ubi de fide sive de jure divino agitur, subest Conciliis, ut patet expresse per illud, quod legitur & notatur 15. *dist. c. sicut sancti*, in textu & Glossa; & 25. *q.* 1. *c. sunt quidam*, cum sequentibus capitibus, & 19 *dist. c. Anastasius*, ubi dicit Glossa Ordinaria super verbo *Concilio* dicitur: *Videtur ergo quòd Papa tenetur requirere Concilium Episcoporum; quod ve-*

ANNO 1338. *rum est, ubi de fide agitur, & tunc Synodus major est quàm Papa* 15. dist. c. *sicut sancti mei*, dicit Glossa Ordin. *& quod Papa, ubi de fide agitur, habet superiorem in terris, à quo possit judicari:* & per consequens, ad ipsum superiorem valeat appellari. Probatur etiam notanter per illud, quod legitur & notatur 40. *dist. c. Si Papa*, ubi expressè definitur, quòd *Papa à nemine judicari potest, nisi deviat à fide Catholica.* Ergo si Papa deviat à fide, habet superiorem in Terris, à quo potest judicari: & per consequens ad ipsum potest appellari. Hoc etiam patet per hoc, quod dicit Augustinus in Epist. ad Glorium & Eleusium & reliquos Donatistas, ubi de Concilio Papæ & Collegii Cardinalium scribit Dominus sic: *Quasi non eis dici possit, & adhuc justissimè dici, Ecce putemus illos Episcopos, qui Romæ judicarunt, non bonos fuisse. Restabat adhuc universalis Ecclesiæ plenarium judicium, ubi etiam cum ipsis judicibus causa possit agitari, ut si malè judicasse convicti essent, eorum sententiæ solverentur.* Hæc Augustinus. Ex quibus & aliis plurimis authoritatibus, quæ brevitatis causa dimittuntur, evidenter patet, quòd Concilium universale Ecclesiæ Catholicæ, ubi de jure divino aut de fide agitur, majus & superius est Concilio Papæ & Cardinalium, & ipsum solvit & tollit, si ipsi repugnent. Cùm ergò pro defensione juris Imperii, quod est à jure divino, & fidei Catholicæ, appellamus ad generale Concilium in loco tuto & securo congregandum, sequitur quòd appellatio nostra fuit interposita ad superiorem, ad quem legitimè potuit appellari.

13. Plures quoque aliæ rationes & causæ sunt, ex quibus cernitur evidenter, quod prædictæ sententiæ fuerint & sunt nullæ, ac nullius valoris sive momenti, nec fuerunt nec sunt timendæ, nec aliquatenus observandæ. Quæ rationes & causæ in appellationibus & provocationibus contra adversantes nobis, & Nos, & Imperium, & fidem Catholicam, quam Sancta Romana tenet Ecclesia, impugnantes solenniter interjectis, seriosiùs explicantur: quas omnes seriatim præsentibus literis explicare, prolixum nimiùm videretur.

14. Quamobrem denunciamus & dicimus processus & sententias, de quibus superiùs dictum est, fuisse & esse nullas, & nullos, & nullius valoris & momenti, & nullatenus observandas: ac universis & singulis sub nostro Imperio degentibus, cujuscunque status, dignitatis, ac conditionis existant, diserte præcipimus & mandamus, quatenus nulla persona singularis, aut communitas vel universitas, dictas excommunicationis & interdicti sententias præsumat observare, vel facere ac sustinere quomodolibet observari. Quicunque autem contra hoc nostrum mandatum præsumpserit facere, vel venire, eum omnibus feudis, quæ ab Imperio tenet, ac omnibus jurisdictionibus, gratiis, & privilegiis, libertatibus & immunitatibus, à nobis vel prædecessoribus nostris ei concessis, exnunc privamus.

15. In quorum omnium testimonium & fidem præsentes literas fieri fecimus, & nostræ Imperialis Majestatis bulla jussimus & fecimus communiri. Et, ut ipsæ literæ ad Communem omnium noticiam deducantur, eas majoris Ecclesiæ de Franckenfurt ostiis appendi sive affigi faciemus, quæ hunc processum nostrum quasi sonoro præconio publicabunt, ita quòd nullus possit prætendere, vel ignorantiam allegare, quòd ad eum prædicta non pervenerint, sive quòd ea ignoraverit: cùm non sit verisimile, occultum & incognitum remanere, quòd tam patenter fuit omnibus publicatum. Datum in oppido nostro de Franckenfurt, die VIII. mensis Augusti, Anno Domini MCCCXXXVIII.

LXXXVII.

1339. *Constitutio* LUDOVICI *Bavari Romanorum Imperatoris de Imperii Juribus, excellentiâ, & potestate Electi Romanorum Regis, latæ in Comitiis Francofurtensibus. Datum in Civitate Francofurt in Quadragesimâ Anno* 1339. [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. III. pag. 411.]

CÆsar, cum hoc à Pontificibus agi cerneret, ut Cæsarea dignitate conculcata, tyrannidem suam stabilirent, Francofurtum Principibus, ac humanæ divinæque sapientiæ doctissimis quibusque convocatis, Decretum de Consilio Doctorum sub sigillo suo contra processus defuncti Joannis Papæ promulgat, rationem fidei suæ clarissime reddit, plane ingenueque profitens, se Christianum hominem, articulos Fidei integros credere. ANNO 1339.

2. Ad hæc multa præclara proponit, publica atque solenni acclamatione novas confirmationes antiquis legibus addens, easque corroborans: scilicet ut Electores Imperii, & nullus alius, Regem Romanorum eligant: cuique plura accedunt Principum suffragia, is etiam in discordia verus censeatur electus sive Rex sive Imperator, cum in essentia idem sint, licet nomina diversa credantur, idemque possit, citra Apostolicæ Sedis confirmationem, Imperii jura & exercere & administrare.

3. Debeat quoque mox idem post Principum insinuationem à Pontifice inungi, si legitime sit electus. Quod si recusset Pontifex, possit à quocumque Catholico Antistite proclamari Imperator & Augustus: cum maxime inunctiones istæ solemnitates tantum quædam sint adinventitiæ, à Pontificibus excogitatæ, nomina tantum, & non res concedentes. Quis enim Romanus Pontifex consecravit Constantinopolitanos Imperatores? Et quis ante Carolum multos Christianos Cæsares? & ante Constantinum, Ethnicos quis sacravit Imperatores? Nec fidelitatis juramentum Pontifici tribuit Imperator, sed obsequii ac fidei defensionis.

4, Præterea falsissimum esse ostendit, per vacationem Imperii jus ad Papam devolvi: idque esse contra sacri Imperii libertatem, dignitatem, jura ac Majestatem. Longa enim & approbata consuetudine, inconcusse à Majorum ordinatione hactenus observata, vacante Imperio, jus administrandi Imperii jura, feuda conferendi, & negotia cætera disponendi, Palatino Rheni debetur, non obstante Clementina *Pastoralis*. Datum in Civitate Francofurt, in Quadragesima, anno 1339.

LXXXVIII.

Consensus & Assensus JOHANNIS *Regis Bohemiæ super Ordinatione per* LUDOVICUM *Romanorum Imperatorem, &* LUDOVICUM *Marchionem Brandeburgensem factâ de Jure & voce in Electione Romanorum Regis* RUDOLPHO *Comiti Palatino Rheni competenti. Datum Franckfurt quinta feriâ proximâ ante diem Palmarum, Anno Domini* 1339. CUM *Vidimatione & Testimonio* CAROLI IV. *Romanorum Regis. Datum in Keyserspers* 11. *Kal. Junii* 1354. *Regnorum suorum VIII.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. I. pag. 345. (1) NICOLAI BURGUNDI Electoratus Bavaricus pag. 64.] 18. Mars.

CAROLUS Dei gratia Romanorum Rex Semper-Augustus, & Bohemiæ Rex; notum facimus universis, quòd constitutus in nostra præsentia Illustris Rupertus senior Comes Palatinus Rheni, sacri Imperii Archidapifer & Dux Bavariæ, sororius & Princeps noster dilectus, nobis quasdam literas claræ memoriæ Illustris Johannis quondam Bohemiæ Regis, genitoris nostri dilecti, curavit ostendere, ut de tenore ipsarum dignaremur testimonium perhibere. Quarum tenor sequitur in hæc verba.

Nos JOHANNES Dei gratia Bohemiæ Rex ac Lucenburgensis Comes, notum esse volumus tenore præsentium universis, nos vidisse & plenè perlegisse literas Serenissimi Principis, Domini LUDOVICI Romanorum Imperatoris, & Domini Ludovici Marchionis Brandenburgensis, continentes ordinationem & tractatum de Comitibus Palatinis Rheni, qui ipsorum jus seu vocem electionis in Romano Imperio seu Rege Romanorum, quamplurimùm eligendo habere meritò deberet. Ex quibus siquidem literis prædictis liquidè apparet, Excellenti Principi Domino Rudolfo Comiti Palatino Rheni ac Duci Bavariæ, quamprimùm opportunitas ad hoc se offeret, ut Romanorum Rex eligi deberet, competere jus & vocem in electione duntaxat, & nulli alteri personæ. Eo

(1) NB. Que dans la Copie de *Burgundus* qui d'ailleurs est toute semblable à celle-ci, la Vidimation de *Charles IV.* est datée du 1. des Kal. de Juin. [DUM.]

ANNO 1339. Eo igitur per dictum Dominum Rudolfum ſupplicatum nobis extitit, ut ordinationi præfatæ in prædictis literis contentæ noſtrum præbere vellemus conſenſum benivolum & aſſenſum. Nos itaque, tanquam is ad quem hoc de jure, ſicut ad Principem & Electorem Imperii, ſpectare dinoſcitur, ſupplicationibus prædicti Domini Ducis annuere cupientes, præfatam ordinationem factam per literas prædictas ratificamus, & noſtrum ei præbemus conſenſum, aſſertionem & aſſenſum expreſſum, recognoſcentes ipſum in prima Electione futuri Regis Romanorum eligendi facienda habere vocem eligendi, tanquam Principem & noſtrum in ipſa Electione Coelectorem, harum noſtrarum teſtimonio literarum. Datum Franckfurt, quinta feria proxima ante diem Palmarum, Anno Domini MCCCXXXIX.

Nos igitur ad univerſorum noticiam volumus pervenire, quòd easdem literas ſub propriis figuris & elementis, & ſub ſigillo majori conſueto dicti genitoris noſtri in vera figura ſigillatas vidimus, & de veritate & integritate ipſarum teſtimonium perhibemus, præſentium ſub noſtro ſigillo teſtimonio literarum. Datum in Keyſersperg, Anno Domini MCCCLIV. XI. Kalend. Junii; Regnorum noſtrorum anno octavo.

LXXXIX.

3. Decembre. *Verbont tuſchen* JAN DEN III. *Hertogh van* Brabant *ende* LODEWYCK *Grave van* Vlaenderen *met conſent der Steden van hune Landen reſpectivelyck ghedaen; houdende, dat de voorſz. Landen in cas van Oorlogh malkanderen ſullen byſtaen; dat d'een ſonder conſent van d'ander geenen Oorlogh teghen wy het zy aen-nemenen ſal; dat ſy Oorlogh ghemaekt hebbende, ſonder malkanderen geenen Peys en ſullen moghen maecken; dat ſy in malkanders Landt ſullen moghen koopen, en verkoopen, en Coopmanſchappen uyt malkanders Landen uytvoeren ſonder beletſel; dat 'y maer eenderley ghemeyne Munte onder hunen ſullen hebben &c. Ghedaen te Ghendt den 3. December* 1339. [Le Luſtre & la Gloire du Duché de Brabant ſous l'an 1339. pag. 109.]

C'eſt-à-dire.

Alliance faite, & conclue entre JEAN III. *Duc de* Brabant *&* LOUIS *Comte de* Flandres *de l'avis & conſentement de leurs Villes & Païs; portant que leurs dits Païs en cas de Guerre s'entraſſiſteront mutuellement; que l'un ne poura point commencer une Guerre, contre qui que ce ſoit, ni la finir quand elle ſera commencée, ſans le conſentement de l'autre; Que leurs ſujets & habitans pouront achepter, vendre, & emporter leurs Marchandiſes des Païs l'un de l'autre ſans aucun empechement; & qu'ils n'auront enſemble qu'une même & commune Monnoye &c. A Gant le 3. Decembre* 1339.

In den Name des Vaders, des Soons, des Heylichs Gheeſts, ende ter eere der reyne Maghet Maria de Moeder Godts. Allen den ghenen die deſe teghenwoordighe letteren ſullen ſien oft hooren leſen.

WY Jan by der gratien ons Heeren Hertoghe van Loteryck, van Brabant, van Limbourgh, ende Marcgrave des Heylichs Rycks: Lodewick Grave van Vlanderen, van Nevers, ende van Rethels, Communghemeyns, Schepenen, Raedt ende al t' commun van de Steden van Brabant, Leuven, Bruſſel, Antwerpen, s' Hertogen-boſch, Nyvele, Thienen ende Leeuve, Borghmeeſters, Vooght, Prooſt, Schepenen ende Raet, end al t' commun van de ſteden van Vlaenderen Ghendt, Brugghe, Ypre, Cortryck, Oudenaerde, Aelſt ende Cheraersberge, ſaluyt in Onſen Heere. Met kenniſſe der Waerheden: weten alle, dat wy Jan ende Lodewyck Hertoghe ende Grave vooren ghenoemt, met onſe voorghenoemde Steden met ons, by ghemeenen conſente ende Raede, ſiende ende merckende; dat de goede Lieden van beyde den Landen ghebeuren zyn ſonder middel, den welcken ſalighlyck ende profytelyck is, in jonſten, in minnen, ende in eendrachticheden te gadere te weſen, ende elck aen andere te cleven, met volmaeckten wille, ende ghetrouwe herten. Ende dat de voorſchreven twee Landen vervult zyn van grooter menichte van volcke, 't welcke niet geſuſtineert weſen en mach ſonder Coopmanſchappe, ende ſonder Neeringhe: ſiende oock, ende merckende dat Coopmanſchappe ende neeringhe niet ghevoet en ſoude moghen weſen, ſonder in Landen van Peyſe, ruſte, eendrachticheden, Vryheden, Coopmanſchappe ende Neeringhe elck met anderen, ende te ſchouwen voortaen tuſchen ons ende onſe nacomers, alle ſaecken ende materien van geſchille, van onpeyſe, ende van bloetſtortinghe ende in beſchermeniſſe, ende behoudeniſſe van onſen lyve, goede, ende Landen, ende onſen nacomers: By goede deliberatie ende rypen Raede, om de openbare nutſchepe, profyt ende orboor van de voorſchreven twee Landen, hebben wy Hertoghe, ende Grave voorſchreven, ons, ende onſe naecommende de Edele van onſe twee Landen, Ridderen, knapen, Mannen, ende over haer naecomers metten goeden lieden van den Steden van beyde onſe Landen voren ghenoemt, ende wy Communghemeyns, Schepenen, Raet, ende 't commun van de voorſchreven Steden van Brabant, Borghemeeſters, Voogt, Prooſt, Schepenen, Raedt, ende al 't commun van de voornoemde Steden van Vlanderen, over ons, ende onſe naecomers, met onſe voorſchreven Princen, ende in den name van allen den anderen Steden, Meyers, Landen, ende Caſſelryen van den gheheelen Landen van Brabant ende van Vlaenderen gheordonneert, gheaccordeert, over een ghedragen ende verbonden, in der manieren naevolgende.

ANNO 1339.

I. In 't eerſte dat van deſen daghe voort, ende eeuwelyck ghenuerende, ſoo wi die eenich van ons Hertoghe ende Grave voornoemt, van onſe naecomers, ofte van onſen Lande van Brabant ofte Vlaenderen, ſtecken, dringhen, beſſuyten, veronrechten oft deiren wilde, met Oorloghe oft anders, in wat maniere dat ware in ſiele, lyve, oft in goede, dat wy elckanderen, in goede trouwe ende ſonder ergeliſt, beſchudden, beſchermen, helpen, verwaeren ende ontcommeren ſouden, met lyve end goede, welcke tyden, ende alſo menichwerven, dat wyſe oft eenich van onſſieden ſullen verſocht weſen, op ons ſelfs coſt, ende ghelyck ons ſelfs Landen. Behouden die, dat de ghene die den anderen, in hulpe, beſchudde ende ſecoers comen, ſoude moghen nemen redelycke ende tamelycke in des anders Landts fourage te haren Paarden.

II. Item, dat wy Hertoghe ende Grave voornoemt, onſe naacomers, oft eenighe van onſe lieden van onſen Landen van Brabant ende van Vlaanderen, oft eenigh van den twee Landen, nimmermeer oorloghe beginnen oft voren aangrypen moghen op ymanden, ſonder den Raet, wille, ende conſent van den tweee Landen voorſegt, oft her ne ware dat op ons Hertoghe ende Grave voornoemt, op onſe nacomers, oft op eenich van onſſieden, oft op eenich van onſe nacomers, op onſe voornoemde twee Landen, oft eenich van dien Landen, oorloghe quetſinghe, oft deire voren beghonnen ware by eenighen Prince oft andere perſoonen, dat wy ons voornoemde twee Landen, elck de ſyne, ſonder conſent ende Raadt van den anderen, verhoeden, beſchudden, beſchermen, ende bewaaren mochten in dit ſtuck, ende dan ware elck anderen ſchuldich te ſyne behulpigh, in der manieren dat verclaart is in 't eerſte poinct van deſe verbonde.

III. Item waart ſoo dat wy eenighe oorloghe te gadere begonnen oft ghemeyne waren aanghegaan op yemant, oft wancoſt doen om des anderen ſake bejaacht oft ghecreghen hebben, dat d'een Heere ende ſyn Landen, ſonder conſent van den anderen Heere ende Lande nimmermeer vrede, beſtant, Peys, noch Accoort macken ſouden.

IV. Item, hebben wy ghelooft, ende ghelooven elckanderen, dat wy om de voornoemde twee Landen te houden in goeden peyſe, Coopmanſchappe ende Neeringhe, ſullen helpen beraden, trooſten d'en

ANNO 1339. d'en den anderen met alle onſe macht, ende in allen ſaken, ende hebben ghenomen ende nemen als nu elck van onſlieden binnen ſynder macht ende Heerſchappye, beede by watere ende te Lande de Lieden ende alle de Inwoonende van den anderen Lande, ende elck ſonderlinge, in onſe beſchermeniſſe ende ſeker behoet. Ende in t'ghelyke alle Cooplieden van ſoo wat Lande ſy zyn, haer goet, haer Coopmanſchepe, ende haer meysnieden, commende, weſende, ende keerende binnen den palen van den voorſz. twee Landen, betalende haren rechten Tol, Coſtumen, ende Schulden, ende van hare misdaden haren amenden naer Wetten, ende uſaghen van den Lande: Ende is ons ghemeene conſent ende begheerte, dat de Cooplieden van den voornoemde twee Landen hem peyſivelyck onderlinghe gheneren, ende dat elck coopen mach in des anders Landt, alle maniere van Koopmanſchepe, ende die voeren oft doen voeren bynnen ſynen Landen, te ſynen profite, ſonder belet ofte verlet van iemande, betalende dat ſy ſchuldich zyn te betalene, alſoo voorſchreven is.

V. Item, hebben wy gheordonneert, omme die Koopmanſchepe ende neeringhe te houden binnen de voorſz. twee Landen, dat men ordonneren ende ſlaen ſal eene ghemeene Munte, goet ende weerdich, die haren loop hebben ſal in beyde de Landen voorſz. dewelcke ſal blyven ſtaende in een poinct ſonder verwandelen t'eeuwelycken daghe, oft het ne ware by gemeene conſente ende over een draghen van beede de Princen, ende van beede de gheheele Landen boven gheſeyt. Ende daer toe ſalmen nemen ende kieſen twee Perſoonen van elcks Heeren weghe voorſeyt, ende eenen Perſoon uyt elck van de drye goede Steden van Brabant voornoemt, dats te wetene Leuvene, Bruſſel ende Antwerpen. Ende van Vlaenderen, dats te weten, Ghendt, Brugghe ende Ipre, die Waerdeyne daer af weſen ſullen, dats te wetene die Waerdeyne uyt Brabant ghecoren, die Vlaemſche Munte te waerderene, ende die Waerdeyne uyt Vlaenderen ghecoren, die Brabantſche Munte te waerderene, dewelcke waerdeyne uyt Brabant commen ſullen in de Stede van Ghendt, ende die Waerdeyne uyt Vlaenderen ſullen commen in de Stede van Leuvene, t'elcken drye maenden oft corter, by alſoo dat hen orboor ende profyt dunct, t'eeuwelycke daghe ghedurende. Ende ſullen haer aſſaye doen loyalyck ende in goeder trouwe, ende op den eedt die ſy daer af doen ſullen, t'allen tyden dat menſe vernacken ofte vernieuwen ſal. Daer by is te wetene, dat alle andere Munte, ſonder deſe, die loop hebben ſullen binnen de voorſz. twee Landen ghepryſt, ende ghewaerdeert ſullen weſen naer haer rechte werde ende pryſe van der ghemeener Munte voornoemt.

VI. Item, waert dat wy, oft eenich van onſieden ofte onſe naercomers, ofte eenige van Hemlieden t'eenighen daghe d'een van den anderen ons van onrechte te beclaghen hadden, oft te dolerene, in wat manieren, ofte in wat ſaken, ofte hoe menichwerven dat weſen mochte, waert van ſaken den Princen Landen, den Steden, den Caſſelryen ofte ſinguliere Perſoonen toucherende, dat die ghene die hem te beclaghene hadden, die ſake van hare clachte ontbieden ſouden by boden, oft by gheshrifte den Heeren, den goeden Steden, van den anderen Landen, ofte den ghenen wiens lieden ende Subjecten men de misdaet aenleghen ſoude, ende verſoecken daer af recht, ende beteringhe naer de misdaet. Ende ſoo waere die Heere, ſyne Steden, oft die ghene die aldus verſocht, ende gheſommert weſen ſoude, dat onrecht ende die misdaet, ſchuldich te beteren, ofte te doen beteren ende te doen berechtene den ghenen wie het toucheren mach, ende aengaen ſoude, binnen acht daghen navolghende der tydt dat s'ys eerſt verſocht weſen ſouden. Ende in ſtic dat deſe ſaken niet afgheleyt noch gebetert en worden binnen die acht daghen, alſoo voornoemt is, om te verhoede dat nemmermeer t'eenighen daghen ryſen noch ſpruyten en mochten, oorloghe, geſchille ofte discorde, tuſchen onſe Hertoghe ende Grave voornoemt, tuſchen onſe naercommeren, tuſchen onſe voornoemde twee Landen, noch tuſchen eenighe Steden, Caſſelrien, ofte ſingulier Perſoonen van de voornoemde twee Landen, hebben wy gheaccordeert, ende verbonde als nu, dat elck van ons Hertoghe ende Grave voorſchreven, ofte van onſe naercomers, eewelyk ghedurende, ende t'allen tyde dat te doene weſen ſal, nemen ſal twee goede lieden van ſynen Rade, ende elck van drie goede Steden van Brabant, eenen Schepene ende elck van de drie goede Steden van Vlaenderen voornoemt eenen Schepenen, de welcke thien Perſoonen vergaderen ſullen in dat Lant, daer de ghene toebehooren die hem beglaghende zyn, ende in een van de vier goede Steden van dien Lande die naeſt is der Steden daer dat onrecht gedaen oft geſpruyt is, binnen achte dagen na dat ſys vermaent ſullen zyn ſonder ſtande, ende ſullen doen openbaerlyc haren eedt, als ſy vergadert weſen ſullen in preſentie elck van andere, op die heylige Evangelie, loyalyck te onderwindene ende inquirerene, dat rechte ende waere van die clachten, ende geſchillen, ende discordien, die te termineren, ende Sentencieren, ende te accorderen, na recht, ende redene, ſonder eenighe partie daer inne te dragene. Ende ſullen beletten ende verhoeden alle ſaecken, ende materien van diſcordie. Ende en ſullen uyt dier Steden nimmermeer ſcheyden, oft het ne ware, dat ſy oft eenich van henlieden by ſonneſchyne daer uyt voeren, ende binnen dien ſelven dage by ſonneſchyne weder daer ihne quamen totter tyt dat ſy al die ſaken, daer ſy om vergadert weſen ſouden; getermineert, vereffent, gepaeyt ende geaccordeert ſullen hebben. Dewelcke thien Perſoonen die aldaer ghecoren ende ghedeputeert weſen ſullen, ende alſoo menichwerff alſt te doene weſen ſal, wy ende elck van onſlieden over ons ende onſe naercomers gheven als nu, volle macht authoryteyt, ende ſpeciaal bevel, die ſaeken daer ſy toe ghecoren ende ghedeputeert weſen ſullen te inquirerene, te terminerene, ende te ſententierene, te vereffene ende te accorderene, in der manieren dat voorſeyt is: ende gheloven alle, ende elck van onſlieden by hem, over ons, onſe naercommers te houdene, ende te volcomene wel ende gheſtadelyck al 't ghunt dat by die thien Perſoonen ghedeputeerde, gheinquireert, ghetermineert, ghewyſt, vereffent, ende gheaccordeert weſen ſal, in alle die ſaecken, ende elcke ſonderlinghe, ſonder nimmermeer iet te doene oft te attenteren in contrarie: Ghevielt oock dat eenigh van de vornoemde thien Perſoonen, quame van lyve ter doot, binnen den termyne dat ſy vergadert waren om te tracterene, eer dat ſy haer haer laſt ghetermineert ſouden hebben, ſoo is ons conſent ende wille hoe menighwerf het ghevielе, dat de ghene by wien die perſoon ghecoren ende ghedeputeert was, eenen anderen van den ſelven Rade, oft Schependomme kieſe, ende ſtelle in ſyne ſtede binnen den derden daghe naer dien datmen verſocht ſal zyn, ſonder ſtande: Den welcken wy, ende elck van ons lieden over ons, ender over onſe naercommers gheven aldus volle macht, authoriteyt, ende bevel in alle ſaecken, alſoo d'andere hadden eer hy quam van lyve der doodt. Ende ſullen deſe gedeputeerde, ende elck van hen lieden bedwonghen ende gheconſtringeert zyn de voornoemde commiſſie, ende laſtinghe te aengaene, ende te doene, in der voorſchreven maniere, by den ghenen dieſe kieſen ende deputeren ſullen, by alſoo dat daer aff eenich onbehoorich weſen wilt, oft in ghebrecke ware: Oock ſoo dat de voorſchreven thien perſoonen, oft eenich van hen lieden, op eenich ſtuck daer ſy mede ghelaſt weſen ſouden, begheerden den raet van den ghenen daer hy by ghecoren ware, dat ſy hem beraden mochten aen den ghenen die van den ſelven Rade oft Schependomme weſen ſoude, mits dien dat ſy uyt die ſtede daer de Commiſſiariſen vergadert weſen ſullen, niet ſcheiden ſouden, inder manieren dat voorſeyt is.

VII. Item, hebben wy beloofs, ende beloven elckandere in goede trouwe, dat om ſaecken die gheſchien oft mach ghevallen tuſchen ons, oft tuſchen eenich van onſlieden, oft tuſchen onſe naercommers, oft tuſchen eenich van hen lieden, wy, noch onſe naercommers en ſullen doen, oft nemen, ander wrake, noch oorloge poeren, noch pandighen doen doen, d'een op den anderen, ſonder de clachten doende, oft daer af recht heyſchende aen de ghene die daer toe ghedeputeert weſen ſullen, inder maniere dat is voorſchreven: Ende ne ſullen eenighe ſaecken doen, oft ghedoogen te doene, daer coopmanſchappen by belet weſen mach, vryelycke te gane ende te keerene, van den eenen Lande in d'andere, haer recht betalende, alſoo boven voorſeyt is.

VIII. Item, hebben wy gheaccordeert ende verbonden,

ANNO 1339.

ANNO 1339. bondenden, om alle de puncten die hier inne geschreven staan, ende elck punct sonderlinghe gestadelyck te doen houden, t' eeuwelycken daghe sonder brecken: Dat waar 't soo, dat wy Hertoghe ende Grave voornoemt, ofte eenich van onsliedien ofte onze naercommers, ofte eenich van henlieden, t'eeuwighen daghe regen Verbonde, oft eenich punct dat in dese lettere gheschreven staat, staken oft ginghen, in soo wat manieren dat ware, by ons ofte andere persoonen, dat daar by deze ordonnantie ende accorde van minder werde, oft min gestade niet wesen soude, nemaar, dat die ander Heeren, ende beyde de gheheele Landen vornoemt, die Heeren, die eenich punct van deze sake brecken wilde, constringeren ende bedwinghen souden met al haar vermoghen, te doen houdene de Ordinancien ende elck punct sonderlinghe, in der manieren dat zy hier gheordonneert ende gheschreven zyn. Ende ne sullen ghedoogen de voornoemde twee Landen, elck van zynen Heere ende Prince, die hier af rebel oft contrarie wesen wilde, dat hy nemmermeer by hem, oft by ander persoonen, eenich profyt, bate, amende, ofte ander voordeel heffenne zal, noch ontfaan, ofte in zyn orboor in eeniger maniere laten commen, totter tydt dat zy alle dese Verbonden, Voorwaarde, ende Accord, ende elck poinct sonderlinge, wel ende ghetrouwelyck houden ende volcommen sullen. Waert oock soo, dat eenich van de voornoemde Landen Brabant oft Vlaanderen, eenighe singuliere Steden, Casselrie, Meyerie, oft singuliere persoonen, soo wy zy waren, van den eenen voorschreven Lande, oft van beide, teghens dese Verbonde ofte teghen eenich poinct datter in gheschreven is, staken, oft ginghen, in soo wat maniere dat wesen mochte. Dat daeromme dese Ordinantie ende Accord niet min blyven en souden, goed, vast, ende gheslade: Nemaer dat beede die Heeren ende Princen, mitsgaders de Steden, Casselrien, Meyerien, ende Communen die dese Verbonde wel houden souden, die andere rebelle ende onverhoorighe constringeren ende bedwinghen zullen, sonder eenich dilay, met al haar macht, ende met alle manieren van constrainte die zy op heurlieden, ende op haar goet doen zullen moghen, totter tydt dat zy alle dese Verbonde, Voorwaarde, en Accorde, ende elck poinct by hem wél ende gestadelyk houden ende volcommen sullen.

IX. Item, om dat alle daghe nieuwe zaacken, ende materien spruyten, ryscn, ende voor oghen commen, daar dat den voorschreven Landen afcommen mochte commer ende onprofyt. Soo zyn wy gheaccordeert, elk met anderen, dat de voorschreven twee Heeren, ende haar naercommers, ende die ses goede Steden van de voornoemde twee Landen, elck jaar eeuwelyk geduerende, ten drye termynen van haren Lieden senden, ende vergaderen zullen. Dats te wetene op den veerthiensten dach naar Lichtmisse onser Vrouwen binnen der Steden van Gent, ende op den veerthiensten dach naar S. Jans midtsomer, in de Steden van Brussel, ende op den veerthiensten dach naar alle Heylighen dach, in de Stede van Aelst: in welcke Steden, ende vergaderinghen, men ordonneren, ende over-eendraghen sal, alle manieren van saken, ende goede poincten, die met dezen Accorde, ende Verbonde gaan moghen, ende de voorschreven twee Landen bringhen moghen in nutschap, orboor, ende profyt.

X. Ende om dat wy, ende elk van onsliedien, willen, ende begeeren, dat dezen Peyse, ende Accorde, Voorwaarde, ende Verbonde die in dese letterre geschreven staan, zyn, ende blyven, wel getrouwelyck, ende vaste gehouden, ende volkommen t'eeuwelyken dage, sonder in eenich poinct, oft articule daar tegen te gane oft te doene in eeniger maniere: Hebben wy Hertoge, ende Grave, over ons, over onse naarkommers ende over de Edele van de voornoemde twee Landen, Ridders, Knapen, Mannen ende hare naarkommers, ende over alle d'ander Steden, Casselryen, Meyerien, ende Communen van onze voorschreven twe Landen, die hier specyalyk niet geschreven zyn, ende over haar naarkommers, met onze Steden voren genoemt, ende zy met ons, over hen, haar naarkommers, ende zy in den name van den twee geheele Landen voornoemt, alle dese saken, accorden ende voorwaarden, ende elk poinct sonderlinghe, gelooft, ende verbonden, d'een den anderen by onzen Ridderschap, by onze trouwe, sekerhede, ende by onzen eede, openbaarlyk ghedaen, ende geleyt onze handen op de heylighe Evangelie, te houdene ende doen houden, t'eeuwelyken dage sonder breken. ANNO 1339.

XI. Ende mitsgaders deze, hebben wy ghelooft, ende ghelooven elkandere dat wy nemmermeer soekenne zullen, ne ghedoogen te soecken dispensacie, ofte verlaet van Pausen, van Koningen, van eenighe Souverainen, oft van eenich ander Prelaet, oft Princen, noch absolutie van onzen Ghelooven, oft van onzen Eede, die wy hier gedaen hebben. Ende ne zullen laten om verbot ofte bevelen van eenighe Overheere. Wy en zullen houden alle de zaeken die hier inne gheschreven zyn, ende elk punct by hen wel, ende gheslade lyck, ende wy ne zullen niet ons daer af stellen in eenighe bly suene oft Landtschepe, noch ne zullen quyte schellen d'een den anderen van eenige zaaken hier voornoemt, noch ne sullen laaten om eenige saecken, die her te ghepeysen mach, oft die gheschien mach, wy ne zullen houden d'een d'ander, alle de voorwaarde puncten, ende articlen, ende elk sonderlinge die in deze letteren geschreven staen: Ende als noch hebben wy belooft d'een den anderen, ende geloven over ons ende onze naerkommers, om in alle deze zaeken het te versekere, die achter 't lyf van ons Hertogen ende Graven voorzeyt, de gene die onze Landen, ende Heerschappye; als oirs, ende naerkommers besitten zullen, voor den tyt dat zy ontfaen wesen zullen ter Heerscheppe als Hertogen oft Graven, elk van henlieden voren zal doen alzulken Eedt, obligatien ende gelosten, als wy gedaen hebben, ende boven geschreven zyn, Ende ne zullen ghedoogen van deser tydt voortaen, noch onze naerkommers in haren tyt, dat eenich persoon geroepen zy ten Rade van ons, oft van onze naerkommers, hy ne zal doen voren Eedt by zynder trouwen, ende op de Heylige Evangelien, te helpen, ende te raden, die Peys, Accort, Verbont, ende alle die zaeken, die in deze lettere geschreven staan, te houden met alle zyn macht gelyk ende volkomentlyk, zonder nimmermeer eenige zaeken te zeggen, te doene, noch te raden, in contrarie; Ende in alzulker maniere, zullen beloven ende sweren die Schepenen, Baillieus, d'andere Rechters, ende Officiers van onze Steden ende Landen voornoemt, ten beginsele van hare Officie, ende staten, ende alle diergelyke alle Mannen, ter tydt dat zy haer leen ontfaen zullen van ons Hertogen ende Graven voornoemt, ende van onze naerkommers.

XII. Ende het is te weten, dat alle de voornoemde Ordonantien, Voorwaerden ende Verbonden, ende elk punct sonderlinge, gemaect, gelooft, verbonden gezekert ende gesworen zyn, behouden in alle andere zaeken die hier niet geschreven zyn, die Vryheden, die Wetten, Costumen ende usagien van elker Stede, Casselrye, Meyerye van de twee Landen voorschreven: In oorkontschepe van deze dingen, hebben wy Hertogen ende Graven voorschreven, over ons ende onze naercommers, mitsgaders onze Steden, dats te wetene, van Brabant, Leuvene, Brussel, Antwerpen, s' Hertoghenbosch, Thienen ende Leeuve: Ende wy Arnout by der gratie Godts Abt van Gemblours der Ordene van S. Benedictus van den Bisschopdomme van Ludicke, ter beede van Schepene, ende van al den Commune van der Stadt van Nivele, over hem lieden ende haer naerkommers, by de redene dat zy ne ghemeenen seghelen hebben: Ende van Vlaenderen, Ghendt, Brugge, Ypre, Cortryke, Oudenaerde, Aelst, ende Gheraersborghe. Ende onze voornoemde Steden, met ons, over hen ende haren naerkommers, ende in den name van de twee gheheele Landen boven gheseyt, deze Letteren gheseghelt met onze seghel uythangende: Ende om mer verzekerhede van alle de zaken, voorwaerden ende verbonden voorschreven te houdene, ende te doen houdene, wel ende loyalyck, hebben wy ghebeden ende verzocht aen die Edele van onze twee Landen, dat is te wetene: Wy Hertoghe voornoemt, aen onze ghetrouwe Willem Heere van Hoorne ende van Gaesbeke, Thomas van Diest, Heere Seelem, Willem Heere van Wezemalle Maerschalk van Brabant, Willem van Du-

ANNO 1339. vevoorde Heere van Oosterhout, Jan Heere van Rotzelare, Drossate van Brabant, Jan van Loen, Heere van Cogmont, ende Willem Henrik Berthour, Heere van Duffele Jan van Levedale Heere van Borstelle, Jan Heere van Sombreffen, Jan van Kuick Heere van Hoochstrate, Lodewyck Heere van Diepenbeke, Diederick van Wallicourt, Heere van Ha ende Maerschalk van Henegouwe, Henrick van Walicourt, Heere van Fanerchines, Lodewyck van Beerlaer, Heere van Herlemont, Gillis van Quaderebbe, Heere van Berghene, Aernoudt van Aelbeke, Jan Pilsier, Jan van Berste, Herman van Os, Loys van den Burcht, Rendtmeester van Brabant. Jan van Meldoet, Jan Pulleman Drossate van Brabant, Jan van Wynigen, Daniel van Boukhout, Hendrik Botersem, Hendrik van Witem, Rachen de Grance Heere van Lintere, Goossen, Heere van Godsenhove, Aernout van Wiere, Willem van den Bosche, Geeraert van Borsselare, Borchgrave van Gheldenake, Nicolaes van Vilvoorde, Hutenhove, Jan Staienen, Jan van Schoonhove, Kaerle van Revieren, ende Wouter Heere van Melyn, Ridderen. Ende wy Grave voerseyt ende onze getrouwe Hendryk van Vlaenderen Heere van Nivenene, Philips Heere van Arele, Simon van Mirabile Heere van Perwys, Geeraert Heere van Raslegem ende van Lens, Rachen van Gavere Herre van Heremers, Aernoudt van Gavere Heere van Schorisse, Jan van Gruythuyse Heere van Ha, Rogier Buseterstен Heere van Bouxem, Jan van Axele, Olivier Herre van Poncke, Willem van Nevele, Wolfhert van Ghistele, Gheeraert van Raseghem, Mer Gheeraert van Ghistele, Daniel van Roosebeke, Simon van Maelstede, Rogier van Vaernewyck Gheeraert van Moerstede, Willem van Straten Jan van Poelvoorde, Jan van Masleme, Daniel van Dronghene, Jan van der Moer, Aernoudt Bernagen, Jan van Uytkercke, Loys van Moerckerke, Hughes van Steelandt, ende Janne van Lokerne, Knapen, dat zy ende elk van henlieden de voornoemde Ordinantie, Accorden, Over-en draghten, Voorwaerden ende Verbonden in der voorschreven manieren wilen gheloven ende schweeren te houdene, ende te doen houdene met allen haren loyalen vermoghen, ende dat zy haer seghel hanghen willen aen deze presente Letteren metten onzen, der Steden, ende des Abts boven gheseyt, in oorkontschepe van haren wille en consent. Ende waert soo dat gheviele in eenighe tyden, dat wy, ons hoors oft onse naercommer ghingen oft wilden gaen teghen dezen verbonde in eenigher maniere, dat niet ghevallen zal, oft Godt wille, dat die Edele boven ghezeyt, oft eenich van henlieden, niet ghehouden soude wesen ons te behoedene, in eenigher maniere in dit stuck, nemaer dat zy houden de voorschreven Accorde ende Verbonde, t'eeuwelycken daghe, ende elck poinct by hem alsoo voorleyt is. Ende in 't stuck daer zy of eenich van henlieden doen zullen dat wy hen ghebeden ende versocht hebben, wy, noch onze naerkommers, hem zullen nimmermeer wanjonst draghen, noch zullen hem daeromme grief of schade doen, noch ghedooghen te doene, nemaer in dat doende, zullen wyze behoeden, beschermen loyalyck teghen alle lieden: Ende waert soo dat eenich van onze Rechters, ofte Officiers seggten, ghinghen ofte daden in eenich poinct, in contrarien van de voorschreven saken, ende wy Hertoghe ende Grave boven ghenoemt, oft onze naerkommers waren in ghebrecke, de ghene die dat doen zullen te corrigierene; Wy willen ende verzoeken aen die Edele von onzen Lande, dat zy, ende elck van henlieden, met onse voornoemde Steden, helpen met alle haere macht, dat die ghene die dit ghedaen zullen hebben, worden ghecorigeert naer den misgrype: Ende wy de Edele boven gheseyt, ter bede en versoecke van onze lieve ende gheminde Heere voornoemt, hebben ghelooft, ghesekert, ende ghesworen by onzen Eede, openhaerlyck ghedaen, over ons ende onze naerkommers, te houdene ende te volkomene ghestadelyck, sonder brecken, alle die zaken die in deze Letteren geschreven staen. Ende in kenniss ende oorkonschepe der waerheydt hebben wy aen dese presente Letterren ghehanghen onsen seghele, metten seghele van onze lieve ende voornoemde Heeren ende haere Steden, ende des Abts boven gheseyt.

Ende waert dat gheviele, dat eenich seghele die voornoemt is, een ofte meer ghebrack oft achterbleve te hanghen aan deze teghenwoordighe Letteren, daer by ne willen wy niet dat deze zaecken ende Verbonden zyn van minder weerde; Maer dat zy zyn ende zullen blyven alsoo ghestade, ende van alsulcker macht als zy wesen zouden, oft alle die seghelen daer aen volkomelyck ghehanghen worden. ANNO 1339.

Ende als noch, hebben wy Hertoghen ende Graven vornoemt, over ons, ende onze naercommers, met onze voornoemde Steden met ons, over hem ende haren naercommers, ende in den name van de twee gheheele Landen voren gheleyt, belooft ende beloven elckandere, indien deze Letteren in eenighe tyden waren ghevioleert, gheergeert ofte ghecorrumpeert; het ware van Parckemente; van die schrittueren, ofte van seghelen, dat wy weder gheven, ende verseghelen zouden, den ghenen van ons, die des ghebreck hebben zouden, alzulcke Letteren, ende alsoo suffisant als deze zyn, alsoo varinghe als wy dies verzocht wesen zouden, sonder fraude. Dit was gedaen, ende gheaccordeert te Ghendt, op den derden dach van der Maent van December: In 't jaer ons Heeren derthienhondert ende neghen en dertich.

Aldus ghetroken uyt het Manuscript Privilegi Boeck van onse Lieve-Vrouwe Natie, ende is naer voorgaende Collatie met den zelven bevonden concorderende, quod Attestor J. B. Ansems Protonots. Apost. & Reg. 1699.

X C.

EDUARDI III. *Regis Angliæ Investitura de Principatu Walliæ per Coronam, annulum aureum, & virgam argenteam, in* EDUARDUM *Ducem Cornubiæ Filium ejus & certum hæredem Dat. apud Westmonasterium* 12. *May.* [SELDENUS de Titulis Honorum Part. 2. cap 5. p. 334 Ex Rotul. Cart. 17. Ed. 3. n. 27.] 12. Mai vers l'an 1340.

REx Archiepiscopis &c. Salutem. De Serenitate Regalis præeminentiæ, velut ex Sole radii, sic inferiores prodeunt Principatus, ut Regiæ claritatis integritas de luce lucem proferens, ex lucis distributione minoratæ lucis non sentiat detrimenta; immo tanto magis Regale Sceptrum extollitur & Solium Regium sublimatur, quanto tribunali suo plures subsunt Proceres eminencia clariores. Hæc autem consideratio condigna nos, qui nominis & honoris Edwardi Ducis Cornubiæ, & Comitis Cestriæ primogeniti nostri Charissimi incrementum appetimus, in quo potius nos ipsos conspicimus honorari & Domum nostram Regiam, & subditum nobis populum nostrum speramus per Dei gratiam, sumpta de glorioss suis auspiciis conjectura, honorificè roborari, allicit & inducit, ut ipsum qui reputatione juris censetur eadem persona nobiscum, digno præveniamus honore, & facunda gratia persequamur. De Consilio itaque & consensu Prælatorum, Comitum, Baronum, & Communitatum Regni nostri Angliæ, in generali Parliamento nostro apud Westmonasterium die lunæ in quindena Paschæ proximè præterita convocato, ipsum Edwardum Principem Walliæ fecimus & creavimus, & dictum Principatum sibi dedimus & concessimus, & per cartam nostram confirmavimus, ac ipsum de dicto Principatu ut ibidem præficiendo præsideat, & præsidendo dictas Partes dirigat & defendat, per Sertum in capite, & Annulum in digito aureum, ac Virgam argenteam investivimus juxta morem, habendum & tenendum de nobis sibi & hæredibus suis Regibus Angliæ inperpetuum, cum omnibus dominiis & terris nostris Northwalliæ, Westwalliæ, Southwalliæ, ac Dominio, Castro, Villa, & Commitatu de Caernevan, in Dominio Castro, & Villa de Conevage, Dominio, Castro, & Villa de Krukich, Dominio, Castro, & Villa de Bellomarisco, Dominio, Castro & Villa de Hardelak, Dominiis & Comitatibus de Anglesye, & Merionith, Dominio, Castro, & Villa & Comitatu de Kermerdew, Dominio, Castro & Villa de Lampadenmar. Dominio & Senescalcia de Cantremaur, Dominio Castro, Villa & Comitatu de Kardygan, Dominio, Castro, & Villa de Emelyn, Dominio, Castro, & Villa de Buelt, Dominio,

ANNO 1340. minio, Castro, & Villa de Haverford, Dominio, Castro, & Villa de Monte Comery, ac omnibus Dominiis, terris & tenementis, quæ fuerunt Resi apud Mereducke, & quæ ad manus inclitæ memoriæ Domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, Avi nostri devenerunt, una cum omnibus aliis Dominiis, Civitatibus, Castris, Villis, Maneriis, Membris, Hameletis, Terris, Tenementis, Feodis Militum, Vocationibus Episcopatuum, advocationibus Ecclesiarum Cathedralium & aliarum quarumcunque nec non Abbatiarum, Prioratuum, Capellarum, Hospitalium, & aliarum domorum Religiosarum, Mineris, Regalitatibus, liberis consuetudinibus, custumis, prisis, & exercitio omnis justiciatus & Cancellariatus, homagiis, servitiis, redditibus, proficuis, pratis, pascuis, pasturis, Wrecco Maris, Piscariis, Moris, Marischis, Turbariis, Foresiis, Chaceis, Parcis, Boscis, Warennis, Hundredis, Commotis, Ragloriis, Ringeldiis, Wodewardiis, Constabulariis, Ballivis, Forestariis, Coronatoriis, Reversionibus, Feriis, Mercatis, Wardis, Maritagiis, Releviis, Escaetis, & servitiis tenentium tam liberorum quam nativorum ac omnibus aliis tam ad dictum Principatum, quam ad nos in dictis partibus spectantibus quoquomodo, adeò plenarie & integrè, sicut nos ea tenuimus seu tenere deberemus, seu possemus; faciendo nobis pro dicto Principatu & præmissis omnibus tale servicium, quale inveniretur celebris memoriæ Dominum Edwardum nuper Regem Angliæ, patrem nostrum dicto Avo nostro pro prædictis omnibus dum ea tenuit ex concessione dicti Avi nostri fecisse. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus nostris, quod prædictus Edwardus, Filius noster habeat & teneat Principatum prædictum sibi & hæredibus suis Regibus Angliæ, in perpetuum, cum omnibus Dominiis & terris Northwalliæ, Westwalliæ, Soutwalliæ, ac Dominio, Castro & Villa de Kærnarvan, Dominio, Castro, & Villa de Coneweii, Dominio, Castro & Villa de Krukych, Dominio, Castro, & Villa de Bellomarisco, Dominio, Castro, & Villa de Hardelagh, Dominiis & comitatibus de Angleseye & Mergonith, Dominio, Castro, Villa, & Comitatu de Kermerdyn, Dominio, Castro, & Villa de Lampadervaur, Dominio & Senescalcia de Cantremaur, Dominio, Castro, Villa & Comitatu de Kardygan, Dominio, Castro, & Villa de Emelyng, Dominio, Castro, & Villa de Buelt, Dominio, Castro, & Villa de Haverford, Dominio, Castro & Villa Monte Gomery, ac omnibus Dominiis terris & tenementis, quæ fuerint Resi apud Meredith, supra dicti, una cum omnibus aliis Dominiis, Civitatibus, Castris, Burgis, Villis, Maneriis, membris, hameletis, terris, tenementis, feodis Militum, Vacationibus Episcopatuum, advocationibus Ecclesiarum Cathedralium, & aliarum quarumcunque, nec non Abbatiarum, Prioratuum, Capellarum, Hospitalium, & aliarum domorum Religiosarum, Mineris, regalitatibus, liberis consuetudinibus, custumis, prisis, & exercitio, omnis Justiciatus, & Cancellariatus, homagiis, serviciis, redditibus, proficuis, pratis, pascuis, pasturis, Wrecco maris, Piscariis, Moris, Marischis, turbariis, Foresiis, Chaceis, Parcis, Boscis, Warenis, Hundredis, Comatis, Ragloriis Ringeldiis, Wodewardiis, Constabulariis, Ballivis, Forestariis, Coronatoriis, Reversionibus, Feriis, Mercatis, Wardis, Maritagiis, Releviis, Escætis, & servitiis tenentium tam liberorum quam nativorum, & omnibus aliis tam ad prædictum principatum, quam ad nos in dictis partibus spectantibus quoquomodo, adeo plenarie & integrè, sicut nos ea tenuimus, seu tenere deberemus vel possemus, faciendo nobis pro dicto Principatu & præmissis omnibus tale servicium quale invenietur celebris memoriæ, Dominum Edw. nuper Regem Angliæ, patrem nostrum, dicto Avo nostro prædictis omnibus dum ea tenuit ex concessione dicti Avi nostri fecisse, sicut prædictum est. His testibus venerabilibus Patribus J. Cantuariensi Archi-Episcopo totius Angliæ Primate, R. Dunelmensi & R. Coventrensi & Lichfeldia Epilcopis, Willielmo de Bohnn Northampton. Thoma de bello Campo Warwic: & Willielmo de Clynton Huntingdon. Comitibus Thoma Wake de Lydel, Henricus de Percie, Roberto Parnyng, Cancellario nostro Willielmo de Cusancia Thesaurario nostro, Randolpho de Stafford Seneschallo hospitii nostri & aliis. Datum per manum nostram apud Westmonasterium duodecimo die Maji.

Per ipsum Regem.

XCI.

ANNO 1344. 24. Avril.

Epistola PETRI IV. *Regis Aragoniæ ad* CLEMENTEM *Papam* VI. *Conqueritur vehementer de Induciis, auctoritate Pontificiâ, inter eum &* JACOBUM *Regem Majoricarum indictis; negat Papam in quæstione mere temporali se intromittere debere, potissime cum ipse vel Reges Hispaniæ, nullum post Deum Superiorem in temporalibus agnoscant, Dat. Barchinon. 8. Kal. Madii anno Domini* 1344. [Preuves des Libertés de l'Eglise Gallicane. Tom. I. pag. 233.]

SAnctissimo ac Beatissimo in Christo Patri & Domino, Domino Clementi, divina providentia, sacro Sanctæ Romanæ, & universalis Ecclesiæ summo Pontifici Petrus Dei gratiâ Rex Aragon. Valent. Maioric. Sardiniæ, & Corsicæ, Comésque, Barchinon, ejus humilis filius & devotus, pedum oscula Beatorum. Filiali devotione vestræ Clementiæ Literas per venerabilem Armandum Aquentem Episcopum noviter nobis missas, reverenter accepimus, quarum in effectu series continebat; Quòd cùm Sanctitas vestra paternis optaret affectibus nos ac Regiam Domum Nostram Pacis, Salutis, &, honoris commodis abundare, & ad hæc Reformationem unitatis & Concordiæ mutuæ inter nos & inclytum Jacobum de Majoricis, opportunum, imò necessarium multipliciter existimaret, ad ipsam concordiam per Nuncios solennes, & Literas sæpiùs ad nos missas, vestra nos duxerat Sanctitas exhortandos. Sed licet hostis humani generis, pacis æmuli, nequitiâ prævalente, nondum super hoc esset nostris affectibus satisfactum, adhuc tamen circa cæpta de radice charitatis utique prodeuntia, tantò ferventius Beatitudo vestra proviserat insistendum, quantò sincerius & affectuosiùs nostri, dictique inclyti Jacobi de Majoricis, spiritualia & temporalia commoda zelabatur. Quare nos vestra Sanctitas hortabatur, ut que sæpè super his nobis scripserat, matura & diligenti consideratione intra pectoris nostri claustra sollicitè revolventes, & etiam attendentes, quanto ipsa concordia Deo, & subditis utriusque placita commoda ministret; nos ad ipsam concordiam animum inclinare & ut per vias honorabiles, & alias opportunas, & justas, quiescentibus guerrarum discriminibus super his posset tractari liberiùs, & utiliùs, ad treugas inter nos & dictum Jacobum de Majoricis, ac utriusque valitores & subditos ineundas, vel indicendas usque ad instans festum beati Michaëlis Archangeli duraturas, consensum favorabilem & benignum impendere deberemus. Quibus & aliis contentis in dicta littera, & in cedula nostra propria manuscriptâ, diligenti sollicitudine revolutis, vehementer cogimur admitari, quia Sanctitas vestra ad ineundum treugas cum dicto Jacobi de Majoricis nos induxit. Nam cùm nos cum illo guerram aliquam non habuerimus nec etiam habeamus, sed propter horrendos excessus, culpas innumeras, & scelera detestanda, per eùm in regiam Majestatem, totámque rempublicam nostram, prout vobis, Pater Sanctissime, per litteras nostras, & Nuncios nostros sæpè significavimus, & est orbi notorium, commissa multipliciter & adaucta, nos juxta usaticos Barchinon. antiquas consuetudines Catalauniæ, & jura patriæ, quibus subest, & sub quibus quæ possidebat & possidet, & per progenitores nostros antecessoribus suis concessa fuerunt in feudum, nuncque nobis legitimè acquisita, contra ipsum & terras suas ritè atque legitimè procedamus, treuga quæ guerræ supponitur, & inter guerrificantes tantùm initur, in executione justitiæ, quam pro re sæculari, & ut dominus temporalis justè facimus contra eum, tanquam subditum nostrum, ac intra Principatum nostrum Cathalon residentem, ibique domum suam foventem, (salva in omnibus vestræ reverentia Sanctitatis) non vindicat sibi locum. Præterea verbum illud contentum in vestra litera, ubi loquitur de treugis inter nos & dictum Jacobum de Majoricis indicendis, altiorem nobis turbationis materiam ministrasset, si se vestræ Sanctitatis proposito applicaret, quod in tali casu, ubi tantùm executio justè vertitur, indicendi treugas inter nos & ipsum subditum nostrum sibi assumerent potestatem; sed quia induci non debet, distulimus ad credendum,

ANNO 1344. quoniam fidei constantia, & obedientiæ promptitudo, ac clara sinceritatis & puritatis opera, pro fide Catholica, & augmento Sedis Apostolicæ per progenitores nostros, erga Romanam Ecclesiam habita & impensa, in ejusdem Ecclesiæ memoria deleantur, quodque debet, suadente justitia, execrari abominabiles actus ejusdem inclyti Jacobi, quos jugiter contra nos per nefarios excessus augmentat. Pater Sanctissime, in spe fertili dictæ Sedis animus requievit, in eo videlicet, quòd ad indicendum inter nos & dictum Jacobum de Majoricis dictas treugas, nullo modo procedere debeatis. Nam prout alias Sanctitati vestræ scripsisse meminimus, cum vestra Clementia, salva in omnibus reverentia & honore, de quæstione merè temporali, aut processu subditorum nostrorum intromittere se non debeat, cum hæc, nedum nostra, sed omnium Regum & Principum mundi jura regalia læderet, animumque scandalizaret, regiam ditionem minueret, & ad turbationem, motionem; & scandalum maximum provocaret, talia nullatenus pateremur: potissimè cum nos, vel Reges Hispaniæ, nullum post Deum superiorem in temporalibus agnoscamus. Cæterùm, Pater Sanctissime, cùm dictus Jacobus de Majoricis, quasi humana potestate sepositâ, omnique humanitatis fœdere dissoluto; sic in subditos & fideles nostros Comitatuum Rossilionis & Ceritaniæ, quos nunc tenet oppressos; austera nimis crudelitate desæviat, ut quadam ferali sævitia nonnullos trucidet, quosdam squallore carceris maceret; alios vinculis ferreis torqueat; cæteros exulare compellat, & non parcens generi, sexui, vel ætati, universos bonis suis spoliet; & ad extremam exinanitionem deducat, in nostri & Reipubl. dispendium, deteriorationem terrarum ipsarum, omnium exterminium, & excidium singulorum: Quis, Pater Sanctissime, vel saevum pectus habens, vel adamantis durissimi corda gerens, adeò possit incallere duritie, quam pro tantis oppressionibus & offensionibus, revelandis non emolliret præconsiderationis affectus? Quis non accendatur ad iram? quis non animetur contra tam impium hominem ad actum debitæ ultionis? Certè, Pater Sanctissime, firmiter credimus, quòd dum talibus subvenimus, gratum obsequium Altissimo immolamus. Igitur cùm illi, qui de dictis terris & Comitatibus poterunt & possunt eradere à facie sævientis, præsentiam nostram adierint, & jugiter adeant, ad auxilium nostrum recurrant, nòsque singulare refugium in tantæ necessitatis articulo recognoscant, auxilium nostri subsidii jugiter implorantes. Nos, Pater Sanctissime Justitiæ debito exigente, prævio, ut præmittitur, justo processu, ad eripiendum oppressos à tanta calumnia servitutis, tantòque jugo tyrannicæ potestatis, nunc vernali tempore, quo solent Reges ad bella procedere, sub magnis ærarii nostri stipendiis convocavimus Barones, Milites, Equites, & alios Subditos nostros in numero copioso, ac fieri fecimus, non absque immensis profluviis expensarum, congruum navigii apparatum cum quibus illius atrocem proterviam, auctore Domino, qui justitiam nostram prosequitur, conteramus, ac dictos fideles nostros, qui sub spe auxilii & subventionis nostræ respirant, de tantæ tribulationis anguistiis, tantæque calamitatis incendiis eruamus. Propter quod, Pater Sanctissime, si nos tot offensis atrocibus, & horrendis injuriis, per dictum inclytum Jacobum de Majoricis laceßiti, tot sumptuum oneribus prægravati, ob læsionem Reipublicæ nostræ, & in oppressione dictorum fidelium tacti dolore cordis intrinsecùs, votis vestris & exhortationibus, cum hoc absque, immenso & horribili detrimento facere non possemus, ad præsens annuere vel parere nequimus, quæsumus & humiliter supplicamus & nos habeat Beatitudo vestra rationabiliter excusatos. Almam personam vestram Altissimus conservet suo Sancto servitio per tempora longiora. Datum Barchinon. VIII. Kal. Madii anno Domini * 1334.

* 1334. Lisez 1344. Clement VI. ne fut élû qu'au mois de Mai 1342. & le Roi Pierre ne commença de regner qu'en 1336. [DUM.]

XCII.

6. Juin. *Pax inter* JOANNEM *Marchionem Montis ferrati, ejusque sequaces ex unâ, & JACOBUM de Sabaudiâ, Principem Achajæ, & illius adhærentes ex alterâ parte; constans plurimis articulis de exsulibus reducendis, captivis liberandis, controversiis Judiciariis amicabiliter & per viam Juris coràm judicio competente terminandis, auxilio certo Regi, & Reginæ Siciliæ mittendo etiam contra compartem contrahentem, absque eo, quod per hoc Pax ista læsa credatur. Defensores dictæ Pacis constituuntur Papa & Collegium Cardinalium Rex Francorum, & Comes Sabaudiæ. Actum in campis Gaxeni Taurinensis Diœcesis 6. Junii Anno* 1344. *Indictione XII.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.] ANNO 1344.

IN Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, nec non gloriosæ Virginis Mariæ, & totius curiæ celestis. Anno ejusdem milesimo CCC. XLIIII: Indictione duodecima, die sexto Mensis Junii in campis Gaxeni, Taurinensis Diocesis juxta Rivum Galli, Presentibus Venerab. Viro Domino Fratre Benedicto Proposito Domi humiliatorum de Clavaxi, Dominis Fratribus Petro de Castro Amunte Facino de Montecucho Ordinis Predicatorum, Dominis Aymone de Verolensi, Gulielmo de Montebello, Domino Alpignani Militibus; Jacobo de Giliis, Oberto Mischavino de Montilio, & Antonio Alpino Juris peritis, Ghiovanne Ottobono Joachino Comitibus de Cochonato, Oddonino de Rochera Marchione Ancisæ, Nicolao de Ripalta, Francisco de Mazacillo, Jordano de Cellis, Joachino de Cerexeto, Francisco Cane de Casalis, Ysoardo Croto de Pinarolio, Ricardo Provana, Condomino Panchalensi, & Conrado Asinario Cive Astensi testibus ad hæc vocatis & rogatis.

Noverit tam presens ætas, quam de cætero successura posteritas, quòd cum dudum exortæ fuerunt inimiciciæ, malivolentiæ, obscuritates, guerræ, neces, strages hominum, Captivitates, querelle, dissensiones, ruinæ, offensiones, odia, bella, incendia, damna, & pestes multipliciter inter viros Illustres Inclitarum recordationum Dominum Philippum de Sabaudia Principem Achayæ ex una parte, & Dominum Theodorum Marchionem Montisferrati quondam ex altera; que adhuc vigebant multipliciter, & vertebantur inter Illustres, & Magnificos Dominum Joannem, nunc Marchionem Montisferrati, & Dominum Jacobum de Sabaudia, nunc Principem Achayæ. Tandem ipsi Domini Jacobus Princeps, & Joannes Marchio cupientes à predictis guerris, offensionibus, inimiciciis, malivolentiis, & odiis prorsus discedere, & ad concordiam amicabilem pervenire de omnibus, & singulis supradictis, & rancoribus quibuscunque inter eos vertentibus, & existentibus quoquo modo, per se suosque hæredes, & successores, nec non idem Dominus Marchio pro se, fidelibus Vassallis, & subditis suis, & etiam pro nobilibus Comitibus de Valperga, Maxino, & Riparia, Dominisque Vischarum Forensitis Cherii, & aliis ipsius Domini Marchionis sequacibus, & adherentibus, nec non aliis Amicis, & choadiutoribus ipsius Domini Marchionis infra tres menses per Instrumentum publicum, vel ejusdem Domini Marchionis litteras nominandis, & dicto Domino Principi notificandis, & dictus Dominus Princeps pro se, fidelibus Vassallis, & Subditis suis, & etiam pro nobilibus Communitatibus de Sancto Martino, & Castro Amunte, Baiirii, Turris Baiirii, Rivaltensi, & Vischarum Dominis sequacibusque, & adherentibus ipsius Domini Principis, nec non aliis amicis, & choadiutoribus ipsius Domini Principis, & Instrumentum publicum, vel ejusdem Domini Principis litteras infra trium mensium spacium nominandis, & dicto Domino Marchioni notificandis ad concordiam, & tranquillum, ac pacificum Statum, sub infrascriptis pactis, modis, forma, & conventionibus pervenerunt invicem dicti Domini Princeps, & Marchio quibus supra nominibus, bonam, & firmam pacem inter dictas Partes, Deo propitio perpetuo inviolabiliter duraturam, adeo quod non possit aliqua occasione, ratione, vel causa corrumpi, infringi, aut violari, presertim ratione, vel occasione quorumcumque bonorum, rerum, aut Jurium, seu Feudorum consistentium in Castris, villis, Juribus, Jurisdictionibus, seu aliis quibuscunque in presenti pace nominatis, seu etiam ratione quorumcumque criminum, aut delictorum ab ipsis partibus, vel earum altera,

ANNO 1344. altera, seu ab aliqua persona ipsarum partium qualitercumque, & quomodocumque commissorum, vel perpetratorum, seu etiam ratione aliquarum petitionum, vel questionum, seu Causarum Civilium, aut criminalium, motarum, vel movendarum inter ipsos Dominos, vel aliquos de partibus supradictis, non possit procedi ad violationem dictæ Pacis, nec ad inchoationem, vel prosecutionem alicujus Guerre, seu offensionis publice, vel private, nec de facto ad captionem, recuperationem, invasionem, insidias, vel tractatum alicujus Castri, loci, Terræ, Feudi, rei, vel juris cujuscumque partium prædictarum, sed si quatenus ipsorum Dominorum, seu aliqua persona ipsarum Partium, vel universitas, Jus aliquod Proprietatis, vel possessionis, seu aliud quodcumque, vel petitionem, exactionem, seu persecutionem aliquam contra aliam se habere pretendat, vel putet quomodocumque, ea coram competenti Judice ordinario Jure Civili modo, & non per viam armorum, aut violentiæ, Insidiarum, vel tractatus petere, & prosequi teneatur, & quicumque contrafecerit cadat in penam pacis ruptæ, pace tamen ipsa in sua firmitate nihilominus perdurante. Item in pace ipsa prenominatus Dominus Princeps, antedictis Dominis de Valperga, Maxino, & Riparia, remisit, & quitavit puro corde, omnes rancheres, & odia per eum concepta qualitercumque, & quomodocumque contra eos, hoc adjecto, addito, & intellecto, quod si super comissionibus aliquorum Castrorum, Feudorum, vel aliorum quorumcumque bonorum, rerum, aut Jurium, ipse Dominus Princeps contra ipsos Nobiles, vel eorum aliquem aut in rebus quas possident, seu è converso ipsi Domini de Valperga, Maximo, & Riparia Jus aliquod habent, vel habere putant, seu pretendunt, contra ipsum Dominum Principem Jus ipsum qualitercumque competens prosequantur, & petant coram Judicibus, & Cognitoribus competentibus, Civili Judicio, & per viam Juris, non autem per viam armorum, ut in primo pacis hujus articulo continetur, nisi forte unus alteri post Sententiam latam in causa, de qua actum esset, & Judicatum, & Sententia in rem judicatam transivisset, recusaret servare, & non servaret in ipsa Sententia comprehensa. Quo casu licitum sit, prædictis, vel infrascriptis non obstantibus, ipsi Domino Principi, etiam per viam atmorum capere, & capi facere, invadere, & auferre, ac sibi retinere, & appropriare illa, de quibus pro eo judicatum esset, ut præmittitur, & sententiatum, sine eo quod dictus Dominus Marchio impedimentum, vel obstaculum aliquod præbere, seu guerram aliquam facere, vel prosequi posset, & sine eo quod dici posset pacem aliquatenus ruptam esse & violatam, seu penam pacis esse comissam, aut debere vel posse procedi propterea ad vindictam. Et idem liceret Domino Marchioni, & ipsis de Valperga, Maximo, & Riparia, via Armorum prosequi, si Dominus Princeps judicata, & declarata pro ipsis de Valperga, Maximo, vel Riparia, que in rem judicatam transitum fecissent, vel alia contenta in hoc capitulo non observarent. Item actum fuit solemniter inter Dominos supradictos in pace prædicta quod omnes, & singuli Forensiti Banniti, & confinati usque ad presentem diem propter guerras ipsorum Dominorum Principum, & Marchionum de Taurino, Clavaxio, Riparia, & aliis Terris ipsorum Dominorum, quos infra unum mensem tantum ipsi Domini per Instrumentum publicum, vel eorum litteras nominabunt, & sibi invicem notificabunt, dum tamen Forensiti sint, & Banniti, seu Confinati propter guerras prædictas, per ipsos Dominos Principem, & Marchionem, ad ipsorum Dominorum gratiam reducantur, & ex nunc pro reductis habeantur, & quod ipsi Domini, rancores, & odia concepta contra eos remittant, & remittere teneantur, & ex nunc pro remissis habeantur, & ultra hæc remittant, & remittere teneantur ipsis Forensitis, Bannitis, & Confinatis, omnia, & singula crimina, & delicta quoquomodo, & qualitercumque commissa, & perpetrata per eos, seu aliquos ex eis usque in diem presentem, & ex nunc dicta crimina, & delicta, ac penas ipsi Domini ejusdem forensitis, Bannitis, & Confinatis integraliter remiserunt, & quitaverunt. Volentes Processum, & Condemnationes factos, & factas, fiendos, & fiendas, præmissorum occasione contra eos, esse cassos, vanas, & Cancellatas, & pro cassis, cancellatis, vanis, & vacuis intelligi de cetero protinus, & haberi. A premissis autem excipitur homicidium perpetratum in personam Bartholomei Alpini de Taurino, per Bartholomeum Capram, & Socios, quod homicidium, seu ejus pena non sint, nec intelligantur per predicta remissa, vel quitata, sed remaneant in statu primario, & revertantur ipsi forensiti, Banniti, & Confinati ad loca propria, de quibus exiverunt, & ad ea per dictos reducantur, sicut inferius continetur. Et ex nunc eorum bona, tam Patrimonialia, quam peculiaria, que habebant, seu possidebant, quando de dictis Terris exiverunt, prout nunc consistunt ipsa bona recuperent, cum fructibus, & godiis in eis extantibus, seu pendentibus, salva tamen parte laboratorum, non obstante aliqua occupatione, vel liveratione, seu liberatione facta, postquam de ipsis Terris exiverunt. De debitis autem in quibus obligati erant antequam de dictis locis exirent, pro quibus liverata, occupatave reperierentur, seu liberata aliqua ex bonis prædictis, teneantur facere creditoribus summariam rationem, finitis duobus mensibus, post Pascha Resurectionis Domini venienis proximum inchoandis, quæ quidem bona ipsorum statim recuperent, & godiant ipsi forensiti, Baniti, & confinati, & habeant, salva parte laboratorum prædicta, & per Terram ipsorum Dominorum, exceptis illis Terris, de quibus exiverunt, libere conversentur, & maneant in eisdem. Uxores vero, & Familia eorundem transacto uno mense proxime veniente ad ipsas Terras libere redire valeant, & secure, Confinati vero prædicti ab hodie in antea ad Civitatem ipsam reddire valeant, & manere quandocunque de ipsorum Confinatorum processerit voluntate. Bona autem predicta teneantur dicti forensiti, & Banniti, ac confinati nominare, & indicare dictis Dominis, ac in scriptis tradere infra bienium, quod si non fecerint infra dictum terminum, non sint, neque intelligantur dicti Domini pro restitutione non facta in aliqua culpa.

ANNO 1344. Item actum, & firmatum fuit ut supra, quod dictus Dominus Princeps, dictos Forensitos de Taurino ad ipsam Civitatem reddire volentes, bona fide, & sine fraude procuret reducere ad ipsam Civitatem Taurini, & ipsos ibi prout ad Dominum spectat, manutenere, & tractare, ut bonos, & fideles, & cum eorum vicinis ipsius Civitatis inimicisque concordare, & pacem inter eos facere infra festum Nativitatis Domini proxime venturum, & si Dominus Princeps debitum suum faciendo eos in dictam Civitatem infra dictum festum Nativitatis reducere commode non poterit, ipsos in dictam Civitatem reducet infra Festum Paschatis prox. ventur., & compellet eorum vicinos, & inimicos de Taurino ad ipsam pacem cum eis faciendum bona fide, confinando videlicet ipsos pacem facere nolentes, & non facientes hæc extra Jurisdictionem Taurini, & confinatos tenendo donec fecerint dictam pacem. Et nisi infra dictum festum Paschatis ipsos Forensitos in dictam Civitatem reduxerit idem Dominus Princeps ut supra, cadat ipse in penam pacis ruptæ. Excipitur autem à prædictis Dominis Joannes Zucha de Taurino, qui extra Civitatem jamdictam stare debeat ad arbitrium, & voluntatem dictorum Dominorum Principis, & Marchionis per aliam autem Terram ipsius Domini Principis, ire, stare, & redire libere valeat, sicut alii forensiti jam dicti, & ipse Dominus Princeps eundem Dominum Joannem, ad suam bonam gratiam reducere teneatur, & liceat ipsi Domini Joanni bona sua Patrimonialia godire ut supra, & alienare pro libito voluntatis, Et versa vice Dominus Marchio predictus dictos Forensitos de Clavasio reddire volentes Clavaxium infra dictum terminum redducere, & prout ad Dominum spectat, manutenere, & tractare tanquam bonos, & fideles teneatur, & ipsos cum eorum vicinis, & inimicis de Clavaxio concordare, ac pacem inter eos si quos habent fieri facere teneatur. Bertinus vero de Palanto stet, & stare debeat extra locum, & Jurisdictionem Clavaxii, recuperando, & godiendo bona sua, salva parte Laboratorum ut supra, & ipsa bona tenere, & alienare possit ad suam liberam voluntatem. Item actum fuit, quod dicti Forensiti, & alii tenentes bona Ecclesiastica, de bonis ipsis Ecclesiasticis, Jus sibi invicem faciant, & de ipsis bonis Jura sua prosequantur coram Judicibus suis, & ipsi Domini Princeps, & Marchio de medio stare debeant, & cavere, ne alicui violentia super Beneficiis, vel bonis Ecclesiasticis inferatur. Item actum fuit, & firmatum solemniter ut supra, quod dictus Dominus Princeps dictis Forensitis, Bannitis, & confinatis Taurini, & aliorum

ANNO 1344. locorum suorum prædictorum, & dictus Dominus Marchio Forensitis, Bannitis, & confinatis de Clavaxio, & aliis locis suis jamdictis de presenti prohibere teneantur, ne ratione criminum preteritorum aliquis, vel aliqui dicant, faciant, vel inferant injurias, damna, offensas, vel ignominias aliquales. Et si quis eisdem dicat, vel inferat damna, injurias, vel ignominias aliquales, eum puniat, prout Justicia suadebit, si eum consequi valeant, & habere infra tres menses post illatas injurias proxime computandos, & si eum non possent consequi, ipsum banniant, & ejus bona confiscent, domosque ipsius destruant, & devastent, & penis paribus puniantur Revertentes ut supra, delicta paria committentes, quod si quis ipsorum Dominorum prædictas Injurias, & offensas infra dictos tres menses non puniat ut supra, pænas incurrat in presenti Pace contentas. Item actum fuit, & firmatum, quod omnes, & singuli Forensiti prædicti, & infrascripti qui reddire voluerint ut supra, de cætero sint, stent, & manere debeant boni, & fideles, ac legales homines dictorum Dominorum, videlicet Forensiti de Terra Domini Principis ipsi Domino Domino Principi, & Forensiti de Terra dicti Domini Marchionis ipsi Domino Marchioni, & solemniter promittant, & jurent eisdem Dominis, videlicet quilibet Domino suo quod nunquam facient, attemptabunt, seu facere procurabunt aliquam feloniam, vel proditionem contra suum Dominum, aut Commune, vel Terram suam, & si contrafecerint, vel facere temptaverint per viam juris contra eos procedatur, & ultimo suplicio puniantur, Bonaque eorum Domino suo applicentur, non obstantibus dotibus debitis, seu aliis obligationibus de cætero contrahendis. Et si quidem aliquis dictorum Dominorum cum aliquo, vel aliquibus ex dictis Forensitis Felloniam prædictam tractaverit, aut aliquem ipsorum secum, vel cum alio facere, vel tractare consenserit, cadat idem Dominus in penam pacis ruptæ, si vero aliquis, vel aliqui ex dictis Forensitis, cum aliquo alio subdito ipsorum Dominorum, vel alterius eorum Felloniam, vel proditionem contra aliquem ex dictis Dominis, vel Terram suam fecerit, aut tractaverit, Dominis proditionem cum Forensito tractantis, eundem tractantem capitaliter, velut pacis pacis ruptorem punire teneatur, dictumque Forensitum tractare tanquam Capitalem Inimicum, & ad mortem punire si eum habere peterit, ipsiusque bona sibi confiscari, aut eum reddere in manibus ipsius Domini contra quem talia facere presumpsisset, que nisi fecerit, puniatur Dominus, & incidat in penam dictæ pacis ruptæ.

Item quod Forensiti Ripparie quantum est pro facto Domini Marchionis, & subditorum suorum, ad ipsum locum Rippæ reddire volentes, libere reddire, stare, & conversare possint in dicto loco Rippæ, & alia Terra ipsius Domini Marchionis, bonaque sua Patrimonialia recuperent, habeant, & possideant sine impedimento, controversia, vel molestia dicti Domini Marchionis, quibus quidem Forensitis remisit, & remittit idem Dominus Marchio quecumque odia, & rancores conceptos contra eos, nec non omnes pænas, & offensas, per eos commissas pro criminibus quibuscumque per eos perpetratis usque in diem presentem, recipiendo eos in bonam gratiam suam. Et ultra hæc promisit idem Dominus Marchio dicto Domino Principi, quod ipse Dominus Marchio in bona fide sua inducet pro posse suo, & rogabit Dominum Mili: & Astenses quod ipsi velint, & patiantur dictos Forensitos Rippam reddire, & stare pacifice in dicto loco Rippe, ipsosque restituere in bonam gratiam suam, & eis remittere omnes rancores, & odia quecumque concepta in ipsorum cordibus quacumque de causa concepta, pacemque fieri facere inter ipsos, & eorum inimicos de Rippa, rogabit ut supra, & quod velit ipsis remittere omnia crimina, & delicta qualitercumque per ipsos forensitos usque in presentem diem perpetrata, & eorum pænas, ac processus, & condemnationes factos, & factas contra eorum quemlibet pro præmissis, & rogabit ut supra, & inducet dictum Dominum Mili: & Astenses, quod velint dictis Forensitis restituere omnia bona, que in Rippa, & finibus habebant, & tenebant quando de ipso loco exiverunt, sicut nunc consistunt ipsa bona, salva parte laboratorum, & fructibus pendentibus, ut supra. Item actum fuit solemniter ut supra, quod ipsi Domini per eorum litteras teneantur dare in mandatis omnibus eorum Officialibus, & Subditis, quod ipsi dictos Forensitos reconciliatos ut supra benivole, & amicabiliter tractare debeant veluti bonos, & fideles ipsorum Dominorum, & in eorum gratiam plenarie reductos, Ipsosque circa locacionem, & concessionem domorum, & aliorum necessariorum, & utilium eisdem prosequantur favoribus gratiosis notificando eisdem Officialibus, & subditis, in eisdem litteris, quod si præmissa fecerint, Domini ipsi ea sibi reputabunt plurimum gratiosa. ANNO 1344.

Item remisit, & quitavit ipse Dominus Princeps in dicta pace Guiglacio de Bagnolio omne odium, omnemque rancorem conceptos contra ipsum Guagliacium per ipsum Dominum Principem occasione quacumque, reddens, & restituens ipse Dominus Princeps eidem Guiglacio bonam gratiam suam, ac remittens eidem omnia, & singula crimina, & penas quorumcumque Maleficiorum, & criminum commissorum per dictum Guiglacium. Jubens, & volens Processus quoscumque factos, & faciendos super dictis criminibus, delictis, & Maleficiis, esse cassos, vanos, & cancellatos, dando sibi facultatem liberam eundi, redeundi, conversandi, & standi per Terram, & in Terra ipsius Domini Principis præterquam ad locum, & Castrum Bagnoli, salve, libere, & secure, eo salvo quod infra Pasca ad locum Taurini nullatenus venire possit, hoc etiam expresso, quod de petitionibus fiendis inter ipsos Dominum Principem, & Guiglacium stent arbitrio Dominorum Joannini de Cochonato, & Rizardi Provane, tam de Jure, quam de concordia, & nisi concordaverint in arbitramentando, consilium habeant dicti Arbitratores, & arbitri Dominorum Propositi humiliatorum de clavaxio, & Jacobi de Giliis, questiones ipsas definiant, & decidant de jure, procedendo tamen in ipsis causis, & earum processu absque Juris solemnitate. In Sententia tamen jus suum cuique Partium tribuendo, & de Jure pronunciando. Hoc addito, quod si obtinuerit idem Guigliacius octavam partem, quam in ipso loco, & Castro Bagnolii se dicit habere, quod eo casu facta sibi expeditione Juris, quod obtinuerit, possit idem Guiglacius accedere ad dictum locum Bagnolii, morari in eodem loco, & tenere partem predictam. Item actum fuit, & firmatum in ipsa Pace, quod dictus Dominus Marchio restituat, & restituere teneatur Bonifacio de Cochonato, de Castro, sive Casalibergono suam bonam gratiam, & bonam voluntatem, & eidem remittat omne odium, & rancorem conceptos in ejus corde contra eum, & omnia Crimina, delicta, ac offensiones quascumque commissas, & perpetratas per eum qualitercumque, & Processus, ac Sententias, & condemnationes qui, & quæ factæ sunt contra eum, faciet cancellari, quodque idem Dominus Marchio restituat integraliter, & restituere teneatur eidem Bonifacio partem, quam consuevit habere, & tenere in Castro, Villa hominibus, jurisdictione, Poderio, ac Mandamento, Castri Bergoni, & aliorum bonorum suorum, stet tamen, & stare teneatur idem Bonifacius usque ad Pascha extra Castrum Casalibergoni, eo addito, & intellecto, quod idem Dominus Marchio ad voluntatem suam muniat, & munitam teneat Turrim dicti Castri quamdiu sibi placuerit. Et quod idem Dominus Marchio possit diruere murum constructum per dictum Bonifacium circa Turrim dicti Castri, & facere summarie justiciæ complementum de omnibus questionibus vertentibus inter eum, ac Patruos, & consortes ejusdem. Item actum fuit specialiter, & expresse in dicta Pace, quod inter Nobiles Comites de Sancto Martino, & Castro Amunte, Dominos Baiirii, & Turris Baiirii, Viscarum, & alios eorum Complices, Valitores, & coadjutores de Canapicio ex parte una, & nobiles Comites de Valperga, Maxino, Riparia, Mazadio, Marcenasco, & Sancto Georgio, ac Dominos de Septimo, & Rocha, omnesque alios eorum Complices, Valitores, & Coadiutores de Canapicio & alia, sit de cætero, & esse intelligatur bona, & firma pax perpetuo duratura de omnibus, & singulis malivolentiis, injuriis, guerris, & offensionibus quoquomodo, & qualitercumque inter eos, & ipsorum subditos, ac participes perpetratis existentibus, & commissis, Itaque omnia, & singula, quæ propterea peti, fieri, vel exigi possent remissa, & pro remissis habeantur, & intelligantur pleno Jure, eo salvo, & excepto, quod si que petitiones Civiles hinc, vel inde sunt faciendæ, liceat cuique partium, tam communiter, quam divisim, petitiones ipsas facere, juraque sua prosequi civili modo coram Dominis Marchione, & Principe

su-

ANNO 1344. supradictis, qui habeant plenum posse ex baylia eis danda compromisso solemni in ipsos Dominos à Partibus faciendo, sub anni spacio duraturo, per se, & Commissarios ab ipsis Dominis electos, seu eligendos, audiendi, cognoscendi, & definiendi questiones ipsas, summarie simpliciter, & de plano, & sine strepitu, ac figura Judicii, de Jure, & concordia, vel de Jure tantum, si eis videbitur. Quas quidem questiones jurent ipsi Domini infra diem compromissi prædicti terminare, si comode poterunt; & si non concorderet in sententia, eligere infra ipsum annum unum, vel plures Juris peritos, & juxta consilium ipsorum peritorum questiones ipsas determinare infra alios sex menses, sub prædicti vinculo Juramenti, Eo addito, quod pars ex prædictis de canapicio recusans dictum facere compromissum, sit exempta ab omnibus commodis pacis jamdictæ; præsens autem Capitulum, & alia in presenti pace contenta, dictæ Partes de Canapicio, & singule personæ ipsarum Partium, approbare, confirmare, & ad ea observanda se efficaciter obligare infra trium mensium spacium teneantur, si tamen esse voluerint participes dictæ Pacis. Item in pace prædicta dictus Dominus Princeps remisit, & quitavit pro se, ac fratribus suis, pro quibus promisit de rato, nec non vice, & nomine Dominorum Comitis Ludovici de Sabaudia, & aliorum de Domo Sabaudiæ, tam legittimorum, quam naturalium nominandorum, & notificandorum ipsi Domino Principi infra unum mensem proxime predictum Dominum Marchionem, promittens quod ipse curabit suo posse, quod ipsi Domini Comes Ludovicus, & alii nominandi ratam, & gratam habebunt quitationem hujusmodi & remissionem Petro Antonio, & Bertino de Septimo, nec non Petro, Jacobino, & Fratribus de la Rocha eorumque hæredibus, & familiaribus, & etiam Forensitis Turinensibus omne odium conceptum in eorum cordibus contra ipsos, & ipsorum quemlibet quacumque ratione vel causa, & omnes pœnas, offensiones, & crimina, ac delicta per eos, & eorum quemlibet commissa, & perpetrata quomodocunque, & qualitercunque contra eos, & eorum subditos, nec non omnes commissiones Feudorum, quæ ab ipso Domino Principe ut asserit, seu ejus antecessoribus tenere consueverunt, hoc addito, & acto, quod si non ratificarent infra tres menses nominati de Sabaudia supradicti ut supra, liceat ipsis de Septimo, & Rocha elligere si esse voluerint in dicta Pace, vel non, & si ellegerint se nolle esse in dicta pace, non valeant supradicta eis remissa contratata, vel promissa, nec sint in aliquo participes contentorum in dicta Pace, vel ejus articulis, pace tamen ipsa inter alios nihilominus in suo robore duratura, & quod pro premissis, vel infrascriptis non remittatur, vel remissum esse intelligatur vassallagium, & Jus Feudi fidelitatis, ac homagii, que idem Dominus Princeps, seu ejus Progenitor bone memoriæ habere consueverunt, ut asserit idem Dominus Princeps in Vassallis, & Feudis supradictis de Septimo, Rocha, & Castellata, nec etiam in aliquibus aliis Feudis, vel Vassallis suis, seu quocumque tempore ab eo possessis, etiamsi ad presens eidem Domino Principi obedientes non essent, nec versa vice remittatur, aut remissum esse intelligatur Vassallagium, Jus Feudi, fidelitatis, vel homagii, quæ idem Dominus Marchio, & ejus Progenitor bonæ memoriæ habere consueverunt, ut asserit idem Dominus Marchio in quibusdam aliis Feudis, & Vassallis suis, seu quocumque tempore ab eo possessis, etiamsi ad presens eidem Domino Marchioni obedientes non essent, tali modo, & forma videlicet, quod Jura ipsi Vassallagii, Feudorum Fidelitatum, & homagiorum Septimi, Rochæ, & Castellate, contra quos, seu alterutrum ipsorum simpliciter agere non possit idem Dominus Princeps pro jure aliquo sibi competenti, si quod sibi competere asserat, sed si agere voluerit, agat contra Dominum Marchionem predictum, & illum contra quem agere voluerit ex Vassallis prædictis, & idem intelligatur de aliis Vassallis, quo alterutrum ipsorum Dominorum tenet, videlicet quod possit unus contra alium & ipsos Vassallos obnoxios conjunctim, & non separatim petere, & prosequi coram competenti Judicio, civili modo, & per viam juris, tamen, non autem de facto, vel per insidias, aut viam armorum, ut in primo Pacis hujus articulo continetur, nisi forte alter ipsorum Dominorum, Sententiam obtinuisset, & reportasset pro se in causa, seu causis dictorum Vassallagiorum, Feudorum, fidelitatum, vel homagiorum, seu alicujus eorum, & in rem judicatam transiviset ipsa sententia, quo pacto si recusarent Vassallus unus, vel plures servare, & effectualiter adimplere contenta in ipsa Sententia, eo casu licitum sit Dominis Principi, & Marchioni, videlicet illi pro quo ut præmittitur judicatum, & sententiatum esset, contra Vassallum Sententiæ hujusmodi non parentem, & ejus bona procedere sine obstaculo alterius ex dictis Dominis Principe, & Marchione Vassallorum, & Subditorum suorum, ad capiendum, juvadendum, recuperandum, & obtinendum sibi adjudicata, & comprehensa in ipsa sententia de facto, & etiam per viam armorum, & alterius, prout melius poterit, sine commissione, vel violatione Pacis, vel penæ prædictarum, nec alter Dominus de prædictis, seu aliquis ejus Subditus de ipsa guerra quomodocumque se imiscere, vel intromittere valeat, & si contrafecerit, Dominus incidat in pœnam dictæ Pacis ruptæ, & Vassallos ejus, & Subditos contrafacientes puniant, secundum formam comprehensorum in articulis dictæ Pacis, & si non fecerit, cadat idem Dominus in pœnam Pacis ruptæ. Item actum fuit, & firmatum in pace prædicta, quod omnes, & singuli capti, & carcerati in fortiam Dominorum prædictorum Vassallorum, & Subditorum suorum, ac etiam cujuscumque alterius, inclusi, & nominati in pace prædicta, tam tempore guerræ, quam tempore treugarum, sine aliqua redemptione, & expensis, exceptis expensis victus taxandis per dictos Dominos Marchionem, & Principem, libere relaxentur, & expediantur infra dies quindecim. Item quod omnia cambia, & contracambia, & represaliæ, data, & concessa hinc inde à tempore Treugarum habitarum inter Dominos supradictos, citra sint, & esse intelligantur suspensa usque ad annos decem. Itaque ipsis nullus infra dictum terminum uti possit, sed de querellis, peticionibus, & rancuriis propter quas data sunt contracambia supradicta, fiat summarie simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura Judicii, & Juris solemnitate cuique Justicie complementum arbitramento infrascriptorum VIII. conservatorum presentis pacis, itaque duo ex ipsis de qualibet parte facere, & exequi possint prædicta, quemadmodum facere possent ipsi octo si essent omnes presentes, & quod nulla alia cambia, vel contracambia aut represalie usque ad dictum terminum concedi, darive possint, & si data fuerint, non valeant, nec teneant ipso Jure. De petitionibus vero, & querellis; que de cætero orirentur inter dictos Dominos, vel inter eorum Subditos, aut alios in presenti Pace inclusos, fiat summaria cognitio, sine Juris solemnitate; & strepitu Judicii, ac figura, arbitramento dictorum conservatorum ut supra, & quicquid per ipsos cognitum, & terminatum fuerit, plenarie sine defectu, & appellationis, sive alterius repugnantiæ remedio observetur. Item actum fuit, quod si aliquis, vel aliqui Subditi dictorum Dominorum, seu alius de inclusis, & nominatis in Pace presenti fecerit aliquam Injuriam, violentiam, vel offensionem contra aliquem de Subditis dictorum Dominorum, vel aliquem per alterum ex ipsis Dominis inclusive in pace presenti, quod propterea non sit, nec intelligatur dicta Pax rupta, nec pœna commissa, nec propterea liceat alicui ipsarum Partium procedere ad vindictam, neque ad represaleas, seu cambia concedenda, sed teneatur Dominus ex predictis, cujus erit Subditus, seu nominatus, pro cujus parte erit sic offendens, ipsum Malefactorem, & offensorem cogere ad emendam, & restitutionem Damni illati, & commissi infra unum mensem à tempore, quo ipse Dominus fuerit per Dominum alium, seu damnum passum requisitus, & ipsum offensorem punire, prout Justicia suadebit, si eum consequi poterit, vel habere, aliter ipsum baniat, & bannitum teneat de Terra sua, & de bonis offensoris, offenso, & damnum passo restitutionem & emendam faciat, si reperiantur, & eum mediante justicia puniat, si eum consequi poterit, vel habere, aut eum remittat alteri Domino puniendum, & compellendum ad restitutionem jam dictam. Item actum fuit, & firmatum quod si aliquis Subditus, vel Vassallus alicujus dictorum Dominorum, seu alius de inclusis, aut nominatis in presenti pace offensionem, injuriam damnum, seu quodcumque aliud fecerit contra dictam Pacem, & ipse offendens ad mandatum, sibi, vel inhabitationis sue loco factum per Dominum suum, seu eum pro cujus parte in pace presenti inclusus erit, non emendaverit damnum, injuriam, seu offensam infra unum

mensem

ANNO 1344. menſem; teneatur ipſe Dominus ad inſtantiam ipſius offenſi, ſeu alerius Domini ex prædictis compellere remediis quibuscumque ad reſtitutionem, ut in precedenti Capitulo continetur, & ſi ſic offendens fuerit dicto Domino inobediens, teneatur ipſe Dominus ad requiſitionem alterius Domini armata manu, cum ſuo neceſſario ad hoc exforcio ſimiliter cum altero Domino ex prædictis, & ipſius exforcio ire, & equitare ad locum, ſeu Terram ipſius offenſoris, & ipſum totis viribus capere, & exeredare, & offendere, ac deſcribere, & tractare, tanquam ejus capitalem inimicum, quod niſi fecerit dictus Dominus requiſitus, incidat in pœnam pacis ruptæ, & nihilominus de ſuo proprio damnum, & offenſam hujusmodi reſtituere, & emendare teneatur. Item actum fuit, & firmatum in principio, medio, & fine omnium, & ſingulorum prædictorum, & infraſcriptorum, quod non obſtantibus ſupra, vel infraſcriptis, ubi eſſet perſona Regis, vel Regine Sciciliæ, aut ejus, vel eorum Seneſcalli Pedemontis, qui pro temporibus fuerint, poſſit dictus Dominus Princeps, & ei liceat, Dominos Regem, & Reginam Sciciliæ, & ejus hæredes, & Succeſſores, ac etiam Seneſcallos Pedemontis, qui pro temporibus fuerint, ſequi perſonaliter, & cum Populo Foxani, & viginti hominibus armorum, tam in offendendo, quam in defendendo contra dictum Dominum Marchionem, & ejus Terram, & alios in dicta pace incluſos, quando, & quotiens per eoldem, vel eorum alterum fuerit requiſitus, ſine eo quod pax prædicta propterea rumpatur, vel rupta, aut violata eſſe intelligatur, ſeu incidat idem Dominus Princeps in penam pacis preſentis, aut dictus Dominus Marchio propterea procedere valeat ad vindictam contra dictum Dominum Principem, ſeu ejus Terram, & ſi Rex, Regina, vel heredes, aut Seneſcallus perſonaliter ibi non fuerit, non poſſit dictus Dominus Princeps perſonaliter offendere dictum Dominum Marchionem, vel ejus Terram, aut Subditos, poſſit tamen ad eorum inſtantiam mittere ad offendendum, & deffendendum Dominum Marchionem, & ejus Terram dictos xx. armigeros & Populum Foxani ſupradictum. Item liceat ipſi Domino Principi, cum toto exfortio ſuo, vel aliter prout ſibi placuerit adjuvare dictam Dominam Reginam, & ejus Seneſcallum Pedemontis, ac alios quoſcumque Amicos, ſuos prediktis non obſtantibus, ſine eo quod intrent terram ipſius Domini Marchionis, vel Vaſſallorum ſuorum, ſeu alicujus ex nominatis in pace preſenti, & ſi ipſum Dominum Marchionem, aut aliquem aliorum in preſenti pace incluſorum infra Terram dictæ Dominæ Reginæ offenderit, ad requiſitionem ipſius Dominæ Reginæ, vel ejus Seneſallum, aut alicujus amici ſui, non ſit, nec intelligatur pax rupta, nec in pœnam pacis incidiſſe idem Dominus Princeps, nec licet propterea ipſi Domino Marchioni procedere ad vindictam, & idem facere valeat dictus Dominus Marchio pro quibuſcumque amicis ſuis contra dictum Dominum Principem, non intrando Terram ejuſdem Domini Principis, vel Subditorum ſuorum, ſeu alicujus in preſenti Pace nominati, ſine eo quod pacem rumpiſſe intelligatur, ſeu incidat in aliquam pœnam, aut propterea procedere valeat idem Dominus Princeps ad vindictam, hoc addito, & expreſſo, quod in prædictis amicis, vel ipſorum Dominorum, non ſint, nec eſſe intelligantur aliqui cujuſcumque ipſorum Dominorum Subditi, vel Vaſſalli, innobedientes, vel rebelles ipſorum Dominorum, vel alterius eorum, quos quidem inobedientes, vel rebelles, non poſſint ipſi Domini, vel alter eorum, unus contra alium adjuvare, vel adminiculum ei ferre extra Terram ipſorum Dominorum, vel infra. Item actum fuit, quod liceat dicto Domino Marchioni ſervire contra dictum Dominum Principem, & ejus Terram, cum viginti armigeris Domino Luchino, Domino Mediolani tam ad defendendum dictum Dominum Luchinum, quam ad offendendum dictum Dominum Principem, & ejus Terram, ſine eo quod intelligatur facere, vel feciſſe contra Pacem prædictam, aut incidiſſe in penam Pacis ruptæ, ſeu quod ipſe Dominus Princeps proprerea valeat ad vindictam, & verſa vice liceat ipſi Domino Principi, cum viginti Armigeris ſervire dicto Domino Mediolani, & etiam cuilibet aliorum juratorum ſuorum, dum tamen uno actu plures viginti armigeris non mittat in ſervicium ipſorum juratorum unius, vel plurium ad offendendum ipſum Dominum Marchionem, ſeu ejus Terram, & hoc facere valeat ſine eo quod procedere valeat idem Dominus Marchio ad vindictam, ſeu incidat idem Dominus Princeps in pœnam Pacis ruptæ, ſeu Pacem ipſam rupiſſe intelligantur, & hoc capitulum locum habeat uſque ad annos quatuor, & non ultra. Item actum fuit, & firmatum, quod ſi contingat de cætero Dominos Regem, Reginam, aut eorum Seneſcallum perſonaliter accedere, ſeu ipſorum gentes, ad offenſiones Terræ dicti Domini Marchionis, non liceat ipſi Domino Principi eisdem dare conſilium, auxilium, vel favorem, victualia, vel receptaculum preſtare, niſi de loco Foxano, & niſi ſicut in articulo, qui incipit: item actum fuit & firmatum, in Principio, medio &c: ſuperius continetur; Item actum fuit, & firmatum, quod non liceat dictis Dominis Principi, vel Marchioni dare Dominis Regi, Reginæ, Seneſcallo, Domino Mli: ſeu alicui alii, Conſilium, vel auxilium, vel favorem, victualia, vel receptaculum preſtare, euntibus, ſtantibus, vel redeuntibus ad offenſionem ipſorum Dominorum Principis, vel Marchionis, niſi Dominus Princeps de loco Foxani, & niſi ſicut ipſi Domini facere poſſunt ſecundum contenta in IIII: Capitulis proxime præcedentibus. Item actum fuit, quod ſi quandocunque ſuper præmiſſis articulis, vel infraſcriptis, ſeu aliis quibuscumque ad preſentem pacem ſpectantibus aliqua queſtio, dubietasve oriretur, ſuper eis, & dependentibus ex ipſis, ſtent arbitrio cognitioni, determinationi, & ordinationi ſine ſtrepitu Juris, & ſolemnitate fiendis de plano per Dominos Petrum, & Ghionum de Cochonato, Obertum de Tilio, & Franciſcum de Gabiano, ellectos, pro parte Domini Marchionis, & Dominos Joannem de Aladio, Hujonem Provanam, Vicarium Taurini, & Jacobum de Giliis, ellectos pro parte Domini Principis, vel duos pro qualibet parte, quos VIII: ipſi Domini ellegerunt, & elligunt ad premiſſa conſervatores preſentis pacis, tribuendo eis ſuper premiſſis plenam, & liberam facultatem. Item actum fuit inter Dominos ſupradictos, quod Domini de Rivalba; & Domini Forenſiti de Cinzano compromiſſum cum opportunis ſolemnitatibus atque penis, unius anni ſpacio duraturum, faciant, & facere teneantur infra unum menſem in dictos Dominos Principem, & Marchionem, de queſtionibus, querellis, & controverſiis inter ipſas Partes vertentibus, & que verti poſſent de caſtro, Villa, Jurisdictione, hominibus, mero, & mixto Imperio Cinzani, qui Domini jurent ad Sancta Dei Evangelia, queſtiones ipſas per ſe, aut Commiſſarios eorum infra compromiſſi diem de jure terminare, & ſi invicem concordari non poſſent, habere exinde teneantur unius, vel plurium Juris peritorum conſilium infra tempus prædictum decidere, & terminare queſtiones prædictas, tali modo, quod in ipſis queſtionibus ſummarie ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu Judicii, & figura procedi poſſet per Dominos antedictos, & ſi ſuperius nominati prædictum compromiſſum facere contempſerint, vel adimplere, que ipſi Domini pronuntiabunt, ſint, & intelligantur dicti recuſantes eſſe extra pacem prædictam, & careant commodo preſentis pacis, Item actum fuit, & firmatum, quod ille ex prædictis, & in dicta pace incluſis, qui nominari poſſunt infra tres menſes per ipſos Dominos, vel alterum ipſorum, ut in principio Inſtrumenti hujus Pacis continetur, per ſe, vel Procuratores ad hoc legittime inſtitutos infra ſex menſes à preſenti die computandos rattificare teneantur per publicum Inſtrumentum, quorum copia detur Dominis ſupradictis, pacem prædictam, & omnia, & ſingula in ipſius Pacis articulis comprehenſa, & niſi fecerint dicti nominati, non ſint, nec intelligantur in pace prædicta. Item actum fuit ſolemniter, & firmatum, quod dicti Domini faciant, & curent cum effectu, quod nobiles, & Communitates nominandi, & nominandæ infra unum menſem per ipſos Dominos, videlicet communitates ipſe per Sindicos ab eis legittime inſtitutos, Pacem jam dictam, & omnia, & ſingula in ejusdem Pacis articulis comprehenſa laudabunt, approbabunt, & confirmabunt per Inſtrumenta publica, cum ſolemnitatibus opportunis, pacemque ipſam attendere, & inviolabiliter obſervare, & obſervari facere ſuo poſſe promittent, quodque non erunt in Conſilio, vel auxilio alicujus ad rumpendam Pacem eandem, nec ad ipſam rumpendam preſtabunt ſubſidium, vel favorem. Item in eadem pace ſibi invicem promiſerunt Domini ſupradicti quod ipſi ſupplicabunt Sanctiſſimo Patri noſtro, Domi-

ANNO 1344. Domino Pape, & Collegio Cardinalium, quod dignentur, & velint esse deffensores Pacis ipsorum Dominorum, & contra partem rumpentem pacem ipsam, tam ad pœnarum ipsius pacis exactionem, quam aliis remediis opportunis quibuscumque, & observanti pacem ipsam adsistere, & favere, & circa hæc eorum litteras concedere, & tribuere Dominis antedictis. Item in eadem Pace sibi invicem promiserunt Domini supradicti solemniter, quod ipsi supplicabunt Serenissimo Domino Regi Franchorum, & ad hæc dabunt operam quam commode poterunt suo posse, quod idem Dominus Rex dignetur se ponere defensorem Pacis jam dictæ, & procedere efficaciter contra non servantem dictam pacem ad exactionem, & executionem pœnarum pacis ejusdem, notificando eidem, quod ipsi Domini pro ipsa pace servanda, personas, & bona eorum subjecerunt, & submiserunt Jurisdictioni, examini, & compulsioni curiarum ipsius Domini Regis, & maxime parvi Sigilli Montispesulani, Castelleti Parisiensis, & Magistrorum Nundinarum Campaniæ secundum vires, & stillos curiarum prædictarum, Quodque pars dimidia ipsarum pœnarum ex solemnibus stipulationibus interpositis, maxime pro excucienda reliqua dimidia parti observanti applicanda ad ipsum Dominum Regem est proculdubio perventura, supplicando eidem ulterius, quod dare velint in mandatis dictarum Curiarum Judicibus, & auditoribus, ut circa exactionem pœnarum prædictarum contra partem non servantem efficaciter, & rigorose procedant, quibuscumque exceptionibus, & dilationibus procul rejectis, & quod idem Dominus Rex per litteras suas ipsis Dominis dirigendas insinuare, dicere, & protestari velit, se esse deffensorem dictæ Pacis, & processurum contra violatorem dictæ pacis irrefragabiliter ad supradictarum pœnarum exactionem, dilationibus, exceptionibus, & subterfugiis non attentis. Item in eadem pace sibi invicem solemniter promiserunt Domini supradicti, quod ipsi similes supplicationes, & notificationes prædictis Domino Regi Franchorum faciendis facient Domino Comiti Sabaudiæ circa defensionem dictæ Pacis, & submissionem curiarum suarum, ac exactionem pœnarum spectantium ad ipsos Dominos Marchionem, & Principem, nec non circa concessionem litterarum continentium se esse deffensorem dictæ Pacis, & processurum contra violatorem ad pœnarum exactionem, & ulterius supplicabunt ipsi Domini Princeps, & Marchio dicto Domino Comiti, ipsum efficaciter requirendo, quod ipse solemniter se obliget cum solemnitatibus opportunis intercedendo, & fide jubendo pro utroque ipsorum Dominorum, videlicet pro unoquoque ipsorum erga alium de solvendis triginta milibus florenorum Parti observanti pro parte non servante pacem jam dictam, & quod idem Dominus Comes per litteras suas ad ipsorum Dominorum requisitionem ulterius promittere velit ipsis Dominis, quod si contingat, quod absit, aliquem dictorum Dominorum guerram movere contra alium, ipse quantum comode poterit adjuvabit observatorem pacis contra non servantem, seu dictæ Pacis ruptorem quantum commode poterit adjuvando, & ad hæc facienda se adstringere velit idem Dominus Comes efficaciter adhibito proprio juramento, Quæ omnia, & singula supradicta prædicti Domini Princeps, & Marchio per se suosque hæredes, & successores sibi invicem mutuis stipulationibus intervenientibus attendere, & observare, attendi, & observari facere, & in nullo contrafacere, vel venire, seu contrafacienti, vel venire volenti consentire aliqua ratione vel causa, seu ingenio, de jure, vel de facto, promiserunt, sub pœna centum viginti millium florenorum hinc inde solemniter promissa, & stipulata, totiens in singulis Articulis supradictis comittenda, & exigenda, quotiens extiterit contrafactum, pace tamen ipsa, pœna commissa, vel non exacta, nihilominus in sua firmitate durante, pro qua quidem pœna solvenda, & omnibus, & singulis supradictis eorumque observantia submisserunt, & subjecerunt Domini Princeps, & Marchio supradicti, personas, & bona eorum, hæredumque, & successorum suorum Jurisdictioni, examini cognitioni, cohercitioni, compulsioni, censuræ, & executioni Curiæ, & Cameræ Domini Papæ, & ipsius Curiæ auditoris, vice auditoris, vel Locumtenentis, nec non Judicio Presidum, Auditorum, Vice-Auditorum, & Custodum, ac Commissariorum parvi Sigilli Montispesulani, & Castelleti Parisiensis, ac etiam magistrorum nundinarum Campaniæ, quibus magistris nundinarum Campaniæ, & eorum Curiæ per Procuratores idoneos ad ipsos magistros transmittendos se se personaliter, & eorum bona, secundum usus, mores, & stillos ipsius Curiæ magistrorum necessarios, & utiles ad plenam submissionem faciendam submittere promiserunt, nec non Curiis etiam suis, Curiarum Domini Comitis Sabaudiæ, & aliorum quorumcumque Regum, Prelatorum, Ducum, Principum, Comitum, Baronum, & Judicum Ecclesiasticorum, & Secularium, & Curiarum eorundem, Volentes, consentientes, & agentes ad invicem ipsi Domini per pactum expressum solemniter interjectum se se, & quomodolibet ipsorum posse, & debere ad nutum, & voluntatem Pacis servantis ipsiusque hæredum, & successorum, & cujuscumque ipsorum nuntii, & Procuratoris per quemlibet Judicem, vel Officialem Ecclesiasticum, & secularem ubilibet constitutum, & per Camerarium, & Auditorem Curiæ Cameræ Domini Papæ, aliosque Judices, Magistratus, & Rectores, seu Præsides dictarum Curiarum, & Officiales quoscumque citari, conveniri, condemnari, exigi, & compelli personaliter, & realiter ad omnia, & singula in dictæ Pacis articulis denotata, & etiam ad solutionem pœnarum prædictarum, sine strepitu, & figura Judicii, & sine libelli oblatione, petitione, seu requisitione, copiæ presentis Instrumenti consentientes expresse quisquis ipsorum Dominorum in quemlibet dictorum Presidentium, & curiarum suarum, quantumvis de ipsorum Foro non existant. Tali modo, quod una ex dictis Curiis intentata, vel addito uno ex dictis Judicibus, seu ipsis Dominis Principe, & Marchione, vel ipsorum altero citatis, vel conventis qualitercumque coram uno prelibatis ex Presidibus, Judicibus, vel Curiis supradictis, possit etiam eodem tempore, & aliter quandocumque ad alium Judicem, vel Curiarum conjunctim, vel divisim, lite contestata, vel non, in quacumque parte Judicii recursum habere sine ipsius convenientis, vel recursum habentis ejusve hæredum prejudicio, gravamine vel jactura, sicque Processus unius curiæ per Processum alterius non impediatur, vel aliqualiter confundatur, & possit in qualibet dictarum curiarum conveniri, exigi, & compelli usque ad integram solutionem, & satisfactionem quantitatum pœnarum predictarum, & aliorum pro quibus ut præmittitur se obligaverunt, ac etiam refectione damnorum, expensarum, & interesse, litis, & extra, de quibus Parti observanti, sive ejus Procuratori, contra non servantem, credi voluerunt simplici verbo, sine testibus, & Sacramento, vel alia probatione quacumque, quia sic actum extitit inter eos, pro quibus omnibus, & singulis supradictis prenominati Domini Princeps, & Marchio sibi vicissim obligaverunt, & hippothecaverunt omnia, & singula eorum bona. Renunciantes exceptioni dictæ Pacis, & omnium, & singulorum contentorum in Articulis supradictis, non factorum ut præmittitur, & gestorum, doli mali, conditioni sine causa, vel ex injusta causa, infactum actioni, Fori Privilegio, & Judicis incompetentis, nec non omnibus & singulis beneficiis, & Privilegiis, & litteris, tam simplicibus, quam lecendis, & etiam beneficio competenti minoribus circumventis, & etiam descendenti ex illa clausula, si qua minori injusta causa esse videbitur, & generaliter cuicumque Juri Canonico, & Civili consuetudinario, & municipali, nec non exceptioni, & defensioni competenti ultra dimidiam circumvento, & aliis quibuscumque juribus, & defensionibus, quibus mediantibus contra præmissa, vel eorum aliquod facere, vel venire, seu ab eis modo aliquo se tueri possent, Jurantes dicti Domini Marchio, & Princeps omnia & singula vera esse, attendere, & observare realiter, & bona fide, attendi, & observari facere ut supra, & non contrafacere, vel venire, seu contrafacienti, vel venienti, consentire, ratione minoris etatis, seu alia ratione quacumque ad Sancta Dei Evangelia Scripturis, & Evangeliis corporaliter manibus tactis. Ceterum prænominatus Dominus Marchio, constituit, creavit, & ordinavit ejus veros, & legitimos Procuratores, & nuntios, Dominos Gulielmum de Carnaggio, & Secundinum de Martino Jurperitos de Pinarolio, Franciscum Barracinum, & Nicolinum Malcavallum, Cives Taur., & quemlibet

ANNO 1344.

ANNO 1344. bet eorum in solidum, ita quod occupantis melior conditio non existat, sed quod unus ipsorum inceperit alter prosequi valeat, & finire, prenominatus vero Dominus Princeps constituit, & ordinavit ejus veros & legitimos Procuratores, Dominum Joannem Vespam de Gabiano Juris peritum, Caspardum de Montilio, Raimondelium Bavam de Grazano, & Bartholomeum Rusignolum de Cherio, & quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis melior conditio non existat, sed quod unus inceperit alter nihilominus prosequi valeat, & finire, & eosdem Procuratores constituerunt ipsi Domini ut supra specialiter ad submittendum, & subjiciendum ipsos Dominos Principem, & Marchionem in omnibus, & singulis casibus supradictis Magistris Nundinarum Campaniæ supradictis, & ipsorum Magistrorum Curiis, secundum modos, usus, & stillos obligationum, & submissionum dictarum Curiarum recte conceptarum, nec non ad comparendum ipsorum Dominorum nominibus, & se presentandum coram Judicibus, & curiis supradictis, & eorum singulis de calumnia, & veritate dicenda jurandum, confitendumque, & recognoscendum contenta omnia, & singula in pace, & articulis supradictis, ac pœnas jamdictas esse commissas quotienscumque fuerit contraventum, seu factum per aliquem Dominorum prædictorum, nec non perceptum, & condemnationem, seu condemnationes subeundum, & suscipiendum, & se ipsos Procuratores dictis nominibus pati condemnari in qualibet Curiarum prædictarum, & alia quacumque in presenti Instrumento expressa, & non expressa, & per quemlibet Judicem, & Rectorem, Officialem, seu Magistratum cujuscumque Curiarum prædictarum, nec non ad renuntiandum, & remittendum, seu refutandum auxilia cujuscumque oppositionis, seu reclamationis, aut suppositionis in contrarium faciendarum. Item ad substituendum, & destituendum, unum, & plures Procuratores alios super premissis, & quolibet premissorum, quando, & quotienscumque ipsis Procuratoribus, vel eorum alreri videbitur faciendum. Et generaliter ad omnia alia, & singula faciendum, & exercendum, que causarum merita, & Judiciorum usus, & stillus exigunt, & requirunt, & que per veros, & legitimos Procuratores fieri, & exerceri possent, & que ipsi constituentes, & eorum quilibet facere, & exercere possent, si in Judicio legitime interessent, etiamsi mandatum exigerent speciale. Dantes, & concedentes dicti Domini prænominatis Procuratoribus suis, ac substituendo, & substituendis ab eis liberam, & generalem administrationem, & speciale mandatum, & promittentes sibi invicem, & mihi Raymondello de Grazano, & Joanni de Nasaporris Notariis ut personis publicis stipulantibus, & recipientibus vice, & nomine omnium, & singulorum quorum interest, & intererit, se se grata, rata, & firma perpetuo habituros omnia, & singula, que per dictos Procuratores suos, & eorum singulos, & substitutos, ac substituendos ab eisdem, & eorum quolibet in præmissis, & circa, ac dependentibus, emergentibus, & connexis acta fuerint, sive gesta, ipsosque Procuratores, vel eorum aliquem, aut substitutum, vel substituendos ab eis expresse, vel tacite nullatenus revocare, & si revocaverint, non valeat revocatio, sed sit innanis, & irrita ipso jure, & in casum, in quo de Jure, vel de facto aliqua revocatio fieret alicujus dictorum Procuratorum, vel substitutorum, ex nunc, prout ex tunc, videlicet statim post unamquamque revocationem, ipsos Procuratores suos, & substitutos revocatos, & qui revocabuntur, constituerunt, & ordinaverunt ad omnia, & singula supradicta. Itaque omnia, & singula exercere valeant, & in solidum, ipsi revocati, proinde, ac si nunquam revocati fuissent. Et volentes dicti Domini dictos Procuratores suos substitutos, ac substituendos ab eis, & ipsorum quemlibet, ab omnis satisdationis onere relevare, promiserunt dicti Domini, Notarii ante nominatis stipulantibus, & recipientibus more publicarum Personarum ut supra pro dictis Procuratoribus suis, & substituendis ab eis, & eorum quolibet de Juditio sisti, judicatum solvendo, quod ad omnes clausulas judicatum solvi fidejubendo pro eis, & eorum quolibet sub ypotheca omnium bonorum suorum. Prædictam autem Procuratorum constitutionem, & omnia, & singula in presenti Procurationis Instrumento descripta promiserunt dicti Domini sibi invicem perpetuo rata, grata, & firma habere, ac tenere ipsosque Procuratores, vel eorum alterum nullo tempore revocare, & sic ad Sancta Dei Evangelia, scripturis Evangeliis manu tactis corporaliter juraverunt, & de predictis supranominati Domini Princeps, & Marchio rogaverunt per Joannem Nasaporis de Pinarolio, & me Raymondellum de Grazano Notarios publicos fieri duo publica Instrumenta ejusdem tenoris, dictanda, & reficienda, si opus fuerit, consilio sapientis. ANNO 1344.

Et ego Raimondellus Bava de Grazano publicus Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus, & singulis, una cum Domino Joanne & Testibus supra-scriptis præsens fui, & hanc cartam ad opus dicti Domini Principis scripsi.

L. H. T. Ego Franciscus Testadorus Civis Casalensis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, & ex Cancellariis suæ sereniſſimæ Majestatis in ejus Reverendo, & Magnifico Montisferrati Senatu supra-scriptum Instrumentum alias receptum, per nunc quondam Dominum Raimondellum Bavam de Grazano, olim Marchionalem Montisferrati Cancellarium, per me repertum in ejus quinto prothocollo, ab Originali proprio ipsius Raymondelli fideliter extraxi de verbo ad verbum, nil addito, vel mutato, quod sensum variet, vel substantiam mutet. Et quia facta debita collatione cum dicto Originali, utrunque concordare, ideo hic me subscripsi, cum solito signo mei Tabellionatus appositione in fidem præmissorum. Et hoc de licentia mihi concessa per litteras prelibatæ sereniſſime Majestatis Cesareæ. Sub dato Casali die decimo Septembris Anni presentis. 1533.

Cum ejus Authentico in pergamena scripto sicut supra expedito in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservato præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius, ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi. Actum hac die 14. Martii 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 15. Martii 1720.

XCIII.

Instrumentum publicum Juramenti & Homagii ligii, per JOANNAM I *Jerusalem & Siciliæ citra Farum Reginam summo Pontifici Romano pro dicto Regno præstiti; quo Conditiones & Obligationes quibus præfata Regina se se erga Romanam Ecclesiam obstringit, diserte stipulantur, juxta tenorem Literarum Apostolicarum in eo contentarum. Cum Speciali Ratificatione dictæ Reginæ* JOANNÆ *super eodem Instrumento, facta die ultimo Mensis Augusti, Anno Domini* 1344. *Regni ejus secundo, Indictione XII,* [Authentique tiré des Archives de la Grande Cour Royale de Naples.] 31. Aout.

JOhanna Dei Gratia Regina Jerusalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, & Forcalquerii, tenore præsentium notum facimus. Universis earum seriem inspecturis tam præsentibus quam futuris. Quod. . . . . debito Juramento per Nos, de proximo præstitis in manibus Reverendi Patris Domini Aymerici tituli Sancti Martini in Montibus Presbyteri Cardinalis Apostolicæ Sedis Legati in Regno Siciliæ pro parte Sanctiſſimi in Christo Patris Domini Domini Clementis Divina Providentia ejusdem Sacro Sanctæ Romanæ, ac Univer-

salis

ANNO 1344. salis Ecclesiæ summi Pontificis, & ipsius Ecclesiæ nomine, authoritate subscriptarum ejusdem summi Pontificis literarum præsentatum est nuper nostris obtutibus quoddam confectum exinde publicum Instrumentum subscriptæ per omnia serie. In Dei nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, die vigesimo octavo Augusti, duodecimæ Inditionis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Clementis, Divina Providentia, Papæ VI. Anno Tertio. Noverint Universi præsens Instrumentum publicum inspecturi, quod Nos infrascripti Notarii publici, & infrascripti Testes ad hoc vocati specialiter, & rogati ad instantiam & petitionem Nobis factam pro parte inclytæ, & Excellentis Dominæ Dominæ Johannæ Dei gratia Jerusalem, & Siciliæ Reginæ, Ducatus Apuliæ, & Forcalquerii, ac Pedimontis Comitissæ personaliter accessimus ad Monasterium Sanctæ Claræ de Neapoli; & dum essemus in Ecclesia ipsius Monasterii in ipsius Dominæ Reginæ præsentia, ac Reverendi in Christo Patris & Domini Domini Aymerici titulo Sancti Martini in Montibus, Presbyteri Cardinalis in dicto Regno Apostolicæ Sedis Legati, & Nuntii ad infrascripta per Apostolicas Literas specialiter deputati, nec non Prælatorum, Comitum, Baronum, Jurisperitorum, & aliorum quamplurium multitudinis copiosæ, idem Dominus Aymericus Nuntius, & Legatus in præsentia ejusdem Dominæ Reginæ, & nostrum Notariorum, & Testium, ac Prælatorum, Comitum, Baronum, Jurisperitorum, & quam plurium aliorum multitudinis copiosæ ostendit, & publice legi fecit prædictas Literas Apostolicas vera nota, & consuetæ Bulla plumbea pendentis cum filis Canapis communitas, quas Nos etiam vidimus & inspeximus diligenter, & erant per omnia continentiæ subsequentis. Clemens Episcopus servus servorum Dei Dilecto Filio Aymerico titulo Sancti Martini in Montibus presbytero Cardinali Apostolicæ Sedis Legato salutem, & Apostolicam benedictionem. Inter sollicitudines varias, quas Nobis Officium injunctæ desuper Apostolicæ servitutis inducit ad hoc nostra vigilat intentio, & libenter dirigimus studia mentis nostræ, ut per providentiam Sedis Apostolicæ circumspecta negotia, undique ad eam confluentia sic ordinentur, & disponantur mature, quo honoribus, & Juribus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ sponsæ nostræ super eis provideatur utiliter, & spiritualium ipsius Ecclesiæ filiorum commoditatibus consulatur. Dudum siquidem mestis relatibus, ad audientiam Nostri Apostolatus perducto clare memoriæ Robertum Regem Siciliæ, Avum Charissime in Christo filiæ nostræ Johannæ, Reginæ Siciliæ Illustris sicut illi, qui apud omnes Reges Terræ terribilis aufert Spiritum Principum, placuit ab hac luce subtractum ipsaque Johanna Nepte ipsius Roberti Regis ex unico filio Primogenita Regi eidem succedente in Regno Siciliæ & Terris citra Farum usque ad confinia Terrarum Ecclesiæ Romanæ, Civitate Nostra Beneventana cum ejus toto Territorio, ac omnibus districtibus, & pertinentiis suis per Romanum Pontificem distinctis; vel imposterum distinguendis dumtaxat exceptis, quod Johanna in tali erat ætate sicut adhuc esse dignoscitur constituta, quod ad gubernationem & administrationem Regni, & Terrarum prædictorum propter defectum ætatis hujusmodi, cujus quidem ætatis consuevit esse consilium fragile, & infirmum, multisque captionibus expositum, minus idonea existebat, Nos qui ipsius Johannæ Reginæ superiores immediati existimus & totius Regni ac Terrarum prædictorum directum, & altum Dominium obtinemus, & ad quos cura, gubernatio, administratio, & bailia Regni, & Terrarum prædictorum regendæ per Nos, vel alium, seu alios idoneos per Sedem Apostolicam deputandum, seu etiam deputandos plene, & in solidum de Jure ad diversorum predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum observantia pacifica istis temporibus pertinebant, Prædecessorum ipsorum vestigiis inhærentes, qui Paterna benevolentia consilium capientes pro filiis in similibus casibus salubriter providerunt, pro bono statu Regni, & Terrarum prædictorum non parum turbinibus periculosisque fluctibus expositorum, & in multis iniquorum, & Pacis emulorum insidiosis perturbationibus constitutorum, ac pro censura recti Judicii, & rectitudine Justitiæ ibidem sub rectore debito convovendis, tam pro Jure nostro, & ejusdem Romanæ Ecclesiæ conservando, quam pro ipsius Johannæ Reginæ, ac Regni, & Terrarum prædictorum utilitate ac indemnitate incolarum Regni, & Terrarum ipsorum, qui nostri, & ejusdem Ecclesiæ sunt homines principaliter & Vassalli, & ut nostri fulti præsidio sublata malorum formidine à noxis, & ab oppressionibus indebitis præservarentur immunes; deliberatione præhabita diligenti decrevimus, & ordinamus gubernationem, administrationem, & Bailiam dictorum Regni, & Terrarum gubernari, & regi debere, ac exercendas esse nostro nomine hiis temporibus, & gerendas, easque tibi, de cujus circumspecta, matura, & fideli Provincia plene confidimus, per nostras certi tenoris literas providimus de fratrum nostrorum consilio committendas certis Administratoribus, & Gubernatoribus per præfatum Robertum Regem præfatis Johannæ, & Regno de facto datis, cum de Jure præsertim pro tempore quo ad Nos eadem Administratio pertinet, minime potuisset, ne de Gubernatione, & administratione hujusmodi pro dicto tempore se quomodolibet intromitteret sub diversis pœnis, in Processibus per Nos factis super hoc contentis plenius, & expressius, districtius nihilominus prohibentes. Sane cum tu pro hujusmodi administratione, Gubernatione, & Bailia gerendis, & exercendis ad Regnum, & Terras, prædicta te personaliter conferens ibidemque prædictis literis nostris, & pro usibus sollemniter publicatis, easdem administrationem, Gubernationem & Bailiam susciperis, eas geras, & exerceas plene, sicut intelleximus pacifice, & quiete per eandem Reginam, & suos, tibi obedientia plenaria præstita in hac parte, ac deinde ipsa Regina. . . . . Vassallagii, & fidelitatis Juramenti, ad quæ juxta conventiones, & Pacta in concessione. . . . . inclytæ memoriæ Carolo Regi Siciliæ Avo prædicti Roberti Regis ejusque hæredibus. . . . . Regem habita Nobis quilibet novus successor in Regno, & Terris prædictis, &. . . . . assumptione sua ad summi Apostolatus Apicem & eidem Ecclesiæ infra certum terminum pro Regno. . . . . & certis rationabilibus Causis ad hoc Nos moventibus ipsius Regni supplicationibus. . . . . quarum ultima debet in Festo Beati Michaelis futuro proximo terminari, duximus. . . . . sicuti in eis continetur plenius concedendas Nobis instanter, & humiliter fecerit supplicari. Venerabilem fratrem Guillelmum Archiepiscopum Brundusinum ad nostram præsentiam propterea specialiter destinando, ut qualitate inordinati. . . . . ipsius Reginæ teneritudine suisque aliis necessitatibus paterna & benigna consideratione pensatis. . . . . ligii, plenumque Vassallagii, & fidelitatis Juramenti receptione tibi committere dignaremur. Nos attendentes: . . . . . pacta prædicta in optione, & beneplacito existit Romani Pontificis succedentem noviter in Regno, & Terris prædictis. . . . . personaliter Juramentum fidelitatis, & ligium Homagium, eidem Romano Pontifici, & Ecclesiæ prædictæ, dummodo ad hoc. . . . . statuat, & assignet, vel aliquem Cardinalem ipsius Ecclesiæ, aut alium, qui Vice Romani Pontificis Juramentum juxta formam denotatam in literis prædictis super concessione Regni, & Terrarum prædictorum confectis, & homagium recipiat, destinare; nihilominus considerantes attente prædictam ejusdem Reginæ obedientiam Nobis, & eidem Sedi utique multum gratam fuæque. . . . . & qualitatem personæ ac ætatis, & sexus nec non itinerum, & viarum discriminosa per Terram, & Mare pericula formidanda, si eam pro præmissis venire ad nostram præsentiam personaliter oporteret, & volentes, eam super hiis favoribus prosequi gratiosis, eidem Reginæ supplicationibus benignius super hiis inclinati, te, de cujus provida, fideli, & matura circumspectione ac agendorum experientia in multis arduis probata negotiis plene confidimus, ad recipiendum Homagium, Vassallagium & Juramentum hujusmodi hac vice ab eadem Regina juxta conventiones, & Pacta prædicta nostro, & eidem Ecclesiæ Romanæ nomine providimus de fratrum ipsorum consilio deputandum. Quo circa discretioni tuæ per Apostolica scripta committimus & mandamus; quatenus Homagium, Vassallagium, & Juramentum hujusmodi, quæ juxta formam præsentibus annotatam per Reges Siciliæ, Progenitores ipsius Reginæ, quorum ipsa hæres existit, qui fuerunt pro tempore, pro Regno, & Terris prædictis citra Farum Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & Ecclesiæ prædictæ præstati sunt, hactenus consueta recipere juxta formam hujusmodi cum omni diligentia studiosa procures, & nihilominus formam juramenti, quod eadem Regina tibi nomine quo supra præstabit

ANNO 1344.

ANNO 1344. de verbo ad verbum per ipſius Reginæ patentes literas Aurea Bulla ejusdem Reginæ impreſſa Typario communitas Nobis e veſtigio ſtudeas fideliter deſtinare in Archivio prædictæ Romanæ Eccleſiæ in hujusmodi rei teſtimonium, perpetuamque memoriam conſervandas. Forma autem Juramenti prædicti quod eadem Regina, ut præmittitur, præſtabit, talis eſt. In Nomine Domini Amen, Ego Johanna, Dei Gratia, Regina Siciliæ, ad honorem Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti ac Beatæ, & Glorioſæ Virginis Mariæ, Beatorum quoque Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Eccleſiæ Romanæ, in præſentia Reverendi in Chriſto Patris Domini Aymerici titulo Sancti Martini in Montibus Presbyteri Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legati, ad Homagium, ligium, & Vaſſallagium, ac fidelitatis Juramentum, & alia omnia, & ſingula infraſcripta à me recipienda per Sanctiſſimum in Chriſto Patrem Dominum meum Dominum Clementem Divina Providentia Papæ VI. ſpecialiter deputati, illaque ejusdem Domini mei Papæ & Eccleſiæ Romanæ prædictorum nomine recipientis ligium, Homagium facio dicto Domino meo Papæ, ejusque ſucceſſoribus canonice intrantibus, & ipſi Eccleſiæ Romanæ pro Regno Siciliæ, & tota Terra, quæ eſt citra Farum usque ad Terrarum confinia ejusdem Eccleſiæ. Utique Regnum & Terram, excepta Civitate Beneventana cum toto Territorio, ac omnibus diſtrictibus, & pertinentiis ſuis ſecundum antiquos fines Territorii, pertinentiarum, & diſtrictus Civitatis ejusdem per Romanos Pontifices diſtinctos, vel imposterum diſtinguendos, claræ memoriæ Domino Carolo Regi Siciliæ, & hæredibus ejus, Avo recolendæ memoriæ Domini Roberti Regis Siciliæ Avi mei, cui ego ex unico ſuo filio Primogenita in Regno, & Terris ſuccedo prædictis, prædicta Eccleſia Romana conceſſit, & recognoſco, & fateor, quod inter Romanam Eccleſiam, & prædictum Dominum Carolum conditiones, conventiones, modus, & forma ac Pacta infraſcripta intervenerunt & fuerunt appoſita in conceſſione Regni ſibi, ſuisque hæredibus, per Romanam Eccleſiam facta, ſeu authoritate ipſius in prædicta conceſſione pertinentia, ſeu ſpectantia ad Perſonas eorum qui ſucceſſuri erant ipſi Domino Carolo ſuisque hæredibus in Terra, & Regno prædictis, & eorum qui in eisdem ſucceſſuri erant ipſi Domino Carolo. . . . nec non ad ſucceſſionem vel formam ſeu modum ſuccedendi ipſi Domino Carolo, ſuisque hæredibus, & mihi, meisque hæredibus in Regno, & Terra præfatis, quæ omnia, & ſingula tam me, quam meos in dictis Regno, & Terra hæredes ſervaturos promitto, & contra ea non venturos, quæ talia ſunt: Si in noſtro, vel hæredum noſtrorum obitu legitimum, prout ſequitur, hæredem nos, aut ipſos (quod abſit) non habere contigerit, Regnum ipſum ad Romanam Eccleſiam ejusque diſpoſitionem libere revertatur; Deſcendentes autem ex Nobis, & noſtris hæredibus Siciliæ Regibus Mares & Feminæ in eodem Regno ſuccedent, ſic tamen, quod de liberis duobus Maribus in eodem gradu per eamdem lineam concurrentibus Primogenitus, de duobus feminis Primogenita, & de Mare, & Fæmina in eodem Gradu ſimiliter concurrentibus maſculus omnibus aliis præferatur. Si verò Nos, quod abſit, ſine liberis ex Nobis legitime deſcendentibus mori contingeret, vel ſi aliquem de aliis ſucceſſoribus noſtris Regem, vel Reginam Siciliæ ſine legitima Prole ſui Corporis mori contingeret in futurum, ſuccedunt eidem ſervatis gradibus ſi ſuperſtites fuerint hæ perſonæ: Videlicet, Regi, vel Reginæ ſine prole legitima ſui corporis decedentis frater, vel ſoror, ac Collaterales ſuperiores Mares, & Fæminæ, utpote Patrui, & Avunculi, & Amitæ, & Materteræ & ſurſum usque ad quartum gradum, dumtaxat illis Collateralibus, quos Vos ad præſens habetis, & dum vixeritis habebitis, & qui poſt noſtrum obitum ex eisdem forſitan orientur, exceptis, Collaterales etiam inferiores ſuccedant ſimiliter Mares, & Fæminæ, utpote Nepos, vel Neptis ex Fratre, vel ſorore, & inferius usque ad eumdem tantum modo quartum Gradum. Quod autem de fœminis rectæ lineæ, ac Collateralis ſuperius eſt. . . . . quam etiam Nuptis dummodo nuptæ ſint fidelibus, & Eccleſiæ Romanæ devotis. Et ſicut inter has. . . . . per gradus poſteriori gradui præferatur, ſi in eodem gradu pluribus concurrentibus. . . . . in hujusmodi ſucceſſionibus volumus anteferri, perſonarum autem hujusmodi nulla. . . . . Eccleſiam, & ejus diſpoſitionem libere revertatur. Quod ſi forte deficientibus maſculis. . . . . ſuccedere illa maritabitur perſonæ, quæ ad ipſius Regni Regimen, & defenſionem exiſtat. . . . . ANNO 1344. ſuper hoc conſilio requiſito, nec nubet niſi Viro Catholico, & Eccleſiæ Romanæ devoto, & ſi. . . . . Romano Pontifici contra ipſam ad privationem prædictorum Regni, & Terræ ſine figura Judicii, & absque. . . . . quacumque ætate filia ipſa conſiſtet, procedere, ſi hoc videbitur expedire. In Regnum vero, & Terram. . . . . non fuerit de legitimo matrimonio procreatus. Ad hæc promitto, quod tam ego, quàm mei in Regno . . . . . Regnum, & Terram præfata nullatenus dividemus, ſed ſemper illa unus tantum ſuper ipſis conditionibus. . . . . Romana tenebit, Item ego Johanna, Dei gratia Regina Siciliæ plenum, & ligium Vaſſallorum. . . . . meo Domino Clementi Papæ VI. & Eccleſiæ Romanæ pro Regno Siciliæ, & tota Terra, quæ eſt citra Farum usque ad confinia. . . . . excepta Civitate Beneventana cum toto Territorio, & omnibus pertinentiis, & diſtrictibus ſuis ſecundum antiquos fines Territorii . . . . . Civitatis ejusdem per Romanos Pontifices diſtinctos, vel in poſterum diſtinguendos ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro, & Domino meo, Domino Clementi Papæ præfato ejusque ſucceſſoribus canonice intrantibus ſanctæque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ . . . . . in conſilio aut conſenſu, vel facta ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione, conſilium quod mihi crediturі ſunt per ipſos aut Nuncios ipſorum ſive per literas ad eorum damnum me ſciente nemini dabo, & ſi ſcivero fieri vel procurari, ſive tractari aliquid, quod ſit in eorum damnum, illud pro poſſe impediam & ſi impedire non poſſem, illud ipſis. . . . . Papatum Romanum, & Regalia Sancti, Petri, tam in Regno Siciliæ & Terra prædictis, quam alibi exiſtentia adjutrix eisdem ero. . . . . ad defendendum, ac recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem. Univerſas, & ſingulas conditiones . . . . in præſenti Inſtrumento, ſeu literis, ac omnia, & ſingula quæ continentur in Inſtrumento ſeu literis bonæ memoriæ Fratris Anibaldi Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Presbyteri Riccardi Sancti Angeli Joannis Sancti Nicolai in Carcere Juliani, & Jacobi S. Mariæ in Cosmodum Diaconorum Cardinalium ſuper ipſorum Regni, & Terræ conceſſione facta dicto Domino Carolo confectis, plenarie adimplebo, & inviolabiliter obſervabo, nec ullo umquam tempore veniam contra illa, exceptis duobus Capitulis quæ inferius deſcribuntur, ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Promitto quoque, quod mei in dictis Regno, & Terrâ, hæredes hujusmodi Homagium, & Juramentum fidelitatis præſtabunt ſecundum præſcriptam formam, ſi Romanus Pontifex in Italia fuerit infra ſex menſes, ſi vero eum extra Italiam eſſe contingerit, infra annum poſtquam Regni Dominium adepti fuerint, & ſingulis Romanis Pontificibus, & eidem Romanæ Eccleſiæ renovabimus tam ipſum Homagium, quam hujusmodi Juramentum. Quod quidem Homagium facere, & Juramentum fidelitatis præſtare dicti hæredes mei ut prædictitur renebuntur. in optione autem, & beneplacito erit Romanæ Eccleſiæ me, & hæredes meos vocare ad præſtandum perſonaliter Juramentum fidelitatis, & ligium Homagium Romano Pontifici, & eidem Eccleſiæ, dummodo ad hoc mihi, & eis tutum locum ſtatuant, & aſſignent, vel aliquem Cardinalem ipſius Eccleſiæ, aut alium, qui vice Romani Pontificis Juramentum juxta eamdem formam, & Homagium recipiat, deſtinare. Item Domino meo prædicto, & Eccleſiæ Romanæ juro, & præſens me ad hoc ſpecialiter obligans, quod tam ego ſingulis ejusdem ſucceſſoribus, & ipſi Eccleſiæ, quam mei in dicto Regno hæredes Domino Papæ prædicto, & ejus ſucceſſoribus, ac prædictæ Eccleſiæ quando præſtabimus hujusmodi Juramentum fidelitatis, jurabimus Nos ad hoc ſpecialiter obligantes, quod numquam per Nos, vel alios, ſeu quocumque modo procurabimus, ut eligamur, vel nominemur in Regem, vel Reginam, aut Imperatorem, vel Imperatricem Romanorum, vel Regem, aut Reginam Theutoniæ, ſeu Dominum, aut Dominam Lombardiæ, aut Tuſciæ ſeu majoris partis earumdem Lombardiæ, vel Tuſciæ, & ſi electionem, vel nominationem ad Imperium, Regnum Romanum, ſeu ad Regnum Theutonicæ, aut Dominium Lombardiæ, vel Tuſciæ, vel majoris partis earum de nobis celebrari contigerit, nullum hujusmodi electioni, vel

ANNO 1344. vel nominationi assensum præstabimus, nec intromittemus. Nos ullo modo de regimine ipsius Imperii, vel Regni Romani, seu Regni Theutoniæ aut Lombardiæ, seu Tusciæ, vel majoris partis earum, ad quodcumque eorum nominati fuerimus, vel electi. Quod si ego, vel aliqui meorum in Regno hæredum me studente, ac procurante, aut eis studentibus, & procurantibus ad Imperium ipsum, sive ad dictum Regnum Romanum, seu Regnum Theutoniæ, aut Dominum Lombardiæ, seu Tusciæ, vel majoris earum partis electa, seu nominata fuero, vel fuerint, si hoc verum, & manifestum fuerit, aut si post talem electionem, vel nominationem de Imperii, vel Regni Romani, seu Regni Theutoniæ, aut Lombardiæ seu Tusciæ, vel majoris ipsorum partis regimine me manifeste intromisero, vel intromiserint, eo ipso à jure prædictorum Regni Siciliæ, & Terræ cadam, & cadant ex toto, ipsaque prorsus amittam, & amittant, & eadem Regnum, & Terra ad Romanam Ecclesiam libere devolvantur; si autem ego, vel aliqui ex dictis hæredibus electioni, vel nominationi factæ, non me procurante, vel eis, aut procuranti, seu procurantibus consensero, vel consenserint & huic electioni, vel nominationi, vel Juri omnino renunciam vel renuncient, & quod de Imperio seu aliquo præmissorum ad quod electa, seu nominata fuero, seu fuerint, me nullatenus intromittam, monita, seu moniti infra quatuor mensium spatium post electionem hujusmodi tali electioni seu nominationi, vel Juri non renunciavero, vel non renunciaverint, vel de ipso Imperio, seu aliquo præmissorum, ad quod electa, seu nominata fuero, vel fuerint, me intromisero, seu intromiserint quoquomodo, ex hoc sim, & sint eisdem Regno Siciliæ, & Terræ & omnium prorsus eorum Jure privati, & ut dictum est, eadem Regnum & Terra ad Romanam Ecclesiam libere devolvantur. Si vero ad me, vel meos in eodem Regno hæredes non poterit commode talis monitio pervenire, super quo utique impedimento videlicet, vel moneri commode nequeam, vel nequeant, credetur, & stabitur assertioni Romani Pontificis, sive dicto sufficiet pro ea super hoc ipsius Romani Pontificis monitio publica, & sollemnis, ita quod si infra sex menses post illam non renunciaverint, aut de Imperio, aut aliquo alio prædictorum ad quod ego, vel dicti hæredes, electa, vel nominata fuero vel. . . . . intromiserint ex hoc cadam, & cadant ab omni Jure ipsorum Regni, & Terræ, & Regnum, & Terra. . . . . devolvatur. Cæterum si contingeret aliquem de meis hæredibus qui deberent in prædictis Regno Siciliæ. . . . . Imperatorem Romanum, seu Regem Theutoniæ vel Dominum Lombardiæ, aut Tusciæ, seu majoris partis earum denominari, seu eligi. . . . . possessionem eorumdem Regni, Siciliæ, ac Terræ nanciscatur, vel habeat, nec se de illorum cura, seu Dominio. . . . . aliquatenus intromittant, nisi prius Imperio, vel Regno Romano, seu Regno Theutoniæ, aut Dominio Lombardiæ earum Partis ad quodcumque eorum electus, nominatus, fuerit, vel assumptus, & omnium Juri competenti sibi in illis. . . . . : de Jure, nec de facto gerens, vel retinens omnino dimittat ipsum nullo unquam tempore resumpturus. . . . . successione, & Jure, quæ in Regno Siciliæ, ac Terra prædictis sibi competerent ipso facto, ita quod eadem Regnum Siciliæ. . . dispositionem plenam, & libere devolvantur. Quod si non exstantibus Fœmina in eisdem Regno, &. . . . . Regi vel Imperatori Romano, seu in Regem, vel Imperatorem Romanum Electo, aut Regi, vel Electo in Regem Theutoniæ, vel Dominum Lombardiæ, Tusciæ; aut majoris Partis earum, seu electo ad eorum Dominium numquam matrimonio aliter copuletur, & si contrarium. . . . . Siciliæ Regno, & Terra prædictis maneatque prorsus ipsorum Jure privata ipsis Regno, & Terra ad eadem. . . . . devoluta, si autem ego vel aliquis meorum in Regno hæredum contra hæc venero, vel venerint, eo ipso excommunicati & insuper. . . . . perjurii respersi & notati existam & existant. In hujusmodi quoque Juramento ego nunc expresse addo, & promitto, quod per me. . . . . in dicto Regno hæredes additur expresse, quod nullo unquam tempore Regnum, seu Imperium Romanum, aut Regnum Theutoniæ, vel Dominium Lombardiæ, sive Tusciæ, seu majoris earum partis, aut easdem Lombardiam, & Tusciam, vel majorem partem ipsarum per me vel per alium, seu alios, occupabimus, capiemus, vel acquiremus, aut Nobis alias quomodolibet vendicabimus. Et si secus fecerimus secundum præscriptam formam pœnas similes incurramus: quod autem dicitur de majori parte Dominii Lombardiæ, sive Tusciæ; intelligitur scienter, si vero ignoranter, eam ad mandatum Ecclesiæ dimittere teneamur, & si eam Ecclesia mandante dimittamus, non incidamus in pœnam in isto articulo, & similibus constitutam. Si vero moniti non dimittamus, remaneat pœna prout est in hoc articulo, & in aliis consimilibus constituta. Quod si forte imposterum me Reginam Siciliæ, vel aliquem meorum hæredum in Regno contingat in Imperatricem, vel Imperatorem eligi, postquam Regni fuerimus possessionem adepti, non transibo, nec idem hæres meus transibit ad Imperium, alioquin in pœnas incidam, & incidet in hoc articulo, & aliis consimilibus comprehensas. Item promitto, quod si Regni possessione prædicti non dum agnita, seu obtenta aliquis meorum hæredum in Imperatorem electus, transire voluerit ad Imperium, in manu prius Romani Pontificis, vel illius, quem ad hoc idem Pontifex duxerit destinandum, filium suum successurum in Regno, cujuscumque fuerit ætatis emancipabit, & Regno renunciabit, nihil Juris in eo retinens clam, vel palam, nec cujuslibet etiam Potestatis, nec ipsum filium ad servitium, vel subsidium aliquod faciendum Juramento, vel voto, stipulatione, vel pacto sibi, vel successoribus suis astringet, sicque factus Filius sui Juris ab eodem Romano Pontifice, vel alio destinato ab ipso protinus investiatur de Regno, ad cujus Regis successionem, si forte decederet sine liberis, nullo unquam tempore Pater veniat, Imperator existens. Sed si Imperio & omnibus, quæ ad Imperium pertinent, idem Pater renunciare voluerit, & Regno tantum esse contentus, post renunciationem hujusmodi ad illius successionem libere admittatur, & tunc ab ipso Romano Pontifice, vel alio destinato ab eo Investituram recipiat Regni ejusdem. Quod si dictus Filius sit ad Regnum adsumptus, major annis decem & octo fuerit, libere administret, sed quamdiu minor extiterit, tam ipse quam Regnum ipsius in custodia Romanæ Ecclesiæ remaneat, donec Rex ipse impleverit supradictam ætatem, fructibus, & obventionibus Regni, ex quibus sumptus necessarii faciendi pro ejusdem Regni custodia deducantur, Regi conservandis eidem, & lucro alterius ratione ipsius custodiæ non cessuris. Quæ vero de filio dicuntur, ut ei videlicet Regnum possit sub observatione præmissa a Patre ad Imperium transeunte dimitti, de filia etiam est concessum, & si Rex non habens filios in Imperatorem electus, ad Imperium transire voluerit, & de personis de quibus supradicitur, liberis non extantibus in Regno posse succedere, aliqui superstites fuerint, quæ de filio, & filia prædinavimus observentur in illis, excepto emancipationis articulo, quæ in solis illis procedere poterit, quæ capaces emancipationis existent, ratione Patriæ potestatis. Quod si mihi Reginæ Siciliæ, aut alicui meorum hæredum in Regno prædicto sine filio decedenti superstes sit filia, vel mulier aliqua juxta præfatam formam debeat ad hujusmodi successionem admitti, quæ Imperatori, dum ego Regina vivam, vel dum meus hæres Rex Siciliæ vivet, fuerit desponsata, vel nupta, non succedat in Regno, & si in Regno sibi delato Imperatori nupserit, cadat protenus ab eodem, nisi Vir ejus Imperio prorsus renuncians, Regno solummodo sit contentus. In primo autem casu repulsa filia, & aliis prædictis ad personas illas servatis gradibus Regnum perveniat, quæ prænotate sunt in Regno posse succedere, si Regi præmortuo liberi non superstint. In secundo autem casu Regnum ipsum ad Romanam Ecclesiam devolvatur. Item promitto pro me, & meis in Regno, Hæredibus ad hoc tam me quam ipsos obligans, quod Regnum Siciliæ, & Terra prædicta Imperio nullo modo subdentur, seu sibi nullo numquam tempore in eadem Persona quomodolibet uniantur, & super hoc articulo tam per pœnas spirituales, quam alias cautiones cavebimus, tam ego, quam mei in eodem Regno hæredes juxta Ecclesiæ voluntatem, quandocumque Romanus Pontifex hoc duxerit requirendum, cum prorsus intentionis sit Romanæ Ecclesiæ, ut Regnum, & Terra prædicta nullo numquam tempore Imperio uniantur, ne scilicet unus Romanum Imperator, & Siciliæ Rex existat. Quod sic integre satisfactum ab eisdem Regno, & Terra ipsorum-

ANNO 1344.

ANNO 1344. rumque Jure. . . . . & Terra ad Romanam Ecclesiam integre, & libere revertentur. Si autem de Censu octo millium unciarum hujusmodi primi termini. . . . . terminum, & duos sequentes menses plenarie satisfaceremus; nihilominus semper pro singulis octomillibus unciis simili modo in eorum solutione cessaverimus, vel illas non solverimus, pœnas similes incurremus, salvis aliis. . . . . qui de Jure inferri vel haberi poterunt per Romanum Pontificem in hoc casu. Item promitto, quod in quolibet. . . . . dicto Regno hæredes Romano Pontifici unum Palafrenum Album, pulchrum, & bonum in recognitione veri Dominii. . . . . Promitto insuper ad hoc tam me, quam hæredes meos in Regno obligans, quod quandocumque Romanus Pontifex qui pro tempore fuerit. . . . . Romanam Ecclesiam indigere, ita quod super indigentia hujusmodi ipsius Romani Pontificis simplici verbo stetur, ego, vel mei in dicto Regno hæredes requisiti ab eo ad Urbem in Campaniam, in Maritimam, in Patrimonium Beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Marchiam Anconitanam, & præmissam Civitatem Beneventanam, ac ejus Territorium, & pertinentias, quæ remanebunt Ecclesiæ, & in omnes alias Terras ipsius Ecclesiæ per Italiam trecentos Milites, Equis, & Armis bene ac decenter munitos, & paratos, ita quod unusquisque ipsorum habeat quatuor Equitaturas, vel tres ad minus, in Ecclesiæ prædictæ oblequium, & subsidium transmittemus per tres menses integros meis, vel dictorum in Regno hæredem sumptibus; & stipendiis, semel tantum in anno in servitium ejusdem Ecclesiæ moraturos mensibus ipsis a die, quo iidem Milites Terram mei Dominii, vel fines mei districtus, vel eorumdem hæredem eggressi fuerint per vulgares dictas, & solitas computandis, & quod si maluerit Ecclesia eadem ingruente, necessitate super qua stetur verbo Romani Pontificis, ut dictum est, navali juvari exercitu, prædictos Milites debita taxatione & recompensatione præhabita in Navale stolium commutabimus, & in prædicta Civitate Beneventana, quam hactenus Romana Ecclesia sibi retinuit, & in suum Demanium, & Dominium cum omnibus Juribus suis, & pertinentiis reservavit, & toto Tenimento Civitatis ejusdem, confinibus ejus antiquis, quos Romanus Pontifex quandocumque semel tamen sibi placuerit, bona fide distinguet, & quæ eidem Ecclesiæ, & in ejus proprietate libere remanebunt, nullo Jure Nobis, vel cuicumque alii de Regno prædicto ibi retento, seu quomodolibet reservato. Et quod nullum Jus ego, & mei in dicto Regno hæredes quomodolibet acquiremus, vel habebimus in eisdem. Distinctioni quoque per Romanum Pontificem semel faciendæ, ut dictum est, stabimus absque contradictione seu refragatione quacumque ego, & hæredes mei, prout ista Distinctio per Apostolicas literas apparebit: pro prædicta quoque Civitate Beneventana ac viâ reficienda per Beneventanos exponam per septennium pro lignaminibus omnia nemora ipsorum Regni, & Terræ, & omnem materiam ad Ædificia opportuna, puta, Lapides, Arenam, quæ Putheolana vocatur, Cementum, & similia sine præjudicio juris singularium Personarum, ad unam Dietam prope Beneventum, & promitto, quod præstabimus ego, & mei hæredes Beneventanis securitatem per totum Regnum, & Terram prædictam, nisi in Regno, & Terra prædictis de novo delinquant, propter quod ad Nos de Jure, Justitia pertineret, quodque Privilegia dictæ Civitati, & Regibus, & Principibus concessa tam ego, quam mei hæredes in Regno, & Terra eisdem illibata servabimus, & omnia statuta per quondam Federicum olim Imperatorem Romanorum, seu quoscumque alios Reges Siciliæ facta contra libertatem Civitatis ejusdem revocabimus, & in omnibus, & per omnia, quæ libertatis fuerunt cœteris Regniculis, pacificabimus illam, nec aliqua statuta, seu aliquas Leges condemus, in posterum per quæ dictæ Civitati directe, vel indirecte possit præjudicium generari, & pro Apostolicæ Sedis, & Beati Bartolomei Patroni Civitatis ejusdem reverentia fidentias ab omnibus remitti faciemus, & remittemus eisdem. Fidentiarum autem remissio est concessio libertaris, ut Cives Beneventani possint libere proprias Vineas, & Terras excolere, ipsarumque fruges, & fructus recolligere, ac easdem Vineas, & Terras vendere, & de ipsis pro sua voluntate disponere sine aliqua taxatione, vel munere, vel etiam datione. Promitto etiam me, & hæredes meos in Regno Siciliæ obligans, quod in dicta Civitate, & in ejus Territorio, & pertinentiis suis, quæ Romanæ remanebunt Ecclesiæ, vel in Urbe, seu in Campania, vel Maritima seu in Ducatu Spoletano, vel Marchia Anconitana, vel Patrimonio Beati Petri, in Tuscia, seu in aliis quibuscumque Terris, seu Demaniis, sive feudis ipsius Ecclesiæ, ubilibet constitutis, ex successione, vel Legato, aut venditione, sive donatione, aut alio quocumque Jure, vel titulo, seu contractu, umquam tam ego, quam hæredes mei in Regno acquiremus, vel vendicabimus seu poterimus acquirere, vel quomodolibet, vendicare, nihil umquam recipiemus, habebimus, vel retinebimus, seu poterimus recipere, habere, vel etiam retinere, ac nullam Potestariam, seu Capitaniam, vel Rectoriam, nullumque alium honorem, nullamque potestatem seu dignitatem senatoriam, vel quamcumque aliam, aut Administrationem, vel Commendam, nec quodcumque aliud Officium recipiemus, seu recipere poterimus, habebimus, seu retinebimus, vel habere, seu retinere poterimus in eisdem. Hoc autem intelligo de illis hæredibus meis, qui mihi in eisdem Siciliæ Regno, & Terra succedent. Nolo enim quod delictum aliorum hæredum qui succederent mihi in Comitatibus, & aliis Terris meis; in pœnam hæredis, qui est mihi successurus in Regno aliquatenus extendatur. Ne vero hujusmodi alii hæredes mei contra ea, quæ in isto continentur articulo aliquo forsan tempore venire præsumant, acquirendo, vel vendicando, aut recipiendo, vel habendo, seu retinendo sibi aliquid in Terris, in articulo isto expressis; nec recipiendo, habendo, seu retinendo in eisdem Terris Potestariam seu Capitaniam, vel aliquid aliud de eis que in articulo continentur, promitto tam me, quam ipsos hæredes meos obligans quod nullus etiam aliorum meorum hæredum ullo umquam tempore sibi quidquam in eisdem Terris acquirat, seu vendicabit, recipiet, habebit, vel etiam retinebit, aut Potestariam, seu Capitaniam, vel Rectoriam, aut aliquid aliud ex hiis, quæ prout dictum est in eodem articulo plenius exprimuntur, nec alicui eorum recipere habere, vel retinere licebit. Quicumque autem ipsorum secus præsumserit, eo ipso excomunicatus existat, nec ipse, nec ejus posteri inperpetuum. . . . . Regno succedere, si eis in casu aliquo successio deferretur, sed ab illa repellantur omnino &. . . . . gubernaculis præbebit Romano Pontifici contra eum potenter assistere teneatur. Si vero. . . . . Beneventanum Territorium, & pertinentiis, ejus quæ remanebunt Ecclesiæ. . . . . aut monitionem, seu Urbem, vel Ducatum Spoletanum, aut Marchiam Anconitanam, sive Patrimonium Beati Petri in Tuscia, aut alias quascumque Terras Romanæ Ecclesiæ ubilibet constitutas occupaverimus . . . . . offenderimus, vel molestaverimus Ecclesiam, seu fecerimus molestari, & postquam super hoc. . . . . & requisiti fuerimus, vel si commode moneri aut requiri, nequiverimus juxta ipsius. . . . . vel dictum, postquam de hoc ipse publice, ac sollemniter Nos monuerit infra tres menses non. . . . . occupata, eo ipso de eorumdem Regni Siciliæ, & Terræ jure cadamus totaliter, ipsaque Regnum, & . . . . . & hoc ad Romanam Ecclesiam libere devolvantur, quod si etiam restituerimus occupata, nihilominus. . . . . injuriis, & damnis illatis ad mandatum ejusdem Romani Pontificis satisfacere teneamur. Promitto. . . . . alios in Regno obligans, quod ipsi hæredes mei, videlicet, qui mihi non succedent in Regno, occupare, vel facere occupari easdem Terras Romanæ Ecclesiæ, seu molestare, aut molestare facere, super illis non attentabunt. . . . . attentaverint præmissas pœnas, ut videlicet eo ipso sint excommunicati, & tam ipsi, quam eorum Posteritas. . . . . ad successionem dicti Regni, si in aliquo forte casu eadem successio devolveretur ad illos, nullatenus. . . . . incurrant, & Rex Siciliæ, qui tunc erit, teneatur assistere Romano Pontifici contra ipsos prout superius est expressum. Promitto quoque me, & hæredes meos obligans pro omnibus Ecclesiis tam Cathedralibus, quam aliis Regularibus, & sæcularibus, nec non & omnibus Prælatis, ac Clericis, ac Universis Personis Ecclesiasticis, Sæcularibus, & Religiosis, & quibuslibet Religiosis Locis plenarie dimittam, & restituam & dimitti, ac restitui faciam, & procurabo integre omnia bona eorum immobilia, à quibuscumque oblata, vel occupa-

ANNO 1344.

ta

ANNO 1344. ta sint, & per quoscumque detineantur, & mobilia, quæ extant, & poterunt inveniri simili modo restituam & restitui facere procurabo eisdem, & quod hanc restitutionem faciam, & fieri procurabo absque conditione & difficultate qualibet, hoc modo scilicet, quod statim in illa parte ipsorum Regni, & Terræ, quæ mihi obedit, restitutio ipsa fiat, ipsaque postmodum successive consumabitur, sicut obedient, & habebuntur eadem Regnum, & Terra ad mandatum, & arbitrium aliquorum Virorum discretorum deputatorum à Romano Pontifice, ad quorum mandatum jurium, & rerum immobilium, & mobilium, quæ extant restitutionem plenam faciam, & fieri procurabo. Ita quod ea de quorum Dominio, vel proprietate, seu Possessione notorium fuerit, ad eorum mandatum, & arbitrium mox reddam, & reddi faciam, in dubiis per ipsos de plano, & absque judicii strepitu veritate diligentius inquirenda. Ita quod sufficiat vocari Camerarium vel Procuratorem seu Bajulum, & cujus Jurisdictione, vel Bailia seu Territorio bona, de quibus agetur, consistant, ad videndum jurare Testes qui in hujusmodi inquisitione deponent. Omnes insuper Ecclesiæ ràm Cathedrales, quàm aliæ Regulares, & sæculares, nec non omnes Prælati, & Clerici, ac universæ Personæ Ecclesiasticæ, Sæculares, & Religiosæ, ac quæcumque Religionis loca cum omnibus bonis suis, in electionibus, postulationibus, nominationibus, Provisionibus, & omnibus aliis plena libertate gaudebunt, nec ante electionem, sive in electione, vel post, Regius Assensus, vel consilium aliquatenus requiretur; quàm utique libertatem promitto quod ego, & mei in Regno hæredes semper manutenebimus, & conservabimus, & manuteneri, & conservari faciemus ab omnibus subditis nostris, & quod dictæ Ecclesiæ, ac Personæ uti possint libere omnibus bonis, & Juribus suis, salvo mihi, meisque in Regno hæredibus, Jure patronatus in Ecclesiis in tantùm, in quantùm in hac parte Patronis Ecclesiarum canonica instituta concedunt, uti antiqui Reges Siciliæ hujusmodi Patronatus in ipsis Ecclesiis habuerunt, omnes etiam causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes libere, & absque ullo impedimento agitabuntur, tractabuntur, & ventilabuntur coram Ordinariis, & aliis Ecclesiasticis Judicibus, & terminabuntur per eos, & si ad Sedem Apostolicam super hujusmodi causis appellare contingeret, tam appellantes quam appellati ad eandem venire Sedem prò appellationum prosequutionibus libere, & absque inibitione aliqua permittantur. Et promitto, tam me, quam hæredes meos facturos, curaturos, & promissuros, quod sic agitari, tractari, ventilari, ac terminari possint, & quod sic possit appellari, & libere veniri, Sacramenta verò fidelitatis præstabuntur secundum antiquam, & rationabilem Consuetudinem, prout canonica instituta permittunt, ab illis Ecclesiarum; Prælatis quorum Prædecessores antiquis illa Siciliæ Regibus præstiterunt; ab illis autem Prælatis, & Ecclesiis, qui Regularia sive temporalia bona tenent, si qui tamen sunt, qui hujusmodi bona teneant à Domino Regni, & aliis Dominis temporalibus, & qui ratione hujusmodi bonorum ab antiquo consueverunt Regibus, & ipsis Dominis temporalibus servitia exhibere, hujusmodi honesta & antiqua servitia eis secundum rationabilem & antiquam consuetudinem, sicut statuta patiuntur canonica, impendantur. Salva semper circa Ecclesias Cathedrales, & alias Regulares, & Sæculares, ac personas, & loca Ecclesiastica tam in faciendis Provisionibus, & electionibus confirmandis quàm in omnibus quibuscumque aliis Romanis Pontificibus & Ecclesiæ Romanæ Jurisdictione, & authoritate plenaria & libera potestate, revocabo, ... vel per Reges Siciliæ, sive per Conradum ipsius Federici, aut . . . , Regnum ipsum detinuit occupatum editas contra Ecclesiasticam libertatem. . . . . etiam promulgabo, per quæ Juri, vel libertati Ecclesiasticæ derogatur, Promitto, etiam . . . . quod aliquis Clericus, vel Persona Ecclesiastica eorumden Regni, & Terræ in Civili, vel Criminali causa. . . . . nisi super Feudis Judicio petitorio conveniantur civiliter, ita quod omnes Ecclesiæ, & Personæ Ecclesiasticæ. . . . . Regi vel Principi subjacebunt, & quod nullas Talleas, vel Collectas imponemus. . . . . Ecclesiasticis, vel rebus eorum, & quod in Ecclesiis vacantibus. Ego vel mei in Regno hæredes. . . ANNO
. . . . . redditus, & proventus, nullas etiam obventiones ac nulla prorsus alia percipiemus ex 1344.
eisdem. . . . . remanente pœnes personas Ecclesiasticas juxta Canonicas sanctiones, Comites verò, & Barones. . . . . Regni, & Terræ prædictæ vivent in ea libertate, & habebunt illas Immunitates, illaque Privilegia. . . . . & quæ tempore claræ memoriæ Guillelmi II. Siciliæ Regis, & aliis antiquis temporibus. . . . . & prædicti mei hæredes, ipsos prædictis libertate, Immunitatibus, & Privilegiis, permittemus gaudere, & in dicta. . . . . eo tempore, quò claræ memoriæ præfatus Dominus Carolus Siciliæ Rex præfata Regnum, & Terram ab Ecclesia Romana. . . . . Regni Siciliæ, & Terræ prædictæ cujuscumque conditionis existant, ad mandatum Ecclesiæ reducemus in Regnum, & Terra prædicta ipsisque de bonis, ac Juribus eis debitis restitutionem plenariam faciemus, & fieri procurabimus, & quod in hujusmodi restitutione secundum præscriptam formam, in Capitulo, de bonis Ecclesiarum restituendis, contenta tam in notoriis, quam in dubiis procedemus, & permittemus procedi & quod Captivos, & Obsides, si qui tenebantur tempore supradicto, & adhuc tenentur in Regno, & Terra prædictis Romanos, Regnicolas, & alios de Terra Ecclesiæ Tuscos, Lombardos, & illos de Marchia Pervisina bona fide restituam libertati pro posse, & quod hæredibus quondam. . . . . Sorani fælicis recordationis Domini Innocentii Papæ III. Jus quod in Comitatu Sorano, & aliis Ecclesiæ Romanæ fidelibus. . . . . quod in aliis Comitatibus & bonis siqua eis, in Regno, & Terra prædictis à Regibus, & Principibus sunt concessa. . . . . pœnitus salvabimus, & salvari curabimus, nec per ipsorum Regni, & Terræ concessionem factam dicto Domino Carolo Comitatuum, seu. . . . . eorundem cuiquam quòad proprietatem, seu Possessionem præjudicium generetur Regibus in hiis omnibus Jure salvo. Promitto etiam, quod nullam Confederationem, seu Pactionem, vel Societatem cum aliquo Imperatore vel Rege, seu Principe; vel Barone Christiano, vel Græco, seu Saraceno, aut cum aliqua Provincia, seu Civitate, aut communitate, vel loco aliquo scienter contra Romanam Ecclesiam, vel in damnum Ecclesiæ faciam, & si etiam fecero ignoranter, teneat, & promitto ad mandatum Ecclesiæ revocare; denique omnes præmissas Conditiones, quæ in Persona mea opponuntur, circa meos etiam in Regno ipso hæredes, & successores volo, & intelligo esse dictas, salvis omnibus, quæ circa alios hæredes meos ordinata consistunt, prout superius est expressum. Ego etiam do de hoc Privilegium seu literas præsentes Domino Papæ, & Romanæ Ecclesiæ memoratis Aurea Bulla bullatum; seu bullatas, in quo, vel in quibus proprio Juramento fateor & recognosco expresse, Regnum Siciliæ & totam Terram; quæ est citra Farum usque ad Confinia Terrarum Romanæ Ecclesiæ, excepta Civitate Beneventana cum Territorio, & pertinentiis ejus, quæ ut dictum est Ecclesiæ remanebit eidem; ex sola gratia & mera liberalitate Sedis Apostolicæ sæpedicto Domino Carolo mihi meisque hæredibus in Feudum fore concessa, meque habere, & tenere Regnum, & Terram hujusmodi à dicta Romana Ecclesia in Feudum pro mè meisque hæredibus in dictis Regno, & Terra, sub Pactis, & conditionibus, forma, modo, & conventionibus prædictis; & sub aliis, quæ in literis fælicis recordationis Clementis Papæ IV. plenius continentur, exceptis duobus Capitulis infrascriptis. Cæterum ut præmissa omnia, & singula, ac insuper ut conditiones, Conventiones, & Pacta quæ inter Sanctam Romanam Ecclesiam, & sæpè dictum Dominum Carolum intervenerunt, seu fuerunt opposita tempore quò sæpe dicta Terra, & Regnum dicto Domino Carolo, ipsique hæredibus, concessa fuerunt in Feudum, prout in literis fælicis recordationis Domini Clementis Papæ IV. plenius continetur, illibata perpetuo maneant, & inconcussam semper obtineant firmitatem, ipsa omnia, & singula Juro, duobus exceptis indè capitulis, uno de quinquaginta millibus marchis sterlingorum, & earum solutione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ debitis ex conventionibus memoratis per jam dictos Parentes meos, & me hæredem ipsorum, remissis mihi, meisque

ANNO 1344. que hæredibus in perpetuum, & donatis per ipſam Eccleſiam, ac fælicis recordationis Dominum Clementem Papam V. cum conſilio, & Aſſenſu Dominorum Cardinalium de mera liberalitate ipſorum ex ſpeciali gratia relaxatis, & de eis ſumus ego, & mei hæredes de nexu cujuslibet obligationis, aut pœnalis promiſſionis, quibus eſſemus aſtricti propterea inperpetuum abſoluti, & exinde quietati: alioque Capitulo de perſonalibus jam dicto Domino Carolo impoſitis, de habendis per eum mille Militibus Ultramontanis cum certo Equiturarurum, & Baliſtariorum numero adveniendis ad proſequutionem negotii dicti Regni in ſtabilitis terminis, & præfixis ſub certarum interminatione pœnarum, quia hæc eſſe conſtat impleta; & per ſtipulationem ſollemnem promitto, quod plenarie adimplebo, & inviolabiliter obſervabo, nec ullo nunquam tempore veniam contra illa, ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. In prædictorum autem teſtimonium perpetuamque memoriam præſens ſcriptum exinde confici juſſi, & Aurea Bulla Regiæ Majeſtatis impreſſa Typario communiri. Datum Avinioni VI. Nonas Pontificatus Noſtri Anno III. Quibus Apoſtolicis literis oſtenſis, viſis, & ſic publice ut prædicitur lectis, & per Nos, ut præfertur, inſpectis, præfata Domina Regina, earumdem literarum Apoſtolicarum authoritate præſcripto die, & in omnium noſtrorum, & Teſtium præſentia, præſente eorumdem aliorum Prælatorum, Comitum, Baronum, Jurisperitorum, & aliorum quam plurium in Multitudine copioſa Præfato Domino Aymerico Legato, & in præmiſſis Nuncio Apoſtolico præſenti ſecundum formam præfatarum literarum Apoſtolicarum recipiente ejusdem Domini ſummi Pontificis & Eccleſiæ Romanæ nomine præfata Homagium, Vaſſallagium . . . . . in prædictis literis ſcriptam, & particulariter annotatam prò Regno Siciliæ, & tota Terra Citrafar . . . . . Eccleſiæ præfata præſtari juxta formam hujusmodi, & juxta præfatarum literarum . . . . . literis ſervare juravit, atque promiſit, prout aſtringebatur ad illa ex eorumdem continentia, Aurea Bulla reginalis Excellentiæ impreſſa Typario communitis, quas dicta Domina Regina . . . . . ſummi Pontificis proinde conceſſit hæc, & alia ſerioſius adnotantur, quas literas Reginales . . . . . dictus Dominus Aymericus Legatus, & Nuncius ab eadem Domina Regina aurea Bulla impreſſa . . . . . Dominum ſummum Pontificem deferendas, ſeu transferendas prout dicto Domino Aymerico Legato, & Nuncio . . . . . quibus peractis Præfata Domina Regina requiſivit, rogavit atque mandavit Nobis . . . . . noſtrum ſuper hoc officium quod eſt publicum implorando, ut de prædictis, & qualiter prædicta Jurata . . . . & Teſtium præſentia, ac prædictorum aliorum Prælatorum, Comitum, Baronum, Juris peritorum, & aliorum quam plurium . . . . . Dominæ Reginæ teſtimonio, & cautela conficeremus publicum Inſtrumentum Quorum Nos mandato, & requiſitionibus . . . . . noſtrorum Notariorum, & Teſtium præſentia, & prædictorum aliorum Prælatorum, Comitum, Baronum, Jurisperitorum . . . . . præſtita Jurata & acta ſunt, factum eſt prò cautela, & teſtimonio ejusdem Dominæ Reginæ per manus mei . . . . . ſigno meo ſolito, & ſubſcriptione ſignatum ſigillo, & ſubſcriptione dicti Domini Aymerici Legati, & Nuncii . . . . infraſcripti Notarii munimine roboratum. Actum Neapoli in dicta Eccleſia Monaſterii Sanctæ Claræ ſub anno menſe, die . . . . prædictis, præſentibus Notario Mondino de Averſa habitatore Neapolis in Notario, ad prædicta aſſumpto, ac Illuſtri Principe Domino Andrea Dei Gratia Jeruſalem, & Siciliæ Rege ejusdem Dominæ Reginæ Conſorte, & inclytis, & excellentibus Dominis Dominis Roberto Romaniæ Dispoto Achaijæ Tarenti Principe, Carolo Duce Duratii, & Ludovico de Tarento fratribus ejusdem Dominæ Reginæ, nec non Reverendis in Chriſto Patribus Dominis. . . . Dei gratia Archiepiscopo Neapolitano Rogerio Archiepiscopo Barenſi Dyno Archiepiscopo Piſano, Riczardo Archiepiscopo Capuano, Guillelmo Archiepiscopo Brunduſino, Philippo Episcopo Cavillocenſi ejusdem Dominæ Reginæ Cancellario, ac Stugolino Episcopo Caſtellano, Jacobo Episcopo Aquinatenſi, Dominis Philippo comite Altimontis, Thomaſio de Sancto Severino Comite Marſici, Goffrido de Marzano Comite Squillacis Regni Siciliæ Adminrato, Galſo de Dyniſiaco Terlitii Comite, Berardo de Aquino, Laureti Comite, Thomaſio Comite Luthonienſi, de Hungaria, Domino Raymundo de Baucio, Domino Berterayno de Baucio, Domino Johanne de Caſtillono, Domino Johanne de Broya, Domino Johanne Comite Palatino, Militibus, Matthia de Gisvaldo, Thomaſio de Aquino filio dicti Domini Comitis Laureti, Conrado de Catanzario, Domino Johanne de Taranto, Domino Francisco de Turri, Domino Johanne de Civitate Theatina Domino Johanne Acconzajoco, Domino Johanne Faſano, de Neapoli Militibus, Domino Johanne de Siripando de Neapoli Cancellario, Domini Principis Tarentini, Domino Jacobo Capano Milite, Magiſtro Nicolao de Alifia, Domino Maczeo de Porta de Salerno Juris Civilis Profeſſore Magiſtris Rationalibus dictæ Magnæ Curiæ Reginalis, Magiſtro, Bartholomeo de Biſento Milite Profeſſore medicinalis Scientiæ. Domino Eugidio de Baccania, Domino Conſtantio de Caua Magiſtro Johanne de Squillacio Theſaurario dictæ Dominæ Reginæ, Magiſtro Nicolao de Adria, Magiſtro Andrea de Conca, & Domino Franciſco de Piſis, & pluribus aliis Prælatis, Comitibus, Baronibus, Jurisperitis, & aliis multitudine copioſa ad prædicta Teſtibus vocatis ſpecialiter, & rogatis. Et ego Johannes Nicolai de Civitate Theatina Clericus Publicus Apoſtolica authoritate Notarius prædictorum Homagii ligii, & Juramenti præſtatione per eamdem Dominam Johannam Reginam in ipſius Domini Aymerici Legati, & Nuncii manibus præſtiti recipienti nomine & pro parte Eccleſiæ Romanæ prædictæ, & omnibus aliis in hujusmodi negotio actitatis una cum dicto Notario Mondino ad prædicta in Notarium una mecum aſſumpto, & Teſtibus ſupradictis, ac certorum aliorum Prælatorum, Comitum, Baronum, Jurisperitorum, & quamplurium aliorum multitudine copioſa præſens interfui, & prædictarum literarum Apoſtolicarum ſeriem, prout in eis inveni, fideliter de verbo ad verbum nihil addito, ſubtracto, vel mutato in præſenti Inſtrumento transſcripſi, eaque omnia & ſingula in præſentem publicam formam redegi, meoque ſigno conſueto ſignavi rogatus. Ubi vero ſuperius abraſum, & emendatum legitur Rex Sici, & in alio loco interlineatum legitur in maritimam abraſum, & emendatum legitur, abraſi, & interlineavi, correxi, & emendavi non vitio, ſed errore, Et Nos Aymericus miſeratione divina titulo Sancti Martini in Montibus Presbyter Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus manu propria in Inſtrumento præſenti ſubſcripſimus, & Sigillum noſtrum apponi fecimus in teſtimonium præmiſſorum. Et ego Mondinus de Averſano de Averſa Civis Neapolitanus Apoſtolica authoritate Notarius prædictorum Homagii, Ligii, & Juramenti præſtationis factæ per præfatam Illuſtriſſimam Dominam Johannam Dei Gratia Reginam Hieruſalem, & Siciliæ in manibus dicti Reverendi in Chriſto Patris, & Domini Domini Aymerici Dei Gratia titulo Sancti Martini in Montibus Presbyteri Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legati in Regno Siciliæ, & Nuntii recipientis illa nomine, & pro parte Sanctæ Romanæ Matris Eccleſiæ, & omnibus aliis in hujusmodi negotio, ac citatis una cum dicto Notario Johanne de Civitate Theatina & Teſtibus ſupradictis ad hoc vocatis, & rogatis, & certorum aliorum Prælatorum, Comitum, Baronum, Jurisperitorum, & aliorum quam plurium multitudine copioſa præſens pro Notario rogatus interfui & facta diligenti collatione, & auſcultatione de Publico Scripto ſive Inſtrumento hujusmodi cum originalibus literis Papalibus, inveni ipſas literas cum eodem Inſtrumento concordare, me hic ſubſcripſi, & ſignum meum appoſui conſuetum in teſtimonium præmiſſorum, ſub anno, die, Pontificatu, & loco prædictis.

ANNO 1344.

Nos verò eodem Inſtrumento viſo, & diligenter inſpecto, examinatoque prudenter, & pro tanta gratia ab eodem Domino ſummo Pontifice Nobis benigne collata cum filiali reverentia, eidem Domino noſtrarum ad gratiarum actiones uberes conſurgente, omnia, & ſingula in præfatis literis in Inſtrumento contenta harum ſerie de certa noſtra ſcientia ratificamus, & acceptamus, & expreſſa emologatione ſicut validius poſſimus, confirmamus, taliter Nos auctore Domino ad omnia grata Apoſtolicis affectibus habituras, quod de collatis à No-

ANNO 1344. Nobis gratitudo perveniet, & in conferendis affectus promptior excitatus exurgat, expreſſius declarantes quod per hoc non intendimus neque volumus recedere quoquo modo à proteſtatione per Nos facta coram eodem Legato ſuper modo, & forma ejusdem præſtationis Homagii, & Juramenti tempore præſtationis ejusdem, ſed in ipſis proteſtationis finibus perſiſtentes non intendimus, nec volumus illi propterea in aliquo derogare. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum confirmationis, & acceptationis noſtræ exinde fieri fecimus, & Aurea Bulla Majeſtatis noſtræ impreſſa Typario juſſimus communiri. Datum Neapoli per manus Adenulphi Cumani de Neapoli, Juris Civilis Profeſſoris, Locumtenentis Prothonotarii Regni Siciliæ, Præſentibus Reverendo in Chriſto Patre Domino Philippo Dei Gratia Cavillicente Epiſcopo, Cancellario noſtro, ac Nobilibus Viris Goffrido Squillacii Comite, Regni Siciliæ Ammirato, Thomaſio Sancto Severino Comite Marſici, Carolo de Arcuii Comite Sanctæ Agathæ, Raymundo de Catania Noſtri Hoſpitii Seneſcalco Milite, nec non circumſpectis Viris Maczeo de Porta de Salerno Juris Civilis Profeſſore, Magiſtro Rationali Magnæ Noſtræ Reginalis Curiæ, Barthólomeo de Biſento Milite Profeſſore Medicinalis Scientiæ & Magiſtro Nicolao de Aliſia ipſius Noſtræ Reginalis Curiæ Magiſtro Rationali, & pluribus aliis ad prædicta Teſtibus, ſub anno Domini 1344. die ultimo dicti menſis Auguſti dictæ duodecimæ Inditionis Regnorum Noſtrorum Anno ſecundo.

Extracta eſt præſens Copia ab originali Regeſto Regis Johannæ I. ſignato de Anno 1343. *litera G. folio* 58. *quod conſervatur in Archivo Magnæ Regiæ Curiæ Siclæ, cum quo facta collatione concordat, meliori tamen ſemper ſalva; Et in fidem Reverendiſſimus U. F. D. Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus Præsbyter Cardinalis, D. Honuphrius Sicola Regius Archivarius à ſua Catholica, & Cæſarea Majeſtate conſtitutus poſt ſubſcriptionem cujuſlibet paginæ hic tandem ſe ſubſcripſit. Datum Neapoli die* 18. *Julii* 1718.

Canonicus D. Honuphrius Sicola.

L.S.

XCIV.

1346. Septem. *Privilegium* LUDOVICI *Bavari Romanorum Imperatoris, de non dividendo, vendendo, obligando, oppignorando, vel alienando, Comitatus & Dominia Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ ac Friſiæ. Datum Frankinford* 7. *Septem. Anno* 1346. *Regni ejus* 32. *Imperii vero* 19. [Copie Manuſcripte.]

NOS LUDOVICUS DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR ſemper Auguſtus. Ad univerſorum notitiam cupimus pervenire, quod ad perpetuam rei memoriam, nec non ob honorem, commodum & profectum virorum nobilium, Oppidanorum & Communitatum Comitatuum Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, ac Dominii Friſiæ pro nobis & inclita Margaretha Romanorum Imperatrice ſemper Auguſta, Conthorale noſtra chariſſima, nec non pro ſingulis liberis & hæredibus ex eadem procreatis promiſimus atque tenore præſentium promittimus dictos Comitatus vel homines eorundem nunquam dividere, vendere, obligare, conſcindere, aut oppignorare; nec quovis alio modo alienare, quin ſemperdicti Comitatus & Dominia cum hominibus inhabitantibus vel infeodatis ab extra integre permanebunt dictæ Margarethæ atque Succeſſoribus ejusdem, juribus & conſuetudinibus Sororum dictæ Conthoralis noſtræ ſecundum jura etiam & conſuetudinem prædictarum tetrarum, ſemper ſalvis. Verum ſi prædicta Conthoralis noſtra decederet, quod Deus avertat, Wilhelmus Dux Bavariæ illuſtris ſecundo genitus noſter ſuccederet in Comitatibus & Dominiis antedictis, hæres etiam & Dominus in eisdem ſine omni contradictione permaneret. Et ſi idem Wilhelmus Dux ſine hærede decederet, quod abſit, Inclitus Albertus Dux Bavariæ tertiogenitus noſter loco ſui permaneret & ſuccederet in Comitatibus, Dominiis & hominibus ſæpedictis, & ſic de gradu in gradum ſubſequenter, inſuper quicunque eſt, erit vel fuerit Dominus aut Comes Comitatuum & Dominiorum prædictorum, ſemper dicti Comitatus & Dominia ſalva & integra permanebunt, & homines eorundem ſine aliqua alienatione vel diviſione, prout ſuperius eſt notatum. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras conſcribi & Majeſtatis noſtræ Sigillo juſſimus conſignari, Datum in Oppido noſtro Frankinford ſeptima die menſis Septembris, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſexto, Regni noſtri anno trecesimo ſecundo, Imperii vero decimo nono.

ANNO 1346.

XCV.

1347. 5. Juin. *Lettres de* PHILIPPES VI. *Roi de France par leſquelles il s'engage & promet à* LOUIS *Comte de Flandres, de le liberer & garantir de tous les Devoirs, & obligations dont il pouroit être tenu envers l'Evêque de Liege à cauſe de la Ville de Malines. Données à St. Quentin en Vermandois, le* 5. *Juin l'an de grace* 1347. [STEPHANII BALUZII Papar. Avenion. Tom. 2. col. 699. Ex Authentico.]

PHILIPPE par la grace de Dieu Roys de France. Savoir faiſons, que comme noſtre tres-chier & feal couſin Loys Contes de Flandres, de Nevers, & de Rethel de noſtre volonté & de noſtre requeſte doie tranſporter à noſtre chier Couſin Henry ainſné fil de noſtre tres-chier Couſin le Duc de Braibant pour certaines cauſes traictiées & accordées entre nous & ledit Duc, & parmi certaine recompenſation que nous en devons faire au Conte noſtredit Couſin, tout le droit, action, poſſeſſion, & proprieté, & quelcunques autres choſes que ledit Conte à ou puet avoir en la ville de Machlines & és appartenances pour cauſe de l'achat & acqués que noſtre tres chier & feal Couſin Loys jadis Conte de Flandres Pere dou Conte noſtre Couſin deſſuſdit fiſt d'icelle à l'Eveſque & Chapitle du Liege & à Damoiſele Margherite fille du Conte de Ghelre, deſqueles ville & appartenances il avoit fait hommage ou temps que il vivoit à l'Eveſque du Liege de tant comme à lui appartenoit, & promis ſus certainnes peinnes, ſeremens, ſubmiſſions, & obligations pour ſoy ou ſes ſucceſſeurs Contes de Flandres que il ne tranſlateroit ou tranſporteroit ladicte ville de Machlines que elle ne feuſt de tous jours mais encorporée en la Conté de Flandres, & auſſi ſucceſſivement devoient faire ſes hoirs Contes de Flandres, avons promis & promettons loiaument & en bonne foy au Conte de Flandres noſtredit couſin lui garder de damage envers leſdits Eveſque, Chapitle, & Egliſe du Liege & le faire delivrer & ſes hoirs & Succeſſeurs Contes de Flandres & avoir pleine quittance à nos cous & à nos frais de toutes ſubmiſſions, ſeremens, & obligations, quelcunques elles ſoient, par leſqueles ou quels ledit Conte ou ſes ſucceſſeurs euſſent eſté, ſeroient, ou porroient eſtre obligiez és peinnes quelcunques perſonnelles ou reeles que pour cauſe du tranſport deſſuſdit ou occaſion d'icelui ledit Conte auroit encouru, encourroit, ou porroit encourir par le temps avenir envers les deſſuſdits Eveſque, Chapitle, & Egliſe du Liege & envers tous autres, & lui rendre tous frais, cous & tous damages que pour defaute ou delay de la garandie & acquittement & acomplir & de non venir à l'encontre par nous ou par autrui en maniere que ce ſoit ou temps avenir, nous obligeons nous, nos hoirs & ſucceſſeurs Roys de France, nos biens & les biens de noſdis hoirs quelcunques. En teſmoing de ce nous avons fait mettre noſtre ſeel à ces preſentes lettres. Donné à ſaint Quentin en Vermandoys le

ANNO 1347. cinquiesme jour de Iuing l'an de grace mil CCC. quarante-sept.

XCVI.

21. Septembre. *Alliance perpetuelle entre* JEAN III. *Duc de Brabant pour lui & pour ses Villes, avec les Villes & Païs de Liege & de Huy, contenant une obligation reciproque de s'entraider & secourir dans leurs Guerres. Fait à Thielmont le* 21. *Septembre* 1347. [Le Lustre & la Gloire du Duché de Brabant. Sous l'an 1347. pag. 120.]

Che ogn' anno del meſe di marzo, di più ſe gli pagaſſero, durante ſua vita, in recognizione di cenſo quattro mila fiorini d' oro, ſenza che S. M. poteſſe mai pretendere altro per qual ſi voglia cauſa, e ragione dal detto Commune di Firenze, ſuo contado, e diſtretto.

CII.

9 Martii. *Vicariatus à* CAROLO IV. *Romanorum Imperatore Communi Piſanorum irrevocabiliter per omnia tempora collatus in Civitate Lucanâ, ejus cæſtro, Comitatu, & diſtrictu, atque aliis locis, datis illi, merum, abſolutum, & mixtum imperium, hoc eſt poteſtatem gladii, vectigalia, & gabellas conſtituendi, nec non plenam, liberam, & omnimodam Jurisdictionem in rebus, & perſonis prædictæ Civitatis Lucanæ & aliorum locorum. Actum Piſis 7. Idus Martii Anno 1355. Indictione VIII. Regnorum ipſius IX. Imperii I.* [PAOLO TRONCI Memorie Iſtoriche della Citta di Piſa pag. 379. Dell' Original che ſi conſerva nell' Archivio delle Reformationi di Fiorenza.]

IN NOMINE SANCTÆ, ET INDIVID. TRINITATIS feliciter. Amen.

CAROLUS IV. Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bœmiæ Rex. Dilectis nobis Poteſtati, Capitaneo, Conſilio, Antianis, Communi, & Populo Civitatis Piſarum noſtris, & Sacri Imperii fideſibus gratiam noſtram, & omne bonum. Dum ad veſtræ probitatis merita, & virtuoſam induſtriam nec non Labores eximios, quibus pro honore Sacri Imperii temporibus recolende memoriæ divi Henrici quondam Romanorum Imperatoris Auguſti Avi noſtri præclariſſimi, & aliorum Romanorum Principum diligentius inſudaſtis, oculum noſtræ conſiderationis dirigimus, tanto ubique majori Zelo erga vos, & quælibet veſtra commoda noſtræ Serenitatis inflammata affectio, & ad uberioris Gratiæ latadonaria liberalitas ſe diffundit, quanto ad ipſum veſtræ virtutis conſtantia inter cæteros fideles, quos Romani Imperii latitudo complectitur ardentioribus deuotionum ſolertiis grata ſollicitudine ſtuduit promoveri. Ea propter Principum, Baronum, atque Procerum noſtrorum accedente Conſilio, de Imperiali Romanorum auctoritate, motu proprio, & ex certa ſcientia facimus, conſtituimus, creamus, & ordinamus vos Collegium Antianorum Piſani Populi præſens, & futurum, & vos ipſos Antianos, Piſani Populi præſentes, & veſtros ſucceſſores in omni tempore vitæ veſtræ, & Commune Piſanum noſtros, & Sacri Romani Imperii Vicarios Generales inrevocabiliter duraturos per omnia tempora vitæ veſtræ in Civitate Lucana, & ejus Caſtro & in dictæ Civitatis Lucanæ Comitatu, diſtrictu, & fortia, & in Petra Sancta & in ejus Vicaria, Maſſa Lunigianæ, & ejus Vicaria, Sarzana, & ejus Caſtro, & in Grafagnana, in illis utriusque terris, & Locis, quia pro Communi Piſano tenentur, ſeu cuſtodiuntur, cum omnibus eorum Juribus, & pertinentiis univerſis, concedentes vobis Anzianis, & veſtris ſucceſſoribus antedictis, ac Communi Piſano pro omni tempore vitæ veſtræ irrevocabiliter in dicta Civitate Lucana, & ejus Caſtro, & in dictæ Civitatis Comitatu, Diſtrictu, & fortia, & aliis prædictis omnibus, & ſingulis terris & Locis, merum, & mixtum Imperium, & abſolutum, & gladii poteſtatem, & plenam, & liberam, & omnimodam jurisdictionem, nec non in rebus, & perſonis & Civitatis Lucanæ, & cujuscumque terræ & loci de prædictis, cujuscumque ſtatus, dignitatis, ordinis, præeminentiæ, ſeu conditionis exiſtant, (ſalva tamen Eccleſiaſtica libertate,) & plenam, & omnimodam poteſtatem exercendi prædicta, & infraſcripta, & quodlibet eorum per vos, vel alios Officiales, Judices, vel Miniſtros veſtros ad hæc deputandos, & animadvertendi in facinoroſos, ut omnino ſitis vos Antiani Piſani populi, & veſtri præfati in dicto officio ſucceſſores, & Commune Piſanum usque ad exitum vitæ veſtræ, quoad omnia, & ſingula, quæ dici poſſunt de mero, abſoluto, & mixto Imperio, & jurisdictione qualibet, generaliter quoad omnia, ſpecialiter quoad ſingula, quæ in hujusmodi Imperiis, & jurisdictionibus conſiderantur, Adminiſtratores Ordinarii Generales, & ſpeciales auctoritate noſtra præmiſſa irrevocabiliter conſtituti, ita quod in Civitate prædicta Lucana & ejus Caſtro, & aliis terris, & locis prædictis omnem vice noſtrum ſuperioritatem, & jurisdictionem latiſſimam habeatis, volentes, & concedentes, quod ad vos Vicarios, & ad judices per vos ad hæc deputandos pertineant appellationes, in quibuscumque cauſſis criminalibus, & civilibus, etiam ſi nominatim, & expreſſe ad nos, ſeu ad noſtræ Majeſtatis audientiam fuerint interpoſitæ. Concedentes inſuper vobis, veſtrisque ſucceſſoribus antedictis, & Communi Piſano in dicta Civitate Lucana, & ejus Caſtro, & ipſius Civitatis Comitatu, fortia, & diſtrictu, & aliis terris, & locis prædictis, & quolibet eorum, omnia, & ſingula, quæ ad Imperialem pertinent Majeſtatem, & omnia, quæ Regalium nomine continentur, etiam ſi oporteret de eis ſpecialem mentionem fieri, & Baliam, & Poteſtatem in prædictis Civitate, Lucana, & ejus Caſtro, & aliis terris, & locis prædictis, & quolibet eorum Officiales ponendi, & conſtituendi, exigendi onera perſonalia, & realia, atque mixta, ac vectigalia, & gabellas, & quod omnia emolumenta, redditus, & proventus, qualitercumque obvenientes, ſive propter publicationes ſive confiſcationes bonorum, impoſitiones pœnarum exactiones, vectigalium, introituum, vel gabellarum inde, vel pro prædicta Civitate Lucana, & aliis terris, & locis, & quolibet eorum pleno jure, ſine aliqua reſtitutione, vel miſſione fienda nobis, vel noſtro ærario, ſeu fiſco, ſive noſtris officialibus, pertineant ad Commune Piſani, & in dicti Communis Piſoni Cameram ſicut ipſum Commune Piſanum decreverit, convertantur.

Signum Sereniſſimi Principis, & Domini Domini Caroli IV. Roman. Imperatoris Invictiſſimi, & glorioſiſſimi Boëmiæ Regis. Locò ✠ Signi.

Teſtes hujus rei ſunt Venerabilis Arneſtus Pragen. Archiepiſcopus.
Johannes Olmacen.
Marguardus Augudien. } Epiſcopi.
Gerardus Spiren, & } Epiſcopi.
Mutus Crobauren. } Epiſcopi.
Illuſtres Nicolaus Oppaucen. & } Duces.
Bollio Walchembergen. } Duces.
Joannes Marchio Montis ferrati, & } Principes.
Angelus Marchio Montis Sanctæ Mariæ. } Principes.
Nec non Spectabiles Burcardus Magiſter Curiæ. } Comites.
Imperialis Madeburgen. & } Comites.
Johannes Nurembergen. Aurggiacus. } Comites.
Ludovicus Dioctingen. Fenticus de Prato. } Comites.
Gerardus Dioren. fideles noſtri dilecti, & alii quam plures præſentes. } Comites.

Sub Bulla aurea Typariæ noſtræ Majeſtatis impreſſione teſtim. litterarum.

Actum, & datum Piſis Anno D. MCCCLV. octavo Ind. VII. Idus Martii: Regnorum noſtrorum anno IX. Imperii vero primo.

Ego

ANNO 1355. Ego Johannes Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Luchomusth. Eccl. Episc. Sac. Imperialis Aulæ Cancellarius, Vice Reverendi in Christo Patris, & Dom. Vuilielm. Colonien. Archiepisc. Sac. Imperii per Italiam Archicancellarii recognovi supradict. Domino meo Imperatore Carolo Imperante.

CIII.

26 Aout. *Fœdus inter* CAROLUM IV. *Romanorum Imperatorem Regemque Bohemiæ, &* JOANNEM *Regem Franciæ, quo Civitates* Vienna Allobrogum & Cameracum, nec non Delphinatus Viennensis, & Comitatus Burgundiæ *omniaque ab his dependentia, agnita sunt pro veris & antiquis Feudis Imperialibus, quæ ut talia debent teneri ab Imperatore & Imperio. Datum Pragæ 7. Calend Sept. Anno Domini* 1355. *Regnorum Caroli Imp. videlicet Romani X. Bohemiæ IX. Imperii vero I.* [GOLDASTI Politica Imp. Part. 2o. de Actis Imperialibus cum Rege Franc. Num. 4. pag. 848.]

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS FELICITER Amen. Carolus IV. divina favente clementia, Rom. Imperator, semper Augustus, & Bohemiæ Rex, &c. Notum facimus tenore præsentium, universis, quod sicut pridem animo deliberato, dum adhuc essemus in minoribus constituti, cum Serenissimo principe Domino Johanne Rege Franciæ illustri, fratre nostro præcharissimo, ante tempora multa, dum adhuc Normandiæ Dux existeret, cum ratione genealogiæ & affinitatis, tum ratione syncerissimæ dilectionis, qua personam ejus ex affectu syncero prosequimur, fœdera certa, colligationes & uniones inivimus, prout literæ utrinque datæ desuper clarius attestantur: Sic nunc eadem promissa & colligantias, nobis utrobique ad amplioris gloriæ fasces rite promotis, in Dei Salvatoris nostri nomine pro consolatione regnorum, & grata salute subjectorum nobis ex utraque parte fidelium, sicut virtute promissionum veterum rite quidem teneri dignoscimur; præsentibus innovamus sub tenoribus infra insertis. In primis quidem promittentes bona nostra side, sine omni nostro dolo, loco præstiti juramenti, pro nobis, heredibus & successoribus nostris Regibus Bohemiæ, præfato Domino Johanni Franciæ Regi clarissimo, fratri nostro, nec non heredibus & successoribus suis, Franciæ Regibus quodammodo in antea, ac etiam in perpetuum, ipsorum & cujuslibet ex eis; legales & boni ac perfecti amici erimus, & honorem, uberem statum, commodum, augmentum ac profectum eorum semper procurabimus, omnibus modis, adjutoriis & ingeniis, sicut unquam melius poterimus bona fide, ac universum damnum ipsorum, quod eis in personis, honore vel rebus irrogari posset, dum ad nostri notitiam pervenerit, diligenter & fideliter avertemus, ipsosque & eorum quemlibet, ad resistendum omnibus eorum adversariis & hostibus, qui talia damna contra eos, seu eorum alterum, aut in præjudicium honorum, status, & conditionis eorum quemlibet molirentur, adjuvabimus & fortificabimus nostra potentia, sub ordine & modo, sicut poterimus, meliori.

Et realiter & effective adversabimur & opponemus nos omnibus illis, qui ipsorum dispendium, jacturam seu verecundiam, ut præmittitur, procurarent, & honorem perfectum & statum eorum custodiemus legaliter juxta posse; & ne post amicabilis hujus unionis & amicitiæ syncera gratam concordiam aliqua dubia inter nos quacunque ratione consurgant, & ut futuris scandalis via seu materia præcludatur, supradicti nostri charissimi fratris Regis Franciæ deliberatio infra scripta declaranda providit. Inprimis siquidem, quod Vidurien. & Cameracen. civitates, & castellum in Camersio, cum earum & ejus territoriis, appendiciis, districtibus & pertinentiis, de mero dominio, ac etiam de mera proprietate Sacri Rom. Imperii rite consistunt, quodque ipsas cum de omnibus suis pertinentiis, ut præmittitur, ad nos tanquam Roman. Imp. verum & ordinarium ipsorum Dominum dignum duxerit libere ac voluntarie remittendos. Et quod Illustris Carolus Delphinus Viennens: primogenitus ejus, nepos noster charissimus, Delphinatum eundem, & omnia ab ipso dependentia, quæ prædecessores Delphini Vienens: antiquitus à præfato Rom. Imp. in feudum tenuerunt, nunc etiam in feudum à nobis, tanquam à Rom. Imp. & vero suo Domino cum solennitatibus & ceremoniis consuetis tenebitur; & debebit suscipere, nobisque præstare vasallagii; fidelitatis & obedientiæ solitum juramentum; ac civitatem Viennens: ad nos tanquam Imp. & sacrum Imperium sine qualibet difficultate remittere; ut nobis tanquam Imperatori constanter obediat, & ad nos; nec non sacrum Imperium fidelitatis & obedientiæ respectum habeat, ut tenetur, salvis juribus comitatus sui Viennens: qui à præfato Imperio in feudum dependet, & quod ad complementum omnium prædictorum dictus Delphinus tenebitur; quando nostræ Majest. Serenitas ipsum de consummatione talium duxerit requirendum; & quod sub forma simili Illustris Comes Burgundiæ Comitatum suum Burgundiæ, à nobis tanquam Romano Imperatore in feudum suscipere teneatur; & post declarationem hujus præfatus Rex Franciæ frater noster charissimus nobis fide, qua supra; promisit, quod omnia prædicta effectualiter compleri debebunt, & ad finem realem perduci sub omnibus illis conditionibus & modis; prout sunt superius declarata & ad abundantem cautelam similiter promisit; bona fide, sine omni dolo; loco præstiti juramenti, sicut præmittitur, quod ipse nos in possessione dictarum Viennens: & Cameracens: civitatum, & castelli in Camersio & omni ab eis dependentia, nec non aliarum & singularum civitatum, terrarum, castrorum, jurisdictionum, dominiorum, pertinentiarum, ac jurium, ad præfatum sacrum Imperium qualitercunque spectantium, ubicunque talia fuerint constituta, non impediet seu invadet eadem seu de ipsis se intromittet, vel invadi, molestari, aut de se eis intromitti constituet, patietur, seu quolibet sustinebit verbo, facto vel suggestu, imo verius nos ad manutenendum prædicta & eorum quodlibet toto posse, fideliter promovebit. Ideoque nos qui supra Rom. Imp. vice versa promittimus, fide qua supra prædictum Dominum Regem Franciæ in omnibus civitatibus, & singulis earum dependentiis, nec non castris, terris, jurisdictionibus, dominiis, pertinentiis & juribus ad Regnum Franciæ spectantibus, & in earum seu eorum possessionibus non impedire sub omnibus conditionibus antedictis. Et nihilominus pro nobis, heredibus & successoribus nostris, Regibus Bohemiæ promittimus, bona nostra fide, sine omni dolo, loco præstiti juramenti, ut præfertur, præfato Domino Johan. Regi Franciæ, charissimo nostro fratri, heredibus & successoribus suis Franciæ Regibus duntaxat ipsi & eorum cuilibet, dum ejus interfuerit, & dum per eos sive alterum ipsorum fuerimus requisiti, dictam unionem, confœderationem, & colligantiam sub omni modo & forma, sicut in tenore præsentium videtur expressum, innovare, & de novo conscribi facere, & sigillorum nostrorum appensionibus legitime communiri. Testes hujus sunt venerabilis Ernestus Pragens. Archiepisc. Joan. Olmucens. Joan. Zithomius: Theodoricus Mindens. Eccles. Episcopi: nec non illustres Bulcko Schwinicens: Conradus Olnicen: Bulcko Falckenbergens: Bulcko Opol: & Pitzimsel. Teschicensis Duces, principes regni nostri Bohemiæ: nec non religiosus Simon ordinis fratrum prædicatorum S. The. Magister & honoris humillimus peccatorum præpositus, Magister, consiliarii & secretarii nostri & alii quam plures fide digni præsentium, &c. sub bulla aurea typorum nostræ Imp. Majestatis impressa testimonio literarum. Datum Pragæ an. Domini M.CCC.LV. Indictione VIII. sept. Calend. Sept. Regnorum nostrorum anno, Romani X. Boemiæ IX. Imperii vero primo, &c.

ANNO 1355.

Ejusdem Fœderis alterum Exemplum, ex parte JOANNIS *Regis Franciæ exhibitum, absque dato.* [GOLDASTI Politica Imperialia Part. 2o. de Actis Imperial. cum Rege Franciæ. pag 849.]

JOhannes Dei gratia Rex Franciæ. Notum facimus tenore præsentium universis, quod sicut pridem animo deliberato, dum adhuc essemus in minoribus constituti, cum serenissimo ac invictissimo Principe ac

ANNO 1355. Domino, Domino Carolo Rom. Imperat. semper Augusto, & Bohemiæ Rege, &c. fratre nostro perchariſſimo ante tempora multa, dum adhuc Romanorum Rex exiſteret, ad Imperialis dignitatis faſtigia promovendum tum ratione genealogiæ & affinitatis, tum ſyncerisſimæ dilectionis qua perſonam ejus ex affectu ſincero proſequimur, fœdera certa colligationis & unionis inivimus, prout literæ utrinque datæ de ſuper atteſtantur, ſic & nunc eadem promiſſa & colligantias, nobis utrobique ad amplioris gloriæ faſces rite promotis, Dei ſalvatoris noſtri nomine pro conſolatione regnorum & grata ſalute ſubjectorum nobis ex utraque parte fidelium, ſicut virtute promiſſionum veterum rite quondam teneri dignoſcimur, præſentibus innovamus ſub tenoribus inſra ſcriptis: Inprimis quidem promittentes bona noſtra fide, ſine omni dolo, loco præſtiti juramenti, pro nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris Regibus Franciæ prædicto Domino Imp. chariſſimo noſtro fratri, nec non heredibus & ſucceſſoribus ſuis, Bohemiæ Regibus quodammodo in antea, & etiam in perpetuum ipſorum, & cuilibet ex eis legales & boni atque perfecti amici erimus & honorem uberem ſtatum, commodum, augmentum, & profectum ſemper procurabimus, omnibus modis, adjutoriis & ingeniis, ſicut unquam melius poterimus bona fide, ac univerſum damnum eorum, quod eis in perſonis, honore, vel rebus irrogari poſſet dum ad noſtri notitiam pervenerit, diligenter & fideliter avertemus, ipſosque, & eorum quemlibet ad reſiſtendum omnibus eorum adverſariis & hoſtibus qui talia damna contra eos, ſeu eorum alterum aut in præjudicium honoris, ſtatus, & conditionis eorum quemlibet molirentur, adjuvabimus & fortificabimus noſtra potentia ſub ordine & modo, ſicut poterimus meliori. Et realiter & effective adverſabimur, & opponemus nos omnibus illis, qui ipſorum diſpendium, jacturam ſeu verecundiam, ut præmittitur, procurarent, & honorem profectum & ſtatum ipſorum cuſtodiemus legaliter juxta poſſe. Et ne poſt amicabilis hujus unionis & amicitiæ ſyncera gratam concordiam inter nos quacumque ratione dubia conſurgant, & ut futuris ſcandalis via ſeu materia præcludantur, infraſcripta rite providimus declaranda. In primis ſiquidem Viennenſes & Cameracenſes civitates & caſtellum in Camerſio cum earum & ejus territoriis & appenditiis, diſtrictibus & pertinentiis de mero dominio, ac etiam de mera proprietate Sacri Rom. Imperii rite conſiſtunt, quodque ipſas cum omnibus ſuis pertinentiis, ut præfertur, ad præfatum Dominum Imp. tanquam verum & ordinarium Dominum ipſorum, voluntarie & libere duximus remittendos. Et quod Illuſtris princeps Dominus Carolus Delphinus Viennenſis primogenitus noſter, Delphinatum eundem & omnia ab ipſo dependentia, quæ prædeceſſores ſui Delphini Viennenſes antiquitus ab ipſo Imperio in feudum tenuerunt, nunc etiam in feudum, a præfato Domino & Avunculo ſuo Domino Imp. cum ſolennitatibus & ceremoniis conſuetis tenebitur & debebit ſuſcipere, ſibique præſtare vaſallagii, fidelitatis & obedientiæ ſolitum juramentum, ac civitatem Viennenſem ad ipſum Dominum Imper. & Imperium Sacrum ſine qualibet difficultate remittere, ut præfato Imper. conſtanter obediat, & ad ipſum nec non Sacrum Imperium fidelitatis & obedientiæ reſpectum habeat, ut tenetur, ſalvis juribus Comitatus ſui Viennenſis qui à præfato Imperio in feudum dependet, & quod ad implementum omnium prædictorum dictus Delphinus tenebitur, quando per præfatum Dominum Imp. fuerit requiſitus, & quod ſub forma ſimili Illuſtris Dux, Comes Burgundiæ Comitatum ſuum Burgundenſem à præfato Domino Imper. in feudum ſuſcipere teneatur, & poſt declarationem hujus dicto Domino Imp. promittimus fide qua ſupra, quod omnia prædicta effectualiter compleri debebunt, & ad finem intentum perduci ſub omnibus illis conditionibus & modis, prout ſunt ſuperius declarata, & abundantem cautelam ſimiliter promittimus bona fide, ſine omni dolo, loco præſtiti juramenti, ſicut præmittitur, quod nos, qui ſupra Rex Franciæ dictum Dominum Imperat. & Sacrum Rom. Imp. in poſſeſſione Viennenſis, Virdimen. & Cameracenſis civitatum & caſtelli in Camerſio, & omnium ab eis dependentium, aliarumque & ſingularum civitatum, terrarum, caſtrorum, juriſdictionum, dominiorum, pertinentiarum & jurium ad præfatum Sacrum Imp. quomodolibet ſpectantium, ubicunque talia fuerint conſtituta, non impediemus, aut invademus eadem, ſeu de ipſis nos intromittemus, vel invadi, moleſtari aut nos de eis intromitti conſtituemus, patiemur vel ſuſtinebimus verbo, facto, vel ſuggeſtu, imo verius, ipſos ad manutenendum prædicta, & eorum quodlibet, promovebimus toto poſſe, & id ipſum præfatus Dominus Imperator ſuper poſſeſſione civitatum noſtrarum, nec non caſtrorum, terrarum, juriſdictionum, dominiorum & pertinentiarum ac jurium ad Regnum noſtrum Franciæ quomodolibet ſpectantium fide & modo conſimili promiſit facere, vice verſa promittimus etiam, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris Regibus Franciæ, in perpetuum, & bona fide loco præſtiti juramenti ſpondemus, præfato Domino Imperatori, heredibus & ſucceſſoribus ſuis Bohemiæ duntaxat regibus ipſis & earum cuilibet, dum ejus interfuerit, & dum per eos, ſive alterum eorum fuerimus requiſiti, dictam unionem, confœderationem & colligantiam, ſub omni modo & forma, ſicut in tenore præſentium videtur expreſſum, innovare, & de novo conſcribi facere, & ſigillorum noſtrorum appenſionibus & noſtri minoris ſigilli teſtimonio litterarum.

ANNO 1355.

CIV.

Conſenſus GERLACI *Archiepiſcopi & Electoris Moguntinenſis ſuper Conſtitutione* CAROLI IV. *Imperatoris in gratiam Bohemorum ſancita, quod videlicet nulla Perſona citari extra Regnum Bohemiæ poſſit; quodque Rex tenere valeat auri & argenti Fodinas tam inventas quam inveniendas, uti & facultatem habeat cudendi monetam, auri argenti in omni loco & parte Regni ſui &c. Datum in Nuremberg in Craſtino Epiphaniæ anno* 1356. [GOLDASTI Conſtitutiones Tom I. pag. 350.]

7 Janvier 1356.

NOs Gerlacus Dei gratia ſanctæ Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, omnibus in perpetuum. Cum per recolendæ memoriæ Divos Romanorum Imperatores & Reges, Illuſtribus quondam Regibus Boemiæ claræ memoriæ; ac claro Regno Boemiæ & ejusdem Regni coronæ olim conceſſum fuerit & indultum ſit, quòd in eodem Regno à tempore, cujus contraria hodie non extat memoria, conſuetudine laudabili conſervata, diuturnitate temporum, & præſcripta moribus utentium, ſine contradictionis aut interpretationis obſtaculo introductum, quod nullus Princeps, Baro, Nobilis, Miles, Cliens, Burgenſis, nulla denique perſona ejusdem Regni, & pertinentiarum ejus ubicunque exiſtentium, cujuscunque ſtatus, dignitatis, præeminentiæ vel conditionis exiſtat; ad cujuscunque actoris inſtantiam, extra Regnum ipſum ad quodcunque tribunal ſeu alterius jus, præterquam Regis Boemiæ Regalis Curiæ ſuæ judicium citari potuerit, ſeu trahi vel vocari debeat, perpetuis inantea temporibus, ſive poſſit. Cumque Sereniſſimus & invictiſſimus Princeps & Dominus, Dominus CAROLUS IV. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bœmiæ Rex Illuſtris, Dominus noſter gratioſus, privilegium, conſuetudinem & indultum hujus Imperiali auctoritate, & de plenitudine Imperialis poteſtatis, innovans & confirmans, duxerit ſtatuendum, ut ſi quiſpiam prædictorum, puta Princeps, Baro, Nobilis, Miles, cliens, civis, burgenſis ſeu ruſticus, ac alia quæcunque perſona, ad cujuscunque tribunal extra Regnum prædictum Boemiæ in quacunque cauſa, criminali, civili, & mixta, ſeu ſuper quocunque negotio citatus fuerit, quocunque tempore, vel citata comparere, vel in judicio reſpondere non teneatur: ſique adverſus hujusmodi non comparentes, vel non comparentem, à quocunque judice extraneo extra Regnum Bœmiæ conſtituto, judicialiter procedi, proceſſus fieri, ſeu ſententias interlocutorias, vel diffinitivam, unam, vel plures, in quibuscunque prænotatis cauſis ſive negotiis quovis modo ferri vel promulgari contigerit, eadem auctoritate & poteſtate citationes, præcepta, proceſſus & ſententias hujusmodi, nec non executiones & omnia ex eis, vel aliquo eorum quovis modo ſecuta, irritaverit penitus & caſſaverit: adjiciendo expreſſe & auctoritate ſimili decernendo, ut quemadmodum in prædicto Regno Bœmiæ, à tempore, cujus contrarii non habetur memoria, jugiter

ANNO 1356. giter observatum existit, ita nulli Principi, Baroni, Nobili, Militi, Clienti, civi, burgensi, seu rustico, nulli denique personæ seu incolæ Regni Boemiæ sæpedicti, cujuscunque status, præeminentiæ, dignitatis vel conditionis existant vel existat; à quibuscunque processibus, sententiis interlocutoriis vel definitivis, sive præceptis Regis Boemiæ, aut Judicis Curiæ suæ, nec non executionibus eorundem contra se in Regali judicio seu coram Regis, Regni & Curiæ prædictorum Judicibus, factis, latis seu habitis, vel ferendis inanteà seu fiendis, ad quodcunque aliud judicium liceat appellare: provocationes quoque seu appellationes, si quas contra hoc interponi contigerit, eo ipso juribus non subsistere, & appellantes ipsos poenam perditionis causarum ipso facto statuent incurrisse.

2. Nec non auctoritate Imperiali, & de certa sua scientia declaravit, quod ipse & omnes successores sui Boemiæ Reges, universas auri & argenti fodinas, atque mineras stanni, cupri, ferri, plumbi, & alteriuscunque metalli gravis, ac etiam salis, tam inventas, quàm inveniendas in posterum quibuscunque temporibus in Regno suo Bœmiæ prædicto, ac terris, dominiis, territoriis & districtibus eidem Regno subjectis, & omnibus pertinentiis suis, tenere justè possint & potuerint in perpetuum, & legitimè possidere: necnon Judæos justo titulo habuisse & habere; & telonia à præterito instituta seu indicta percipere, & nova rationabiliter instituere posse & potuisse: necnon monetas auri & argenti in omni loco & parte Regni sui Boemiæ prædicti, & subditarum eidem terrarum & pertinentiis ubique, ii heredes aut successores sui Boemiæ Reges decreverint, ipsisque placuerit, inde facere & mandare, sub omnibus modis & forma, in prædicto Regno Boemiæ circa talia consuetis usque ad hæc tempora laudabiliter observari, &c.

3. Quòd virtute Imperialis edicti, & consuetudine diutiùs introducta, liceat Boemiæ Regibus perpetuo tempore à quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus ac personis aliis quibuscunque, terras, castra, possessiones, prædia sive bona, emere, comparare, & in donum vel donationem ex quacunque causa, aut in obligationem recipere, sub talium castrorum, terrarum, possessionum, prædiorum, seu bonorum conditione consueta, ut videlicet propria recipiantur & comparentur ut propria, libera ut libera, & ea quæ dependent in feudum similiter emantur, seu donata ac comparata taliter teneantur: ita tamen quod ipsi Reges Boemiæ de his, quæ hoc modo comparaverint vel receperint, & Regno Boemiæ applicanda duxerint, ad consueta & debita jura de talibus sacro explenda & reddenda Imperio perpetuo sint adstricti, sicut in forma prædicti Domini nostri Imperatoris, quas desuper nostro & aliorum Principum Electorum consilio edidisse dignoscitur, plenius est expressum.

4. Nos igitur præmissa omnia, & eorum quodlibet, sicut in solennibus Curiis Nurnbergæ celebratis in commune consilium nobiscum, & cum cæteris Principibus Electoribus nostris habitum, per ipsum Dominum nostrum Imperatorem deducta, multoque studio ventilata, & rationabilia fuerint judicata, recognoscimus de nostro consilio & pleno processisse consensu, ratificantes, ac singula & omnia rata habentes & grata, benevolum nostrum eis adhibemus consensum ex certa scientia, pariter & assensum. In cujus rei testimonium præsentes literas fieri, & nostri sigilli appensione fecimus communiri. Datum in Nurnberg, anno 1356. in crastino Epiphaniæ ejusdem.

CV.

Kayser CARLS des IV. Bull von der Erbfolgung der Hertzogen zu Sachsen im Churfürstenthum und Ertz-Marschalck-Ampt/ nemlich/ daß die Chur und übrige der Chur anhangende Würden auf Hertzog Rudolph den Jüngern und seine Erben/ Falls aber er ohne Erben abgienge/ auf seinen ältern Bruder und dessen Söhne/ und da weder dieser Erben hätte/ auf Hertzog Albrecht/ Ottens sohn/ den jungen/ Hertzog Rudolphs Brudern und deßelben ältern Sohn/ und in abgang dessen/ auf den nächsten Erben/ doch ein Layen/ nach dem Vater-Stamm/ gäntzlich fallen sollen. [GOLDASTI Reichs-Satzungen Theil. 2. pag. 56. auß Georgii Spalatini

1357. Chronica und Herkommen der Chur-fürsten und Fürsten des Löblichen Hauses Sachsen etc. im andern Titul.] ANNO 1357.

C'est-a-dire.

Bulle de l'Empereur CHARLES IV. *établissant la succession des Ducs de Saxe dans les Dignités d'Electeur & d'Archimarechal, sçavoir que l'Electorat & les autres Dignités qui y sont attachées, doit passer au Duc* RODOLPHE *le jeune & à ses heritiers, au defaut desquels il passera à l'aisné de ses Freres, & à ses heritiers, & au defaut des heritiers de celui-là, au Duc* ALBERT *Fils d'*OTTON *qui étoit Frere Cadet de* RODOLPHE *& à son Fils ainé; & enfin au defaut de cette Ligne au plus prochain héritier paternel qui soit Laïque. Donné à Metz l'an* 1357.

KAiser Carl der Vierdt hat geordnet/ wie hernach folgt: Daß Hertzog Albrecht zu Sachsen/ Churfürst/ Hertzog Rudolphen zu Sachsen des Jüngern/ seiner Mutter Brudern Vatter/ die vier Römischer Kaiser/ Rudolph von Oesterreich/ Adolph von Nassauw/ Albrecht von Oesterreich/ und Henrich von Lutzelburg zu Römischen Königen und Kaiserrn: Daß auch Hertzog Rudolph zu Sachsen der Jünger/ ihn selbst den Römischen Kaiser Carln den Vierdten/ neben andern Churfürsten/ als ein Ertzmarschalck und Churfürst deß Reichs/ haben helffen wählen/ da ein zeitlang das H. Reich/ nach Absterben deß Röm. Königs Albrechts in grosser Irrung gestanden/ daß er/ der Römisch Kaiser Carl/ dieweil gedachter Hertzog Rudolph mit gutem Fug/ Recht und Tittel in deß Ertzmarschalcks Ampts und Churfürstenthumb zu Sachsen gewehr/ von seinen Vatter anerbet/ sesse/ Als hätte seine Kayserl. Maj. mit gutem Rath der geistlichen und weltlichen Churfürsten/ auch vieler anderer geistlichen und weltlichen Fürsten/ Graven/ Freyherrn und Edlen mit GOttes Hülff künfftige Fährligkeit/ Irrung und Zweiffel zuverhüten/ auß Kaiserlicher Gewalt beschlossen und declarirt/ daß niemandts anders dann sein lieber Mutter Bruder/ Hertzog Rudolph zu Sachsen der Jünger die Gerechtigkeit/ Wirdigkeit/ Gewalt und Macht/ ein Röm. König helffen zu wählen/ und sampt dem Hertzogthumb und Pfaltz zu Sachsen: Deßgleichen das Ertzmarschal-Ampt deß H. Reichs/ auch den Anfahl zum Hertzogthumb zu Lünenburg haben solt/ wie er ihm denn solches am H. Christag auf im Kaiserl. Reichstage zu Metz/ in Gegenwart aller Churfürsten/ auch sonsten vieler Fürsten/ Herrn/ Graffen/ &c. und sonderlich deß Cardinals Petragoricensis, auch Hertzogs Carls von Normandey/ solches alles gelichen/ darauff auch Hertzog Rudolph zu Sachsen gleich andern Churfürsten seiner Kayserl. Majest. gedient

Daß auch hinfür/ nach Hertzog Rudolphs Absterben sein ander Sohn/ oder do derselbig ohn Leibs-Erben verstürbe/ sein ander Sohn in der Ordnung der Geburt/ ein Laye oder weltlich Churfürst und Hertzog seyn solt/ do aber mehrgedachter Hertzog Rudolph der Jünger zu Sachsen ohn eheliche Mannsleibs Erben Layen tödlich abgieng/ daß alsdann sein ältester Bruder nach dem rechten Vatterstamm/ und von demselben/ an desselben ältesten Sohn/ da derselbig auch ohn rechte Manns Leibserben sterben würde/ daß alsdann das Churfürstenthumb/ auff den Durchleuchtigen Albrecht/ Hertzog Otten/ etwo zu Sachsen/ Sohn/ den jungen Hertzogen Rudolphs Brudern/ und desselben ältern Sohn/ und do derselbige ohn männliche Erben verstürbe/ auff den nechsten Erben/ doch ein Layen/ nach dem Vatterstammen gäntzlich fallen solt.

Auch dieser Gestalt/ do ihr einer von dieser Welt also verschiede/ daß er solche Erben nach ihm liesse/ die ihr rechtmässig Alter nicht erlangt/ daß alsdann der älter Bruder/ als ein getrewer Vormund/ das Churfürstenampt führen solt/ biß sein Mündling sein mündige Jahre erreicht/ das ist/ biß so lang er achtzehen Jahr alt würde/ wie denn solche Jahrzahl beyde Kaiserliche Bullen mit bringen/ alsdann solt der Vormund seinen Mundling weichen.

Mit mehr viel ehrlichen Anhängen vollständiger Kaiserlicher Gewalt und ernster Bedrawung/ und Verpeenung tausend Marck lötiges gutes Goldes/ do jemandts wider seiner Kayserl. Maj. Lehen/ Bestättigung und Ratification Brieffe/ mit ichten thuen würde. Derselbige Röm. Kaiser Carl der Vierdt hat auch solches alles/ auß oben erzehlten rechtmässigen Ursachen/ als ein König zu Böheim/ gnadichlich bewilliget.

Deß Zeugen gewest sind:

Warmundus zu Tryer/ } Ertzbischoffen/ und deß H. Reichs-
Gerlach Maintz/ } Ertz Cantzler.
Wilhelm Cölln/

ANNO 1357. Auch Pfaltzgraffe Ruprecht bey Rhein / der Elter / Ertz uchsaß / Ludwig genant der Römer / Marggraff zu Brandenburg / Ertz-Camnerer / } des H. Reichs Churfürsten.
Deßgleichen Johannes zu Straßburg / Aldamar zu Metz / Beringa zu Thull / Hugo zu Wirdun / Und Henrich zu Lubus / } Bischoffen.
Auch Heinrich zu Fulda / Androin zu Chunack / } Epte.
Deßgleichen Pfaltzgraff Ruprecht bey Rhein / der Jünger zu Beyern / Wilhelm zu Jülich / Johans zu Mechelburg / } Hertzogen.
Auch Margraff Friderich zu Meissen.
Burggraff Albrecht zu Nürnberg.
Sampt Heinrichen von Schwartzburg / Hansen von Catzenelnbogen / Weiram zu Spanheim / Friderich von Leiningen / Heinrich von Feldentz / Albrecht von Anhalt / Burckhardt und Hans von Reiz / } Graffen /
Und viel ander Fürsten und Herrn mehr / tc. Geben zu Metz in Jahr nach Christi Geburt dreyzehenhundert und sieben und fünfftzigsten.

CVI.

12. Fevrier. *Diploma* CAROLI IV. *Romanorum Imperatoris, quo privilegia, & immunitates Urbi Novimagensi ab aliis Imperatoribus concessa confirmat, ac ratificat, ejusque Civibus permittit, ut absque omni exactione telonii cum rebus, ac mercibus suis per universum Romanum Imperium libere transire possint. Datum Aquisgrani 2. Idus Februarii anno 1357. Indictione X. Regnorum Juorum Anno XI. Imperii vero II.* [J. J. PONTANUS Hist. Gelricæ lib. 7. pag. 270.]

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Carolus quartus, divinâ favente Clementiâ Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex, Ad perpetuam rei memoriam, Etsi Imperatoriæ dignitatis circumspecta benignitas universos fideles suos, quos Romanum ambit Imperium, pio favore prosequitur: Ad illorum tamen utilitates & commoda specialis quodammodo prærogativa favoris dignanter intendit, quos immotæ fidei constantia, laborum diuturnitas & approbatæ virtutis industria rerum experientia recommendat. Sanè honorabilium Magistrorum civium, scabinorum, Consulum ac aliorum civium civitatis Novimagensis, nostrorum & Sacri Imperii fidelium, præclaræ devotionis insignia & multiplices ac diuturnos labores, quibus nobis & claræ memoriæ divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, prædecessoribus nostris & ipsi Imperio, cum debitæ fidelitatis frequentiâ, fideliter adhæserunt, nec cessant quotidianis studiis frequentius adhærere, claræ nostræ mentis intuitu limpidius intuentes, ipsis, hæredibus & successoribus ipsorum in perpetuum adinstar prædecessorum nostrorum, utpote Imperatorum & Regum, quorum vestigia desideramus ex animo feliciter imitari, omnia Jura, Consuetudines, Libertates, Immunitates, gratias, Privilegia & Literas, cujuscunque tenoris existant, aut sub quacunque formâ verborum concepta, quæ & quas Judex, Scabini, Consulatus, civium Magistratus, cererique cives Regalis sedis Aquenses & aliarum civitatum Imperii ab eisdem prædecessoribus nostris obtinuisse noscuntur, ac etiam consuetudines approbatas & laudabiles, quibus dicti cives nostri Novimagenses hactenus fructi sunt & utuntur in omnibus suis tenoribus, capitulis, sententiis & clausulis, & sicut eidem Juribus, gratiis, Libertatibus, Consuetudinibus, Immunitatibus, privilegiis & Literis hactenus usi sunt & cotidie potiuntur, de nostrâ scientiâ, ac maturo nostrorum Principum, Baronum, & Nobilium consilio fecisse recolimus, approbamus, ratificamus, & de solitâ nostræ celsitudinis gratiâ confirmamus, adjicientes nihilominus ex singulari dono specialis gratiæ, quod liceat eisdem civibus Novimagensibus adinstar Regalis civitatis Aquensis, cum universis & singulis quibuscunque rebus, bonis & mercibus suis, cujuscunque valoris seu conditionis existant, per terram sive per aquam ubique per totum Regnum sive Romanum Imperium absque omni exactione telonii, pedagii, carradæ, vectigalis, gabellæ, renæ, ribencæ seu cujuscunque alterius dacii, quibuscunque specialibus nominibus exprimantur, liberè & absque impedimento transire, cum etiam eadem gratia prædictis civibus Novimagensibus ab aliis Imperatoribus & Regibus Romanorum prædecessoribus nostris noscatur indulta, sicut has à nobis, tanquam Romanorum Rege, gratias easdem de singulari benignitatis munimine receperunt. Inhibentes igitur universis & singulis nostris Sacri Imperii fidelibus, præsentibus & futuris sub obtentu gratiæ nostræ, ne ausu temerario dictos cives Novimagenses ubicunque locorum cum rebus suis se transtulerint, adversus præsentis nostræ confirmationis & donationis gratiam gravare vel molestare præsumant, aut ab ipsis vel ipsorum servitoribus de bonis, rebus & mercibus ipsorum in Regno vel Imperio telonia, pedagia, carradas, vectigalia seu dacia, quibuscunque exprimanrur nominibus, quovis ingenio seu colore quæsito, aliquomodo postulare, non obstantibus quibuscunque privilegiis, constitutionibus, libertatibus, consuetudinibus seu indultis à nobis & prædictis prædecessoribus nostris seu quibuscunque personis, quacunque etiam dignitate præfulgeant, seu cujuscunque gradus vel conditionis existant, datis & concessis, dandis & concedendis in contrarium, quibus omnibus scilicet in quantum præsenti nostræ confirmationi & donationi adversari noscantur, authoritate Imperatoria, & de certâ nostrâ scientiâ derogamus, prout aliàs sub titulo Regio, ut præmittitur, sub verbis eisdem concessimus antedicta. Si quis verò ausu temerario dictos cives Novimagenses, fideles nostros, hæredes & successores eorum in perpetuum, gravare seu molestare, vel ipsis & servitoribus ipsorum de rebus, mercibus & bonis ipsorum telonia, pedagia & alia, quæ superiùs expressa sunt, aliquando postulare præsumpserit, post Imperialis indignationis aculeos, poenam centum librarum auri puri & optimi se noverit incidisse, quarum medietatem Imperialis nostræ Cameræ, & reliquam partem injuriam passorum usibus decernimus applicandam. Signum Serenissimi Principis & Domini, Domini Caroli quarti Romanorum Imperatoris invictissimi & gloriosissimi Bohemiæ Regis. Testes hujus rei sunt Illustres *Wilhelmus* Juliacensis, *Wenceslaus* Saxoniæ, *Bolko* Falkenburgensis, *Johannes* Oppaniæ, & *Bolko* Opulensis Duces: nec non spectabiles *Burchardus* senior Imperialis curiæ Magister, *Burchardus* Junior & *Johannes* Burgravii Magdeburgenses, *Fredericus* de Lyningen, & *Albertus* de Anhalt Comites, & alii quamplures proceres & Sacri Imperii Romani fideles, præsentium sub bullâ aureâ Typario Imperialis nostræ Majestatis impressâ testimonio literarum. Datum Aquisgrani anno Millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, decimâ Indictione, secundo Idus Februarii, Regnorum nostrorum anno undecimo, Imperii verò secundo. Sic subscriptum super plica. Per Dominum Cancellarium Joh. Eysteten.

ANNO 1357.

CVII.

1359. 13. Octobre. *Constitutio Prima* CAROLI VI. *Romanorum Imperatoris de Immunitate Ecclesiasticâ in Imperio. Datum Pragæ 3. Idus Octobris Anno Domini 1359. Regnorum Juorum XIV. Imperii verò V. Indictione XII.* [LUNIG Teutsches Reichs-Archiv Partis Generalis Continuatio pag. 3.]

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

CArolus IV. divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Etsi Imperialis benignitatis clementia quorumlibet devotorum fidelium, quos Sacrum Romanum ambit Imperium, ex Officii debito teneatur necessitatibus & injustis oppressionibus (*operationibus*) consulere, & de opportunis remediis providere: ad illos tamen permaxime dirigitur nostræ mentis affectio, quos indebite pati cognoscimus, quorumque oppressionibus status Ecclesiasticæ libertatis, quam semper nostris temporibus augeri volumus (*in nihilum redigitur*) non nihilum

ANNO 1359. hilum minuitur, & minus debito prægravatur. Sane ad Imperialis Majestatis audientiam pro parte honorabilium, (*Prælatorum Canonicorum & Prælatorum Clericorum inferioris Saxoniæ, Magdeburgensis, Bremensis & vicinorum locorum ac Provinciarum, insinuatione querulosa specialiter est ded.*) Præpositi, Decani & aliorum Prælatorum & Capituli Magdeburgensis, Moguntinensis & Colonienſis Ecclesiarum, devotorum nostrorum dilectorum, per insinuationem querulosam suppliciter est deductum, quod seculares quidam in potestatibus & officiis publicis constituti, videlicet Duces, Comites & Barones & alii Domini temporales, nec non consules Civitatum, oppidorum, villarum & locorum Rectores, dictorum Magdeburgensis (*Bremensis prov. timore postpos.*) Moguntinensis & Colonienſis Provinciarum, Dei nomine postposito, statuta singularia & iniquas ordinationes, motu proprio & de facto, contra personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum & locorum Religiosorum libertates & Privilegia condiderunt, eisdemque publice & de facto insistere præsumpserunt, contra legitimas Civiles & Canonicas Sanctiones: ut puta, Quod nulla bona temporalia in potestatem Ecclesiasticam transferuntur: Neve Clerici in Sacris constituti ad agendum & testificandum in civilibus & maxime in piis causis, aliquatenus admittantur: Quod excommunicati Laici & publice denunciati in Civili foro minime repellantur. Item præfati Domini temporales, Consules & Rectores per secularem potestatem res & bona Clericorum occupant & arrestant. Oblationes fidelium diminuunt & restringunt: Exactiones & tallias (*indebitas*) indebite de bonis Ecclesiæ & reditibus exigunt & extorquent: Possessiones Ecclesiarum & personarum earundem devastant incendiis & rapinis: Contractus inter Clericos & Laicos factos legittime ad libros Civitatum, villarum & locorum recusant inscribere ac sigillare: Donata & Legata ad fabricas & Ecclesiarum structuras contra Prælatorum voluntatem & aliorum, quorum interest, præsumunt usurpare contra justitiam. In fraudem & odium Clericorum de rebus & bonis etiam Clericorum, quas non causa negotiationis, sed pro usibus propriis, per Terras ducunt seu duci faciunt, thelonium exigunt & recipere non verentur: Et confugientes ad Ecclesias & cimiteria inde extrahere contra sanctiones Imperiales præsumunt. Quæ omnia & quælibet (*abinde*) abinde secuta, cum per Sacras & Civiles & Canonicas Sanctiones expresse reprobata sint & in fraudem Ecclesiasticæ libertatis de facto prælumpta, de Principum, Ducum, Comitum, Baronum, fideliumque nostrorum Consilio, ex certa scientia, auctoritate Imperiali cassamus, irritamus & annullamus: cassaque & irrita & nullius esse momenti penitus (*dicimus*) deducimus & expresse pronunciamus: præcipientes sub indignatione Imperialis Banni, universis & singulis dictarum Magdeburgensis (*Bremensis prov.*) Moguntinensis & Colonienſis Provinciarum & locorum vicinorum Principibus & Dominis temporalibus, Consulibus & Potestatibus & in officiis publicis constitutis, quatinus mox visis & intellectis præsentibus, dicta ipsorum statuta & ordinationes, sicut in præjudicium Ecclesiasticæ libertatis edita sunt, omnino revocent & de luce tollant, quodque secundum ea non judicent amplius, nec sententias dictent, aut eisdem in judicio vel extra judicium quomodolibet pro se & contra Ecclesiasticam libertatem potiantur. Item pronunciamus & declaramus Imperiali autoritate, quod quicunque Laicus, cujuscunque Status vel conditionis existat, ausu sacrilego & propriæ temeritatis audacia Sacerdotem vel Clericum secularem vel Religiosum diffidaverit vel captaverit, proscripserit, spoliaverit, occiderit, mutilaverit aut in carcere detinuerit, aut hujusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaverit, vel favorem in hiis eis præstiterit, præter pœnas a Sacris Imperialibus & Canonicis sanctionibus eis inflictas, sint ipso facto infames & omni honore privati, nec ad Placita vel Concilia Nobilium (*aliquatinus*) admittendi quovis modo. Volumus etiam, hortamur & requirimus (*Episcopos & Prælatos Canonicos*) ipsos Prælatos Ecclesiasticos, ut hanc nostram legem & constitutionem in Synodis & Ecclesiis publicari procurent: & requisiti executionem pœnarum & sententiarum denuncient, ne in præmissis excedentes per simulatam ignorantiam suas malicias valeant excusare. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc nostræ cassationis (*irritationis, annullationis, nec non pronunciationis & declarationis*) & immutationis seu pronunciationis, denunciationis & declarationis paginam quovis ausu temerario infringere, aut quomodolibet ei contraire, sub pœna quinquaginta marcarum puri auri, quas ab eo, qui contrafecerit, totiens quotiens factum fuerit, irremissibiliter exigi volumus & earum medietatem nostri Imperialis ærarii sivi fisci, residuam vero partem injuriam passorum usibus decernimus applicari. ANNO 1359.

Signum Serenissimi Principis & Domini, Domini Caroli IV. Romanorum Imperatoris invictissimi & glorioſissimi Bohemiæ Regis.

Testes hujus rei sunt: Arnestus Pragensis Archiepiscopus.

Johannes Olommucensis,
Johannes Luchonnisens.
Imperialis Aulæ Cancellarius &
Theodoricus Mindensis. } Ecclesiarum Episcopi.

Illustres { Rodolphus Saxoniæ, Balbo Opulensis, Primislaus Thesinensis } Duces & Principes.

Spectabiles { Burchardus Burggravius Magdeburgensis Magister nostræ Curiæ, Henricus de Montfort } Comites &

Nobiles { Sblinco de Hasenburg. Jesco de Wilharceitz.

& alii quam plures nostri Principes, Nobiles, & fideles, præsentium sub bulla aurea typario nostro impressa testimonio literarum. Datum Pragæ (*Tangermundæ A. Dom. MCCCLXXVII. Indict. XV. quinto Kalend. Julii, Regnor. nostrorum anno tricesimo, Imperii vero vicesimo tertio*) anno Domini MCCC. LIX. Indictione XII. III. Idus Octobris, Regnorum nostrorum anno XIV. Imperii vero V.

Ego Johannes Dei gratia Olommucensis Episcopus, Sacræ Imperialis Aulæ Cancellarius vice reverendi in Christo Patris, Domini HLudovici Moguntini Archiepiscopi, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii, recognovi.

CVIII.

Privilegium Römiſchen Kayſers CAROLI IV. dem Rath und Bürgern der Stadt ULM ertheilet / dieſelbe für keinerley fremde Land- und Hof-Gerichte zu laden und zu heiſchen. Gebrn zu Prag am Mittwoch nach St. Martins-tag anno 1359. [Tiré d'une Information de Droit, publiée en 1714. de la part de la Ville d'Ulme ſous le Titre de: **Ulmiſche gründliche Refutation der ex parte der Löblichen Carthaus Buxheim heraus gegebenen Deduction.**] 13. Novembre.

C'eſt-à-dire.

Privilege de CHARLES IV. *Empereur des Romains pour la Ville d'Ulme, portant exemption de toute Juriſdiction étrangere. A Prague le Mecredi après la St. Martin* 1359.

WIr Carl von Gottes Gnaden Römiſcher Keyſer / zu allen zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheim / bekennen und thun kund offenlich mit dieſem Brief allen den die ihn ſehen oder hören leſen / daß wir angeſehen haben die ſtehten und getreuen Dienſt / die Uns und dem Reich der Bürgermeiſter / der Rath und die Bürger gemeinlich der Stadt zu Ulm / unſer und des Reichs lieben getreuen offt nützlichen gethan haben / und fürbas thun wöllen und mügen in künftigen zeiten / und haben ihn die gnade gethan und thun auch mit dieſem Brieff / mit Keyſerlicher Macht / mit rechter Wiſſen und von ſonderlicher Gnaden / daß niemand ſie alle / die Bürger und die Stadt zu Ulm / beſampt oder ihr jetlichen beſonder für keinerley Land-Gerichte oder ſonſt Gericht / was

ANNO 1359. die sint / oder wo die gelegen sind / oder auch für unser und des Reichs Hoff-Gerichte / laden / fürtreiben oder heischen solle / um was Sachen das sey / on allein für ihren Amman in der Stadt zu Ulm / es wär denn / daß dem Kläger Recht versaget oder wieder bescheidenheit verzogen würde; und wer zu In besampt oder besunder icht zu sprechen hat / der soll Recht von In vor dem eegenannten ihrem Amman nemen in der Stadt zu Ulm. Darum gebieten wir allen unsern und des Reichs Unterthanen / daß niemand wider solche unser Gnade thun solle oder können / in keine weiß / als lieb ihn sey unser und des Reichs Hulde zu behalten. Wär aber daß dawieder icht geschehe / so wollen wir / daß alle solche Ladungen und Gerichte keine Crafft noch Macht haben sollen / und den genannten Bürgern und der Stadt zu Ulm keinen Schaden krengen. Mit Urkundt diß Briefs / versiegelt mit unser Kayserlichen Mayestät Innsiegel / der geben ist zu Prag nach Christi geburth dreyzehenhundert Jahr an der nehisten Mitwochen nach St. Märteins tag / unser Reiche in dem vierzehnden und des Kayserthums in dem fünften Jahr.

Per. Dn. Magrm. Cur.

Joh. Eysteten.

CIX.

1360. 8. Mai. *Lettres de* CHARLES *Duc de Normandie, Fils aisné de* JEAN *Roi de France, contenant les Treves accordées jusqu'à la St. Michel* 1361 *entre ledit Roi* JEAN *son Pere &* EDOUARD *Roi d'Angleterre. Données à Chartres le* 8. *jour de Mai* 1360. AVEC *le Pouvoir dudit Roi* JEAN *pour le Duc de Normandie à l'effect desdites Treves, du* 1. *Avril* 1359. *La Confirmation ou Ratification du même du* 14. *Juin* 1360. *Sa Promesse au Roi d'Angleterre de tenir loyale Prison du dit jour* 14. *Juin* 1360. *Et plusieurs autres Pieces considerables appartenantes au même Traité*, [MARTENE Thesaurus novus Anecdotorum Tom. I. col. 1423.]

CHARLES ainsné fils du Roy de France, regent le Royaume, Duc de Normandie, & Dalphin de Vienne, à tous ceulx qui ces presentes Lettres verront salut.

CArolus IV, divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, ad perpetuam Rei memoriam. Dum imminentium nobis curarum varietatem quibus humeros noſtros ex S. Imperii ſuſceptione ſubjecimus noſtra ſecum revolvit ſerenitas, multum nos eidem obnoxios invenimus Imperio, quo Mundiali Machinæ auctore Domino præſidemus, multum in *Regni noſtri Bohemiæ* quod initium & excellens ipſius Imperii membrum exiſtit, profectibus & augmentis nos decet prospicere, cujus ſublimatio ſacro Imperio ad gloriam & Imperiale faſtigium in illius felicitate feliciter ſublimatur; hinc eſt, quod cum *Venerabilibus & Illuſtribus* ipſius *Sacri Imperii Principibus, Electoribus*, habito pridem ſuper variis Imperii neceſſitatibus, conſilio & deliberatione maturis inter cætera, illud nobis occurrit præcipua conſideratione penſandum, qualiter illius auxilio, cujus nutu cœleſtia ſimul & terreſtria diſponuntur, exigente rerum ordine, cum victorioſo noſtræ Majeſtatis exercitu, nuper ingreſſi Caſtrum Achatin, & Hohenſtauff, ad jus & proprietatem Imperii S. ſpectantia, & ex multo tempore ab ipſo alienata in priſtinum Jus & proprietatem Imperialem recuperavimus, & in antiquam reduximus poteſtatem, ubi etiam eodem tempore *Caſtra Lauterburg & Roſenſtein*, nec non oppida, Alen & Steubach, per ſpectabiles *Ludovicum* ſeniorem & *Ludovicum* juniorem Comites de Oettingen fideles noſtros dilectos venditioni palam expoſita, de Theſauro *Regni noſtri Bohemiæ*, pro eodem Regno, & ejus inſigni Corona comparavimus & ipſa in eorundem *Regni & Coronæ Bohemiæ* tranſtulimus, univimus & fundavimus poteſtatem. Conſequenter una cum eisdem *Principibus* Electoribus conſideravit & ritè perpendit noſtra Serenitas, quomodo pro gubernatione Imperialium Terrarum, tam in Suevia, quam in aliis regionibus confiniis, caſtra *Achatin*, & *Hohenſtauff*, *ac Dominio Imperiali* proficua ex permutatione, quæ de Caſtris *Luterburg & Reſenſtein*, nec non Oppidis *Allen & Steubach* prædictis, & eorum diſtrictibus fieri poterat, viſum fuit nobis, & prædictis Principibus poſſe utiliſſimè ordinari, eo quod eadem Caſtra, Oppida & diſtrictus cum jam dictis Caſtris *Achatin*, & *Hoënſtauff* confinare, ac utrorumque limites ſeſe contingere dignoſcuntur. Præterea provida & ſagaci una cum prædictis Principibus Electoribus diſcuſſione noſtra ſolicitè penſavit ſublimitas, qualiter Caſtrum *Parckſtein*, & *Karlswald* ſitum in Terra Egrenſi, cum centum manſis Terræ ad illud ſpectantibus, Oppidum *Weiden*, & eorundem bona, Villæ pertinentiæ, & diſtrictus, licet de Imperiali proprietate conſiſtant, non ſunt tamen cæteris Imperialibus bonis continua, & magis *Regno noſtro Bohemiæ* ſeu Terris ejusdem quas trans ſylvam Boëmicalem in Bavaria juſtis, & rationalibus titulis conquiſivit, conjuncta ſunt, contigua & vicina, & Caſtra *Lutterburg* & *Roſenſtein*, Imperio Sacro, atque Caſtra *Parckſtein*, & *Karſwald Regno Bohemiæ* magis expediant, ſicut hoc *Electorum Principum* decrevit proviſio, qui miſſis inſpectoribus, permutationem hujusmodi utilem dictaverunt. Quam ob rem nullo quidem Patriæ natalis affectu, aut natalis ſucceſſionis amore, ſed ſolum DEUM & conſcientiæ debitum noſtræ habendo præ oculis, quod Sacro Imperio, ac *Regno noſtro Bohemiæ*, nobili & inſigni ejus membro, amplius convenire, fructumque & commodum uberius afferre poſſet, proſpicimus, una cum Principibus Electoribus prædictis voto unanimi, aciem mentis noſtræ con-

ANNO 1360. convertimus, animoque deliberato, & prædictorum omnium consilio prædicta bona decrevimus, & bonum esse invenimus, hinc inde inter Imperium ex una, & Regnum nostrum Bohemiæ parte ex altera, ad invicem permutare. Hinc est, quod nos tanquam Imperator & antedictorum Electorum consilio, & assensu concordi, jure & nomine nostri & S. Imperii cum *Illustri Joanne Marchione Moraviæ fratre, Principe nostro familiarissimo*, quem pro nobis, ut *Rege Boemiæ*, ad supra scripta & alia generaliter, & specialiter administratorem, Procuratorem & negotiorum gestorem Serenitas nostra constituit, prædicta Castra *Luterburg*, & *Rosenstein*, nec non oppida *Alen* & *Heibach*, cum eorum Villis, bonis, possessionibus, districtibus & pertinentiis universis pro plenoque Jure fundo, proprietate & Dominio utrobique rite & rationabiliter permutavimus, & tenore præsentium autoritate nostra Cæsarea & certa scientia permutamus. Et nos quidem Imperator prædictus, Imperiali autoritate & nomine Castris *Parckstein* & *Karlswald*, Oppido *Weida*, & omnibus eorum bonis, Villis, possessionibus, Dominio, Juribus, & pertinentiis antedictis cessimus, & animo permutationis hujusmodi *Regno Bohemiæ, & insigni ejus Coronæ*, appropriamus, annectimus, invisceramus, pariter & non minus ac in Jus, proprietatem, *fundum*, *Dominium*, & *potestatem Regni*, *Coronæ*, ac *Regum Bohemiæ* prædictorum ex certa scientia eadem Imperiali auctoritate redigimus & firmamus, apud *Regnum Reges* & *Coronam Bohemiæ* inseparabiliter jure hæreditario perpetuis temporibus permansura. Dicta vero Castra *Lauterburg* & *Rosenstein*, nec non Oppida *Allen* & *Heibach*, cum Villis, bonis, possessionibus, districtibus & pertinentiis supradictisque nemoribus frater noster Marchio Moraviæ, virtute Administratoris *Regni nostri Bohemiæ* admissi, favorabiliter Sacro Romano Imperio ejusque Cameræ incorporamus, invisceramus, annectimus, & unimus, eaque in Jus, proprietatem, feudum & Dominium ipsius Imperii ex certa nostra scientia Imperiali reddimus, in ejusdem Imperii potestate, Jure, & Dominio ac proprietate perpetuo permansura. Promissimus equidem & sincere promittimus per præsentes, nos qui supra Romanorum Imperator, pro nobis & *Successoribus nostris Regibus & Imperatoribus Romanorum*, dictus vero *frater Illustris Joannis Marchio Moraviæ*, velut administrator, procurator, & negotiorum gestor à nobis ut à Rege Bohemiæ ad hoc sicut patet constitutus, pro nobis hæredibus & *successoribus* nostris *Regibus Bohemiæ*, prædictum permutationis Contractum in toto vel in parte sui qualibet semper attendere & perpetuis temporibus inviolabiliter observare, ac nullo unquam tempore contra eum ullo modo, directè vel indirectè, jure vel facto per nos vel personas interpositas, quocunque colore quæsito facere, vel venire, aut etiam quippiam in ejus jacturam, rescissionem seu præjudicium quomodolibet attentare. Renunciantes certa scientia & scriptis, *Nos Carolus Imperator*, qui supra *pro nobis & successoribus nostris Regibus & Imperatoribus Romanorum*; dictus vero noster *frater Marchio Moraviæ* administrator, Procurator, sicut præmittitur, pro nobis hæredibus & Successoribus nostris *Regibus Bohemiæ* in præmissis eorum singulis, seu ab illis dependentibus, quovis modo secundum omnem modum, & formam, sicut superius fuit expressum, & invenitur, omni actioni, juri, quæstioni, impetitioni, exceptioni doli mali, seu infactum, auxilio restitutionis in integrum & cuilibet actioni, Juris Canonici, & Civilis Beneficio, quibus his contravenire possemus, Jure vel facto, in Judicio, vel extra Judicium, vel quibus hæc omnia, vel eorum aliquod violari, rescindi, & infirmari possent, quibuscunque temporibus, aut infringi, etiamsi de singulis hujusmodi Canonibus, legibus, Juribus, observantiis, Usibus, & Statutis, Jure, vel consuetudine, deberet in præsentibus fieri mentio specialis. Præterea nos *Carolus Romanorum Imperator*, qui supra, auctoritate Cæsarea & de plenitudine Imperatoriæ potestatis ex certa scientia supplemus omnem defectum, si quis in præmissis, vel eorum aliquo circa solennitatem in tractatibus præmittendam, sive in forma verborum necessariorum submissione, seu aliis quibusvis Ceremoniis, Juris, aut facti necessariis, substantialibus vel voluntariis quomodolibet est, vel unquam reperiretur admissus. Decernentes hoc Imperiali Edicto, hæc omnia semper habere, & perpetua debere subsistere roboris firmitate. Non obstantibus quibuscunque legibus seu juribus communibus, localibus, consuetudinariis, vel statutis, in contrarium editis, seu rebus hujusmodi aliter formam ponentibus, quibus omnibus & singulis, in quantum præmissis, vel eorum aliquibus seu alicui obviarent, auctoritate Cæsarea, præsentibus, quoad hunc duntaxat permutationis contractum, ex certa scientia derogamus, & esse decernimus omnimode derogatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Majestatis infringere, vel ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem contrarium attentare præsumpserit, indignationem nostram & pœnam mille Marcharum auri puri, toties quoties contra factum fuerit, eo ipso se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem, Imperialis ærarii, reliquam vero Fisci Regalis Bohemiæ usibus decernimus applicari. Præmissis insuper universis & singulis in suo robore perpetuo duraturis. ANNO 1360.

Signum Serenissimi Principis & Domini Domini

Caroli IV. Romanorum Imperatoris, Invictissimi, & Gloriosissimi; Testes hujus rei sunt Venerabilis Marquardus Augustensis, *Joannes* Olomucensis, *Joannes* Lutomislensis Imperialis Aulæ Cancellarius, *Theodoricus* Mindensis, & *Bertholdus* Eistetensis Ecclesiarum Episcopi, Illustres *Rupertus* Junior Comes Palatinus Rheni Bavariæ, *Richardus* Braudecensis, *Primislaus* Teschinensis, & *Joannes* Oppaviæ Duces spectabiles, *Burchardus* Imperialis curiæ Magister. Magdeburgensis, & *Fridericus* Nürnbergensis, Burggravii, *Eberhardus* Wirtenbergensis, *Ulricus* senior, de Helffenstein, Advocatus Sueviæ, *Henricus* de Montfort, *Ludovicus* senior, & *Ludovicus* junior de Oettingen, Comites, *Ulricus Landgravii*, Lucemburgensis, ac *Gerlacus* de Hoëloh, *Czenco* de Lippa summus *Regni Bohemiæ* Marscallus & Camerarius, *Wilhelmus* de Rechberg, *Fridericus* de Heydeck, *Sbincko* de Hazenburg, supremus Magister, *Hasko* de Zvirzeticz & Thimo de Kolditz Imperialis Cameræ Magister, Ogerius de Landstein, *Joannes* de Rosenberg, & alii quam plures Imperii nostri Principes & Nobiles, præsentium sub Imperialis Majestatis Sigillo testimonio literarum. Datum *Nurnberg*, Anno Domini M. CCCLX. Indictione XIII. secundo nonas Decembris Regnorum nostrorum Anno 15. Imperii 6.

Käysers Caroli IV. Confirmation vorhergehenden Tausch-Contracts.

CArolus IV. divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex, notum facimus tenore præsentium universis. Quod cum propter Zelum amorosi affectus, quem ad Sacrum Romanum Imperium, & ad insigne *Regnum Bohemiæ, ejusdem Imperii magnificum & insigne membrum* incessanter gerit nostra serenitas, studio diligenti, ob utrorumque præsentium commodorum, quandam permutationem iniremus, quæ in sequentibus continetur, eandemque literis nostris Imperialibus confirmaverimus, quarum tenor per omnia sequitur in hæc verba: *In nomine SS. & Individuæ Trinitatis feliciter Amen. Carolus IV. Dei favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Dum imminentium nobis curarum varietatem, quibus humeros nostros, ex Sacri Romani Imperii susceptione subjecimus, nostra secum revolvit serenitas, multum nos eidem obnoxios invenimus Imperio, quod mundiali Machinæ auctore Domino &c.* (usque ad finem priores literæ per omnia uno eodemque tenore verborum repetuntur) Nos igitur qui supra, *Carolus IV. divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex*, attendentes prædictam permutationem, & honorem Sacri Imperii, & felix augmentum, Regnique Bohemiæ salutem & commodum tam providè, quam sagaciter innovasse, sicut per fide dignorum inspectorum, quos nos, & cæteri Proceres nostri, Ecclesiastici & seculares Principes ad perscrutandum unanimi voto direximus,

ANNO 1360. mus, claris fuimus relationibus informati, eisdem permutationi, incorporationi, annexioni, invitcerationi, & unioni, omnibusque & singulis ex eis dependentibus quovis modo, prout hæc omnia seriatim sunt expressa superius consensum, & assensum nostrum benevolum, præsentibus adhibemus. Eaque omnia & singula prout inveniuntur expressa superius, velut *Rex Bohemiæ S. Imperii Archipincerna, & Princeps Elector*, approbamus, laudamus, & in omnibus & singulis clausulis suis, punctis, articulis atque tenoribus supra scriptis ex certa scientia confirmamus, perpetuis temporibus, perpetuò valitura, præsentium sub Imperialis Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum *Nürnberg*, Anno Domini M CCCLXI. Indictione 14. 15. Calendas Maji. Regnorum nostrorum Anno 15. Imperii vero 7.

CXIV.

12. Decembre. *Traité de Paix entre* JEAN *Roi de France &* CHARLES *Roi de Navarre, fait ensuite & en consequence de la Paix de Bretigny. Avec le serment des deux Roix, fait à St. Denis le* 12. *Decembre* 1360. [MARTENE Thesaurus novus Anecdotorum Tom. I. col. 1480. Ex MS. Domini Bulteau.]

CHARLES par la grace de Dieu Roy de Navarre, Conte d'Evreux, savoir faisons à tous presens & à venir, que comme desbas & descors feussent meus, ou esperez à mouvoir entre Monseigneur le Roy d'une part, & nous d'autre; & sur ce eussions envoyé à Calais pour le temps que Monseigneur le Roy y estoit, nos amez & feaux conseillers l'Evesque d'Avranche nostre Chancelier, Messire Jehan Reomus, Messire Robert de Piquency Chevaliers: Oye la requeste de nosdits messages, Monseigneur le Roy deputa avecques eux reverend pere en Dieu l'Evesque de Therouenne son Chancelier, le Sire d'Oderehan, & Messire Jehan Louvragée, ses Chevaliers & Mareschaux de France; lesquelx traittans sur tous lesdits desbas & descors, vindrent à conclusion de bonne paix & accord par le moyen du Roy d'Angleterre nostre tres-chier cousin, qui ad ce fist entendre par luy nostre tres-chier cousin le Duc de Lenclastre, & Messire Gautier de Mauny Chevaliers, comme mediateurs, par laquele paix & accord toute ire, rencunes, & maltalens, qui estoient & povoient estre entre Monseigneur le Roy & nous de tout le temps passé jusques aujourduy furent remises & depolées, quittes & pardonnées d'une partie & d'autre. Et fut traittié & accordé par les dessusdits sur le fait de Monseigneur le Roy & de nous, en la maniere que s'ensuit.

Sur les demandes que les messages envoyez à Calais de par le Roy de Navarre, ont faites au Roy de France, ou nom, & pour ledit Roy de Navarre, pour cause des injures & dommages qu'il disoit à luy avoir esté faits en ses biens & en ses Terres, pour le fait & occasion de sa prinse, a esté traittié & accordé entre les gens du Roy de France d'une part, pour & ou nom de luy; & lesdits messages, pour & ou nom du Roy de Navarre d'autre, presens ad ce le Duc de Lenclastre, & Messire Gautier de Maugny, pour la partie du Roy d'Angleterre, comme moyens, par la maniere qui cy aprés s'ensuit.

I. Premierement, que au Roy de Navarre, & à ses freres, à leurs gens, & subgiez, & à tous ceulx qui ont tenu leur partie, est pardonné toutes ires, rencunes, & maltalens, tous crimes, & meffais quelconques, qu'ils pourroient avoir faits, commis, & perpetrez en quelque maniere que ce soit, contre le Roy de France, son fils le Duc de Normandie, ou autres, ou contre l'honneur & l'estat du Royaume & de la couronne de France, à cause de la guerre & de la dissencion qui a esté entre les Seigneurs dessusdits, de tout le temps passé jusques aujourduy, & en demourront quittes & en bonne paix à tousjours, sans ce qu'ils en puissent, ou doient estre accusez, ne punis en maniere quelle qu'elle soit,

II. Item, que audit Roy de Navarre, à ses freres, à leurs gens, & à tous ceulx qui ont tenuë leur partie, ou à leurs hoirs, seront rendus & restituez Royaulment & de fait, sans delai, toutes leurs Terres, villes, Chasteaulx, rentes, benefices, & possessions quelxconques, qui du leur ont esté prins, saisis, ou arrestez. Et quant est de l'Evesque de Laon, il joïra de la spiritualité, & sera translaté hors du Royaume de France; & ses gens qui à cause de la spiritualité auront à faire, pourront venir seurement, sans aucun empeschement. Et se en laditte espiritualité est mis aucun empeschement de par le Roy, le Roy le ostera; & s'il estoit mis par autres, il procurera qu'il sera osté.

ANNO 1360.

III. Item, est accordé que le Roy de Navarre, lesdits freres, leurs gens, conseillers, & autres qui ont tenu leur partie, jusques au nombre de trois cens personnes, desquelx le Roy de Navarre baillera les noms par escript dedens le jour de Pasques prouchaines, seront quittes & absols de tous meffais que à eulx pourroient estre imposez, & par eux avoir esté fais ou temps passé, par quelque maniere, par quelconques causes que ce soit, tant à cause dudit Roy de Navarre, de ses freres, par leur fait comme autrement comment que ce soit. Et de ce seront faites les meilleures Lettres que on pourra, & y seront exprimez & declarez tous les fais que lesdits messages du Roy de Navarre y vouldront exprimer & declairier. Et jurera ledit Roy de Navarre de nommer ceulx qui auront esté avec luy en sa partie, & non autres.

IV. Item, est accordé que en donnant hostages souffisant audit Roy de Navarre, c'est assavoir dix ou douze personnes telles comme il voudra nommer, exceptez les enfans du Roy de France, ou Monseigneur PHILIPPE de France, se il plaist mieulx au Roy de France; il ira pardevers le Roy de France en aucune de ses villes, ou lieulx tieulx comme ils verront que l'en sera de fere, & luy fera ferement & feaulté.

V. Item, est accordé que les forteresses tenuës par le Roy d'Angleterre en la Terre du Roy de Navarre, lesquelles parmy la bonne paix faite entre les Rois de France & d'Angleterre, doivent estre renduës au Roy de France, seront renduës audit Roy de Navarre par la main du Roy de France: c'est assavoir à luy celles qui sont de son propre heritage, & celles qui estoient tenuës de luy à ceulx de qui elles estoient, ou à autres qui de luy les tendront par la maniere que elles estoient tenuës audevant de la guerre.

VI. Item, est accordé que se aucun vouloit faire guerre au Roy de Navarre és Terres que il tient ou Royaume de France, ne sera contre luy, ne donra conseil, confort, ou aide, à celluy ou ceulx qui guerre luy vouldront faire.

VII. Item, est traittié & accordé que les accors & traittiez faits entre le Duc de Normandie & la Royne BLANCHE seront tenus & accomplis, & par le Roy de France confermez, quant ad ce qu'il touche son doüaire & heritage de deux mille livres.

VIII. Item, que sur toutes les choses dessusdites & chacune d'icelles seront faites les meilleures Lettres que l'en pourra, & les plus grans seurtez que faire & donner s'y pourront. Nous les choses dessusdittes, & chacunes d'icelles ainsi traittiées & à nous rapportées par nosdits commissaires; & lesqueles si comme il nous dirent & affermerent avoir esté jurées d'une partie & d'autre audit lieu Calais, en la presence de Monseigneur le Roy, de nostredit cousin le Roy d'Angleterre, & de plusieurs autres qui là estoient, le XXIV. jour d'Octobre derrain passé. C'est assavoir pour la partie de Monseigneur le Roy, & de son commandement par nostre très-chier oncle le Duc d'Orlians, par ledit Evesque de Therouënne, nostre cousin le Conte de Tancarville, & les Mareschaux dessusdits: & pour nostre partie par nostre très-chier frere messire PHILIPPE de Navarre, l'Evesque d'Avranche nostre Chancelier, nostre cousin le captal de Buch, Messire Jehan, & Messire Robert nos Chevaliers dessusdits, sur le Corps de Nostre Seigneur, & sur les Saints Evangiles eusmes agreables, & les loasmes & approuvasmes; & depuis Monseigneur le Roy estant à Saint Denys le XII. jour de ce mois de Decembre, allasmes devers luy audit lieu, & jurasmes & promeismes de nostre partie, en la fourme & maniere contenuë en une cedule, de laquelle la teneur s'ensuit:

Nous

ANNO 1360. Nous CHARLES Roy de Navarre, Conte de Dreux, promettons & jurons loyaument & en bonne foy, de noſtre pure & franche voulenté, ſur le Corps de JESUS-CHRIST Sacré, & ſur les Saints Evangiles qui cy ſont, tenir, garder & enteriner, & accomplir fermement & entierement la paix traittiée & accordée derrenierement à Calais, entre les gens de noſtre très-chier & très redoubté, & Monſeigneur Pere le Roy de France, qui cy eſt, pour luy & en ſon nom d'une part, & noſtre frere Monſeigneur PHILIPPE, & nos gens pour nous & en noſtre nom d'autre part: & jurons & promettons comme deſſus, que doreſenavant à tousjours nous ſerons bons & loyaux à noſtredit Seigneur & pere, & luy garderons ſa perſonne, ſon honneur, & ſon eſtat, comme ſon bon & loyal fils, ſubget, & homme lige de tout ce que nous nous tenons ou Royaume de France.

Et incontinent à ceſte heure, Monſeigneur le Roy jura & promit de ſa partie en ceſte maniere:

Nous JEHAN de France jurons & promettons loyaument & en bonne foy, de noſtre pure & franche voulenté, ſur le Corps de JESUS-CHRIST ſacré & ſur les Saints Evangiles qui ci ſont, laditte paix & accort tenir & garder ſemblablement de noſtre partie doreſenavant à toûjours; & que nous aurons bonne amour en noſtredit fils le Roy de Navarre; & ſerons à noſtredit fils bon Seigneur & pere. Si donnons en mandement & commandons eſtroittement à nos très-chiers freres Monſeigneur PHILIPPE deſſus dit, & Meſſire Loüis & à tous nos Officiers, conſeillers, chaſtelains, & ſubgez de quelconques eſtat qu'ils ſoient, ou à leurs lieuxtenant, & à chacun d'eulx ſur quanques ils ſe peuvent meſkaire envers nous, que toutes les choſes deſſus dittes, & chacune d'icelles gardent, & facent garder fermement, ſi comme à chacun puet appartenir. Et leur defendons & à chacun d'eux que rien ne facent, ne attemptent, ne ſueffrent, ou conſeillent eſtre fait ou attempté au contraire en quelque maniere ſur les painnes deſſus dittes. Et que ce ſoit ferme & eſtable à tousjours, nous avons fait mettre noſtre ſeel à ces preſentes Lettres. Donné à Saint Denis en France l'an de grace mil CCCLX. ou mois de Decembre.

CXV.

1361. **Vergleich zwiſchen RUDOLPH den IV. Hertzog zu Oeſterreich / dann JOHANN Biſchof zu Baſel / wodurch der Hertzog die Herrſchafft Pfyrt benebſt andern Städten zu Lehen empfanget / mit dem Beding / daß ſolche weder verkaufft / verliehen / noch entfrembdet werden dem benannten Stifft von Baſel.** [LUNIG Teutſch Reichs-Archiv. Part. Special Continuat. I. Abſatz. 4. pag. 14.]

C'eſt-a-dire.

Convention entre RODOLPHE IV. *Duc d'Autriche, &* JEAN *Eveſque de Baſle, par laquelle ledit Duc reçoit de l'Eveſque* JEAN *la Seigneurie de Ferrete en Fief pour lui & pour ſes Freres, avec toutes ſes Villes, Chateaux, Dependances, & appartenances, à condition neantmoins de n'en rien aliener, ni ſouſtraire au prejudice de l'Eveſché de Baſle.*

WIr Rudolph der Vierdte von GOttes Gnaden / Hertzog zu Oeſterreich / Steyer / Kärndten / Herr zu Crain / Graff zu Habſpurg / Pfird / Kirburg / Marggraff zu Burgau und Landgraff zu Elſaß / an unſer Hertzog Friederichs / Hertzogs Albrechts / und Hertzogs Leupolds / unſer Brüder ſtatt / und Wir Johannes von GOttes Gnaden Biſchoff von Baſel thun kund allermänniglich / daß wir umb die Herrſchafft von Pfürt / und dieſe nachgeſchriebene Lehen und Güter / alſo übereinkommen ſeind / lieblich / freundlich / gütlich und williglich / daß wir Hertzog Rudolph Pfürt die Herrſchafft / und was darzu gehöret / und mit Nahmen die Veſting von Pfürt / Burg und Stadt / Zwing und Bann / und alles das darzu gehöret / Blochmund / Löwenberg / Wörsberg / Liebenſtein / Altkirch / Ameratsweiler / Speckbach / Hohenack / Winnek / den Hof zu Sennheim / mit allem ſo dazu gehöret / in- / nen und auſſen / Mann und Dienſt-Mann und die Höfe Dürlisdorff / Welſchweiler / Ruderbach / Alckelch / mit ſeiner Meyerampten / Speckbach / Amerotsweiler / Brunenhaupten / Schweighauſſen; darzu Tan / Stadt und Dorff / als es hie dißhalb den Waſſer liegt / daß da heiſt die Thür / und das Dorff Tamarckelich / mit den Leuthen / Vogteyen / Mayerhmen / Aeckern und Matten / Holtz und Feld / Zwing und Bann / mit allen Gütern und Rechten / ſo darzu gehört / Illfurth den Hof und das Mayerthum Hohenrottern / den Hof und das Mayerthum / und alles was darzu gehöret / mit allen Rechten / die Vogtey zu Maßmünſter / die Burg und die Stadt und die Vorſtadt zu Blumenberg mit allen den Leuten / ſo in der Burg / Statt und Vorſtatt zu Blumenberg ſeyn / und mit allen Dörffern u. Leuthen / die in denſelben Dörffern wohnhafft ſeyn / die zu der vorgenannten Burg und Statt zu Blumenberg gehören / Zwingen und Bannen / Gerichten mit allen Rechten / und zugehörenden und die zu den vorgeſchriebenen Burg und Statt gehören / wie ſie geheiſſen / oder genannt ſeyn / von dem GOttes Hauß von Baſel an / deß die Eigenſchafft allen der vorgeſchriebenen Burgen / Stätten / Dörffern und Gütern / mit allen Rechten hören / in aller der Weiß und Maß / als die Herren von Pfürt ſie an unſere vordere gebracht haben / zu rechten Lehen empfangen haben / mit dem Geding und Beſcheidenheit / daß wir die vorgenannten Lehen und Güter / noch keines unter ihnen / weder verkauffen noch hinleihen / noch entfrembden ſollen noch mögen / in keine Weg / noch die vorgenannte unſere Brüder / noch keiner unter uns / noch keiner unſer oder ihre Leibes-Erben / daß ſie dem ehegenannten Stifft von Baſel entfrembdet und entragen werden / in keine Weg; und da Wir das thäten / davor GOtt ſeye / daß es keine Krafft haben ſolle noch möge; und ſoll auch das dem vorgenannten Stifft von Baſel unſchädlich ſeyn. Wäre auch daß wir und die vorgenannte Unſere Brüder ſtürben ohne Leibes-Erben / Sohn oder Söhne / ſo ſoll es alles dem vorgeſchriebenen Gotteshauß Baſel ledig ſeyn und gefallen / ohne aller unſerer andere Erben Wiederrede. Es iſt auch beredt zwiſchen uns und wollen auch in dem Nahmen als darvor / wäre daß wir oder unſere Brüder Sohn oder Söhne gewunnen / und wir die überlebten / daß es doch alles ſtät ſey und bleibe / daß hie vorgeſchrieben ſtehet / alſo / daß dieſelbe Unſer Söhn / und fürbaß ihre Leibs-Erben / Sohn oder Söhne / dieſelbe Lehen beſitzen ſollen / und darauff warten in aller Maaß / als wir und unſere Brüder dieſelbe ietzund von dieſer Leihung wegen beſitzen / ohne alle Gefehrde: Als auch Wir / der vorgenannte Hertzog Rudolph zu unſer ſelbs und aller unſer Brüder Handen / gemeiniglich die ehgenannte Lehen ietzund empfangen haben / alſo ſollen darnach / ſo wir abgehen / Unſere Brüder / oder Unſer und ihre Söhne / doch ie der älteſte unter ihnen oder jüngern einer / ob der Aelteſte nicht wolte oder möchte empfahen / von einem Biſchoff von Baſel dieſelbe Lehen als dick ſo es zu Schulden kombt und ſich die Hand verwandelt; Wäre aber / daß unſer Brüder / und unſer oder Ihre Söhne / dieſelbe Lehen verſchnäheten / und Sie Ihr keiner nicht fordern und empfahen wolte / ſo ſollen dieſelbe Lehen dem Biſchoff und dem Gotteshauß von Baſel ledig ſeyn gäntzlich und gefallen. Wir haben auch gelobt in Unſerm und der vorgenannten Unſerer Brüder / und aller unſer und Ihrer Leibs-Erben / und die Lehensgenoß ſeyn / Nahmen / und für Uns und ſie / bey guten Treuen / und geloben bey Treuen an Eydsſtatt / und verbinden Uns und Sie allgemeiniglich / feſt und ſtat zu halten / alles das vorgeſchrieben ſtaht / und dar- / wieder weder zu kommen / noch zu thun / noch zu ſchaffen gethan zu werden / in keinen Weg / ohne alle Gefährde.

CXVI.

3. Aouſt. **Kayſers CAROLI IV. Privilegium denen Hertzogen von Oeſterreich RUDOLPHEN, FRIEDRICHEN, ALBRECHTEN und LEOPOLDEN ertheilt / wodurch Er Ihnen die freyheit beſtättet / daß keiner von ihren Unterthanen aus Oeſterreich / Steyer / Kärnthen / Crain / Portenaw und Windiſchen Marck / Schwaben / Elſaß / Sundgau / Ergau / Turgau / Burgunden / Glarus und auf dem Schwartz-Wald / und was mehr zu dieſen Landen gehört / für kein fremdes ſo Reichs- als anders Gericht könne citirt und belanget werden / ohne nur im fall** denegatæ juſtitiæ. **Geben Prag an St. Stephans tag / als er gefunden ward 1361. Mit einer andern Confirmation von eben dieſem Kayſer über dieſes Privilegium Hertzogen Albrecht und Leupolden von Oeſterreich ertheilet. Geben zu Wien am nächſten Sambſtag nach des H. Creutzes tag als es erfunden ward 1366. Nebſt Biſchofs Nicodemi von Freyſingen Transſumptum darüber. Datum Wien 8. A-**

ANNO 1361. pril 1435. [Tiré des Archives Imperiales du petit Thresor de la Regence & de la Chambre à Vienne.]

C'est-à dire

Privilege accordé par l'Empereur CHARLES IV. *aux Ducs d'Autriche* RODOLPHE, FRIDERIC, ALBERT, *&* LEOPOLD, *portant confirmation de leurs Immunités, ſçavoir, Que leurs ſujets d'Autriche, de Styrie, Carinthie, Carniole, Portenau, & Windiſchmarc; Suabe, Alſace, Suntzgauw, Ergauw, Turgauw, Bourgogne, Glaris & Foreſtnoire, & ceux de leurs Dependances, ne pouront eſtre cités, accuſés ni appellés devant aucun Juge étranger, ſoit de l'Empire, ſoit autre, ſi non en cas de denegation de Juſtice. A Prague le jour de l'Invention de St. Eſtienne* 1361. AVEC *La Confirmation de ce Privilege par le même Empereur, en faveur des Ducs* ALBERT *&* LEOPOLD. *A Vienne le Samedi après l'Invention de la Ste. Croix.* 1366. ET AVEC *Le Tranſumpt de ces deux Pieces par* NICODEME *Eveſque de Friſingen. A Vienne le* 8. *Avril.* 1435.

NIcodemus Dei & Apoſtolice Sedis gracia Epiſcopus Friſingenſis & Nos Erhardus Herrant decretorum Doctor, Officialis Curiæ Patavienſis Univerſis & ſingulis ad quos præſentes Literæ ſeu præſens publicum tranſſumptum pervenerint ſeu pervenerit, Salutem in Domino & præſentibus fidem indubiam adhibere, Noverit Univerſitas veſtra, quod honorabilis Vir Dominus Johannes Pauli de Meyrs Licenciatus in decretis Illuſtris Principis & Domini noſtri gracioſi, Domini Alberti Ducis Auſtrie Marchioniſque Moravie &c. Secretarius, coram nobis atque Notariis publicis, & teſtibus infraſcriptis perſonaliter conſtitutus, duás Literas in vulgari theutunico ſcriptas olim Illuſtriſſimi Principis inclite memorie Domini Karoli divina favente clementia Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & Bohemiæ Regis Sigillis rotundis ejusdem Domini Karoli cere communi impreſſis in cedulis pergameneis pendentibus. In quorum ſigillorum quolibet quedam ymago ad modum figure Imperatoris cum certis inſignüs Imperialibus in ſolio Majeſtatis ſedentis, videlicet coronam Imperialem in capite ſurſum elevatam, ac ſceptrum in dextra & pomum cum cruce in ſiniſtra manibus habendo, necnon in ambobus lateribus, quedam aves, ad modum aquilarum quarum quelibet habet alam extenſam a ſurſum & aliam deorſum, una a latere dextro cum clipeo, in quo figuram cujusdam avis cum alis extenſis ad modum aquile volantis, & alia a latere ſiniſtro cum clipeo in quo figura Leonis cum cauda duplicata a tergo ſurſum elevata. Unacum litteris circumferencialibus hujusmodi ✠ Karolus quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemie Rex, a tergo vero eorundem ſigillorum duo alia parva ſigilla de cera rubea, ipſi cere communi impreſſa. In quorum medio figura cujusdam avis cum alis extenſis ad modum aquile volantis cum Litteris circumferencialibus talibus videlicet ✠ *Juſte judicate filii hominum*, ſimiliter ſculpta apparebant, ſigillatas. Quarum tenores inferius deſcribentur, nomine præfati Domini noſtri Ducis in medium exhibuit & produxit, petens debita cum inſtancia hujusmodi Literas tranſſumi & exemplari ac in publicam tranſſumpti formam, eciam cum interpoſitione decreti ordinarie auctoritatis redigi mandari, ſub tali modo & forma, ut hujusmodi tranſſumpto ubique locorum tamquam ipſis Literis originalibus poſſit plenarie fides adhiberi, cum propter viarum diſcrimina aliasque cauſas legittimas, & variabiles eventus ipſe Littere Originales, ad loca ubi ipſorum habetur indigentia, commode ac ſecure duci non valent. Nos igitur Nicodemus Epiſcopus & Erhardus Officialis prefati attendentes petitionem hujusmodi juſtam fore & conſonam rationi, ſupradictas Literas ad nos recepimus ipſasque vidimus, inſpeximus, & unacum Notariis infraſcriptis auſcultavimus diligenter, quibus ſic viſis inſpectis & auſcultatis, easdem ſanas integras & illeſas, omnique prorſus vicio & ſuſpicione carentes repperimus, & invenimus. Idcirco hujusmodi Literas per Notarios ſubſcriptos tranſlumi de verbo ad verbum & exemplari, ac in publicam tranſſumpti formam, nil addendo vel minuendo quod ſenſum variet aut mutet intellectum, redigi mandavimus. Et nos Erhardus Officialis præfatus, Decretum noſtrum auctoritate ordinaria nobis commiſſa, interpoſuimus & interponimus per præſentes. Volentes & auctoritate jamdicta decernentes, ut præſenti tranſſumpto publico tamquam ipſis Literis originalibus ubique locorum in Judicio & extra fides plenarie poſſit & debeat adhiberi. Tenor vero prime Literæ ſequitur & eſt talis.

WIr Karl von Gotes Gnaden Römiſcher Keyſer ze allen Zeiten Merer des Reichs und kung ze Behem / bekennen und tun kunt offenlich mit diſem Brief allen den die in ſehent oder hörent leſen / daß wir vormals zu den zeiten / do wir denn noch Römiſcher Kung waren / ſolich friheit und Recht gegeben und gnad getan haben weilent dem Hochgeborn Albrechten ſeliger Gedächtnüß Hertzogen ze Oeſterreich / ze Steir und ze Kernden / unſerm lieben Oheim und Fürſten und allen ſeinen Sünen und Erben / als ſi auch des von Alters Recht habent / daß niemand irer Lantherren / Ritter / oder Knechte / Mann-Leit noch Diener / edel nog purget / oder wie ſi genant ſind / außer ihren Landen und Steten ze Oeſterreich / ze Steir / ze Kernden / ze Krain / ze Portenaw und auf der windiſchen March / ze Schwaben / ze Elſaßen / ze Suntkow / ze Argow / ze Turgow / ze Burgunden / ze Glarus und auf dem Schwartzen Walde / und was zu denſelben Landen gehöret / geladt noch gezogen werden ſol auß der egenanten Hertzogen von Oeſterreich Gerichten / um dhainerlay Sache für unſer Hoffgericht noch für dhainen unſern Land-frid / noch mit Namen für unſer Lantgerichte ze Rotwil / oder für dhain ander uns Dinkſtat und Gericht / wa uir die von des Heiligen Reichs wegen haben / noch für dhain frembes Gericht / es wäre danne / daß jemand in derſelben Hertzogen von Oeſterreich Gerichten Rechtlos gelaßen würde / und das garkuntlich und on geverde wiſſentlich wäre / der mag ſein Recht wol fürbas vor unſern Gerichten ſuchen / und ſtift anders niemand / darumb haben wir aber nu mit Keyſerlicher Mechte Volkomenheit für uns und für all unſere Nachkomen an dem Heiligen Römiſchen Reiche dem Hochgebornen Hertzogen Rudolfen ze Oeſterreich / ze Steir und ze Kernden / unſerm allerliebſten Eydam und Fürſten / und dem Hochgebornen ſeinen Brüdern / Fridrichen / Albrechten und Lewpolten / Hertzogen und Herren derſelben Landen / unſern ſunderlichen Oheym und Fürſten / und allen iren Nachkomen und Erben ewiglich / die vorgenante Recht / Freyheit und gnad beſtätet und gegeben mit rechter wiſſen / und geben In auch die von müwen dingen recht und redlich mit Krafft dieſer gegenwärtigen Hantveſten / und gebieten auch davon ernſtlich / bei unſern Hulden / allen unſern gegenwärtigen und künftigen Hoffrichtern / Lantrichtern / Lantfriden / und allen die darüber geſetzt ſind oder werdent / und ſunderlich dem Lantrichter ze Rotwil / wer der ye zu den zeiten iſt oder wirdet / und allen andern Richtern / wa die geſeſſen und wie die genant ſein oder genant werden / daß ſie des vorgenanten Hertzogen von Oeſterreich Lantherren / Ritter / Knechte / Bürger / Man oder Diener / edel unedel / für ſich nicht laden durch jemands Clag willen / noch in dheinem weg über ſy richten umb dhainerlay Sache / es ſey danne gar kuntlich und on alle Geverde wiſſentlich / daß der Clager in der egenanten Hertzogen Gerichten Rechtlos gelaßen ſey und Rechtens nicht bekomen mug. Wan wir manen und wollen / daß dieſelben Hertzogen vollentlich bleiben in der egenanten iren Landen und Gerichten / bei allen iren freiheiten / Rechten und gueten Gewonhaiten / die ir Vorderen und ſi von alter gehebt und herbracht habent. Wer aber dawider in dheinen weg vormals getan hätte / oder fürbas tette / und jemanne der in der egenanten Hertzogen Gerichte nicht Rechtlos gelaſſen wäre / gerichtet hette / oder fürbas richtend würde über deſſelben Hertzogen Lewte / das ſol kayne kraft haben; Wan wir das mit Keyſerlicher Macht gentzlich abnemen und vernichten. Mit Urkund diß Briefs / verſiegelt mit unſerm Kayſerlichen Majeſtat. Inſigel / Geben ze Prage nach Chriſtus Geburd drewzehenhundert Jar / darnach in dem eyn und ſechtzigſten Jare an St. Stephans tag als er gefunden wurt / Unſer Reiche / des Römiſchen in dem Sechtzehenden / des Behemiſchen in dem fünfzehenden / und des Keyſerthums in dem Siebenden Jare.

Tenor vero ſecundæ Literæ ſequitur & eſt talis:

WIr Karl von Gotes Gnaden Römiſcher Keyſer / ze allen Zeiten Merer des Reichs und Kung ze Behem / tun kunt offenlich mit diſem Briefe allen den die in ſehen / hören oder leſen / daß wir vormals zu den Zeiten / do wir denn noch Römiſcher Kung waren / ſolich freyhait und Recht gegeben und Gnade getan haben weilent dem Hochgeborn Albrechten ſeliger Gedächtnüß Hertzogen ze Oeſtereich / zu Steir und ze Kernden / unſerm

ANNO 1361.

ANNO 1361. unſerm lieben Oheim und Fürſten/ und allen ſeynen Sünen und Erben/ als ſy auch der von Alter Recht habent/ daß niemand ire Lantherren/ Ritter oder Knechte/ Manne/ Lewte noch Diener/ Edel noch Pürger/ oder wie ſie genant ſint/ außer yren Landen und Steten ze Oeſterreich/ ze Steir/ ze Kernden/ ze Krayn/ ze Portnaw und auf der Windiſchen Marich/ ze Swaben/ ze Elſaß/ ze Sunkaw/ ze Ergaw/ ze Turgaw/ ze Burgunden/ ze Glarus und auf dem Swarzenwalde/ und was zu denſelben Landen gehöret/ geladen noch gezogen werden ſol auß der egenanten Herzogen von Oeſterreich Gerichten/ und dheinerley Sachen für unſer Hofgerichte noch für dhainen unſern Landfride/ noch mit Namen vor unſer Lantgerichte ze Rotwil/ oder von dhein ander unſer Dinkſtatt und Gerichte/ wo wir die von des Heiligen Reichswegen haben/ noch vor dhain fränder Gerichte/ es wäre danne/ daß jeman in derſelben Herzogen von Oeſterreich Gerichte Rechtlos gelaßen würde/ und das gar kuntlich und on geverde wißentlich wäre/ der mag ſein Recht wol fürbas vor unſern Gerichten ſuchen/ und ſuſt anders niemen/ darumb haben wir aber nu mit Keyſerlicher Rechte Volkomenheit/ für unß und alle unſer Nachkomen an dem Heiligen Römiſchen Reiche/ den Hochgebornen Albrechten und Lerpolten/ ze Oeſterreich/ ze Steir/ ze Kernden/ ze Krain Herzogen/ Herren auf des Windiſchen March und ze Portenaw/ Grafen ze Habſpurg/ Kyburg/ Tyrol und ze Phyrt/ Marggrafen ze Burgaw und Lantgrafen in Elſaß/ unſern ſundern lieben Sünen und Fürſten/ und allen uen Nachkomen und Erben ewiclich die vorgenante Recht/ Freyheit und Gnade beſtetigt und gegeben mit Rechter wiſſen/ und geben In auch die von neuen dingen/ recht und redlich mit Keyſerlichen Rechten und mit Kraft diſer gegenwärtigen Hantveſten/ und gebieten auch davon ernſtlichen/ bei unſern Hulden/ allen unſern gegenwärtigen und künftigen Hofrichtern/ Lantrichtern/ Landfriden und allen die dänüber geſetzt ſind oder werdent/ und ſunderlich dem Lantrichter ze Rotwil/ Wer der ye zu den Zeiten iſt oder wirdt/ und allen andern Richtern/ wo die geſetzen und wie ſy genant werden/ daß ſie der vorgenanten Herzogen von Oeſterreich Lantherren/ Ritter/ Knechte/ Pürger/ Manne oder Diener/ edel noch unedel/ vor ſich nicht laden/ durch jemans Clage willen/ noch in dheine wege über ſi richten und dheinerlai/ Sache/ es ſey danne gar kuntlich und on alle geverde wißentlich/ daß der Clager Rechtlos gelaſſen ſey und Rechts nicht bekomen müge. Wan wir mainen und wollen/ daß dieſelben Herzogen völliglich bleiben in den egenanten iren Landen und Gerichten/ und mit Namen in der Grafſchafft ze Tyrol bei allen den egenanten undauch andern iren freyheiten/ Rechten und gueten gewonhaiten/ die ire Vordere und ſy von Alter gehebt und herbracht haben. Wer aber dawider in dheine wege vormals getan hette oder für baß tette/ und jemanne der in der egenanten Herzogen Gerichten nicht Rechtlos gelaſſen wäre/ gerichtet hatte/ oder fürbaßer richtende würde über derſelben Herzogen Lewte/ das ſol kayne Krafft haben/ wan wir das mit Keyſerlicher Macht genzlich abnemen und vernichten. Mit Urkund diß Briefs/ verſiegelt mit unſern Kayſerlichen Majeſtat Inſiegel. Geben ze Wienn nach Gots Geburde dreuhundert Jar/ darnach in dem Sechs und ſechzigſten Jare/ an dem nechſten Samſtag nach des Heiligen Creutzestag als es funden wart/ unſer Reiche in dem zweinzigſten und des Kaiſertums in dem zwelften Jare.

IN cujus rei teſtimonium præſentes Literas ſeu præſens publicum tranſlumptum per Notarios ſubſcriptos exinde fieri, Sigillorumque noſtrorum appenſione fecimus communiri. Datum, & actum Wienne in Domo ſolite reſidencie noſtri Nicodemi Epiſcopi Friſingenſis prælibati in Stubella parva ſub Anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quinto, Indictione tredecima, die vero Veneris Octava menſis Aprilis, hora tertia vel quaſi. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Eugenii divina providentia Pape quarti Anno quinto. Præſentibus ibidem venerabilibus & nobilibus Viris, Magiſtro Petro Pachmulner decretorum Doctore. Johanne Chintlendorffer Barone terræ Auſtrie. Wilhelmo Prawſdorff, Georgio Graſl, & Wilhelmo Potinger Armigeris patavienſis dioceſis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

(L. S.) Et Ego Johannes Clepekch de Laiban Clericus Aquilegienſis dioceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia prædictarum Literarum productioni, exhibicioni & oſtenſioni omnibusque aliis & ſingulis ſupraſcriptis dum ſic ut præmittitur, per præfatos, Reverendum & venerabilem in Chriſto Patrem & Dominos Nicodemum Epiſcopum & Everhardum Herrant Officialem & coram eis agebantur & fiebant, unacum prænominatis teſtibus & Notario ſubſcripto præſens fui, eaque ſic fieri vidi & audivi, præfatasque Literas nil addendo vel minuendo aut mutando, quod facti ſubſtantiam mutet aut variet intellectum, de mandato prædictorum Patris & Dominorum Epiſcopi & Officialis tranſlumpſi, tranſcripſi & cum Notario publico ſubſcripto exemplavi, & quia præſens publicum tranſſumptum ſive præſentes Literas cum dictis Literis originalibus facta tamen per me cum Notario infraſcripto diligenti collacione & auſcultatione præſentis tranſlumpti, ad ipſas Literas originales per omnia inveni concordare, Ideo præſens publicum Inſtrumentum ſive Literas præſentis tranſſumpti exinde conteci & in hanc publicam formam redegi, Meque aliis occupato negociis per alium fideliter ſcriptum hic me manu propria ſubſcripſi, Signoque & Nomine meis ſolitis & conſuetis unacum prælibatorum Patrum & Dominorum ſigillorum appenſione & Notarii publici infraſcripti ſubſcripcione conſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

ANNO 1361.

(L. S.) Et Ego Pangratius Conr. Srambart Clericus Patavienſis Dioceſis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac coram dicto venerabili Patre & Domino Everhardo Herrant decretorum Doctore Officiali, Curie Patavienſis ſcriba, Quia prædictarum Litterarum Originalium productioni, exhibitioni, tranſſumptioni & decreti Interpoſicioni omnibusque aliis & ſingulis dum ſic ut præmittitur per præfatos Reverendum & venerabilem in Chriſto Patrem & Dominos Nicodemum Epiſcopum, & Everhardum Officialem & coram eis fiebant & agebantur, unacum prænominatis teſtibus & Notario Collega meo ſupraſcripto præſens interfui, eaque ſic fieri vidi, & audivi, ideoque præſentes Literas ſive præſens publicum Inſtrumentum cum dictis litteris Originalibus per alium fideliter ſcriptis ſive ſcriptum debiteque collacionatum, nil addito vel mutato quod facti ſubſtantiam variare aut intellectum mutare poſſet, de mandato ſupradictorum Reverendi ac Venerabilis Patris & Dominorum Epiſcopi & Officialis unacum Collega meo ſupranotato tranſcripſi, publicavi, exemplavi & in hanc publicam formam redegi, Signoque & nomine meis ſolitis & conſuetis unacum prælibatorum Patris & Dominorum Sigillorum & appenſione atque Notarii Publici memorati ſubſcriptione conſignavi, in fidem & teſtimonium præmiſſorum rogatus ſpecialiter & requiſitus.

CXVII.

Reunio & Conſolidatio Ducatûs Burgundiæ, & Campaniæ, Toloſæque Comitatuum, nec non Ducatûs pariter Normaniæ ſub certâ conditione cum Regno Franciæ, per JOANNEM *Francorum Regem facta. Datum Pariſiis Menſe Novembri Anno Domini* 1361. [CATEL Hiſtoire des Comtes de Tolouſe Liv. 2. chap. dernier pag. 398.] Novembre.

JOannes Dei gratia Francorum Rex; licet ſceptri regalis imperioſa Majeſtas in apicem Celſitudinis ſurſum elevata ſuorum ſubditorum reique publicæ jugiter invigilet commoditatibus & ſubjectorum commoditate Principis locupletetur potentia, tamen non ad hoc ſolum glorioſæ coronæ jura regalia tenens & ad ejusdem exaltationem magnificam, glorioſam decoramque aſpirans ſuæ conſiderationis perſpicaciſſimos oculos debet erigere. Iſtorum & eorum alterum alterius auxilio ſemper èguit, ut in ſubditorum proſperitatibus gaudeat ſe felicem; & in ſui diadematis exaltatione ſuum ſtabilire imperium. Sanè nos divina favente clementia ſupra Cathedralem regalis præeminentiæ ſublimati Francorum præſidentes glorioſæ coronæ, quam felicibus prædeceſſorum noſtrorum meritis inclitis, inter cæteras hujus orbis dominationes, & regias poteſtates ipſe per quem Reges regnant glorioſius exaltavit, ſcientiarum & aliorum bonorum ſupernis beneficiis victorioſisque tribuit gloriari triumphis. Donec noſtris noviſſimis temporibus idem Rex Regum & Dominus, poſt tam proſpera, in ſignum dilectionis comprobandæ, nobis ſubminiſtravit adverſa, quum hoſtium noſtrorum impietas, exigentibus hominum peccatis, adverſus nos hoſtiliter inſurrexit, & poſt illata per Regni noſtri diverſa climata manifeſta

ANNO 1361. nifesta & non modica dispendia, idem Dominus omnis coronæ nostræ gloriam sugillans per eum sic exaltatum in persona nostra humiliari, & nostram personam hostium nostrorum concludi & captivari manibus voluit & permisit, tandem illo procurante qui est autor pacis & amator libertatis, non modicum nostra corona in sui alienatione patrimonii per nos facta, passa est detrimentum, quod si fieri nobis & publico credidimus expedire, ut quod bellorum calamitas introduxit, præsentis pacis lenitate sopiatur. Quapropter ad nostræ coronæ exaltationem, decorem & Magnificentiam nostræ providentiæ figentes intuitum eidem providere cupientes, notum facimus per præsentes tam præsentibus quam futuris, quod cum nuper per mortem carissimi filii nostri Philippi Ducis Burgundiæ, &c. Ducatus Burgundiæ, cum juribus & pertinentiis universis nobis in solidum, jure proximitatis, non ratione coronæ nostræ, debitus, ad nos fuerit devolutus, & in nos jure successorio translatus ac à nobis tanquam noster acceptatus, ipsum eundem Ducatum Burgundiæ ac Comitatum Campaniæ, nec non Comitatum Tolosæ ad nos pleno jure spectantes, cum ipsorum singulorum juribus & pertinentiis universis nostræ felici Francorum coronæ de nostra certa scientia & authoritate Regia donamus & inseparabiliter conjungimus, & solidamus, juribus dictæ nostræ coronæ dictos Ducatum Burgundiæ, Comitatus Campaniæ & Tolosæ, ex nunc applicantes, appropriantes & nostra ea jura innovantes, & sic solidatos in perpetuum dictæ Coronæ per præsentes volumus ac decernimus unitos, quoscunque alios successores in eisdem Ducatum & Comitatibus, præter futuros Reges Francorum, in perpetuum excludentes, insuper dictæ nostræ coronæ augentes insignia Ducatum Normaniæ volumus in modum qui sequitur, nostræ coronæ sociari. Nam cum dictus Ducatus Normaniæ de præsenti sine cujusque injuriis dictæ nostræ coronæ uniri nequiret seu consolidari, cum eodem Ducatu Carissimus noster primogenitus Carolus Delphinus Viennensis ex dono Regio per nos sibi facto jam plurimis temporibus fuit & sit investitus, & eidem ejus reale quæsitum quem legitimum possidentem sicut nec alium quemcumque spoliare non intendimus, ipsum tamen Ducatum Normaniæ tunc nostræ dictæ coronæ uniendum & consolidandum volumus & disponimus altero duorum casuum subsequentium eveniente, videlicet quando nobis præsenti vita functis dictus primogenitus noster in Regno successor extiterit à quo tunc consolidandum jubemus & tamen ipsum quantum possumus obligamus, cum insignia coronarum susciet, præstare tunc juramentum, quod nunquam per ipsum inter ea sic unita & conjuncta aliqua generabitur divisio seu scissio, pro quibus omnibus & singulis adimplendis totaliter & complendis dictum primogenitum carissimum nostrum juramento volumus astringi, & super hoc per ipsum de præsenti solemne præstari corporaliter juramentum, vel si, quod absit, ordine mortalitatis turbato, nobis adhuc vita fungentibus, dictus noster primogenitus diem suum clauderet extremum, dictum Ducatum Normaniæ tunc uniemus, consolidabimus, & unire seu in perpetuum consolidari tunc promittimus, prout in dictis Ducatum Burgundiæ, & Comitatibus Campaniæ & Tolosæ superius est expressum. Promittentes sub fidelitatis juramento, quo eidem nostræ coronæ sumus obligati, contra hujusmodi dispositionem & ordinationem prædictas seu contra aliqua præmissorum aliqua via directe vel exquisito colore per obliquum & indirectè vel directè non venire vel contrarium attentare. Quæ sic fieri & impleri jam ad Sacro-Sancta Dei Evangelia manibus supra elevatis juravimus solemniter & servari, & ad quæ perficienda & observanda perpetuo nos, & futuros successores nostros Reges Franciæ, obligamus & volumus esse adstrictos, ac dum insignia coronationis recipient ad prædicta juramenta renovanda per eosdem modo & forma prædictis ipsos teneri volumus per præsentes, ad quorum fidem omnium ac pleniissimam confirmationem, nostrum præsentibus Litteris fecimus apponi Sigillum. Datum in Castro nostro de Lupara prope Parisiis, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, mense Novembris, per Regem in suo Consilio.

CXVIII.

ANNO 1363. 23 Juillet.

Instrumentum de Donatione GALEATII *de Salutiis factâ Amadeo Comiti Sabaudiæ de omnibus terris, ac bonis suis, nec non de eorum Infeudatione per dictum Comitem Sabaudiæ in continenti facta in favorem ejusdem* GALEATII, *juramento, atque osculo interveniente, cum expressione fidelitatis & Homagii ligii. Actum apud Verzozlium 23 Julii Anno 1363. Indictione I.*
[Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantouë.]

ANNO 1369. mains, nonobſtant que nosdits predeceſſeurs ayent acquis le domaine & nous fera derechef noſtredit Couſin de Flandre hommage de la Comté de Flandre, & desdites villes, chaſteaux, chaſtellenies de Lille, Douay & Orchies & des appartenances & d'appendances d'icelles adjoinctes a icelle Comté, a tenir en un hommage & en pairie comme dit eſt, en la maniere que derrainement il nous fiſt hommage de ladite Comte de Flandre. Et noſtredit Couſin de Flandre nous aſſeure & oblige lui, ſes hoirs & Succeſſeurs & tous les biens, terres & poſſeſſions quelconques preſens, & advenir, de luy & des ſes hoirs & Succeſſeurs quelque part qu'ils ſoyent en dedans noſtre Royaume de rendre & bailler à nous & à nosdits Succeſſeurs Roys de France lesdits chaſteaux, villes & Chaſtellenies appartenances & appendances de Lille, Douay & Orchies, au cas que les conditions deſſus dites advenoient, que Dieu ne veuille, & que on les rachapteroit par la maniere deſſus dite, Et quand a ce ſubmis ſoy, ſesdits hoirs & Succeſſeurs, & lesdits biens & terres de luy & d'eux a la jurisdiction & contrainɛte de nous & de nos hoirs & Succeſſeurs Roys de France & de noſtre Cour. Par lesquels ſesdits hoirs & ſucceſſeurs ſeront a ce contraincts & non autrement, ledit rachapt premierement fait par la maniere que deſſus eſt dit & les hoirs & ſucceſſeurs de noſtredit Couſin de Flandre ayent premierement reellement & de fait la poſſeſſion paiſible de laditte recompenſation deüement faite & ſans fraude. Et par eſpecial ſe les hoirs de noſtredit Couſin de Flandre eſtoient deſaillants de rendre & bailler lesdites Villes, Chaſteaux, Chaſtellenies & appertenances de Lille, Douay & Orchies & des appendances quelconques que a, donc nous & nos Succeſſeurs Roys de France pourrions s'il nous plaiſoit, ſaiſir & arreſter toutes leurs terres, biens, & poſſeſſions deſſus dites, & contraindre lesdits hoirs de noſtredit Couſin de Flandre par toutes Voyes raiſonnables, par noſtre jurisdiction temporelle, & non autrement, afin que lesdites villes, chaſteaux & chaſtellenies, appartenances & appendances d'icelles nous fuſſent rendues, & iceles rendues, nous & nos Succeſſeurs Rois de France ſeront tenuz en bonne foy de tantoſt oſter & mettre au neant lesdits arreſts & ſaiſines, & tous autres empeſchemens mis aux terres, biens & poſſeſſions deſſus dites ſans nul contredit, & par la maniere & ſur les conditions & reſervations deſſus declarez Nous avons tranſporté, & tranſportons en la main de noſtredit Couſin de Flandre & de ſes hoirs & Succeſſeurs Comtes & Comteſſes de Flandre pour les deſſusdits dix mille de terre, les Villes, Chaſteaux & Chaſtellenies de Lille, Douay & Orchies, & toutes leurs appartenances & appendances quelconques, ainſi que ſes predeceſſeurs Comtes de Flandre les tenoient au temps qu'elles furent tranſportées és mains de nos predeceſſeurs Roys de France, & lui baillons la poſſeſſion par la tradition de ces preſentes, Et avec ce voulons & conſentons expreſſement pour nous nos hoirs & Succeſſeurs Roys de France, que touttes lettres, munimens que nous avons ou pouvons avoir ou autres pour nous de noſtredit Couſin de Flandre ou de ſes predeceſſeurs, ou du pays de Flandre touchant en quelconque maniere que ce peut eſtre le tranſport faiɛt a nosdits Predeceſſeurs Roys de France par lesdits predeceſſeurs Comtes de Flandre desdicts Chaſteaux, Villes, Chaſtellenies de Lille, Douay & Orchies & des appartenances, & appendances d'iceux quelconques, ſoient nulles & de nulle valoir, & des maintenant les annullons, & caſſons, cognoiſſons & voulons eſtre de nul effect, force & vertu, ſur quelconques teneur qu'elles ſont faiɛtes, entant comme elles peuvent ou pourront eſtre au temps advenir contraires, ou prejudiciables aux choſes deſſusdites ou aucunes d'icelles, Nous ne nos hoirs & Succeſſeurs ne autres pour nous ne pour nosdits hoirs & Succeſſeurs, ne nous puiſſions ayder par quelque maniere que ce ſoit à l'encontre des choſes deſſusdites. Et parmy le bail, don & tranſport que nous avons faiɛt à noſtredit Couſin de Flandre desdiɛtes Villes, Chaſteaux, & Chaſtellenies de Lille, Douay, & Orchies, & des appartenances & appendances quelconques ſi comme dit eſt deſſus, & parmy auſſi la poſſeſſion d'icelle que nous luy en avons baillie & baillons par la teneur de ces lettres, & ſerons bailler reaulment & de fait, Nous & nosdits Succeſſeurs Roys de France & tous autres pour ce obligez, ſommes & ſerons quiɛtes & paiſibles envers noſtredit Couſin de Flandre ſes hoirs & Succeſſeurs desdits dix mille livres de terre à nous par luy demandées comme diɛt eſt, & n'en pourront noſtredit Couſin de Flandre, ſes hoirs & Succeſſeurs jamais faire demande ne pourſuitte à nous ne à nos hoirs & Succeſſeurs Roys de France: Toutes leſquelles choſes deſſusdites & chacune d'icelles ainſi que deſſus ſont declarées de poinɛt en poinɛt, Nous pour nosdits hoirs & Succeſſeurs Roys de France, avons promis & promettons en bonne foy & leaulté, & parole de Roy, tenir, garder & accomplir de poinɛt en poinɛt ſans enfraindre: Et que nous, nosdits hoirs, & Succeſſeurs ne venrons par nous ne par autre en aucun temps advenir à l'encontre: Et à ce obligons leallement & en bonne foy nous, nosdits hoirs & Succeſſeurs Roys de France ſans fraude, nonobſtant que lesdits Chaſteaux, Villes, & Chaſtellenies de Lille, de Douay & d'Orchies, & les appartenances & appendances quelconques d'icelles fuſſent appliquez au domaine de la Couronne de France, & en & d'iceluy domaine ayent eſté & demeuré par long temps, quelconques Privileges, graces, revocations generaux & eſpeciaux que nous ou nos predeceſſeurs ayons donné ou fait, nous ou nosdits hoirs & ſucceſſeurs faſſions ou puiſſions faire ou temps advenir par droit Royal ou autrement, des dons, allienations faits ou à faire du domaine de noſtredite Couronne, quelconques autres dons ou graces faits à noſtredit Couſin de Flandre ou a ſes predeceſſeurs par nous ou nosdits Predeceſſeurs Roys de France, qui iceux autres dons & graces ne ſoient ſpecifiez & eſclaircis en ces preſentes; Et quelconques Conſtitutions Edicts, Ordonnances, Couſtumes, ſtiles ou uſages de noſtredite Cour de France, ou autres choſes quelconques à ce contraires, leſquelles renonciations, Couſtumes, Edicts, Conſtitutions, Ordonances, Stiles, Uſages, Privileges, Graces, & toutes autres choſes tant comme ils ſont ou pourroient eſtre contraire au prejudice aux choſes deſſusdites ou aucunes d'icelles, Nous de noſtre auɛtorité & puiſſance Royalle caſſons, rapellons, & mettons du tout au neant pour nosdits hoirs & ſucceſſeurs. Et afin que ce ſoit ferme & ſtable à toujours, nous avons en teſmoing de ce fait mettre noſtre ſeel à ces lettres. Donné a Paris le 25. du mois d'Apvril, l'an de grace mil trois cents ſoixante neuf, & de noſtre Regne le ſixieſme. Elles eſtoient ainſi ſignées. Par le Roy en ſon Conſeil P. Blancher.

ANNO 1369.

CXXV.

Edictum Romanorum Imperatoris CAROLI IV. *Quò Marchionatus* Luſatiæ *à ſua Majeſtate coemptus & comparatus, cum omnibus juribus, feudis, jurisdictionibus, & pertinentiis, nec non Dominiis Milberg, Strel, & Werdenheim, de Conſilio Electorum atque plenitudine poteſtatis Imperialis, Regno & Coronæ Bohemiæ incorporatur. Porrò etiam de citando hujus Marchionatus incolas ad aliena judicia univerſaliter prohibetur; Tum etiam adverſùs hoc Edictum attentata vel attentanda annullantur, nec non pœna talium transgreſſorum ſtatuitur. Datum Pragæ* 1. *Aug.* 1370. [LUNIG Teutſches Reichs-Archiv. Par. Spec. Contin: I. Abſ. p. 240.

1370. le 1. d'Aouſt.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter Amen. Carolus IV. Dei favente clementiâ Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam. Inter meditationes alias, quæ noſtræ mentis oculis variis modis occurrunt, etiam huc præcipuè conſideratio noſtra dirigitur, qualiter *ad honorem Dei Omnipotentis & S. R. Imperii decus & gloriam, Regnum & Corona Bohemiæ* augmento felici proficiant, & noſtræ diligentiæ laboribus augeantur. Ut in hoc celebris & recolendæ memoriæ progenitorum noſtrorum imitemur veſtigia & noſtros hæredes & poſteros conſola-

ri

ANNO 1370. ri poſſimus, & magnificatis Rege & Coronâ prædictis ſub Magnifici Regis potenti Regimine, ſubjectus nobis populus in amantiſſimæ pacis ſpecioſa pulchritudine conquieſcat. Sanè cum aliàs inſignis Principatus *Marchionatûs Luſatiæ*, cum certis aliis terminis, eidem & vicinis Regionibus ex præcedentium debili quidem Regimine & inordinato, adeò, ut ſeditionum & aliarum tempeſtatum adeò graventur periculis in manifeſtam circum adjacentium Dominiorum perniciem, ut etiam ex his præfatorum Regni & Coronæ Boëmiæ deberent non immeritò gravia diſpendia formidari. Nos ad procurandum commoda quietis tranquillæ ſupradictum *Marchionatum Luſatiæ*, nec non Dominia, videlicet *Milberg*, *Strel & Werdenheim*, cum ſuis pertinentiis à veris atque legitimis *Principibus*, *Dominis & Poſſeſſoribus* eorum comparavimus & emimus noſtrâ pecuniâ *ad gloriam S. R. Imperii & Regni noſtri atque Coronæ Regni Boëmiæ* commoda pariter & tutelam. Ideoque animo deliberato, ſano *Principum*, *Comitum*, *Baronum ac Procerum Sacri Imperii fidelium noſtrorum* accedente conſilio, de Imperialis poteſtatis plenitudine, ac de certa noſtra ſcientia, inſignem atque illuſtrem Principatum antedictum *Marchionatûs Luſatiæ* nec non Dominia *Mülberg*, *Strel & Werdeim* cum omnibus civitatibus, Vaſallis, Vaſallatibus, feudis, feudatariis, judicibus, ſcultetis, civibus, ruſticis, Emphyteutis ad glebam adſtrictis & univerſitatibus Civitatum, Oppidorum, Villarum & locorum quorumlibet, cum agris cultis & incultis, viis, inviis, nemoribus, virgultis, rubetis, paſcuis, pratis, venationibus, aucupationibus, aquis aquarumque decurſibus, ſtagnis, lacubus, paludibus, piſcinis, piſcaturis, molendinis, cenſibus, reditibus, proventibus, obventionibus, utilitatibus, honorantiis, emolumentis, theloneis, conductibus, ungeltis, taliis, exactionibus, Judiciis, Jurisdictionibus, altis & baſſis, pœnis & mulctis, de Judicio provenientibus, ſeu aliàs undecunque, monetis, & auctoritate cudendi monetas auri, argenti, *groſſorum Hallenſium ſeu alterius Cuni*, *impreſſoris ſeu characteris cujuscunque*. Quam quidem autoritatem per antedictum *Marchionatum Luſatiæ*, & Dominia *Mülberg*, *Strel & Werdenheim* & eorum pertinentias univerſas, plenè extendi volumus, ubicunque etiam nos, hæredes, prohæredes, poſteri aut ſucceſſores noſtri *Bohemiæ Reges*, qui pro tempore fuerint, ſtatuere ac ordinare decrevimus, antedictam monetam cudendam fore, ſeu quomodolibet faciendam, nec non metis, gradibus, granitiis, limitibus & omnibus circumferentiis ſuis, ſicut ab aliis aliorum quorumcunque bonis circum adjacentibus, circumferentialiter ſunt diſtincta, Dominiis directis & utilibus, homagiis, homagialibus, atque auri, argenti, ſtagni, cupri & alterius cujuscunque metalli mineris, Judæis quoque, cameræ noſtræ ſervis, tributis & ſervitutibus eorum & omnibus aliis in, ſub, & ſuper terra conſiſtentibus, quibus etiam poſſint, ſeu valent ſpecialibus vocabulis deſignari, antedicto *Regno noſtro Bohemiæ & ejusdem Regni noſtri Bohemiæ felicis Coronæ*, *Majeſtatis noſtræ hæredibus & prohæredibus*, *poſteris ac ſucceſſoribus noſtris Bohemiæ Regibus* in perpetuum *auctoritate Cæſarea* & *de Imperialis* poteſtatis plenitudine adjungimus, attribuimus, incorporamus, inviſceramus, & unimus perpetuò & irrevocabiliter ſub modo, Jure & forma ſicut hoc unquam facere poſſumus meliori.

Attentius decrevimus, & de hoc Edicto Cæſareo dignum duximus perpetuo ſtatuendum: Quod nullus Princeps Elector ſeu alter Princeps, Dux, Marchio, Comes, Baro, Miniſterialis, miles, cliens, Clericus ſive Laicus, Civis aut civilis univerſitas, ſive clericale Collegium, ſive alia quæcunque perſona Eccleſiaſtica vel ſæcularis cujuscunque dignitatis, Excellentiæ, præeminentiæ, Nobilitatis ſeu conditionis exiſtant, quoscunque homines noſtros *Marchionatûs Luſatiæ*, & Dominiorum expreſſatorum ſuperiùs, cujuscunque etiam gradûs, Statûs aut conditionis exiſtant, pro quacunque cauſa Civili, criminali ſeu mixta, ad alia quæcunque Judicia ſæculiaria, quorumcunque Judicum, extra Marchionatum Luſatiæ præfatæ, & Dominiorum prædictorum, diſtrictus, Judicia ſeu Territoria, citare ſeu evocare præſumat, ſeu quemcunque hominem etiam reum notorie, aut quem in ipſo maleficio actuali fugitivo pede conantem evadere, fuerint perſecuti, de prædictis Marchionatu atque Dominiis & eorum judiciis potenter auferre præſumant, aut illum alibi judicare, niſi de judicum & officialium noſtrorum ibidem quorum interfuerit mandato, ſcientiâ ſeu licentiâ ſpeciali, Inhibemus etiam auctoritate præfata omnibus & ſingulis in *præfato Marchionatu*, nec non in *Mulberg*, *Strel & Werdenheim*, Dominiis & eorum pertinentiis reſidentibus, ne ſuper bonis, poſſeſſionibus & rebus quibuscunque ſitis, in terris, diſtrictibus, territoriis & pertinentiis *Marchionatûs*, & Dominiorum hujusmodi, aliqui præterquam coram noſtris Judicibus quorum interfuerit Conſiſtoriis, & ſcamnis judiciorum noſtrorum audeant reſpondere. Quod omnes & ſinguli cujuscunque gradûs, Statûs, præminentiæ ſeu conditionis exiſtant, qui ſe adverſum noſtros ſubditos jus, aut actionem habere contenderint, ibidem & non alibi reneantur accipere juſtitiæ complementum, in defectum verò juſtitiæ puta, ſi judices noſtri in adminiſtranda juſtitia (quod abſit) negligenter jus redderent, aut ſi propter iniquitatem ſententiæ, ſe aliquis quereretur oppreſſum, ex tunc liceat ei, cujus interfuerit, in caſu dictorum gravaminum, ad noſtrum hæredum & ſucceſſorum noſtrorum *Regum Bohemiæ* auditorium appellare, qui demum cauſam ſeu cauſas hujusmodi delegare poterunt alicui fide digno, ex ſuis ſubditis fine juridico terminandum, à cujus tamen ſic delegati ſententia, non alias, ad *Illuſtrium Bohemiæ Regum*, qui pro tempore fuerint, *Regalem Cameram* aliquâ ratione concedimus appellari, reſervatâ nihilominus nobis, *hæredibus & ſucceſſoribus noſtris Regibus Bohemiæ* facultate, & poteſtate liberâ, quoscunque homines *Marchionatûs Luſatiæ in Mülberg*, *Strel & Werdenheim*, Dominiorum & pertinentiarum omnium, dum & quoties nobis placuerit, quacunque ratione ſeu cauſâ, pro noſtro beneplacito ad noſtri præſentiam evocandi, ſeu per judices noſtros citari conſtituendi, ſicut *Regni Bohemiæ* antiqua & dudum obſervata tenet conſuetudo.

ANNO 1370.

Si quod adverſùs prædicta ſeu alterum ipſorum in contemptum Imperialis noſtri decreti, nec non in *Regum*, *Regni & Coronæ Bohemiæ* præjudicium fieret per quemcunque, in quacunque dignitate honore & ſtatu manente: Nos omnia & ſingula attentata ſeu attentanda, quocunque modo ſeu qualitercunque fierent, annullamus, caſſamus, deſtruimus, & auctoritate Imperiali, ac de certa noſtra ſcientia Juribus vacuamus, & pro non factis habere volumus. Neque ex his aliquem ad obſervandam ſatisfactionem ſeu quodcunque aliud quomodolibet volumus obligari. Si quis verò in terra noſtra prædicta, reſidentiam faciens, aut bona, res & poſſeſſiones habens, ibidem ſe in præjudicium noſtri *Marchionatûs Luſatiæ*, & Dominiorum, quæ ſunt expreſſata ſuperiùs, ad aliena judicia traxerit, ſeu alibi reſidens de poſſeſſionibus ſuis ſitis ibidem, ſub alterius cujuscunque judicio duxerit reſpondendum, & ſi quæ perſona de rebus ad dictum *Marchionatum Luſatiæ*, & prædicta Dominia pertinens, homines noſtros, ad aliena judicia citaverit, decrevimus, & hoc Imperiali perpetuo ſancimus edicto, quod Citatores hujusmodi, & qui ſe alterius cujuscunque protectioni commiſerint, ſeu qui tales in protectionem ſuſceperint; aut quilibet eorum ſpecificè & ſingulariter Drachmas 40. puri auri, nomine pœnæ componant ab eisdem, & eorum quolibet, quoties contra factum fuerit irremiſſibiliter exigendas, quas Illuſtrium *Regum*, & prædicti *Regni & Coronæ Boemiæ* uſibus decernimus applicandas. Non obſtantibus quibuscunque Privilegiis, literis ab Imperio Sacro ſeu aliunde obtentis, libertatibus, exemptionibus, vel indultis, Statutis, reformationibus & juribus communibus, municipalibus ſeu privatis editis ſeu edendis impoſterum, loquentibus in contrarium. Quibus omnibus ſi & in quantum præſentibus adverſari, ſub quibuscunque etiam verborum expreſſionibus, dici vel enucleari valeant, ac ſi etiam de his jure vel conſuetudine debeat in præſentibus de verbo ad verbum fieri mentio, ſpecialis auctoritate Imperiali, & de Cæſareæ poteſtatis plenitudine, ac de certa noſtra ſcientia derogamus. Nulli ergo penitus horum liceat hanc noſtræ incorporationis, inviſcerationis, unionis, decreti, inhibitionis, Statuti pœnarum, adjectionis & derogationum paginam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario contraire ſub pœna 1000. *librarum auri puri*, quas ab eo, & ab his qui quavis præſumptione contravenerint, ſuper omnes pœnas adjectas ſuperiùs, quas in ſuo robore ma-

ANNO 1370. manere noſtra decrevit ſerenitas; ſtatim & immediate componi, & irremiſſibiliter exigi volumus, toties quoties fuerit contrafactum. Et earum mediatem Imperialis ærarii, ſive fiſci, reſiduam verò partem *Regum Boemiæ*, qui pro tempore fuerint Cameræ ſeu uſibus applicari.

Signum Sereniſſimi Principis & Domini Domini

CAroli IV. Romanorum Imperatoris, Inviƈtiſſimi & Glorioſiſſimi *Boëmiæ Regis*. Teſtes Dux Saxoniæ *Rudolphus* S. R. Imp. Archicamerarius & Principes Electores, Venerabiles: *Joannes* Pragenſis Eccleſiæ Archi Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus, *Albertus* Magdeburgenſis Archi-Epiſcopus, *Joannes* Olomucenſis Epiſcopus S. Imperialis Aulæ Cancellarius, *Lampertus* Spirenſis, & *Petrus* Lütomiſlenſis Eccleſiarum Epiſcopi, Illuſtres: *Joannes* Marchio Moraviæ, *Rupertus* Lignicenſis, *Joannes* Oppavienſis. *Bolko* Oppolienſis & *Henricus* Lithuaniæ Ducès ſpeƈtabiles: *Fridericus* Burggravius Nürnbergenſis, *Joannes & Ulricus Landgravius* Leuchtenbergenſis, *Ulricus* de Helffenſtein, *Joannes & Burchardus* de Recz, *Eberhardus* de Chuſſin, Dominus in Bedefort & in Soiſſon, Comites; Nobiles: *Petrus* de Wartenberg, Imperialis Cameræ noſtræ Magiſter, *Borſſo* de Kolditz Capitanei terrarum noſtrarum Bavariæ & Franconiæ, *Thymo* de Kolditz Capitaneus Terræ noſtræ Poloniæ, *Andreas & Beneſſus* Fratres de Duba, *Haſco* de Zvirzetic, Imperialis Cameræ noſtræ Magiſter, *Wanko* de Wartenberg, & *Paulus* Cameræ noſtræ *Regalis Bohemiæ* Notarius, & alii quam plures noſtri Imperii Sacri Nobiles & fideles. Præſentium ſub Imperialis Majeſtatis noſtræ ſigillo teſtimonio Literarum. Datum *Pragæ*, Anno M. CCC. LXX. Indiƈtione 8. Calendas Auguſti, Regnorum noſtrorum Anno 25. Boëmiæ 24. Imperii 16.

CXXVI.

1371. 18. Fevrier. *Verbont tuſchen de Steden van Brabant om hunne Princen ghetrowelyker te konnen byſtaen, het Land te helpen bewaeren, ende hunne Privilegien, Charteren en Vryheden te mainteneren. Ghedaen te Bruſſele den* 18. *Februarii* [Le Luſtre & la Gloire du Duché de Brabant, ſous l'an 1371. pag. 144.]

C'eſt-à-dire:

Confederation *entre les* Villes de Brabant *pour d'autant plus fidellement aſſiſter leurs Princes, aider à garder le Païs, & maintenir leurs Privileges, Chartres, & Libertés. Fait à Bruxelles le* 18. *Fevrier* 1371.

IN den Naem t' s' Vaders, t' Soens ende t' s' Heylighs Geests. Wy Commoingimeesters, Schepenen, Ghesworne Raedt, ende alle de goede lieden ghemeinelec van den Steden en Vryheiden hier nae beschreven, dats te wetene: van Lovene, van Bruſſele, van 's Hertoghen Bosche; van Thienen, van Leuwe, van Nivele, van Liere, van Vilvoorden, van Herenthals, van Geldenaken, van Landenen, van Dormale, van Hanuyt, van Geneppe, van Turnhout van Archodt, van Zichene, van Berghen op den Zoom, van Steenberghen, van Dieſt, van Tervueren, van Overeysche, van Aſche, van Merchtene, van Duysborge, van Wavre, van Graven, van Eyncourt, van Helmont, van Eyndhoven, van Oeſterwyck, van Oerschot, van Sente Oedenrode, van Waelwyck, van Oerle, van Oerſele, van Gembloers, van Rode bi Halle, van den Capellen op den Bosche, van groot Adorp, van Eyghenbrachene, van Geeſt, Ageropont, ende van Noedenbecke, voer ons, ende voer d'andere Steden en Vryheiden van den Lande van Brabant, ende in den name van hen, doen cont allen de ghenen die nu zyn ende naemals wese ſelen.

Dat want onſen lieven Heeren wilen Hertoghen in Brabant, dier Godt ghenadigh zy, omme Saligheydt van haere ſielen, der ſielen van haren Voorderen, ende naercommelinghen, ende oocc omme noet, orboere ende proffyt haers ſelfs, haers ghemeyns Landts, ende haere goede lieden, arme ende ryke, ghemenelyck omme volcomme redene, Wet, ende Vonniſſe te doene; enen yghelycken ghegeven hebben hueren goeden liede, ende lande van Brabant ghemeneleck alrehande Rechte; Vryheiden, Charteren ende Privilegien, ende ſunderlinghe den Chartere van Cortenberghe, ende den Walſchen Chartere, te houdene ende te ghebruykene huere Uſagien ende Heerbringhen. ANNO 1371.

De welke Rechte, Vryheiden, Charteren, Privilegien, Uſagien, ende Heerbringhen voorſz. onſe lieve gheduchte ende ghenedighe Heere ende Vrouw Hertoghe ende Hertoginne in Brabant nu zynde, gheconfirmeert, gheratificeert, ende gheloeft hebben te houdene, ende oick ons bevolen hebben te houdene, ſonder daer jeghen te doene, ochte te doen doen in eenigher manieren.

Ende hebben ghewillecoert ende gheconſenteert, waert dat zy, haren oir, ochte, naecommelinghen hier jeghen ginghen, daden, ocht daden doen, hoe ende in wat manieren dat dat ware, dat men hen, huren oir nochte naecommelinghen nimmermeer dienſt noch hulpe doen en ſal, noch onderheerigh zyn, tot dier tyt dat zy dat weder doen hebben ende afflaten volcomelec.

Wy dien aenſiende, hebben die grote eere, nutſchap, prouffyt ende openbaren orboere ons liefs Heeren, ende Vrouwen voorſz. ende heurs Landts van Brabant, ghemeinelec aenſiende oick dat bevelen onſer liever Heeren willen waren ende de gheloeften van hen, ende oick van onſen lieven Heeren ende Vrouwen van Brabant, nu zynde, ende alle dat zi er toe ghedaen hebben, midts den welcken wie ende alle die van den Lande van Brabant, ghemeineleck, alle die ſaecken ende rechten voorſz. houden moeten, ocht anders wy groteleck misdaden jeghen huere Heerleckheyt, ende jeghen hueren ghemeynen Lande van Brabant.

Merckende oick dat ghene ſaken die gheſchiet moghen zyn, ocht gheſchiet zyn van yemene ſunderlinghe daer jeghen zyn moghen, ochte die brecken in enigher manieren, ende omme die grote trouwe, Gonſte ende vrintſchap die wy altoes ghedraghen hebben ende draghen ſelen alst Wale recht es, tot onſen lieven Heere ende Vrouwen voorſz. tot hueren oere, ende naecommelinghen Hertoghen in Brabant, ende om des te ſtercker ende te mechtigher te ſinē, hen ende hueren goeden Lande van Brabant te dienene, ende te doen alſe goede ghetrouwe liede de welck wi ſonder goede eendrechtigheydt ende gheſtedighe vrintſchap te hebbene onderlinghe ende te houdene, niet ghedoen nochte volbrenghen en konnen.

Soe eeſt dat wie alle te gader ende elck ſunderlinghe gheloeft hebben, gheſekert, ende gheſworen, gheloven, ſekeren, en ſweiren bi allen dien beveelene ende gheloften die wy onſen leven Heeren ende Vrouwen hier op ghedaen hebben, bevoelen ende gheloift, ghelyck die Brieven ende Veſtingen boven verclaert daer op ghemaeckt volcomelieker in hebben, te blivene alſe goede ghetrouwe lieden ten eeuwighen daghen, behoudelyck altoos onſen lieven Heeren ende Vrouwen ende haeren ghe-rechten oere Hertoghen in Brabant hueren rechte.

Ende behoudelyck oock dat wy Commoingimeeſters, Schepene, Ghesworne, Raedt ende goede liede gemeneleck vander Stadt van Loven, ons des Raets van Cortenberghe niet aenckeren noch onderwinden en ſelen voer ander tyt dat het Point van den Chartere van Cortenberghe vercleert zy met onſen lieven Heere ende Vrouwe met hueren goeden Rade, ende metten Steden ende Lande van Brabant, dats te wetene dat Point ende dat zy daer mede doen ende ordineren ſalen, dat dat vaſte ende gheſtade blyve, ſonder nimmermeer daer jeghen te doen, ocht te commene van onſen weghen, het enware dat onſen lieven Heere ende Vrouwe voorſz. ghenueghde ons onſe beſegelte daer op ghedaen, weder te ghevene by haren ghenade.

Ende ghevielt alzoo, dat Godt verhueden moet, dat ons, oft eenighen van ons, ocht enighen ſingulieren Perſonne der voorghenoempde Steden, ende Vryheiden, ocht jemen anders van den Lande van Brabant, die bi den voorſz. rechte ende eendrachtigheiden bleven waren, enighen laſt toe

quame

ANNO 1371. quame, ocht daeromme worde aengheſprocken ocht yet gheſchiede in eenigher manieren, om de voorſz. Saken, rechte ende eendrachtigheiden wille, dat wi alle te gader ende elck ſonderlinghe dat ſouden vervolghen helpen, draghen ende weder ſtaen, ende daer aff malcanderen verantwerden voere enen jeghelycken t'allen tiden dats noet waere, ghelyck oyck d'ander Verbonde ende endrachtigheiden die van ouden jaren onder ons gemaeckt zyn, verclaert, ende in hebben.

In orconden ende gheſtadigher Veſtinghen allen der dinghen ende elcker ſunderlinghe hier boven beſchreven, hebben wy, uyt gheſcheyden der Stadt van Nyvele die gheenen propren ſeghele en heeft, voor ons, ende in de name ende voer die Stadt van Nyvele voorſz. ter ernſtigher beden ende vorſueck van hen deſe jeghenwoordighe Letterren, elck met zynre Steden ende Vryheiden uythanghenden ſeghel beſeghelt.

Ende wy Schepenen Gheſwoerne, en alle goede lieden ghemeynleck der Stadt van Nyvele voorſz. want wy ghenen propren Seghel en hebben, maer tot hiere toe gheuſeert hebben in onſen ſaken Cyrographen, ſoe hebben wy ghebeden onſe gheminden, den goeden Steden ende Vryheiden van Brabant voorſz. dat zy met hueren Seghelen die zy hier ane ghehanghen hebben, alle deſe voorſz. ſaken op ons draghen ende tueghen willen, ende dat wy met hen ende ghelyck hen alle de voorſz. Poenten ende elck ſonderlinghe gheloeft hebben ende gheſworen te houdene in alder manieren dat hier boven beſchreven ende wel verclart is, van den welcken omme de meere ſekerheyt ende openbaere kenniſſe wy vier Cyrographen hebben doen maken ende die ter behoeften der Steden ende Vryheden van Brabant overghegeven, dats te verſtane ene der Stadt van Lovene, ene der Stadt van Bruſſelle, ene der Stadt van t' s'Hertoghen-Boſche, ende ene der Stadt van Thienen.

Ende wy Steden ende Vryheden voorſz. willen niet, alwaert dat aen deſe jegenwoordighe Letteren een Seghel ocht meer ghebracke van ons Steden, ende Vryheden die hier voren ghenoemt zyn, ochte oick dat de Seghele een ocht meer ghebrocken worden, ocht oick dat den voorſchreven Brive in enighen ſtucke veronghevalden, dat daeromme deſe Letteren haere cracht yet verlieſen ſelen, in eneghen van hueren Pointen ende begripene, maer willen dat zy in alle hueren volcomene macht ende Vertuyt bliven, ghelyck ocht alle die Seghelen daer inne gheheel beſeghelt ocht dat die Brieve gans ende onghewicieert waeren.

Ghegeven, gheaccordeert ende ghemaekt te Bruſſele op den achtienſten dagh van de maent van February, in 't jaer ons Heeren doen men ſchreef. M. CCC. 't ſeventigh ende een, nae Uſagien ende Coſtuymen des Hofs ende Dyoceſen van Cameryck.

Aldus ghetroken uyt het Manuſcript Privilegie-Boeck van onſe Lieve-Vrouwe Natie, ende is naer voorgaende Collatie met den zelven bevonden concorderende, quod Atteſtor J. B. Anſems Protonots. Apoſt. & Reg. 1699.

CXXVII.

1375. 28. Aout. *Bulla* GREGORII *Papæ* XI. *de Regalibus Regi Chriſtianiſſimo in Regno ſuo debitis, ſuper Eccleſiâ Rothomagenſi. Datum apud Villam novam V. Kalendas Septembris Pontificatus ſui anno quinto.* [Preuves des Libertez de l'Egliſe Gallicane. Tom. I. pag. 623.]

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Romani Pontificis providentia circumſpecta, ad ea ex Apoſtolicæ ſervitutis Officio libenter intendit, per quæ Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis utilitas proveniat, & jus ſuum cuilibet conſervetur. Cum itaque nuper venerabilem fratrem noſtrum, Petrum Epiſcopum olim Archiepiſcopum Narbonenſem, in Rothomagenſem Archiepiſcopum electum, à vinculo quo Narbonenſi Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de fratrum noſtrorum Conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, eum ad Rothomagenſem Eccleſiam, tunc vacantem, auctoritate Apoſtolica duximus transferendum, præficiendo ipſum eidem Rothomagenſi Eccleſiæ in Archiepiſcopum & Paſtorem, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur: idemque Petrus electus, qui chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Regi Francorum illuſtri, ratione temporalitatis dictæ Rothomagenſis Eccleſiæ homagium & fidelitatis debitæ juramentum, prout fertur, præſtare tenetur, pro ipſis præſtandis ejusdem Regis præſentiam adire nequeat de præſenti; & ſicut accepimus, idem Rex intendens dictum Petrum electum proxima conſanguinitatis linea nobis junctum favoribus proſequi gratioſis, Regaliam quam ratione hujusmodi vacationis dictæ Rothomagenſis Eccleſiæ ibidem habere dicitur, ac omnia & ſingula jura ei ratione ejusmodi Regaliæ, in quibuscumque conſiſtant competentia, hac vice eidem Archiepiſcopo remittere, & ipſum ad præſtandum hujusmodi homagium & fidelitatis juramentum, per Procuratorem, prout tenemus, de ſpeciali gratia admittere, aut ſaltem pro his in propria perſona præſtandis longam & ſufficientem dilationem concedere velit. Nos hæc grata habentes multipliciter & accepta volumus, & auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, quòd per hujusmodi remiſſionem Regaliæ, ſi eam dictus Rex hac vice prædicto Petro electo, ut præmittitur, fecerit, vel etiam per receptionem præmiſſorum homagii & fidelitatis juramenti, ſi eum ad hoc per Procuratorem admiſerit, vel dilationem, ut præmittitur, dederit, eidem Regaliæ, & ejus juribus in quibuscumque conſiſtant Regi & ejus ſucceſſoribus, ſeu etiam Coronæ Regiæ, nullum impoſterum præjudicium generetur, nec ad conſequentiam trahi valeant in futurum. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis & voluntatis infringere, vel in auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Villam novam Avinionenſis diœceſis, quinto Kalend. Septembris Pontificatus noſtri anno quinto. *Sub plumbo.* De mandato Domini noſtri Papæ, Franciſcus.

ANNO 1365.

Au Treſor Regale II. Num. 15.

CXXVIII.

1376. 6. Juillet. *Decretum* WENCESLAI *Romanorum Regis pro Ruperto Seniore Comite Palatino Rheni, quo ei facultatem concedit & transfert, Primarias preces ſibi tanquam Coronato Romanorum Regi de jure & ab antiquâ conſuetudine competentes per Civitatem ac Dioeceſim Spirenſem & Wormatienſem porrigere valeat, in ſingulis tam Cathedralibus quàm Collegiatis, & Conventualibus Eccleſiis & Monaſteriis utriuſque ſexûs. Datum Aquiſgrani in octavâ Beatorum* PETRI & PAULI *Apoſtolorum, Anno Domini* 1376. *Regnorum ſuorum Bohemiæ XIII. Romani I.* [GOLDASTI Conſtitutiones Imperiales Tom. I. pag. 375.]

WENCESLAUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, Illuſtri Ruperto ſeniori Comiti Palatino Rheni, Sacri Imperii Archidapifero, Bavariæ Duci, Principi, & conſanguineo noſtro chariſſimo, gratiam noſtram & omne bonum. Etſi ad quoslibet Sacri Romani Imperii fideles munificentiæ noſtræ gratiam libenter extendimus, ad illos tamen præcipuè, in quibus ſanguinis identitatem cognoſcimus, & fidei puram conſtantiam invenimus. Igitur nos integram & inviolabilem fidei firmitatem & devotionis affectum, quos ad noſtram perſonam & Sacrum Romanum Regnum & Imperium habere dinoſceris, favorabiliter attendentes, & de ſpeciali Celſitudinis noſtræ benevolentia concedendum duximus & concedimus

ANNO 1376. per præsentes, quod tu omnes primarias preces ratione nostræ coronationis in Romanum Regem, hodie videlicet die sexta mensis Julii Aquisgrani divina favente clementia solenniter susceptæ, per Civitatem & diœcesim Spirensem & Wormaciensem, tam de jure, quam ab antiqua consuetudine divis Romanorum Regibus nostris anteceſſoribus & nobis competentes, porrigere valeas & debeas in singulis tam Kathedralibus quàm Collegiatis & conventualibus Ecclesiis & monasteriis utriusque sexus tàm secularium quàm regularium personarum; nec non ad prælatos & alias personas Ecclesiasticas quascunque: etiamsi Pontificali vel alia præfulgeant dignitate, in dictis Civitatibus & diœcesibus, sicuti easdem preces per nos porrigere possemus: jus & potestatem porrigendi hujusmodi preces nobis competentes in tuam personam omni modo, forma & jure, quibus melius fieri poterit, plenariè transferendo. Et si divina nobis suffragante gratia ad apicem Imperialis culminis fuerimus sublimati, volumus & tibi favorabiliter concedimus tenore præsentium, quod tu preces primarias, ratione susceptionis Imperialis coronationis nobis competentes, etiam porrigere valeas & debeas, in singulis Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis & Monasteriis, & apud Prælatos & quascunque alias personas Ecclesiasticas, seculares & regulares dictarum Civitatum & diœcesium omni modo, forma & jure, sicut de Primariis precibus ratione Regiæ coronationis nostræ superius est expressum. Mandantes sub obtentu nostræ gratiæ, nec non sub pœna privationis omnium & singulorum privilegiorum, jurium & gratiarum & libertatum, quæ & quas à divis Romanorum Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus nostris obtinere dinoscuntur, districtè præcipientes omnibus & singulis Episcopis, Prælatis, Capitulis, Conventibus & personis Ecclesiarum & Monasteriorum præfatorum, & aliis quibuscunque prædictarum Civitatum & diœcesium, ad quos canonicarum & præbendarum dignitatum, personatuum & officiorum seu beneficiorum collatio, præsentatio seu receptio pertinet, & quorum ratione dictarum primariarum precum intererit, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, quatenus dictas primarias preces per te ipsis porrigendas cum promtitudine admittant, sicut tenentur, ac si per nos eis forent exhibitæ seu porrectæ. Dantes & concedentes tibi præsentibus plenariam potestatem, ut rebelles tibi in præmissis, si qui sunt vel erunt, ad admittendum & exaudiendum dictas preces, auctoritate regali & etiam Imperiali compellere & cohercere per te & alios valeas: quemadmodum nos facere possemus, & prout Romanorum Imperatores & Reges in talibus casibus cohercere & compellere poterant & etiam confueverunt. Nec preces hujusmodi in dictis Ecclesiis & diœcesibus in præjudicium dictæ concessionis per nos tibi factæ pro aliquo porrigemus: Et si propter importunitatem petentium vel alio quovis modo per nos secus factum fuerit, nostras preces primarias pro aliquo nostris Literis porrigendo, volumus quod tales litteræ tanquam per subreptionem obtentæ invalidæ sint, nec aliquam obtineant roboris firmitatem: præsentium sub Regiæ Majestatis nostræ sigilli testimonio Litterarum. Datum Aquisgrani Anno Domini M. CCC. LXXVI. in octava beatorum Petri & Pauli Apostolorum, Regnorum nostrorum Anno Bohemiæ XIII. Romani verò Primo.

CXXIX.

1377. 17. Novembre. *Constitutio secunda* CAROLI IV. *Romanorum Imperatoris de Libertate Ecclesiasticâ, datum Mindæ 15. Calend. Decembris, Anno Domini 1377. Regnorum suorum XXXII. Imperii XXIII.* [GOLDASTI Constitutiones Imperiales Tom. III. pag. 415. LUNIG Teutsches Reichs-Archiv. Part. generalis Contin. pag. 8]

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

CAROLUS QUARTUS, divina favente Clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam Rei memoriam. ANNO 1377.

1. Etsi Imperialis benignitatis clementia quorumlibet devotorum fidelium, quos Sacrum Romanum ambit Imperium, ex officio debito teneatur necessitatibus & injustis oppressionibus consulere, & de opportunis remediis providere: ad illos tamen permaxime dirigitur nostræ mentis affectio, quos indebitò pati cognoscimus, quorumque oppressionibus status Ecclesiasticæ libertatis, quem semper nostris temporibus augeri voluimus, enormiter enervatur, & quasi ad nihilum redigitur.

2. Minus juste sane ad nostræ Serenitatis audientiam pro parte honorabilium Prælatorum Canonicorum & Clericorum Mindensis Civitatis & diœcesis insinuatione querulosa suppliciter est deductum, quod seculares quidam in potestatibus & officiis publicis constituti, videlicet Duces, Comites, Barones, Milites & Sculteti, & alii Domini temporales: necnon Consules Civitatum, oppidorum, villarum & locorum Rectores diœcesis prædictæ, Dei timore postposito, statuta singularia, iniquas ordinationes, motu proprio ac temeritate præsumptuosa, de facto contra personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum & locorum Religiosorum libertates & privilegia condiderunt & condunt, eisdemque publice & de facto insistere præsumpserunt & præsumunt ausu temerario & nephando quotidie contra legitimas civiles & Canonicas sanctiones, ut puta, quod nulla bona temporalia in potestatem Ecclesiasticam transferantur, neve Clerici in Sacris constituti ad agendum seu testificandum in civilibus & maxime in piis causis aliquatenus admittantur, quodque excommunicati laici & publice denunciati in civili foro minimè repellantur, nec in eorum Consulatus officio ac aliis actibus secularibus evitentur.

3. Item prædicti Domini temporales Consules Rectores, per secularem potestatem Ecclesias & personas Ecclesiasticas capiunt & capi procurant; res & bona Clericorum occupant & arrestant; oblationes fidelium diminuunt & restringunt; exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Ecclesiarum exigunt & extorquent; stationes immoderatas cum multitudine Nobilium in bonis Ecclesiarum & piorum locorum faciunt; vecturas curruum & vectiones multiplices bonis ipsis imponunt contra Ecclesiasticam libertatem; possessiones Ecclesiarum & personarum Ecclesiasticarum devastant incendiis & rapinis; contractus inter Clericos & Laicos legitime factos, ad libros civitatum, villarum & locorum recusant inscribere ac sigillare; donata & legata ad fabricas & Ecclesiarum structuras contra voluntatem Prælatorum & aliorum, quorum interest, præsumunt usurpare contra justitiam; in fraudem & odium Clericorum confugientes ad Ecclesias, cimiteria & ad loca libertatis Ecclesiarum, inde extrahere contra Imperiales sanctiones præsumunt.

4. Cum igitur hæc omnia & singula, & quævis alia similia, necnon quæcumque sequuta sunt & sequi possunt, ex eisdem sint & fuerint solum de facto ac temere attentata, & per sacras, civiles & Canonicas sanctiones reprobata expresse; Nos ea omnia & singula de Principum, Dominorum, Comitum, Baronum, fideliumque nostrorum consilio ex certa scientia tenore præsentium & auctoritate Imperiali cassamus, irritamus, adnullamus, cassaque irrita & nullius esse momenti penitus declaramus, dicimus & nuntiamus expresse præsenti edicto perpetuo valituro, seriosius inhibentes, ne hujusmodi aut eorum similia de cætero dicti Domini temporales attemptare præsumant, præcipientes nihilominus sub indignatione Imperialis banni universis & singulis Dominis, Militibus, Consulibus, Potestatibus, Officiatis & in Officiis publicis constitutis, quatenus mox visis aut intellectis præsentibus dicta eorum statuta & ordinationes, sicut in præjudicium Ecclesiasticæ libertatis edita sunt, omnino revocent & de luce tollant; quodque secundum ea non judicent amplius, nec sententias dicent, aut eisdem in judicio vel extra quomodo libet per se & contra Ecclesiasticam libertatem potiantur.

5. Item pronunciamus & declaramus Imperiali auctoritate, quod, quicumque cujuscumque status vel conditionis extiterit, auso sacrilego & propriæ temeritatis audacia Sacerdotem vel Clericum, secularem

ANNO 1377. cularem vel Religiosum, diffidaverit, proscripserit, captivaverit, spoliaverit, mutilaverit, aut in carcere detinuerit, aut hujusmodi malitiam perpetrantes scienter receptaverit, seu consilium, auxilium vel favorem in his eis præstiterit, vel pro causa criminali vel civili quæstionem in judicium seculare, & specialiter judicium quod dicitur, Freyding / quod nulla temporis præscriptione, vel Regali seu Imperiali edicto seu judicii confirmatione, contra personas Ecclesiasticas seu Clericos per quamcumque consuetudinem introduci volumus, trahere præsumpserit, vel ratione dictæ consuetudinis aut potius corruptelæ extra præfatum judicium contra Clericos, in præjudicium Ecclesiasticæ libertatis, aliquid attemptaverit præter pœnas à Sacris Imperialibus & Canonicis sanctionibus eis inflictas, decernimus hoc Imperiali edicto ipso facto infames, & omni honore privatos, nec ad placita vel consilia Nobilium aliquatenus admittendos, & actorem vel actores tales à jure suo cadere, ac judicatum non tenere, Judicemque judicandi potestate privatum & bannum Imperiale incidisse pronunciamus.

6. Verum quia parum esset jura condere, nisi essent, qui tuerentur, eadem auctoritate Imperiali prædicta, universis Principibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus; & specialiter Colonienſi, Moguntino, Magdeburgenſi & Bremenſi, Archiepiscopis: Monasterienſi, Osnabrugenſi, Hildenſemenſi, Paderburnenſi, Mindenſi, Lubicenſi, Verdenſi & Swerinenſi, Episcopis: nec non omnibus, Saxoniæ, Luneburgen. & Brunswicen. Ducibus: Lantgravio Hassiæ: nec non de Marcka, de Monte, de Hoia, de Teckelnburg, de Schobenburg, de Wernengerode, de Holzatie, & de Regenstein Comitibus, quibus & eorum cuilibet vices nostras committimus in præmissis per præsentes & eis sub obtentu Imperialis gratiæ præcipimus & mandamus, quatenus toties, quoties pro parte dictorum Prælatorum Canonicorum & Clericorum vel alicujus ipsorum fuerint requisiti, eisdem pro toto suo posse assistant & faciant, quod præmissa committentes quicumque fuerint pœnis prædictis puniantur realiter & cum effectu; quatenus cæteri eorum exemplo perterriti similia de facili non attemptent: præterea omnes & singulos Ecclesiarum seu Ecclesiasticarum personarum prædictarum vasallos & feudatarios cujuscumque ordinis, gradus vel conditionis existant, qui contra Ecclesiam vel personas Ecclesiasticas ipsius Mindenſis Ecclesiæ Civitatis & diocesis, à quibus feuda eorum tenent, aliquid fecerint de præmissis, seu ea facientibus, si propter hoc excommunicati denunciantur, vel aliàs astiterint quovis modo, dummodo de hoc servato juris ordine convicti fuerint, denuntiamus & decernimus eo ipso suis feudis sive beneficiis esse privatos, eosque præsentis constitutionis edicto privamus perpetuo, dantes Ecclesiæ seu Ecclesiasticis personis antedictis dicta feuda concedendi aliis personis laicis fidelibus & utilibus liberam facultatem,

7. Volumus etiam, hortamur & requirimus Episcopos & Prælatos Ecclesiasticos, ut hanc nostram legem & constitutionem in Synodis & Ecclesiis publicari procurent, ne in præmissis per simulatam ignorantiam suas malitias valeant excusare.

8. Nulli ego omnino hominum liceat hanc nostram cassationis, irritationis, annullationis, inhibitionis, necnon pronunciationis & declarationis paginam infringere, aut ei ausu temerario quomodolibet contraire, sub pœna Imperialis nostræ indignationis gravissima, necnon quinquaginta marcharum auri purissimi, quas ab eo, qui contrafecerit, totiens, quotiens fuerit contrafactum, irremissibiliter exigi, & earum medietatem Imperialis nostri ærarii sive fisci, residuam vero partem injuriam passorum usibus volumus applicari.

Signum Serenissimi Principis & Domini, Domini Karoli Quarti Romanorum Imperatoris Invictissimi, & Glorioſiſſimi Bohemiæ Regis.

Teſtes hujus rei ſunt:

ANNO 1377.

Venerabiles { Gerhardus Hildenſemenſis, Heinricus Werdenſis, & Heinricus Paterbrunnenſis } Eccleſiarum Epiſcopi.

Illuſtres { Albertus Saxoniæ, & Luneburgenſis, & Wenceſlaus Opaviæ } Duces.

Spectabiles { Burchardus de Hardeck, Gerhardus de Hoia, Boſzo & Heinricus de Schrapelow } Comites.

Nobiles { Otto Advocatus de Monte, [*al. de Mente.*
Petrus de Wartenberg, dictus de Choſt, Imperialis Curiæ noſtræ Magiſter,
Thuno de Colditz Cameræ noſtræ Magiſter,
Hintzo de Lipa,
Albertus de Sterneberg, [*al. de Storenburg.*
Symon de Lyweń, [*al de Lippen.*
Busko de Pritzan, [*al. de Azuzan.*
Buſſeto de Briſtritz, [*al. Buſſiro de Bisken.*
Alhardus de Puſche Dapifer in Raveńſperg,
Henricus de Ezigelhem. [*al. Ezigelhelm: al. Ezigelen.*

& alii quam plures noſtri & Imperii ſacri Principes, Comites, Nobiles & fideles: præſentium ſub Imperialis Majeſtatis noſtræ ſigillo teſtimonio literarum. Datum Mindæ anno Domini MCCCLXXVII. Indictione quintadecima, XV. Calend. Decembr. Regnorum noſtrorum anno XXXII. Imperii verò XXIII.

De Mandato Domini Imperatoris

Nicolaus Cameracenſis Præpoſitus.

CXXX.

Kayſer CARLS der IV. Reſcript / daß in einer Meil wegs rings um die Reichs-Stadt Nürnberg kein Stadt / Marckt oder Veſten / desgleichen kein Stadt-Recht / Marckt-Recht oder Hals-Gericht gebauet oder aufgericht werden ſoll. Geben zu Oppenheim an St. Matthias-Tage nach Chriſti Geburt 1378. Seiner Reiche im XXXIII des Kayſerthums im XXIII. [GOLDASTI Reichs-Satzungen Theil 2. pag. 78.] 1378. 24. Fev.

C'eſt-a-dire.

Reſcript de l'Empereur CHARLES IV. *portant que nulle Ville, ou Forteresſe ne poura eſtre batie dans le voiſinage de la Ville Imperiale de Nuremberg juſqu'à la diſtance d'un Mille, & que ſemblablement nul Tribunal Civil ou Criminel Municipal, ne poura y eſtre établi Donné à Oppenheim, le jour de St. Mathias l'an de la Nativité* 1378. *de ſes Regnes le XXXIII. & de ſon Empire le XXIII.*

WIR Carl von Gottes Gnaden / Röm. Käiſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böhemn / bekennen und thun kundt offentlich mit dieſem Briefſe / allen den / die ihn ſehen oder hören leſen / daß wir zu unterſtehen künfftigen Irrſal / Schaden und Stoſſe / die uns und dem Reiche in der Bhede unbelang unſer und des Reichs Statt zu Nürnberg auferſtehen und geſchehen möchte / den Burgermeiſtern / Raht und Burgern zu Nürnberg / die allweg gethan

ANNO 1378. thän haben / und noch täglich thun / was uns und dem Reich nutzlich und behegenlich ist / mit wohlbedachtem Muth / Kaiserl. Macht / und rechter Wissen / solche vorgeschriebene Freyheiten und Gnad gethan / verschrieben und geben haben / Thun / verschreiben und geben von sondern Gnaden und Kräfften diß Brieffs / als auch dieselben Burgermeister / Raht / Burger und Statt zu Nürmberg / von seliger Gedächtnus unsere Vorfahren an dem Reiche Röm. Kaisern und Königen gefreyet und herkommen sind / daß niemand / in welcherley Adel / Ehren / Würden oder Wesen der sey / er sey Fürst / geistlich oder weltlich / Graff / Dienstmann / Ritter / Knecht / oder sonst wer der seye / fürbas mehr in einer Meil um Nürmberg auf alle Ort zuzehlen / keinerley Statt / Marckt / Vesten / Schloß / Burg / burgliche Gebäw / oder keinerley Bestunge / mit Mauren und Gräben / und auch darzu keinerley Stattrecht / Marcktrecht / Halßgerichte und Freyheit von newes / die von Alter bißhero nit gewesen und gerüglichen herbracht seyn / machen / bawen / auffrichten / haben oder erwerben wolt / das sollen und mögen die ehegenannten Burgermeister / Rath und Burger zu Nürmberg von des Reichs wegen untersiehen / wenden und wehren / und sollen und mögen daran gen uns und dem Reiche nit freveln oder brechen in keine Weise. Und wär es Sach / daß wider diese gegenwärtige unser Kaiserliche Freyheit und Gnaden die wir den ehegenanten Burgermeistern / Raht / Burgern und Statt zu Nürmberg gethan und geben haben / keinerley Kaiserliche oder Königliche Brieff jemand verschrieben und geben wurden in keiner Weise / die sollen Machtloß / ohne Krafft und ab seyn / und den obgenannten Burgermeistern / Raht / Burgern und Statt zu Nürmberg in künfftigen Zeiten keinen Schaden / Hindernus oder Irrung bringen in kein Weise. Mit Urkundt diß Brieffs versigelt mit unser Kay. May. guldten Bull / der geben ist zu Oppenheim / nach Christus Geburt dreizehenhundert Jahre / darnach in dem acht und sibenzigisten Jahre / an S. Matthias Tage / unser Reiche in dem zwey und dreissigsten / und des Kaiserthumbs in dem drey und zwantzigsten Jahre.

Ad Mandatum Dn. Imperatoris Nicolaus Cancell. Præpos.

CXXXI.

1379. 24. & 26. Octob. *Compromis pour la Paix à traiter & à faire entre* CHARLES *Roi de France &* JEAN *Duc de Bretagne, par l'Arbitrage de Louis Duc d'Anjou de la part du Roi, & du Comte de Flandres, du Sire de Laval, du Viscomte de Rohan, & des Sires de Montabilant & de Beaumenoir, de la part du Duc. Fait en double le 24. & le 29. Octobre* 1379. [LOBINEAU Histoire de Bretagne. Aux preuves col. 604.]

& preſens Reverend Pere en Dieu Mr Jehan Ev. de Chartres, Monſieur Arnaud de Corbye premier Preſident en Parlement de tres-noble & tres-puiſſant Prince Monſieur Charles Roy de France, M. Pierre de Chevreuſe Chevalier, Jehan le Mercier, Conſeillers, & Maiſtre Jehan Tabary Secretaire du Roy noſtre ſire, ou nom dudit noſtre ſire le Roy & pour luy ſe portans, d'une part; & noble Prince & puiſſant Monſieur Jehan Duc de Bretaigne Comte de Montfort & de Richemont, d'autre part, & preſenz auec eulx Reverens peres en Dieu..... Raoul Eveſque de Rennes, & M. Jehan Ev. de Vennes, & frere Jehan Abbé de S. Melaine de Rennes, frere Henry Abbé de Prieres en l'Eveſché de Vennes; & nobles Barons Mr. Guy ſire de Laval, M. Jahan Viconte de Rohan, Mr. Raoul ſire de Montfort de Loheac & de la Rochebernard, M. Jahan ſire de Rocheſort & de Rieux. M. Charles de Dinan ſire de Montafilant, M. Guy de Rochefort ſire d'Acerac, Mr. Silveſtre de la Fueillée..... autres Chevaliers & Eſcuyers. Aprés aucunes paroles deſdiz Monſieur l'Ev. de Chartres & Duc de Bretaigne, de par le Roy, par ſes ditz genz furent monſtrées & lues par ledit Maiſtre Jehan Tabari une lettres du Roy noſtre ſire ſellées en double queue de ſon ſeel en cire jaune, comme il apparoiſſoit de „ prime face, commencanz: Charles par la grace de „ Dieu Roy de France, à touz ceulx qui ceſx lettres „ verront ſalut. Comme ſur les debats, en finiſſant „ ainſin: Savoir faiſons que nous, par l'advis & de„ liberation de noz tres-chers & tres-amez Oncles „ les Ducs d'Anjou, de Berri, de Bourgoigne, & de „ Bourbon, & autres de noſtre Conſeil, promettons „ en bonne foy & parole de Roy, par la teneur de „ ces lettres, ledit traittié & accord, & toutes les „ choſes contenues en ycelui avoir fermes & agrea„ bles, &c. au bois de Vincennes le xv. jour de Jan„ vier l'an de grace MCCCLXXX. & le premier de „ noſtre Regne, & eſtoient ainſi ſignées: Par le Roy, „ preſens Meſſeignеurs les Ducs d'Anjou, de Bour„ goigne, de Bourbon, & pluſieurs autres de Con„ ſeil, J. Tabari. Et aprés la lecture d'ycelles lettres du Roy noſtre ſire, & aucunes parlances enſuivans, ledit Monſeigneur le Duc de Bret. jura aux ſaintes Evangiles de Dieu, touchant de ſa main ſur l'autier de l'Egliſe ou Chapelle de noſtre Dame de Guerrande, bien & loyaulment tenir à ſon loial pouoir ledit traitié & accord, en la forme & maniere qu'il a eſté fait, juré, promis & accordé, & ſellé par ſens gens pour luy & en ſon nom, avec les gens du Roy en ſon nom & pour luy; en l'accompliſſant & parfourniſſant entiérement de la partie du Roy ſanz fraude ne malengin. Preſenz leſditz Meſſieurs le Viconte de Rohan, Silveſtre de la Feuillée, Eſtienne Goion, Chevaliers; frere Henry Abbé de Prieres, & Maiſtre Hervé de Keroullay Archidiacre du Deſert en l'Egliſe de Rennes, & pluſieurs autres teſmoins à ce appellez. Acta fuerunt hec in dicta Eccleſia ſeu Capella B. M. de Guerrandia Nannet. Dioc. anno, indictione, & Pontificatu predictis die IV. menſis Apr. S. Gaufridus Fabr. Leon. Dioc. Clericus publicus auctoritate Apoſtolica & Imperiali Notarius. Johannes de Curia Dioc. Leon. Notarius Apoſtolicus & Imperialis. Johannes Moyſan Prelb. Nannet. Dioc. Notarius Apoſt. & Imperialis. *Ch. de Nantes arm. T. caſſette C. n.* 29.

11. Avril. *Revers donné par* JEAN *Vicomte de Rohan*, RAOUL, *Sire de Montfort & autres à* JEAN IV. *Duc de Bretagne par lequel ils s'obligent à le ſervir contre le Roi de France en cas qu'il vienne à manquer aux choſes qu'il lui a promiſes, dans le Traité, & hors le Traité. Donné le* 11. *Avril* 1380. [LOBINEAU Hiſtoire de Bretagne; aux Preuves Col. 624.]

NOus Jehan Viconte de Rohan, Raoul Sire de Montfort & de Loheac, Jehan Sire de Beaumenoir, Olivier Sire de Montauban, Guy de Rochefort Seigneur d'Acerac, Selveſtre Seigneur de la Fueillée, Eſtienne Goueon, Euſtaice de la Houxaine, Jehan de Maleſtroit, & Guillaume l'Eveſque, Chevaliers; Alain de Maleſtroit, & Pierre Hates, & chacun de nous, faiſons ſavoir à tous par ces preſentes Lettres, nous & chaſcun de nous avoir octroié & octroions par la foy & ſerment de nos corps faits ſur ce à noſtre tres-cher & redoubté Seigneur le Duc de Bretaigne Comte de Montfort & de Richemont, que nonobſtant traitiez faits & parlez entre noſtre Sire le Roy de France & noſtredit Seigneur, & ſermens que nous aions fait ou faiſions touchant celuy traittié; que en cas que le Roy ne voudroit acomplir, ou ſeroit en défault de tenir & accomplir à noſtredit Seigneur les choſes contenuës audit traittié, & avec ce qu'il plaiſe au Roy donner & bailler ſes Lettres à noſtredit Seigneur, & à luy octroier qu'il ne ſoit tenu de ſa perſonne ſoy armer contre le Roy d'Angleterre & les tenans ſon parti, einſin que tout hors le trettié à noſtredit Seigneur a eſté accordé, tant par les Commiſſaires du Roy, que autres; nous tendrons le parti de noſtredit Seigneur le Duc, & celi noſtre Seigneur le Duc aiderons, conforterons, & conſeillerons à nos pouoirs, ſans fraude, malengin, ne finction, par voye de fait, & autrement, en toutes manieres, contre touz qui puent vivre & mourir, de quel eſtat, autorité, dignité & condition qu'ils ſoyent. Et ce avons promis & juré, à peine d'eſtre reputez pour faux & mauvez, & ſur l'obligation de nous & de chacun. Et en témoing de ce avons donné à noſtredit Seigneur ces Lettres ſoubz nos ſceaux ou ſignez en l'abſence de celuy qui ne auret ſon propre ſeel; lequel ſeel propre nous promettons mettre au lieu & en l'endret que ſeront les ſignez d'aucuns de nous aſſis, quant noſtredit Seigneur nous en requerra. Donné & fait le XI. d'Avril l'an MCCCLXXX. *Ch. de Nantes. arm. H. caſſette F. n.* 40. *Le ſceau de Guillaume l'Eveſque. num.* CLXIV.

CXXXIV.

Tractatus Amicitiæ & Confoederationis inter RICHARDUM *Angliæ & Franciæ Regem, atque* WENCESLAUM *Romanorum & Bohemiæ Regem, contra omnes Schiſmaticos & Romanæ Eccleſiæ Rebelles concluſus; Quò inter alia etiam Matrimonium inter Regem Angliæ præfatum, &* ANNAM *præfati Regis Romanorum Sororem contractum eſt. Actum Londoniæ* 2. *Maji annò* 1381. CUM *Literis Plenipotentialibus* WENCESLAI *Romanorum Regis. Datum Norimbergæ Calendas Februarii, Indictione* 4. *annò* 1381. ACCEDUNT *Mandata præfatæ* ANNÆ *Sponſæ ad dictum Matrimonialem Contractum data. In caſtro Purgelehens annò* 1381. NEC NON WENCESLAI *Romanorum Regis, de dato Norimbergæ anno & die ut ſupra,* ELISABETHÆ *Romanorum Reginæ. De dato Pragæ penultima Januarii* 1381. RICHARDI *Angliæ Regis. Datum Londoniæ in palatio Regio Weſtmonaſterienſi, die* 2. *Maji* 2381. TUM ETIAM *Ratificatio* WENCESLAI *Romanorum Regis. Data Pragæ Kalend. Septembris Indict.* 4. *annò* 1381. [LUNIG Teutſches Reichs-Archiv. Part. Spec. Continu. I. Abtheil. I. Abſ. II. pag. 567.]

1381. 2. May.

UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſentes Literas inſpecturis, Nos *Przimiſlaus Dux Teſchinenſis, Conradus Kreyer* Magiſter Curiæ, & *Petrus Wartemberg*, Magiſter Cameræ, Sereniſſimi Principis & Domini, Domini *Wencelai*, Dei gratia, *Romanorum & Bohemiæ Regis*,

Nec non *Edmundus Comes Cantebrigiæ, Hugo de Segrave*, Seneſchallus Hoſpitii, & *Albredus de Veer* Camerarius, illuſtriſſimi Principis & Domini, Domini *Richardi*, Dei gratia, *Regis Angliæ & Franciæ*, Milites, Ambaſſatores, Commiſſarii, ſeu Procuratores ad quasdam Amicitias, Ligas, ſeu Confœderationes inter Sereniſſimos Principes, Reges prædictos, Dominos noſtros metuendiſſimos, tractandas, ineundas & concordandas, cum poteſtate ſufficienti, prout ex inſertione Mandatorum, inferius deſcribendorum, clarius patebit, ſpecialiter Deputati,

ANNO 1381. tati, salutem & perpetuam memoriam Rei gestæ.

Illa consuetudo recte regnantium, ille mos juste Principantium semper fuit, bonum commune subditorum quibuscumque privatis præferre Commodis, talibusque Rempublicam munire Præsidiis, per quæ posset continue, exclusis cæcis inquietationum turbinibus, quiete persistere, & sub optatæ Pacis votiva felicitate lætari, quod tunc satis utiliter creditur promoveri, cum Principes Christiani & potentes, in unam fidei Catholicæ Unitatem & veram amicitiam conjuncti, in unam mentis consonantiam affectuose conveniunt, & insimul indissolubilis Amoris fœdere copulantur.

Hoc siquidem Serenissimi Principes & Domini nostri, Reges metuendissimi supra dicti in discretæ Considerationis examine laudabili Consilio revolventes, per nos, Ambassatores, Commissarios, seu Procuratores suos prædictos, quædam ligarum & Amicitiarum Capitula examinari, tractari, expediri & concordari voluerunt eo, qui sequitur sub Tenore.

In Primis tractatum est & finaliter concordatum quod Serenissima Domina *Anna*, præfati *Romanorum & Bohemiæ Regis soror* inclita, prædicto Domino *Richardo Regi Angliæ & Franciæ* in Uxorem legitimam, per parentes & amicos ipsius Dominæ & de ejusdem spontanea voluntate, detur, assignetur, & matrimonialiter copuletur: & quod ad Regnum Angliæ, seu Villam Calesii, circa Festum Sancti Michaelis proximo futurum, prædicta Domina, expensis præfati Domini *Regis Romanorum & Bohemiæ*, & aliorum Amicorum suorum traducatur, & eidem Domino *Regi Angliæ* sana & incolumis, quantum in Deo fuerit, effectualiter liberetur.

Item, quod dictus *Romanorum & Bohemiæ Rex* mittat prædictam sororem suam, competenter dotatam & apparatam, habito respectu ad Contrahentium Status & Personas, & secundum quod eidem Regi Romanorum pro honore suo & dictæ sororis suæ videbitur faciendum.

Item, quod dicta *Domina Anna*, postquam, dictum Matrimonium fuerit consummatum, tempore debito coronabitur, & in aliis tractabitur, prout aliæ *Reginæ Angliæ* tractari consueverunt.

Item, cum dictus Dominus *Rex Angliæ & Franciæ* Parentelam contraxerit cum dicto Domino *Romanorum & Bohemiæ Rege*, recipiendo in Uxorem legitimam prædictam Dominam *Annam sororem* suam, propter Fraternum amorem & puram amicitiam, inter ipsos Reges & Hæredes suos mutuo conservandos, inter Partes est expresse concordatum, quod idem *Rex Angliæ & Franciæ*, Hæredesque, sui, omnem amicitiam, benevolentiam & amorem fraternalem, eidem *Romanorum & Bohemiæ Regi*, Hæredibusque suis, futuris temporibus, continue exhibebunt & quilibet suo tempore exhibebit, nec unquam aliquis eorum erit inimicus eidem *Romanorum & Bohemiæ Regi*, aut Hæredibus suis, nec contra eos, Regna, Terras, Dominia, Vassallos, aut Subditos suos stabunt quovis modo, nec etiam gravabunt, nec, quantum in eis est, per se, vel per suos, gravari permittent prædictum *Romanorum & Bohemiæ Regem*, Hæredes suos, Regna Terras, Dominia, Vassallos, aut subditos eorumdem quocumque Colore:

Et e converso, dictus Dominus *Romanorum & Bohemiæ Rex*, Hæredesque sui, omnem Amicitiam, Benevolentiam, & Amorem fraternalem eidem Regi *Angliæ & Franciæ* Hæredibusque suis, futuris temporibus, continue exhibebunt, & quilibet suo tempore exhibebit, nec unquam aliquis eorum erit inimicus dicto *Domino Regi Angliæ & Franciæ*, vel Hæredibus suis, nec contra eos, Regna, Terras, Dominia, Vassallos, aut subditos suos stabunt quovis modo, nec etiam gravabunt, nec quantum in eis est, per se vel per suos gravari permittent prædictum *Regem Angliæ & Franciæ*, Hæredes suos, Regna, Terras, Dominia, Vassallos, & subditos eorumdem quocunque colore; & eandem Amicitiam & Fraternitatem inter se, de cætero, conservabunt, dolo & fraude cessantibus quibuscumque.

Item quod ex nunc, sint inter dictum Dominum *Regem Romanorum & Bohemiæ*, & Dominum *Regem Angliæ & Franciæ* prædictum, Unio & Liga, contra omnes & quoscumque scismaticos & rebelles Romanæ Ecclesiæ, & Domini *Urbani Papæ Sexti*, & successorum suorum canonice intrantium, & per Collegium Cardinalium, dicto Domino *Urbano* adhærens eligendorum, tam Ecclesiasticos, quam seculares, cujuscunque status, Gradus, Dignitatis seu conditionis existant, præsentes & futuros: ANNO 1381.

Non est tamen intentio dicti Domini *Regis Angliæ & Franciæ* se, vel Hæredes suos ex hoc, quovis modo, astringere, quin super quibuscumque aliis Quæstionibus, Controversiis & Debatis, cum quibuscumque inimicis seu adversariis suis, etiam scismaticis, possit libere & licite transigere, pacisci, concordare, ac Pacem, seu Treugas cum eisdem facere & inire, prout & quando & quotiens sibi videbitur expedire; supradicta tamen & sinceritatem fidei conservando. Item, quod nec dictus *Rex Romanorum & Bohemiæ*, nec Hæredes sui, aliquas Confœderationes, Amicitias, pacta, seu Alligantias cum quocunque Rege, Principe aut Persona mundana aut Ecclesiastica, cujuscumque status, dignitatis, aut Conditionis existant; de cætero contrahent, aut inient in præjudicium præfati *Regis Angliæ & Franciæ* ac Ligarum præsentium:

Et similiter nec prædictus Angliæ & Franciæ Rex, nec Hæredes sui, aliquas Confœderationes, Amicitias, Pacta, seu aliquas alligantias cum quocumque Rege, Principe, aut persona mundana aut Ecclesiastica, cujuscumque Status, Dignitatis, aut Conditionis existant, de cætero contrahent, aut inient in præjudicium præfati *Romanorum & Bohemiæ Regis* ac Ligarum præsentium.

Item, quod Vassalli & Subditi præfati *Regis Angliæ & Franciæ* possint libere, secure, & absque impedimento seu perturbatione quacumque, intrare, transire, morari, conversari & mercari, tam per terram, quam per mare in omnibus Terris Imperii, & in quibuscumque Terris, Regnis & Dominiis ipsius *Romanorum & Bohemiæ Regis* & abinde libere recedere & ire, quocumque voluerint; cum rebus & mercandisiis suis, absque impetitione, Aresto seu molestatione quacumque (salvis tamen Juribus Dominorum & Principum quorumcumque) & sic fiet subditis ipsius *Romanorum & Bohemiæ Regis*, vice versa.

Item, quod non liceat eidem Romanorum & Bohemiæ Regi, nec alicui de ipsius Subditis aut Vassallis, quemcunque subditum seu Vassallum dicti *Regis Angliæ & Franciæ*, quocumque modo, detinere, capere seu arrestare, vel incarcerare, aut ipsius bona quomodolibet sub Aresto impedire, etiam ratione Represaliæ seu Contrapresiæ, nisi ratione delicti vel Contractus, commissi seu initi infra destrictum suum, & hoc juris ordine observato; Nec etiam liceat dicto Domino *Regi Angliæ & Franciæ*, quoad subditos præfati *Romanorum & Bohemiæ Regis*, vice versa.

Item, quod dictus Romanorum & Bohemiæ Rex præsentes Ligas Litteris suis propriis firmare, & etiam, postquam Insulas Imperiales receperit & Coronæ suæ solempnia compleverit, innovare & ut Imperator, de novo facere teneatur.

Quas quidem Amicitias, Confœderationes, seu Ligas Nos *Przimislaus Dux Teschenensis*, *Conradus Kreyer* Magister Curiæ, & *Petrus Wartemberg* Magister Cameræ, dicti Principis & Domini Domini *Wencelai*, Dei gratia, *Romanorum & Bohemiæ Regis* Ambassatores prædicti, post plenam & exactissimam Examinationem omnium & singulorum in præmissis Articulis contentorum, nomine Domini nostri *Romanorum & Bohemiæ Regis* supra dicti & nostro, ex nostra certa scientia, inivimus, fecimus & contraximus, inimus, facimus & contrahimus, eisdemque consensimus ac etiam consentimus, promisimusque & adhuc promittimus bona fide, quod idem Dominus *noster Rex* omnia & singula, per Nos in hac parte facta, gesta & concordata, sub Majestatis suæ sigillo ratificabit & approbabit, defectumque, si quis in Mandatis seu Procuratoriis nostris habeatur, ac omnem alium Defectum in præmissis, supplebit & emendabit, prout fuerit oportunum;

Et nihilominus, ad majorem præmissorum firmitatem, in prædicti *Regis Angliæ & Franciæ* reverendissimi in Christo Patris Domini Domini *Pilei*, Dei gratia, *titulo Sanctæ Praxedis Presbiteri Cardinalis*, ac reverendorum Patrum, Dominorum, *Simonis Cantuariæ Archiepiscopi* totius Angliæ Primatis & Sedis Apostolicæ Legati, *Willielmi Londoniæ*, *Willielmi Wyntoniæ*, *Johannis Herefordensis*, *Radulphi Sarum*, Episcoporum, illustris Principis Domini

ANNO 1381. ni *Johannis Regis Caſtellæ & Legionis* Ducis Lancaſtriæ, *Richardus* Arundellæ & Surriæ, *Hugonis* Staffordiæ, *Gullielmi* Sarum, & *Willielmi* Suffolciæ, Comitum, ac plurium Baronum & aliorum Nobilium præſentia, ad Sancta Dei Evangeli, per nos corporaliter tacta, in Animam Domini noſtri Regis ſupradicti juravimus, & juramus, amicitias, Ligas, & Confœderationes prædictas, ac omnia & ſingula, contenta in eiſdem, inviolabiliter obſervare & tenere, dolo & fraude ceſſantibus quibuscunque: Et ex habundanti, renunciavimus & renunciamus nomine quo ſupra, omnibus & ſingulis exceptionibus, cavillationibus & defenſionibus, tam juris, quam facti, per quas contra præmiſſa, vel præmiſſorum aliqua, poſſemus vel poſſet idem Dominus noſter quomodolibet ſe tueri.

Nosque *Edmundus Comes Cantebrigiæ*, *Hugo*, & *Albredus*, Ambaſſatores, Commiſſarii ſeu Procuratores ſupradictas Amicitias, Confœderationes ſeu Ligas, nomine Domini noſtri Regis ſupradicti, una cum eiſdem *Przimiſlao*, *Conrado*, & *Petro* Ambaſſatoribus, Commiſſariis, ſeu Procuratoribus *Romanorum & Bohemiæ Regis* ſupradictis, inivimus, fecimus, & contraximus, inimus facimus & contrahimus, eisdem & conſenſimus ac etiam conſentimus, promiſimusque & adhuc promittimus, bona fide, quod idem *Dominus noſter Rex*, omnia & ſingula per Nos in hac parte facta, geſta & concordata, ſub Majeſtatis ſuæ ſigillo ratificavit & approbavit, ac Defectum ſi quis intervenerit in præmiſſis, ſupplebit prout fuerit oportunum:

Et nihilominus in metuendiſſimi Domini noſtri, Regis prædicti, ac aliorum Prælatorum & Procerum prædictorum præſentia, juravimus, & juramus, Amicitias, ligas & Confœderationes prædictas, ac omnia & ſingula contenta in eiſdem inviolabiliter obſervare & tenere, dolo & fraude ceſſantibus quibuscumque.

Et ex habundanti, renunciavimus & renunciamus, nomine quo ſupra, omnibus & ſingulis exceptionibus, cavillationibus ac defenſionibus, tam Juris, quam facti, per quas contra præmiſſa, vel præmiſſorum aliqua, poſſemus, vel poſſet idem Dominus noſter quomodolibet ſe tueri.

Tenores vero Procuratoriorum de quibus ſuperius fit mentio, ſequuntur ſub hac forma.

W*Enceſlaus*, Dei gratia, *Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Boëmiæ Rex*,

Notum facimus tenore præſentium univerſis, quod de illuſtris *Przemiſlai Ducis Teſchinenſis*, Principis & Sororii noſtri cariſſimi, ac etiam Nobilium *Conradi de Kreyger* Magiſtri Curiæ noſtræ, & *Petri de Wartemberg*, Conſiliariorum & Fidelium dilectorum noſtrorum, Legalitatis, Virtutis & probatæ Circumſpectionis Induſtriis plenam & indubitatam fiduciam obtinentes, ipſos animo deliberato, de certa noſtra ſcientia; & ſano Principum, Baronum & Procerum noſtrorum accedente Conſilio, noſtro nomine creavimus, conſtituimus, fecimus, creamus, facimus, conſtituimus, & meliori forma & modo quibus fieri poteſt, præſentibus ordinamus noſtros Ambaxiatores, Procuratores, Negotiorum geſtores & Nuncios ſpeciales, dantes & concedentes eiſdem plenam & omnimodam Poteſtatem tractandi, contrahendi, iniendi, faciendi & conſummandi pro nobis & Hæredibus noſtris Boemiæ Regibus, Amicitias, Uniones & Ligas Fraternales & etiam Colligantias, Statum & Honorem ſacro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini *Urbani Papæ ſexti*, concernentes ad exterminium Sciſmaticorum, nunc vigentium & rebellium, præſentium & futurorum, ipſius Domini *Urbani Papæ* prædicti, & ſucceſſorum ſuorum canonice intrantium & per Collegium Cardinalium, dicto Domino Urbano adhærens, eligendorum, cum ſereniſſimo Principe, Domino *Richardo Rege Angliæ* illuſtri, Fratre noſtro cariſſimo, pro ſe, & ſuis Hæredibus Angliæ Regibus; & easdem Amicitias, Uniones & Ligas fraternales, nec non Colligantias pro ſacroſancta Romana Eccleſia & Domino noſtro, *Urbano Papa* prædicto, noſtro nomine, & Hæredum noſtrorum, Literis noſtris firmandi, & in animam noſtram jurandi, ac etiam, noſtro nomine, ad dicto Domino *Regæ Angliæ* Juramenta recipiendi, de & ſuper præmiſſa ſervando & etiam adimplendo, ac omnia & ſingula faciendi, quæ pro conſummatione ſeu Factione Amicitiarum, Unionum & Fraternalium Ligarum, nec non colligantiarum prædictarum, neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna. Et quæ Nos facere & concludere poſſemus, ſi perſonaliter adeſſemus, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale: Promittentes nihilominus, pro nobis & dictis Hæredibus noſtris Boemiæ Regibus, ratum, gratum, atque firmum inviolabiliter obſervare, quidquid per præfatos ſororium & conſiliarios noſtros, *Ducem Teſchinenſem*, *Conradum de Creyeger & Petrum de Wartenberg*, noſtro nomine, in præmiſſis, actum, factum, ſeu conſummatum fuerit quomodolibet, ſive geſtum, præſentium (ſub Regiæ noſtræ Majeſtatis ſigillo) Teſtimonio Literarum.

ANNO 1381.

Datum Nuremberg Anno Domini Milleſimo, trecenteſimo, octuageſimo primo, indictione quarta Kalend. Menſis Februarii, Regnorum noſtrorum Anno Boemiæ Decimo octavo, Romanorum vero quinto.

De Mandato Domini Regis, Cancell. Archiepiſcopus Pragenſis.

N*Os Anna*, Dei gratia, claræ memoriæ, Sereniſſimi ac invictiſſimi Principis & Domini, Domini *Karoli* IV. quondam *Romanorum Imperatoris & Boemmiæ Regis*, Patris noſtri cariſſimi *filia*.

Recognoſcimus, tenore præſentium, univerſis, quod ad Conſilia, Requiſitiones, nec non inductiones, Sereniſſimi Principis, Domini *Wenceſlai*, *Romanorum & Boemiæ Regis*, Domini & Fratris noſtri pertimendi, nec non ſereniſſimæ Principis Dominæ *Eliſabeth*, *Romanorum Imperatricis & Reginæ Boemiæ*, Dominæ & matris noſtræ cariſſimæ, nec non animo deliberato, Voluntate libera & ex certa ſcientia conſtituendos duximus & conſtituimus in his ſcriptis, noſtros veros, certos & legitimos Procuratores, & Nuncios ſpeciales, præſentes, & onus procurationis in ſe ſponte recipientes, illuſtrem Principem Dominum *Przemiſlaum*, *Ducem Teſchinenſem*, Conſangvineum noſtrum cariſſimum & Nobiles *Conradum Kreyger*, ac *Petrum de Wartenberg*, dicti Domini Regis & Fratris noſtri Conſiliarios, ad contrahendum Matrimonium, noſtro nomine atque vice, per verba de præſenti, cum ſereniſſimo Principe, Domino Richardo Rege Angliæ duntaxat, & ad faciendum omnia & ſingula in hujusmodi contracta, quomodolibet opportuna, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale, & quæ nos facere poſſemus, ſi perſonaliter adeſſemus; Promittentes bona fide & absque dolo, ratum & gratum tenere & inviolabiliter obſervare, quodcunque per dictos Procuratores & ſpeciales Nuncios noſtros, in contractu dicti matrimonii actum, factum fuerit quomodolibet, ſive geſtum.

Et quia proprio ſigillo nondum uti conſuevimus, præmiſſa ſub Majeſtatis ſigillo prædicti Domini & Fratris noſtri Romanorum & Boemiæ Regis, & in præſentia venerabilium Patrum Dominorum, *Johannis Pragenſis Archiepiſcopi & Conradi, Lubicenſis Epiſcopi Eccleſiarum*: illuſtrium Principum, Domini *Henrici Ducis Sleſiæ* & *Domini Bregenſis*, Domini *Procopii Marchionis Moraviæ*, Conſanguineorum: dilectorum noſtrorum & Nobilium, *Andriæ & Henrici de Duba*, *Thymonis de Colditz*, *Bothonis de Czaſtolowitz* & *Beneſſii de Duba*, voluimus & rogavimus roborari.

Et nos, *Wenceſlaus Romanorum* & *Boemiæ Rex* prædictus, publice profitemur Nos ad petitionis inſtantiam Sereniſſimæ Principis, *Dominæ Annæ* prædictæ, Sororis noſtræ præcariſſimæ, Majeſtatis noſtræ ſigillum præſentibus appendiſſe.

Datum in Caſtro Burgelehens, Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, octuageſimo primo, Indictione quarta X. Kalend Februarii.

Wenceslaus, Dei gratia, *Romanorum Rex*, ſemper Auguſtus, & *Bohemiæ Rex*.

Notum facimus, tenore præſentium, univerſis, quod de illuſtris *Przimislai Ducis Teſchinenſis* Principis & ſororii noſtri cariſſimi, ac etiam Nobilum *Chunradi de Creyger* Magiſtri Curiæ noſtræ, & *Petri de Wartemberg*, Conſiliariorum & fidelium noſtrorum

ANNO 1381. strorum dilectorum, legalitatis, virtutis, & probatæ circumspectionis industriis plenam & indubitatam fiduciam obtinentes, ipsos animo deliberato, de certa nostra scientia, & sano Principum Baronum & Procerum nostrorum accedente Consilio, nostro & illustris *Annæ sororis nostræ charissimæ* nominibus, creavimus, constituimus, fecimus, creamus, facimus, constituimus, & meliori modo & forma quibus fieri potest præsentibus ordinamus nostros & ejusdem Sororis nostræ Ambaxiatores, Procuratores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales, dantes & concedentes eisdem plenam, liberam & omnimodam Potestatem tractandi, nostro & ejusdem Sororis nostræ nominibus, cum serenissimo Principe, Domino *Richardo Angliæ Rege* Fratre nostro carissimo, ipsius Ambaxiatoribus & Concilio, suo nomine plenum ab eo mandatum habentibus, in, de & super Sponsaliorum & Parentelæ contractibus, inter præfatam *Sororem nostram* & prædictum Dominum Regem Angliæ, ad requisitionem Sanctissimi in Christo Patris, Domini nostri *Urbani Papæ Sexti*, conceptis alias & nomine Sororis ejusdem nostræ cum eodem Domino Anglorum Rege contrahendi Matrimonium per verba de præsenti, Nosque pro Dotalitiis ejusdem nostræ Sororis & aliis obligandi & in Animam nostram jurandi, ac etiam nostris nominibus a dicto Domino Rege Angliæ juramenta recipiendi de & super servando præmissa, & nominibus nostris eundem Dominum Regem Angliæ, super receptis quibuslibet forsitan ab eodem, quittandi, liberandi ac etiam absolveridi, nec non de Concilio & presentia reverendissimi in Christo Patris, Domini P. *Cardinalis Ravennas*, a prædicto Domino nostro Summo Pontifice & ipsius nomine ad hoc specialiter deputati, pro Præmissorum & eorum quolibet, consummatione & conservatione universa & singula tractandi, faciendi, ordinandi & disponendi, & concludendi quæ in eis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ Nos ipsi tractare, ordinare, disponere possemus & concludere, si personaliter adesse mus, etiam si mandatum exigant speciale; Promittentes nihilominus, nostro & præfatæ Sororis nominibus, ratum, gratum, atque firmum observare perpetuo quicquid per præfatos, Sororium & Consiliarios nostros, *Ducem Teschinensem*, *Chunradum de Kreyger & Petrum de Wartenberg*, actum, factum ordinatum, dispositum, conclusum, sive gestum fuerit in præmissis, præsentium, sub Regiæ Majestatis nostræ Sigillo, Testimonio Literarum.

Datum Nuremberg Anno Domini millesimo, trecentesimo, octuagesimo primo, indictione quarta, Kalend. Februarii, Regnorum nostrorum Anno Bohemiæ Decimo octavo, Romanorum vero quinto.

Elisabeth, Divina favente Clementia, *Romanorum Imperatrix semper Augusta & Boemiæ Regina*, recognoscimus tenore præsentium quod de circumspectionis & legalitatis industria, illustris Principis Domini *Przimislai Ducis Teschinensis* Consanguinei nostri carissimi ac Nobilium *Conradi Kreyger*, Serenissimi Principis Domini *Wenceslai Regis Romanorum & Boëmiæ*, Filii nostri carissimi, Curiæ Magistri, & Petri de Wartemberck, alias de Gost dicti, Filii nostri Camerlingii plenam & indubitatam fiduciam obtinentes, animo, & de certa nostra scientia, in præsentia Nobilium, *Sdenkins de Waldensteyn* Magistri Curiæ nostræ, *Hermant de Kussuyk* Burgravii nostri Kroten & honorabilis, *Martini Canonici Olomucensis*, Thesaurarii nostri, dicto Domino Duci & Nobilibus præfatis plenam, liberam, & omnimodam dedimus & damus præsentibus facultatem de & super Parentela, inter Serenissimum Principem, Dominum *Richardum Regem Angliæ*, & Excellentem Virginem, Domicellam *Annam Natam nostram*, nostro nomine, tractandi, ordinandi, disponendi, & in animam nostram jurandi & quicquid per dictos, *Ducem & Nobiles* in ipso Parentelæ negotio, pro hac vice, tractatum, ordinatum, dispositum & qualitercunque juratum in animam nostram fuit, hoc ipsum ratum, gratum & firmum habere, tenere & inviolabiliter observare volumus, promittimus & debemus, præsentium (sub appenso nostro sigillo) testimonio Literarum.

Datum Pragæ, die penultima Mensis Januarii, Anno Domini millesimo, trecentesimo, octogesimo primo.

Ricardus Dei gratia, *Rex Angliæ & Franciæ* & Dominus Hiberniæ ad quos præsentes Literæ pervenerint Salutem. ANNO 1381.

Inter glorioſas Reipublicæ curas & Regalium ſolicitudinum fructus uberes, æſtimamus præcipuum aliorum Principum & Regum ſublimium ſibi copulare præſidia, ac cum talibus Ligarum, Affinitatum & amicitiarum ſpecialium inire fœdera, per quos Principatus hinc inde Amoris indiſſolubilis nexu conjuncti, inſurgentibus ex adverſo reſiſtere, & ab omni oppreſſionis clade, coadunatis viribus poterunt ſe tueri.

Quod dum intra mentis noſtræ præcordia diligentius tractaremus, cum ſereniſſimo Fratre noſtro Domino *Wencelao*, Dei gratia, Romanorum & Bohemiæ Rege illuſtriſſimo, & divina favente Clementia, *Imperatore futuro*, nedum hujusmodi Amoris fœdera ſtringere, ſed Affinitatem & Parentelam contrahere, Ligasque firmas, ſpeciales & perpetuas, præ cæteris optabamus inire.

Unde cum certi ſuper hoc Ambaſſatores noſtri Celſitudini ſuæ per Nos primitus mitterentur, placuit modo eidem Sereniſſimo Fratri noſtro, pro voluntate & deſideriis noſtris adimplendis, ſolemnes Ambaſſatores & Conſiliarios ſuos, illuſtrem *Przemislaum Ducem Teſchinenſem*, *Conradum Kreyger* Magiſtrum Curiæ, & *Petrum de Wartemberg* Magiſtrum Cameræ & Burggravium Pragenſem, dicti Fratris noſtri, nedum pro Ligis & Amicitiis hujusmodi appunctuandis, ſed pro Tractatu Matrimonii, inter Nos & Sereniſſimam Dominam, Dominam *Annam ipſius Fratris noſtri Sororem inclitam* prælocuto, feliciter Dei gratia concludendo, in Regnum noſtrum, ad noſtram præſentiam deſtinare:

Nos volentes ulterius procedere in præmiſſis, ac de circumſpectione & Legalitate dilectorum & fidelium noſtrorum, *Edmundi Comitis Cantebrigiæ* Patrui noſtri cariſſimi, *Hugonis Segrave*. Seneſchalli Hoſpitii noſtri, & *Albredi de Veer* Camerarii noſtri, Militum, plenius confidentes, ad tractandum, ordinandum & concordandum cum Ambaſſatoribus, Procuratoribus, Nunciis ſeu Deputatis prædicti Fratris noſtri, poteſtatem ad infra ſcripta habentibus, ſuper Ligis, Confœderationibus, & Amicitiis fraternalibus & ſpecialibus, temporalibus & perpetuis, inter eundem Fratrem noſtrum, ſubditos ſuos, Regna & Dominia ſua quæcunque, ex parte altera, ineundis, ac etiam de modo, forma, quantitate & qualitate Auxilii, Subventionis ſeu ſubſidii, hinc inde, tempore neceſſitatis, mutuo miniſtrandi, & communicationibus, inter ſubditos hinc inde, in mercimoniis & aliis licitis, ſecure & fraternaliter faciendis, nec non ſuper ſponſalibus ſeu matrimoniis, inter Nos & ſupradictam Sereniſſimam *Annam* feliciter, per Dei gratiam, contrahendis; & de quantitate Dotis eidem aſſignandæ, ſeu Arris in hac parte conſtituendis, ac etiam quomodo & quando prædicta Domina, per Parentes & Amicos ſuos, nobis transmitti, & in Domum noſtram Regiam traduci debeat, ordinandum, & diſponendum, nec non ea quæ ſic tractata, conventa & concordata fuerint, tam ſuper Ligis, quam ſuper Contractu Matrimonii, prædictis, omni ſecuritate honeſta & debita nomine noſtro firmandi, conſimilemque ſecuritatem pro Nobis, & nomine noſtro, petendi, ſtipulandi & recipiendi, jurandique in animam noſtram, quod tractata, conventa & concordata hujusmodi rata habebimus atque grata, cæteraque omnia & ſingula faciendi, exercendi & expediendi, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet opportuna, ac quæ qualitas & Natura Negotiorum hujusmodi exigunt & requirunt, & quæ nos faceremus ſeu facere poſſemus, etiam ſi talia ſint quæ mandatum exigunt qualecunque ſpeciale, prædictos *Edmundum Hugonem & Albredum* & duos eorundem noſtros veros Legitimos & indubitatos Procuratores, Negotiorum geſtores, Commiſſarios, Deputatos & Nuncios ſpeciales, facimus, ordinamus & conſtituimus per præſentes, promitentes, in verbo Regio, Nos ratum & gratum perpetuo habituros, quicquid per Procuratores noſtros prædictos, ac duo eorundem, actum, geſtum ſeu procuratum fuerit in præmiſſis.

Datum in Palatio noſtro Weſtmonaſterienſi ſubmagni ſigilli noſtri Teſtimonio, viceſimo nono die Menſis Martii, Anno Regni noſtri quarto.

ANNO 1381. In quorum omnium & singulorum Testimonium atque Fidem Nos.

Przimislaus, *Conradus & Petrus* prædicti Romanorum & Bohemiæ Regis, Commissarii seu Procuratores supradicti, præsentes Literas duplicatas (quarum una penes ipsum *Romanorum & Boemiæ Regem*, altera vero penes *Regem Angliæ & Franciæ* supradictum remanebit) scribi & sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri.

Datum Londoniæ in Palatio Regio Westmonasterienſi secunda die Maji, Anno Domini millesimo, trecentesimo, octogesimo primo.

Ligarum cum Rege Richardo Imperatoris Ratificatio.

Wenceslaus, Dei gratia, *Romanorum Rex*, semper Augustus & Boemiæ *Rex*.

Notum facimus, tenore præsentium universis, quod inspeximus Litteras quarundam Ligarum, Amicitiarum & Confœderationum, inter Serenissimum Principem & Dominum *Richardum*, Dei gratia, *Regem Angliæ* & Dominum Hiberniæ, Fratrem nostrum carissimum, per *Edmundum Comitem Cantebrigiæ*, *Hugonem de Segrave* Senescallum Hospiti, *Albredum de Veer* Camerarium, ipsius Regis Angliæ, Ambassatores & Procuratores suos ex parte una, Et Nos per *Przemislaum Ducem Teschinensem*, *Conradum Kreyger*, *Petrum de Wartemberg*, Ambassatores & Procuratores nostros ex altera, sigillis eorundem Ambassatorum seu Procuratorum munitas; quarum tenor sequitur in hæc verba:

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ Fidelibus præsentes Literas inspecturis &c ut supra.

Quas quidem Ligas, Confœderationes & Amicitias, ac omnia & singula contenta in eisdem, Nos *Wenceslaus*, Dei gratia, *Romanorum & Boemiæ Rex* prædictus, Auctoritate nostra Regia, confirmamus, approbamus & ratificamus, ipsasque in omnibus & singulis suis Articulis, ex certa nostra scientia, de novo facimus, contrahimus & inimus, ac easdem, absque dolo & fraude, inviolabiliter tenere & observare, tenerique & observari facere, quantum ad Partem nostram attinet, promittimus bona fide, defectum. (si quis in procuratoriis partis nostræ, seu aliunde fuerit in præmissis) ex certa scientia ac Regia Auctoritate suppléntes, præsentium, sub Regiæ nostræ Majestatis sigillo, testimonio Literarum.

Datum Pragæ Anno Domini millesimo, trecentesimo, octogesimo primo, indictione quarta, in Kalendis Mensis Septembris, Regnorum nostrorum, Anno Boemiæ decimo nono, Romanorum vero sexto.

MEMORANDUM quod Literæ prædictæ irrotulatæ fuerunt ex præcepto Concilii Domini Regis.

CXXXV.

Vergleich zwischen CONRAD VON BRUNSBERG Johanniter Meister in Teutschen Landen / dann BERNHARD VON SCHULENBURG / Ordens-Ballier in der Marck zu Brandenburg aufgerichtet / des Lauts / daß die Ballier der benanten Mark allezeit einen andern / wann es noth ist / erwehlen mögen / derselbe aber von dem obbenanten Johanniter-Meister bestättigt werden solle. Geben zu Heymbach an St. Barnabä tag / anno 1382. [LUNIG Teutsch Reichs-Archiv. Part. Spec. Continuat. I. Fortsetzung 3. pag. 86.]

C'est-à-dire.

1382. 11 Juin. *Accord entre* CONRAD *de Brunsberg Maitre de l'Ordre de* SAINT JEAN *en Allemagne, & Bernard de Schullenbourg Baillif du Baillage de la Marche de Brandebourg, portant, qu'à l'avenir, toutes les fois qu'il sera necessaire, les Freres de ce Baillage, pouront elire entr'eux leur Baillif, & que leur Election sera confirmée par ledit Maistre, & par ses Successeurs. A Heymbach le jour & feste de St.* BARNABE, 1382.

ANNO 1382.

WY Broider Conrad von Brunßberg / Meister Synthe Johans Ordens in Duitßschen Landen doin kund und kenlich / allen Liden die desen Brief syen oft hören lezen / und bekennen vur uns und alle Unse Nakomelinge / want vortyden twischen uns und den meinen Pflegern von Duitßschen Landen up eyne Syde / und den geystlicken unsen leven in GOtt Broder Bernth van der Schulenborg / unses vorschreven Ordens Ballier in der Marcke von Brandenbörch / und de gemeine Pleger derselben Ballie up de ander Syde groote Stote / Twynunge und Uneyndrachticheyt upgestanden und gefallen seyndt von sommiger Sake willen Unses Ordens / und wy und unse Orden des an beyden Syden in groten Kosten und Schaden kommen syn / so syn wy en to maken Frede und Eindrachtigheyt twischen uns vorschrevene Partien / und te verhüden / dat wy und unse Nachkomelinge vort mer in solken Kosten und Schaden nichten vallen / met dien vorschrevenen Ballier und de Pleger der Ballie van der Marke düsse nachgeschreven Stücke und Punckte mit goiden vorbedachten Raide und gehelle alte Plegere van Duitßschen Landen die by uns weren to Heymbach in Unsem Capittele / dat wie dar hielden in den Jahre und up den Dag hier nageschreven / overeynkamen und eyndrachtig worden / dat die von nu vortmer ummer und ewilick alsuß blieven und gehalten scolen werden unwidderroeplicke. In den ersten so hebben wy den verschreven Ballier und Plegern van der Marcke dyese Friendschap und Gnade gedaien / und dain met desen Brefe die Gnade / dat sie und alle Ere Nakomelinge in derselben Ballie alle tydt ewelike Macht und Gewalt hebben scolen eynen Ballier Erer Ballien eyndrachtichlich to kiesende / wo dicke und wanner des Not iß / denselben Baillier wy und Unse Nakomelinge confirmeren und bestetigen scolen / und yn met unsen Briefen bevelen und geven die Ballie to regieren to besittend und to hebbend / mit alle yre tobehörige Rechtichcit / Friheyt unses Ordens; Plegere und Commendur to settende / und wedder to entsettende / wo dicke und wanneer den Hüsern des Noth iß / also alß andere Ballier van alder und selige Broider Herman van Warberch / und de verschrevene Broder Berndt van der Schulenburch de vorschrevene Balie beset / und regiret hebben / und noch besittet / wente an desen hüdigen Dag; also doch und met den Unterscheide / dat dieselve Ballier / und die Plegere gemaynlicke der vorschrevene Ballie uns und unsen Nakomelingen haft und gebunden bliven to gehorsamicheit / als die Ballie und Ballier von alder wesen syn / und van rechte schuldig synd to doene; Vort weret Sacke dat eynigerhande Upsat up dat meyne Priorat von Duitschen Landen gelegt wurde / nu ader hienamals / et were van den Stule van Rome / van den Keisere / van unser Meysterschap van Overmere / oder van uns ader unsen Nakomelingen / denselven Upsat / en scolen wy noch unse Nakomelinge / noch die meynen Plegere von Duitschen Landen up de vorschreven Balie von der Marke in neyne Wyse deylen noch leggen. Wer et ock Sacke / dat de Pawes offt unse Meisterscop van Overmeer / uns offt unsen Nakomelingen geboden / einiger Hande unses Ordens Goit to vercoipen in Duitschlanden / wo dick und wanneer dat sick dat gebürt / so scolen wy offt unse Nakomelinge so vil vercoipen alß uns anburt to vercopen in desen Gegenden und Landen / und en scolen wy noch unse Nakomelinge denselben Koep up die vorschrevene Balie van der Marcke in neine Wyse werpen noch wisen / ock en scolen wy noch neine wyse beschweren / sunder eins Balliers Wille / uthgenommen vier Bröder / die wy offt unse Nakomelinge in die vorschrevene Balie senden mögen / weneere wy wöllen; und so lange als deselben Broders leven / und in der Balien synt / so en scolen wye dieselbe Balie met neyn Personen mehr beschweren: Vortmer so scolen wy noch unse Nakomelinge neynen Pleger uth de verschreven Balie to unsen Capittel laden / sondern den Balier alleine / et en were dat uns oder unse Nakomelinge düchte / dat et Noth wäre / so mögen wy en Pleger ut der verschreven Balie met enen Balier to unse Capittel laden / und nicht mere / und scal eyn Ballier alle Jair syn Respons, als drehundert und veer und twyntich Gulden met Jm to Capittele bringen / oder dat met synen seekeren Baden darsenden / offt he nicht to Capittel wort laden / sunder all Wedderspreken; Ock en scal neyn Ballier unses Ordens Eygen oder Goider in der vorschrevene Ballie verkopen / vsft ewiliken van unsen Orden bringen / dat en sie dan / dat he na raide unser oder unser Nakomelinge / dat sulve Goith mychte leggen an ander städen / dat eth unsen Orden nütter wäre; Wäre ock Sacke / dat eynigke Balier / Pleger oder Broder der verschrevene Ballie veyle in pœnitencie unses Ordens / des Gott nicht en gewe / die pœnitencie sall man Jm gnädiglick setten na goiden Wanheiten unses Ordens hynnen der Balien / und darmede en scol dese vorschrevene Gnaide / in neyne wyse gebracken wesen / sundern se scol gantzlicke und vaste ewilicke blieven / sunder alle Wedderropinge unser oder unser Nakomelinge; Ock scalen wy und alle unse Nakomelinge die vorschrebene Ballie visiteren oder laten visiteren / und alle Plegere und Bröders derselben Ballie corrigeren / wo dick und wannere uns dat Noth duncket wesen; Und ün dese vorschrevene Gnade hebben de vorschrevene Balier und meynen Plegere van der Marck Uns und der meynen Plegern vom Duitschen Landen gegeven und betahlet veer und twintich hundert Gulden / dervan man verteyn hundert gulden tor stunt beleggen und geven scal um sekere ewilicke Gulde und Rente / die den meynen Plegern von Duitschen Landen alle Jahr dien und to stüre kamen scal / vor de Upsate de man up dy vorschreven Ballie van der

Marcke

Anno 1382. Marte leggen und seten möchte. Alle dese vorschrewene Stücke / Punckte und Artickele geloben wy dy vorschrewen Broder Conrad von Brunßberg Meyster in Duitschen Landen vor uns und alle unse Nakommen / und de meynen Plegere und Duitschen Landen unnnere und ewilike vaste stede und unverbrucken sonder alle Wedderopinge to holden / und als verschreven iß to blyven / sonder allrehande Arge liste und Gesehrde / wy Broder Friederich von Colve to Bylingen / Wernher von Eptingen to Basel / Hartmann von Werdenberch to Wedisswile Commendure, Lubbert von Deheim Balier to Westvalen / Johan von Hege Balier in der Oberbalie / Helfrich von Kadenkin Balier in der Wederrave / Paulus Balier in der Colschen Balie / und Conrad von Bieberach to Türingen Balier / bekennen openbahr vor uns und alle Plegere und Broder der vorschrevenen Balien / dat alle vorschrevene Stücke / Punckte und Artickele met unsen und aller Plegere von Duitschen Landen Willen und Raide syndt geschcen / und geloven de ock in goiden truwen vor uns und alle unse Nakomen vaste stede und onverbrocken to holden ewilike / sunder allrehande Argeliste und Gesehrde ; des to Urkunde und Gedächtnüs iß unses Priorats Insiegel von Duitschen Landen an desen Breef gehangen / de gegeven iß to Heymbach in den vorschrevenen Capittel in dem Jahre unsers Herren dusend dreehundert achtentich und twe Jahr / up sunthe Barnabæ Dag.

CXXXVI.

18. Octob. 1383. *Literæ* WENCESLAI *Romanorum Imperatoris de Feudis* GUILIELMO *Duci Gelriæ & Comiti Zutphaniæ ab se, tanquam Rege Romanorum concessis eâ conditione, ut cum vexillis & aliis solennitatibus illa recipiat, si Ducatui ipse aliquando appropinquaverit. Datum ipso die Lucæ Evangelistæ Anno* 1383. *Regnorum suorum Bohemiæ XXI. Romani VIII.* [J. J. PONTANUS Hist. Gelricæ Lib. 8. pag. 321.]

WEnceslaus Dei gratiâ Romanorum Imperator semper Augustus, ac Bohemiæ Rex Recognoscimus & notum facimus universis & singulis præsentes nostras literas visuris & audituris. Quia nos illustri Gulielmo Duci Gelriæ & Zutphaniæ Comiti, nostro Sororio & Principi suos Principatus, Dominia, Terras, Bona & Homines, quibuscunque verbis nominari poterunt, qui à nobis ac sacro Imperio nostro ut feudo dependent, tanquam Rex Romanorum gratioſè eundem de illis infeudavimus ac loco nostro idem noster Sororius illustribus *Gulielmo* Duci Juliacensi & Gelrensi Patri suo, & *Primislao* Duci Teschini nostro dilecto Avunculo, Consiliariis & Principibus, consueta mandamenta fidelitatis & homagii præstitit ad nobis obediendum nostramque utilitatem & damnum præcavendum, prout id moris & æquitatis fuerit: Ità tamen cum ad proximiora & viciniora illius Ducatus loca venerimus, tunc antedictus Sororius noster de Gelriâ illos Principatus, Dominia, Terras, Bona & Homines, ut præmittitur, à nobis cum vexillis & aliis solemnitatibus personaliter in feudum recipiet, ad formam sicuti talis Principatus & Dominia, Terræ, Bona & Homines, ut antea expressum est, consueverunt à Rege Romanorum in feudum recipi. In fidem præmissorum hanc literam nostro sigillo regalis Majestatis communivimus. Datum anno à nativitate Domini millesimo supra trecentesimum octuagesimo tertio, ipso die Lucæ Evangelistæ, Regnorum nostrorum Bohemiæ XXI, Romani VIII.

CXXXVII.

26. Dec. *Testament de* LOUIS *Duc d'Anjou, Fils par nature de* JEAN *Roi de France, & par adoption de* JEANNE I. *Reine de Naples. Apres beaucoup de legs pieux, il y regle le Douaire de la Duchesse son Epouse, & partage ses Etats entre ses Fils, voulant que l'on redemande au Pape* CLEMENT VII. *les* 400 *mille florins qu'il a depensés à l'entreprise dont ils étoient convenus, & que cependant s'il peut parvenir à la Possession du Royaume de Naples, ce soit son Fils aîné* LOUIS *qui lui succede à cette Couronne, comme aussi au Comté de Provence, & aux Duchez d'Anjou, & de Tourainne. Datum die* 26. *Decembris* 1383. [MARTENE Thesaurus novus Anecdotorum Tom. I. col. 1594. Ex Autographo in tabulario Regio servato. Annotations de GODEFROI sur L'histoire de CHARLES VI. pag. 765.] Anno 1383.

IN Nomine Patris & Filii, & Spiritûs-sancti. Amen.

LUDOVICUS Dei gratiâ Rex Jerusalem & Siciliæ, Ducatûs Apuliæ, Principatûs Capuæ, Dux Andegaviæ & Turoniæ, comitatuum Provinciæ, Forcalquerii, Cenomaniæ & Pedimontis, ac de Rossiaco Comes, universis præsentes litteras inspecturis salutem.

Quoniam breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud Altissimum, & constituit terminos ejus qui non poterunt præteriri, sanè hæc celebri meditatione revolventes, & quòd Deus statuit hominem mori, qui suo proprio Filio non pepercit, mors quoque omnia mordens necessitatis modo omnem superat sillogismum, exceptiones non recipit, & dilationes aliquas non admittit. Videmus enim vivos strenuissimos, principes potestate terribiles totâ die mori, mortis etiam omnes tributarii sumus, nec cessabit donec fodiatur peccatori fovea. Ille sub quo hodie fremit mundus, quem tremunt populi, provinciæ alienæ formidant, hodie moritur, & infra breve tempus in pulverem vilissimum redigetur. Jam certé advesperascit nobis, jam enim vitæ nostræ dimidium, & ampliùs peregimus, jam venimus ad canos, & mortis præambulos festinantes accepimus; & cùm fallax sit hic mundus, quia vita brevis, & finis dubius, de morte quidem certissimi sumus, nihil tamen nobis incertius horâ mortis, & proinde in nostro & cujùsliber sapientis animo suspecta meritò debet esse, jugiter profectò in nostra mente gerentes, quanta summus Largitor, Dominus dominantium, per quem reges regnant, nobis fecerit, nos de comite in ducem, de duce in Regem, suâ ineffabili gratiâ erigendo. Sumus siquidem in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in mortis periculis frequenter, in itineribus sæpe, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, in labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in jejuniis plurimis, in frigore & nuditate. His itaque & aliis modis in arena hujus sæculi pugnantes, triumphum nostrum gladio consummavimus, & sanguinem nostrum in nomine JESU-CHRISTI Deo Patri vespertinum offerentes sacrificium, qui postmodum multos & maximos cum eorum Provinciis nostræ Ditioni miserabiliter subjugavit. Nos etiam licèt immeritos honoribus & bonis mundanis innumeris extulit. Et quia inenarrabilia sunt opera Domini, & ipsius miserationes sunt super omnia opera ejus, ne beneficiorum quæ nobis fecit, & suorum mirabilium quæ nobis ostendit videamur immemores, inde sibi devotissimas & gratiarum uberrimas corde purissimo referimus actiones; & ne nos (quod absit) intestati decedamus, sed de bonis à quo cuncta procedunt nobis collatis, & ipsius faciente dextera impostèrum conferendis ordinare, & etiam disponere cupientes, mente & intellectu sanis fulciti, ac etiam præmuniti.

Primitùs, nostram animam, cùm à corpore separata fuerit, summo Creatori flexis genibus devotissimè commendantes, gloriosissimæ Matri suæ beatæ Virgini MARIÆ, beatis Gabriëli, Raphaëli, & Michaëli, ac ceteris beatorum spirituum ordinibus Angelorum, Johanni Baptistæ, ceterisque Patriarchis & prophetis, Johanni Evangelistæ, Petro & Paulo, Andreæ, Jacobo, Bartholomæo, Matthæo, ceterisque apostolis & evangelistis, sanctis Stephano, Laurentio, Dionysio, & Mauritio, cum sociis eorumdem, Georgio, Christophoro, Quintino, ceterisque Dei martyribus, beatis Martino, Nicolao, Juliano, Ludovico de Francia, & Massilienſi, Anthonio, Thomæ de Aquino, Petro Celestino, ceterisque Confessoribus, sanctis Mariæ Jacobi, & Salome, Katherinæ, Magdalenæ, Marthæ, Agneti, Mariæ Ægyptiacæ, Margaretæ, Ceciliæ, Sabinæ, sanctæ Elisabeth, atque Claræ, ceterisque CHRISTI virginibus, ut eorundem sanctorum & sanctarum intercessionibus, ipsa nostra anima de manu inferi libe-

ANNO 1383. liberata, in sinu sanctissimi patris Abrahæ per eosdem angelos collocetur. nostrum fecimus, condidimus, & ordinavimus, facimus, condimus, & etiam ordinamus testamentum, prout in decem foliis ibidem altâ voce in nostræ majestatis, testium, & notarii infrascriptorum præsentia compendiosè narratis, & etiam intellectis, latiùs & seriosiùs continetur. Quorum foliorum tenor & continentia de verbo ad verbum inferiùs describuntur. Quod quidem testamentum valere volumus jure testamenti, & si non valeret jure testamenti, valeat jure codicillorum, vel jure cujuslibet alterius voluntatis, primo & ante omnia alia, quamvis testamenta, etiam jure testamenti, aut jure codicillorum, seu jure cujuslibet alterius voluntatis valentia per nos hactenus & ante nostri regni Siciliæ tituli Regis assumtionem facta & condita sub quibusvis tenore atque forma revocando expresè irritantes cassando & etiam adnullando volumus quòd nullius existant roboris, efficaciæ, vel momenti. Tenor verò & continentia dictorum decem foliorum sequitur in hæc verba:

C'est l'ordonnance de nostre testament & derraine volenté.

Premierement nous elisons nôtre sepulture pour nôtre corps en la basse chapelle dessous la sainte Chapelle du palais à Paris derriere le grand autel, & voulons que nôtre cuer soit en l'Eglise d'Angiers, & nos entrailles en l'Eglise de Monseigneur S. Martin de Tours.

Item accordes eſt & aſſentuz qe lez draps de Ray & de coloure affayres & aceneres a Briſtout & ez countez environe ſoyent de la meſure altre foythe ordeignee par eſtatut fait a Weſtmynſtre lan du regne le Roy Edward ayel noſtre Seignur le Roy quore eſt XLVII. C'eſt aſſavoyre lez drapes de Roy de la longure vynt & oept anz meſures per le liſt & ſynk quarters de laeure, & le drape de colour de XXVI. annez de longure meſure per les doos & VI. quarters de laeure au meyns. Et que demy drape ſoit il de Roy oue de colour tiegne en longure ſolonc la ferant en laeure come lez drapes de colour & du Ray ſur la payne a lymitiere en mesme la eſtatut.

Item, qe nulle Liege du Roy de quele eſtate oue condicion quil ſoit greyndre oue meyndre paſſe le miere nenvoy hors du Rojalme Denglieterre per lycence oue ſanz lycence ſanz eſpecial conge du Roy mesmes pur ſoy providre oue purchacere aſcune benefice du Seint Eſgliſe oue cure ſanz cure en la dit Rojalme; Et ſi aſcune le face & par vertu de tiele proviſion accepte oue per luy oue per lautre aſcune benefice en mesme la Rojalme, que a cele temps mesme le proviſour ſoit hors de proteccion du Roy & mesme la benefice voyde ſi que bien liſe a patrone du mesme le benefice ſi bien eſpirituele come temporil preſentere a ycelle un clere able a ſa volunte.

Enſement eſt aſſentuz & ordeignez que le ſtaple ſoit remewes du Mydburgh a Caleys, & quil ſoit a Caleys le primiere jour de Decembre proſcheyne avenir.

CXLIII.

Inſtrumenta bina, primum ſcilicet de Colloquio in Caſtro Turonenſi habito per JOHANNEM *Ducem Bituriæ & Comitem Pictavenſem, & de* LUDOVICUM *Ducem Burgundiæ cum* JOANNE *Duce Britanniæ, pro Pace & Concordia inter Regem Franciæ & eundem Ducem reducenda; ubi plura de ſuperioritate Regia in Ducatu, nec non de libertatibus & Franſchiſiis ejusdem hinc inde adducuntur; Alterum vero de Placido Exitu* 1391. 1392. 26. Janv.

ANNO 1391. 1392.

hujus Collocutionis atque Duci admodum ſecundo. Data ſunt ambo in Caſtro Turonenſi die 26. Januarii Anno Domini 1391. *ſecundum uſum computationis Gallicæ Indict. XV.* [LOBINEAU Hiſtoire de Bretagne. Aux preuves du Liv. 13. col. 753.]

IN Nomine Domini Amen. Tenore preſentis publici Inſtrumenti evidenter pateat univerſis quod anno Dom. MCCCXCI. ſecundum uſum computationis Gallicane, Indictione XV. menſis Januarii die XXVI. Pontificatus SS. in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Clementis Divina providentia Pape VII. anno XIV. in noſtrum Notariorum publicorum, & teſtium ſubſcriptorum preſentia illuſtres & clari Principes DD. Johannes Biturie & Ludovicus Burgundie Duces aceedentes perſonaliter ad illuſtrem Principem D. Johannem Ducem Britannie & Comitem Richemondie tunc in quadam camera ſecreta D. Regis Francie in caſtro Turonenſi tunc reſidentis exiſtentem, una cum R. P. D. Henrico Venet. Epiſcopo Cancellario ſuo Britannie, Dominiſque Guidone de Lavalle ac Karolo de Dinanno Caſtrobrientii Dominis, ac pluribus aliis nobilibus & Conſiliariis dicti D. Ducis Britannie ibidem congregatis; eidem D. Duci Britannie expoſuerunt & dixerunt ex parte D. Regis & ejus Conſilii, ut dicebant: quod cum de & ſuper matrimonio contrahendo inter D. Johannam filiam ipſius D. Regis & D. Comitem Montisfortis filium primogenitum dicti D. Ducis Britannie ipſi D. Rex & Dux Britannie tractaſſent ad invicem & eſſent unanimes ſuper hoc & concordes; ac de & ſuper diſſenſionibus & controverſiis vertentibus inter ipſum D. Ducem Britannie & Johannem de Blaiz Comitem Penthevrie, Oliveriumque Dominum de Clicio bona etiam appointamenta & concordie per Dei gratiam eſſent facta; idem D. Rex cupiebat de modo tenementi & ſubjectionis Britannie per ipſum D. Ducem ſcire & audire. Qui quidem D. Dux Britannie eiſdem D. D. Ducibus Biturie & Burgundie reſpondit: quod bene verum erat quod idem D. Dux Britannie & ejus Ducatus ſubmittebantur dicto D. Regi tanquam Domino ſuperiori in duobus caſibus tantum, videlicet in cauſis appellationum factarum à Parlamento dicti D. Ducis ad Parlamentum Regis, de & pro falſo & injuſto, ſeu pravo judicio, & de & pro defectu ac denegatione juris, & non aliter. Illicoque dictus D. Dux Britannie conqueſtus fuit ibidem dictis Dominis Ducibus Biturie & Burgundie, dicens & exponens eis quod licet de nobilitate, libertatibus & franchiſiis ipſius D. Ducis & Ducatus ſui Britannie, & ſecundum formam & naturam tenementi dicti Ducatus nulla ſimplicia adjornamenta in ſimplicibus querelis debeant concedi vel fieri contra dictum D. Ducem ſeu aliquas perſonas Ducatus ſui Britannie in Franciam & ad Parlamentum Regis; tamen gentes tenentes Parlamentum Regis de novo conceſſerunt & dederunt nonnulla adjournamenta contra nonnullos ſubditos dicti D. Ducis, contra dictas nobilitates, libertates & franchiſias, &c. requirens idem D. Dux quod dicta adjournamenta annullarentur nec amplius concederentur; nonnulliſque verbis inter ipſos DD. Duces ſuper hoc proloquutis, ipſi DD. Duces Bit. & Burg. dicto D. Duci Brit. reſponderunt quod de cetero talia adjournamenta non fierent, &c. Deinde vero dicti Duces Bit. & Burg. eidem D. Duci Brit. ex parte D. Regis tetigerunt de & ſuper modo receptionis homagiorum Ducatus Britannie, aſſerentes quod idem D. Dux Brit. in receptione dictorum homagiorum ſuorum ponebat unam clauſulam prejudiciablem Regie Majeſtati videlicet: *Vous devenez home lige à Monſeigneur le Duc de Bretaigne qui cy eſt, & luy promettez porter fay, loyauté & ſervice, & plus proche à luy que à nul autre; & par voſtre ſerment que ainſi le tendrez bien & loyaument.* Et etiam de monetis albis quas idem D. Dux in Ducatu ſuo faciebat, necnon de reſſorto ſeu appellationibus Regalium Epiſcoporum & Eccleſiarum Cathedralium Britannie, & multa alia verba ſuper hoc ad invicem habuerunt; quibus DD. Ducibus Bit. & Burg. idem D. Dux Brit. articulatim reſpondit; & primo ſuper dicto articulo faciente mentionem de receptione homagiorum, quod ipſe D. Dux Brit. & predeceſſores ſui quilibet pro tempore ſuo dicta homagia ſua à fidelibus & ſubditis ſuis cum dicta clauſula recipere conſueverunt & receperunt, & ita volebat & intendebat ipſa homagia ſua recipere in futurum, nec pro moriendo aliter reciperet ſeu recipere dimitteret; ſuper articulo vero faciente mentionem de monetis, reſpondit quod in factione monetarum ſuarum volebat & intendebat uti prout ipſe & dicti predeceſſores ſui poterant & debebant ac facere conſueverant, & ſuper articulo faciente mentionem de Regalibus Prelatorum & Eccleſiarum Cathedralium, nolebat nec intendebat uti, niſi prout ab antiquo predeceſſores ſui conſueverunt, nec volebat impedire quin reſſortum ſeu appellationes dictorum Regalium fierent & irent ubi ire debebant & conſueverunt ab antiquo. Et demum dicti DD. Duces Bit. & Burg. ipſum D. Ducem Brit. rogaverunt quatenus ſaltem homagium Johannis de Blaix Domini Penthevrie, quod per appointamentum & ordinationem ſuper hoc facta idem Comes debebat eidem D. Duci Brit. facere, vellet idem D. Dux Brit. recipere in preſentia D. Regis abſque dictis verbis, videl. *Et plus proche à luy que à nul autre*; alioquin dubitabant quod omnes tractatus, apointamenta & concordie facte & proloqute de matrimoniis inter liberos dictorum DD. Regis & Ducis, quam de & ſuper diſcuſionibus & controverſiis inter ipſos D. Ducem & Comitem Penthevrie ac Gliverium D. de Clicio caſſarentur & annullarentur, &c. & quod etiam Rex ob hoc offenderetur. Qui quidem D. Dux Brit. tunc eiſdem Ducibus Bit. & Burg. reſpondit, quod ob reverentiam Regis & ipſorum DD. Ducum, ac ad eorum requeſtam, iſta vice tantum, reciperet coram Domino Rege homagium dicti Comitis Penthevrie ſine verbis predictis, videlicet, *& plus proche à luy que à nul autre*; ita tamen quod hoc eſſet ſine prejudicio ſuo in receptione aliorum homagiorum ſuorum; que quidem homagia ſua idem D. Dux Brit. intendebat & volebat recipere cum dicta clauſula, *& plus proche à luy que à nul autre*, prout ipſe & ſui predeceſſores Principes Brit. ab antiquo ſic conſueverant recipere; Et de hoc proteſtatus fuit ſpecialiter & expreſſe. Cumque poſt hec dicti DD. Duces Bit. & Burg. abinde receſſiſſent pro nuntiando & referendo D. Regi ea que ut predicitur dicta & proloquta fuerant inter eoſdem DD. tres Duces, idem D. Dux Brit. dixit & proteſtatus fuit verbis expreſſis quod omnia predicta verba & reſponſiones per eum facte DD. Ducibus predictis, & omnia quecumque fecerat & faciebat tunc Turonis, in quantum prejudiciabant & prejudicare poterant ipſo D. Duci & Ducatui ſuo Britannie, ejuſque nobilitatibus, &c. ac matrimonio filii ſui, & alia, fecerat & faciebat compulſus ſeu coactus vi, timore, & metu potentie dicti Regis, & non ſponte ſua ſeu libera volutate, nec ipſas ratas vel gratas habebat, nec obſervare intendebat; imo ipſas ex tunc revocabat & pro nullis eſſe volebat; nam veriſimiliter dubitabat & timebat, prout per juramentum ſuum tunc dicebat, quod ſi contradiceret voluntati Regis & dictorum avunculorum ſuorum, quod idem Rex propter hoc forſan offenſus & furore motus contra ipſum, per potentiam ſuam ipſum D. Ducem arreſtaret & ſibi ac patrie ſue gueram faceret, &c. Et quod intendebat dum eſſet reverſus pacifice in patria ſua, dictis nobilitatibus, &c. tam in receptione homagiorum, quam in factione monetarum, &c. uti & gaudere prout ſibi videretur expedire, ſecundum quod ipſe & predeceſſores ſui debebant & potuerunt & ab antiquo facere conſueverunt; & alibi dictum filium ſuum, ubi & quando ſibi placuerit, maritare, &c. Acta fuerunt hec in dicta parva camera ſecreta juxta cameram propriam dicti D. Regis hora quaſi tertia diei ſupradicte; preſentibus quibus ſupra, ac diſcretis & providis viris Bernardo de Keroneuff Preſidenti Parlamenti Brit. Guillelmo Eder, Jameto le Coq, & pluribus aliis teſtibus, &c. *Cb. de Nantes. arm. G. caſſette G. n.* 10.

ANNO 1392. 1391.

In nomine Domini Amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum cunctis ſit manifeſtum quod anno ejuſdem Domini MCCCXCI. XXVI. Januarii, &c. Coram Sereniſſimo & preclaro Principe D. Karolo Francorum Rege tunc in cathedra Regia ſedente in camera ſua paramenti in caſtro videl. Turon. preſentibus illuſtribus & inclitis Principibus DD. Johanne Biturie, Ludovico Burgundie, Johanne Turonie, Johanne Britannie & Ludovico Borbonie Ducibus, cum aliorum nobilium, Prelatorum, & Conſiliariorum & Eccleſiaſticorum ac ſecularium virorum

ANNO 1391. 1392. rum ibidem congregatorum multitudine copiosa; dictus D. Dux Burgundie verba proferens, dicto D. Regi retulit & exposuit quod ipsi DD. Duces Bit. & Burg. ex parte & de mandato dicti D. Regis nuper loquti fuerant ipsa die cum dicto D. Duce Brit. super modo & natura tenementi Ducatus sui Britannie; & quod idem D. Dux Brit. Regi recognoscebat se & Ducatum suum Brit. fuisse & esse submissum, & ipsum D. Regem Francie fore Dominum suum superiorem, in duobus casibus tantum, videlicet in causis appellationum factarum à Parlamento dicti D. Ducis ad Parlamentum Francie, de & pro falso & injusto judicio, & de & pro defectu & denegatione juris, & non alias. Qui quidem D. Dux Brit. immediate ore proprio ibidem recognovit premissa fore vera; dicens quod ipse in dictis casibus D. Regi obediret ac etiam faceret servitia & beneplacita prout tenebatur sub spe & intentione quod ob hoc ipse D. Dux esset melior & fortior, bono dominio ipsius D. Regis in futurum, salvis semper in omnibus juribus, libertatibus, superioritatibus, nobilitatibus, & franchisiis suis & Ducatus sui Britannie, supplicavitque consequenter dicto D. Regi quod ipsas libertates, jura, franchisias, &c. dignaretur ipsi Duci tenere, observare, & confirmare, nec ipsum aliqualiter impedire vel diminuere dignaretur. Qui quidem D. Rex eidem D. Duci de & super bonis affectione & amore quas habebat ad eum, & de oblatis sibi servitiis & beneplacitis per eumdem D. Ducem regratiatus fuit, respondituque quod dicta jura, &c. observaret, nec ea diminueret, &c. sed volebat quod idem Dux eis pacifice uteretur secundum quod predecessores sui consueverunt, &c. De & super eo vero quod dictus Dux Brit. dolenter conquestus fuerat & conquerebatur de adjournamentis simplicibus, &c. fuit ibidem D. Duci Brit. per D. Ducem Burg. responsum, verba nomine Regis proferentem, quod de cetero talia adjournamenta contra dictum D. Ducem & ejus subditos nullatenus concederentur in simplicibus querelis, omissis modis, sedibusque, & barris dicti Ducis Brit. gradatim; idem D. Dux mittat ad Parlamentum Regium pro requirendo ipsa adjournamenta sibi remitti, & statim sine difficultate gentes tenentes Parlamenta, ipsa adjournamenta remittent coram dicto D. Duce & ejus judicibus justitiam recepturis, & dicta talia adjournamenta annullabuntur, &c. De & super quibus idem D. Dux petiit à nobis notariis publicis sibi fieri publica instrumenta. Acta fuerunt hec hora quasi meridiana, &c. Presentibus RR. in Christo PP. DD. Henrico Venetensi, Richardo Dolensi Episcopis, ac Bernardo de Keroneuff presidente Parlamenti Brit. Guillelmo Eder, Magistroque Roberto Brochereul, & Johanne du Fou. Testibus ad hoc vocatis. Signatum Petrus d'Grenge & Herveus le Grant autoritate Apostolica & Imperiali Notarii. *Ibid. Arm. L. cassette B. n.* 19.

CXLIV.

1392. 26. Janv. *Protocolum Compromissorum quæ fecerunt* JOANNES GALEAZ *Vicecomes Mediolani*, FRANCISCUS DE GONZAGA *Dominus Mantuæ, Communitas & Populus Perusii, Communitas & Populus Senarum pro se & nomine Adherentium eorum ab une parte; nec non Ligæ Florentinorum, Bononiensium*, FRANCISI *Junioris* DE CARRARIA *Domini Paduæ, Astorgii de Bagnacavallo Domini Imolæ, pro se, & nomine* ALBERTI *Marchionis Estensis, & Domini* MANFREDI *de Faventia aliorumque Colligatorum, adherentium & Recommandatorum ab altera parte, de Pace inter eos firmiter pangenda, in Arbitrium* RICARI CARAZOLI *S. Sedis Apostolicæ Legati, &* ANTONIOTI DE ADURRIS *Ducis Januæ cum Communitate & Populo suo; Quo continentur præter Pacta & Conventiones dictorum Compromissorum, & Sententias Arbitrales primam & secundam, omnes Petitiones, Procurationes, allegationes, Defensiones, & Ratificationes in hoc Negotio ab omnibus partibus exibitæ, a 28. Decembris 1391 ad 26. Januarii 1392.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantouë.] ANNO 1392.

Instrumentum Compromissi pro Pace fienda actum in Civitate Januæ 28. Octobris Indictione x. quarta secundum stilum Januæ.

IN Nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione quarta x. secundum cursum Januæ, die Jovis vigesima octava Mensis Octobris hora quarta Noctis, tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris Domini Domini Bonifatii divina Providentia Papæ noni Anno tertio.

Spectabilis, & Egregius Miles Dominus Nicolaus Spinellus Comes Joiæ, & Regni Siciliæ Cancellarius, & Spectabilis, & Egregius Miles Dominus Gulielmus de Bevilaquis filius quondam Domini Franciſci Militis, Consiliarii, & Procuratores Illustris Principis, ac Magnifici & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum, Domini Mediolani &c. Imperialis Vicarii ad infrascripta omnia, & singula facienda, gerenda, & exercenda solemniter constituti, ut constare vidimus Nos Notarii infrascripti publicis Instrumentis Procuratoriis fieri rogatis, Uno videllicet manu Domini Johannis de Oliariis Notarii, & Civis Papiensis in personam supraſcripti Spectabilis Militis Domini Nicolai anno proxime præterito Indictione decima quarta secundum cursum Civitatis Papiæ die secundo Mensis Octobris præsentis, Alio facto in personam præfati spectabilis Militis Domini Gulielmi fieri rogato manu Cattelani de Christianis Notarii Civis Papiensis filii quondam Domini Franceschini Juris Periti, Anno proxime præterito indictione quarta decima die lunæ xxx. Mensis Octobris. Procuratoriis nominibus præfati Illustris Domini Johannis Galeaz, & pro ipso Domino Johanne Galeaz ejusque filiis, & Hæredibus, ac etiam nomine, & vice Adhærentium, Complicium, Valitorum, Colligatorum, & Sequacium, Recomendatorum, Benevolorum, ac subditorum præfati Domini Domini Johannis Galeaz.

Et spectabilis, & Egregius Miles Dominus Filippus de la Molza, & Sapiens Vir Dominus Johannes de Bobio Jurius Utriusque Doctor, Procuratores Magnifici, & Excelsi Domini Domini Francisci de Gonzaga Domini Mantuæ Imperialis Vicarii Generalis ad infrascripta omnia, & singula facienda, gerenda, & exercenda solemniter constituti ut constare vidimus publico Instrumento dictæ Procurationis fieri rogato manu Jacob de Falconibus Notarii, & Civis Mantuæ Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quarta x. secundum cursum Civitatis Mantuæ die Jovis x. quarto Mensis Decembris nomine, & vice dicti Magnifici Domini Domini Franciſci Domini Mantuæ, ejusque Adhærentium, Complicium, Valitorum, Colligatorum, Vassalorum, Sequacium, Recommendatorum Benevolorum & subditorum.

Et spectabilis Miles Dominus Nicolaus de Balionibus Legum Doctor, & Nobilis, ac Circumspectus Vir Ser Ugolinus Cechini honorabiles Cives Perusii Sindici, & Procuratores Magnificæ Communitatis, Hominum, Populi, & Universitatis Magnificæ Civitatis Perusii ad infrascripta omnia, & singula facienda, gerenda, & exercenda solemniter constituti, ut constare vidimus publico Instrumento dicti Sindicatus fieri rogato manu Johannis quondam Magistri filii de Perusio Notarii Anno millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione decima secundum stilum Civitatis Perusii, die undecima Mensis Novembris, nomine, & vice prædictæ Communitatis, Populi, & Universitatis Civitatis Perusii, ac etiam nomine, & vice omnium, & singulorum Adhærentium, Complicium, Valitorum, Colligatorum, Benevolorum, sequacium, Recommendatorum, Vassalorum, & subditorum dictæ Civitatis Perusii.

Et Nobilis, & Prudens Vir Battista Muni Casini de Pizolhominibus Civis Senensis Sindicus, & Procurator Magnificæ Communitatis, hominum, Populi, & Universitatis Magnificæ Civitatis Senarum ad infrascripta omnia, & singula facienda, gerenda, & exercenda solemniter constitutus, ut constare vidimus publico Instrumento Sindicatus, & Procurationis scripto manu Andreæ quondam Justi de Cennis de Vulteriis Notarii Anno Dominicæ Incarnationis

ANNO 1392. millesimo trecentesimo nonagesimo primo Indictione x. quinta die duodecimo Mensis Decembris nomine, & vice dictæ Communitatis, & Populi, & Universitatis Civitatis Senarum ac nomine, & vice omnium, & singulorum Adhærentium, Colligatorum, Benevolorum, Complicium, Valitorum, sequacium, Recommendatorum, Vassalorum, & Subditorum dictæ Civitatis Senarum, & quilibet ex ipsis Procuratoribus, & Sindicis nomine, & nominibus quo, & quibus supra ex una, sive pluribus Partibus, protestatione præmissa principio, medio, & fine præsentis Instrumenti Compromissi per suprascriptos, & infrascriptos Sindicos, & Procuratores, dictis, & infrascriptis modis, & nominibus, quod per additionem, vel expressionem alicujus Cognominis, vel qualitatis, aut Dominationis, vel dignitatis factam in præsenti Compromisso de aliquo ex suprascriptis, vel infrascriptis Contrahentibus, seu Partibus nulla probatio sumi possit, vel aliquod præjuditium generetur dictis Partibus, nec alicui ipsarum nec alicui ex ipsis Partibus.

Et Egregii ac spectabiles Viri Dominus Filippus Domini Alemani Miles de Adimaribus Dominus Ludovicus Domini Francisci de Albergotis Legum Doctor, & Guido quondam Domini Thomasii Cives honorabiles Florentini Sindici, & Procuratores, ac Nuntii spetiales Magnifici & Excelsi Communis Florentiæ ad infrascripta, & alia a dicto Communi legitime constituti, & ordinati, de quorum Sindicatu, & mandato constare vidimus publico Instrumento inde confecto manu Prudentis Viri ser Viviani Nerii Notarii publici Florentini, & scriba Reformationum, & statutorum Populi, & Communis Florentiæ, ac etiam manu ser Ugolini Petruccii Notarii Florentini Anno ab Incarnatione Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quinta decima, die Octava Mensis præsentis Decembris Sindicario, & Procuratorio nomine dicti Magnifici Populi, & Communis Florentiæ, & pro Civitatibus, Castris, Fortalitiis, Terris, & Locis dicti Communis, & seu quæ per dictum Commune tenentur, vel possidentur, & earum Civibus, & Comitativis, & ejusdem Communis Florentiæ subditis quibuscunque, ac etiam vice, & nomine omnium, & singulorum ejusdem Communis Florentiæ Adhærentium, Complicum, & sequacium.

Et Egregius Legum Doctor Dominus Tomasius de Sto. Johanne, & Sapiens Vir Andallo de Bentivoliis Cives honorabiles Bononienses Sindici, & Procuratores Magnifici, & Potentis Communis Bononiæ ad infrascripta & alia per dictum Communem Bononiæ legitimè constituti & ordinati, de quorum Sindicatu, & Mandato constare vidimus publico Instrumento inde confecto manu ser Filippi Angelini olim Filippi de Marsiliis Notarii Bononiensis. Anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo Indictione x. quarta die vigesimo sexto Mensis Augusti, Sindicario, & Procuratorio nomine dicti Magnifici Communis Bononiæ, & pro ejus Civibus Comitativis, & districtualibus, & pro Castris, Fortalitiis, Terris, & Locis dicti Communis, & seu quæ per dictum Commune tenentur, vel possidentur, & ejus Communis subditis quibuscunque, ac etiam gestorio, & vice, & nomine omnium, & singulorum ejusdem Communis Bononiæ Colligatorum, Adhærentium, Complicium, sequacium, vel subditorum.

Et Egregii Viri Dominus Michael quondam Antonii de Rabata Cives Florentinus Miles strenuus, & Dominus Franciscus de Conseluis de Padua Legum Doctor Procuratores, & Nuntii spetiales Magnifici & Excelsi Domini Francisci Junioris de Carraria Paduæ &c., ab ipso Magnifico Domino Francisco ad infrascripta, & alia legitime constituti, & ordinati, ut de eorum Procuratorio, & Mandato constare vidimus publico Instrumento inde confecto manu ser Johannis Francisci quondam Nicolai Civis Paduæ Notarii Anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione decima quarta, die Veneris decimo octavo Mensis Augusti, Procuratorio nomine dicti Magnifici Domini Francisci, & pro ejus Civibus, Comitativis, & districtualibus, & prò Castris, Fortalitiis Terris, & Locis dicti Domini Francisci, & seu quæ per dictum Dominum Franciscum tenentur, seu possidentur, & ejusdem Domini Francisci Subditis quibuscunque, ac etiam vice, & gestorio nomine suorum Adhærentium, Complicium, sequacium, Recomendatorum, vel subditorum, Ac etiam omnes dicti Sindici dictorum Communium Florentiæ, Bononiæ, & Domini Francisci de Carraria prædicti, vice, & nomine Illustris, & Excelsi Domini Domini Alberti Marchionis Estensis; & prò ipso Domino Marchione, & Terris, subditis, Adhærentibus, Complicibus, Colligatis, & Auxiliatoribus suis, & Magnificorum Dominorum Astorgii de Manfredis Faventiæ &c. Bernardini, & Ostaxii, & Fratrum suorum de Polenta Ravenæ &c. & Domini Ludovici de Aliduciis Domini Imolæ, & eorum Colligatorum, ac etiam vice, & nomine aliorum Colligatorum, Adhærentium, & Complicium dictorum Magnificorum, Communium Florentiæ, Bononiæ, & Domini Francisci prælibati, & cujuscunque eorum, & prò ipsis Colligatis, Adhærentibus, & Complicibus, & eorum Terris, subditis, Adhærentibus Complicibus, & sequacibus. ANNO 1392.

Omnes simul Sindici, & Procuratores prædicti dictis modis, & nominibus ex parte una, & prò parte alia.

Facientes omnia infrascripta ex certa scientia, & non per errorem, & protestatione præmissa per dictos Procuratores, & Sindicos, & Mandatarios utriusque Partium in principio, medio, & fine præsentis Contractus, quod vigore predictorum, vel infrascriptorum non intendunt suas personas, vel eorum bona propria, aut jura modo aliquo obligare, sed solum, & dumraxat eosdem Dominos, & Constituentes, prò quibus agunt.

Fecerunt plenum, largum, & liberum Compromissum cum plena, larga, libera, & generali potestate, & bailia in Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum Dominum Ricardum Carozolum de Neapoli Sacræ Domus Hospitalis St. Johannis Hyerosolimitani Generalem Magistrum, & Sedis Apostolicæ Nuntium. Et Illustrem, & Magnificum Dominum Dominum Anthoniottum Adurnum Dei gratia Januensium Ducem tamquam in privatam personam, nec non in Magnificam Communitatem Januæ seu loco ipsius Communitatis illum, vel illos, qui elligentur per dictam Communitatem, seu representantes ipsam Communitatem ad dictum Compromissum, & ad omnia, quæ sequentur ex eo, omnes tres in concordia existentes, & non aliter, tamquam in eorum Arbitros, Arbitratores, Amicabiles Compositores, & Amicos Communes; de omnibus, & super omnibus, & singulis Guerris, discordiis, Controversiis, Contentionibus, Inimicitiis, Rancoribus, differentiis, litibus, & quæstionibus inter dictas Partes, & quamlibet ipsarum, & quemlibet, ex dictis partibus tam coniunctim, quam divisim vigentibus, seu quæ vigere possent, quoquo modo vel vigebunt, seu orientur durante præsenti Compromisso. Et de & super omnibus, & singulis Cædibus, Offensionibus, Injuriis, Robariis, Incendiis, spoliationibus, Invasionibus, Occupationibus, & derentionibus, & etiam de omnibus, & singulis invasis, spoliatis, innovatis, & occupatis, & perpetratis durante presenti Guerra, & etiam ab eo tempore citra, quo incoata fuit, seu per ipsum tempus, & etiam quæ fierent, durante presenti Compromisso. Et generaliter de omnibus, & singulis damnis, & dispendiis factis, illatis, occursis, commissis, seu datis per dictas Partes, seu alteram earum vel per aliquem ex prædictis Partibus, vel per earum subditos, Vassallos, Adhærentes, Complices, vel sequaces, seu stipendiarios, Recommendatos seu Benevolos, vel aliquam ipsarum Partium, vel aliquem ex dictis Partibus inter se ipsas, & ad invicem, & vicissim una contra alteram, vel altera contra alteram, vel alter ex predictis Partibus contra alterum ex dictis Partibus, personis, rebus, & quocunque alio modo, qui dici, vel excogitari posset, & etiam tam conjunctim, quam divisim, & etiam quæ darentur, seu fierent, durante presenti Compromisso, & de omnibus, & super omnibus, & singulis dependentibus, emergentibus, & connexis predictis, & a prædictis, & quolibet predictorum. Et etiam de omnibus, & singulis causantibus, vel quæ causarent, seu causare possent supradicta, seu aliquod supradictorum, & etiam super omnibus causantibus, vel quæ causare, & conservare possent Pacem inter dictas Partes, & quamlibet ipsarum & quemlibet ex partibus prædictis Arbitrio, & Arbitramento, & dispositione dictorum Dominorum Arbitrorum, & Arbitratorum. Ac etiam, quod de omni, & toto, de quo fuit pronuntiatum, declaratum, sententiatum, arbitratum, arbitramen-

ANNO 1392. tramentatum, deffinitum, ſtatutum, mandatum, vel ordinatum per ſupradictos Dominos Arbitros, & Arbitratores, intelligatur factum Compromiſſum, ac in compromiſſo, & in petitione coram eis deductum, & per eos ſuper eo cognitum, perinde ac ſi de ipſis, & quolibet ipſorum eſſet facta mentio ſpecialis, & ſpecifica in præſenti Compromiſſo, & petitione, & cognitione predictis, & in præmiſſis, & ultra predicta. Dantes, & concedentes dicti Sindici, & Procuratores dictis nominibus, & quolibet dictorum nominum dictis eorum Arbitris, & Arbitratoribus, ac Amicabilibus Compoſitoribus poteſtatem, & bailiam omnimodam, & liberam, ac generalem arbitrandi, arbitramentandi, pronuntiandi, ſententiandi, diſponendi, remittendi, declarandi, condemnandi, & abſolvendi, corigendi, & ſuper jam pronunciatis ſemel, & pluries, Ac ſtatuendi, ordinandi, & mandandi in prædictis, & ſuper prædictis, & quolibet prædictorum, & parte prædictorum, & cujuslibet prædictorum, & ut ſupra tam conjunctim, quam diviſim inter dictas Partes, & quemlibet, ex dictis Partibus, & ſuper dependentibus, emergentibus & connexis prædictis, & a predictis, & quolibet prædictorum de jure, vel accordio, ſeu convenientia, vel de facto, etiam variando, juris ordine ſervato, vel non ſervato, Libello oblato, vel non oblato, diebus feriatis, & non feriatis etiam introductis in honorem Dei, lite conteſtata, vel non conteſtata, eundo, ſtando, vel ſedendo, & in quocunque loco, Partibus citatis, vel non citatis, & una citata, & altera non citata, præſentibus Partibus, vel abſentibus, & una, ſeu pluribus præſente, vel præſentibus, & altera, ſive aliis abſentibus vel abſente, & demum in omnibus, & per omnia, prout, & ſicut dictis Arbitris, & Arbitratoribus videbitur, & placuerit ſecundum eorum liberam voluntatem, juditialiter etiam & extra juditialiter, nullo prætermiſſo obſtante. Et quod poſſint in eorum Arbitriis, & Arbitramentis accipere de Juribus, rebus, & poſſeſſionibus, & quaſi cujuslibet Partium prædictarum, & cujuslibet ex dictis Partibus, & attribuere, dare, & adjudicare alteri Parti, & cuilibet perſonæ, ex partibus prædictis etiam in magna, & maxima quantitate, & in totum, prout & ſicut ipſis Dominis Arbitris, & Arbitratoribus videbitur, & placuerit ſecundum eorum liberam voluntatem. Remittentes ipſi Procuratores, & Sindici, & quilibet ipſorum dictis nominibus, & quolibet dictorum Nominum dictis eorum Arbitris, & Arbitratoribus tam in procedendo, quam in pronuntiando omnem Juris Civilis, & Canonici auctoritatem obſervandam, & figuram. Emologantes ex nunc, prout ex tunc omnem ſententiam, pronunciationem, declarationem, arbitrium; & arbitramentum, ordinationem, & Mandatum, & quæcunque alia fienda, proferendas, & proferenda in predictis, & circa predicta, & quolibet predictorum, dependentibus, & connexis ab ipſis, & quolibet eorum, tamquam ſi eſſent juſte, & æque, vel juſta, & æqua. Promittentes ipſi Sindici, & Procuratores dictis nominibus, & quolibet dictorum nominum ſibi ad invicem, & viciſſim ſolemni ſtipulatione intervenientе, non dicere, opponere, vel allegare aliquam ſententiam, pronuntiationem, declarationem Arbitrium, & Arbitramentum, ſtatutum, Mandatum, & Ordinationem fiendas, & fienda, proferendas, & proferenda per dictos Dominos Arbitros, & Arbitratores in prædictis, & circa predicta, & quolibet predictorum, dependentibus, emergentibus, & connexis a predictis, & quolibet predictorum, eſſe nullas, ſeu nulla, iniquas, ſeu iniqua, & ipſas, & ipſa vel aliquam earum, ſeu aliquod ipſorum non petere reduci ad arbitrium boni Viri, nec reducendas, ſeu reducenda eſſe, allegare, nec etiam petere reſtitutionem in integrum, generalem, nec ſpetialem tam contemplacione Compromiſſi, quam arbitramentandorum, & declarationis, quæ pronuntiabuntur, vel fient per predictos Arbitros, nec etiam contra ea, quæ reſultabunt ex predictis, vel occaſione eorum.

Renunciantes dicti Sindici, & Procuratores, & quilibet ipſorum dictis nominibus, & quolibet dictorum nominum etiam per pactum expreſſum, & ſolemnem ſtipulationem beneffitio reſtitutionis in integrùm, & reductioni ad arbitrium boni Viri, Appellationi, reclamationi, quærelationi, Officio Judicis, omnique remedio, & beneffitio annullandi, in dubium revocandi Arbitramenta, quæ pronuntiabuntur, etiam ſi eſſent iniqua, iniquiſſima & maxima, & enormi quantitate, & læſione contra aliquam ex prædictis Partibus vel aliquem ex ipſis Partibus. Promittentes dicti Sindici, & Procuratores, & quilibet ipſorum dictis nominibus, & quolibet dictorum nominum ſibi ad invicem, & viciſſim ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde intervenientibus ſtare, parere, & obedire quibuſcunque ſententiis, Pronuntiationibus, declarationibus Arbitriis, & Arbitramentis, Statutis, Mandatis, & ordinationibus dicendis, & proferendis per dictos Dominos Arbitros Arbitratores, in prædictis, & ſuper predictis, & quolibet prædictorum, & dependentibus, emergentibus, & connexis, ac attendere, & obſervare omnia, & ſingula, quæ arbitrabuntur, & pronunciabuntur, ſeu declarabuntur, vel mandabuntur ſuper prædictis, & quolibet prædictorum, & dependentibus, emergentibus, & connexis, ſeu etiam ſuper aliquibus, vel aliquo prædictorum inter Partes predictas, & quamlibet ipſarum, ſeu aliquem ex predictis Partibus. Et contra ea, vel aliquod eorum non facere, vel venire per ſe, vel alium aliqua occaſione, ratione, vel cauſa, quovis ingenio, vel colore quæſito, de jure, vel de facto etiam, ſi de jure poſſent ſub pæna Florenorum ducentorum Millium auri boni, & juſti ponderis, in quam pænam incidat Pars non obſervans pacti obſervanti, & quæ pæna totiens committatur, & in ſolidum, & exigi poſſit, quotiens fuerit contrafactum in ſingulis Capitulis. Qua pæna commiſſa ſeu exacta, vel non, rata maneant ſupra, & infraſcripta. Et omnia, & ſingula dicenda, pronuntianda, declaranda, arbitranda, & arbitramentanda per dictos Arbitros, & Arbitratores, & reficere, & reſtituere Una Pars alteri, & altera alteri omnia, & ſingula damna, intereſſe, & expenſas litis, & extra, prò quibus omnibus, & ſingulis firmiter obſervandis, & attendendis Procuratores. & Sindici prædicti, & quilibet ipſorum nomine, & nominibus, & vice, quo, & quibus ſupra, omnia, & ſingula bona etiam, quæ alias non veniunt in generali obligatione Dominorum, Populorum, & Communitatum, quorum, ſeu quarum ſunt Procuratores, & ſeu Sindici ſibi ipſis viciſſim, & ad invicem nominibus, quibus ſupra recipientibus, & ſtipulantibus obligaverunt, & obligant.

ANNO 1392.

Quæ bona omnia, & ſingula obligata ut ſupra, ſi prædicta, ut præſcribitur, non attenderentur, ſolverentur, & non obſervarentur, liceat, & licitum ſit tunc, & in dictam cauſam parti, & ſeu Partibus, & cuilibet ex dictis Partibus, cui, vel quibus ſententianda, arbitranda, pronuntianda, mandanda, & declaranda, ſeu laudanda prædicta per dictos Arbitros, & Arbitratores non fuerint obſervata, & realiter executa, apprehendere, & corporaliter poſſeſſionem, ſeu quaſi intrare omnium bonorum, & Jurium Partis, ſeu Partium, & cujuslibet ex dictis Partibus, ut ſupra non attendentis, vel non attendentium, propria auctoritate, & absque ulla alicujus Judicis, vel Magiſtratus licentia, vel auctoritate ipſaque bona in ſe tenere, & in proprios uſus convertere, vendere, & alienare, ipſorumque fructus percipere, & de ipſis diſponere pro ipſius, vel ipſarum Partium, cui, vel quibus prædicta non obſervarentur liberæ voluntatis arbitrio, uſque ad promiſſorum omnium, & ſingulorum plenam, & integram ſolutionem, & ſatisfactionem, quia ſic inter ipſos actum extitit, & conventum. Conſtituentes, & promittentes dicti Sindici, & Procuratores, & quilibet ipſorum nomine, & nominibus, quo, & quibus ſupra viciſſim, & ad invicem per pactum expreſſum, & ſolemnem ſtipulationem, quod prædictæ Partes, & quælibet ipſarum, & quilibet ex prædictis Partibus prædicta omnia, & ſingula ut ſupra, attendent, ſolvent, & obſervabunt tam in Civitatibus Florentiæ, Mediolani, Papiæ, Bononiæ, Placentiæ, Paduæ, Cremonæ, Ferrariæ, Mantuæ, Faventiæ, Ravenæ, Peruſii, Imolæ, Senarum, Piſis, Venetiarum, & Januæ, quam alibi ubicunque, & in quocunque Loco, & Foro, & ſub quocunque Judice, & Rectore, tam Eccleſiaſtico, quam ſeculari. Et in ſolidum ubi, & in quo dictæ Partes, ſeu aliquis ex dictis Partibus, ſeu aliqua ipſarum Partium inventæ, inventus, vel inventa fuerit, ſeu fuerint. Et prædicta fuerint ut præſcribitur requiſita, & poſtulata, ſeu etiam tantum ubi per ipſos Dominos Arbitros, & Arbitratores

ANNO 1392. bitratores fuerit pronunciatum, vel declaratum.

Inter quos quidem Procuratores, & Sindicos dictis Nominibus, & quemlibet ex eis hoc fuit actum, per pactum expreſſum ſolemni ſtipulatione vallatum. Quod dicti Arbitri, & Arbitratores non poſſint, vel debeant ſententiare, laudare, arbitrari, arbitramentari, pronuntiare, vel declarare; aut aliquod facere in prædictis, vel aliquo prædictorum vigore dicti Compromiſſi, vel contentorum in eo, & ſeu dictæ bailiæ, & poteſtatis in totum, vel in parte, niſi fuerint omnes ipſi tres Arbitri, & Arbitratores ſimul præſentes in concordia, & concordes tam in effectu, quam in ſententia; tenore, & forma omnium, & ſingulorum; quæ laudare, ſententiare, arbitrari, arbitramentari pronuntiare, & declarare voluerint, & omnium, & ſingulorum, quæ in prædictis; pro prædictis, vel aliquo prædictorum facere voluerint, & ſeu fecerint.

Quod quidem Compromiſſum, & terminum ipſius Compromiſſi prædicti Procuratores & Sindici procuratoriis, & Sindicariis nominibus, quibus ſupra, & quilibet ex eis voluerunt valere, & durare debere usque ad, & per totam vigeſimam diem Menſis Januarii proxime venturi.

Inſuper dicti Procuratores, & Sindici, & quilibet ipſorum procuratoriis, & Sindicariis nominibus Dominorum, Communitatum, & Partium, quorum, & quarum ſunt Procuratores, & Sindici, volentes prædicta omnia; & ſingula, ac etiam Arbitria, Arbitramenta, Lauda, Mandata, Procuramenta fienda, & ſeu proferenda per ſupraſcriptos Arbitros, & Arbitratores, & Amicos Communes juramento firmare, juraverunt, & jurant ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manibus tactis ſcripturis in animas, & ſuper animas Dominorum, & Priorum, & Rectorum; & Præſidentium ipſarum Communitatum, quorum, & quarum ſunt Procuratores, & ſeu Sindici, & eorum qui eos conſtituerunt. Quod Domini Populi, & Communitates, quorum, & quarum ſunt Procuratores; & ſeu Sindici prædicta omnia, & ſingula, & quodlibet prædictorum attendent, & obſervabunt, & nullo unquam tempore contrafacient, dicent, ſeu venient opere vel facto, nec ulla exceptione, allegatione, contradictione, oppoſitione, petitione, nec aliquid aliud propter quod effectus præſentis Compromiſſi, & arbitramentandorum ut ſupra poſſint modo aliquo impediri, vel ipſi quovis modo contraire, facient, opponent, vel allegabunt.

Et renunciaverunt, & renunciant dicti Procuratores, & Sindici, & quilibet ipſorum Sindicariis & Procuratoriis nominibus, quibus ſupra viciſſim, & ad invicem exceptioni non facti præſentis Compromiſſi, & omnium rerum non ſic actarum, factarum, & geſtarum, ut ſupra continetur, & non præſtati dicti Juramenti, & ſpecialiter Autenticæ: Decernimus. Cod. de Arbitriis, quæ inhibet Arbitrium fieri cum Sacramenti interpoſitione, reductioni ad arbitrium boni Viri, Appellationi, reclamationi, quærelationi, Officio Judicis, beneficio reſtitutionis in integrum, omnique remedio, & beneficio annullandi, in dubium revocandi arbitramenta, quæ pronuntiabuntur, etiam ſi eſſent iniqua & iniquiſſima, & maxima, & enormi quantitate, & Læſione contra aliquam ex dictis Partibus, vel aliquem ex ipſis Partibus.

Et generaliter omni beneficio, & auxilio tam Juris Civilis, quam Canonici, ipſis Partibus, & cuilibet ipſarum ſpecialiter competenti, & competituro, Privilegii, Statuti, Reſcripti, Conſuetudinis, Appellationis, & in integrum reſtitutionis, emendationis, ſive Correctionis, exceptionis beneficio, per quod poſſent ipſe Partes, vel alique ipſarum in totum, ſeu partem a prædictis, ſeu ab obſervatione prædicti Arbitrii, ſeu Arbitramentorum, ſeu præceptorum, & Mandatorum, ſeu reſtitutione damnorum & expenſarum quomodolibet liberari. Privilegio Fori, Feriis quibuscunque, omnique alii Juri, exceptioni, & defenſioni contra hæc, & omnibus probationibus, & productionibus Teſtium contra prædicta, omnia & ſingula. Prædicta omnia Jura, Privilegia, & Beneficia, & ſupraſcripta auxilia dicti Sindici, & Procuratores nominibus, quibus ſupra viciſſim pacto remittentes expreſſo.

Facientes etiam prædicta omnia, & ſingula in præſentia Magnifici Viri Domini Caroli Marchionis de Carreto Poteſtatis Civitatis Januæ prædictis omnibus, & ſingulis ſuam, & Communis Januæ cum cauſæ cognitione auctoritatem, & decretum interponentis, & præſtantis. Cujus Domini Poteſtatis dicti Sindici, & Procuratores Nominibus quibus ſupra, & quilibet ipſorum Jurisdictionem ad hunc actum tantum ſponte, & expreſſe, ac ex certa ſcientia prorogaverunt & prorogant. Subicientes ſe expreſſe ac ex certa ſcientia, quoad actum prædictum, & quoad predicta circa ipſum Actum, Jurisdictioni, & decreto dicti Domini Poteſtatis. ANNO 1392.

Et idem dictus Dominus Poteſtas, mandavit, & dicti Sindici, & Procuratores nominibus quibus ſupra rogaverunt confici debere de præmiſſis unum, & plura publica Inſtrumenta unius, & ejusdem continentiæ, & tenoris per nos Antonium de Credentia Civem Januæ Cancellarium dicti Domini Ducis, quondam Coradi, Nicolaum Jacobi de Neapoli Secretarium ſupraſcripti Reverendiſſimi Domini Magiſtri, Lapum Mazei Civem Florentinum, Filippum Anzelini de Marſiliis de Bononia, Johannem Franciſcum Nicolai de Padua, Cattelanum de Chriſtianis Civem Papienſem; & Antonium filium quondam Domini Maginardi de Bonattis de la Volta Notarium, & Civem Mantuæ, Notarios publicos, & quemliber Noſtrum in ſolidum.

Acta fuerunt prædicta Januæ in Salla Nova Magna Palatii ducalis Communis Januæ, præſentibus teſtibus ad hæc vocatis ſpecialiter & rogatis.

Reverendo in Chriſto Patre Domino Fratre Raimundo Ordinis Prædicatorum Generali Magiſtro, Venerabili Viro Domino Fratre Antonio de Grimaldis Ordinis Sancti Johannis Hyeroſolimitani Priore Lombardiæ, Nobili, & Egregio Viro Domino Thoma de Spina Legum doctore, Gregorio de Marſupinis de Arecio Legum doctore, Vicario præfati Magnifici Domini Ducis; Domino Bondo de Lanfredutiis de Piſis, Legum doctore, Conrado Mazuro Notario & Communis Januæ Cancellario, Georgio Stella Notario, Conrado Fattinanti Notario, Johanne Stella Notario de Sancta Mazaro —— Notario, Civibus Januæ. Et pluribus aliis.

Petitio, & Capitula Domini Comitis Virtutum concernentes tantum dictum Dominum Comitem depoſita die Octava Januarii in ſero.

In Nomine Domini. Anno Milleſimo trecenteſimo nonageſimo, ſecunda Indictione Decima quarta ſecundum Stillum Januenſem, die Octava Januarii in ſero.

Coram Vobis Reverendo in Chriſto Patre, & Domino Domino Rocardo Carazolo Dei gratia Hoſpitalis Sancti Johannis Hyeroſolimitani Generali Magiſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuntio. Et Magnifico Domino Domino Anthoniotto Adurno Dei gratia Duce Januæ tamquam privata perſona & etiam coram Magnifica, Communitate Januæ & coram Venerabilibus Viris Domino Petro Ultramarino Legum doctore, Leonardo de Gentilibus, Nobili Juliano de Caſtro, Jacobo de Cambio Popularibus Civitatis Januæ repreſentantibus, & qui ad infraſcripta repreſentabunt eandem Communitatem, Arbitris, Arbitratoribus, & Amicabilibus Compoſitoribus, & Amicis Communibus electis, Altiſſimo faciente, per Partes, ſeu per Procuratores & Sindicos ipſarum, ut in Compromiſſo inde facto continetur. Comparet Spectabilis, & Egregius Miles Dominus Nicolaus de Neapoli Comes Yoyæ, & Regni Siciliæ Cancellarius & ſpectabilis & Eggregius Miles Dominus Gulielmus de Bevilaquis Procuratores Illuſtris Principis, & Magnifici & Excelſi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis Comitis Virtutum, Domini Mediolani & Imperialis Vicarii Generalis, nomine, & ad utilitatem ipſius, ac Liberorum & ſucceſſorum ſuorum, & aliorum in Compromiſſo nominatorum partis ſuæ, & cujuslibet ipſorum, cauſa tractandi coram Vobis Pacem veram & honeſtam ac etiam rationabilem & etiam occaſione aliorum, quæ continentur & comprehenduntur in Compromiſſo in Vos facto per Partes prædictas, ſeu earum, & cujuſlibet, vel alicujus prædictarum, ſeu prædictorum Procuratores, & Sindicos. Et petunt, & requirunt coram Vobis Magnificis Dominis Compromiſſariis, & Arbitratoribus antedictis, nomine, & ad utilitatem Domini Mediolani per viam qualis qualis Petitionis, & omni modo, quo melius validius poſſunt ab Egregiis, & Nobilibus Viris Dominis Filippo de Adimaribus Milite, Ludovico Domini Franciſci de Albergottis Legum doctore, & Guidone quondam Domini Thomaſii Nerii Sindicis, & Procuratoribus Communitatis, Populi & Univerſitatis Civitatis Florentiæ, & a Sapiente, & Nobilibus Viris Dominis Thoma de Sancto Johanne Legum doctore, Andallo quondam Michaelis de Bentevoliis Civibus Bononienſibus Sindicis

ANNO 1392. dicis & Procuratoribus Communitatis, Populi, & Universitatis Civitatis Bononiæ, & ab Egregiis, & Sapiente Viris Dominis Michaele de Rabata Milite, & Domino Francisco de Conselvis Legum Doctore Civibus Paduanis, Procuratoribus Domini Francisci Junioris de Carraria Spoliatoris, & Usurpatoris Paduæ, & districtus. Et contra ipsos, & quemlibet ipsorum nomine Communitatum, Civitatum, & Populorum Florentiæ, & Bononiæ, & nomine Domini Francisci de Carraria prædicti, & cujuslibet ipsorum, & a dictis Communitatibus, & Populis, & a Domino Francisco prædicto & a qualibet, & quolibet prædictorum, & a quocunque, & quibuscunque Intervenientibus legitime, & qui intervenient pro prædictis, a quolibet, & a qualibet prædictorum, & prædictarum debere fieri effectualiter restitutionem, reintegrationem, & relaxationem prælibato Illustri, & Excelso Domino Jahanni Galeaz pro se, & Liberis, & succesloribus suis, & cuicunque pro eo legitime intervenienti, etiam qui intercedet nomine, & ad utilitatem prelibati Domini Mediolani; possessionis, & quasi possessionis, & tenutæ Civitatis Paduæ, & Castri & Cittadellæ Interiorum, & omnium, & singulorum Edifftiorum ac etiam Burgorum, Castrorum, Locorum, Terrarum, Villarum, & Territorii dictæ Civitatis & districtus, Villagiorum, Bonorum, Fortiliciorum, rerum, Jurisdictionum, & honorantiarum dictæ Civitatis, & pertinentiarum. Ac etiam requirentes, & petentes a Vobis Dominis Arbitris, & Arbitratoribus dicti Procuratores prælibati Domini Johannis Galeaz nomine prælibati Domini Mediolani, quatenus omnibus modo jure, & forma; quibus melius, & validius possitis, condemnetis, & succesive compellatis prædictas Communitates & dictum Dominum Franciscum, & quamlibet, & quemlibet prædictarum, & prædictorum Intervenientes & qui intervenient pro eis, & qualibet, & quolibet prædictorum, & prædictarum legitime nominibus, quibus supra proxime, ad faciendum; & fieri faciendum perfecte dictam restitutionem integre, & reintegrationem omnium, & singulorum prædictorum prælibato Domino Johanni Galeaz, & cuilibet, qui pro eo legitime intervenient ad utilitatem ipsius, & Liberorum, & succesorum suorum ut supra, ac etiam ut ad prædicta eundem Dominum Comitem restituatis, & reintegretis, & maxime quia Illustri & Excelso Domino Domino Johanne Galeaz existente per se; & Officiales suos in possessione, & quasi pacifice, & tenuta prædictorum, tempore, quo præsens Guerra incoata fuit, & etiam ante. Idem Dominus Johannes Galeaz & Officiales sui, per quos prædicta possidebat, & quasi pacifice etiamque tenebat, spoliatus fuit, & spoliati fuerunt prædictis, maxime cum favore; & auxilio dictarum Communitatum Florentiæ, & Bononiæ post dictam guerram incoatam, & tempore durante, & manu armata per dictum Dominum Franciscum Juniorem & gentes, quæ cum ipso erant, ipsis officialibus prælibati Illustris, & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz resistentibus possetenus, considerato etiam, quod de Jure convenit, ut spoliatus primo, & ante omnia restituatur, & reintegretur ad ea, quibus spoliatus fuit, ac etiam quod æquitati convenit, quod innovata, pendente guerra; reintegrentur, & occupata, usurpata seu spoliata extantia restituantur, & reintegrentur, cessantibus exceptionibus, subterfugiis, & allegationibus contrariis, vel obviantibus quibuseunque. Ac etiam requirunt, & petunt dicti Procuratores prælibati Domini Domini Mediolani dicto nomine, quatenus Vos Domini Arbitratores condemnetis dictum Dominum Franciscum Juniorem ad restituendum prælibato Domino Domino Johanni Galeaz & Intervenientibus pro eo cum Mandato Res Mobiles, & omnia, & singula Mobilia quæ, & quas prælibatus Dominus Dominus habebat, seu possidebat, vel quasi in Civitate Paduæ, seu Castro, vel Cittadella ipsius Civitatis, ac extantia, & quæ erant nomine prælibati Domini Domini Mediolani, quoad possessiones, vel quasi, in Castris, Villis, Fortilitiis ac Territorio, & districtu dictæ Civitatis Paduæ tempore dictæ Spoliationis, & ante, seu extimationem ipsorum, quæ Extimatio ascendit in quantitate, & usque ad quantitatem Florenorum Quadringentorum Millium & ultra, maxime prout Sacramento ipsorum Procuratorum dicto nomine verificabitur, & declarabitur, seu aliis probationibus idoneis. Et prædicta Mobilia, seu extimationem ut supra petunt dicto nomine in consequentiam prædictorum, & omni modo eisdem Pro-

curatoribus dicto nomine utiliori, multis rationibus, & causis legitimis, & maxime consideratis illis, de quibus supra fit mentio. ANNO 1392.

Item, ut de cetero tollatur Materia discensionis, & scandali inter Partes prædictas, omni modo, quo melius & validius possunt, petunt & requirunt dicti Ambasiatores & Procuratores Domini Mediolani præfati ut supra ejusdem a præfatis Sindicis, & Ambasiatoribus Florentinis, & Bononiensibus nominibus Comunitatis Florentiæ, & Bononiæ & contra ipsos & quemlibet ipsorum nominibus, quibus supra & infra, quatenus ipsi Florentini, & Bononienses, & etiam ipsorum vel alterius ipsorum, & etiam alicujus eorum Colligati, Adhærentes, Complices Valitores, Sequaces, Subditi, & ut supra, nullatenus se de cætero intromittant, nec possint intromittere, nec debeant nunc nec in futurum per se, vel alium, seu alios eorum nominibus, directe, nec indirecte, tacite nec expresse, publice, nec occulte, nec alio quæsito colore, qui quovis modo dici posset, vel aliqualiter excogitari, de factis Lumbardiæ; nec Marchiæ Trivixanæ, concernentibus vel quæ concernere possint quoquo modo dominationem, Signoriam, præheminentiam, superioritatem, Regimen, seu Gubernationem, Imperium, seu Jurisdictionem quorumcunque aliquorum suprascriptorum, nec etiam de Civitatibus, Cittadellis, Castris, Locis, Villis, Villagiis, Burgis, Terris, Jurisdictionibus, honoribus, Juribus, Præheminentiis, superioritatibus, Territoriis, Fortalitiis; nec de aliquo prædictorum, nec de tenutis, regiminibus, possessionibus, & quasi tenutis, prædictarum Lumbardiæ, & Marchiæ, nec alicujus prædictorum, & sic observare adimplere, & abstinere, ut præscribitur solemniter per publicum Instrumentum cum solemnitatibus, & Clausulis debitis celebrandum, promittant, & promittere debeant solemniter præfato Mediolani Domino suo, & quibus supra nominibus recipienti, ac etiam petunt, & requirunt a Vobis Dominis Arbitratoribus, ut ad prædicta omnia & singula prædictas Communitates & quamlibet ipsarum & intervenientes, & qui intervenient legitime pro eis, & qualibet ipsarum, condemnetis, & succesive compellatis, & ut taliter arbitramentari, & operari debeatis, quod prædicta omnia, & singula adimpleantur, & observentur effectualiter, salvo quod Bononienses possint se intromittere de Terris; Fortilitiisque quas tenent in Lumbardia, exceptis Castro Rochii, loco, & Territorio, & hominibus Corrigiæ, & pertinentiarum de quibus non possint se intromittere.

Item, Nomine quo supra petunt, & requirunt Ambasiatores, & Procuratores Domini Mediolani antelati a dictis Dominis Ambasciatoribus, Sindicis, & Procuratoribus Florentinis, & Bononiensibus & Domini Francisci de Carraria Junioris; & contra eos, & quemlibet ipsorum in solidum, quibus supra nominibus, interesse, & damna illata, data, & facta prælibato Domino Mediolani, & per eum passa, & etiam per subditos Adhærentes, & sequaces prælibati Domini propter Invasionem, & spoliationem & detentionem Civitatis Paduæ, Castri, Cittadellæ ipsius Civitatis, & etiam Territorii, & districtus, & Castrorum, Locorum, & Villarum ejusdem. Et ultra requirentes ut supra nomine prælibati Domini Domini Mediolani, & pro ipso, quæcunque damna data, & illata in præsenti guerra, quæ ex parte Florentinorum & Bononiensium fuit illicita, & injusta, & sequacium suorum, & post, & propter ipsam præfato Domino Mediolani, & Subditis, Adhærentibus, sequacibus, Colligatis, & Benevolis suis, & aliis partis suæ & maxime per Dominum Johannem Accutum & gentes quæ cum eo erant, quæ etiam super Territorio prælibati Domini Domini invadendo & devastando ipsum Territorium, & Subditos suos enormiter damnificando, & res ipsorum per magnum spatium temporis, ac etiam data & illata per Comitem Arminiaci & gentes, quæ cum eo erant, qui etiam cum gentibus prædictis stetit & moram traxit super Territorio prælibati Domini Comitis Virtutum invadendo ipsum Territorium & damnificando enormiter subditos prælibati Domini Domini & bona, & res ipsorum per magnum spatium temporis, opera, solicitudine & dolo prædictorum Florentinorum & aliorum Partis suæ, & ad eorum Instantiam, quæ damna interesse, & dispendia prælibati Domini Domini Mediolani petunt nomine, & ad utilitatem ipsius, & ipsorum maxime, & maxime quia indebite, & injuste lata & data fuerunt prælibato Domino Domino & Subditis & sequacibus,

ANNO 1392. & Benevolis. Et quia interest prælibati Domini Domini Johannis Galeaz ut de damnis, & interesse prædictis ipsius, & partis suæ, sibi, & eisdem fiat satisfactio, & ut circa dispendia, quæ passa fuerunt provideatur Extimatio, licet ascenderet usque ad quantitatem, & in quantitate octo Millium Millium seu Millionum Florenorum; Tamen pro bono Pacis, & Concordiæ de dicta exstimatione petunt summam quatuor Millium Millium seu Millionum Florenorum auri, & ultra, prout in prosecutione tractatus præsentis Pacis exprimetur, sive declarabitur coram Vobis, & in prosecutione eorum, de quibus in Compromisso fit mentio. Et ut ad prædicta omnia & singula adimplenda & restituenda & reintegranda condemnetis dictos Sindicos, & quemlibet ipsorum nominibus dictarum Communitatum, ac nomine Domini Franciscí præfati & ad restitutionem, & ad alia suprascripta condemnetis prædictos Sindicos & Procuratores dictorum Nominibus, Reservantes eisdem facultatem declarandi, & exprimendi quantitatem, & quantitates damnorum, & interesse toto tempore pendentis præsentis Tractatus Pacis ut supra quandocunque, usque ad conclusionem. Et etiam petentes a Vobis Dominis Arbitris, & Arbitratoribus per Vos Dominos Sindicos, & Ambasiatores Florentinos, & Bononienses ac Procuratores Domini Franciscí de Carraria Nominibus quibus supra, & ipsas Communitates & Populos dictarum Civitatum Florentiæ, & Bononiæ, & Domini Franciscí de Carraria prædictorum condemnari in prædictis damnis, interesse, & expensis passis, & factis, ac illatis, ut præscribitur, ad dandum & solvendum, ac restituendum præfato Domino Mediolani, & suis prædicta damna, interesse, & expensas.

Item Nomine, quo supra, petunt, & requirunt dicti Ambasiatores, & Procuratores prælibati Illustris, & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz Comitis Virtutum, nomine ipsius, ac Liberorum & successorum suorum, quatenus Vos Domini Arbitrarores condemnetis suprascriptos Sindicos Communitatis Florentiæ, & Bononiæ nomine ipsarum Communitatum, Universitatum, & Populorum dictarum Civitatum, & Communitatum & per eos ipsas Communitates, & Populos, & quamlibet, & quemlibet prædictarum, & prædictorum ad restituendum, & reintegrandum prælibatum Illustrem, & Excelsum Dominum Dominum Johannem Galeaz Comitem Virtutum in possessione, & quasi Castri, Loci, Rocharum, Burgorum, & Edifitiorum, ac Territorii, & pertinentiarum Coregiæ Dioces. Reginæ Civitatis & Jurisdictionis, Vassalaticæ, & fidelitatis hominum dictæ Terræ, quibus spoliatus fuit de Anno proxime præterito de Mense, - durante præsenti guerra per gentes ipsorum Florentinorum, & Bononiensium, & cujuslibet, seu alterius ipsorum.

Item petunt, & requirunt Procuratores prælibati Illustris & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis nomine prælibati Domini a Vobis antedictis Dominis Arbitratoribus, quatenus pronuncletis & declaretis per Vestra Arbitramenta Illustrem Dominum Dominum Albertum Marchionem Estensem fore, & esse Colligatum, & Benevolum prælibati Domini Domini Johannis Galeaz etc, & esse, & fuisse tractatum per ipsum Dominum Johannem Galeaz tamquam filium. Et e converso ipsum Dominum Johannem Galeaz fuisse tractatum tamquam Patrem per præfatum Illustrem Dominum Dominum Albertum Marchionem Estensem, & quod deinceps Colligatus præfati Domini Domini Mediolani sit, & esse debeat tamquam filius, & quemadmodum prælibatus Dominus Dominus Johannes Galeaz ipsum tenebat, & reputabat tempore incoatæ guerræ præsentis, & etiam ad præsens ipsum tenet, & reputat.

Item prædicti Procuratores prælibati Illustris, & Excelsi Domini Domini Comitis Virtutum &c. petunt, & requirunt a Vobis Dominis Arbitratoribus, quatenus per Vestra Arbitramenta condemnetis prædictos Sindicos Communitatis, & Populi Florentiæ nomine dictæ Communitatis & per eos ipsam Communitatem, & Populum ad dandum, & solvendum prælibato Domino Comiti Virtutum Florenos sexdecim millia occasione pænæ contentæ in Liga, quæ facta fuit in Civitate Pisarum inter prælibatum Dominum Comitum Virtutum, & Florentinos, & cæteros alios in dicta Liga nominatos facta Millesimo Trecentesimo Octuagesimo nono de Mense Octobris, quam Ligam prædicta Communitas, & Populus fregerunt totiens & quotiens, ac etiam contra eam commiserunt, quæ dicta pæna ascenderet ad summam duorum Millium Millium, seu Millionum duorum Florenorum, & ultra, sed pro bono pacis, & concordiæ petunt solummodo pænam prædictam, & prædicta petunt prædicti Procuratores prælibati Domini Domini Johannis Galeaz Comitis Virtutum a dictis Sindicis Florentiæ nomine Communitatis & ab ipsa Communitate, & ex eo, quod dictam Ligam fregerunt, & quod ipsi Ligæ, & contentis in ea contra fecerunt in variis, & diversis vicibus, modis, & Capitulis & maxime prout continetur in petitionibus Perusiorum & Senensium datis, seu productis coram Vobis Dominis Arbitratoribus, quas rationes, & causas habent, & habere volunt prædicti Procuratores ad effectum prædictum tantum pro repetitis, & scriptis in præsenti Petitione.

Item dicti Procuratores prælibati Illustris, & Excelsi Domini Domini Comitis Virtutum &c. petunt, & requirunt a Vobis Dominis Arbitratoribus, quatenus per Vestra Arbitramenta condemnetis prædictos Sindicos Communitatis, & Populi Bononiæ nomine dictæ Communitatis, & per eos ipsam Communitatem, & Populum ad dandum, & solvendum prælibato Domino Comiti Virtutum Florenos Sexcenta Millia, occasione pænæ contentæ in Liga quæ facta fuit in Civitate Pisarum inter prælibatum Dominum Comitem Virtutum & Bononienses, & cæteros alios in dicta Liga nominatos, facta millesimo trecentesimo Octuagesimo de Mense Octobris. Quam Ligam prædicta Communitas & Populus Bononiæ, fregerunt totiens, & quotiens, ac etiam contra eam commiserunt, quæ dicta pæna ascenderet ad summam duorum Millium Millium, seu duorum Millionum Florenorum, & ultra, sed pro bono pacis, & concordiæ petunt solummodo pænam prædictam. Et prædicta petunt dicti Procuratores prælibati Domini Domini Johannis Galeaz, Comitis Virtutum a dictis Sindicis Bononiæ nomine ipsius Communitatis, & ab ipsa Communitate, ex eo quod dictam Ligam fregerunt, & quod ipsi Ligæ, & contentis in ea contrafecerunt in variis, & diversis vicibus, modis, & Capitulis, & maxime prout continetur in petitione Perusinorum, & Senensium data, seu producta coram Vobis Dominis Arbitris. Quas rationes, & causas habent, & habere volunt prædicti Procuratores ad effectum prædictum tantum pro repetitis in scriptis in præsenti Petitione.

ANNO 1392.

Insuper & ad effectus prædictos dicti Procuratores prælibati Illustris Domini Johannis Galeaz petunt dicto nomine per Vos Dominos Arbitratores laudari, declarari, & arbitramentari tam pro Zello Justitiæ, quam pro bono Pacis, & concordiæ Partium prædictarum, & totius Italiæ, & pro interesse, & conservatione honoris prælibati Domini Domini Johannis Galeaz, Comitis Virtutum, dictos Sindicos Communitatum Florentiæ, & Bononiæ, & per eos ipsas Communitates, & quamlibet ipsarum, & dictos Procuratores dicti Domini Franciscí de Carraria nomine ipsius, & per eos ipsum Dominum Franciscum, & quemlibet & quamlibet prædictorum singula singulis referendo teneri, & obligatos esse ad observationem & plenam satisfactionem omnium, & singulorum prædictorum ac etiam ipsos, & ipsas, & quemlibet, & quamlibet prædictorum, per Vestra Arbitramenta condemnari ad restituendum, relaxandum, dandum, solvendum, & observandum ac adimplendum dictis Procuratoribus, & ad utilitatem omnium & singulorum prædictorum, singula singulis referendo. Et prædicta petunt dicti Procuratores dictis nominibus, & modis tam pro ipsorum dictis nominibus Juribus, quam etiam pro interesse, tam conjunctim, quam divisim, & omnibus via, jure, & forma, quibus melius possunt, & prout melius de jure, vel de æquitate vobis dictis Dominis Arbitratoribus videbitur, & prout de jure, vel de æquitate prædicta omnia, & singula prædictis, seu alicui, vel aliquibus ipsorum competunt, vestrum, bonum, & equum Arbitrium, & Arbitramentum, & rectas conscientias implorando, & invocando. Ac etiam petunt expensas factas, & fiendas. Protestantes quod se non astringunt ad aliquam probationem superfluam, sed secundum quod eis, & cuilibet prædictorum equum, & utile esse visum fuerit. Reservantes ipsis dictis nominibus & nomine Adhærentium, Colligatorum, Benevolorum prælibati Domini Comitis Virtutum, ac etiam prædictis omnibus, & singulis potestatem, & bailiam prædictam, & quodlibet prædictorum corrigendi, emendandi, mutandi, addendi, &

ANNO 1392. & minuendi, & alia de novo semel, & pluries secundum quod eis, & cuilibet ipsorum dictis nominibus equum, justum, seu utile esse visum fuerit.

Secunda Petitio Domini Comitis Virtutum etc. concerneus Adhærentes, Subditos, Sequaces & Benevolos suos, de quibus in dicta petitione, fit mentio, deposita die 13. Januarii 1392 in sero.

In Nomine Domini Amen. Millesimo trecentesimo, nonagesimo secundo, Indictione decima quarta secundum Cursum Januæ, die octava Mensis Januarii.

Coram Vobis Reverendissimo in Christo Patre, & Domino Domino Ricardo Carazolo de Neapoli Sacræ Domus Hospitalis Sancti Johannis Hyerosolimitani Generali Magistro, & Sedis Apostolicæ Nuntio. Et Illustri & Magnifico Domino Domino Anthoniotto Adurno Dei gratia Januense Duce tamquam privata persona, & etiam coram Magnifica Communitate Januæ, & coram Venerabilibus Viris Dominis Petro Ultramarino Legum doctore, Leonardo de Gentilibus, & Nobili Juliano de Castro, & Jacobo de Cambio, Popularibus Civibus Civitatis Januæ.

Representantibus, & qui ad infrascripta representabunt eandem Communitatem Arbitris, Arbitratoribus, & Amicabilibus Compositoribus, & Amicis Communibus electis, Altissimo favente per Partes infrascriptas, & seu Procuratores & Sindicos ipsarum, ut in Compromisso inde facto continetur. Comparent Spectabilis, & Egregius Miles Dominus Nicolaus de Spinellis de Neapoli Comes Yoliæ, & Regni Siciliæ Cancellarius, & Spectabilis, & Egregius Miles Dominus Gulielmus de Bevilaquis, Procuratores Illustris Principis ac Magnifici, & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis Comitis Virtutum Domini Mediolani etc. Imperialis Vicarii Generalis nomine, & ad utilitatem ipsius, ac liberorum, & Successorum suorum, & aliorum in Compromisso nominatorum Partis suæ, & cujuslibet ipsorum, causa tractandi, & coram Vobis Pacem veram & honestam, ac etiam rationabilem, & etiam occasione aliorum, quæ continentur, & comprehenduntur in Compromisso in Vos facto per Partes prædictas, seu earum cujuslibet, vel alicujus prædictarum, seu prædictorum Procuratores, & Sindicos, & petunt, & requirunt per viam qualis, qualis petitionis, & omni modo, quo melius possunt ut infra, & ab infrascriptis Sindicis, Procuratoribus, Dominis, Populis, Communitatibus, & contra ipsos, & ipsas, & quemlibet & quamlibet Infrascriptorum, & Infrascriptarum, prout in singulis Capitulis inferius continetur; pro interesse prælibati Domini Domini, & causa honoris ipsius, & ad omnem bonum effectum, & omni modo quo melius fieri possit.

Primo petunt, & requirunt dicti Procuratores ad utilitatem Bonromei, & fratrum suorum de Sancto Miniate, Adhærentium, Benevolorum, & Sequaclum dilectorum prælibati Domini Domini, ut Vos Domini Arbitratores condemnetis per Vestra Arbitramenta prædictos Sindicos, & Procuratores Communitatis, & Populi Florentiæ nomine dictæ Communitatis Civitatis, & Populi, & nomine Castri, & Communitatis Sancti Miniati, ac etiam, ut condemnetis ut supra Communitates prædictas ad eximendum, & canzelandum, & ad extrahendum de omnibus Bannis & condemnationibus, quæ, & quas habent Bonromeus, Fratres, sive alter eorum a Communibus Florentiæ, & Sancti Miniati seu in ipsis Communitatibus, vel altera ipsarum libere, & absque ulla expensa & solutione pecuniæ, & etiam quod restituantur eidem Bonromeo, & fratribus suis omnia bona, Jurisdictiones, honores, & præheminentiæ eisdem per dictas Communitates, & quamlibet ipsarum, & Officiales suos ablata, occupata, seu confiscata, ac etiam ad restituendum dictis Bonromeo, & fratribus bona, & jura, quæ fuerunt quondam Domini Rodulfi de Zazonibus Militis Avi Materni dicti Bonromei, quæ confiscata sunt, seu fuerunt opera dictarum Communitatum, vel alicujus ipsarum, seu in ipsas, vel aliquam ipsarum.

Item, requirunt dicti Procuratores ad utilitatem Comitis Lucii Adhærentis præfati Domini, ut condemnetis Sindicos Civitatis, Communitatis & Populi Bononiæ nomine ipsius Communitatis, & Populi, & etiam ipsam Communitatem ad dandum, & solvendum Comiti Lucio de Lando provisionario, familiari Sequaci, & Benevolo seu Adhærenti dilectissimo prælibati Illustris, & Excelsi Domini Domini Comitis Virtutum stipendium Lancearum ducentarum quinquaginta, & etiam provisionem ipsius Comitis Lucii sibi promissam nomine Communitatis Bononiæ, ad quæ tenetur Populus, & Universitas Bononiæ ipsi Comiti Lucio Mensium Octo ad rationem Florenorum auri decem novem pro qualibet Lancea singulis Mensibus, & maxime quia per dictum tempus dictæ Communitati inservivit cum dictis ducentis quinquagirita Lanceis, & tamen denegaverunt hucusque dare dictum stipendium contra omnimodam Justitiam, ac etiam ut ipso Jure, & facto eximatur, & libere canzeletur, & abradatur, & radicius aboleatur de omnibus, & singulis condemnationibus, Bannis, Multis, pænis & gravaminibus & picturis contra ipsum factis, datis, & perpetratis, seu ordinatis contra ipsum Comitem Lucium in Bononia, & ubicunque ipsa Civitas, seu Populus habeant superioritatem, ac etiam ut prædicta omnia, & singula per Arbitramenta Vestra cassetis, canzeletis, & annulletis.

ANNO 1392.

Item petunt, & requirunt dicti Procuratores prælibati Illustris, & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz Comitis Virtutum, quatenus condemnetis Sindicos Communis, & Communitatis, & Populi Florentiæ nomine ipsius Universitatis, & Communitatis, & ipsam Communitatem ad faciendum destrui, & funditus abradi infra unum mensem, post Arbitramenta vestra computandum, quamcumque, & quascunque Picturas, descriptiones, & depictiones factas contra Millanum Jacomelli de Malabarbis, & in oprobrium ipsius Millani Adhærentis, familiaris & sequacis, & Benevoli dilectissimi prælibati Domini Domini Mediolani, sive reperiantur in Florentia sive in quacunque, vel aliqua parte Territorii Adhærentium, seu Recommendatorum, Colligatorum, vel Benevolorum Florentiæ, & etiam requirunt ut supra dicti Procuratores prælibati Domini Domini Johannis Galeaz, quod cancelletur ut supra.

Item petunt dicti Procuratores prælibati Illustris, & Excelsi Domini Domini Comitis Virtutum etc. ad utilitatem dicti Millani Familiaris, seu sequacis ut supra, ut prædictos Sindicos Communitatis Florentiæ, & quemlibet ipsorum, & per ipsos ipsam Communitatem Florentiæ condemnetis nominibus, quibus supra, ad curandum, & faciendum, dandum, & operandum cum effectu, quod Franciscus Allegri Civis, & habitator Florentiæ det, & solvat Millano ut supra ducatos septem Millia auri, in quibus ipse Franciscus tenetur eidem Millano pro certis rationibus, quas compromiserunt in Guidonem Domini Tonsis, & Andream Betti Cives Florentinos, qui non citatis, nec auditis Partibus durante guerra præsente sententiaverunt, Partes remanere debere in Juribus suis, & dictum Millanum non posse convenire dictum Franciscum nisi in Florentia ad Officium Mercantiæ, quo pro nunc dicitur idem Millanus se non esse dispositum ire, seu quod ipse Franciscus satisdet idonee in Janua dicto Millano de juditio sisti, & judicato solvendo, & compromittat se cum dicto Millano, in bonos Mercatores de bono, & equo more Mercatorio, de jure, vel de facto eligendos in Janua vel Venetiis per Vos Dominos Commissarios. Et si differentes essent, Vos assummant in tertios, & obediat, & satisfaciat, & adimpleat cum effectu omne id, & totum quod judicatum, seu sententiatum fuerit, ultra damnum, expensas, & interesse taxandum arbitrio Vestro.

Item petunt dicti Procuratores prælibati Illustris, & Excelsi Domini Domini Comitis Virtutum ad utilitatem dicti Millani Familiaris, seu sequacis ut supra; ut prædictos Sindicos Communitatis Florentiæ condemnetis nominibus quibus supra ad curandum, faciendum, dandum, & operandum cum effectu, quod Benedictus de Perueiis, Civis, & habitator Florentiæ, det, & solvat in unum Mensem post Arbitramenta Vestra computandum ipsi Millano ducatos Sexcentum quinquaginta, ad quos sibi tenetur, & quorum est debitor ipsius Millani, ex causa mutui, seu Crediti, seu Sententiæ latæ in favorem ipsius Millani.

Item petunt, & requirunt dicti Procuratores dicti Illustris, & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz ad utilitatem præfati Domini Millani Jacomelli Familiaris, & Sequacis, ac Benevoli ut supra, quatenus per Vestra Arbitramenta condemnetis Procuratores Domini Francisci de Carraria Junioris nomine ipsius Domini Francisci, & ipsum Dominum Franciscum ad approbandum, confirmandum, & ratificandum per Instrumenta publica, & legitima omnia gesta, &

ANNO 1392. calculata, & concluſa, ac etiam omnes rationes factas, & calculatas inter Magnificum Dominum Dominum Franciſcum de Carraria Seniorem Patrem ipſius Domini Franciſci Junioris, & ipſum Millanum, & omnes, & ſingulas liberationes, quietationes, fines & remiſſiones factas ipſi Millano per dictum Dominum Franciſcum in Civitate Cumarum, & cuicunque nomine ipſius Millani recipienti, taliter, quod habeant robur, & efficatiam irrevocabilem, ac etiam ut prædicta omnia, & ſingula per Veſtra Arbitramenta approbetis confirmetis, & ratificetis, & ut robur perpetuum, & effectus irrevocabilis eisdem adhibeatur. Ac etiam ut condemnetis dictos Procuratores nomine dicti Domini Franciſci, & per ipſos ipſum Dominum Franciſcum ad renuntiandum cuicunque Sententiæ, liti, controverſiæ, quæſtioni, & quæſtionibus factis, ſeu motis, ſeu incoatis contra ipſum Millanum, & contra filium ſuum, & contra quemlibet ipſorum, & Michaelem quondam Domini Lappi ejus factorem quovis nomine, & Intervenientes pro eis, & quolibet ipſorum nomine, vel opere Domini Franciſci de Carraria prædicti Venetiis, & alibi ubicunque, & maxime quia dictæ Quæſtiones, & Controverſiæ ſunt odioſæ, & contra Juſtitiam, & equitatem incoatæ ſeu factæ, vel ventilatæ ſeu actitatæ poſt fines factas etc. & liberationes prædictas. Et maxime, etiam, quia, Dominus Franciſcus Junior approbavit quietationes, & liberationes eidem Millano factas per Dominum Franciſcum ſenioren vel ſaltem ipſis conſenſit, licet non appareant Inſtrumenta approbationis, & conſenſionis, & ſic prædicta conſtant per fide dignos.

Item petunt, & requirunt dicti Procuratores ad utilitatem Domini Millani Adnærentis, ut ſupra, quatenus condemnetis Procuratores dicti Domini Franciſci nomine ipſius, & per ipſos, Dominum Franciſcum ad dandum eidem Millano, & Patri ejus Millani Valorem, & exſtimationem bonorum ſuorum immobilium, ſecundum quod apparet per Inſtrumenta Emptionum factarum, & extimationem Edifitiorum factorum poſtea per dictos Millanum, & ejus Patrem in bonis immobilibus, quæ, & quas ipſi, ſeu aliquis ipſorum, vel quilibet ipſorum ſoliti ſunt habere, ſeu poſſidere in Padua, ſeu diſtrictu, ſecundum quod extimabuntur per duos, vel tres legales Viros per Vos Dominos Arbitratores elligendos, habito reſpectu ad extimationem illius temporis quo erant Pater ipſius Millani, & Millanus in Gratia Domini Franciſci de Carraria ſenioris, tempore quo contra Deum, & Juſtitiam fuerunt de ipſis bonis ſpoliati, & maxime, quia ipſa bona, & res poſſidere, & gaudere non poſſent, etiamſi ipſis reſtituerentur extantibus conditionibus prout ad præſens ſunt.

Item petunt ad utilitatem prædictorum Millani, & Patris ad dandum ipſis Millano & Patri extractionem ſuppellectilium ſuarum, & bonorum, Rerum Jocalium & Veſtium, quæ erant Uxorum & Dominarum prædictorum, & cujuſlibet ipſorum ſecundum extimationem ut ſupra, & maxime quia ad ipſos de Carraria, ſeu aliquem ipſorum contra omnem juſtitiam pervenerunt, etiam ea diſtribui, & diſtrahi fecerunt.

Item ad dandum ipſi Millano Florenos Mille, pro quibus ipſe Millanus habuit neceſſe redimere Patrem ſuum tunc captivum opere ipſius Domini Franciſci Junioris, & alios mille, quos ob prædicta expendidit, ut ipſum captivum de manibus dicti Domini Franciſci redimeret.

Item, ad dandum ipſi Millano Florenos ſeptem Millia, quos habuit Domina Comitiſſa Modruſiæ ejus Domini Franciſci Junioris ſoror, de denariis, ſeu rebus, vel Mercadantiis Millani prædicti, quas Mercadantias ſeu res dicti Millani arreſtare fecit in Civitate, ſeu Territorio, vel Comitatu Siguiæ dicta Comitiſſa, & res prædictas habuit dicta Comitiſſa, ex rebus, & Mercantiis dicti Millani valoris prædicti, & maxime quia arreſtare, ſeu ſequeſtrare facere non potuiſſet dictas Mercadantias dicti Millani dicta Comitiſſa, niſi Dominus Franciſcus Junior prædictus feciſſet eidem ceſſionem, & datum contra ipſos Millanum, & Bona ſua, aſſerendo quod erat debitor ſuus in dicta quantitate, ſeu pluri, licet in nihilo eſſet debitor. Et quam ceſſionem fecit dictus Dominus Franciſcus dictæ ſorori ſuæ, quia tenebatur eidem ad dictam ſummam vigore cujusdam Legati prædictæ Dominæ facti per Matrem quondam ipſorum, cujus Matris prædictorum Dominus Franciſcus fuit hæres.

Item, cum ipſe Millanus haberet tot debitores in Padua, ſeu diſtrictu, qui aſcendebant Florenos duodecim Millia, vel circa, ut apparet ex Libris, & ſcripturis ſuis, de quibus denariis magna pars exacta fuit per ipſos Dominos Franciſcum Juniorem, & Officiales ſuos contra Juſtitiam, & contra omnimodam æquitatem, petunt, & requirunt nomine, ſeu ad utilitatem dicti Millani ut ſupra, quatenus condemnetis dictum Dominum Franciſcum, & dictos Procuratores ſuos nomine ipſius ad dandum, & ſolvendum ipſi Millano illos ex denariis prædictis, vel totidem, qui exacti fuerunt ut ſupra, ac etiam ad curandum, & dandum operam, cum effectu, quod reſiduum ſolvatur ipſi Millano per debitores ipſius Millani, qui apparebunt per Libros authenticos, ſeu per ſcripturas fide dignas, & præſertim per Sententias & Confeſſiones, & aliis modis convenientibus.

ANNO 1392.

Item petunt, & requirunt dicti Procuratores ad utilitatem dicti Millani Adhærentis ut ſupra, quatenus condemnetis dictum Dominum Franciſcum ad curandum, & dandum operam cum effectu, quod dictus Millanus, & Pater, & Filii, & ſucceſſores ſui eximantur, & canzellentur de omnibus, & ſingulis Libris, & ſcripturis, & Squazafoliis, & ubicunque de omnibus, & ſingulis Bannis, condemnationibus, Multis, pœnis & aliis quibuscunque gravaminibus ipſis, & cuilibet, ſeu alicui ipſorum illatis, datis, ſeu factis durante præſenti guerra quovis modo in Padua, & diſtrictu, & ab eo tempore citra, quo ipſe Millanus receſſit a Civitate Paduæ, dum Dominus Franciſcus de Carraria Senior ibi eſſet, & quod ipſos, & quemlibet ipſorum reſtituatis in integrum ad famam, bona, res, jura, & honores, & ut ſint ipſo jure, & facto in illis ſtatu, gradu, in quibus erant ante tempora prædicta, & quando erant in gratia Domini Franciſci ſenioris in hiis, quæ honorem, & utilitatem ipſorum, & cujuſlibet eorum concernant.

Item petunt ad utilitatem Michaelis Domini Lappi infraſcripti, & fratris, & cujuſlibet ipſorum contra dictos Sindicos Florentinos nomine Communitatis, & Populi Florentiæ, quod Michael quondam Domini Lappi, & Paulus frater ſuus factores prædicti Millani Jacomelli Adhærentis, Benevoli, Familiares, vel ſequaces dilecti præfati Domini Mediolani, reſtituantur in integrum ipſo jure, & facto ad famam, honores, & præheminentias, ſtatum, & gradum in quibus erant ante aliquem Proceſſum incoatum contra ipſos Michaelem & Paulum in Civitate Florentiæ, & ante aliquam Calumniam ſibi, & fratri ſuo datam. Et quod reſtituatis prædictos ad prædicta, & ut poſſint habere officia, & alias dignitates, & honorantias Florentiæ, & ubicunque Communitas Florentiæ habeat ſuperioritatem, prout poterant ante preſentem guerram incoatam, ac etiam ut Picturæ quæcunque factæ de ipſis, & quolibet ipſorum, & quæcunque alia continentia oprobrium, & diminutionem honoris, & famæ, ſeu bonorum, vel rerum eorum & cujuſlibet ipſorum in Florentia, & Territorio, & ubicunque habeat Communitas Florentiæ ſuperioritatem, canzelentur, aboleantur, & abradantur funditus, & radicitus ipſo Jure, & facto, & quæ bona, jura, & res, quibus & in quibus privati, ſpoliati, damnificati ſeu læſi eſſe reperiantur in partibus, & locis, & Territoriis prædictis, ſeu aliquo prædictorum, ſive per ſententias, vel condemnationes, vel quocunque alio modo, eisdem reſtituantur integraliter, ac etiam ut omnes Proceſſus, Condemnationes, Banna, & Multæ, ac pœnæ, & quæcunque gravamina tam realia, quam perſonalia ipſis ſeu alicui prædictorum, & contra ipſos ſeu quemlibet vel aliquem ipſorum per Capitaneum, ſeu Officiales, ſeu Judicantes Florentiæ, & quocunque alio modo, dictæ, factæ, ſeu ſcriptæ, dicta, facta, ſeu ſcripta favore ipſius Communitatis, ſeu cujusvis perſonæ tam Eccleſiaſticæ, quam ſecularis, quavis de cauſa, cancelentur, & libere aboleantur, & abradantur funditus, & radicitus de quibuscunque Libris, ſcripturis, Filtiis, & ubicunque reperiantur, & pœnes quamvis Communitatem, vel perſonam ut ſupra, ſive ſint reales, vel perſonales, realia, vel perſonalia, vel etiam mixta, ac etiam ut per Veſtra Arbitramenta prædicta omnia, & ſingula annulletis, & nullius valoris, & effectus, & efficatiæ ipſo Jure, & facto eſſe arbitramentetis, & pronuntietis, ac etiam ut reſtitutiones fiendas, ut præſcribitur, integraliter fieri faciatis.

Item, petunt & requirunt ut ſupra dicti Procuratores Domini Domini Johannis Galeaz, quod dictus Paulus relaxetur libere de Carceribus Communis Florentiæ, & ut ad libertatem priſtinam reſtituatur in

ANNO 1392. integrum, in qua erat ante presentem guerram, & ut possint ipse Michael, & frater suus libere habitare in Florentia in Territorio, & ubicunque Commune Florentiæ habeat superioritatem, & ut possint libere ire, & stare intra, & extra Civitatem, & Territorium Florentiæ cum Familia sua, & Nobilibus suis, & quod de Immobilibus possint ipse, & frater suus disponere ad voluntatem ipsorum liberam.

Item, quod eidem Paulo restituantur per Commune Florentiæ Floreni 3. M. VII. C. quos oportuit eum solvere pro condemnationibus factis contra eum, ac etiam quod eidem restituantur expensæ, quas fecit ob prædictas. Et ac etiam quod ipse Michael & Paulus, & quilibet ipsorum restituantur ad possibilitatem, & potestatem habendi, & possidendi libere officia, & benefficia, & dignitates in Civitate, & Territorio Florentiæ, & ubicunque, non obstantibus aliquibus innovatis contra eos, seu aliquem ipsorum durante præsenti guerra.

Item, quod Domina Margaritta Mater prædictorum Michaelis, & Pauli restituatur, & restituta ipso jure, & facto sit ad eum gradum, statum, & famam in quibus erat ante præsentem guerram incoatam, & quod omnes promissiones, obligationes, & Imbrigamenta, & alienationes, quæ reperientur ipsam fecisse alicui Communitati seu alicui alii personæ, vel personis, singulari, vel singularibus, Ecclesiasticæ vel seculari, Ecclesiasticis, vel secularibus durante præsente guerra, sint ipso jure, & facto nullius efficatiæ, & nullius valoris, & momenti per inde ac nunquam factæ, seu facta fuissent.

Item petunt, & requirunt dicti Procuratores prælibati Illustris, & Excelsi Domini Domini Comitis Virtutum ad utilitatem infrascripti Vani, ut condemnetis infrascriptos Sindicos Communitatis, & Populi Florentiæ, & ad curandum, & dandum operam cum effectu quod Vanus de Aplano dilectus, familiaris, & Benevolus prælibati Illustris, & Excelsi Domini Mediolani detentus, seu carceratus, & captus durante præsenti guerra per gentes Florentinorum relaxetur libere absque aliqua expensa, & a quibuscunque Carceribus, & vinculis taliter quod sit restitutus ad pristinam libertatem.

Item petunt, & requirunt Procuratores prælibati Illustris, & Excelsi Domini Domini Comitis Virtutum ad utilitatem infrascriptorum a Vobis præfatis Dominis Arbitratoribus, quatenus condemnetis prædictos Procuratores præfati Domini Francisci de Carraria, & ipsum Dominum Franciscum ad restituendum, dandum, & tradendum Reverendis Episcopis Cumarum, & Pergami, qui tempore invasionis Paduæ factæ per Dominum Franciscum Juniorem erant ibi pro restitutionibus fiendis. Et quibuscunque Castelanis, & Officialibus & Familiaribus, & Subditis Illustris Domini Johannis Galeaz Domini Mediolani, eorum ac Colligatorum, Adhærentium, & sequacium suorum, qui tempore dictæ Invasionis erant in dicta Civitate Paduæ, & in quacunque parte Territorii omnes Libros, Vestes, Equos, Denarios, Jocalia, res, & suppellectiles, seu supellectilia, Fornimenta, & spoliamenta, & alia Victualia, quæ conduxerunt Paduam propter necessitatem, quam dicta Civitas habebat de Victualibus, & omnia & singula, quibus spoliati, seu deprædati, vel denudati fuerunt tempore dictæ Invasionis Paduæ, sive prædictorum extimationes, ac etiam denarios, & quicquid pro redemptionibus dederunt, solverunt, ac etiam salaria, quæ habere debebunt Castelani, & Officiales, & alii suprascripti, seu infrascripti pro illo tempore, quo firmati erant in Officiis seu Castelantiis, seu Administrationibus, quibus præerant, & damna, & interesse & expensas, quæ & quas habuerunt, & passi fuerunt prædicti ob causas prædictas.

Item petunt, & requirunt Procuratores præfati Domini Comitis Virtutum ad utilitatem infrascriptorum a Vobis Dominis Arbitratoribus, quatenus condemnetis prædictos Procuratores præfati Domini Francisci de Carraria, & ipsum Dominum Franciscum ad restituendum, dandum, & tradendum infrascriptis Doctoribus, & successoribus quondam Domini Filippi de Carolis de Regio omnes Libros, Vestes, Equos, denarios, res, supellectiles, vel supellectilia, & bona, quibus spoliati, seu deprædati, vel denudati fuerunt tempore Invasionis Paduæ factæ per Dominum Franciscum prædictum Juniorem ipsis Doctoribus, & cuilibet ipsorum tunc Paduæ legentibus, & maxime quia ibidem legebant nomine Communitatis prædictæ. Et quia nihil commiserunt, propter quod damna eis illata inferri deberent. Quæ bona, res, Libri, denarii, & suppellectilia coram Vobis verificabuntur in prosecutione tractatus præsentis Pacis, & Compromissi, ac etiam, ut eundem Dominum Franciscum condemnetis ad dandum, & curandum operam cum effectu, quod prædicta, & damna, & interesse, & expensæ, & maxime prout verificabuntur per Sacramentum ipsorum, seu aliis probationibus, eisdem Doctoribus, & successoribus Domini Filippi restituantur vel extimationes ipsorum, vel ipsarum. Ac ut eisdem Doctoribus, vel cuilibet ipsorum, & successoribus Domini Filippi dentur salaria, quæ habere debent a Commune Paduæ pro eo tempore, quo legerunt in dictam Civitate, & pro quo firmati fuerunt ad legendum ibidem. ANNO 1392.

Nomina Doctorum de quibus habetur mentio spetialis sunt infrascripta, scilicet

Quondam Dominus Filippus de Casolis de Regio.
Dominus Ziliolis de Cavitellis de Cremona.
Dominus Signonimus de Homodeis.
Dominus Cadiolus de Vicomercato.
Mattheus de Vicedominis.
Dominus Johannes de Bobio.
Paulus de Dugnano.
Dominus Albricius D. Advocatus de Pergamo.
Magister Christophorus Dulcebonum.
Magister Petrus de Varesio.
Magister Antonius filius Carmisoni.

Item petunt, & requirunt dicti Procuratores Illustris, & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis ad utilitatem omnium, & singulorum infrascriptorum quatenus per Vestra Arbitramenta restituatis, & reintegritis Reverendissimum Dominum Episcopum Paduanum, & fratres suos, Dominum Ugolinum de Servignis Militem, & filios suos, Paulum de Leono, Jacomum de Campo Sancti Petri, Johannem de Campo Sancti Petri, R. Episcopum Feltrenum, & fratres, & Patrem ipsius Domini Episcopi Geremiam, & Praginum de Praga, & ejus Geremiæ Nepotem, & filios, Dominum Jacobum de Sanguinatiis Militem, & filios Ubertinum de Grompo, & Filium, Danielem de Languatiis, Antonium de Curturo, & filium Cermixonum, & Magistrum Antonium Doctorem Artium ejus filium, Magistrum Ocham Bullistrarium, Magistrum Marsilium de Sancta Sophia, & ejus filium, & Nepotes Archipresbiterum Sancti Bruxoni, filios Domini Paganini de Sala, Johannem dej Salibertis, subditos, sequaces, & Benevolos prælibati Domini Johannis Galeaz, & quoscunque Forinsitos, seu exititios Paduæ, vel districtus, tamquam sequaces & benevolos Domini Mediolani, ad possessionem, vel quasi bonorum, rerum, jurisdictionum, honorantiarum, Jurium, & omnium aliorum, & singulorum, in quorum, & quarum possessionem, seu quasi prædicti, seu infrascripti in quolibet ipsorum erant, tempore, quo prælibatus Illustris, & Excelsus Dominus Dominus Johannes Galeaz spoliatus fuit ipse, seu Officiales sui de dicta Civitate per dictum Dominum Franciscum, & opera ipsius, & gentium, quæ cum ipso erant. Ac etiam, ut condemnetis ipsos Procuratores Domini Franciscí nomine ipsius, & per ipsos eundem Dominum Franciscum ad restituendum eisdem, & cuilibet ipsorum omnia, & singula suprascripta, & omnia, & singula damna, & interesse, & expensas passa, & eidem illata tempore invasionis, seu spoliationis Paduæ, & ad satisfaciendum eisdem de prædictis, maxime secundum quod in prosecutione per Sacramentum ipsorum declarabitur, seu aliis probationibus idoneis. Ac etiam ad curandum cum effectu, quod libere de Carceribus & Vinculis quiscunque fratres ipsius Domini Episcopi Paduani, & quicunque detinentur in Padua, vel districtu Benevoli, vel fideles prælibati Domini Mediolani relaxentur.

Item petunt, & requirunt dicti Procuratores prælibati Domini Galeaz a Vobis antedictis Arbitratoribus, quatenus per Vestra Arbitramenta pronuncietis, & declaretis prædictos omnes & singulos fore, & esse restituendos, & ipsos per Vestra Arbitramenta restituatis ad quæcunque eis spectantia in Padua, vel districtu. Ac etiam, ut per Vestra Arbitramenta pronuncietis, quod Banna, Condemnationes, Multæ, & quæcunque gravamina data, illata, seu facta, vel factæ in Padua, vel districtu contra præ-

ANNO 1392. dictos libere cancellentur de quibuscunque Libris, Filtiis, & ſcripturis, ac etiam quod ipſo jure, & facto ſint cancellata, abolita, cancellatæ, & abolitæ, Cujus Civitatis Paduæ, & diſtrictus Poſſeſſionem petunt reſtitui debere prælibato Domino Mediolani, & intervenientibus prò eo, & maxime quia predictis fuit indebite prælibatus Dominus Comes Virtutum ſpoliatus per dictum Dominum Franciscum Juniorem.

Item petunt dicti Procuratores prælibati Domini Domini Cominis Virtutum ad utilitatem Bartholomei; & Jamtedeſchi de Petramala, Adhærentium, ſequacium, Complicium dicti Illuſtris Domini prò ipſis, & Conſortibus ſuis, quod Commune Florentiæ indebite, & injuſte rapuit a Bartholomeo ſupradicto infraſcripta ſua Caſtra Patrimonialia, quæ auctoritate Imperiali, & juſto titulo ad eum pertinent, & quorum poſſeſſione dictum Commune Florentiæ violenter ſpoliavit nulla legitima Cauſa præcedente, quæ Caſtra ſunt hæc; ſcil:

Caſtrum Anglaris. Caſtrum Pianotolli. Caſtrum Gaonis. Quare dicti Procuratores ad utilitatem dicti Bartholomei, & Jamtedeſchi, & utriuſque ipſorum petunt, quod eidem Bartholomeo reſtituantur dicta Caſtra Anglaris, & Pianotoli cum omnibus eorum Juribus Jurisdictionibus, & pertinentiis, ac & fructus percepti, proventus, & obventiones de dictis Caſtris. Et propterea damna, & intereſſe, quæ omnia aſcendunt ad valorem, & extractionem Florenorum vigintiquinque millium poſt ſpoliationem predictam. Et cum predictum Caſtrum Gaonis ſit funditus diruptum, & dejectum per dictum Commune Florentiæ, petunt dictum Caſtrum Gaonis aut dicto Bartholomeo reſtituti in eo ſtatu, in quo erat tempore dictæ ſpoliationis, expenſibus, & ſumptibus Comunis Florentiæ Spoliatoris prefati; aut ſibi reſtitui damna, & intereſſe, quæ aſcendunt ad ſummam Florenorum triginta Millium, & ultra, & nihilominus reſtituatur ſolum & Territorium dicti Caſtri cum omnibus pertinentiis, & Juribus ſuis in eo ſtatu, quo viget ad præſens.

Item predicti Procuratores ad utilitatem dictorum Bartholomei, & Jamtedeſchi, & Marchi de Petramala infraſcripti dicunt, quod dictum Commune Florentiæ injuſte, ac per vim ſpoliavit Marcum de Petramala, & Jantedifcum predictum ejus filium poſſeſſione infraſcriptorum Caſtrorum, videlicet:

Rocha Capſæ. Caſtri Cluſii, Caſtri Jamparetri. Caſtri Ronderis. Caſtri Soreii. Caſtri Jovis, quæ omnia ſunt Patrimonialia dictorum Marci, & Jantedeſchi ejus filii. Item Caſtrorum Quarantæ, Caſtilionis filiorum Boecheii, & Sarnæ, in quorum poſſeſſione pacifica erant dicti Marcus, & Jantedeſcus tempore ſpoliationis prefatæ, quare utſupra petunt Caſtrorum præfatorum poſſeſſionem, & quaſi, eorum pertinentiarum, & jurisdictionum omnino dicto Marco, & Jamtedeſco reſtitui cum omnibus fructibus, proventibus, & obventionibus ſuis uſque in hunc diem perceptis a tempore, quo de dictorum Caſtrorum poſſeſſione dejecti fuerunt. Qui fructus, obventiones, & proventus aſcendunt ad ſummam triginta Millium Florenorum & ultra.

Item cum Dominus Marcus, & Jamtedeſcus pacifice, & juſte poſſederint Caſtra infraſcripta videlicet Petramalæ, Rochæ, Ochuchiatæ, Monrechi, Ragioli, Murli, Mignani, Peunæ, quæ omnia ſunt Patrimonialia dicti Marchi, & Jantedeſchi.

Item Caſtra Pontenavi, Bagneno, Salutii, Valenzani, Callæ Falconæ, dictum Commune Florentiæ per vim, atque injuſte dictorum Caſtrorum poſſeſſione ſpoliavit eos, atque predicta Caſtra uſque ad fundamenta delevit. Quare petunt dicti Procuratores ad utilitatem ut ſupra, quatenus dictum Commune Florentiæ dictis Marco, & Jantediſco reſtituat valorem, & extimationem dictorum Caſtrorum deſtructorum, damnorum, & intereſſe omnium propter ea contingentium, & fructuum, & proventuum, quæ deinde percipi potuiſſent, ſi deleta non eſſent, quæ omnia aſcendunt ad extimationem Florenorum ducentorum millium, & præterea reſtituat ſolum, & Territoria dictorum Caſtrorum in eo ſtatu, in quo ſunt ad præſens, cum omnibus Juribus, Jurisdictionibus, & pertinentiis ſuis.

Item dicunt ſupradicti Procuratores prelibati Domini Comitis Virtutum ad utilitatem dictorum Bartholomei, & Jantedeſchi, & Tarlati infraſcripti de Petramala, quod dictum Commune Florentiæ per vim, & injuſte ſpoliavit Tarlatum videlicet Caſtri Cantonariæ, Caſtri Montis Viridis, & Caſtri Faretæ, in quorum poſſeſſione pacifica Dominus Tarlatus erat tempore ſpoliationis præfatæ, & quæ Caſtra dictum Commune Florentiæ uſque ad fundamenta ſubvertit, ac delevit; Quare petunt extimationem dictorum Caſtrorum deletorum, & loca, & Territoria & pertinentias ſuas eidem Tarlato dictum Florentiæ Commune reſtituat, quæ extimatio dictorum Caſtrorum deſtructorum, damnorum, & intereſſe aſcendit ad ſummam Florenorum viginti millium auri. Item petunt dicti Procuratores prelibati Domini Domini Comitis Virtutum ad utilitatem infraſcripti Alberti de Petramala, quod eidem Alberto reſtituatur Caſtrum Ranchi, & Ceriani, quæ ſunt Patrimonialia dicti Alberti; & per dictum Commune Florentiæ injuſte cum eorum Juribus, & pertinentiis uſurpata ſunt.

ANNO 1392.

Item quod eisdem Bartholomeo, & Jantediſco, & omnibus eorum Conſortibus reſtituantur per dictum Commune Florentiæ omnia, & ſingula eorum bona Patrimonialia, & Poſſeſſiones quæ, & quas habent in Civitate, vel Comitatu Aretii, quibus injuſte ſpoliati ſunt, & quod in dictis bonis, & poſſeſſionibus reponantur in pacificam poſſeſſionem libere, & expeditè.

Item quod omnes Cives, & Comitatini Civitatis Aretii, qui cum predictis de Petramala fuerint in preſenti guerra, vel ante, & poſiti eſſent in Banno, vel condemnationibus Civitatis Florentiæ, & ejus Communitatis, & diſtrictus, deleantur ab omni Banno, & condemnationibus, quæ, & quas habent, & reſtituantur ad omnia eorum bona quæ, & quas habent in dicta Civitate, vel Communitate Aretii, nec de aliquo delicto, quod diceretur per eos, vel eorum aliquem commiſſum usque ad diem firmate Pacis per aliquem Offitialem Communis Florentiæ inquiri, cognoſci, aut poni, inferri poſſint quoquo modo.

Proteſtantes ſupradicti Procuratores prælibati Domini Domini Comitis Virtutum ad utilitatem infraſcriptorum Bartholomei, & Jantedeſchi, quod ſe non aſtringunt ad aliquam probationem ſuperfluam, reſervantes ſibi dictis nominibus poteſtatem in predictis corrigendi, & emendandi, mutandi, addendi, & minuendi, & alia petendi, quatenus eis dictis nominibus de jure, & equitate competit.

Et ad predicta omnia, & ſingula petunt, & requirunt dicti Procuratores prelibati Illuſtris, & Excelſi Domini Domini Johannis Galeaz Virtutum Comitis ad utilitatem predictorum de Petramala, & aliorum ſupraſcriptorum, ſingula ſingulis referrendo, ut Vos Domini Arbitratores condemnetis dictos Sindicos Communis Florentiæ nomine Communitatis, & Populi Florentiæ, & per eos ipſam Communitatem, & Populum ad reſtituendum, faciendum, & exequendum, & adimplendum omnia, & ſingula ſupraſcripta predictis omnibus, & ſingulis, ſingula ſingulis, & ſingulos ſingulis referendo.

Item petunt, & requirunt dicti Procuratores prælibati Domini Domini Johannis Galeaz ad utilitatem ſpectabilis Dominæ Ciliæ filiæ quondam ſpectabilis Domini Gaſparis de Ubaldinis, & Conſortis ſpectabilis, & Potentis Militis Domini Jacobi de Verme Conſiliarii, & Benevoli dilectiſſimi prælibati Domini Domini Johannis Galeaz a Vobis Magnificis Dominis Arbitratoribus, quatenus per Veſtra Arbitramenta condemnetis, predictos Sindicos Communitatis, ſeu Populi Florentiæ nomine ipſius Communitatis, & Populi, & per ipſos, ipſam Communitatem, & Populum ad curandum, faciendum, & dandum operam, cum effectu, quod prædicta Domina Cilia habeat effectualiter, & libere hæreditatem quondam Domini Gaſpari predicti, res, bona, & jura, & ea omnia, & ſingula, quæ ſpectabant, & ſpectare debebant eidem Domino Gaſparo in Florentia, & in Territorio, & poſſe Florentiæ, & quicquid ad prælibatam Dominam etiam ſpectat, ſeu ſpectare poteſt, ſeu de & in hæreditatibus, bonis, poſſeſſionibus, & rebus ſpectantibus, & quæ ſpectaverunt Nobilibus infraſcriptis de Ubaldinis, & cuilibet ipſorum in Florentia, & poſſe Florentiæ, ac etiam fructus, redditus, & proventus perceptos, & qui haberi potuiſſent ex prædictis Ac etiam ut condemnetis predictos Sindicos Florentiæ, & per eos ipſam Communitatem ad

relaxan-

ANNO 1392. relaxandum, & traddendum ipsi Dominæ Ciliæ, & cuicunque Intervenienti, vel qui interveniet prò ea, omnia, & singula spectantia eidem Dominæ in Civitate, vel Posse Florentiæ, quæ teneantur, seu possideantur vel quasi per ipsam Communitatem, vel habentes causam ab ea, vel Offitialibus suis cum omnibus dependentibus, Accessoriis predictis, & a predictis. Ac etiam quod condemnetis predictos Sindicos Communitatis, & Populi Florentiæ ad traddendum, & relaxandum predictæ Dominæ Ciliæ Medietatem hæreditatis quondam spectabilis Domini Vannis de Ubaldinis Patris quondam Egregii Domini Gaspari de Ubaldinis, & fructus, & redditus perceptos, & qui percipi potuerunt ex dicta medietate dictæ hæreditatis, Ac etiam condemnetis predictos Sindicos dictis nominibus ad curandum, & dandum operam cum effectu, quod predicta omnia, & singula adimpleantur prædictæ Dominæ Ciliæ.

Item petunt, & requirunt prædicti Procuratores prelibati Domini Comitis Virtutum a Vobis Dominis Arbitratoribus, quatenus per Vestra Arbitramenta pronuncietis, & arbitramentetis contra predictos Sindicos Communitatis, & Populi Florentiæ nomine ipsius Communitatis, & Populi, quod Nobiles de Ubaldinis Exititii Civitatis Florentiæ, qui se immiscuerunt in præsenti guerra pro prelibato Domino Comite Virtutum restituantur, & reintegrentur ad eorum; & cujuslibet ipsorum Terras, Castra, bona, & res, jura, Jurisdictiones, & honores, quibus spoliati, seu dimidiati tenentur per Communitatem Florentiæ, seu nomine ipsius Communitatis, vel Populi, ac etiam, ut habeant possibilitatem eundi ad dictam Civitatem, & Territorium libere, & absque aliqua expensa cancellentur, & penitus aboleantur de quibuscunque Libris, scripturis, & Filtiis etiam squazafoliis dictæ Communitatis, Civitatis, & Territorii Florentiæ, & ubicunque ipsa Civitas, seu Communitas habeat superioritatem, & quod ad pristinum gradum, & statum, in quibus erant antequam de dicta Civitate expulsi fuissent, in integrum restituantur, & ipso Jure, & facto restituti esse intelligantur.

Insuper ad effectus predictos dicti Procuratores prælibati Illustris Domini Johannis Galeaz petunt dicto nomine per Vos Dominos Arbitros, & Arbitratores laudari declarari, & arbitramentari tam prò Zelo Justitiæ, quam prò bono Pacis, & concordiæ Partium prædictarum, & totius Italiæ, & pro interesse, & conservatione honoris prælibati Domini Domini Johannis Galeaz Comitis Virtutum dictos Sindicos Communitatum Florentiæ, & Bononiæ, & per eos ipsas Communitates, & quamlibet ipsarum, & dictos Procuratores dicti Domini Francisci de Carraria nomine ipsius, & per eos, & ipsum Dominum Franciscum & quemlibet, & quamlibet predictorum, singula singulis referendo, teneri, & obligatos esse ad observationem, & plenam satisfactionem omnium, & singulorum predictorum: Ac etiam ipsos, & ipsas, & quemlibet, & quamlibet predictorum per Vestra Arbitramenta condemnari ad restituendum, relaxandum, dandum, solvendum, & observandum ac adimplendum dictis Procuratoribus ad utilitatem omnium, & singulorum predictorum, singula singulis referendo. Et predicta petunt dicti Procuratores dictis nominibus, & modis tam prò ipsorum dictis nominibus Juribus, quam etiam prò interesse, tam coniunctim, quam divisim, & omni via, jure, & forma, quibus melius possunt, & quod melius de jure, vel de equitate Vobis Dominis Arbitratoribus videbitur, prout de jure, & de equitate predicta omnia, & singula prædictis, seu alicui, vel aliquibus ipsorum competunt, vestrum bonum, & equum Arbitrium, & Arbitramenta, & rectas conscientias implorando, & invocando. Ac etiam petunt expensas factas, & fiendas, protestantes, quod se non astringunt ad aliquam probationem superfluam, sed secundum quod eis, & cuilibet ipsorum equum, & utile visum fuerit. Reservantes ipsis dictis nominibus, & nomine Adhærentium, sequacium, Colligatorum, Benevolorum prælibati Domini Comitis Virtutum &c in predictis omnibus, & singulis protestatem, & bailiam, predicta, & quodlibet predictorum corrigendi, & emendandi, mutandi, addendi, & minuendi, & alia de novo semel, & pluries, secundum quod eis, & cuilibet ipsorum dictis Nominibus equum, seu utile esse visum fuerit.

Petitio Procuratorum, & Sindicorum Communitatis Perusii.

ANNO 1392.

Coram Vobis Reverendissimo in Christo Patre, & Domino Domino R. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Dominus, & Hospitalis Sti. Johannis Hyerosolimitani generali Magistro dignissimo, ac Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Sanctissimi Patris, & Domini Domini Bonifatii divina Providentia Papæ Noni, Nuntio, Ac Magnifico & Excelso Domino Domino Anthoniotro de Adurnis Populi, & Communitatis sublimis, & Magnificæ Civitatis Januæ Inclito Duce tamquam privata persona. Nec non Communitate, & Populo dictæ Civitatis seu representantibus dictam Communitatem deputatis, quoquo nomine censeantur, & nuncupentur, Arbitris, Arbitratoribus, Amicabilibus Compositoribus, Communibus Amicis, & bonis Viris spetialiter, & de Communi concordia electis, & deputatis inter Illustrem, & Excelsum Principem, & Dominum Dominum Johannem Galeaz Vicecomitem Comitem Virtutum Mediolani &c. Imperialem Vicarium generalem, & Magnificum Commune Perusii, & certos alios ex una Parte, & eorum Adhærentes sequaces, Complices, Recomendatos, Benevolos, Coligatos, & Subditos, Et Magnificum Commune Florentiæ, & Magnificum Commune Bononiæ, & certos alios ex alia Parte. Nicolaus Domini Lelli de Balionibus de Perusio Miles atque Legum Doctor, & Ugolinus Cechini de Perusio Sindici, & Procuratores dicti Communis Perusii, nomine Dicti Communis Perusii petunt contra dictum Commune Florentiæ, & contra Commune Bononiæ, & contra eorum Adhærentes, sequaces, Complices, Recomendatos, Benevolos, & Colligatos, & Subditos effectualiter infrascripta videlicet non per Modum libelli, sed per viam simplicis Narationis.

Quod fiat generalis, & plenissima hinc inde remissio Injuriarum, damnorum, & interesse, rerum mobilium, & Incendiorum quoruncumque bonorum in forma oportuna, salvo quod de infrascriptis.

Item quod cassentur Processus, Banna, & Condemnationes hinc inde facta, & lata occasione guerræ, & tempore præsentis guerræ, salvo quod hoc non vendicet sibi locum in Processibus, Bannis, seu Condemnationibus factis, seu latis contra proprios Cives districtuales, seu Subditos, aut Recomendatos alicujus Civitatis, Terræ, vel Loci, qui vel quæ includentur in pace.

Item quod fiat restitutio Bannitis, seu Condemnatis hinc inde bonorum stabilium, & quod restitutio fiat, & fieri debeat illis, & quantum ad illos, quorum Processus, Banna, seu Condemnationes venirent cassantdæ.

Item quod omnes, qui includuntur in dicta Pace non possint receptare Rebelles alterius Partis, & fiat Capitulum in forma oportuna.

Item quod in dicta Pace veniant, & includantur omnes Recomendati, & Adhærentes Communis Perusii.

Item quod Castrum, seu Fortilitium Burgi novi Montis Gualandri, & Reschi Communitatis Perusii occupatum per predictos vel aliquem predictorum tempore præsentis guerræ, restituantur libere dicto Communi Perusii, vel dictis Sindicis, & Procuratoribus recipientibus pro dicto Communi Perusii.

Item quæcunque Terræ, Castra, & Fortilitia, quæ indebite quomodolibet teneantur per aliquam Partem ex inclusis in Pace, debeant restitui alteri Parti ad quam de jure quomodolibet pertinerent.

Item quod fiat restitutio bonorum stabilium quoruncunque Civium, districtualium, Subditorum, vel Recommendatorum, seu Adhærentium, hinc inde quomodolibet occupatorum, salvo semper manente Capitulo tertio supradicto. Ita quod fiat restitutio bonorum, rerum, & Jurium infrascriptorum Civium, videlicet:

Domini Nicolai Domini Lelli de Balionibus de Perusio, Caroli Filippi, & Fratrum, & Nepotum ejus de Adonibus de Perusio, Bartholomei Antonii de Adonibus de Perusio, Johannis Bartholomei Vanucii, vel eorum, ad quos sua Jura quomodolibet spectare, seu pertinere possent. Ser Egidii Petri Canonici Perusini, & Prioris Sti. Andreæ de Mussiana Florentinæ Diocesis dicto Prioratu,

ANNO 1392. ratu, & perceptis hactenus fructibus spoliati, Boccii Domini Henrici Baldessari Cecchi, & Francisci Suppolini de Armanis de Perusio.

Item quod si aliqua Partium incluſarum in pace quovis colore quæſito directe, vel indirecte quomodocunque, aut qualitercunque offenderetur ab altera parte offendente, vel offendi quomodolibet faciente, quod omnes, qui Includentur in iſta pace, teneantur juvare Partem offenſam contra partem quomodolibet offendentem, ſeu offendi facientem. Sed ſi offenderetur ab aliquo, qui non includeretur in dicta pace abſque voluntate incluſorum in ea; quod tunc & eo caſu Incluſi in ipſa pace poſſint juvare offenſam partem modis omnibus contra offendentem, ſeu offendi quomodolibet facientem.

Item quod Florentini, Bononienſes, & alii eorum, vel alterius eorum Adhærentes, Complices, ſeu ſequaces, vel aliquis prædictorum non poſſint, nec debeant quoquo jure, modo, cauſa, ſeu forma, directe, vel indirecte quomodocunque aut qualitercunque, vel quovis colore quæſito, vel ſe, vel alium acquirere, ſeu acquiri facere aliquas Civitates, Terras, Caſtra, Loca, ſeu Fortilitia citra Aretium, nec aliqua loca, ſeu Fortilitia facere, vel fieri facere quomodolibet de novo erigi, ſeu edificari, vel jam cæpta fortificari, ſeu conſtrui quoquomodo.

Item quod omnia Victualia poſſint deferri, & portari libere, & impune per Inclulos in pace per Territoria quælibet Incluſorum in ipſa pace, & fiat in forma.

Item quod fiat Liga ſaltem inter omnes, qui includentur in pace, ad deffenſionem ſtatuum præſentium, & ad ſe ſe invicem adjuvandum, & deffendendum contra quoscunque, & contra Societates &c. & fiat in forma.

Item quod predicti teneantur, & debeant reſtituere dicto Communi Peruſii, vel dictis Sindicis, & Procuratoribus recipientibus prò eo omnia damna, & omnia intereſſe quæ dictum Commune Peruſii ſubſtinuit, & habuit toto tempore præſentis guerræ, cum ipſi fuerint cauſa ipſius guerræ, & maxime a tempore, quo ipſum Commune Florentiæ occupavit, ſeu occupari fecit Caſtrum Agelli Communitatis Peruſii.

Item quod dictum Commune Florentiæ teneatur, & debeat pure, libere, & cum effectu dimittere, & relaxare Civitates, Terras, Caſtra, & Fortilitia, quas, vel quæ ipſi tenent, ſeu poſſident ultra Jugum Aretii verſus Peruſium, cum jam ſic promiſerint ipſi Communi Peruſii, ac etiam quia prò majori parte pertinent, & ſpectant jure ad ipſum Commune Peruſii.

Item petunt, & dicunt, quod in Civitate Piſana inter Commune Florentiæ, & Commune Peruſii, & quam plures alios fuerunt factæ duæ Ligæ in Milleſimo trecenteſimo octuageſimo nono de Menſe Octobris, in quibus Ligis ſub certa pæna multa hinc inde fuerunt promiſſa, quæ nullatenus per ipſum Commune Florentiæ fuerunt obſervata, imo quam pluries per dictum Commune Florentiæ ventum, ac factum ſuit contra dictas Ligas. Ideo petunt dictas pænas a dicto Communi Florentiæ.

Item petunt, & dicunt, quod una dictarum Ligarum fuit facta principaliter ad conſervationem præſentium ſtatuum, & ad non receptandum Rebelles alterius Partis. Vigore cujus Ligæ dictum Commune Florentiæ tenebatur, & debebat dictum Commune Peruſii juxta poſſe adjuvare ad manutenendum ſtatum Peruſii, & contra ipſum ſtatum, & contra dictum Commune Peruſii nullatenus dictum Commune Florentiæ facere poterat, nullatenus tacite, nec expreſſe, directe, nec indirecte nec aliquo quæſito colore. Et etiam promiſerunt non receptare Rebelles Communis Peruſii. Et predicta promiſerunt attendere, & obſervare, & in nullo contrafacere, vel venire ſub certa pæna contenta in dicta Liga.

Item petunt, & dicunt, quod altera Liga prædicta facta fuit inter Illuſtrem Principem, & excelſum Dominum Dominum Johannem Galeaz Vicecomitem, Comitem Virtutum Mediolani &c. Imperialem Vicarium, & Comune Florentiæ, & Comune Peruſii, & Comune Senarum, & certos alios principaliter ad ſeſe invicem non offendendum, moleſtandum, inquietandum, aut quomodolibet perturbandum, nec aliquam novitatem faciendum in quibuscunque partibus, vel quovis loco in preſenti ſtatu, vel rebus per ſe vel alium directe, vel per obliquum, mediate, vel immediate, quovis colore quæſito, & maxime in Civitate aliqua, Territorio, Caſtro, Villa, vel Fortilitio, ſeu loco, quæ per eos vel aliquem ipſorum, vel alicujus eorum nomine tenentur, reguntur, vel gubernantur, & non ad occupandum, invadendum, inquietandum, moleſtandum, ſeu quomodolibet perturbandum per vim, ſeu viam Armorum, ſeditionis, vel tractatus, ſeu quovis modo per ſe, vel alium, directe, vel per obliquum, mediate, vel immediate aliquam Civitatem Terram, Fortilitium, ſeu Caſtrum alicujus dictorum Colligatorum &c. ANNO 1392.

Item dicunt, quod in dicta Liga inter alia continetur: Quod ſi aliquis ex dictis Colligatis, durante tempore dictæ Ligæ offenderit, invaſerit, vel quovis modo perturbaverit aliquem ex dictis Colligatis. Quod tunc talis Offendens, invadens vel quovis modo turbans debeat incontinenti ad omnem requiſitionem talis offenſi, invaſi, vel quovis modo perturbati deſiſtere, & ceſſare omnino a tali offenſa, Invaſione, vel perturbatione, moleſtia, & injuria, & quod contra non obſervantem prædicta, & non deſiſtentem interim ab omni offenſa, & invaſione, & perturbatione, omnes alii Colligati teneantur, & debeant in favorem ſic offenſi inſurgere, & eſſe contra talem, qui ſic invaſerit, offenderit vel perturbaverit contra pacta dictæ Ligæ toto eorum poſſe, & cum toto eorum exfortio, & in omnibus, & pro omnia, prout voluerit, & requiſiverit talis offenſus, invaſus, ſeu quomodolibet perturbatus.

Item dicunt, quod in dicta Liga continetur inter alia, quod præfato Domino Comiti liceat cuicunque, quem duxerit & reputaverit eſſe Amicum ſuum dare, & præſtare ſubſidium Gentium, Armorum, auxilium, conſilium, & favorem in duplo ejus, quod eſſet offenſa, quæ fieret Amico prædicto.

Item dicunt, quod inter alia, in dicta Liga continetur: Quod omnes dicti Colligati teneantur, & debent adjuvare alium Colligatum offenſum a quacunque Societate &c.

Item dicunt, quod dictum Comune Florentiæ in dicta Liga inter alios dedit pro Adhærentibus, & Recommendatis Ugucium Dominum Curtonenſem, ut ipſe dicit, & Comune Cortonis.

Item dicunt, quod ſtatim poſt dictas Ligas oportuit Comune Senarum, & certos alios caſſare de eorum gentibus Armigeris. Quibus caſſis ſtatim dictum Comune Florentiæ conduxit quam plures ex eis, intra quos conduxit Comitem Tancredum, Dominum Pierum Magag., & Martinum de Bigozo, quibus conductis ſtatim ſub colore, quod ipſos conduxiſſet Dominus Cortonenſis, miſit eos cum multis aliis ſuper Territorio Peruſino contra ipſum Comune Peruſii, & contra dictum ſtatum Peruſii. Qui Comes Tancredus, Dominus Petrus, & Martinus ad petitionem, & inſtantiam dicti Comunis Florentiæ multa damna enormia fecerunt in dicto Comitatu Peruſii, in tantum quod damnificaverunt dictum Comune Peruſii, ſive ejus Comitatum ultra L. millia Florenorum, durante tempore dictarum Ligarum, propter quod dictum Comune Florentiæ incidit in pænas contentas in dictis Ligis, ac etiam tenetur dicto Comuni Peruſii ad reſtitutionem dictorum L. millia Florinorum. Et ſic petunt a dicto Comune Florentiæ.

Item dicunt, quod poſt dictas Ligas, & durante tempore dictarum Ligarum dictum Comune Florentiæ contra pacta dictæ Ligæ receptavit Rebelles dicti Comunis Peruſii, propter quod incidit in dictam pænam contentam in dicta Liga.

Item dicunt, quod durante tempore dictarum Ligarum dictum Comune Florentiæ contra pacta dictarum Ligarum habuit tractatum cum Paulùccio Mini de Peruſio & cum certis aliis de ſubvertendo dictum ſtatum Peruſinum, veniendo ad actum, quia dictus Paulucius cum multis aliis ſe armavit cridando, & elevando rumorem ad petitionem dicti Comunis Florentiæ contra dictum ſtatum Peruſii. Et quod per dictum Comune Florentiæ & per dictum Paulùtium, & alios ad petitionem dicti Comunis Florentiæ non remanſit, quin dictus ſtatus Peruſii præderetur, & ſubverteretur, & quod per hoc dictum Comune Florentiæ incidit in dictas pænas con-

ANNO 1392. contentas in dictis Ligis; Unde petunt a dicto Comuni Florentiæ dictas pœnas in dictis Ligis contentas.

Item dicunt, quod durante tempore dictarum Ligarum dictum Comune Florentiæ iterato habuit tractatum cum Guidalottis de Perusio, & cæteris aliis contra dictum Comune Perusii, & contra statum prædictum dicti Comunis Perusii de subvertendo & destruendo dictum statum Perusii, & quod per prædictos dictum Comune Florentiæ non remansit, quin prædicta ad effectum mandarentur, veniendo ad Arma, & ad Rebellionem certorum Castrorum, & Fortalitiarum, expresse veniendo contra pacta dictarum Ligarum, propter quod dictum Comune Florentiæ incidit in pœnas contentas in dictis Ligis, & sic dictas pœnas a dicto Comuni Florentiæ petunt.

Item dicunt, quod durante tempore dictarum Ligarum, dictum Comune Florentiæ, & dicti Rebelles Comunis Perusii contraxerunt ad invicem promittendo dictum Comune Florentiæ dictis Rebellibus dare eis auxilium, consilium, & favorem de adjuvando eos ad reintrandum dictam Civitatem Perusii contra dictum Comune Perusii, & contra statum ipsius Civitatis. Et dicti Rebelles inter alia promittendo dicto Comuni Florentiæ, quod in casu, quo ipsi reintrarent dictam Civitatem Perusii, dare dicto Comuni Florentiæ Majoriam dictæ Civitatis Perusii, veniendo expresse contra pacta dictarum Ligarum, propter quod petunt a dicto Comuni Florentiæ pœnas contentas in dictis Ligis.

Item dicunt, quod post prædicta, & durante tempore dictarum Ligarum dictum Comune Florentiæ contra dictum Comune Perusii, & contra dictum statum dictæ Civitatis Perusii dedit, & solvit, sive mutuavit dictis Rebellibus multas quantitates denariorum, & etiam impræstavit eis multas gentes Armigeras contra dictum Comune Perusii, & pro submittendo dictum statum Perusii, propter quod dictum Comune Florentiæ incidit in dictas pœnas in dictis Ligis contentas. Quare petunt a dicto Comuni Florentiæ dictas pœnas contentas in dictis Ligis.

Item dicunt, quod durante tempore dictarum Ligarum dicti Rebelles, & duo de Bailia Comunis Florentiæ cum gentibus, Armis, & Insigniis dicti Comunis Florentiæ occupaverunt, & aprehenderunt, & retinuerunt per plures Menses Castrum Agelli Comunitatis Perusii, semper equitando contra dictum Comune Perusii, & contra alia Castra Comunitatis Perusii in tantum quod dictum Comune Perusii Territorium suum, & ejus Comitatum damnificaverunt in duobus Millionibus Florinorum & ultra, propter quæ dictum Comune Florentiæ incidit in dictas pœnas contentas in dictis Ligis, & tenetur dicto Comuni Perusii ad restitutionem dictorum duorum Millionum Florenorum. Quare petunt a dicto Comuni Florentiæ dictas pœnas, & dicta damna dictorum duorum Millionum Florenorum.

Item dicunt, quod durante tempore dictarum Ligarum dicti Rebelles cum gentibus Comunis Florentiæ, & cum ejus auxilio, & favore aprehenderunt, & occupaverunt certa alia Castra, & Fortilitia Comunitatis Perusii in tantum quod dictum Comune Perusii damnificaverunt in centum Millibus Florenis, veniendo expresse contra pacta dictarum Ligarum, propter quod dictum Comune Florentiæ tenetur dicto Comuni Perusi ad dictas pœnas & ad restitutionem dictorum centum millia Florentiæ. Quare a dicto Comuni Florentiæ petunt dictas pœnas, & restitutionem dictorum damnorum centum Millia Florenorum.

Item dicunt, quod durante tempore dictarum Ligarum dicti Rebelles cum gentibus Comunis Florentiæ, & cum duobus de Bailia Comunis Florentiæ cum Armis & Insigniis Comunis Florentiæ quam pluries, pluries, & pluries equitaverunt prope Perusium contra dictum Comune Perusii, & contra dictum statum ipsius Civitatis in grave damnum, & præjudicium dicti Comunis, & dicti status in tantum quod ipsum Comune Perusii, & ejus Comitatum damnificaverunt ultra centum millia Florenorum, capiendo homines, occidendo, derubando, & comburendo, propter quæ dictum Comune Florentiæ incidit in dictas pœnas contentas in dictis Ligis. Et dictum Comune Florentiæ tenetur dicto Comuni Perusii ad restitutionem dictorum damnorum. Quare petunt a dicto Comuni dictas pœnas, & restitutionem dictorum damnorum Millia Florenorum. ANNO 1392.

Item dicunt, quod durante tempore dictarum Ligarum, cum Jancolona cum multis Sotiis equestribus, & pedestribus esset ad stipendium, & ad provixionem Comunis Florentiæ, stetit per aliquos dies cum dictis Rebellibus Comunis Perusii ad Castrum Deruræ, & contra ipsum Castrum Comunitatis Perusii, & contra dictum Comune Perusii, & contra dictum statum dictæ Civitatis Perusii. Et ibidem dicti Rebelles habuerunt tractatum ad petitionem, & instantiam dicti Comunis Florentiæ cum quodam Simone Petri de Perusio cum certis aliis de reintrando Perusium, & de occidendo, & derubando omnes homines magnos, & parvulos, & Mulieres pregnantes, & non pregnantes de dicta Civitate Perusii, qui non essent una cum eis, & in eorum favorem, cum ense in manu in reintrando dictam Civitatem Perusii. Et de infocando aliquas domos dictæ Civitatis, & quod pacta inter alia inter dictum Comune Florentiæ, & dictos Rebelles Comunis Perusii erant, quod in casu quo dicti Rebelles cum dictis gentibus Comunis Florentiæ reintrarent dictam Civitatem & obtinerent contra dictum statum dictæ Civitatis Perusii, quod omnes reintrantes possent occidere, & derobare per tres dies, & postea dictum Comune Florentiæ deberet habere Majoriam, & quasi dominium dictæ Civitatis Perusii & quod postea ad implendum dictum Tractatum, & omnia predicta dicti Rebelles cum majori parte dictarum gentium Jancolonæ, & Communis Florentiæ in numero videlicet Peditum noctis tempore reintraverunt dictam Civitatem Perusii, insciis, & dormientibus omnibus aliis Civibus dictæ Civitatis, præter quam illi, qui erunt in Tractatu una cum eis, & fuerunt in Platea dictæ Civitatis currendo Plateam pro eis, & gridando Viva la Pace e Viva la liberta, e Viva el Comun de Fiorenza, e Viva Michelozo, e Morano Gentili homeni, & multi alii ex dictis gentibus Florentinorum stabant equestres ad Portam dictæ Civitatis, causa intrandi dictam Civitatem, & adjuvare predictos. Et cum alii Cives, contra quos fiebant predicta, subrexerunt de lecto, & fuerunt armati tam Nobiles, quam Populares, iverunt in dicta Platea contra predictos; & obtinuerunt in tantum, quod de dictis gentibus rebellibus, & aliis interfectis occisi fuerunt ultra trecentum, propter quæ dictum Comune Florentiæ incidit in dictas pœnas contentas in dictis Ligis. Quare petunt a dicto Comuni Florentiæ dictas pœnas.

Item dicunt, quod durante tempore dictarum Ligarum Ugucius Dominus Curtonensis, ut ipse dicit, ad petitionem dicti Comunis Florentiæ, & cum gentibus ipsius Comunis Florentiæ occupavit, & aprehendit Castrum, seu Fortilitium Burgi novi, & Fortilituim Montis Gualandri, & Castrum Reschi Comunitatis Perusii, & adhuc retinet expresse venientibus contra pacta dictarum Ligarum, propter quod dictum Comune Florentiæ, & Dominus Ugucius tenentur dicto Comuni Perusii restituere dicta Castra, seu Fortilitia, & quilibet ipsorum incidit in dictis pœnis contentis in dictis Ligis. Quare petunt a predictis Comuni Florentiæ, & Ugucio restitutionem dictorum Castrorum, sive Fortalitiorum & dictas pœnas.

Item dicunt, quod durante tempore dictarum Ligarum dictus Ugucio cum gentibus Comunis Florentiæ, & ad petitionem, & instantiam ipsius Comunis Florentiæ quampluries, & pluries, & pluries, & pluries equitavit contra Comune Perusii in Territorio, & Comitatu, seu districtu dicti Comunis Perusii in grave damnum, & prejuditium dicti Comunis Perusii, in tantum quod ipsum Comune Perusii damnificaverunt ultra quantitatem ducentorum Millium Florenorum. Quapropter dictum Comune Florentiæ, & dictus Ugucio, & quilibet ipsorum tenentur dicto Comuni Perusii ad dictas pœnas contentas in dictis Ligis, & ad restitutionem dictorum ducentorum Millium Florinorum, & sic petunt a prædictis, & quolibet predictorum.

Item dicunt, quod dictus Ugucio Curtonensis Dominus, ut ipse dicit, fecit Ligam, & certos Contractus cum Comuni Perusii, a quo Comuni Perusii certam provixionem habebat, & habere debebat quolibet anno, & ipse tam vigore dictæ Ligæ, quam vigore dictorum Contractuum obligatus erat, & est dicto Comuni Perusii ad multa, & maxime de ad-

ANNO 1392. adjuvando, & de non offendendo unus alterum, & alter alterum, & quod dictum Comune Perusii multotiens ipsum deffendidit cum gentibus Armorum, & semper dictam provisionem sibi solvit usque quo ipse contra dictam Ligam, & contra dictos Contractus, & contra promissionem, & fidem suam venit, equitando, & equitari faciendo contra dictum Comune Perusii, etiam occupando Ceppam Valtioni Comunis Perusii ad petitionem & instantiam dicti Comunis Florentiæ. Et quod ipse Ugucio non conscius beneffitiis, durante tempore dictæ Ligæ, & dictorum Contractuum quam pluries, & pluries ad petitionem dicti Comunis Florentiæ venit contra dictam Ligam, & contra contenta in dictis contractibus, & contra fidem suam, & contra promissiones suas etiam juratas. Quare petunt ipsum per Vos declarari perjurium & tamquam ingratum condemnari ad restituendum dicto Comuni Perusii dictas provisiones, quas sibi solvit, & ipsum per Vos condemnari ad dandum, & solvendum dicto Comuni Perusii pœnas contentas tam in dicta Liga, quam in dictis Contractibus, cum pluries contrafecerit tanquam homo non sanæ mentis.

Item quod post dictas Ligas, & postquam dictum Comune Florentiæ durante tempore dictarum Ligarum incepit offendere, invadere, vel perturbare dictum Comune Perusii, & dictum statum Civitatis Perusii contra pacta dictarum Ligarum, dictum Comune Perusii habuit recursum ad dictum Illustrem, & excelsum Dominum Dominum Comitem Virtutum rogando ipsum, ut adjuvaret dictum Comune Perusii contra dictum Comune Florentiæ, prout tenebatur, & debebat secundum pacta dictæ Ligæ, qui Dominus Comes Virtutum volens observare promissa per eum secundum quod tenebatur & debebat vigore dictæ Ligæ, adjuvavit dictum Comune Perusii.

Item dicunt, quod non obstante, quod omnia predicta fuerint, & sint vera, & verissima & manifesta in tantum, quod non indigent probatione, nichilominus in casu, in quo sit necesse probare predicta, vel aliquod prædictorum offerunt se probaturos infra terminum competentem. Non adstringentes se ad omnia prædicta probandum, sed ad ea tantum, quæ sunt eis necessaria pro obtinendo contra prædictos vel aliquem prædictorum.

Item dicunt, & petunt, quod predicta, vel aliquod eorum non intelligatur venire in aliquo contra Capitula Pacis editæ inter Sanctissimum in Christo Patrem, & Dominum Dominum Urbanum Budum Fel. Record. Papam Sextum ex parte, & dictum Comune Perusii ex altera, quoquo modo.

Item, quod omnes, & singuli capti, vel captivati quomodocunque in, & super Territorio Perusii vel ejus districtu, seu aliquorum Colligatorum, vel Adhærentium ipsorum Perusii occasione præsentis guerræ, & a tempore dictæ guerræ citra, penes quoscunque sint, & detineantur, libere relaxari debeant & impune, etiam si redemptiones fecissent; quas tamen non solvissent.

Quare petunt dicti Sindici & Procuratores nomine dicti Comunis Perusii per Vos, & Vestram Sententiam, Arbitrium, seu Arbitramentum sententiari, decerni & declarari omnia predicta fuisse, & esse vera, & predictos ad predicta obligatos fuisse & esse dicto Comuni Perusii. Ac etiam predictos, sive eorum Sindicos, & Procuratores condemnari Vestra Sententia, Arbitrio seu Arbitramento ad dandum, solvendum, restituendum, ac etiam faciendum dicto Comuni Perusii omnia supradicta, sive dictis Sindicis, & Procuratoribus nomine dicti Comunis Perusii, & in predictis, & quolibet predictorum procedi summarie, simpliciter, & de plano, & de equitate, & cum bona conscientia, & omni modo, via, jure, & forma quibus melius potest, cum damnis, & expensis factis, & fiendis usque ad sententiam. Reservando eis potestatem, & bailiam addendi, minuendi, mutandi, corigendi detrahendi & de novo petendi usque ad sententiam.

Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, die octava Januarii in sero deposita &c. per Sindicos, & Procuratores Perusinos.

Item addendo supradictæ Petitioni dicti Sindici, & Procuratores Nominibus, quibus supra petunt, & dicunt, quod considerato, quod status Arcigelforum de Florentia voluerunt, & volunt totam Italiam alteri subjugare, ac etiam submittere, & quod nunquam vel raro observaverunt quod promiserunt, & quod exitii de Florentia indebite, & injuste fuerunt expulsi de dicta Civitate Florentiæ & eorum res, & bona dicto Comuni Florentiæ publicata. Quod dictum Comune Florentiæ teneatur, & debeat dictos eorum Exitios remittere, ipsosque in integrum restituere, ita quod libere possint in dictam Civitatem Florentiæ redire, & ipsorum bonis, & Civilitate, & honore ipsius Civitatis uti, & frui, quemadmodum poterant ante dictam ipsorum expulsionem. Et quod Civitas illa, & ejus status reformetur bonis hominibus illius Civitatis, qui non sint de numero Archigelforum, ad hoc maxime ut spes possit haberi, quod id, quod postea promittent, observabunt, & ad hoc ut per dictum Comune Florentiæ postea attendatur ad bonum totius Italiæ. ANNO 1392.

Item dicunt, quod statim postquam dictus Ugucius venit, sive fecit contra dictas Ligas, equitando, & equitari faciendo contra dictum Comune Perusii, & ejus statum, dictum Comune Perusii solemniter statuit, & decrevit, quod dictus Ugucius non possit abeverare, nec abeverari facere aliquem Equum in Lacu Perusino sub pœna centum Florenorum pro quolibet Equo; & quod post predicta dictus Ugucio abeveravit, sive abeverari fecit in dicto Lacu Perusino Mille Equos, & ultra, propter quod dictus Ugucio obligatus fuit, & est dicto Comuni Perusii ad solvendum ipsi Comuni Perusii dictos centum florenos, pro quolibet dictorum Equorum, & sic per Vos declarari, & condemnari petunt &c.

Item dicunt, quod Dominus Ugucius spoliavit, & derobavit Abbatem, & Abbatiam Farineti districtus Cortoni de bonis, & rebus valentibus ultra quantitatem decem millia Florenorum, & dictam Abbatiam cum omnibus suis bonis, rebus & Juribus detinuit, & detinet occupatam contra Voluntatem dicti Abbatis, & in ejus Injuriam, & grave damnum & prejuditium, propter quod dictus Ugucius tenetur, & obligatus est, & fuit ad restitutionem dictorum decem Millia ducatorum, & ad relaxandum libere dicto Abbati dictam Abbatiam cum omnibus suis bonis, & rebus, & Jurisdictionibus. Quare cum dictus Abbas fuerit, & sit de Adhærentibus dicti Comunis Perusii, & ad ipsius petitionem se intromiserit in dictam Brigam contra dictum Ugucium, petunt nomine dicti Comunis Perusii per Vos sententiari, decerni, & declarari predicta omnia, & singula fuisse, & esse vera, & dictum Ugucium Vestra Sententia condemnari ad solvendum, & faciendum omnia supradicta dicto Comuni Perusii, & dicto Abbati, sive dictis Sindicis nomine dicti Comunis.

Item dicunt, quod dictus Ugucius equitavit, & equitari fecit pluries contra Castrum Montonis, & Castrum Vernazani Comunis Perusi, propter quod dicta Castra Comunis Perusii damnificavit ultra quantitatem duorum millium Florenorum. Unde obligatus est, & fuit ad solvendum dicto Comuni Perusii dictam quantitatem duorum millium Florenorum, ac etiam per prædicta pluries incidit in pœnam conventam in Liga, quæ facta fuit Pisis in Millesimo Trecentesimo Octuagesimo nono de mense Octobris. Et sic per Vos declarari petunt, & ipsum Ugucium Vestra Sententia condemnari ad solvendum dicto Comuni Perusii dictam quantitatem duorum millium Florenorum. & dictam penam contentam in dicta Liga totiens, quotiens contra ipsam Ligam fecit Die xv. Januarii deposita per dictos Sindicos, & Procuratores &c.

Petitio Senensium,

In Dei Nomine Amen.

Infrascriptæ sunt Petitiones, quæ porigantur coram Vobis Spectabilibus, & Venerabilibus Dominis Dominis Commissariis Pacis fiendæ inter Illustrem Principem, & excelsum Dominum Comitem Virtutum Mediolani Vicarii &c. suos Colligatos &c. ex Una parte, & Comune Florentiæ & suos Colligatos, ex alia, per legitimum Sindicum Comunis Senarum videlicet Baptistam Mini de Picolominibus de Senis.

In primis dicit Dominus Sindicus nomine dicti Comunis, quod cum hoc sit, quod Castrum Montis Pulciani cum omni suo districtu, & Territorio, Jurisdictione, hominibus, & personis, præheminentia,

ANNO 1392. tia, & custodia mero mixto Imperio cum omnibus suis Juribus, & pertinentiis, pertinuerit, & spectaverit, & etiam pertineat, & spectet ad Commune Senarum, & cum hoc sit, quod Commune Florentiæ indebite, & injuste dictum Commune Senarum existens fuerit in possessione pacifica per se, vel Officiales suos dicti Castri, districtus, Jurisdictionis, Præheminentiæ, Custodiæ, Jurium, & pertinentiarum dicti Castri expoliaverit de dicta possessione, seu quasi, & occupaverit dictum Castrum tam contra pacta Pacis initæ inter dictum Commune Florentiæ ex una parte, & Commune Senarum ex alia in Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, quam etiam contra pacta Ligæ initæ, in Civitate Pisarum in Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono inter dictum Dominum, & Communia Tusciæ, & alios, de qua Liga constat publico Instrumento: Idcirco petit a Vobis Dominis Arbitris, quatenus per Vestra Arbitramenta condemnetis dictos Sindicos nomine Communitatis Florentiæ, & per eos ipsam Communitatem ad restituendum, & reintegrandum dictæ Communitati Senarum, seu Intervenientibus prò ea nomine ipsius Communitatis, possessionem, & quasi dictorum Castri, Loci, & Territorii, pertinentiarum, Jurium, & Jurisdictionum dictorum Castri, Loci, & Territorii. Et quod post restitutionem de cætero sinat dictum Commune Senarum tenere, & possidere dictum Castrum cum suis Territoriis, & districtu, & cum suis Jurisdictionibus, & pertinentiis, personis, & rebus quibuscunque pacifice, & quiete. Et quod de cætero dictum Commune Florentiæ ullo modo de dicto Castro, hominibus, & personis rebus, Territorio, & districtu, Jurisdictione, guardia, præheminentia, & Jure dicti Castri se intromittere non debeat, aut se non possit intromittere seu quoquo modo impedire in perpetuum, & quod dictum Commune Florentiæ refutet Communi Senarum legitime omne Jus quacunque de causa appareret dictum Commune Florentiæ quisquisse in dicto Castro, Territorio, & districtu, & seu in Jurisdictione præheminentiæ, & ejus guardiæ, & seu Hominibus, & rebus dicti Castri sub quocunque titulo, vel colore appareret, seu diceretur dicto Communi Florentiæ quæsitum ad effectus predictos, ut tenetur ex forma Instrumentorum inde redactorum, & prout in dictis Instrumentis continetur a Vobis Dominis Arbitris, quatenus per Vestra Arbitramenta condemnetis prædictos Sindicos Nomine Communitatis Florentiæ, & per eos ipsam Communitatem ad restituendam, & reintegrandam dictæ Communitati Senarum, seu Intervenientibus prò ea nomine ipsius Communitatis Possessionem, & quasi dicti Castri, Loci, & Territorii, pertinentiarum, Jurium, & Jurisdictionum dictorum Castri, Loci, & Territorii.

Item dicit dictus Sindicus, quod cum in Anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo inita fuit certa Pax inter dictum Commune Florentiæ, & Commune Senarum, in qua per legitimum Sindicum dictum Commune Florentiæ promisit legitime dicto Communi Senarum se non impedire, nec intromittere, nec aliquod Jus quærere in aliquibus Terris, in quibus dictum Commune Senarum tempore dictæ Pacis initæ habet, vel haberet in futurum aliquod Jus, in qua etiam dictum Commune Florentiæ refutavit in Contractu dictæ Pacis omne Jus, quod etiam dictum Commune Florentiæ tunc temporis habebat, vel in futurum haberet, vel habere posset in Castro Podii Bonacci, & Castro Sareggiæ, & in ipsorum territoriis, rebus, & personis undecunque quæsitum. Et cum dictum Commune Senarum tunc temporis prætendiderit, & nunc prætendat jus in quolibet dictorum, & dictum Commune Florentiæ contra pacta dictæ Pacis occupaverit, & occupata teneat dicta Castra, & ejus Territoria, & Jura dicti Communis Senarum. Et ob hoc dictum Commune Florentiæ inciderit in pœnam dicti contractus Mille Marcharum auri dicto Communi Senarum applicandum. Ideo petit dictus Sindicus pro observantia dictæ Pacis, & prò conservatione Jurium, & prò interesse dicti Communis Senarum, quod dictum Commune Florentiæ restituat dicto Communi Senarum dicta duo Castra, & ipsorum Jurisdictiones, Territoria, res, & personas cum reditibus inde preceptis, & omni causa. Et insuper petit dictam pœnam Mille Marcharum Auri dicto Communi Senarum dari, & solvi per dictum Commune Florentiæ. Et quod de cætero de dictis Castris, Territoriis, & Jurisdictionibus, rebus, & personis se ullo modo non intromittat. Ad quod faciendum extitit obligatum secundum formam dictæ Pacis, & ut ad prædicta condamnetis dictos Sindicos Communis Florentiæ, & per eos dictam Communitate Florentiæ. ANNO 1392.

Item petit dictus Sindicus, quod dictum Commune Florentiæ libere debeat Communi Senarum renuntiare, ac refutare omne Jus Recommandisiæ, seu summissionis, præheminentiæ, homagii, seu census, seu Custodiæ, Jurisdictionis, & Imperii, & generaliter cujuscunque nominis, vel coloris, seu causæ diceretur per dictum Commune Florentiæ quæsitum fuisse, appareret habere, seu diceretur habere in Civitate Cortonii, ejus Territorio, & districtu, seu Dominio, seu hominibus, & personis dictæ Civitatis, quacunque de causa quæsitum, & quod de dicta Civitate Cortonii, ejus Territorio, & districtu, Dominio, personis, & rebus dictæ Civitatis aliquo modo de cetero se non intromittat, seu quoquo modo impediat. Et quod promittat dicto Communi Senarum legitime dicto Jure in perpetuum non uti, sed intelligatur, & sit omnino cassum, & nullius efficatiæ, cum dicta Civitas Cortonii, & ejus districtus, & Territorium, Dominium, res, & personæ pertinuerint, & pertineant ad dictum Commune Senarum, & in dicta Civitate, & ejus districtu, & in Dominio, & Juribus, & præheminentiis ejusdem Civitatis dictum Commune Senarum prætendiderit, & prætendat jus, & vigore dictæ pacis initæ inter dicta Communia Florentiæ, & Senarum, Commune Florentiæ non potuerit quærere in dicta Civitate, & ejus districtu, Dominio, rebus, & personis dictæ Civitatis aliquod jus Majoritatis, vel præheminentiæ sub titulo recommandisiæ, fœderationis, vel quacunque alia causa, seu quocunque alio colore quæsito. Et quod dictum Commune Florentiæ contra pacta dictæ Pacis de dicta Civitate, seu ejus Dominio, districtu, & personis se intromisit, & præheminentiam usurpavit, petit etiam dictus Sindicus dari dicto Communi Senarum pœnam Mille Marcharum auri, & nihilominus petit observantiam dictæ Pacis in predictis, ac etiam petit dicto nomine, ut ad predicta omnia, & singula condemnetis dictos Sindicos Communis Florentiæ, & etiam ad observantiam dictæ Pacis, & contentorum in ea.

Item dicit dictus Sindicus, quod Commune Senarum tenebat, & possidebat juste Castrum Montis Sti. Savini, Castrum Palazoli, Castrum St. Pancratii, & Castrum Gorgousæ, & quod dictum Commune Florentiæ, non obstante, quod in dictis Castris nullum Jus prætenderet de jure, compulit, & per vim constrinxit dictum Commune Senarum, & Regimen dictæ Civitatis ad dandum sibi dicta Castra, quæ spectabant, & adhuc spectant ad dictum Commune Senarum legitimis de Causis: Idcirco petit dictus Sindicus, quod Commune Florentiæ restituet dicta Castra dicto Communi Senarum cum fructibus perceptis, & omni causa, cum hoc sit, quod dictum Commune Florentiæ, extorserit dicta Castra a dicto Communi Senarum per vim, & oppressiones illatas a socialibus, & gentibus Armorum transmissis per Commune Florentiæ usque ad Portas Civitatis Senarum, propter quod dicta Civitas fuit in periculo desolationis ejusdem, nisi dicta Castra dedisset dicto Communi Florentiæ, & ad prædicta restituendum, & implendum condemnetis dictos Sindicos Communis Florentiæ, & per eos dictam Communitatem versus Communitatem Senarum, Intervenientes prò ea, & etiam ad pœnam comprehensam in dicta pace, quia ex predictis contra ipsam Pacem venerunt.

Item dicit dictus Sindicus, quod dictum Commune Florentiæ contra pacta dictæ Pacis initæ ordinavit plures Conjurationes, & tractatus ad subversionem præsentis status Civitatis Senarum, & plures societates, seu gentes Sociales transmisit in magno numero diversis vicibus, & temporibus ad invadendum, & dissipandum Edifficia ruralia, ipsaque comburendo, & ad destruendum fruges Territorii dictæ Civitatis, & ad captivandum Cives, & Comitatinos dictæ Civitatis, & ad prædandum Animalia eorundem, faciendo etiam predicta con-

ANNO 1329. tra pacta Ligarum initarum inter dicta Communia, & alia Tusciæ, propter quod dicta Civitas Senarum fuit damnificata, & est in quatuor centum millibus Floren., quam quantitatem Florenorum, & etiam pœnas appositas in pace, & Liga predict. petit dari per dictum Commune Florentiæ dicto Communi Senarum, & condemnari utsupra.

Item dicit dictus Sindicus, quod durante Pace supranominata, & Liga inita in Civitate Pisarum, de qua supra fit mentio, contra Pacta dictæ Pacis, & Ligæ, dictum Commune Florentiæ indebite, & injuste movit, & prorupit conventa Communi Senarum eo maxime, quia pendentibus dictis Ligis, & pace, dictum Commune Florentiæ invasit, & occupavit dicto Communi Senarum Castrum Mortis Palciani, & ejus districtum, expoliando dictum Commune Senarum de possessione dicti Castri expelendo Potestatem dicti Communis Senarum tunc prò dicto Communi Senarum in dicto Castro ad justitiam ministrandam præsidentem, mittendo in dictum Castrum gentes Armigeras dicti Communis Florentiæ. Et insuper invaserunt Civitatem Clusinam spectantem ad quendam Cionem Sandrinum Civem Civitatis Senensis, & ipsam subjacerunt prædæ, & insuper conduxerunt Comitem Bertoldum de Sonana cum pactis, quod deberet inferre guerram Communi Senarum, & ejus districtualibus & etiam Comitem Rainerium de Iberia, & Paddum ejus filium, & Albertum, & Franciscum de Franceschis de Staggia cum certa Comitiva ad guerrezandum Territorium Civitatis Senarum, & ad capiendum Stratas, ne Mercantiæ, & Victus conduci possent ad Civitatem Senarum; Et sic pendentibus dictis Pace, & Liga, dictum Commune Florentiæ cum gentibus existentibus in Monte Pulciano dicto Communi Florentiæ, & prò dicto Communi Florentiæ, supradicti nominati in præsenti Capitulo omnia initiaverunt, & ruperunt guerram dicto Communi Senarum, invadendo Castra, comburendo Edifficia dictæ Civitatis, & ejus Communitatis, faclendo ipsos redimi, prædando cuncta Animalia Civium, & Comitativorum dictæ Civitatis, dissipando recolectum fructuum, propter quam guerram sic iniciatam, & postea per Commune Florentiæ continue illatam, dictum Commune Senarum, computando damnum Civium, Subditorum, & Recomendatorum suorum existit, & est damnificatum in duobus Milionibus Florenorum. Quæ duo Milliona Florenorum dictus Sindicus petit per dictum Commune Florentiæ resarciri dicto Communi Senarum, & ad prædicta condemnari utsupra.

Item dicit dictus Sindicus, quod Commune Florentiæ in supra dicta pace inita inter Commune Florentiæ, & Commune Senarum, de qua supra fit mentio, promisit Communi Senarum non recipere ad Civilitatem, Societatem, submissionem, & seu recommandisiam, & seu ex alia causa, alio colore quæsito aliquem de Dominis, seu Comitatibus Comitatus Aldobrandeschi, nec sua Loca, Terras, & Jurisdictiones, & quod non obstante dicta promissione, dictum Commune Florentiæ, pendente dicta Liga inter Illustrem Principem, & Excelsum Dominum Dominum Comitem Virtutum, & suos Colligatos ex una parte, & Commune Florentiæ, & suos Colligatos, ex altera in Civitate Pisarum, recæpit ad Civilitatem Comitem Bertoldum Dominum dictæ Communitatis, & insuper recæpit Terras, & Loca dictæ Communitatis, & sub titulo racommandisiæ, seu alio titulo, & eidem Comiti Bertoldo dictum Commune Florentiæ dedit gentes Armigeras, cum quibus dictus Comes guerrezavit Maritimam, & alia Territoria Communis Senarum; quod dictum Commune Senarum fuit damnificatum in quatuor centum Millibus Florenorum. Idcirco petit dictus Sindicus ex eo quia dictum Commune Florentiæ fecit supradicta contra pacta supradictæ Pacis, & supradictæ Ligæ, quod dictum Commune Florentiæ det, & solvat dicto Communi Senarum dictam quantitatem quatuor centum Millium Florenorum, & insuper pœnam contentam in Contractu dictæ Pacis, & supradictæ Ligæ, & condemnari utsupra.

Item dicit dictus Sindicus, quod Commune Florentiæ contra pacta dictæ Pacis, & Ligæ ordinavit cum certis Civibus Civitatis Senarum ad subversionem status Civitatis Senarum Conjurationes, & tractatum, ob quam causam cum ipsorum pecuniis corrutoriis, & stipendiis mediantibus dictis certis Civibus Senarum Proditoribus ipsorum Patriæ, dictum Commune Florentiæ reduxit ad manus suas infrascripta Castra, & Loca pertinentia, & spectantia ad Commune Senarum, justis de causis quæ possidebantur per Cives certos Civitatis Senarum, & quæ erant de Territorio Civitatis prædictæ. ANNO 1392.

Senarum videlicet.	Castrum Cavorani	Quercetti
	Castrum Tati	Vaglagli
	Castrum Rani	Scorgiani
	Castrum Rigoci	Lamolæ
	Castrum St. Giuliæ — Certa alia Castra, & Loca, seu Palatia, & Fortilitiæ.	

Idcirco petit dictus Sindicus restitutionem dictorum Castrorum, & locorum fieri, & pœnam contentam in dictis Pace, & Liga per Commune Florentiæ dari dicto Communi Senarum, & condemnari, utsupra.

Item dicit dictus Sindicus, quod pendente dicta Pace, Martinus Cione oriundus de Sancto Gerimano malæ condicionis occupavit Rocham Silani pertinentem ad domum de Petronibus Civibus Senensibus de Jurisdictione Communis Senarum, & quod dictum Commune Florentiæ contra pacta dictæ Pacis, & Ligæ vigentis inter dicta Communia dedit certam quantitatem pecuniæ dicto Martino Cione, propter quod dictus Martinus Cione consignavit dictam Rocham dicto Communi Florentiæ, & ipsam Rocham dictum Commune Florentiæ tenet occupatam propter quod dictus Sindicus petit restitutionem dictæ Rochæ, & partem ipsius fieri per Commune Florentiæ dicto Communi Senarum, & insuper pœnam contentam in dicta pace dari dicto Communi Senarum prò conservatione Jurium, & interesse dicti Communis Senarum, & suorum Civium predictorum. Et condemnari ut supra.

Item dicit dictus Sindicus, quod Nobiles de Petra Mala cum eorum personis, hominibus, & rebus, & Territoriis, & maxime cum centum xxx. computatis Terris, Castris, Locis, & Villis cum ipsorum Jurisdictione, & pertinentiis submiserunt, & recomendaverunt se Communi Senarum, & quod Commune Florentiæ contra pacta dictæ Pacis movit guerram contra dictos Nobiles de Petra mala, & ipsorum Terras, & loca, qui devenerant Cives Civitatis Senarum, in quibus Commune Senarum prætendebat Jus justis de causis, & titulis, & ipsos Nobiles de Petra Mala, & ipsas Terras, & loca occupaverunt, destruxerunt, & ad manus ipsorum reduxerunt. Id circo dictus Sindicus petit prò interesse, & conservatione Juris Communis Senarum restitutionem dictarum Terrarum, & Locorum, damnorum, & interesse, & pœnas in quas dictum Commune Florentiæ incurrit, eo quia egit contra pacta Pacis predictæ, & ad predicta condemnari, ut supra.

Item petit dictus Sindicus, quod Commune Florentiæ debeat delere de Banno, & Condemnationibus quibuscunque Cives, Comitativos, subditos, districtuales, Complices, & sequaces dicti Communis Senarum, qui positi fuissent in Banno, vel condemnationibus, quacunque de causa per dictum Commune Florentiæ de dicta Civitate, & ejus Territorio, a tempore initæ Ligæ in Civitate Pisarum factæ ultimo loco de qua supra fit mentio, & ut per Vestra Arbitramenta eos restituatis in integrum, & ad eorum pristinum gradum, & statum in quibus erant ante dictam Ligam.

Item dicit dictus Sindicus, quod multi Cives Civitatis Senarum, & Comitativi habent multa bona mobilia, & immobilia in Civitate Florentiæ, & ejus Comitatu, & districtu. Et cum injustum sit, quod Commune Florentiæ gravet ipsos ad solvendum, datia, præstantias, & munera realia, & personalia occasione guerræ vigentis inter dictum Commune, & Commune Senarum, maxime cum sine culpa Communis Senarum dictum Commune Florentiæ rupit guerram dictæ Communitati Senarum. Idcirco petit dictus Sindicus quod predicti Cives Senarum dicta bona habentes in dicto Comitatu, & districtu Florentiæ a die incæptæ guerræ usquè ad conclusionem Pacis non graventur realiter, vel personaliter ad prestandum in dicto Communi Florentiæ dictas gravedines, & munera, & siqua præsiterint dicto Communi Florentiæ, petit resarciri per dictum Commune Florentiæ hujusmodi Civibus

ANNO 1392. bus Senensibus, & quod dictis Civibus restituantur omnia, & singula eorum Fortalitia, Possessiones, & bona, quas, & quæ eisdem occupata fuissent per ipsum Commune Florentiæ dicta de causa libere, & expedite.

Societates, quas Commune Florentiæ misit in Territorium Senarum contra pacta Ligarum vigentium inter dicta Communia, de quibus supra fit mentio sunt infrascriptæ.

In primis Societas appellata la Compagnia del Capello.

Item Societas Comitis Lucii, & Domini Frederici de Brisceia.

Item Societas Domini Anechini.

Item Societas Domini Johannis Agudi multis, & multis, & iteratis vicibus.

Item Societas Domini Johannis Velcet, & Domini Averardi, & Domini Tadei de Pepolis.

Item Societas Domini Johannis Agudi, & Comitis Coradi.

Item Societas Rizordi Ramozæ Anglici.

Item quam plures Societates, & gentes Armorum, quæ ad petitionem Florentinorum venerunt super dicto Territorio Senarum, devastando &c.

Item cum Bortoccius de Cachiano Civis Senarum justo Belli titulo, perillustris Princeps, & Excellus Dominus Dominus Comes Virtutum &c. & Commune Senarum susceperunt post jam fractam Ligam prælibatis modis firmatam, & factam, in Civitate Pilarum sibi quæsiverit Castra Cachiani, Montis Castelli, & Fortilitium, quod dicitur Stellæ, ac Jurisdictionem eorum, quæ primo ad se, aut quosdam suos Cives singulares dicebat Commune Florentiæ pertinere, dicit, & petit dictus Sindicus per Vos Magnificos Dominos Arbitros dicta Castra, & Fortilitia declarari, & sententiari, ut remaneant, & remanere debeant sub custodia, Jurisdictione, & Dominio dicti Bortoccii cum omnibus pertinentiis suis, maxime considerato quod de consensu, & voluntate dicti Excelsi Domini, & Communitatis Senarum, qui ad deffensionem sui contra Commune Florentiæ dictum bellum susceperunt, predicta omnia fecit.

Item cum Antonius de Ubertinis cum Castro suo quod dicitur Sogna, sit, & fuerit Adhærens dicti Excelsi Domini Communis Senarum in dicta guerra, petit dictus Sindicus, ut in pace fienda sit, & includatur, & in omnibus perinde habeatur, ac si ipse Principalis in hanc pacem veniret.

Item petit dictus Sindicus, quod idem fit, & disponatur de omnibus, & singulis aliis Adhærentibus, sequacibus, & Benevolis, ac Colligatis Communis Senarum, de quibus, & secundum quod coram Vobis Dominis Arbitratoribus in prosecutione Compromissi, & tractatus Pacis ostendebitur, seu declarabitur.

Item petit dictus Sindicus Communis Senarum, & ad utilitatem omnium, & singulorum supradictorum, singula singulis refferendo a Vobis Dominis Arbitratoribus, quatenus ommisso omni ordine judiciario, sola veritate inspecta per Vestra Arbitramenta condemnetis predictos Sindicos Communitatis Florentiæ, & per eos ipsam Communitatem, & Populum ad omnia, & singula suprascripta restituenda, facienda, adimplenda, & exequenda, singula singulis refferendo.

Protestans dictus Sindicus nomine antedicto, quod se non astringit ad aliquam probationem superfluam, Reservans sibi dicto nomine potestatem predicta corigendi, & emendandi, mutandi, addendi, & minuendi, & alia petendi, quatenus ei dicto nomine de jure, & æquitate competit.

Item quod omnes, & singuli Capti, vel captivati quomodocunque de scenis, vel de Territorio, seu districtu Senarum occasione præsentis guerræ, & a tempore dictæ guerræ citra pœnas quascunque, ubicunque sint, vel detineantur, libere relaxari debeant, & impune etiam si redemptiones fecissent, quas tamen non solvissent.

Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo die Octava Januarii in sero depositis &c. per dictum Sindicum, & Procuratorem Senarum &c.

Summarium Petitionis, seu Capitulorum Magnifici Domini Domini Mantuæ &c.

Primo cum prefatus Dominus esset in pace, & in Liga, vel Ligis tam cum Communitatibus Florentiæ, & Bononiæ, quam cum Domino Francisco Juniori de Carraria spetialiter virtute Ligæ factæ in Papia, & alterius generalis Ligæ factæ in Pisis, de quibus Ligis publicis constat documentis, pronuncietur prefatum Dominum Mantuæ fore, & esse dimittendum uti, frui bona tranquilitate, & pace, & in ea permanere in qua dictus Dominus Mantuæ erat ante tempus initiatæ guerræ, & prò omni, & toto eo, quod ipse Dominus Dominus Mantuæ tenet, & possidet. ANNO 1392.

Item quod pronuncietur in totum servasse Ligas prædictas, & omnia contenta in prædictis Ligis.

Item se abstinuisse, & abstentum fuisse ab omnibus, & singulis Injuriis, damnis, & offensis, à quibus debuit abstinere, vel abstineri.

E converso predicta Communia, & dictus Dominus Franciscus Junior de Carraria sibi condemnentur, & unusquisque ipsorum ad dandum, & restituendum eidem Domino Mantuæ omnia, & singula, per ipsos, & ipsorum, & cujuslibet eorum gentes ablata, & quocunque modo accepta, vel derobata, seu devastata eidem Domino Mantuæ, seu in ejus Territorio.

Item prò damnis passis, & interesse, condemnentur predicta Communia, & dictus Dominus Franciscus Junior de Carraria, & unusquisque ipsorum ad dandum, & solvendum eidem Domino Mantuæ Florenos centum quinquaginta Millia pro quolibet.

Item condemnentur predicta Communia, & dictus Dominus Franciscus Junior de Carraria ad dandum, & solvendum eidem Domino Mantuæ omnes, & singulas pœnas commissas, & quas incurrerunt tam prò prædictis Ligis fractis per ipsa Communia, & Dominum Franciscum antedictum, quam prò pace rupta per eos, & ipsorum quemlibet totiens quotiens contractum extitit per eos.

Item quod pronuncietur predicta Communia, & Dominum Franciscum de Carraria antedictum fregisse dictas Ligas & Pacem, & incurrisse pœnas in dictis Ligis contentas, & de cetero abstinere a quibuscunque Injuriis, damnis, & offensis super omni eo, & toto, quod ipse Dominus Mantuæ tenet, & possidet.

Item de Captivis provideatur.

Super quibus omnibus admittatur, quia dictus Dominus Mantuæ summa cum æquitate petit, quia sine facto suo a predictis fuit enormiter damnificatus.

Allegationes prò Magnifico, & Excelso Domino Mantuæ, &c.

Quia Vos Domini Arbitri nullatenus videmini adhuc attendisse, seu respectum habuisse ad petitiones, seu Capitula Magnifici, & Excelsi Domini Domini Mantuæ prout Juri, & æquitati convenientia. Idcirco cum adhuc vigore prorogationis in Vos factæ, Vobis competat facultas attendendi, & considerandi predicta, pro parte ejusdem Domini Domini Mantuæ a Vobis Dominis Arbitris antedictis requiritur perpensius, & omni instantia, quatenus saltem inter cætera prò parte ipsius Domini petita, pronuncietis, & declaretis prefatum Dominum Dominum Mantuæ in omnibus, & per omnia servasse, & attendisse Ligam seu Ligas, quas præfatus Dominus habebat cum Communi Florentiæ, & aliis secum in Liga. Et in adversam Partem vultis condemnare, vel absolvere, eo quia dictas Ligas fregerunt, hoc relinquitur Vestræ dispositioni, quæ habebit absolvere, vel condemnare, prout sibi justum, & conveniens videbitur.

Nec potest quisquam cum veritate dicere, quod prefatus Dominus Mantuæ per se, vel alium fecerit quicquid, per quod venerit contra Ligam, seu Ligas prædictas, nam adjuvando Patrem suum carissimum Dominum Comitem Virtutum tam ratione filiationis, quam Colligationis, non demeruit in quoquam sed potius meruit, adjuvando prefatum Dominum Comitem tam ratione filiationis, quam Colligationis, quam dictus Dominus Mantuæ secum habet, & vigore Capitulorum contentorum in Liga facta in Pisis, qua expresse continetur, quod unus Colligatus alium juvare tenetur ad manutenendum, & deffendendum alios in Liga positos puta Perusinos, & Senenses contra alios, qui ipsos indebite oprimere, & offendere vellent, quemadmodum volebant, & faciebant Florentini cum tota Li-

ANNO 1392. ga ſua. Aliis autem rationibus, modis, & cauſis poterunt præmiſſa declarari, ſi Veſtræ dominationi videbitur tam oretenus, quam in ſcriptis, paucis nunc utendo brevitatis amore.

Procura Domini Comitis in perſonam Domini Gulielmi de Bevilaquis.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Ejusdem Milleſimo trecenteſimo nonageſimo primo Indictione ſexageſima quarta, die Lunæ trigeſimo Menſis Octobris hora Nona, in Caſtro Bebzioili Dioceſ. Papiæ videlicet in quadam ſalla ſita in dicto Caſtro reſpondente verſus Zardinum Leopardorum Illustris Princeps, ac Magnificus, & Excelſus Dominus Dominus Johannes Galeaz Vicecomes Comes Virtutum Mediolani etc. Imperialis Vicarius generalis ſponte, deliberate & certa ſcientia, omnibus melioribus via, jure, modo, & forma, quibus melius, validius & ſolemnius potuit, & poteſt, ac etiam cum interventu omnium ſolemnitatum tam juris quam facti in talibus, & infraſcriptis opportunarum citra, revocationem aliorum Procuratorum ſuorum, fecit, conſtituit, ordinavit, ac facit, conſtituit, & ordinat Egregium, ac ſpectabilem Militem Dominum Gulielmum de Bevilaquis filium quondam Recolendæ Memoriæ Magnifici Militis Domini Franciſci Conſiliarium præfati Domini Johannis Galeaz dilectum, abſentem tamquam præſentem, ejus Nuntium, Miſſum, & Procuratorem, & quicquid de jure, melius dici, & eſſe poteſt. Specialiter nomine præfati Domini Conſtituentis, ejusque filiorum, & hæredum, ac nomine, & vice omnium, & ſingulorum prælibati Domini. . . Adhærentium. . . Complicium. . . Valitorum. . . Sequacium . . & Recommendatorum, & Benevolorum præſentium, & futurorum, & cujuſlibet eorum ad faciendum, & contrahendum Compromiſſum cum Magnificis Communitatibus, & Populis Civitatum Florentiæ, & Bononiæ, & Domino Franciſco Juniori de Carraria earumque, ſeu eorum, & cujuſlibet ipſarum, & ipſorum nomine, ac nomine omnium & ſingulorum eorum, & cujuſlibet eorum, & earum Colligatorum, & Confœderatorum, & ſuorum, & dictorum Colligatorum, & Confœderatorum, &, cujusque Adhærentium Complicium Vallitorum, Sequacium, & Recommendatorum, & Auxiliatorum earum, &, ipſarum, & cujuſliber earum, & cum quolibet ex dictis Adhærentibus, Sequacibus & Benevolis & cum quolibet, qui ſe immiſcuerit in guerra prædicta, vel in rebus maxime ſpoliatis, ſeu occupatis durante præſenti guerra, & cum Procuratoribus, & Sindicis ipſarum Communitatum, & Populorum, & Domini Franciſci prædicti, & cujuſlibet earum, & prædictarum, & cujuſlibet prædictorum de jure, & de facto, & de amicabili Compoſitione, prout videbitur discretioni præfati ejus Procuratoris. In Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum Ricardum de Carazolis Magiſtrum Generalem Hyeroſolimitanum, & Sacro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Legatum, & in Magnificum Dominum Dominum Anthoniottum Adurnum divina Gratia Ducem Januæ, & in Magnificam Communitatem Civitatis Januæ tamquam Arbitros, Arbitratores, & Amicabiles Compoſitores, & Amicos Communes eligendos per dictum Procuratorem nomine, & nominibus, quibus, & quo ſupra, nomine, & occaſione guerræ, & diſcordiarum, diſſenſionum, & differentiarum, quæ vigent, & quæ vigere poſſent quovis modo inter præfatum Illuſtrem, & Magnificum Principem Dominum Johannem Galeaz, ejusque Adhærentes, Complices, Valitores, & Sequaces, & Recommendatos, & quemlibet ipſorum ex una parte, ſeu pluribus partibus, & Magnificas Communitates, & Populos Communitatum Florentiæ, & Bononiæ, & Dominum Franciſcum prædictum, & quamlibet ipſarum, & ipſorum Adhærentes, Complices, Vallitores, ſequaces, & Recommendatos Benevolosque ipſarum, & cujuſlibet ipſarum, & quemlibet, qui ſe immiſcuerit ut ſupra ex alia, ſeu pro aliis Partibus. Ac etiam ad dandum, & concedendum Bailiam, & poteſtatem eisdem Arbitris, & Arbitratoribus, & Amicabilibus Compoſitoribus poſſendi pronunciare, & jubere, & declarare Pacem puram veram, & irrevocabilem cunctis temporibus duraturam inter dictas Partes, & quamliber ipſarum, & quemlibet ex dictis Partibus, conjunctim, & diviſim de, & ſuper prædictis guerra, diſſenſionibus, diſcordiis, ut ſupra, & etiam occaſione prædictorum, & dependentium a prædictis. Ac etiam ad dandum & concedendum ipſis Arbitratoribus poteſtatem, & bailiam pronuntiandi, arbitrandi, arbitramentandi, & amicabiliter componendi, & declarandi ſuper prædictis, & quolibet, ac qualibet prædictorum, & prædictarum, ac dependentibus a prædictis de jure, & de facto, & de amicabili compoſitione & obmiſſis quibuscunque ſolemnitatibus, & quocunque ordine, & modo procedendi etiam partibus prædictis, & aliqua ipſarum abſentibus & non citatis. Deditque, & dat idem Illuſtris Conſtituens eidem Domino Gulielmo Procuratori ut ſupra poteſtatem, & bailiam faciendi prædictum Compromiſſum in prædictos Arbitros cum illis poteſtatibus, Bailiis, modis, formis, conventionibus & pactis, pœnis, terminis, & termino Compromiſſi, obligationibus, prorogationibus, & poteſtate prorogandi, juramento de non contraveniendo Arbitramentis, quæ pronuntiabuntur per ipſos Arbitratores, ſolemnitatibus, Clauſulis, & Renuntiationibus, quæ videbuntur discretioni præfati ejus Procuratoris, & cum omnibus, & ſingulis, quæ ad effectum, & valorem prædictorum, & eorumque arbitramentabuntur, & ut nullo modo annulları, infringi poſſint, nec peti reduci ad arbitrium boni Viri opportuna, utilia ſive neceſſaria. Ac etiam ad faciendum, concludendum, & firmandum Pacem, & Injuriarum & quarumlibet offenſionum remiſſionem cum dictis Magnificis Communibus Florentiæ, & Bononiæ, & Domino Franciſco prædicto, & eorum, & cujuſlibet eorum Sindicis, vel Procuratoribus nomine ipſorum Communium, & Domini Franciſci prædicti & vice, & nomine omnium, & ſingulorum eorum, & cujuſlibet eorum Colligatorum, & ſeu Confœderatorum, & ſuorum, & dictorum Confœderatorum, & Colligatorum, & cujuscunque ipſorum Subditorum, Adhærentium, Complicum, Auxiliatorum, Recommendatorum vel ſequacium, quolibet & quocunque dictorum nominum. Et ad obligandum pro omnibus, & ſingulis, obſervandis dictum Illuſtrem, & Excelſum Dominum Dominum Johannem Galeaz, & ejus bona præſentia, & futura. Et de præmiſſis unum, & plura Inſtrumenta cuicunque Notario fieri rogandum. Dans, & concedens præfatus Dominus Mediolani Conſtituens præfato ejus Procuratori in præmiſſis, & circa præmiſſa, & in dependentibus, emergentibus, & connexis ab eis plenum, liberum, & generale Mandatum cum plena, libera & generali adminiſtratione, ac etiam ſpeciale, & ſpecificum etiam ſi talia forent, quæ Mandatum exigerent ſpeciale. Ac etiam committens eidem Procuratori ſuo in præmiſſis totaliter vices ſuas. Promittens præfatus Illuſtris Princeps Dominus Johannes Galeaz Conſtituens mihi Notario infraſcripto tamquam, publicæ perſonæ ſolemniter recipienti, & ſtipulanti nomine, & vice præfatarum Communitatum, & Populorum, & ſuorum, & omnium, & ſingularum perſonarum, quarum aliqualiter intereſt, intererit, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quod totum quicquid factum, & geſtum fuerit per ſuprafcriptum ejus Procuratorem in præmiſſis & circa præmiſſa, & in dependentibus emergentibus & connexis ab eis, totum cunctis temporibus ratum, gratum, & firmum habebit, & tenebit ſub obligatione omnium bonorum præfati Domini Domini Johannis Galeaz. Et inde præfatis Illuſtris, ac Magnificus & Excelſus Dominus Dominus Johannes Galeaz Conſtituens mandavit mihi Notario infraſcripto, ut de præmiſſis unum, & plura ejusdem tenoris publica ſi fuerit opportunum confitiam Inſtrumenta. Præſentibus Magnificis Viris Dominis Nicolao de Spinellis Comite Yohiæ, Antonio de Portis Comite Polentie, & Nicolao de Palavicinis Militibus Conſiliariis prælibati Domini Conſtituentis, & prudente Viro Domino Pasquino de Capellis Secretario prælibati Domini Conſtituentis inde teſtibus notis ad præmiſſa vocatis, ſpecialiter, & rogatis &c.

ANNO 1392.

Prima Sententia Arbitralis.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatæ & Glorioſæ ſemper Virginis Matris Mariæ, & totius Curiæ Egleſtis Amen. Et ad honorem & exaltationem & augmentum ſtatus Sanctiſſimi, & Beatiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Bonifatii divina Providentia Papæ noni, ac etiam omnium, & ſingularum Partium ſuprafcriptarum, & cujuſlibet ex dictis Partibus, & ad tranquillum ſtatum, & pacificum earundem. Amen.

Hu-

ANNO 1392. Humana quipe Natura in ſuæ pulcritudinis exordio conſtituta divina inſtruente Providentia de Agro Dominico ſerto, Pacis floribus intexto Pacem fovit, & humani generis concordiam in tranquilitatis gremio ſolicito miniſterio enutrivit. Unde Pacis Auctorem ex equo conſpiciens ſtatus amorei fines grandi ſtudio communivit; ſed viperei auſtus circumvalata machinationibus & venenantiſſimis inſidiis expugnata creſcente malitia propriis terminis effugatur; quo fit ut fragilitas noſtra diaboli eis tam diu potatis erroribus ebria, & peccatorum tenebris involuta etiam a Cale directo delirans, odia proximi ſui prætulerit Caritati, hinc inexorabilis diſcordia, hinc commenta Malitiæ, hinc Bellorum fremitus inolevit. Belli deinde ſævitia, hominum truculenta ſtrages, effuſi cruoris Rivuli & alia aborenda omnia in glomeroſa multitudine ſunt, Heu proch dolor, ſubſecuta. Verum Vehemens Creator Noſter Pacis fomes, & Fons humilitatis in ipſo ſuæ Nativitatis Ortu Pacem ex integro ſuſcitavit, quando juxta Vaticinium Iſayæ conflavit gladios ſuos in Vomeres, & Lanceas ſuas in Falces, hanc enim eandem Pacem in ſuæ Mortis Elogio hæreditariam nobis conſtituit portionem; & licet nonnunquam Sathana circumſtrepente oriantur Guerræ, & Bella, quæ etiam ipſa divina Juſtitia permittit aliquando contra obſtinantiam delictorum, non ut vindictam ſibi vindicet, ſed ut quos amat, corrigat, & caſtiget, & ut pravos hominum Mores atque corruptos Bellorum flagellis emendet; Nihilominus tamen, Spiritus ſui ſplendore plerumque mentibus hominum illuſtratis inter micantes cominus gladios, & rivos ſanguinis profluentes junguntur ſepe hoſtiles dexteræ, & Belli rabiem Pax repentina commutat. Hinc eſt, quod cum retroactis temporibus Adverſario fabricante ſalutis humanæ, & fallacia obtrectatorum Lingua ultro citroque texente inexorabilis guerra viguerit inter Partes infraſcriptas, quarum iras compeſcere, furores mulcere, & belli rabiem extinguere cupientes, Nos Ricardus Carazolus de Neapoli Dei Gratia Sacræ Domus Hoſpitalis Sancti Johannis Hyeroſolomitani generalis Magiſter & Pauperum Chriſti Cuſtos Apoſtolicæ Sedis Nuntius, & Anthoniottus Adurnus Dei Gratia Januenſis Dux tamquam privata perſona, nec non Petrus Ultramarinus Legum doctor, Jullianus de Caſtro quondam Lanzarotti, Leonardus Gentilius filius Uberti, & Jacob de Cambio, quondam Odoni electi, & conſtituti ad ſubſcripta per Communitatem Januæ, ſeu per Repreſentantes dictam Communitatem loco dictæ Communitatis, ut de electione Noſtrum apparent publica ſcriptura in Actis Cancellariæ Ducalis Communis Januæ manu Antonii de Credentia Notarii publici, & Communis Januæ Cancellarii infraſcripti hoc Anno, die vigeſima nona Novembris, Arbitri, Arbitratores, Amicabiles Compoſitores & Communes Amici electi, & aſſumpti inter Illuſtrem Principem ac Magnificum, & Excelſum Dominum Dominum Johannem Galeaz Vicecomitem, Comitem Virtutum, Dominum Mediolani &c. Imperialem Vicarium Generalem, ſive Spectabiles, & Egregios Milites Dominum Nicolaum Spinellum de Neapoli Legum Doctorem, Comitem Yohiæ, & Regni Siciliæ Cancellarium, & Dominum Gulielmum de Bevilaquis filium, quondam Domini Franciſci Militis, Conſiliarios, & Procuratores præfati Illuſtris, & Magnifici Domini Domini Johannis Galeaz Domini Mediolani &c. dicto procuratorio nomine, & pro ipſo Illuſtri, & Magnifico Domino Johanne Galeaz, ejusque filiis, & hæredibus, ac vice, & nomine Adhærentium, Complicium, Vallitorum, & Sequacium, Recommendatorum, Benevolorum & Subditorum præfati Magnifici Domini Domini Johannis Galeaz, & Illuſtrem, & Magnificum Dominum D. Franciſcum de Gonzaga Dominum Mantuæ Imperialem Vicarium generalem, ſeu ſpectabilem, & Egregium Militem Dominum Filippum de la Motza, & Sapientem Virum Dominum Johannem de Bobio Juris utriusque Doctorem, & Procuratores præfati Illuſtris Domini Domini Franciſci de Gonzaga Domini Mantuæ dicto procuratorio nomine, & pro ipſo Domino, ejusque Adhærentibus, Complicibus, Colligatis, Vallitoribus, Vaſſallis, ſequacibus Recommendatis, Benevolis, & ſubditis ſuis, & Magnificam Communitatem hominum Populi, & Univerſitatis Magnificæ Civitatis Perufii, ſive ſpectabilem Militem Dominum Nicolaum de Balionibus Legum Doctorem, & Nobilem, & Circumſpectum Virum Ser Ugolinum Cechinum honorabiles Cives Perufii, Sindicos, & Procuratores dictæ Magnificæ Communitatis Perufii ſindicatio, & procuratorio nomine ipſius Civitatis, & nomine, & vice omnium, & ſingulorum Adhærentium, Complicium, Valitorum, Colligatorum, Benevollorum, Sequacium, Recommendatorum, Vaſſalorum, & Subditorum dictæ Civitatis Perufii, & Magnificam Communitatem hominum, Populi, & Univerſitatis Magnificæ Communitatis Senarum, ſeu Nobilem, & prudentem Virum Baptiſtam Mini Caffini de Picolominibus Civem Senenſem, Sindicum, & Procuratorem dictæ Magnificæ Communitatis hominum Populi, & Univerſitatis ejusdem Magnificæ Communitatis Senarum ſindicario, & Procuratorio nomine ipſius Communitatis & nomine, & vice omnium, & ſingulorum Adhærentium, Colligatorum, Benevolorum, Complicium, Vallitorum, ſequacium, Recommendatorum, Vaſſalorum & Subditorum dictæ Civitatis Senarum ex una, ſeu pluribus partibus. Ac Magnificum & Excelſum Commune Florentiæ, ſive Egregios, & ſpectabiles Viros Dominum Filippum Domini Alamani Militem de Adimaribus, Dominum Ludovicum Domini Franciſci de Albergottis Legum Doctorem, & Guidonem quondam Domini Thomaſii Cives honorabiles Florentinos, Sindicos, & Procuratores, ac Nuntios ſpectabiles dicti Magnifici, & Excelſi Communis Florentiæ, Sindicario, & procuratorio nomine dicti Magnifici Populi, & Communis Florentiæ, ac pro Civitatibus, Caſtris, Fortilitiis, Terris, & Locis dicti Communis, & ſeu quæ per dictum Commune tenentur, vel poſſidentur, & earum Civibus, & Comitativis, & ejusdem Communis Florentiæ Subditis quibuscunque, ac etiam vice, & nomine omnium, & ſingulorum ejusdem Communis Florentiæ Adhærentium, Complicium, & ſequacium. Et Magnificum & potens Commune Bononiæ, ſeu Egregium Legum Doctorem Dominum Thomaſium de Sancto Johanne, & ſapientem Virum Andallo de Bentivoglis Cives honorabiles Bononienſes, Sindicos, & Procuratores dicti Magnifici Communis Bononiæ ſindicario, & procuratorio nomine ipſius Communis Bononiæ, & pro ejus Civibus, Comitativis, & diſtrictualibus, & pro Caſtris, Fortalitiis, Terris, & Locis dicti Communis, & ſeu quæ per dictum Commune tenentur, vel poſſidentur, & ejusdem Communis Bononiæ Subditis quibuscunque, ac etiam geſtorio, & vice, & nomine omnium, & ſingulorum præfati Communis Colligatorum, Adhærentium, Complicium, ſequacium, & Subditorum. Et Magnificum & Excelſum Dominum Franciſcum Juniorem de Carraria Paduæ &c. ſive Egregios Viros Dominum Michaelem quondam Antonii de Rabata Civem Florentinum Militem ſtrenuum & Dominum Franciſcum de Conſelvis de Padua Legum Doctorem, Procuratores, & Nuntios ſpeciales præfati Magnifici Domini Franciſci de Carraria Junioris procuratorio nomine dicti Magnifici Domini Franciſci & pro ejus Civibus Comitativis, & diſtrictualibus, & pro Caſtris, Fortilitiis, Terris, & locis dicti Domini Franciſci, ſeu quæ per dictum Dominum Franciſcum tenentur, ſeu poſſidentur, & ejusdem Domini Franciſci Subditis quibuscunque, ac etiam vice, & geſtorio nomine ſuorum Adhærentium, Complicium, ſequacium, Recommendatorum, vel Subditorum; ac etiam inter omnes dictos Sindicos & Procuratores dictorum Communium Florentiæ & Bononiæ, & Domini Franciſci de Carraria prædicti, vice, & nomine Illuſtris, & Excelſi Domini Domini Alberti Marchionis Eſtenſis, & pro ipſo Domino Marchione, & Terris, Subditis, Adhærentibus, Complicibus, Colligatis, & Auxiliatoribus ſuis, & Magnificorum Dominorum Aſtorgii de Manfredis Faventiæ &c., & Domine Ludovici de Alidoxiis Domini Imolæ C. Bernardini, & Oſtaxii, & fratrum ſuorum de Polenta Ravenæ &c., & eorum Colligatorum, ac etiam vice, & nomine Dominum aliorum Colligatorum, Adhærentium, & Complicium dictorum Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & Domini Franciſci prælibati, & cujuscunque eorum, & pro ipſis Colligatis, Adhærentibus, & Complicibus, & eorum Terris, Subditis, Adhærentibus, & ſequacibus, omnes ſimul, Sindicos, & Procuratores prædictos dictis modis, & nominibus ex parte, & pro parte altera, ut de Compromiſſo in Nos facto apparet pluribus publicis Inſtrumentis ejusdem continentiæ, & tenoris compoſitis, & rogatis per infraſcriptos Notarios publicos videlicet Nicolaum Jacobi de Damiano de Neapoli Secretarium Noſtri dicti Magiſtro, Cattalanum de Ogriſtianis Civem Papienſem, ſeu Lappum Mazeti Civem Florentinum, Ser Filippum

ANNO 1392.

ANNO 1392. pum Angelini de Marſiliis Civem Bononienſem, Johannem Franciſcum Nicolai Civem Paduanum, & Antonium de Credentia Cancellarium Noſtri Ducis Notarios publicos hoc anno die vigeſimo octavo Menſis Decembris, quartæ decimæ Indictionis ſecundum curſum Januæ hora quarta Noctis in Civitate Januæ. Viſo, & diligenter inſpecto per Nos dicto Compromiſſo, nec non poteſtatem Nobis attributam vigore ipſius Compromiſſi provide cognoſcentes, Viſisque Juribus dictarum Partium, & cujuſlibet earum coram Nobis petitis, & expoſitis per petitiones infraſcriptas exhibitas, & productas, nec non reſponſionibus, & exceptionibus hinc inde factis, & hiis omnibus, quæ dictæ Partes, & quælibet earum ſemel, & pluries coram Nobis dicere, producere, & exponere voluerunt oretenus, & diſcriptis, juris ordine non ſervato, ſed æquitativo, & amicabili modo procedentes, cupientesque ipſas Partes deſcordes ad amicabilem Pacem, & bonam, & veram concordiam deducere in præſenti *Chriſti Nomine* Invocato-Deum ſemper habentes præ oculis, & inter omnes tres concorditer dicimus, ſententiamus, declaramus, arbitramur, & arbitramentamur, ſtatuimus ordinamus, & mandamus ut infra, videlicet Bonam, veram, & ſinceram Pacem eſſe, & eſſe debere inter dictas Partes, & quamlibet earum perpetuo duraturam, & remiſſionem Injuriarum, cædium, Incendiorum, damnorum Robariarum, & quarumcunque Offenſionum quomodocunque, & qualitercunque factarum, dictarum, vel illatarum inter dictas Partes, & quamlibet earum, & quemlibet ex dictis Partibus, in perſonis, vel rebus, ſalvis, & reſervatis Juribus, ſi quæ habet dictus Illuſtris Dominus Comes Virtutum contra præfatum Magnificum Dominum Marchionem Eſtenſem Ferrariæ &c. Et e converſo Juribus, ſi quæ habet dictus Dominus Marchio contra Dominum Comitem ſupradictum, & etiam remiſſionem Bannorum & Foreſtationum datorum, & factorum ſeu datarum & factarum per aliquem Magiſtratum alterius Partium contra Subditos alterius Partis clam, vel palam ſeu aliquem, vel aliquos ex eis.

Item dicimus, ſententiamus, pronuntiamus, declaramus, arbitramur, arbitramentamur, ſtatuimus; & ordinamus, quod Civitas Paduæ cum Caſtris, Terris, Villis, & Locis, quæ tenentur, ſeu poſſidentur per dictum Magnificum Dominum Dominum Franciſcum Juniorem de Carraria, remaneat libere dicto Domino Franciſco in eo ſtatu, gradu, & conditione, quo nunc eſt, ſeu ſunt.

Item dicimus, ſententiamus, pronunciamus, declaramus, arbitramur, arbitramentamur, ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſingulæ Terræ, Civitates, Caſtra, & Territoria, quæ tenentur, vel poſſidentur per præfatum Dominum Comitem Virtutum tam in Territorio Paduæ, quam in Marchia Trivixana, ſeu alibi, qualescunque ſint, & cujuscunque fuerint, & ubicunque ſint, libere remaneant præfato Domino Comiti.

Item, attento quod præfatus Illuſtris Dominus Comes Virtutum tempore, quo erat in poſſeſſione Civitatis Paduæ, fuit ſpoliatus dicta Civitate, & aliis Terris, & Caſtris, quæ tenentur, & poſſidentur per ipſum Magnificum Dominum Franciſcum, quæ ipſi Domino Franciſco remaneant vigore præſentis Pacis. Condemnamus, & condemnatum eſſe pronunciamus ipſum Dominum Franciſcum ad dandum, & ſolvendum præfato Domino Comiti, ſive hæredibus ſuis, vel legitimæ perſonæ pro ipſo, ſeu habenti, vel habituro cauſam ab eo pro damno, & intereſſe ſpoliationis prædictæ, Florenos auri decem mille ſingulo anno in die Nativitatis Beati Johannis Baptiſtæ usque ad completam, & integram quantitatem Florenorum quingentorum Millium auri, incoando dictum tempus dicti Anni a die latæ præſentis ſententiæ, quas quidem ſolutiones ſi non fecerit, vel fieri non fecerit ut ſupra, cadat a beneficio præſentis Pacis, nec poſſit aliquis ex Colligatis ſuis juvare modo aliquo qui dici, vel excogitari poſſit ut ſupra, ſub pœna in Compromiſſo contenta. Et ultra intelligantur contrafeciſſe, ſi dicto caſu eidem Domino Franciſco præberent auxilium, conſilium vel favorem.

Item, ſententiamus, pronunciamus, declaramus, & arbitramur, ſtatuimus, & mandamus, quod Dominus Franciſcus de Carraria prædictus permittat Nobiles de Serovignis, Nobiles de Praga, Nobiles de Sanguinatiis, Dominum Aliduxium de Monte Merlo, Nobiles de Campo Sancti Petri, Magnificum Marſilium de Sancta Sophia, & filios Ubertini de Gron-

ANNO 1392. cho, Cermiſonum de Parma, & filios, & omnes alios exiſtentes in Territorio, ſeu ad ſervitium dicti Domini Comitis, ſeu qui adhæſerunt dicto Domino Comiti, ſive ſint Originarii, ſeu habitatores Paduæ, & quoscunque alios ſubditos dicti Domini Comitis qui habent domos, vel poſſeſſiones juſto titulo acquiſitas in Padua vel diſtrictu & ſpecialiter Millanum de Malabarbis, & Patrem, ac Bonromeum de Bonromeis de Sancto Miniathe habitatores Paduæ, ac omnes Clericos, ſubditos, ſeu Adhærentes vel ſequaces præfati Domini Comitis, qui juſto titulo poſſidebant quæcunque benefficia in Padua, ſeu ejus diſtrictu, libere gaudere dictis eorum bonis, & juribus exiſtentibus in Padua, ſeu Territorio, vel diſtrictu Paduano, quantum pro facto dicti Magnifici Domini Paduani, & exigere a quibuscunque debitoribus ſuis quascunque pecuniarum quantitates, ad quas ipſis tenerentur. Et quod libere cancellentur, & eximantur ab omnibus Bannis, Proceſſibus, & condemnationibus perſonalibus, quæ facta fuiſſent, vel forent contra prædictos, vel aliquem, ſeu aliquos prædictorum absque aliqua ſolutione pecuniæ. Et quod poſſint prædicti, vel quilibet prædictorum vendere, & extrahere fructus cujuscunque generis poſſeſſionum ſuarum, ducereque ad quascunque Partes, prout quilibet Civis Paduæ. Et quod poſſint alienare bona ſua, & de eis diſponere pro libito voluntatis. Et quod de quæſtione dicti Millani de Malabarbis, quæ ſibi movetur in Venetiis per Dominum Franciſcum prædictum fiat ſibi juſtitia, ita tamen quod non poſſint ire, nec recæptari in Territorio Paduano, quod tenetur, vel poſſidetur per dictum Dominum Comitem ſine licentia dicti Domini Franciſci.

Item ſententiamus, pronunciamus, declaramus, arbitramur, arbitramentamur, ordinamus, ſtatuimus, & mandamus, quod prædicti Illuſtris Dominus Comes, & Magnificus Dominus Franciſcus non poſſint ædificare, ſeu ædificare facere in aliquo Territorio non ſuo, ſine voluntate illius, cujus eſt; in ſuis tamen Territoriis quilibet poſſit ædificari facere pro ſuo libito voluntatis.

Item dicimus, ſententiamus, pronuntiamus, & arbitramentamur, ſtatuimus, ordinamus, quod Locus Corrigiæ, & Domini dicti loci revertantur, & ſint cum dicto Illuſtri Domino Comite Virtutum in eo ſtatu, gradu, & conditione, quibus erant antequam adhæſiſſent Communi Bononiæ, & quod ipſe Dominus Comes ipſos Dominos, & Locum benigne recipiat, & tractet & admittat in Caros, & Benevolos, prout eos ante tenebat, & tractabat, & reſtituat eos ad eorum bona, eisque remittat Rancores, & odia quælibet, quæ contra ipſos hactenus quomodocunque ſumpſiſſet & de prædicto Loco, & Dominis Commune Bononiæ de cætero ſe non intromittat.

Item dicimus, ſententiamus, pronuntiamus, declaramus, arbitramur, arbitramentamur, ſtatuimus, & mandamus, quod omnes Terræ, Caſtra, Fortilitia, & Loca cum pertinentiis ſuis ablata, occupata, vel invaſa a tempore Ligæ factæ in Piſis citra, per Florentinos, ſeu geſtores eorum, Communi Senarum, ſeu gentibus ſuis, ſeu eorum Colligatis, vel Adhærentibus, qui in præſenti pace venire debeant, libere reſtituantur dicto Communi Senarum, ſeu legitime perſonæ, vel perſonis pro ipſo Communi, ſeu Colligatis, vel Adhærentibus prædictis.

Et verſa vice, quod omnes Terræ Caſtra, Fortalitia & loca cum eorum pertinentiis ablata, occupata, vel invaſa a tempore dictæ Ligæ factæ in Piſis, ut ſupra per Commune Senarum, ſeu gentes ipſius, Communi Florentiæ, ſeu gentibus ejusdem, ſeu ipſius Communis Colligatis, vel Adhærentibus, qui in præſente pace venire debeant, libere reſtituantur ipſi Communi Florentiæ, vel ejusdem Colligatis, ſeu Adhærentibus prædictis, & hoc infra Menſes duos proxime venturos.

Exceptis loco, & Terra Montis Polliciani cum pertinentiis ſuis, & loco, & Terra Lucignani de Arezio, quæ non veniant, nec venire intelligantur in ſupradicta reſtitutione, ſed remaneant prout ſunt, donec per Nos ſupradictos Arbitros providebitur quid agendum de prædictis locis, & terris, cui provixioni, & deliberationi, ſeu declarationi ſiendæ de prædictis Terris quælibet Partium, & quilibet, ex dictis Partibus ſtare debeat tacita, & contenta, ſeu taciti, & contenti ſemper, etiam quomodocunque fieret, non obſtante quod terminus Compromiſſi eſſet elapſus, & ſi quæ dictarum Partium contradixerit præſenti Arbitramento, ex nunc pronunciamus, ſententiamus, & judi-

ANNO 1392. judicamus prædictas Terras pervenire illi parti quæ non contradixerit præsenti Arbitramento, seu provisioni, & declarationi fiendæ.

Item arbitramur, pronuntiamus, sententiamus, & mandamus, quod omnes Terræ, Fortilitia, Castra, & Loca ablata, seu occupata a tempore dictæ Ligæ factæ in Pisis citra per Commune Perusii, seu gentes suas, Communi Florentiæ, seu Domino Cortonensi, vel eorum Colligatis, sive Adhærentibus restituantur dictis Communi Florentiæ, & Domino Cortonensi infra duos Menses proxime venturos. Et è converso.

Item arbitramur, sententiamus, pronuntiamus, & mandamus, quod omnia Castra, Terræ, Fortalitia & loca ablata vel occupata a tempore dictæ Ligæ ut supra citra per Commune Florentiæ seu gentes suas, Dominis de Petra mala, seu gentibus suis libere restituantur dictis Dominis infra Menses duos proxime venturos.

Item dicimus, sententiamus, pronunciamus, arbitramur, arbitramentamur, statuimus, ordinamus, & mandamus, quod Commune Florentiæ, vel Commune Senarum, vel Commune Perusii, vel Dominus Cortonensis, vel aliquis seu aliquod eorum non possint, vel debeant, aut possit, vel debeat receptare, seu receptari facere, vel permittere in Terris seu locis eorum vel Colligatorum seu Adhærentium eorundem aliquem Exitium partis adversæ, nec eis præbere auxilium, consilium, vel favorem in præjuditium, damnum, vel offensam partis adversæ. Teneantur tamen supradictæ Communitates, & Dominus, & quælibet earum restituere quoscunque Exitios suos occasione præsentis guerræ quoad possessiones & bona Mobilia, quæ extant, & ipsos absolvere a quibuscunque Bannis, & Forestationibus, dummodo non vadant super Territoriis, a quibus fuerunt banniti, seu forestati sine licentia Præsidentium dictis terris, & Locis, seu Dominorum dictorum Locorum.

Item, sententiamus, arbitramur, pronuntiamus, arbitramentamur, ordinamus, statuimus, & mandamus, quod præfatus Illustris Dominus Comes Virtutum non possit in partibus, sive aliqua parte Tusciæ, videlicet ab Aqua frigida ultra versus Tusciam se intromittere, nisi prout, & sicut in dicta Liga facta Pisis continetur.

Item quod Communia Florentiæ, & Bononiæ non possint, vel alter eorum possit se intromittere aliter, vel alio modo in partibus Lumbardiæ vel Marchiæ Trivixanæ, nisi prout ipse Dominus Comes potest in Partibus Tusciæ, vigore Capituli præcedentis, excepto in Territorio Bononiense, vel ejus districtu.

Item dicimus, pronunciamus, statuimus, & mandamus, quod quælibet Pars debeat publicari facere præsentem Pacem in Civitatibus, & Terris suis in Festo Purificationis Beatæ Mariæ proxime venturo, a qua die in antea quilibet abstineat ab offensis tam in Mari, quam in Terra.

Item quod si a die facti supradicti in Nos Compromissi usque ad diem publicandæ præsentis Pacis in Civitatibus, & locis dictarum Partium accidisset, seu accideret, quod aliqua dictarum Partium, seu aliquis ex dictis Partibus cepisset, vel occupasset, seu caperet, vel occuparet aliquam, vel aliquas Terras, Castra, Loca, vel Fortilitia alterius Partis, vel alicujus ex alia Parte, hujusmodi Terræ, Castra, Fortalitiæ, & loca sic capta, vel occupata ut supra restituantur, & restitui debeant spoliatis prædictis & cuilibet eorum.

Item dicimus, sententiamus, arbitramentamur, pronunciamus, statuimus, & mandamus quod neutra Partium, nec aliquis ex dictis Partibus permittat in Territoriis suis toto posse, & bona fide cumulari aliquas gentes Armorum per modum societatis, vel Compagniæ exituræ de dictis suis Territoriis in Territoriis alterius Partis vel alicujus ex dictis partibus, contra voluntatem dictæ alterius Partis, vel alicujus ex dictis partibus, nec possit, vel debeat aliqua dictarum Partium, vel aliquis ex dictis partibus dare passus, vel victualia aliquibus gentibus Armorum quæ vellent intrare in Lumbardiam, vel in Italiam cujuscunque conditionis existant, & specialiter per Pontes, Aquas, & alios passus, qui prohiberi possunt, sed dictos passus dictis gentibus prohibere toto posse, & bona fide teneantur. Et si quis contrafecerit, cadat a beneficio præsentis Pacis, nec eum juvare possit quisquis ex Colligatis suis.

Item, cum Lucana Civitas, benevola sit, & amica Partium prædictarum, ac etiam Territorium, & districtus ejusdem Civitatis sit finitimum Territoriis, & districtibus ipsarum Partium, propter quod si dicta Civitas, vel ejus Territorium, aut districtus quoquomodo invaderetur, vel offenderetur, posset deveniri de facili ad damna Territoriorum Partium prædictarum, vel alicujus earum, ex quo guerra, & discordiæ inter dictas Partes causari possent. Adeo sententiamus, arbitramur, pronunciamus, arbitramentamur, mandamus, & declaramus, quod prædicta Civitas Lucana cum omnibus pertinentiis suis sit, & intelligatur inclusa in Pace præsenti, ita ut prædicta omnibus immunitatibus gratiis, favoribus, prerogativis & beneficiis quibuscunque dictæ Pacis frui, & gaudere possit, & gaudeat, quibus frui, & gaudere poterit quæcunque Partium prædictarum. ANNO 1392.

Item, quia per supradictos Sindicos, & Procuratores multa fuerunt petita hinc inde coram Nobis, super quibus Nobis non fuit possibile pronuntiare propter brevitatem temporis, condemnamus, & condemnatos esse pronuntiamus dictos Sindicos & Procuratores dictorum Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & dicti Magnifici Domini Franciscí de Carraria dictis sindicariis, & procuratoriis nominibus, ad dandum, & solvendum dicto Domino Comiti Florenos auri centum Millia, salvo & reservato, si ipsi dictis nominibus, prorogaverint terminum dicti facti in Nos Compromissi per unum Mensem proxime venturum. Et versa vice condemnamus & condemnatos esse pronunciamus dictos Procuratores præfati Domini Comitis dicto procuratorio nomine, & per eos dictum Dominum Comitem, & etiam dictos Sindicos, & Procuratores Magnificorum Communium Perusii, & Senarum ac dicti Domini Mantuæ dictis sindicariis, & procuratoribus nominibus ad dandum, & solvendum dictis Communitatibus Florentiæ, & Bononiæ, & Domino Franciscо de Carraria prædicto Florenos auri centum millia, salvo, & reservato si, & ut supra ipsi dictis procuratoriis, & sindicariis nominibus prorogaverint terminum dicti facti in nos Compromissi per unum Mensem proxime venturum, & ultra dictas pœnas quaslibet petitiones Partis prorogantis approbamus, admittimus, acceptamus, & illas Partis non prorogantis, seu quæ non prorogaverit, reicimus, & reprobamus.

Reservantes Nobis potestatem, & bailiam iterum, & de novo dicendi, sententiandi, pronuntiandi, cognoscendi, mandandi, arbitrandi, & arbitramentandi, corrigendi, & emendandi, condemnandi, & absolvendi semel, & pluries etiam super jam pronunciatis secundum bailiam Nobis concessam vigore dicti Compromissi & usque ad per totum tempus dicti Compromissi.

Mandantes prædicta omnia, & singula prædictas Partes, & quamlibet earum, & quemlibet ex dictis partibus observari debere sub pœna in dicto Compromisso contenta, & sub pœna contrafactionis dictæ Pacis. Mandantes etiam de prædictis omnibus, & singulis confici debere publica Instrumenta ejusdem tenoris per Nicolaum Jacobi de Damiano de Neapoli Secretarium, & Notarium Nostri dicti Magistri Hospitalis Hyerosolimitani, & per Antonium de Credentia quondam Conradi Cancellarium Nostri Ducis Notarios publicos infrascriptos, & alterum eorundem.

Lata, data, & pronunciata, & latæ, datæ, & pronunciatæ fuerunt prædicta per dictos Reverendissimum, & Magnificos Dominos Arbitros, & Arbitratores pro Tribunali sedentes in loco infrascripto, & lecta, & publicata, ac publicatæ per Nos dictos Notarios in Civitate Januæ in Salla Magna nova Palatii ducalis Communis Januæ, sub Anno Dominicæ Nativitatis millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione decima quarta secundum Cursum Januæ, die 20 Mensis Januarii ante tertiam horam Noctis, Pontificatus sanctissimi Domini Nostri Domini Bonifatii, divina Providentia Papæ noni Anno tertio, Præsentibus testibus ad hæc vocatis specialiter & rogatis Egregio Domino Raffaele Adurno Regni Castellæ Amirato Germano præfati Magnifici Domini Ducis. Nobili, & sapiente Viro Domino Thomasio de Spina Legum Doctore, Domino Henrico de Illionibus Legum Doctore, Domino Magnifico Andrea de Petra lata Phisico, & Martino Marruffo, Nicolao Fattinanti Notario, Raphaele de Laurentiis, Johanne de Pinu, Raphaele Vattuccio, Neapolitano Lomellino, Antonio de Flisco, Eliano Spinula, Clemente de Faccio, Liviolo Cattaneo, & Conrado Mazuro Notario, & Cancellario Communis Januæ, omnibus Civibus Januensibus. Insuper omnibus, & singulis su-

ANNO 1392. pradictis dicto die, hora, & loco, ac præsentibus dictis Testibus Reverendis in Christo Pater Dominus Frater Raimundus de Vinea de Capua Ordinis Prædicatorum Generalis, & Magister ipsius Ordinis ibidem præsens habens auctoritatem Apostolicam in, & super omnibus prædictis a præfato sanctissimo Domino Nostro Papa vigore quarumdam litterarum Apostolicarum ipsi Domino Fratri Raimundo concessarum, quas vidimus, legimus, & inspeximus Nos Notarii infrascripti, bulatarum vera Bulla plumbea præfati Domini Nostri Papæ sub data Romæ appud Sanctum Petrum Kalendis Junii, Pontificatus ipsius Domini Nostri Papæ anno secundo dictam auctoritatem interposuit, & interponit. Et partem non observantem omnia, & singula supradicta sententiata, pronuntiata, laudata, mandata, arbitrata, arbitramentata, declarata, & statuta per Dominos Arbitratores supradictos monitione Canonica coram Nobis per eum præmissa interdixit & interdicit ex nunc, & hoc modo, si fuerit singularis persona excommunicationis, si vero Communitates, Universitates, vel Civitates suspensionis & interdicti in eorum Terris, Civitatibus, & locis, transactis diebus quindecim, quorum quinque pro primo, quinque pro secundo, & reliquos quinque dies pro tertio, & perhemptorio termino assignavit, ac monitione canonica post dictam sententiam, si præmissa, & quodlibet præmissorum non observaverint, sententias promulgavit, quorum absolutionem sibi, & superiori suo tantummodo reservavit.

Ratificatio Perusinorum.

In Nomine Domini Amen. Anno Domini Milesimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione quinta Decima, tempore sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Bonifatii summa Dei Providentia Papæ noni, die Nono Mensis Januarii. Quia evangelice scribitur humane, agentibus: inquire, Pacem, & sequere eam potissime, quia a Domino data est: Propterea Magnifici, & spectabiles Domini Priores, & Camerarii Artium, & Artificum Civitatis Perusii convenientes ad invicem in Pallatio Residentiæ dictorum Dominorum Priorum, & ibi extantes colegialiter congregati more solito in numero sufficientissimo juxta exigentiam statutorum, & Ordinamentorum Communis Perusii circa executionem Pacis commissæ inter Illustrem, & Excelsum Dominum Dominum Galeaz Vicecomitem Comitem Virtutum Mediolani &c. Imperialem Vicarium Generalem, ejusque Colligatos, Adhærentes, Complices, Vallitores, sequaces, Recommandatos, & Subditos, & Magnificum Dominum Dominum Mantuæ, Communitates Magnificas Perusii, & Senarum, ipsius & ipsarum, Adhærentes, Complices, Vallitores, sequaces, & Recommendatos, & Subditos ex una parte, & Communitates Magnificas Florentiæ, & Bononiæ & Magnificum Dominum Franciscum de Carraria ipsarum, & ipsius Adhærentes, Complices, Vallitores, sequaces Recommendatos & Subditos &c. ex altera parte, & eorum omnium Procuratores, & Sindicos in Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum Dominum Ricardum Carazolum Magistrum Generalem Sancti Johannis Hyerosolimitani, & Sanctæ Sedis Apostolicæ Nuntium, & Magnificum Dominum Anthoniotum Adurnum Ducem Januæ tamquam privatam personam, & in Magnificam Communitatem Civitatis Januæ, tamquam in Arbitros, Arbitratores, & Amicabiles Compositores &c. & etiam circa quascunque promissiones, & obligationes hinc inde factas & receptas per Egregium Legum Doctorem, & Militem Dominum Nicolaum Domini Lelii de Ballionibus, & Virum Notabilem Ugolinum Cecchini Cives honorabiles Perusinos, Ambasiatores, Commissarios, Sindicos & Procuratores Magnifici Communis Perusii. Volentes vigilanter intendere, & omni cum diligentia providere, ut ex ejusdem Pacis conclusione, quæ adsit, Reipublicæ Perusinæ tranquilitas suscipiat quietudinem dulcerosam, receptis inde Consiliis sanioribus Civium sapientum, & deliberatione inter eos præhabita diligenti, & facto, misto, & inter eos solemniter obtento partito ad Bussolas in fabas albas, & nigras, secundum exigentiam dictorum statutorum, primo inter magnificos Dominos Dominos Priores omnes decem præsentes, unanimes, & in concordia seperatim, & de per se. Deinde inter præfatos Dominos Camerarios numero quadraginta, nulla Faba nigra in contrarium reperta, ex omnibus eorum Arbitriis, auctoritatibus, potestatibus, Jurisdictionibus pariter & bayliis, & eorum officio quomodocunque & qualitercunque mixtim, divisim, vel aliter datis, concessis & attributis per formam quorumcunque statutorum, Ordinationum, seu reformationum Communis prædicti sub quocunque tenore, & conceptione Verborum, & manu cujuscunque Notarii quomodolibet appareret, & omni modo, via, jure, & forma, quibus magis, melius, validius & efficatius potuerunt, sub Clypeo ejus qui dat cuncta Mundi, providerunt, statuerunt, ordinaverunt, & reformaverunt, & providendo, statuendo, ordinando, & reformando supradictum Compromissum, & quascunque alias promissiones, & obligationes quomodocunque, & qualitercunque factas per supradictos Dominum Nicolaum & Ugolinum, vice, & nomine dicti Magnifici Communis Perusii, & Adhærentium, Complicium, sequacium, Vallitorum, Recommendatorum, & Subditorum ipsius Communis Perusii, & omnia, & singula in prædictis Compromisso, promissionibus, & obligationibus contenta, prolata, & declarata, & quodlibet eorum, prout, sicut, & quemadmodum in ipsis Compromisso, promissionibus, & obligationibus vel earum altera sic vel aliter, plus, vel minus manu cujuscunque Notarii, unius, vel pluriuni latius, plenius & serioSius continentur, & scripta sunt, habentes omnia, & singula supradicta, & quodlibet hic pro expressis, declaratis, & specificatis, & si, & prout de eis, & eorum quolibet de verbo ad verbum fieret mentio, & specificatio singularis, quæ pro expresse facta hic penitus habeatur. Ratificaverunt, approbaverunt, confirmaverunt & emologaverunt & pro ratificatis, approbatis, & confirmatis, & emologatis in omnibus, & per omnia haberi voluerunt, & decreverunt. Et iterum, & de novo simile Compromissum, similes promissiones, & obligationes vice, & nomine Communis prædicti, suorumque Adhærentium, Complicium, sequacium, Vallitorum, Recommendatorum, & Subditorum sub verborum quocunque tenore, & conceptione factæ appareant in supradictos Magnificos Arbitros faciunt, & in factis consentiunt. Dantes, concedentes, attribuentes, transferentes, & deligantes, & datum confirmantes, validantes, & coroborantes ex arbitriis, & auctoritatibus, quibus supra, prædictis Domino Nicolao, & Ugolino Ambasiatoribus, & Sindicis antedictis omne, & totale arbitrium, auctoritatem, & potestatem, quod, & quam habet, seu quomodolibet habere dignoscitur in prædictis, & quolibet prædictorum, & circa ea totum præsens Consilium & Commune Perusii, decernentes expresse, quod omne id totum, & quicquid per supradictos Dominum Nicolaum, & Ugolinum Ambasiatores, & Sindicos Communis prædicti in præmissis, vel præmissorum altera, vel circa ea dictum, factum, gestum, vel promissum extiterit quoquo modo, valeat, & teneat pleno jure, & eundem effectum, & executionem in omnibus, & per omnia mereatur, & habeat, ac si, & prout, sicut, & quemadmodum per totum Commune Perusii, & præsens Consilium nominatim, & specifice factum foret, sub pœnis, promissionibus, & obligationibus in ipso Compromisso, & aliis promissionibus & obligationibus contentis, specificatis, & declaratis. Promittentes insuper mihi Egidio Notario infrascripto tamquam publicæ personæ recipienti pro omnibus, quorum interest, vel pro temporibus interesse poterit quoquo modo, se habituros omni tempore rata, grata, atque firma ut supra promissa per Dominum Nicolaum, & Ugolinum, & ea, & eorum quodlibet omni tempore inviolabiliter observare, & observari facere cum effectu. Et de prædictis & eorum quolibet confessionem facere coram Magnificis Arbitris supradictis, & coram quibuscunque aliis super hujusmodi facto legitimum Magistratum, Jurisdictionem, & cognitionem habentibus, omnibus exceptionibus, & contradictionibus procul pulsis, ad petitionem cujuscunque legitime petentis, sub pœnis, promissionibus, & obligationibus supradictis. Rogantes me Egidium Notarium infrascriptum, ut in fidem, & testimonium omnium præmissorum, & cujuscunque eorum de prædictis, & eorum quolibet publicum ad perpetuam rei memoriam conficiam Instrumentum.

ANNO 1392.

Et Ego Egidius quondam Sionis olim Gilioli de Perusio Prior S. Angeli, & Parochiæ Sancti Martini de Viridurio publicus Imperiali auctoritate Notarius, & nunc Notarius dictorum Magnificorum Dominorum Priorum & eorum Officii prædictis omnibus & singulis, prout supra leguntur, & narrantur, dum sic

loco

ANNO 1392. agerentur interfui, & ea, rogatus fcripfi, & meis figno, & nomine publicavi.

Ratificatio Domini Comitis Virtutum.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Ejusdem Milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſecundo, Indictione quinta decima, die decimo Menſis Januarii, hora Veſpertum, in Civitate Papiæ, in Caſtro Illuſtris Principis ac Magnifici & Excelſi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum, Domini Mediolani &c. Imperialis Vicarii generalis, in quadam Camera, quæ appellatur, Camera Dominarum reſpondente verſus Portam Sanctæ Mariæ in Piſcha. Cum per ſpectabilem, Egregium Militem Dominum Nicolaum Spinellum, Comitem Yohiæ, & Regni Siciliæ Cancellarium, & ſpectabilem, & Egregium Militem Dominum Gulielmum de Bevilaquis, Conſiliarios, ac Procuratores Illuſtris Principis, & Magnifici & Excelſi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum præfati, procuratoriis Nominibus præfati Domini Johannis Galeaz, & pro ipſo Domino Johanne Galeaz, ejusque filiis, & hæredibus, ac etiam nomine, & vice Adhærentium, Complicium, Vallitorum, & ſequacium, Recommendatorum, Benevolorum, ac Subditorum præfati Domini Johannis Galeaz, una cum Procuratoribus & Sindicis Magnifici Domini Domini Franciſci de Gonzaga Domini Mantuæ, Communitatum, & Populorum ſublimium Civitatum Peruſii, & Senarum, & aliorum, de quibus in infra nominato Compromiſſo fit mentio ſpecialis, ex una parte. Et per Egregios & ſpectabiles Viros Dominum Filippum Domini Alamani Millitem de Adimaribus, Dominum Ludovicum Domini Franciſci de Albergottis Legum Doctorem, & Guidonem quondam Domini Thomaſii, Cives honorabiles Florentinos Sindicos, & Procuratores Magnifici Communis Florentiæ, nomine dicti Populi, & Communis Florentiæ, & pro Civitatibus, Caſtris, Fortilitiis, Terris, & Locis dicti Communis, & earum Civibus, & Comitativis, & ejusdem Communis Florentiæ Subditis quibuscunque, ac etiam vice, & nomine omnium, & ſingulorum ejusdem Communis Florentiæ Adhærentium, Complicium, & Sequacium, & per Procuratores, & Sindicos Magnifici Communis Bononiæ, & Domini Franciſci de Carraria Junioris, nomine præfati Communis, & Populi Civitatis Bononiæ, & præfati Domini Franciſci, & aliorum, de quibus in infra nominato Compromiſſo fit ſpecialis mentio, ex altera, ſive aliis partibus factum fuerit Compromiſſum in Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum Ricardum Carazolum de Neapoli ſacræ Domus Hoſpitalis Sancti Johannis Hyeroſolimitani Generalem Magiſtrum, & Sedis Apoſtolicæ Nuntium, Illuſtrem, & Magnificum Dominum Dominum Anthoniottum Adurnum Dei Gracia Januenſium Ducem tamquam in privatam perſonam, nec non Magnificam Communitatem Januæ, ſeu loco ipſius Communitatis illum, vel illos qui eligentur per dictam Communitatem ſeu repreſentantes ipſam Communitatem ad dictum Compromiſſum, & omnia quæ ſequuntur ex eo, omnes tres in concordia exiſtentes, & non aliter, tamquam in eorum tres Arbitros, Arbitratores, Amicabiles Compoſitores, & Amicos Communes de omnibus, & ſuper omnibus, & ſingulis guerris, diſcordiis, controverſiis, contentionibus, Inimicitiis, Rancoribus, differentiis, litibus, & quæſtionibus inter dictas Partes, & quamlibet ipſarum, & quemlibet ex dictis Partibus tam conjunctim, quam diviſim vigentibus, ſeu quæ vigere poſſent quoquo modo, vel vigebunt, ſeu orientur durante dicto Compromiſſo, & de, & ſuper omnibus, & ſingulis Cædibus, Offenſionibus, Injuriis, Robariis, Incendiis, Spoliationibus, Invaſionibus, Occupationibus, & detemptionibus, & etiam de omnibus, & ſingulis invaſis, ſpoliatis, innovatis, & occupatis, & perpetratis durante præſenti guerra, & etiam ab eo tempore citra, quo incoata fuit, ſeu per ipſum tempus, ac etiam quæ fierent durante dicto Compromiſſo; Et generaliter de omnibus, & ſingulis damnis, & diſpendiis factis, illatis, occurſis, commiſſis ſeu datis per dictas Partes ſeu alteram earum, vel per aliquem ex prædictis partibus, vel per earum Subditos, Vaſſallos, Adhærentes, Complices, vel ſequaces, ſeu ſtipendiarios, Recommendatos, ſeu Benevolos, vel aliquam ipſarum Partium, vel aliquem ex dictis Partibus inter ſe ipſas, & ad invicem, & viciſſim una contra alteram, vel altera contra alteram, vel alter ex dictis Partibus contra alterum ex dictis Partibus, in perſonis, vel rebus, & quocunque alio modo, qui dici, vel excogitari poſſit, ac etiam tam conjunctim, quam diviſim, & etiam quæ darentur ſeu fierent, durante præſente Compromiſſo. Et de omnibus, & ſuper omnibus, & ſingulis dependentibus, emergentibus, & connexis prædictis, & a prædictis, & quolibet prædictorum, & etiam de omnibus, & ſingulis cauſantibus, vel quæ cauſarent, ſeu quæ cauſare poſſent pacem inter dictas Partes, & quamlibet ipſarum, & quemlibet ex partibus prædictis, arbitrio, arbitramento, & diſpoſitioni dictorum Dominorum Arbitrorum, & Arbitratorum, ac etiam quod de omni eo & toto, de quo fuerit pronunciatum, declaratum, ſententiatum, arbitratum, arbitramentatum, deffinitum, ſtatutum, mandatum, vel ordinatum per ſupradictos Dominos Arbitros, & Arbitratores intelligatur factum Compromiſſum, & in Compromiſſo, & in petitione coram eis deductum, & per eos ſuper eo cognitum, perinde, ac ſi de ipſis, & quolibet ipſorum eſſet facta mentio ſpecialis, & ſpecifica in Compromiſſo, & petitione, & cognitione prædictis, etiam in promiſſis, & ultra prædicta. In quo etiam Compromiſſo fuit data, & attributa Poteſtas per dictos Sindicos, & Procuratores dictis Nominibus, & quolibet dictorum Nominum dictis eorum Arbitris, & Arbitratoribus, arbitrandi, arbitramentandi, pronunciandi, ſententiandi, diſponendi, remittendi, declarandi, condemnandi, & abſolvendi, corrigendi, & emendandi etiam ſuper tam pronunciatis ſemel, & pluries, ac ſtatuendi, ordinandi, & mandandi in prædictis, & ſuper prædictis, & quolibet prædictorum, & parte prædictorum, & cujuſlibet prædictorum, & ut ſupra tam conjunctim, quam diviſim inter dictas Partes, & quemlibet ex dictis Partibus, & ſuper dependentibus, emergentibus, & connexis prædictis, & a prædictis, & quolibet prædictorum, de jure, vel accordio, ſeu convenientia, vel de facto, etiam variando, juris ordine ſervato, vel non ſervato. Et promiſerunt dicti Sindici, & Procuratores, & quilibet ipſorum dictis nominibus attendere, & obſervare omnia, & ſingula, quæ arbitrabuntur, pronuntiabuntur, ſeu declarabuntur, vel mandabuntur ſuper prædictis, & quolibet prædictorum, & dependentibus, emergentibus, & connexis, ab eisdem inter partes prædictas, & quamlibet ipſarum, ſeu aliquem ex partibus prædictis, & contra ea, vel aliquid eorum non facere, vel venire per ſe, vel alium aliqua ratione, vel cauſa, quovis ingenio, vel colore quæſito, ſub pæna Florenorum ducentorum Millium auri, & boni, & juſti ponderis, in quam pænam incidat Pars non obſervans Parti obſervanti, & quæ pæna totiens committatur, & in ſolidum, & exigi poſſit, quotiens fuerit contrafactum in ſingulis Capitulis, qua pæna commiſſa, vel non, rata maneant arbitramentanda. Pro quorum obſervatione dicti Sindici & Procuratores omnia bona Dominorum, & Populorum, quorum ſunt Procuratores, & Sindici obligaverunt. Inter quos quidem Sindicos, & Procuratores nominibus, quibus ſupra, fuit actum, quod Domini Arbitri, & Arbitratores non poſſint, vel debeant ſententiare, & arbitrari, niſi omnes ſint concordes, & alter eorum ſententiare non valeat: Terminus cujus Compromiſſi durat usque ad vigeſimam diem inclusive Menſis præſentis &c., prout, ſicut vel aliter, plus, vel minus in ipſo Inſtrumento Compromiſſi contineri reperiuntur, ut conſtat publico Inſtrumento ipſius Compromiſſi fieri rogato Antonio de Credentia Cive Januenſe Notario & dicti Domini Ducis Cancellario & mihi Cattalano de Chriſtianis Notario, & nonnullis aliis Notariis, Anno, & Indictione præſentibus, quæ Indictio eſt quarta decima ſecundum curſum Januenſium die Jovis vigeſimo octavo Menſis Septembris proxime præteriti.

ANNO 1392.

Igitur præfatus Illuſtris Princeps, & Magnificus, & Excelſus Dominus Dominus Johannes Galeaz Vicecomes, Comes Virtutum ibi præſens per me Cattalanum de Chriſtianis Notarium infraſcriptum ad plenum certificatus, de dicto Compromiſſo, nec non de omnibus, & ſingulis promiſſionibus, pactis, Capitulis, & Clauſulis, emologationibus, pænis, & termino Compromiſſi, juramentis, Renuntiationibus, obligationibus, prorogatione Jurisdictionis Poteſtatis Januæ, & renuntiationibus, nec non de omnibus, & ſingulis inſertis, & deſcriptis in dicto Inſtrumento Compromiſſi, & effectu, & ſignificatione ipſorum, Præfatus Dominus Comes Virtutum ſponte proteſtatus fuit, & proteſtatur in præſentia mei Notarii & Teſtium in-

ANNO 1392. infrascriptorum, animo deliberato, & ex certa scientia, plenariam habuisse, & habere informationem, & scientiam, omnibus meliori Jure, via, modo, causa, & forma, quibus melius validius, & solemnius potuit, & potest, & cum interventu omnium solemnitatum tam Juris, quam facti in talibus, & similibus opportunarum, sponte, & ex certa scientia, ac animo deliberato ratificavit, & emologavit, approbavit, & confirmavit, ac ratificat, & emologat, approbat, & confirmat dictum Compromissum, & omnia, & singula contenta, descripta, & comprehensa in eodem, factum per antedictos ejus Procuratores in Arbitros, & Arbitratores prælibatos, cum protestatione per prefatum Illustrem Principem Dominum Johannem Galeaz Vicecomitem Comitem Virtutum facta in principio, medio, & in fine præsentis ratificationis, & approbationis, quod per adjectionem, vel per expressionem alicujus Cognominis, vel qualitatis, aut Dominationis, vel dignitatis factam in dicto Compromisso de aliquo ex nominatis in ipso Compromisso, seu partibus nominatis in eodem, nulla probatio sumi possit, vel aliquod præjuditium generetur dictis Partibus, nec alicui ipsarum, nec alicui ex dictis partibus; Nec etiam consentit, nec vult, nec consentire intendit, quod Illustris Dominus Marchio Estensis sit, nec esse debeat Adhærens Florentinorum, nec Bononiensium, nec Domini Franciſci de Carraria Junioris nec alicujus Partis predictæ. Sed intentionis prælibati Illustris Principis Domini Comitis Virtutum est, ipsum Marchionem Estensem ad præsens, & in futurum rettinere prò ejus filio dilecto, & prò Colligato, prout erat, & prout ipsum reputabat prælibatus Dominus Mediolani tempore præsentis guerræ, & ante ipsam guerram, & ut apparet publico Instrumento Unionis, Ligæ, & Confæderationis factæ, & initæ inter præfatum Illustrem Principem Dominum Comitem Virtutum prò se, & filiis suis, Hæredibus, & successoribus ex parte una, & per Nobilem Virum Franciscum de Arioſtis Consiliarium Illustris Domini Alberti Marchionis Estensis Ferrariæ &c. Procuratorem ad hæc spetialiter deputatum, ut constat publico Instrumento Procurationis dicti Franciſci fieri rogato per Bartholomeum filium Bonaventuræ a Mella Notarium Ferrarienſem, & scribam dicti Domini Alberti Marchionis Estensis Millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, Undecima Indictione die duodecimo Mensis Madii, prò dicto Domino Marchione, hæredibus, & successoribus suis descendentibus de Corpore suo ex altera parte. Quod Instrumentum Unionis, Ligæ, & Confæderationis tradditum, & rogatum fuit per suprascriptum Bartholomeum filium Bonaventuræ a Mella Notarium Ferrarienſem, & scribam dicti Domini Alberti Marchionis Estensis Millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, undecima Indictione, die decimo quinto Mensis Madii hora decima octava, deinde ratificatæ per prefatum Dominum Marchionem in Civitate Mantuæ in Palatio Magnifici Domini Franciſci de Gonzaga Mantuæ &c. in Guardacamera Cameræ Lucretiæ, ut constat publico Instrumento dictæ Ratificationis, Approbationis, Confirmationis, & Emologationis fieri rogato suprascripto Bartholomeo Notario. Quam quidem ratificationem, & omnia in ipsa contenta, & cum protestatione prædicta sepefatus Illustris Dominus Comes Virtutum solemniter promisit, & convenit, ac solemniter promittit mihi Cattalano de Christianis Notario tamquam publicæ personæ solemniter recipienti, & stipulanti nomine & vice Communitatum, & Magnificorum Populorum Florentiæ, & Bononiæ, & Domini Franciſci de Carraria Junioris, & omnium nominatorum in dicto Compromisso, ac etiam omnium, & singulorum, quorum interest, seu in futurum interesse quomodolibet poterit, se perpetuo, & omni tempore habere, & tenere ratam, gratam, firmam ac stabilem, rata, grata firma, & stabilia, & supra, & infrascripta attendere, & observare, & nullatenus contrafacere, dicere, vel venire, sub pæna integræ refectionis, & restitutionis omnium, & singulorum damnorum, interesse, & expensarum litis, & extra, quæ fierent, & paterentur per dictos in Compromisso nominatos, si predicta, ut prescribitur non observarentur. Prò quibus omnibus, & singulis sic firmiter, & efficaciter attendendis, solvendis, & observandis prælibatus Illustris Princeps, Dominus Johannes Galeaz Vicecomes, Comes Virtutum omnia ejus bona mihi Notario infrascripto nomine quo supra recipienti, & stipulanti pignori, & hyppotecæ penitus obligavit, & obligat. Et renuntiavit, & renuntiat prefatus Illustris Princeps Dominus Johannes Galeaz Vicecomes versus me Notarium nomine, quo supra recipientem, & stipulantem exceptioni non factæ dictæ Ratificationis, & omnium rerum non sic actarum, factarum, & gestarum utsupra continetur, omnique alii Juri, exceptioni, & deffensioni contra hæc, & omnibus probationibus & productionibus testium contra predicta omnia, & singula. Et inde prefatus Illustris Princeps Dominus Comes Virtutum mandavit mihi Cattalano Notario infrascripto, ut de premissis publicum conficiam Instrumentum unum, & plura, si fuerit opportunum. Præsentibus Magnificis Militibus Dominis Antonio de Porris Comite Pollentii, Betrando de Rubeis Consiliariis, prudente Viro Domino Pasquino de Capellis, & Franceschino de Barbanatris Viris Egregiis, Secretariis prælibati Domini Comitis Virtutum inde testibus notis ad præmissa vocatis spetialiter, & rogatis. ANNO 1392.

Ratificatio Domini Comitis Instrumenti Pactorum immediate post Compromissum.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione quintadecima, die Xmo. Mensis Januarii, hora Vesperum. In Civitate Papiæ in Castro Illustris Principis, ac Magnifici, & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum, Domini Mediolani &c. Imperialis Vicarii Generalis, in quadam Camera, quæ appellatur Camera Dominarum respondente versus Portam Sanctæ Mariæ in Pfica. Cum post Compromissum factum in Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum Dominum Ricardum Carazolum de Neapoli, Sacræ Domus Hospitalis Sti. Johannis Hyerosolimitani Generalem Magistrum, & Sedis Apostolicæ Nuntium, & Illustrem, & Magnicum Dominum Dominum Anthoniortum Adurnum Dei Gratia Januensium Ducem tamquam in privatam personam, nec non in Magnificam Communitatem Januæ, seu loco ipsius Communitatis illum, vel illos, qui elligentur per dictam Communitatem, seu representantes ipsam Communitatem ad dictum Compromissum, & omnia, quæ sequuntur ex eo, per Procuratores Illustris Principis, ac Magnifici, & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis Comitis Virtutum Domini Mediolani &c. Imperialis Vicarii Generalis, & alios partis prefati Domini Comitis, parte una: Et per Sindicos, & Procuratores Communitatum, & Populorum Sublimium Civitatum Florentiæ, & Bononiæ, & Domini Franciſci de Carraria Junioris, Parte altera fieri rogato Antonio de Credentia Cancellario prefati Domini Ducis Januæ, & Mihi Cattelano de Christianis Notario, & etiam aliis Notariis Anno presente, die vigesimo Octavo Mensis Octobris. Mox dicti Procuratores, & Sindici nomine illorum quorum erant Sindici, & Procuratores requisiverunt prefatos Arbitratores, & præsertim Dominum Ducem Januæ predictum, & Communitatem Januæ, quod si aliquo tempore aliqua dictarum Partium, vel aliquis ex dictis Partibus contraveniret Paci fiendæ seu Arbitramentis pronunciandis, quod Dominus Dux, & Communitas Januæ sint in favorem illius partis, vel illius, cui foret contrafactum, contra Partem contrafacientem, & ipsam, cui foret contrafactum juvare toto posse, & bona fide tam per guerram, quam aliter, & quod prædicti Arbitratores velint esse Judices contrafactionum, & quod ipsi Dominus Dux, & Communitas sint Executores pænarum in Compromisso appositarum, & in casu contrafactionis pronunciandarum cum ista conditione, quod si predictus Magnus Magister Hyerosolimitanus non adesset in Civitate Januæ, debeat requiri a predictis Domino Duce, & Communitate, & si non venerit infra Menses duos, possit elligere idem Magister alium loco sui, qui electus in omnibus habeat vices dicti Magni Magistri. Et in casu, quo dictus Magnus Magister infra duos Menses Januam non posset, vel nollet venire, vel si contingeret ipsum Magnum Magistrum decedere, & dictis casibus aliquem non elligerer, quod dictis casibus, & quolibet eorum prò tertio loco

ANNO 1392. loco dicti Domini Magni Magistri sit ille, quem ellegerit Sanctissimus Dominus Noster Papa Bonifatius cum potestatibus datis dicto Domino Magno Magistro. Et predicti Arbitri requisitionem predictam acceptaverint, ac ad predictorum Procuratorum, & Sindicorum instantiam promiserint recte, & juste judicare in casu contrafactionis. Et Dominus Dux, & Communitas Januæ promiserint toto ipsorum posse, & bona fide Partem, cui foret contrafactum, adjuvare contra contrafacientem, salvo quod si per Contrafacientem foret satisfactum Arbitrio ipsorum Arbitrorum, & Conservatorum Pacis, eo casu non intelligatur rupta Pax, nec arbitramenta, nec pœnæ commissæ. Et etiam dicti Procuratores, & Sindici promiserint dicto Domino Duci, & Communitati Januæ, quod si conveniret ipsi Domino Duci, vel Communitati Januæ, sive Domino Anthoniotto Duci tantum facere, vel habere guerram cum aliquibus dictarum Partium, vel aliquo ex dictis Partibus, alia Pars teneatur contribuere omni Anno ipsi Domino Anthoniotto Florenos octuaginta millium bonos, & justi ponderis prò guerra facienda, & ultra juvare toto posse, & bona fide ipsum Dominum Ducem, & Communitatem ut supra, & ipsum Dominum Anthoniottum, & non facere pacem, vel Treuguam sine consensu, & voluntate ipsorum dicti Anthoniotti Ducis, & Communis Januæ, vel ipsius Domini Anthoniotti tantum. Et similiter Communitas, & Dux non valeant facere pacem, nec Treuguam sine consensu Partis, nomine cujus guerram facerent. Et etiam dicti Sindici, & Procuratores nominibus quibus supra promiserint ipsi Domino Duci, & Communitati Januæ, quod si aliqua dictarum Partium, vel aliquis ex dictis Partibus fecerit quæstionem, seu guerram clam, vel palam predictis Domino Duci, seu Communi Januæ tam conjunctim, quam divisim, sive ipsi Domino Anthoniotto tamquam Privatæ Personæ, quod alia Pars, & quilibet ex dictis Partibus juvabunt ipsos Dominos Anthoniottum Ducem, & Communitatem Januæ, ut supra tam conjunctim, quam divisim, & ipsum Dominum Anthoniottum, & facient guerram alteri Parti, vel illi ex predictis Partibus, qui prædicta faceret, semper ad requisitionem ipsius Domini Ducis, & Communitatis Januæ, vel ipsius Domini Anthoniotti tantum. Et promiserint dicti Procuratores, & Sindici nominibus, quibus supra facere, & curare, quod per eorum Dominos, Communitates, & Populos ratificabuntur omnia in Instrumento prædicto contenta &c. prout sic, & aliter, & plus, vel minus, & quemadmodum in dicto Instrumento Requisitionis, Conventionum, & pactorum contineri reperietur, fieri rogato Antonio de Credentia Notario Januensi Cancellario prefati Domini Ducis, & mihi Cattalano de Christianis Notario, nec non certis aliis Notariis anno præsenti, die vigesimo Octavo Mensis Octobris. Igitur prelibatus Illustris Princeps, ac Magnificus, & Excelsus Dominus Dominus Johannes Galeaz Vicecomes, Comes Virtutum, Dominus Mediolani &c. plenarie informatus, & plenariam informationem habens de dicto Instrumento Requisitionis, & pactorum, & de omnibus, & singulis in ipso Instrumento pactorum insertis, & descriptis, ut prefatus Dominus Comes Virtutum sic fore, & esse verum dicebat, & protestabatur in præsentia mei Notarii, & testium infrascriptorum. Ad executionem promissionis factæ per dictos ejus Procuratores in præmisso Instrumento requisitionis, & pactorum. Omnibus meliori jure, via, modo, causa, & forma, quibus melius, validius, & solemnius potuit, & potest, & cum interventu omnium solemnitatum tam Juris, quam facti in talibus, & similibus opportunarum, sponte, & ex certa scientia, ac animo deliberato ratificavit, emologavit, approbavit, & confirmavit, ac ratitificat, emologat, approbat, & confirmat dictam requisitionem, & pacta & omnia, & singula contenta, & descripta in eodem Instrumento requisitionis, & pactorum factam, & facta utsupra, cum protestatione per præfatum Illustrem Principem Dominum Johannem Galeaz Vicecomitem Comitem Virtutum facta in principio, medio, & fine presentis ratificationis quod per adjectionem, vel expressionem alicujus Cognominis, vel qualitatis, aut Dominationis, vel dignitatis, factam in dicto Compromisso de aliquo ex nominatis in dicto Compromisso, seu partibus nominatis in eodem nulla probatio sumi possit, vel aliquod præjuditium generetur dictis Partibus, nec alicui ipsarum, nec alicui ex dictis partibus, nec etiam consentit, nec vult, nec consentire intendit, quod Illustris Dominus Marchio Estensis sit, nec esse debeat Adhærens Florentinorum nec Bononiensium, nec Domini Franciscí de Carraria Junioris, nec alicujus partis predictæ. Sed intentionis prælibati Illustris Principis Domini Comitis Virtutum est, ipsum Marchionem Estensem ad præsens, & in futurum rettinere prò ejus filio dilecto, & pro Colligato, prout erat, & prout ipsum reputabat tempore prælentis guerræ, & antè ipsam guerram, & ut apparet publico Instrumento Unionis, Ligæ, & Confœderationis factæ, & initæ inter prefatum Illustrem Principem Dominum Comitem Virtutum pro se, & suis filiis, hæredibus, & successoribus ex parte una, & per Nobilem Virum Franciscum de Ariostis Consiliarium Illustris Domini Alberti Marchionis Estensis Ferrariæ &c. Procuratorem ad hoc spetialiter deputatum, ut constat publico Instrumento Procurationis dicti Franciscí, fieri rogato per Bartholomeum filium Bonaventuræ a Mella Notarium Ferrariensem, & Scribam dicti Domini Alberti Marchionis Estensis Millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, Indictione Undecima, die duodecimo Mensis Madii, prò dicto Domino Marchione, hæredibus, & successoribus suis descendentibus de Corpore suo, ex altera parte, quod Instrumentum Unionis, Ligæ, & Confœderationis traditum, & rogatum fuit per suprascriptum Bartholomeum filium Bonaventuræ a Mella Notarium, & Scribam dicti Domini Alberti Marchionis Estensis, millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, Undecima Indictione, die decimo quinto Mensis Madii hora decima octava, deinde ratificatum per præfatum Dominum Marchionem in Civitate Mantuæ in Palatio Magnifici Domini Franciscí de Gonzaga Mantuæ &c. in Guardacamera Cameræ Lucretiæ, ut constat publico Instrumento dictæ Ratificationis, approbationis, confirmationis, & emologationis fieri rogato suprascripto Bartholomeo Notario. Quam quidem Ratificationem, & omnia in ipsa contenta, & cum protestatione predicta sepefatus Illustris Dominus Comes Virtutum solemniter promisit, & convenit, ac solemniter promittit mihi Cattalano de Christianis Notario tamquam publicæ personæ solemniter recipienti, & stipulanti nomine, & vice Communitatum, & Magnificorum Populorum Florentiæ, & Bononiæ, & Domini Franciscí de Carraria Junioris, & omnium nominatorum in dicto Compromisso, ac etiam omnium, & singulorum, quorum interest, intererit, seu in futurum interesse quomodolibet poterit, se perpetuo, & omni tempore habere, & tenere ratam, gratam, & firmam, ac stabilem, rata, grata, firma, & stabilia, & supra, & infrascripta attendere, & observare, & nullatenus dicere, contrafacere, vel venire, sub pœna integræ refectionis, & restitutionis omnium, & singulorum damnorum, interesse, & expensarum litis, & extra, quæ fierent, & paterentur per prædictos in predicto Instrumento pactorum nominatos, si prædicta, ut præscribitur, non observarentur. Prò quibus omnibus, & singulis sic firmiter, & efficaciter attendendis, solvendis, & observandis prefatus Illustris Princeps Dominus Comes Virtutum omnia ejus bona mihi Notario, nomine quo supra recipienti, & stipulanti pignori, & hyppotecæ penitus obligavit & obligat. Et renuntiavit, & renunciat prefatus Illustris Princeps Dominus Comes Virtutum versus me Notarium nomine, quo supra recipientem, & stipulantem exceptioni non factæ presentis Ratificationis, & omnium non sic actorum, factorum, & gestorum ut supra continetur. Omnique alii Juri, exceptioni, & deffensioni contra hæc, & omnibus probationibus, & productionibus testium contra predicta omnia, & singula. Et inde prefatus Illustris Princeps Dominus Comes Virtutum mandavit mihi Notario infrascripto, ut de præmissis unum, vel plura ejusdem tenoris, si fuerit oportunum publica conficiam Instrumenta. Præsentibus Magnificis Militibus Domino Antonio de Porris Comite Polentiæ, Bertrando de Rubeis Consiliariis, Prudente, & Egregiis Viris Domino Pasquino de Capellis, & Francischino de Barbanatris

ANNO 1392. Secretariis prælibati Domini Comitis Virtutum inde testibus notis ad præmissa vocatis, spetialiter, & rogatis.

Exceptiones, & Replicationes Florentinorum, & Ligæ contra Petitiones Domini Comitis, & Colligatorum suorum.

Coram Vobis Magnificis Dominis &c. Arbitris, & Arbitratoribus, Amicabilibus Compositoribus, & Communibus Amicis infrascriptis electis utsupra. Comparent dicti Sindici, & Procuratores dictorum Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & Magnifici Domini Franciſci Domini Paduani, modis, & nominibus in dicto Compromisso contentis, occasione petitionis exhibitæ per dictos Dominos Nicolaum, & Gulielmum, Procuratores dicti Illustris Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz, die — presentis Mensis. Et respondendo dictæ petitioni, obmissa ejus ineptitudine, quæ ex ipsius lectura manifeste comprehenditur, dicunt petita per dictos Dominos Nicolaum, & Gulielmum dicto nomine fieri non debere, vel posse de jure, vel equitate, vel bona honestate, sed ipsos Sindicos, & Procuratores dictorum Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & Domini Paduani dictis nominibus, & eorum Dominos, ab omnibus in dicta petitione, & contentis in ea, per Vos Dominos Arbitros, & Arbitratores & vestrum Laudum, seu Arbitramentum absolvi debere, & absolvi petunt; & partem adversam in expensis condemnari, & rationibus maxime, & causis infrascriptis.

Et primo quia contenta in dicta petitione non sunt vera, & maxime ut proponuntur.

Secundo etiam, quia si contenta in dicta petitione vera essent, nihilominus licuisset de Jure dicto Domino Franciſco Domino Paduano facere ea, quæ in dicta petitione asseritur eum feciſſe, nec propterea tenetur ad aliquam restitutionem, nec aliquis alius, qui sibi auxilium, vel favorem præstitisset. Et maxime quia dictus Dominus Franciſcus Dominus Paduanus primo fuerat spoliatus, & dejectus de Possessione dictæ Civitatis Paduæ, & ejus Territorii indebite, & injuste per dictum Magnificum Dominum Dominum Johannem Galeaz, & ejus Officiales, & gentes Armigeras, & est publicum, & notorium inter omnes Christianos, propter quod licuit eidem Domino Franciſco dictam Possessionem recuperare cum primum potuit, etiam propria auctoritate, manu armata, nec ex hoc posset dici ipsum, vel aliquos sibi faventes in aliquo deliquisse, nec ad aliquam restitutionem teneri. Et sic de jure offerunt dicti Sindici, & Procuratores dictorum Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & Domini Paduani Reverentiis Vestris clare, & aperte ostendere, & maxime attentis qualitatibus personarum Magnificorum Dominorum videlicet Domini Johannis Galeaz, & Domini Franciſci, & qualitate rei, de qua dictus Dominus Franciſcus fuerat dejectus, & expulsus. Quæ omnia, si recte considerentur, clare inferunt, dictum Dominum Franciſcum circa dictam recuperationem nullam negligentiam comisisse, sed cum primum potuit, & per consequens incontinenti dictam suam possessionem recuperasse, prout de jure permittitur, & sibi permissum fuit, etiam si dictus Dominus Franciſcus non fuisset Vicarius Imperialis, prout vere erat, & est.

Insuper dicti Sindici, & Procuratores dictorum Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & dicti Magnifici Domini Paduani dictis modis, & nominibus respondendo omnibus aliis petitionibus exhibitis per dictos Sindicos, & Procuratores dictorum Magnificorum Domini Johannis Galeaz, & Domini Franciſci de Gonzaga, & dictorum Communium Perusii, & Senarum, & maxime prolixitati frivolorum Verborum ipsarum petitionum, brevissime dicunt, quod petita per dictos Sindicos, & Procuratores in petitionibus antedictis per vos Dominos Arbitros, & Arbitratores fieri non debent, nec possunt de jure, nec secundum bonam æquitatem, vel honestatem, & maxime, quia contenta in ipsis petitionibus non sunt vera nec in jure, nec in facto, & maxime, ut proponuntur. Sed dicta, proposita, & prolata sunt contra omnem veritatem, justitiam, & æquitatem, & contra omnem bonam humanitatem, & honestatem. Et volentes singulariter tangere id, quod in ipsis petitionibus contra veritatem continetur de Illustri, & Excello Domino Domino Marchione Estense, dicunt dictis modis, & nominibus, dictum Dominum Marchionem non fuisse tractatum a dicto Domino Johanne Galeaz, ut filium, vel Benevolum, sed potius ut Malevolum, & extraneum, & eidem Domino Marchioni per dictum Dominum Johannem Galeaz fidem, seu promissa, non fuisse servata, ipsumque Dominum Marchionem Colligatum, & Confœderatum, jam sunt longa tempora, fuisse, & esse cum dictis Magnificis Communibus Florentiæ, & Bononiæ, & dicto Magnifico Domino Paduano juste, & debite, & per publica Instrumenta inde confecta, ac etiam ipsum Magnificum Dominum Dominum Marchionem in dicta Pace omnino includi debere prò parte, & ex parte Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & Magnifici Domini Paduani, nec aliter posse, vel deberi fieri per ipsa Magnifica Communia Florentiæ, & Bononiæ, & Magnificum Dominum Paduanum, nec per ipsum Magnificum Dominum Dominum Marchionem Estensem.

ANNO 1392.

Insuper dicti Procuratores dictorum Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & Magnifici Domini Paduani insistentes petitioni per ipsos alias productæ, & exhibitæ, & eidem addendo, dicunt quod dictus Excelsus Dominus Dominus Johannes Galeaz tenetur, & obligatus est dicto Domino Franciſco Juniori de Carraria Domino Paduano ad sibi dandum, & penitus relaxandum Civitatem Vincentiæ cum toto suo districtu, Juribus, & pertinentiis, tam occasione promissionis, & conventionis solemni stipulatione valutæ, ac juramento firmaræ, habitæ, & factæ per dictum Excelsum Dominum Dominum Johannem Galeaz Magnifico Domino Domino Franciſco Seniori de Carraria, & dicto Domino Domino Franciſco Juniori Domino Paduano, quam etiam occasione pecuniæ, quam dictus Magnificus Dominus Franciſcus Senior expendidit in guerra, quam præfatus Excelsus Dominus Dominus Johannes Galeaz, & ipse Magnificus Dominus Dominus Franciſcus Senior habuerunt cum Domino Antonio de la Scala pro acquirendo Dominium Veronæ, & Vincentiæ, exponendo statum suum, nec non personam Magnifici filii sui pro acquisitione Dominii dictarum Civitatum, quæ pecuniæ quantitas ascendit ad summam unius Millionis ducatorum auri secundum veram, & puram Veritatem, quam Civitatem Vicentiæ in suis Juribus dictus Magnificus Dominus Johannes Galeaz hodie cessat dare, restituere, & relaxare dicto Magnifico Domino Paduano in ejusdem Domini Paduani injuriam, & offensam, ac etiam prò restiturione damnorum, & interesse occasione dictæ occupationis, & usurpationis, & denegationis relaxationis dictæ Civitatis Vincentiæ tenetur, & obligatus est dictus Excelsus Dominus Dominus Johannes Galeaz dicto Domino Franciſco Juniori Domino Paduano ad Floren. auri ducentum Millia, & ultra, quam pecuniam hodie denegat, & recusat dictus Excelsus Dominus Johannes Galeaz reddere, & restituere dicto Domino Franciſco Juniori Domino Paduano in ejusdem Domini Franciſci injuriam, & offensam.

Item tenetur, & obligatus est dictus Magnificus Dominus Dominus Johannes Galeaz ad restituendum, & libere relaxandum Magnifico Militi, Domino Lucchino quondam Bonæ Memoriæ alterius Magnifici Domini Domini Luchini de Vicecomitibus Civitatem Mediolani, & omnes alias Civitates, Terras, Castra, Fortilitia, & Territoria, quæ per ipsum Magnificum Dominum Dominum Luchinum Seniorem tenebantur, & possidebantur tempore suæ Mortis, & ante, & quæ per dictum Magnificum Dominum Dominum Johannem Galeaz, & ejus Antecessores occupata, & invasa fuerunt, & hodie per ipsum Dominum Johannem Galeaz occupantur, & detinentur indebite, & injuste, cum restitutione Damnorum, & interesse, quæ ascendunt ad summam viginti Millium Millium Ducatorum, seu viginti Millionum, & ultra.

Item tenetur, & obligatus est dictus Magnificus Dominus Dominus Johannes Galeaz reddere, restituere, & relaxare Magnifico Militi Domino Carolo,

ANNO 1392. rolo, & fratribus filiis olim Recol. Mem. Magnifici Domini Domini Bernabovis de Vicecomitibus Civitates, Terras, Castra, Loca, Territoria, & Bona eidem Domino Bernabovi per dictum Magnificum Dominum Dominum Johannem Galeaz invasa & occupata, & quæ hodie per ipsum Dominum Johannem Galeaz indebite, & injuste tenentur, & occupantur in damnum, Injuriam, & Offensam dicti Domini Caroli, qui se in præsenti guerra intromisit pro parte dictorum Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & Magnifici Domini Paduani.

Item cum dictus Magnificus Dominus Dominus Johannes Galeaz, & ejus Anteceſſores indebite, & injuste occupaverint, & ipse Dominus Johannes Galeaz hodie occupata teneat Bona Magnifici Militis, Domini Febris de la Turre, qui se intromisit in præsenti guerra pro parte dictorum Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & Magnifici Domini Paduani, & Nobilis Viri Domini Geremiæ de Turri Civis Paduani, sita in Territorio Mediolani. Tenetur, & obligatus est dictus Magnificus Dominus Dominus Johannes Galeaz dicta bona eisdem reddere, & restituere, & libere relaxare cum fructibus jam perceptis, & qui percipi potuerunt.

Item cum omnia Banna, & Condemnationes lata, seu latæ per dictum Dominum Comitem, seu ejus Officiales contra Cives, Subditos, vel districtuales dictarum Communitatum Florentiæ, & Bononiæ, & dicti Magnifici Domini Domini Paduani tempore, & occasione præsentis guerræ fuerint, & sint indebite latæ, & seu lata, tenetur dictus Magnificus Dominus Dominus Johannes Galeaz facere, & curare ita & taliter, quod dicta Banna, & Condemnationes tollantur, & aboleantur, & annullentur, & cancellentur ac si nunquam latæ forent.

Idcirco dicti Sindici, & Procuratores dictorum, Magnificorum Communium Florentiæ Bononiæ, & Magnifici Domini Paduani dictis modis, & nominibus petunt per Vos Dominos Arbitros, & Arbitratores declarari, pronuntiari, & arbitrari, dictum Magnificum Dominum Johannem Galeaz teneri, & obligatum esse ad observationem omnium prædictorum, & omnium, & singulorum aliorum contentorum in alia petitione exhibita pro parte Dominorum Sindicorum, & Procuratorum, & ipsum Magnificum Dominum Johannem Galeaz, ac etiam dicta Communia Perusii, & Senarum, & quemlibet, & quodlibet eorum, singula singulis referendo, ipsorumque Procuratores, & Sindicos in Causa dicti Compromissi intervenientes per Vos Dominos Arbitros, & Arbitratores condemnari, cogi, & compelli ad observationem, solutionem, & integram satisfactionem omnium prædictorum, & in dicta alia eorum petitione contentorum; declarantes se esse una, & integra, solutione, & satisfactione contentos. Reservantes sibi dictis nominibus potestatem addendi, minuendi, mutandi, & corrigendi, prout sibi de jure competit. Protestantes, quod se non astringunt ad aliquam probationem superfluam.

Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo die 9. Januarii deposita &c. per dictos Dominos Sindicos, Procuratores, & Ambasiatores dictis nominibus.

Instrumentum Pactorum, & Conventionum etiam de ratificando Compromissum &c. factorum perdictos Sindicos, & Procuratores, & Ducem, ac Commune Januæ.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Ejusdem Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione quarta decima secundum Cursum Januæ, die Jovis vigesima octava Mensis Decembris, hora paulo post horam quartam Noctis tempore, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Bonifatii divina Providentia Papæ Noni Anno tertio.

Spectabilis, & Egregius Miles Dominus Nicolaus Spinellus Comes Yohiæ, & Regni Siciliæ Cancellarius & spectabilis, & Egregius Miles Dominus Gulielmus de Bevilaquis filius quondam Domini Francisci Militis Consiliarii, & Procuratores Illustris Principis, & Magnifici & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum, Domini Mediolani &c Imperialis Vicarii Generalis ad infrascripta omnia, & singula facienda, gerenda, & exercenda solemniter constituti, ut constare vidimus Nos Notarii infrascripti publicis Instrumentis Procuratoriis fieri rogatis, uno videlicet manu Domini Johannis de Oliariis Notarii, & Civis Papiensis facto in personam suprascripti spectabilis Militis Domini Nicolai anno proxime præterito indictione quarta Decima, secundum Cursum Civitatis Papiæ, die secundo Mensis præsentis Decembris, alio facto in personam præfati spectabilis Militis Domini Gulielmi fieri rogato manu Cattelani de Christianis Notarii Civis Papiensis, filii quondam Domini Franceschini Juris Periti anno proximo præterito, Indictione decima quarta, die Lunæ trigesimo Mensis Octobris, procuratoriis nominibus præfati Illustris Domini Johannis Galeaz, & pro ipso Domino Johanne Galeaz, ejusque filiis, hæredibus, ac etiam nomine, & vice Adhærentium, Complicum, Vallitorum, & Sequacium, Recommendatorum, & Benevolorum, ac Subditorum præfati Domini Domini Johannis Galeaz. ANNO 1392.

Et spectabilis, & Egregius Miles Dominus Filippus de la Molza, & sapiens Vir Dominus Johannes de Bobio, Juris Utriusque Doctor, Procuratores Excelsi, & Magnifici Domini Domini Francisci de Gonzaga Domini Mantuæ Imperialis Vicarii Generalis ad infrascripta omnia & singula facienda, gerenda, & exercenda solemniter constituti, ut constare vidimus publico Instrumento dictæ Procurationis fieri rogato manu Jacob de Falconibus Notarii & Civis Mantuæ Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quarta decima secundum cursum Civitatis Mantuæ, die Jovis, quarto decimo Mensis Novembris, nomine, & vice dicti Magnifici Domini Domini Francisci Domini Mantuæ, ejusque Adhærentium, Complicum, Colligatorum, Vassallorum, Sequacium, Recommendatorum, Benevolorum, & Subditorum.

Et spectabilis Miles Dominus Nicolaus de Ballionibus Legum Doctor, & Nobilis ac Circumspectus Vir Dominus Ugolinus Cechini honorabiles Cives Perusii Sindici & Procuratores Magnificæ Communitatis, hominum, Populi, & Universitatis prædictæ Magnificæ Civitatis Perusii, & ad infrascripta omnia, & singula facienda, gerenda, & exercenda solemniter constituti, ut constare vidimus publico Instrumento dicti sindicatus fieri rogato manu Johannis quondam Magistri Feji de Perusio Notarii Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quarta decima secundum stillum Civitatis Perusii, die undecima Mensis Novembris, nomine, & vice prædictæ Communitatis Populi, & Universitatis Civitatis Perusii, ac etiam nomine, & vice omnium, & singulorum Adhærentium, Complicum, Vallitorum, Colligatorum, Benevolorum, Sequacium, Recommendatorum, Vassallorum, & Subditorum dictæ Civitatis Perusii.

Et Nobilis, & Princeps Vir Battista Mini Cassini de Piccolominibus Civis Senensis, Sindicus, & Procurator Magnificæ Communitatis, Hominum, Populi, & Universitatis Magnificæ Communitatis Senarum ad hæc infrascripta omnia, & singula facienda gerenda, & exercenda solemniter constitutus, ut constare vidimus publico Instrumento Sindicatus, & Procurationis scripto manu Andreæ quondam Justi Censi de Vulterris Notarii, Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione decima quarta, die duodecimo Mensis Novembris nomine, & vice dictæ Communitatis, Populi, & Universitatis Civitatis Senarum, ac nomine, & vice omnium, & singulorum Adhærentium, Colligatorum, Benevolorum, Complicium, Vallitorum, sequacium, Recommendatorum, Vassallorum, & Subditorum dictæ Civitatis Senarum.

Et quilibet ex ipsis Procuratoribus, & Sindicis nomine, & nominibus, quo, & quibus supra ex una, sive pluribus partibus, protestatione præmissa in principio, medio, & fine præsentis Instrumenti per suprascriptos, & infrascriptos Sindicos, & Procuratores dictis, & infrascriptis modis, & nominibus, quod per adjectionem, vel expressionem alicujus Cognominis, vel qualitatis, aut Dominationis, vel dignitatis factam in præsenti Instrumento de aliquo ex supra, vel infrascriptis Contrahentibus, seu Partibus, nulla probatio sumi possit, vel aliquod præjuditium generetur dictis Partibus, nec alicui ipsarum ex ipsis Partibus.

Et Egregii ac spectabiles Vlri Dominus Filippus Domini Allemani Miles de Adimaribus, Dominus Ludovicus Domini Francisci de Albergottis Legum Doctor, & Guido quondam Domini Thomasii, Cives honorabiles Florentini Sindici, & Procuratores, ac Nuntii speciales Magnifici, & Excelsi Communis Florentiæ, ad infrascripta & alia a dicto Communi legitime constituti, & ordinati, de quorum sindicatu, & mandato constare vidimus publico Instrumento in-

ANNO 1392. inde confecto manu Prudentis Viri Ser Viviani Nerii Notarii publici Florentini & Scribæ Reformationum, & ſtatutorum Populi, & Communis Florentiæ, ac etiam manu Ser Ugolini Perucii Notarii Florentini Anno ab Incarnatione Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo primo, Indictione quinta decima, die octava Menſis præſentis Decembris, ſindicario, & procuratorio nomine dicti Magnifici Populi, & Communis Florentiæ, & pro Civitatibus, Caſtris, Fortilitiis, Terris, & locis dicti Communis, & ſeu quæ per dictum Commune tenentur vel poſſidentur & earum Civibus, & Comitativis, & ejusdem Communis Florentiæ Subditis quibuscunque. Ac etiam vice, & nomine omnium, & ſingulorum ejusdem Communis Florentiæ Adhærentium, Complicum, & Sequacium.

Et Egregius Legum Doctor Dominus Thomaſius de Sancto Johanne, & Sapiens Vir Andalo de Bentevogliis, Cives honorabiles Bononienſes, Sindici, & Procuratores Magnifici & Potentis Communis Bononiæ ad infraſcripta & alia per dictum Commune Bononiæ legitime conſtituri, & ordinati, de quorum ſindicatu, & Mandato conſtare vidimus publico Inſtrumento inde confecto manu Ser Filippi Angellini olim Filippi de Marſiliis Notarii Bononienſis, Anno a Nativitate Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo primo, Indictione quarta Decima, die vigeſimo ſexto Menſis Auguſti, ſindicario, & procuratorio Nomine dicti Magnifici Communis Bononiæ, & pro ejus Civibus, Comitativis, & diſtrictualibus, & pro Caſtris, Fortilitiis, Terris, & locis dicti Communis, & ſeu quæ per dictum Commune tenentur, vel poſſidentur, & ejus Communis Subditis quibuscunque, ac etiam vice & geſtorio, nomine omnium, & ſingulorum ejusdem Communis Bononiæ Colligatorum, Adhærentium, Complicum, Sequacium vel Subditorum.

Et Egregii Viri Dominus Michael quondam Antonii de Rabaſta Cives Florentinus, Miles ſtrenuus, & Dominus Franciſcus de Conſelvis de Padua Legum Doctor, Procuratores, & Nuntii Spetiales Magnifici & excelſi Domini Franciſci Junioris de Carraria Paduæ, eique ab ipſo Magnifico Domino Franciſco ad infraſcripta, & alia legitime conſtituti, & ordinati, ut de eorum Procuratione & Mandato conſtare vidimus publico Inſtrumento inde confecto manu Ser Johannis Francisci quondam Nicolai Civis Paduani Notarii Anno a Nativitate Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo primo, Indictione X^ma. quarta, die Veneris decimo octavo Menſis Auguſti, Procuratorio nomine dicti Magnifici Domini Franciſci, & prò ejus Civibus, Comitativis, & diſtrictualibus, & prò Caſtris, Fortilitiis, Terris, & locis dicti Domini Franciſci, & ſeu quæ per dictum Dominum Franciſcum tenentur, ſeu poſſidentur, & ejusdem Domini Franciſci Subditis quibuscunque, ac etiam vice & geſtorio nomine ſuorum Adhærentium, Complicum, Sequatium, Recommendatorum, vel Subditorum. Omnes ſimul Sindici, & Procuratores predicti, dictis modis, & nominibus ex parte, & prò parte altera facientes omnia infraſcripta ex certa ſcientia, & non per erorem, & proteſtatione præmiſſa per dictos Procuratores, & Sindicos, & Mandatarios utriuſque Partium in principio, medio, & fine præſentis Contractus, quod vigore predictorum, vel infraſcriptorum non intendunt ſuas perſonas, vel eorum bona propria, aut Jura modo aliquo obligare, ſed ſolum, & dumtaxat eorum Dominos, & Conſtituentes, prò quibus agunt.

Attendentes, quod ipſi dictis nominibus fecerunt Compromiſſum hodie paulo ante Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum Ricardum Carazolum de Neapoli Sacræ Domus Hoſpitalis Sancti Johannis Hyeroſolimitani generalem Magiſtrum, & Apoſtolicæ Sedis Nuntium, & Illuſtrem, & Magnificum Dominum Dominum Anthoniottum Adurnum Dei Gratia Januenſium Ducem tamquam in privatam perſonam, nec non in Magnificam Communitatem Januæ, ſeu loco ipſius Communitatis illum, vel illos qui eligentur per dictam Communitatem, ſeu Repreſentantes ipſam Communitatem ad dictum Compromiſſum, & omnia, quæ ſequentur ex eo, ſuper discordiis, & aliis in dicto Compromiſſo contentis; Et volentes eſſe cauti de conſervatione Pacis, Deo prævio, faciendæ, quod ſententia, ſeu ſententiæ, Arbitramenta, & Mandata per ipſos Reverendiſſimum, & Magnificos Dominos Arbitros ferendæ, ferenda, & fienda obſerventur. Conſiderantes hanc eſſe rectam viam pro obſervatione Pacis. Supradicti Domini Procuratores, & Sindici nominibus antedictis cum inſtantia requiſiverunt præfatos Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum Ricardum Magnificum Hoſpitalis Sancti Johannis Hyeroſolimitani Generalem, & Illuſtrem & Magnificum Dominum Dominum Anthoniottum Adurnum Januenſium Ducem &c. ſuo proprio nomine, ac ipſum Magnificum Dominum Anthoniottum Ducem Januæ & Conſilium quindecim Antianorum repreſentantem Communitatem Januæ, ut infra, videlicet. Quod ſi aliquo tempore aliqua dictarum Partium, vel aliquis ex dictis Partibus contraveniret Sententiis, vel Arbitramentis ferendis per ſupradictos Dominos Arbitros, Arbitratores, & Amicabiles Compoſitores, vel alicui ipſarum, vel ipſorum, Ipſe Magnificus Dominus Anthoniottus ſuo proprio nomine, & etiam ipſe Magnificus Dominus Anthoniottus Dux, Conſilium, & Communitas Januæ ſint, & eſſe vellent in favorem Partis, & illis, cui foret contrafactum, contra contrafacientem, ſeu contrafacientes, & prædicta non obſervantem, ſeu non obſervantes, & ipſum, ſeu ipſos cui, vel quibus foret contrafactum, juvare toto poſſe, & bona fide tam per guerram, quam aliter, & quod ipſi Reverendiſſimus Dominus Ricardus Magiſter & Magnificus Dominus Antoniottus privato ſuo nomine, & tamquam Dux, & Conſilium, repreſentantes Communitatem Januæ velint eſſe Judices Contrafactionum ſi caſus eveniret, ipſis tribus exiſtentibus concordibus, & quod ipſi Magnificus Dominus Anthoniottus Dux, & Communitas ſint Executores pænarum in dicto Compromiſſo appoſitarum in caſu contrafactionis, & declarationis, ut ſupra, cum hac additione, & conditione, quod ſi dictus Reverendiſſimus Dominus Ricardus Magiſter non adeſſet in Civitate Januæ, debeat requiri a prefatis Magnifico Domino Duce, & Communitate, & ſi non veniret infra Menſes duos poſſit, elligere alium loco ſui, qui electus in omnibus, & ſingulis teneat, & habeat vices ſuas, & in caſu, quo prefatus Reverendiſſimus Dominus Ricardus Magiſter nollet, vel non poſſet venire, & non elligeret aliquem loco ſui, ut ſuperius dictum eſt; vel ſi contingeret, quod abſit, ipſum decedere, quod dictis caſibus, & quolibet predictorum pro tertio, loco Reverendiſſimi Domini Ricardi Magiſtri, cum poteſtatibus ſit datus prefato Reverendiſſimo Ricardo Magiſtro ille, quem ellegerit ad hoc Sanctiſſimus, ac Beatiſſimus Dominus Noſter Bonifatius Papa Nonus. Qui ſupradicti Reverendiſſimus Dominus Ricardus Magiſter, & Magnificus Dominus Antonius ſuo privato nomine, & ipſe tamquam Dux, & ſuum Conſilium Antianorum repreſentantes Communitatem Januæ, annuentes dictæ requiſitioni prædicta acceptaverunt, & promiſerunt dictis Procuratoribus, & Sindicis præſentibus, & dictis Procuratoriis, & Sindicariis nominibus recipientibus, ac ad Sancta Dei Evangelia juraverunt, videlicet ipſe Reverendiſſimus Dominus Magiſter ſuper Crucem, quam geſtat ſuper Pectus, & dictus Dominus Dux, & Conſilium prò ipſa Communitate, tactis corporaliter ſcripturis, recte, & juſte ſecundum eorum conſcientiam judicare in caſu contrafactionis, quod abſit; & ipſe Magnificus Dominus Antoniottus privato ſuo nomine, & etiam ipſe tamquam Dux, & Conſilium repreſentantes Communitatis Januæ juvare toto poſſe, & bona fide Partem, & illum, cui foret contrafactum contra Partem contrafacientem, ſeu contrafacientes, ſalvo, & reſervato, quod ſi per Partem contrafacientem Parti, vel illi ex Parte, cui foret contrafactum, Arbitrio ipſorum Dominorum Arbitrorum, & Conſervatorum Pacis, & Sententiarum in concordio ut ſupra, & cum conditione utſupra, quod Reverendiſſimus Dominus Ricardus Magiſter abſens poſſit elligere alium loco ſui, quo caſu ſatisfactionis utſupra, non intelligatur rupta pax, vel contraventum Arbitramentis, ſive ſententiæ, vel ſententiis, nec pænæ commiſſæ.

Et ex dicta cauſa prefati ſpectabiles, & Egregii Domini omnes Procuratores, & Sindici dictis Procuratoriis, & Sindicariis nominibus promiſerunt prefato Magnifico Domino Antoniotto ſuo privato nomine, & etiam tamquam Duci, & dicto Conſilio Antianorum repreſentantibus Communitatem Januæ. Et ad cautelam nobis Notariis infraſcriptis uti publicis perſonis ſtipulantibus, & recipientibus nomine, & vice dicti Domini Anthoniotti Ducis, & Com-

ANNO 1392.

ANNO 1392. Communitatis Januæ quod si aliqua dictarum Partium, vel aliquis ex dictis partibus faceret quæstionem, litem, seu guerram publice, vel occulte prædictis Domino Antoniotto Duci, seu Communitati Januæ conjunctim, vel divisim, seu ipsi Domino Antoniotto uti privato, quod ulla Pars, & quilibet ex dictis partibus juvabunt toto posse, & bona fide ipsos Magnificum Dominum Antoniottum, Ducem, & Communitatem Januæ tam conjunctim, quam divisim, & ipsum Dominum Antoniottum tamquam privatam personam, & faciet, & facient guerram alteri Parti, vel illi ex dictis partibus, qui prædicta facerent, semper ad requisitionem ipsorum Magnifici Domini Antoniotti Ducis, & Communitatis Januæ conjunctim, vel divisim, & ipsius Domini Antoniotti tantum, & prædictis casibus, si expediret eundem Magnificum Dominum Ducem & Communitatem Januæ, seu ipsum Dominum Antoniottum ut privatam personam facere, vel habere guerram, cum aliqua dictarum Partium, vel aliquo ex dictis Partibus, alia Pars teneatur contribuere, & dari omni anno ipsi Magnifico Domino Antoniotto Duci, & Communitati Januæ, & ipsi Domino Antoniotto ut privato Florenos octuaginta Millia auri boni, & justi ponderis pro guerra facienda, & ultra juvare toto posse, & bona fide ipsos Magnificum Dominum Antoniottum Ducem, & Communitatem Januæ conjunctim, & divisim ut supra, & ipsum Dominum Antoniottum ut privatam personam, & non facere pacem, aut Treuguam sine voluntate, & consensu ipsorum Magnifici Domini Antoniotti Ducis, & Communitatis Januæ, nec ipsius Domini Antoniotti ut privati, ipsis Magnifico Domino Autoniotto Duce, & Communitate Januæ, nec ipsius Domini Antoniotti ut privati, ipsis Magnifico Domino Antoniotto Duce, & Communitate Januæ, sive ipso Magnifico Domino Antoniotto privato nomine non volentibus Pacem, seu Treuguam facere, versa vice, sine consensu, & voluntate prædictorum. Quæ omnia, & singula suprædicti dictis nominibus promiserunt, & solemniter convenerunt Nobis Notariis infrascriptis ut publicis personis officio publico stipulantibus, & recipientibus, vice, & nomine dictorum Magnifici Domini Ducis, Consilii, & Communis Januæ, & cujus, & quorum interest, vel interesse posset; Et ad cautelam juraverunt ad Sancta Dei Evangelia tactis scripturis in animas dictorum, quorum nominibus agunt, habere perpetuo, & tenere rata, grata, & firma, attendere, & implere, & observare, & contra non facere, vel venire aliqua ratione, causa, modo, vel ingenio quæ dici, vel excogitari posset, de jure, vel de facto, sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum ipsorum Procuratorum, & Sindicorum nominibus suprædictis, sive ipsorum Dominorum & Communium constituentium prædictorum. Renunciantes prædicti omnes promittentes nominibus sepedictis exceptioni rei sic ut supra non gestæ, vel aliter se habentis, doli mali, infactum actioni, conditioni, causa metus, vel ex injusta causa, & omnibus Juribus, exceptionibus, & deffensionibus tam canonicis quam Civilibus, propter quæ prædicta, seu aliquod prædictorum possent aliquo modo infringi, impugnari, seu annullari de jure, vel de facto.

Promiserunt insuper, & convenerunt dicti Procuratores, & Sindici, & quilibet eorum dictis Nominibus, & quolibet ipsorum facere, & curare ita, & taliter, quod per eorum superiores, seu Constituentes prædictos, quorum nominibus agunt, ratificabuntur, approbabuntur, & confirmabuntur omnia, & singula in præsenti Instrumento contenta per aliud, vel alia publicum Instrumentum, seu publica Instrumenta infra tempora infrascripta, videlicet per præfatum Illustrem Dominum Comitem Virtutum Dominum Mediolani &c, & per Magnificum Commune Florentiæ, sive illud representantes infra medium Mensem Januarii proxime venturum, & per reliquos omnes alios suprædictos hinc ad per totum dictum proximum Mensem Januarii.

Nomina Antianorum Consilii præfati Magnifici Domini Ducis, & Communis Januæ qui prædictis adfuerunt, sunt hæc —— Jullianus de Castro Prior, Dominus Magister Andreas de Petra lata Phisicus. Petrus Marescalcus. Simon Meriga. Vesconte Malla Gamba. Michael Vialis. Antonius Dragus. Ricardus Marinus. Antonius de Carlio. Nicola de Canitia. Bertonus Rubeus. Jacobus de Cambio. Antonius de Paccerio. Christophorus de Præmontorio, & Quilicus Tiracius.

De quibus omnibus suprædictis, Omnes promittentes prædicti nominibus, quibus supra mandaverunt, & voluerunt confici debere plura publica Instrumenta ejusdem continentiæ, & tenoris per Nicolaum Jacobi de Damiano de Neapoli Secretarium suprascripti Reverentissimi Domini Magistri, & Cattalanum de Christianis Civem Papiensem Notarium præfati Illustris Domini Mediolani, Lappum Maccii Civem Florentinum, Filippum Angeli de Marsiliis de Bononia, Johannem Franciscum Nicolai de Padua, & Antonium de Credentia Civem Januensem Cancellarium dicti Domini Ducis quondam Conradi Notarios publicos, & quemlibet Nostrum in solidum. Acta fuerunt prædicta Januæ in Sala Nova Magnifica Palatii Ducalis Communis Januæ, præsentibus testibus ad hæc vocatis, specialiter & rogatis, Reverendo in Christo Patre Domino Fratre Raimundo Ordinis Prædicatorum Generali Magistro Venerabili, Viro Domino Fratre Antonio de Grimaldis Ordinis Sancti Johannis Hyerosolimitani Priore Lombardiæ, Nobili, & Egregio Viro Domino Thoma de Spina Legum Doctore, Vicario præfati Magnifici Domini Ducis, Domino Benedicto de Lanfreducciis de Pisis Legum Doctore, Conrado Mazuno Notario, & Communis Januæ Cancellario, Georgio Stella Notario, Johanne Stella Notario, Antonio de Sancte Nazario Notario Civibus Januæ, & pluribus aliis.

ANNO 1392.

Potestas data per Consilium Communis Florentiæ constituendi Sindicum.

In Dei Nomine Amen. Anno Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quarta Decima secundum cursum & morem Florentinorum, tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Bonifacii Divina Providentia Papæ Noni, die vigesimo octavo Mensis Augusti.

Hæreditatem Domini Nostri Jesu Christi, quæ Pax est, nedum fugientes, sed ipsam omni studio, & pacifico, & etiam bellico omnique tempore prosequentes Magnifici Domini Domini Priores Artium, & Vexilifer Justiciæ, Populi, & Communis Florentiæ, habita super hiis omnibus, & singulis ad invicem una cum Officio Confaloneriorum Societatum Populi, & cum Officio duodecim bonorum Virorum Communis prædicti deliberatione solemni, & demum, & sine temporis intervallo inter omnes ipsos Dominos Priores & Vexiliferum Justitiæ, & Confalonerios Societatum Populi, & duodecim bonos Viros, quorum omnium numerus est triginta septem in sufficientibus numeris invicem congregatos in Palatio Populi Florentini residentiæ dictorum Dominorum Priorum, Vexiliferi Justitiæ, præmisso, & celebrato solemni, & secreto scrutinio & obtento Partito ad Fabas nigras, & albas per triginta quinque ex ipsis triginta septem repertas dedisse, & reddidisse Fabas nigras pro sic ut est moris, & in omnibus secundum Ordinamenta dicti Communis, & successive sine temporis intervallo, & antequam ad alium actum deverterent, habita iterum super hiis omnibus deliberatione cum ipsis Officiis Confaloneriorum Societatum Populi, & duodecim bonorum Virorum Communis prædicti, & cum Capitaneis Partis Gelfæ, & cum decem Officialibus libertatis dicti Communis, & cum sex Consiliariis Mercantiæ, & Universitatis Mercatorum Civitatis Florentiæ, & etiam cum tribus Civibus de, & pro quolibet Confaloneriorum ipsius Civitatis secundum Ordinamenta dicti Communis, & cum duobus Consulibus de, & pro qualibet Arte Civitatis prædictæ, & inter ipsos omnes, in sufficientibus numeris invicem congregatos in Palatio suprædicto pro infrascriptis & super infrascriptis, præmisso, & celebrato solemni, & secreto scrutinio, & obtento partito ad Fabas nigras, & albas, ut est moris, & per numerum sufficientem, & requisitum in omnibus, & per omnia secundum Ordinamenta dicti Communis, & ipsorum Ordinamentorum in omnibus forma observata solemniter omni modo, via, & forma, quibus melius, & efficatius potuerunt, & pro utilitate Reipublicæ Florentinorum providerunt, deliberaverunt, & disposuerunt. Quod Domini Priores Artium, & Vexilifer Justitiæ Populi, & Communis Florentiæ præsentes, & similiter successive, & qui infrascripto tempore fuerint una cum Officiis Confaloneriorum Societatum Populi, & duodecim bonorum Virorum Communis prædicti, & seu duæ Partes omnium ipsorum aliis etiam absentibus, & requisitis, non acceptantibus

ANNO 1392. bus, mortuis, vel remotis, aut contradicentibus, vel quomodolibet impeditis possint, hinc ad quatuor Menses a die præsenti proxime sequturos, & infra ipsum tempus semel, & pluries, & quotiescunque pro Populo, & Communi Florentiæ, & ejus vice, & nomine, & etiam pro Subditis, & obedientibus, Adhærentibus, Complicibus, Sequacibus, & Recommendatis dicti Communis, & pro Civitatibus, Terris, & Locis, in quibus dictum Commune Florentiæ habet præheminentiam, vel Custodiam, aut Jurisdictionem, & pro aliis de quibus eis videretur, aut vellent facere, & constituere, quem & seu quos, & quot, & quotiens voluerint Sindicum, & seu Sindicos, & pro Sindico, & seu Sindicis dicti Populi, & Communis, & etiam si voluerint quemlibet in solidum, ad tractandum, iniendum, faciendum, concludendum & firmandum Pacem, & quamlibet Injuriam, & Offensionem, remissionem cum Magnifico Domino Domino Johanne Galeaz Vicecomite, & Comite Virtutum &c, & cum quocunque, seu quibuscunque ejus Mandatorio, vel Mandatariis ab ipso Mandatum habente vel habentibus, cum Commune Civitatis Senarum, & cum quibuscunque ipsius Domini Johannis Comitis Colligatis, Confæderatis, & ipsius, & eorum Adhærentibus, Subditis, Complicibus, & Recommendatis, & Sequacibus & quolibet modo, & nomine in prædictis, & etiam cum quibuscunque, qui in præsenti guerra intervenerint, & contra dictum Commune Florentiæ, aut alios de sua parte, & cum quibuscunque aliis, de quibus, & prout, & sicut Sindico, vel Sindicis dederint, seu comisserint in Mandatis, etiam de quibuscunque Injuriis, Offensionibus, & damnis præsentis guerræ, & seu in ea, vel ejus occasione factis, & faciendis etiam quantumcunque gravibus, vel gravissimis remittendis, & liberandis. Et possint hujusmodi Sindico, & seu Sindicis, & cuicunque, & quibuscunque ex eis etiam in solidum dare, & concedere semel, & pluries quotiescunque, & pro eo tempore, & temporibus, quo, & quibus, & prout, & sicut voluerint illud Mandatum, & illa Mandata, & duraturum, & duratura, si voluerint, ultra dictum tempus in Sindicum, vel Sindicos constituendos cum illis Partibus, effectibus, Capitulis, modis, tenoribus, formis, & conditionibus, de quibus, & prout, & quotiens voluerint. Et pro prædictis, & quolibet prædictorum, & dependentibus, & connexis. Et pro omni, & qualibet eorum observantia, & firmitate possint obligare, & obligari facere dictum Commune Florentiæ, & ejus Subditos, Recommendatos, Sequaces, Complices, & Obedientes, & bona quæcunque præsentia, & futura, & pro prædictis, super prædictis, & de prædictis, circa prædicta, & quodlibet prædictorum & pro dependentibus, & connexis, & pro inde secuturis, & prædictorum, & cujuscunque eorum occasione, & causa, & pro conclusione, & perfectione, & observantia dictæ Pacis, & prædictorum possint fieri facere, & celebrari, & in Mandato quocunque concedere, quod fiant, & fieri possint, & celebrari Instrumentum, & Instrumenta, quæ, & quot, & quotiens, & prout voluerint, cum illis Mandatis, Partibus, Capitulis, effectibus, tenoribus, formis, articulis, modis, & conditionibus, de quibus, & quotiens, & prout, & quemadmodum voluerint, & etiam possint, durante dicto tempore quatuor Mensium simul, & seu divisim, & semel, seu pluries ratificare, & approbare quamlibet pacem prædictam, & alia quæcunque, quæ pro prædictis, vel aliquo prædictorum fierent, & seu facta quomodocunque fuerint, per quemcunque, seu quoscunque Sindicum vel Sindicos, qui pro prædictis constitutus, vel constituti fuerint. Et insuper habeant, & habere intelligantur Ipsi Domini Priores, & Vexilifer Justitiæ præsentes, & similiter succesive qui pro tempore fuerint una cum dictis Officiis Confaloneriorum, Societatum Populi, & duodecim bonorum Virorum pro tempore existentibus, & seu duæ Partes omnium ipsorum, durante dicto tempore quatuor Mensium pro dicta Pace facienda, firmanda, & observanda, & aliis prædictis faciendis, & pro prædictis, & quolibet prædictorum, & pro eorum, & cujuscunque eorum executione, expeditione, firmitate, conclusione, observantia, effectu, & efficacia, & pro hiis, quæ pro prædictis & quolibet & seu aliquo prædictorum eis, vel duabus partibus eorum utilia, aut quomodolibet expedientia videbuntur, etiam quantumcunque essent, seu fuerint gravia, vel gravissima, & seu etiam si expressione, vel concessione expressa egerent, plenam, liberam, & plenissimam auctoritatem & potestatem in omnibus, & quoad omnia, & omnes, & singulos, & quam, & prout habet totus Populus, & Commune Florentiæ, & more solito providerunt, ordinaverunt, & deliberaverunt supradicti, deliberantes, quod prædicta per eos ordinata, provisa, & deliberata, & facta proponantur in Consilio Domini Capitanei, & Populi Florentini, & succesive in Consilio Domini Potestatis & Communis prædicti, & per ipsa Consilia approbentur, & firmentur. ANNO 1392.

Acta fuerunt prædicta in Civitate Florentiæ in Palatio supradicto, Præsentibus Prudentibus Viris Ser Colucio Pieri Notario, & Cancellario Communis Florentiæ, Ser Paulo, Ser Guidonis Notario Florentino, & Fratre Georgio Nutti Converso Monasterii Sancti Salvatoris de Septimo, testibus ad prædicta adhibitis, & vocatis.

Item, dictis Anno, Indictione, & die in Consilio Domini Capitanei, & Populi Florentini Mandato Nobilis, & Potentis Militis, Domini Jacobi Gradenicho de Venetiis, Populi Civitatis Florentiæ honorabilis Capitanei, præcona Convocatione Campanæque, sonitu in Palatio Populi Florentiæ more solito, & in omnibus secundum Ordinamenta dicti Communis, & in numero opportuno, & requisito congregato, præsentibus, volentibus, & consentientibus supradictis Magnificis Dominis Dominis Prioribus Artium, & Vexilifero Justitiæ Populi, & Communis Florentiæ, & facta proposita & observatis solemnitatibus observari debitis, & requisitis secundum formam, & exigentiam Ordinamentorum dicti Populi, & Communis Florentiæ totaliter approbata, admissa, deliberata, & acceptata, & firmata fuit suprascripta Provisio, & omnia, & singula suprascripta, & in ea contenta, facta, edita & disposita per supradictos Dominos Priores, & Vexiliferum, Confalonerios Societatum Populi, & duodecim bonos Viros Communis Florentiæ, & alios supradictos, & de quibus supra, & in provisione prædicta fit mentio. Et provisum, & deliberatum fuit in dicto Consilio, & per ipsum Consilium, & ejus Consiliarios, quod prædicta omnia, & singula suprascripta, & quodlibet eorum procedant, admittantur, firmentur & fiant, & firma, & stabilita esse intelligantur, & sint, & observentur, & observari possint, & debeant, & executioni mandari, & concessa, & attributa fuit auctoritas, & potestas prædicta in omnibus, & per omnia, secundum quod & prout, & quemadmodum in suprascripta provisione continetur, legitur, habetur, & scriptum &c.

Acta fuerunt prædicta Florentiæ in Palatio Populi Florentini Præsentibus testibus Lupicino Gualberti, Losterio Varis, Mattheo Marci, & Bello Jacobi Civibus Florentinis ad prædicta adhibitis, & vocatis.

Item, dictis Anno, & Indictione, die vigesimo nono dicti Mensis Augusti in Consilio Domini Potestatis & Communis Florentiæ, Mandato Nobilis, & Porentis Militis Domini Bonifacii de Coppis de Montesalco, & Civitatis, & Communis Florentiæ honorabilis Potestatis præcona Convocatione, Campanæque sonitu in Palatio Populi Florentiæ more solito congregato, & in omnibus secundum Ordinamenta dicti Communis, & in numero oportuno requisito, præsentibus, volentibus, & consentientibus supradictis Magnificis Dominis Dominis Prioribus Artium, & Vexilifero Justitiæ Populi, & Communis Florentiæ, & facta proposita, & observatis solemnitatibus observari debitis, & requisitis secundum formam & exigentiam Ordinamentorum dicti Populi, & Communis Florentiæ totaliter approbata, admissa, deliberata, & acceptata, & firmata fuit suprascripta Provisio, & omnia, & singula suprascripta, & in ea contenta, facta, edita, & disposita per supradictos Dominos Priores, & Vexiliferum, Confalonerios Societatum Populi, & duodecim bonos Viros Communis Florentiæ, & alios supradictos, & de quibus supra in provisione prædicta fit mentio. Et provisum, & deliberatum fuit in dicto Consilio, & per ipsum Consilium, & ejus Consiliarios, quod prædicta omnia, & singula suprascripta, & quodlibet eorum procedant, admittantur, firmentur, & fiant, & firma, & stabilita esse intelligantur, & sint, & observentur, & observari possint, & debeant, & executioni mandari, & concessa, & attributa fuit auctoritas, & potestas prædicta, & in omnibus, & per omnia secundum quod, & prout, & quemadmodum in suprascripta provisione continetur, legitur, habetur, & scriptum est.

Acta

ANNO 1392. Acta fuerunt predicta in Civitate Florentiæ in Palatio ſupradicto. Præſentibus Bono Selamie, Nicolao Pauli, Franciſco Dominici, & Hieronimo Migli, Civibus Florentinis, ad predicta adhibitis, & vocatis.

Ego Dinus quondam Ser Scarſagni, Ser Dini de Porto, Civis Florentinus, Imperiali auctoritate Judex ordinarius, atque Notarius publicus, & tunc coadjutor Providi Viri Ser Viviani Nerrii Civis Florentinus. Notarii, ſcribæ Reformationum Conſiliorum Populi, & Communis Florentiæ, predicta omnia, & ſingula rogata, & imbreviata per dictum Ser Vivianum ex reformationibus, & Libris reformationum Populi, & Communis predicti in Palatio ſupradicto penes dictum Ser Vivianum exiſtentibus, vigore commiſſionis per eum mihi factæ, ſumpſi, ſcripſi, & publicavi, Ideoque me ſubſcripſi, & ſignum meum appoſui conſuetum.

Ego Vivianus quondam Nerii Viviani de Sambuco, Civis Florentinus, Imperiali auctoritate Judex ordinarius, publicusque Notarius, & tunc Scriba Reformationum Conſiliorum Populi, & Communis Florentiæ prædictis omnibus ſupraſcriptis, & infraſcriptis, & publicatis per Dynum Notarium ſupraſcriptum Coadjutorem meum, dum agerentur, rogatus interfui, & ea rogavi, & imbreviavi, & ex Regiſtris ſolito more ſumenda, ſcribenda, & publicanda ipſi Dino Notario comiſi. Ideo me ſubſcripſi, & cum meo ſolito ſigno ſignavi.

Inſtrumentum Sindicatus Florentinorum.

In Dei Nomine Amen. Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo trecenteſimo nonageſimo primo, Indictione quintadecima ſecundum curſum, & morem Florentinorum, tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Bonifatii Divina Providentia Papæ Noni, die Octavo menſis Octobris, Magnifici & Potentes Domini Domini Priores Artium, & Vexilifer Juſtitiæ Populi, & Comunis Florentiæ una cum Offitiis Conſaloneriorum Societatum Populi, & duodecim bonorum Virorum Comunis predicti invicem in numeris ſufficientibus, videlicet exiſtentes duæ Partes eorum, & ultra cujuslibet ex dictis Offitiis congregati, & ſimul conſtituti in Palatio Populi Florentini, ut moris eſt, & habentes ad infraſcripta auctoritatem, & poteſtatem, eis legitime & ſolemniter conceſſam a Conciliis opportunis dicti Populi, & Comunis per Provixionem in ipſis Conſiliis ſolemniter approbatam de menſe Auguſti proxime præſenti, & ſecundum quod in effectu in ipſa Provixione continetur, de qua Provixione rogatus fui conficere, & confeci Ego Vivianus Notarius in forma publica Inſtrumentum, intellecto maxime, quod contra mandatum alias de Menſe Auguſti proxime præteriti conceſſum, infraſcriptis Sindicis per Partem adverſam aliquid objicitur, preſertim circa auctoritatem compromittendi, & cum ipſi Conſtituentes bona fide negent, nec velint, ut in Jure ſcribitur, in talibus de Juris apicibus disputare, ſeu maxime ad tollendum omne dubium, novum Mandatum concedere, & ejus tenorem quaſi ſaltem in pluribus cum forma Mandati alterius Partis conformare: Ideo vigore auctoritatis, & poteſtatis eis conceſſæ per proviſionem predictam, & omni modo, via, & forma quibus melius, & efficatius potuerunt, habito ſuper hiis ad invicem coloquio, & tractatu, & demum inter ipſos Dominos Priores, & Vexiliferum Juſtitiæ, & Conſalonerios Societatum Populi, & duodecim bonos Viros, præmiſſo, & celebrato ſolemni, & ſecreto Scrutinio, & obtento Partito ad Fabas nigras, & albas, ut moris eſt, & ſine ordine dicti Communis, & obſervatis in hiis omnibus debitis, & ſolitis obſervari, vice, & nomine dicti populi, & prò ipſo Populo, & Communi, & pro omnibus, & ſingulis ſuis Subditis, obedientibus, ſequacibus, Complicibus Recommendatis, & Adhærentibus, & omnibus, & ſingulis Civitatibus, Terris, & Locis, in quibus dictum Commune habet præheminentiam, vel Cuſtodiam, & prò quolibet alio, prò quo dictum Commune Florentiæ agere, vel intervenire habet, & quolibet nomine predictorum, in ſolidum fecerunt, & conſtituerunt Nobiles, & Prudentes Viros Dominum Filippum Domini Allamani de Adimaribus Militem, Dominum Ludovicum Domini Franciſci de Albergottis Advocatum Florentinum, & Guidonem Domini Thomaſii Nerii Cives honorabiles Florentinos licet abſentes tamquam præſentes, & quoscunque duos ex eis in ſolidum, alio etiam abſente, & irrequiſito, aut quomodolibet impedito, Sindicos, & prò Sindicis dicti Populi, & Communis Florentiæ ſpetialiter, & nominatim, ad faciendum concludendum, & firmandum bonam, ac perpetuo duraturam Pacem, & Injuriarum, & quarumcunque Offenſarum remiſſionem de guerra, & in guerra vigenti, & remiſſionem offenſarum quarumcunque quomodolibet factarum in dicta guerra, & ſeu ejus occaſione, vel cauſa, & de diſcenſionibus, & quibuscunque Controverſiis dictæ guerræ, & ſeu ejus occaſione cum Magnifico Domino Domino Johanne Galeaz Vicecomite Comite Virtutum &c, & cum Communi Senarum per ſe, ſeu, & nomine, & vice omnium, & ſingulorum eorum, & cujuslibet eorum Colligatorum, & ſeu Confæderatorum, & ipſorum, & cujuscunque eorum Colligatorum, & Confæderatorum, & cujuscunque eorum Subditorum, Adhærentium, & Complicum, Auxiliatorum, Recommendatorum, & Sequacium, & quolibet, & quocunque dictorum nomine, & cum illis pactis, liberationibus, remiſſionibus, Conventionibus, Capitulis, pœnis, promiſſionibus, obligationibus, Juramentis, renuntiationibus, partibus, & articulis quibus volent. Et in prædicta cauſa ad faciendum, & contrahendum Compromiſſum cum dicto Magnifico Domino Domino Johanne Galeaz, & dicto Communi Senarum prò ſe, & aliis predictis, & cum quolibet ex dictis Adhærentibus, & Sequacibus, & cum quolibet, qui ſe immiſcuerit in guerra predicta, vel in rebus maxime ſpoliatis, & occupatis, durante præſenti guerra, & cum Procuratoribus, & Sindicis dicti Domini, & aliorum predictorum, & cujuscunque eorum de jure, & de facto, & de amicabili Compoſitione, prout videbitur diſcretioni dictorum Sindicorum, & ſeu duorum ex eis, ut dictum eſt. In Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum Ricardum de Carazolis Magiſtrum Hieroſolimitanum, & Sacro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Legatum, & in Magnificum Dominum Dominum Antoniottum Adurnum divina gratia Ducem Januæ, & in Magnificam Communitatem Civitatis Januæ, & in ipſos tres Compromiſſarios in concordia, & non aliter, tamquam in Arbitros, & Arbitratores, Amicabiles Compoſitores, & Amicos Communes elligendos per dictos Sindicos, vel duos ex eis, & nominibus quibus ſupra, nomine, & occaſione dictæ Pacis, & Guerræ, & diſcordiarum, & diſſenſionum, & differentiarum, quæ vigent, & quæ vigere poſſent, & potuerunt quovis modo inter Magnificum Dominum Dominum Johannem Galeaz, & dictum Commune Senarum, & eorum, & cujuscunque eorum Adhærentes Complices, Vallitores, Sequaces, & Recommendatos, & quemlibet ipſorum ex una parte, & ſeu pluribus partibus, & dictum Commune Florentiæ, & Commune Bononiæ, & Magnificum Dominum Dominum Franciſcum Juniorem de Carraria, & quemlibet ipſarum, & ipſorum, & ipſorum & ipſarum, & cujuscunque eorum, & earum Adhærentes, Complices, & Recommendatos, & Civitates, Terras, & loca, in quibus habent Jurisdictionem, præheminentiam, & cuſtodiam, & cujusque eorum, & earum, & quemlibet, qui ſe immiſcuerit in guerra, & alios utſupra ex alia, & ſeu aliis partibus, ac etiam ad dandum, & concedendum bailiam, & poteſtatem eisdem Arbitris, & Arbitratoribus, & Amicabilibus Compoſitoribus, ipſis tribus in concordia, ut prefertur, valendi pronuntiare, & jubere, & declarare pacem puram, veram, & irrevocabilem, & cunctis temporibus duraturam inter dictas Partes, & quamlibet earum, & quemlibet ex dictis partibus conjunctim, & diviſim de, & ſuper dictis guerra, diſſenſionibus, diſcordiis, & utſupra, etiam occaſione predictorum, & etiam dependentium a predictis. Ac etiam ad dandum, & concedendum ipſis tribus Arbitratoribus, ut eſt dictum, poteſtatem, & bailiam pronuntiandi, arbitrandi, & arbitramentandi, & amicabiliter componendi, & declarandi ſuper predictis, & quolibet predictorum, & prædictarum, & dependentibus a predictis, de jure, & de facto, & de amicabili Compoſitione, & ommiſſis quibuscunque ſolemnitatibus, & quocunque ordine, & modo procedendi,

ANNO 1392.

ANNO 1392. cedendi, & partibus predictis, vel aliqua earum absentibus, & non citatis. Dederunt, & dant dicti Constituentes dictis talibus Sindicis superius nominatis, & quibuscunque duobus ex eis in solidum, utsupra potestatem, & bailiam faciendi predictum Compromissum in predictos tres Arbitros utsupra cum illis potestatibus, bailiis, modis, formis, conventionibus, pactis, pœnis, termino, & terminis Compromissi, obligationibus, juramento de non contraveniendo Arbitramentis, quæ pronuntiabuntur per ipsos Arbitratores, solemnitatibus, Clausulis, & Renunciationibus, quæ videbuntur discretioni dictorum Sindicorum, & quorumcunque duorum ex eis, & cum omnibus, & singulis, quæ ad effectum predictorum, & eorum, quæ ipsi Tres Arbitri arbitrabuntur, ut nullo modo annullari, vel infringi possint, nec peti reduci ad arbitrium boni Viri, opportuna, & utilia sunt, & erunt. Et ad obligandum, prò ipsis omnibus observandis dictum Populum, & Commune Florentiæ, & ejus bona præsentia, & futura. Et quod dicti Sindici, & seu duo ex eis, ut est dictum, possint facere prædicta, & quodlibet predictorum simul, & separatim, prout eis, vel duobus ex eis videbitur, Hoc acto, & declarato, & expresso, quod non obstantibus predictis, vel aliquo prædictorum appositо, predicta bailia, & potestas detur, & concedatur, & concedi debeat dictis talibus Arbitris, & Arbitratoribus per dictos Sindicos, vel duos ex eis, ut est dictum cum hac limitatione, videlicet, quod non possint sententiare, laudare, arbitramentari, pronuntiare, vel declarare, aut aliquid facere in predictis, vel aliquo predictorum vigore dicti Compromissi, vel contentorum in eo, & seu dictæ bailiæ, & potestatis in totum, vel in parte, nisi fuerint omnes ipsi tres Arbitri, & Arbitratores simul præsentes, & in concordia, & concordes, tam in effectu, quam in sententia, tenore, & forma omnium, & singulorum, quæ laudare, sententiare, arbitrari, arbitramentari, pronuntiare, vel declarare voluerint, & omnium, & singulorum, quæ in predictis, vel prò prædictis, vel aliquo predictorum facere voluerint, & seu fecerint. Dantes, & concedentes predicti Constituentes dictis eorum Sindicis, & quibuscunque duobus ex eis in solidum, ut dictum est in predictis, & circa predicta plenum, liberum, & generale Mandatum cum plena, libera, & generali Administratione, & etiam spetiale, & specificum, etiam si talia forent, quæ Mandatum exigerent spetiale. Ac etiam Committentes eisdem in præmissis totaliter vices suas: Promittentes prefati Constituentes mihi Notario infrascripto tamquam publicæ personæ solemniter recipienti, & stipulanti nomine, & vice prefati Magnifici Domini Domini Johannis Galeaz, & omnium predictorum, & omnium, & singulorum quorum aliqualiter interest, intererit, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, quod totum, & quicquid factum, & gestum fuerit per suprascriptos tres Sindicos, vel duos ex eis in præmissis, & circa præmissa, & in dependentibus, emergentibus, & connexis ab eis, cunctis temporibus ratum, gratum, & firmum, habebunt, & tenebunt, sub obligatione dicti Populi, & Communis Florentiæ, & ejus bonorum presentium, & futurorum. Et voluerunt predicti Constituentes præsens Mandatum durare per totum præsentem Mensem Decembris, & non ultra.

Nomina quidem dictorum Dominorum Priorum, & Vexiliferi Justitiæ, Confalonerіorum Societatum Populi, & duodecim bonorum Virorum Constituentium predictorum, quorum omnium numerus in totum ascendit triginta septem inferius describuntur, videlicet, Nomina dictorum Dominorum Priorum, & Vexiliferi Justitiæ sunt ista, videlicet, Andreas Bettini Neldi, Vexilifer Justitiæ, Dominus Robertus Pieri de Aldobrandinis Miles, Pierus Fantonus Umaterius. Franciscus Ataviani, Truosinus Francisci Spinelli, Silvester Ser Bartholomei de Pignana, Gisellus Viridi Giselli. Bartholomeus Nerii Fioravantis, & Lucas Duetii Priores Artium. Nomina predictorum de Offitio Confalonerіorum Societatum Populi sunt ista, videlicet; Jacobus Littainaschi, Andreas Nerii de Vocteriis, Jacob Augustini Martini Lamii. Antonius Paccini Orpelarius. Andreas Johannis de Rustigellis de Castellanis, Johannes Laurentii Coregiarius. Angelus Nicolai Ricontrii. Pierus Bartholomei. Lappus Johannis Nicolini. Dominicus Johannis Manuelli. Vannes Lappi de Orizelariis. Thomasius Bertolli Ser Tenui Larum. Mattheus Chelis Pagnini. Zenobus Guidotti Legnariolus. Dominicus Pieri Vairerius, & Zenobius Nerii Martini. Nomina dictorum de Offitio XIIm. bonorum Virorum sunt ista videlicet Pierus Domini Jacobi Marchi. Pierus Billiotti, de Billiottis. Ventura Nicolai Brunetii. Dominus Filippus de Magalottis Miles, Bartholomeus Francisci Bisarnetii, Cambius Orlandi de Orlandis. Pierus Thomasii de Pipoleschis. Steffanus Ser Pieri Casliani. Monte. Pugii. Feronochus. Bernardus, Pieri de la Rena. Lancelottus Ser Laurentii de Lonciano, absente tunc Bartholomeo Dolfi de ipso Offitio duodecim bonorum Virorum. ANNO 1392.

Acta fuerunt predicta in Civitate Florentiæ in Palatio Populi Florentini residentiæ dictorum Magnificorum Dominorum Dominorum Priorum Artium, & Vexiliferi Justitiæ, Populi, & Communis Florentiæ, Præsentibus Prudentibus Viris Ser Coluccio Pieri Notarii Cancellario Communis Florentiæ, Ser Jacobo Bartholomei Notario, & Cive Florentino, & Fratre Georgio Nutti Converso Monasterii Sancti Salvatoris de Septimo, testibus ad predicta rogatis, habitis, & vocatis.

Ego Antonius filius Sancti Maffei de Laterino Imperiali auctoritate Judex ordinarius publicusque Notarius, tunque Coadiutor Providi Viri Ser Viviani Nerii Civis Florentins Notarii Scribæ Reformationum Consiliorum Populi, & Communis Florentiæ, predicta omnia rogata, & imbreviata per ipsum Ser Vivianum ex suis rogationibus positis in Regestris dicti Communis, & penes ipsum existentibus in Palatio supradicto, vigore commissionis mihi ab eo factæ, sumpsi fideliter, & scripsi, & publicavi, & duo nomina supra remissa in sexta decima linea descensive, quæ sunt ista: *vice, & nomine*, & similiter verba, quæ supra remissa sunt in trigesima secunda linea descensive, quæ sunt ista, videlicet: *potestatem, & bailiam faciendi predictum Compromissum in predictos tres Arbitros utsupra* propria manu scripsi, & remisi, quia per errorem obmiseram. Ideo me subscripsi, & meo solito signo signavi.

Ego Vivianus quondam Nerii Viviani de Sambuco Civis Florentinus Imperiali auctoritate Judex ordinarius, publicusque Notarius, tuncque Scriba Reformationum Consiliorum Populi, & Communis Florentiæ prædictis suprascriptis scripris, & publicatis per Antonium Notarium suprascriptum Coadjutorem meum, dum agerentur per suprascriptos Dominos Dominos Priores, & Vexiliferum Justitiæ & Confalonerios Societatum Populi, & duodecim bonos Viros rogatus interfui, rogavi, & imbreviavi, indeque etiam Instrumentum confeci, & aliis occupatus sumenda, & publicanda dicto Antonio Notario commisi, Ideoque me subscripsi, & cum meo solito signo signavi, & de supradicta provisione Consiliorum, de qua supra fit mentio etiam rogatus fui, & prædicta more solito facta sunt & etiam ultra omnem morem solitum nomina supradictorum Constituentium posita supra, pro omni abundanti cautela sunt.

Secunda Sententia Arbitralis.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno a Nativitate ejusdem Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione decima quarta, secundum cursum Januæ, die vigesimo sexto Januarii, tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Bonifatii, divina Providentia Papæ Noni Anno Tertio. Nos Ricardus Carazolus de Neapoli Dei Gracia Sacræ Domus Hospitalis Sancti Johannis Hyerosolimitani Generalis Magister & Pauperum Christi Custos, Apostolicæ Sedis Nuncius, & Anthoniottus Adurnus Dei Gracia Januensium Dux tamquam privata persona. Nec non Petrus Ultramarinus Legum Doctor, Jullianus de Castro quondam Lanzarotti. Leonardus Gentilis filius Uberti, & Jacobus de Cambio quondam Odini electi, & constituti ad subscripta per Communitatem Januæ, seu per Representantes dictam Communitatem loco ipsius Communitatis, ut de electione nostra publica apparet scriptura in Actis Cancellariæ Ducalis Communis Januæ, manu Antonii de Credentia Notarii publici, & dicti Communis Januæ Cancellarii infrascrip-

ANNO 1392. fraſcripti, hoc anno, die vigeſima nona Menſis Decembris proxime præteriti.

Arbitri, Arbitratores, & Amicabiles Compoſitores, & Communes Amici electi & aſſumpti inter Illuſtrem Principem, ac Magnificum, & Excelſum Dominum Dominum Johannem Galeaz Vicecomitem, Comitem Virtutum, Dominum Mediolani &c. Imperialem Vicarium generalem, ſive ſpectabiles, & Egregios Milites Dominos Nicolaum Spinelli de Neapoli Legum Doctorem Comitem Yohiæ, & Regni Ciciliæ Cancellarium, & Dominum Gulielmum de Bevilaquis filium quondam Domini Franciſci Militis Conſiliarios, & Procuratores præfati Illuſtris, & Magnifici Domini Domini Johannis Galeaz, ejusque filiis, & hæredibus, ac etiam nomine, & vice Adhærentium, Complicum, Vallitorum, & Sequacium, ac Recommendatorum, Benevolorum, & Subditorum præfati Magnifici Domini Domini Johannis Galeaz, & Illuſtrem, & Magnificum Dominum Dominum Franciſcum de Gonzaga Dominum Mantuæ Imperialem Vicarium generalem, ſive Spectabilem, & Egregium Militem Dominum Filippum de la Molza, & Sapientem Virum Dominum Johannem de Bobio Juris Utriusque Doctore, Procuratores præfati Illuſtris Domini Domini Franciſci de Gonzaga Domini Mantuæ, & dicto procuratorio nomine, & pro ipſo Domino, ejusque Adhærentibus, Complicibus, Colligatis, Vallitoribus, Vaſſallis, Sequacibus, & Recommendatis, Benevolis, & Subditis ſuis, & Magnificam Communitatem hominum, Populi, & Univerſitatis Magnificæ Civitatis Peruſii, ſive ſpectabilem Militem Dominum Nicolaum de Balleonibus, Legum Doctorem, & Nobilem, & Circumſpectum Virum Ser Ugolinum Cecchinum honorabiles Peruſii Sindicos, & Procuratores dictæ Magnificæ Communitatis Peruſii Sindicario, & procuratorio nomine ipſius Communitatis, & nomine, & vice omnium, & ſingulorum Adhærentium, Complicum, Vallitorum, Colligatorum, Benevolorum, Sequacium, Recommendatorum, Vaſſalorum, & Subditorum dictæ Communitatis Peruſii, & etiam Magnificam Communitatem hominum, Populi & Univerſitatis Magnificæ Civitatis Senarum, ſive Nobilem, & Prudentem Virum Battiſtam Mini Caſſini de Picolominibus Civem Senenſem, Sindicum, & Procuratorem dictæ Magnificæ Communitatis, hominum, Populi, & Univerſitatis ejusdem Magnificæ Civitatis Senarum Sindicario, & Procuratorio nomine ipſius Communitatis, & nomine, & vice omnium, & ſingulorum Adhærentium, Colligatorum, Benevolorum, Complicum, Valitorum, ſequacium, Recommendatorum, Vaſſallorum, & Subditorum dictæ Civitatis Senarum ex una, ſive pluribus Partibus, Ac Magnificum, & Excelſum Commune Florentiæ, ſive Egregios, & ſpectabiles Viros Dominum Filippum Domini Alamani Militem de Adimaribus, Dominum Ludovicum Domini Franciſci de Albergottis Legum Doctorem, & Guidonem quondam Domini Thomaſii, Cives honorabiles Florentinos, Sindicos, & Procuratores, & Nuntios ſpetiales dicti Magnifici, & Excelſi Communis Florentiæ Sindicario, & Procuratorio nomine dicti Magnifici Populi, & Communis Florentiæ, & prò Civitatibus, Caſtris, Fortilitiis, Terris, & Locis dicti Communis, & ſeu quæ per predictum Commune tenentur, vel poſſidentur, & earum Civibus, & Comitativis, & ejusdem Communis Florentiæ Subditis quibuscunque, Ac etiam vice, & nomine omnium, & ſingulorum ejusdem Communis Florentiæ Adhærentium, Complicum, & ſequacium. Et Magnificum, & Potens Commune Bononiæ, ſeu Egregium Legum Doctorem Thomaſium de Sancto Johanne, & Sapientem Virum Andalo de Bentevoglis, Cives honorabiles Bononienſes, Sindicos, & Procuratores dicti Magnifici Communis Bononiæ Sindicario, & Procuratorio nomine ipſius Communis Bononiæ, & prò ejus Civibus, Comitativis, & Diſtrictualibus, & prò Caſtris, Fortilitiis, Terris, Locisque dicti Communis, & ſeu quæ per dictum Commune tenentur, vel poſſidentur, & ejus Communis Bononiæ Subditis quibuscunque, ac etiam vice & geſtorio nomine omnium, & ſingulorum prefati Communis Colligatorum, Adhærentium, Complicum, ſequacium, vel Subditorum. Et Magnificum, & Excelſum Dominum Franciſcum Juniorem de Carraria Paduæ &c, ſive Egregios Viros Dominum Michaelem quondam Antonii de Rabatta, Civem Florentinum, Militem ſtrenuum, & Dominum Franciſcum de Conſeluis de Padua Legum Doctorem, Procuratores, & Nuntios ſpetiales præfati Magnifici Domini Franciſci de Carraria Junioris Procuratorio nomine dicti Magnifici Domini Franciſci, & prò ejus Civibus, Comitativis, & diſtrictualibus, & prò Caſtris, Fortilitiis, Terris, & Locis dicti Domini Franciſci, & ſeu quæ per dictum Dominum Franciſcum tenentur, ſeu poſſidentur, & ejus Domini Franciſci Subditis quibuscunque, ac etiam vice, & geſtorio nomine ſuorum Adhærentium, Complicum, ſequatium, Recommendatorum, vel Subditorum, ac etiam inter omnes dictos Sindicos dictorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & Domini Franciſci de Carraria predicti, vice, & nomine Illuſtris & Excelſi Domini Domini Alberti Marchionis Eſtenſis, & prò ipſo Domino Marchione, & Terris, Subditis, Adhærentibus, Complicibus, Colligatis, & Auxiliatoribus ſuis, Ac Magnificorum Dominorum Aſtorgii de Manfredis Faventiæ &c. Bernardini, & Oſtaxii, & fratrum ſuorum de Polenta Ravenæ &c, & Domini Ludovici de Aliduxiis Domini Ymolæ, & eorum Colligatorum, ac vice, & nomine omnium aliorum Colligatorum, Adhærentium, & Complicum dictorum Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & Domini Franciſci prelibati, & cujusque eorum, & pro ipſis Colligatis, Adhærentibus, & Complicibus, & eorum Terris, Subditis, Adhærentibus. Complicibus, & ſequacibus, omnes ſimul Sindicos, & Procuratores predictos dictis modis, & nominibus ex parte, & pro parte altera, ut de Compromiſſo in Nos facto apparet publicis Inſtrumentis ejusdem tenoris compoſitis, & rogatis per Notarios infraſcriptos, & per Filippum Angellini de Marſiliis de Bononia, & Johannem Franciscum Nicolai de Padua Notarios publicos die XXVIII. Menſis Decembris proxime præteriti, ac de prorogatione dicti Compromiſſi facta per dictos Spectabiles & Egregios Milites Dominum Nicolaum Spinellum, Comitem Johiæ &c. & Dominum Gulielmum de Bevilaquis filium quondam Domini Francisci Militis Conſiliarios, & Procuratores dicti Illuſtris Domini Comitis, & per Spectabilem, & Egregium Militem Dominum Filippum de la Motza, & Sapientem Virum Dominum Johannem de Bobio Juris Utr. Doctorem Procuratores dicti Illuſtris Domini Mantuæ, & Spectabilem Militem Dominum Nicolaum de Ballionibus Legum Doctorem, & Nobilem, & Circumſpectum Virum Ser Ugolinum Cecchini, Sindicos, & Procuratores dictæ Magnificæ Communitatis Peruſii, & per Prudentem Virum Battiſta Mini Caffini de Piccolominibus, Civem Senarum, Sindicum, & Procuratorem dictæ Magnificæ Communitatis Senarum, & per omnes predictos Procuratoriis, & ſindicariis nominibus, quibus ſupra, apparet duobus publicis Inſtrumentis ejusdem tenoris, compoſitis, & rogatis per Nicolaum Jacobi de Damiano, & Antonium de Credentia, Catrelanum de Chriſtianis Notarios infraſcriptos die vigeſima præſentis Menſis Januarii ante horam quartam Noctis. Et de alia prorogatione dicti Compromiſſi facta per dictos Egregios & Spectabiles Viros Dominos Filippum Domini Allamani de Adimaribus Militem, Dominum Ludovicum Domini Franciſci de Albergottis Legum Doctorem & Guidonem quondam Thomaſii Cives Florentinos Sindicos, & Procuratores dictæ Magnificæ Comunitatis Florentiæ & per Egregium Legum Doctorem Dominum Thomaſium de Sancto Johanne, & Sapientem Virum Andalo de Bentivoglis Cives Bononienſes Sindicos, & Procuratores dictæ Magnificæ Communitatis Bononiæ, & per Egregios Viros Dominum Michaelem quondam Antonii de Rabatta Civem Florentiæ, Militem, & Dominum Franciſcum de Conſeluis de Padua Legum Doctorem, Procuratores prefati Magnifici Domini Franciſci de Carratia Junioris Paduæ &c., & per omnes predictos procuratoriis, & ſindicariis nominibus, quo, & quibus ſupra, apparet alio publico Inſtrumento, compoſito, & rogato manu dicti Antonii de Credentia Notarii infraſcripti dicta die vigeſima præſentis Menſis Januarii, hora quinta Noctis.

ANNO 1392.

Conſiderantes, quod per Nos ſupradictos Arbitros, Arbitratores, & Amicabiles Compoſitores fuit lata inter dictas Partes die vigiſimo inſtantis menſis quædam ſententia, de qua conſtat duobus publicis Inſtrumentis ejusdem tenoris, compoſitis &

ANNO 1329. rogatis per dictos Nicolaum, & Antonium Notarios infrascriptos & contenta in dicta sententia librate & mature pensantes auditis plenius, & discussis Juribus dictarum Partium.

Christi nomine invocato, ejusque Matris semper Virginis, & Deum semper habentes præ oculis, & in mente, omnes tres concordes dicimus, sententiamus, declaramus, arbitramur, & arbitramentamur, statuimus, mandamus, condemnamus, absolvimus, & reservamus, corigimus, emendamus, minuimus, addimus, & cassamus ut infrà.

Primo videlicet super Tertio Articulo Nostræ Arbitralis sententiæ continenti, quod omnes, & singulæ Terræ, Civitates, Castra, & Territoria, quæ tenentur, vel possidentur per præfatum Illustrem Dominum Comitem Virtutum, tam in Territorio Paduæ quam in Marchia Trivixana seu alibi, qualescunque sint, & cujuscunque fuerint, & ubicunque sint, libere remaneant præfato Domino Comiti. Addimus: Salvo si teneret aliquam Terram, locum, vel Castrum in Partibus, seu Territoriis, de quibus non potest se intromittere vigore, & ex forma duodecimi Articuli dictæ sententiæ, quo disponitur, quod præfatus Illustris Dominus Comes Virtutum non possit in partibus, seu aliqua parte Tusciæ, videlicet ab Aqua frigida ultra versus Tusciam se intromittere, nisi prout &c, ut in ipso Articulo continetur, quod de illa vel illis non intelligatur.

Item super quarto Articulo dictæ sententiæ, qui incipit: Item attento quod præfatus Illustris Dominus Comes Virtutum tempore, quo erat in possessione Civitatis Paduæ &c. ubi dicimus, condemnamus, & condemnatum esse pronuntiamus ipsum Dominum Franciscum. Addimus, & hæredes, & successores suos, & in alia parte dicti Articuli, ubi dicitur: Florenos decem millia. Addimus: Auri boni, & justi ponderis, & in alia parte ejusdem Articuli, ubi dicitur: in die Nativitatis Beati Johannis Baptistæ, Addimus: vel saltem de mense Junii ante, vel post dictam diem, & in aliquo loco tuto Territorii dicti Domini Comitis. Addimus etiam in eodem Articulo post illa Verba: nec possit aliquis ex Colligatis suis &c. hæc Verba, videlicet, nec aliquis ex comprehensis in præsenti Pace.

Item super quinto Articulo dictæ sententiæ, quo disponitur, quod Dominus Franciscus de Carraria predictus permittat Nobiles de Icraugnis &c. in ea parte dicti Articuli ubi dicitur, quod possint prædicti, & quilibet predictorum vendere &c. Addimus: & locare, & in Emphiteusim dare quibuscunque personis undecumque sint & cujuscunque conditionis existant, & tam Civibus, quam forensibus. Et in alia parte dicti Articuli, ubi dicitur, quod libere cancellentur, & eximantur ab omnibus Bannis, Processibus & condemnationibus personalibus. Addimus: & realibus. Et in alia parte dicti Articuli ubi dicitur: Et quod de quæstione dicti Milani de Malabarbis, quæ sibi movetur in Venetiis per Dominum Franciscum prædictum, fiat sibi justitia. Addentes sententiamus, & pronuntiamus, quod de dictis quæstionibus dicti Millani quælibet Partium teneatur elligere Amicos Comunes, seque subiicere eorum Juditio & cognitioni, fide jubendo vicissim de stando Juri, & Judicatum solvendo. Et si de hoc dictus Millanus non contentabitur, stet, & servetur tenor predicti Articuli, disponentis: Quod sibi fiat justitia. Item in fine dicti Articuli cassamus, & cassa pronuntiamus, & declaramus Verba infrascripta, videlicet: ita tamen quod non possint ire, nec receptari in Territorio Paduano, quod tenetur, seu possidetur per dictum Dominum Comitem, sine licentia dicti Domini Francisci. Et corigentes, addimus infrascripta verba: Ita tamen quod non possint se receptare in Padua, vel in aliis Terris dicti Domini Francisci, sine ipsius Voluntate.

Item super sexto Articulo dictæ sententiæ, quo providetur, quod predicti Illustris Dominus Comes, & Magnificus Dominus Franciscus non possint ædificare, seu edificari facere in aliquo Territorio non suo sine voluntate &c. Addimus, vel non suæ Jurisdictionis.

Item corigentes cassamus septimum Articulum disponentem, quod Locus Corigiæ & Domini dicti loci revertantur, & sint &c. & loco cujus addentes, Sententiamus, pronuntiamus, declaramus, & mandamus, ut infra, videlicet, quod præfatus Illustris Dominus Dominus Comes, propter Adhærentiam, quam Petrus de Corigia, & fratres fecerunt Comuni Bononiæ, vel propter aliam causam, usque in diem præsentis Pacis non possit offendere, inquietare, vel molestare personaliter, vel in rebus dictum Petrum, vel fratres, vel alterum eorum; sed teneatur eis remittere omnia, per ipsos gesta usque in dictam diem, & quod dicta Adhærentia, vel aliqua Conventio, seu Liga, quam fecerint cum Comuni Bononiæ, vel aliis personis, non valeat, nec teneat, nec valuisse, nec tenuisse intelligatur, sed remaneant in sua libertate, prout erant ante dictam Adhærentiam. ANNO 1392.

Item super Octavo Articulo dictæ sententiæ, quo disponitur, Quod omnes Terræ, Castra Fortilitiæ, & Loca cum Pertinentiis suis ablata, occupata, vel invasa &c. Addimus: seu rebellata.

Item super Nono Articulo dictæ sententiæ, qui incipit. Item arbitramur, pronuntiamus, sententiamus, & mandamus, quod omnes Terræ, Fortilitiæ, loca, & Castra ablata, seu occupata à tempore dictæ Ligæ factæ in Pisis citra per Comune Perusii &c. Addimus, declaramus, sententiamus, arbitramur, & arbitramentamur, quod predicta non intelligantur de loco Cepæ de Valiano, nec comprehendantur in dicto Articulo. Imò de dicto loco fiet sententiæ latæ in Pisis per Dominum Petrum de Gamba curtis M. CCC... die...

Item dicimus, sententiamus, pronuntiamus, arbitramur, arbitramentamur, statuimus, ordinamus, & mandamus, quod omnes depicti, & Picturæ, ac scripturæ quæ factæ forent a tempore Ligæ factæ in Pisis citra per aliquam dictarum Partium, vel aliquem ex eis in obrobrium alterius Partis, vel alicujus ex ea, vel aliquorum Subditorum, sequacium, vel Adhærentium alicujus Partium predictarum, cassentur, & deleantur infra menses duos proximè venturos.

Item quod de cætero nulla Pars, vel aliqua ex eis, nec aliquis ex dictis Partibus possit recipere in Adhærentem, seu Colligatum aliquem Subditum, Adhærentem, Colligatum, vel sequacem alterius Partis, sine voluntate dictæ alterius Partis.

Item quod quælibet Partium teneatur declarare, & nominare quoscunque ipsius Adhærentes, Colligatos, Complices, & sequaces infra unum mensem a die secunda mensis Februarii coram Nobis dictis Arbitris, vel saltem coram dicto Domino Antoniotto privato Nomine, vel coram Comunitate Januæ, seu ipsam representantibus per publicum Instrumentum, seu publica Instrumenta. Et quilibet ex Colligatis, Adhærentibus, Complicibus, vel sequacibus prædictis nominandus, vel declarandus per aliquam Partium prædictarum, teneatur & debeat ratificare, & approbare per publicum Instrumentum, vel publica Instrumenta infra Menses duos a dicta die secunda Februarii proxime venturi.

Item quod omnes Terræ, Fortilitiæ, Castra, & Loca Comunis Florentiæ ablata, vel occupata per Dominos de Petra malla a tempore guerræ citra, libere restituantur dicto Comuni Florentiæ.

Item quia per petita per Partes Adversas non probatur Magnificum Dominum Franciscum de Gonzaga Dominum Mantuæ &c. contrafeciſſe, seu contraveniſſe aliquibus Ligis, seu Confœderationibus. Ideo per ea, quæ vidimus, & intelleximus, dicimus, sententiamus, & declaramus dictum Dominum Franciscum bene, & legaliter servaſſe Ligas, & Confœderationes, quas servare debuit, & per consequens eum absolvimus, & liberamus a quibuscunque pœnis petitis contra eum.

Item quia in petitionibus Partium hinc inde petuntur magnæ quantitates pecuniarum pro pœnis incursis, damnis, expensis, & intereſſe diversis occasionibus commiſſis, ut asseritur, & ut in eorum petitionibus continetur; dictas omnes Partes, & quamlibet earum, & quemlibet ex dictis partibus ab ipsis pœnis, intereſſe, restitutione damnorum, & expensarum absolvimus, & liberamus, & liberatas, & absolutas pronunciamus, & declaramus.

Item quod si contingeret aliquod dubium oriri inter Partes predictas, vel aliquas earum super pronuntiatis, arbitratis, arbitramentatis, sententiatis, declaratis, laudatis, corectis, emendatis, condemnatis, vel absolutis, seu pronuntiandis, arbitrandis, arbitramentandis, sententiandis, declarandis, laudandis, corigendis, vel emendandis, condemnandis, vel absolvendis per nos dictos Arbitros, vel Arbitratores; Non possint dictæ Partes, vel aliqua earum habere recursum prò declaratione talis dubii, seu

ANNO 1392. seu dubiorum ad aliquem, vel aliquos, nisi ad Nos prædictos Arbitros. Et si aliquis nostrum non adesset in Civitate Januæ, possit alium substituere, eligere, & nominare loco sui ad declarationem prædictam. Et quia duo ex Nobis dictis Arbitris, secundum solutionem debiti universæ Carnis, defficere possumus; tunc & eo casu Sanctissimus Dominus Noster Papa Bonifatius, & ejus Successor possit alium loco Nostri dicti Ricardi Magistri substituere, subrogare, & ordinare. Et Comunitas Januæ loco Nostri dicti Anthoniotti alium ordinare. Et si aliqua, vel aliquis ex dictis Partibus aliquo tempore contradiceret, seu contraveniret, vel non assentiret contentis in præsenti Capitulo, vel alicui eorum, condemnamus, & condemnatos esse pronuntiamus ipsos contradicentes, & quemlibet eorum ad dandum, & solvendum alteri Parti non contradicenti, imo assentienti, Florinos auri vigintiquinque millia boni, & justi ponderis.

Item quod super aliis omnibus, super quibus per Nos non fuit pronuntiatum, vel non pronunciaretur, nullum præjuditium intelligatur, vel sit factum, & generatum dictis Partibus, vel alicui earum, vel aliquibus ex dictis Partibus per aliqua per Nos pronunciata, arbitrata, arbitramentata, sententiata, declarata, correcta, vel emendata, condemnata, vel absoluta, seu pronuntianda, arbitranda, arbitramentanda, sententianda, declaranda, corrigenda, vel emendanda, condemnanda, vel absolvenda. Imo reservetur eis jus, & possint agere coram Judice competenti, & quod propterea non rumpatur pax, vel ei contrairi possit.

Item laudamus, & mandamus, quod quæcunque Cancellationes, & absolutiones, quæ fieri habebuntur in Civitate Florentiæ, aut ejus Comitatu, vel districtu vigore hujus Pacis, & Instrumenti, & Laudorum per Nos latorum vel ferendorum, & seu aliter quomodocunque occasione, & prætextu dictæ proxime sopitæ guerræ, fiant, & fieri possint, & debeant licite, & impune per manum Ser Lappi Maccii Notarii Florentini, vel eum, aut eos, cui, vel quibus committeret, & ad prædicta vigore præsentis Pacis deputatus esse intelligatur. Et hoc si, & prout Magnificis Dominis Prioribus Artium, & Vexilifero Justitiæ Populi, & Communis Florentiæ placuerit; Et eodem modo intelligantur deputati ad hujusmodi Cancellationes videlicet quæ fieri habebunt in Bononia, aut ejus Comitatu, vel districtu Filippus Anzellini de Marsiliis de Bononia Notarius, & quæ fieri habebunt in Padua, Johannes Franciscus Nicolai de Padua Notarius. Et quæ fieri habebunt in Mediolano, Papia, aut Civitatibus, vel Locis dicti Illustris Domini Comitis, Cattelanus de Christianis Notarius. Et hæc si, & prout Magnificis Dominis Præsidentibus, seu superionibus ipsorum Notariorum, singula singulis referendo placuerit.

Item quod si contingeret aliquam dictarum Partium, vel aliquem ex dictis Partibus non observare contenta in dicta nostra sententia. Quod propterea non possit, vel debeat guerram, seu bellum indicere, facere, vel movere alteri Parti, sed stetur denuntiationi secundum formam promissionum alias factarum, de quibus apparet publicis Instrumentis ejusdem tenoris, compositis, & rogatis per Notarios infrascriptos, & per Filippum Angellini de Marsiliis de Bononia ac Johannem Franciscum Nicolai de Padua Notarios, hoc Anno, die vigesimo octavo Mensis Octobris, paulo post horam quartam noctis.

Reservantes Nobis potestatem, & bailiam iterum, & de novo dicendi, sententiandi, pronuntiandi, cognoscendi, mandandi, arbitrandi, & arbitramentandi, corrigendi, emendandi, condemnandi, & absolvendi semel, & pluries etiam super jam pronuntiatis secundum bailiam Nobis concessam vigore dicti Compromissi, & prorogationis ipsius Compromissi, & usque ad per totum tempus dictarum prorogationum, & cujuslibet earum. Mandantes predicta omnia, & singula per Nos sententiata, & declarata, arbitrata, arbitramentata, laudata, diminuta, addita, statuta, mandata, mutata, correcta, emendata, cassata, condemnata, & absoluta, ac reservata ut supra, per dictas Partes, & quamlibet earum, & quemlibet ex dictis Partibus observari debere, firmiter & teneri, sub pœnis in dicto Compromisso, & prorogationibus contentis, & sub pœna contrafactionis dictæ Pacis, mandantes etiam de predictis omnibus, & singulis confici debere plura publica Instrumenta ejusdem tenoris per Antonium de Credentia Cancellarium Comunis Januæ, Nicolaum Jacobi de Damiano Secretarium, & Notarium Nostri dicti Magistri, Lappum Maccii Civem Florentiæ & Cattelanum de Christianis Civem Papiensem, Notarium dicti Domini Comitis, Notarios publicos infrascriptos. ANNO 1392.

Lata, data, & pronuntiata, latæ, datæ, & pronuntiatæ fuerunt perdicta per dictos Dominos Arbitros, & Arbitratores pro Tribunali sedentes in loco infrascripto, & lecta, & publicata, ac publicatæ per Nos dictos Notarios; Januæ in salla magna nova Palatii Ducalis Comunis Januæ, præsentibus testibus ad hæc vocatis, spetialiter & rogatis, Reverendo in Christo Patre Domino Fratre Raimundo de Vinciis de Capua, Ordinis Prædicatorum Generali Magistro dicti Ordinis. Egregio Legum Doctore Domino Jacobo Landi de Sarzana Locum tenente Domini Potestatis Januæ, Nobili, & Egregio Viro Domino Thomasio de Spina Legum Doctore. Sapiente Viro Domino Gregorio de Marsupinis de Arezio Doctore Vicario dicti Magnifici Domini Ducis, & Petro de Bargaglio Notario, Comunisque Januæ Cancellario.

Instrumentum Procuræ Bononiensium.

In Christi Nomine Amen...
Magnifici & Potentes Domini Decem Offitiales Baliæ, Populi, & Comunis Civitatis Bononiæ in sufficienti numero congregati, in Camino magno Palatii Residentiæ Magnificorum, & Potentum Dominorum Dominorum Antianorum dicti Populi, & Comunis, vigore Arbitrii, auctoritatis, & Bayliæ eisdem Dominis decem concessæ, datæ, & attributæ per generale Consilium Sexcentorum dicti Populi, & Comunis Bononiæ ex Instrumento manu Publici Notarii, omni modo, jure, via, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, & possunt, dederunt, constituerunt, & ordinaverunt Egregium, & Sapientem Virum Dominum Thomam de Sancto Johanne Legum Doctorem, & Nobilem & Circumspectum Virum Andulo quondam Michaelis de Bentivoglis, Draperium Bononiensem, Cives ambos, absentes tamquam presentes & utrumque ipsorum in solidum, suos, & dicti Populi, & Comunis Bononiæ veros, & legitimos Procuratores, Actores, Factores, Sindicos, & Nuntios Spetiales, spetialiter ad praticandum, tractandum, firmandum, & concludendum cum Magnifico Domino Domino Galeaz Vicecomite, Comite Virtutum, Mediolani Imperiali Vicario generali, & ejus Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, & sequacibus, seu altero prò eo, & ejus nomine ad hunc actum potestatem habentem, bonam, firmam, & perpetuam Pacem inter ipsos Dominum Comitem Virtutum, & ejus Colligatos prædictos ex Parte una, & deinde Populum, & Comune Bononiæ & ejus Colligatos, Adhærentes, Recommendatos, & sequaces eorum ex parte alia, de omnibus, & singulis differentiis, Guerris, & offensionibus hinc inde illatis, factis, & perpetratis tam per gentes Armorum dictarum Partium, quam alias quasvis personas, juste, vel injuste, directe, vel indirecte, vel alio quovis colore quæsito, ipsas guerras, & offensiones remittendo, & super prædictis, quolibet prædictorum, & eorum occasione quaslibet Induccias, seu Treuguas inducendum, & faciendum, ad modicum, vel ad magnum tempus, cum illis adjectionibus, promissionibus, & Clausulis, quibus eisdem Sindicis videbitur, & placuerit Sindicario nomine predicto, ad & in predictis, & super predictis, & quolibet predictorum & eorum occaxione promittendum, stipulandum, pacisendum, conveniendum, & transigendum, quibuscunque promissionibus, obligationibus, pactionibus, pactis, pœnis, renuntiationibus, & Clausulis, quibus eisdem Sindicis videbitur, & placuerit, & ad ipsorum Sindicorum liberam voluntatem, ac etiam ad promittendum, se facturos, & curaturos, ita, & taliter sindicario nomine prædicto, quod quæcunque gesta per eos in prædictis, circa predicta, & eorum occaxione per Comune Bononiæ, seu gerentes vices dicti Comunis Bononiæ ratificabunt, & approbabunt per solemne, publicum, & efficax Instrumentum Et generaliter ad omnia, & singula faciendum, procurandum, & exercendum, quæ in prædictis, & circa prædicta, & quo-

ANNO 1392. quolibet prædictorum, & eorum occasione fuerint necessaria, & opportuna, & quæ ipsimet decem Bayliæ Constituentes facere possent, si predictis omnibus, personaliter interesserent. Quæ omnia, & singula suprascripta promiserunt predicti Domini decem Bayliæ, sic ut dictum est, in sufficienti numero congregati vigore Bayliæ sicut dictum est concessæ, & attributæ mihi Filippo Notario infrascripto, uti publicæ personæ stipulanti, & recipienti vice, & nomine Dictorum Sindicorum, & Procuratorum, licet absentium, & aliorum omnium, quorum predictum interest, vel interesse posset in futurum, se perpetuo firma, & rata habere tenere quæcunque dicti eorum Sindici, & Procuratores in predictis, circa predicta, quolibet prædictorum, & eorum occasione duxerint facienda, sub hyppoteca & obligatione omnium bonorum dicti Populi, & Comunis Bononiæ. Renuntiantes insuper dicti Domini decem Bayliæ ad uberiorem cautelam in hiis, & super hiis omnibus, & singulis, exceptioni doli mali, quod metus causa, & sine causa, aut ex injusta causa, infactum actioni, Fori privilegio, Feriis, & diebus feriatis inductis, & inducendis & omni alii Legum, & Juris auxilio. Rogantesque dicti Constituentes sic, ut dictum est, in sufficienti numero congregati me Filippum Angellini Notarium infrascriptum, ut de predictis omnibus publicum conficerem Instrumentum.

Instrumentum Procuræ Domini Francisci Junioris.

In Christi Nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quarta decima, die Veneris decimo octavo Mensis Augusti, Paduæ, & in Palatiis habitationum infrascripti Magnifici Domini Constituentis in sua Camera, quæ fuit ab Armis, Præsentibus Egregio, & Spectabili Milite Domino Comite de Carraria, nato Magnifici Domini Domini Francisci Senioris de Carraria de Contrata Arenæ de Padua, Honorabilibus, & prudentibus Viris Domino Johanne de Porcelinis Legum Doctore, quondam Domini Uberti de Porcellinis de Contrata Sancti Petri de Padua. Blasio de Onetariis quondam Domini Nicolai de Contrata Sancti Firmi de Padua. Ser Nicoletto de Alexio de Capite Histriæ Cancellario infrascripti Magnifici Domini Constituentis, quondam Domini Petri de Contrata Sancti Petri, & Deodato de Garisbertis Pincerna dicti Domini Constituentis quondam Domini Uberti de Contrata Sancti Domini, omnibus habitatoribus dictæ Civitatis Paduæ testibus ad hæc specialiter adhibitis, vocatis, & rogatis. Ibique Magnificus & Excelsus Dominus Dominus Franciscus Junior de Carraria, natus Magnifici, & Spectabilis Domini Domini Francisci Senioris de Carraria Civitatis Paduæ, & districtus Dominus, & Capitaneus Generalis, omni via, modo, jure, & forma, quibus melius, & efficatius potest, atque potest, pro se, & hæredibus, ac Successoribus suis sponte, libere, & ex certa scientia fecit, constituit, & ordinavit Egregium, & Nobilem Militem Dominum Michaelem de Rabatta, natum olim Viri Nobilis Antonii de Rabatta habitatorem Paduæ in Contrata Sancti Nicolai, ac honorabilem, & sapientem Virum Dominum Franciscum de Conseluis Legum Doctorem, natum olim providi Viri Ser Henrici Notarii Civem, & habitatorem Paduæ in Contrata Sanctæ Margaritæ ibi præsentes, & onus hujus Mandati sponte suscipientes, & utrumque eorum in solidum, ita quod occupantis conditio pejor non existat, sed quod unus eorum incæperit, alter mediare, prosequi, & finire valeat, suos veros, & certos Nuntios, Missos, Actores, & negotiorum gestores, ac legitimos, & spetiales Procuratores, & quicquid magis, melius, & amplius dici, censeri, & esse potest, ad ejus, & in ipsius Constituentis Causis, litibus, quæstionibus, controversiis, discordiis, atque differentiis, & quærelis Civilibus, & Criminalibus, præsentibus, & futuris, motis, & movendis, & quas quomodocunque habet, vel habiturus est cum aliquo, vel aliquibus tam in agendo, quam in deffendendo, & spetialiter ad tractandum, & iniendum, complendum, faciendum, firmandum, ultimandum, & concludendum nomine ipsius Magnifici Domini Constituentis, & pro eo, & suis Successoribus bonam, veram, puram, sinceram, perpetuam, solidam, & tranquilam Pacem, Unanimitatem, concordiam, atque Treuguas cum Illustri, & Magnifico Domino Domino Johanne Galeaz de Vicecomitibus Civitatis Mediolani &c. Domino generali seu cum ipsius Procuratoribus, & Sindicis, vel Nuntiis ad hæc legitime constitutis de omnibus, & singulis discordiis, dissidiis, dissensionibus, differentiis, & quæstionibus, ac litibus, & controversiis vertentibus, & existentibus, seu que verti, & existere, & esse ullo modo possent inter prefatum Magnificum Dominum Dominum Franciscum Juniorem constituentem ex una parte, & predictum Magnificum Dominum Dominum Johannem Galeaz, & Adhærentes, Subditos, & Sequaces, ac fideles suos ex altera, & de omnibus, & singulis damnis, Injuriis cædibus, Violentiis, Incendiis, rapinis, robariis, & offensis realibus, & personalibus per partes prædictas sibi invicem, vel altera earum alteri quomodocunque dictis, factis, commissis, vel perpetratis in alteram partem, seu Subditos, Benevolos, Adhærentes, & Sequaces earumdem quomodocunque, & qualitercunque, & quacunque alia ratione, causa, & occasione, sub illis modis, formis, pactis, conventionibus, promissionibus, obligationibus realibus, & personalibus, & cum receptionibus quorumcunque, & jurisdictionis cujuslibet admissionibus, pænarum adjectionibus, & renuntiationibus, cautelis, & Clausulis oportunis, quæ dictis suis Procuratoribus, & utrique eorum videbuntur, finem quoque, remissionem, liberationem, refutationem, quietationem, absolutionem, & pactum de ulterius non petendo, faciendum, & recipiendum cum stipulationibus, & clausulis oportunis. Et ad præstandum, & faciendum nomine ipsius Magnifici Domini Constituentis dictis Procuratoribus, & Sindicis ipsius Domini Johannis Galeaz omnem promissionem, & obligationem de qua invicem convenerint, & similiter eas a dictis Procuratoribus, & Sindicis ipsius Magnifici Domini Domini Johannis Galeaz nomine dicti Magnifici Domini Constituentis recipiendum. Et pro observatione omnium, & singulorum eorum, quæ hinc inde promissa, & gesta fuerint, ipsum Magnificum Dominum Constituentem, ac ejus hæredes, successores, & bona obligandum, & ab ipsis Procuratoribus, & Sindicis ipsius Magnifici Domini Domini Johannis Galeaz obligationem similem, & reciprocam recipiendum. Et ad jurandum in animam ipsius Magnifici Domini Constituentis, perpetuo attendere, & inviolabiliter observare quæcunque dicti sui Procuratores duxerint promittenda & prout supra predictis, & quolibet predictorum convenerint, simile quoque, & solemne juramentum a Procuratoribus, & Sindicis dicti Magnifici Domini Domini Johannis Galeaz, seu ab aliis quibuscunque recipiendum, plura rogandum, faciendum, celebrandum, & acceptandum semel, & pluries, ipsaque quocunque valamine roborandum. Et generaliter ad omnia, & singula agendum, dicendum, faciendum, procurandum, promittendum, tractandum, & executioni mandandum, quæ in præmissis, circa ea, & in dependentibus, & connexis ab eis, & eorum quolibet, fuerint necessaria, fructuosa, & oportuna, & quæ ipsemet Constituens dicere, facere, & exercere potest, & posset. Dans, & concedens dictus Constituens dictis suis Procuratoribus, & utrique eorum in solidum, plenum, liberum, generale, & spetiale Mandatum cum plena, libera, generali, & spetiali administratione, potestate, & Baylia predicta omnia, & singula agendi, dicendi, faciendi, promittendi, tractandi, concludendi, & executioni mandandi nomine ipsius Constituentis in premissis, & circa premissa, ac in dependentibus, & connexis, & eorum quolibet, etiam si ea majore, vel graviora forent, quæ Mandatum exigerent spetiale. Promittensque ipse Magnificus Dominus Constituens pro se, & hæredibus, ac successoribus suis mihi Johanni Francisco Notario infrascripto tamquam publicæ personæ stipulanti, & recipienti nomine, & vice omnium, & singulorum, quorum interest, intererit, vel interesse potest, posset, & poterit in futurum. Ac etiam per me dictum Notarium infrascriptum eidem Constituenti delato Juramento, juravit corporaliter ad Sancta Dei Evangelia, manu tactis scripturis, se semper firma, rata, & grata per se, suosque hæredes, & successores habere, tenere, attendere & observare predicta omnia, & singula, ac quæcunque per dictos suos Procuratores, seu alterum ipsorum dicta, facta, gesta,

ANNO 1392.

ANNO 1392. gesta, promissa, concluſa, & ordinata quomodocunque fuerint in præmiſſis, circa præmiſſa, & quolibet præmiſſorum, ac inde pendentibus, & connexis ab eis, & in nullo unquam contrafacere, vel venire per ſe, vel alium, aliqua ratione, ingenio, ſeu cauſa de jure, vel de facto, ſub ſua, & hæredum, & ſucceſſorum ſuorum quoruncunque obligatione, atque bonorum omnium ejus hyppoteca mobilium, & immobilium, præſentium, & futurorum.

Replicatio Bononienſium.

Coram Vobis Dominis Arbitris, & Arbitratoribus prædictis &c.

Comparent, & ſe præſentant Thomas de Sancto Johanne Legum Doctor, & Andalo de Bentevoglis Sindici, & Procuratores Magnifici Communis Civitatis Bononiæ, ad juſtificationem aliquorum petitorum per eos, non aſtringentes ſe ad probandum non neceſſaria, & non oportuna; ſed ſolum ea quæ ſufficiant ad victoriam dicti ſui Communis, pro quo interveniunt, producunt quamdam Copiam litteræ cujusdam emanatæ ex parte Magnifici Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis Comitis Virtutum ſupradicto Magnifico Communi Bononiæ. Copia litteræ incipit: Dolemus, & cumpatimur Cives Egregii. & finit: Coacti plus quam voluntarii diffidamus. Datæ Papiæ 22. Aprilis M. CCCLXXXX. Galeaz Vicecomes Comes Virtutum Mediolani &c. Imperialis Vicarius generalis - Pasquinus, a tergo: Egregiis Viris Antianis, Conſulibus, Civibus, & Communitati Bononiæ, quam Copiam producunt in ea parte, & partibus, quæ faciant ad Victoriam ſui Communis, & aliter non, & petunt, per ſupradictum Dominum Comitem, ſive per ejus Procuratores habentes ad hoc ſpeciale Mandatum tamquam melius de veritate informatum, per ſuum Sacramentum reſpondere debere, utrum ſimilis Littera fuerit emanata ex parte dicti Magnifici Comitis ſupradictæ Communitati, & Civibus, ſi, & in quantum per Procuratores ſupradicti Domini Comitis negaretur.

Copia Litteræ.

Dolemus, & cumpatimur Cives Egregii, quod alienis demeritis contra Civitatem Veſtram, quam ſemper claræ memoriæ Dominus Genitor Noſter quadam ſpeciali cordialitate dilexit, quamque Nos Paterna in hoc ſequentes Veſtigia firmaveramus in animo & in communi, ſemper, & in particulari diligere, cogamur nunc bellica Arma movere, quæ in ſolos auctores pertinaciſſimos tanti mali, ſalva Re veſtra Publica, ſi foret poſſibile, libentius ceu in benemeritos verteremus. . . . Arciguelfos videlicet Florentiæ, paucos numero, qui Civitatis Florentiæ Regimen ſub ſpecie libertatis uſurpant, qui non contenti Civitatem illam deſtruere in qua nati ſunt, nunquam ceſſarunt quousque ſeminatis ſuſpicionibus ſubdolis, Vos non ſolum ad imitandum ipſorum voluntatem, ſed ad quamdam ſervitutem ſecum ſub colorato, & longe impari Confœderationis velamine ſeduxerunt; ſed Vos caliditatibus ſuis illaqueari adeo permiſiſtis, ut neceſſe ſit, quod ſi, prout propoſuimus, contra ſtatum ipſorum pro ultione condigna illatarum offenſarum Magnificis filiis Noſtris Senenſibus, & Peruſinis, violatis evidenter per ipſos Capitulis Univerſalis Ligæ, agere bellicoſe debemus contra vos, & ſtatum Veſtrum pariter agamus, nec quieſcentibus Vobis, intactisque rebus veſtris poſitis, eos ullis favoribus, vel ſubſidiis ſubſtinere, proinde non ulciſcamur injurias aliquas vel offenſas, nullas enim huc usque inter Vos, & Nos interfuiſſe fatemur, cum tamen multa intervenerint beneficia, quæ, ne videamur improperare, ſilemus, ſed ut Arciguelfis auxilia Veſtra deficiant, Vos, & Statum veſtrum a die præſentationis harum Noſtrarum Litterarum in antea coacti plus quam voluntarii diffidamus. Datæ Papiæ 22 Aprilis MCCCLXXXX.

Galeaz Vicecomes Comes Virtutum.
Mediolani &c. Imperialis Vicarius Generalis.

Pasquinus

A tergo. Egregiis Viris Ancianis, Conſulibus, Civibus, & Communitati Bononiæ.

Replicatio Procuratoris Domini Comitis ad Capitula Procuratoris Ligæ. ANNO 1392.

Coram Vobis Reverendiſſimo in Chriſto Patre, & Domino Domino Ricardo Carazolo, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Sacræ Domus Hoſpitalis Sancti Johannis Hyeroſolimitani generali Magiſtro & Sedis Apoſtolicæ Nuntio, & Magnifico Domino Domino Antoniotto Adurno Dei Gratia Januenſium Duce, & Sapiente, & honorandis Viris Domino Petro Ultramarino Legum Doctore, Julliano de Caſtro, Leonardo Genrili, & Jacobo de Cambio Communitatem Januæ repreſentantibus, Arbitris, Arbitratoribus, Transactoribus, & amicabilibus Compoſitoribus communiter, & concorditer electis inter Partes infraſcriptas, ſeu ipſarum Partium Sindicos, & Procuratores, ſpectabiles, & Egregii Milites Dominus Nicolaus de Spinellis de Neapoli Comes Johiæ, & Regni Sciciliæ Cancellarius, & Gulielmus de Bevilaquis Procuratores Illuſtris Principis, & Magnifici, & Excelſi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum, Domini Mediolani &c. Imperialis Vicarii generalis, procuratorio nomine ejusdem.

Comparuerunt, & comparent occaſione cujusdam pretenſæ ſcripturæ, quæ dicitur coram Vobis Magnificis Dominis porecta ad modum petitionis per aſſertos Sindicos Magnificarum Communitatum Florentiæ, & Bononiæ, & aſſertos Procuratores Domini Franciſci Junioris de Carraria, & reſpondent dictæ prætenſæ petitioni, ut infra - Primo, & ante viam negant Dominum Franciſcum Juniorem de Carraria habere aliquod Dominium, aliquam ſuperioritatem, vel præheminentiam, vel aliquod aliud jus in Civitate Paduæ, nec in Caſtro, nec in Territorio, nec in diſtrictu Paduæ. Item proteſtantur, & dicunt, quod non intendunt, quod principaliter, nec incidenter, nec per viam excæptionis, nec aliquo alio modo cognoſcatur de Proprietate, vel jure Proprietatis dictorum Caſtri, Civitatis, Territorii, & diſtrictus Paduæ, & nec terminatum, & executioni mandatum fuerit infradictum poſſeſſorium, ſed quod ſolum cognoſcatur, & terminetur ſuper poſſeſſorio eo modo, quo petitum eſt per præfatos Procuratores præfati Magnifici Domini Comitis in eadem petitione, per eos nomine quo ſupra porecta coram Vobis Magnificis Dominis; Et ad contenta in primo capitulo dictæ prætenſæ petitionis porectæ pro parte dictorum aſſertorum Sindicorum Magnificarum Communitatum Florentiæ, & Bononiæ, & aſſertorum Procuratorum dicti Domini Franciſci de Carraria Junioris, dicunt, quod contenta in ipſo primo Capitulo carent penitus veritate, & ideo fieri non debent. Nam ipſe Dominus Franciſcus Junior tempore, quo præfatus Dominus Comes acquiſivit poſſeſſionem Civitatis Paduæ, ipſe Dominus Franciſcus non habebat poſſeſſionem ipſius Civitatis, ſed eam ſponte deſeruerat, & pro derelicta habuerat, & per Populum Paduanum aprehenſa fuit, & juridice tradita præfato Domino Comiti, & ſic ex prædictis, & multis aliis non potuit, nec poteſt dictus Dominus Franciſcus Junior dici ipſa poſſeſſione ſpoliatus. Item poſſeſſionem dicti Caſtri, & aliorum Fortilitiorum, & Caſtrorum, & Territorii, & diſtrictus Paduæ ſponte traddidit, ſeu tradi fecit præfato Domino Comiti, ſeu ejus Nuntiis, & præſupoſito, ſine præjudicio veritatis, quod non ſponte tradidiſſet, ſed pervictum, quod enim eſt falſum, non poſſit dici poſſeſſione prædicta ſpoliatus, & dato quod vere fuiſſet ſpoliatus, quod enim eſt falſum, tamen incontinenti, & non devertendo ad extraneos actus, prout fecit præfatus Dominus Franciſcus, non rehabuit dictam poſſeſſionem, quia ad multos extraneos actus ante occupationem per ipſum factam de poſſeſſione Paduæ, & diſtrictus, quæ erat penes præfatum Dominum Comitem, devertit. Item incontinenti incipere debuit ad præparatoria recuperationis dictæ Poſſeſſionis qua etiam in dicto Capitulo aſſeritur fuiſſe ſpoliatus, & tunc continuare donec recuperaſſet & taliter faciendo primum cum potuit, intra tamen annum recuperare debuit, & non poſt, imo nec usque ad annum differre debuit ſecundum Communem opinionem. Gloſa &c. Et dato, quod vere fuiſſet ſpoliatus, quod tamen eſt falſum & incontinenti recuperare non potuit poſſeſſionem prædictam, quia ea fuerat legitime privatus, quia præfatus Dominus Comes poteſtatem habuit inducendi Bellum Domino Franciſco Seniori de Carraria, & quam plures juſtas cauſas ipſum Bellum inducendi, & maxime, quia

ANNO 1392. Liga, quam habebat cum præfato Domino Comite multifariam ruperat, & contra eam fecerat, in cujus vicium locum succeſſit dictus Dominus Franciſcus Junior, durante guerra cum dicto Domino Franciſco ſeniore, per præfatum Dominum Comitem habita.

Ad contenta vero in ſecundo, & tertio Capitulis prædictæ aſſertæ petitionis, dicunt, contenta in eis Capitulis non eſſe vera, & per conſequens fieri non debere, & etiam quod prædicta legitime fieri potuerunt, dato quod facta fuiſſent, rationibus ſupra allegatis, & multis aliis legitimis, & rationabilibus.

Ad contenta in quarto Capitulo dicunt, ipſa fieri non debere, maxime quia ſi prædicti contenti in dicto Capitulo detinentur ex juſtis cauſis, poſſunt detineri, & maxime quia tempore dettentionis, ſi aliqua de eis facta fuerunt, erant Subditi præfati Domini Comitis, excepto Domino Franciſco Seniore de Carraria, qui ex multis cauſis juſtis, ſi verum eſſet, quod dettineretur, detineri poſſet. Et omnino falſum eſt, quod ei Domino Franciſco Seniori præfatus Dominus Comes aliquid de contentis in dicto Capitulo abſtulerit, imo eidem magnum honorem fieri fecit, & facit, ac etiam magnam proviſionem eidem Domino Franciſco continue tribuit.

Ad contenta in quinto Capitulo reſpondent, quod ſi dicto Communi Bononiæ, aliqua damna ſint illata, vel per ipſum Magnificum Commune Bononiæ, vel ejus Subditos paſſa, quod hoc fieri potuit, quia præfatus Dominus juſtam guerram habuit, cum dicto Magnifico Communi Bononiæ, maxime quia fregerunt Ligam in Piſis factam, ac etiam dederunt auxilium Arciguelfis Florentiæ, qui ſepius dictam Ligam fregerunt, & multis aliis rationibus, & cauſis juridicis, & legitimis.

Ad contenta in ſexto, negant contenta in dicto Capitulo, cum penitus ſint falſiſſima, & habentes Trabem in occulo imputant feſtucam eſſe in alieno, & maxime quia nominati in dicto Capitulo incurrerunt neſandiſſimum ſcelus proditionis contra præfatum Dominum Comitem. Imo prædicti Locus, & Rochæ, & pertinentiæ Corigiæ ſunt reſtituendi prædicto Domino Domino Mediolani tamquam prædictis ſpoliato, durante præſenti guerra.

Ad contenta in ſeptimo dicunt, contenta in eo fieri non debere propter multas juſtas Cauſas, quæ gracia honoris Domini Luchini nominati in ipſo Capitulo non diminuendi, ſub ſilentio pro hunc ponuntur, & hoc etiam dato, quod habuiſſet aliqua bona Patrimonialia, quæ occupata fuiſſent per præfatum Dominum Comitem, quod negatur.

Ad contenta in octavo Capitulo dicunt, ipſa fieri non debere, maxime quia dictus Dominus Antonius in ipſo Capitulo nominatus legitime fuit debellatus propter multas juſtas cauſas, & maxime quia procuravit, quantum in ſe fuit, impedire, ne præfatus Dominus Comes recuperaret Civitatem Brixiæ, ac etiam, ut fama laborat, procuravit mortem violentam præfati Domini Comitis, & in præfata Domina Samaritana non habuit, nec habet aliquam dotem, & etiam talia non tranſeunt per ſucceſſionem, nec in generali obligatione veniunt.

Ad contenta in undecimo Capitulo, dicunt, prædicta fieri non debere multis cauſis juſtis notis præfato Domino Domino Federico, & quæ tacentur, ne augeatur infamia dicti Domini Federici, ac etiam dicunt, quod præfatus Dominus Comes non tenet aliquid occupatum injuſte præfato Domino Federico.

Ad contenta in duodecimo, dicunt, ipſa fieri non debere ſimilibus rationibus, ex cauſis allegatis ſupra ſuper ſexto Capitulo.

Ad contenta in quarto decimo Capitulo, dicunt, ea fieri non debere, quia præfatus Dominus Comes dictam Ligam ſervavit, & dictum Commune Bononiæ pluries jam fregit, & ſic pluries pœnam in ipſa Liga contenta incurrit.

Ad contenta in quinto decimo. Quia ſi aliqua ex contentis in dicto Capitulo forent vera, ipſa Caſtra, Terræ, Loca, & Fortilitia, de quibus ſupra fit mentio in prædicto Capitulo, non tenentur, nec occupata ſunt per præfatum Dominum Comitem, ac etiam pertinuerunt, & pertinent præfato Communi Senarum de jure, maxime quia ſunt de Territorio, & in Territorio Senarum, ac etiam præfatum Magnificum Commune Florentiæ indebite, & injuſte guerram fecit præfato Communi Senarum.

Ad contenta in ſexto decimo Capitulo, dicunt, Contenta in ipſo Capitulo fieri non debere ſimilibus rationibus allegatis ſupra in quarto decimo Capitulo, ac ipſa penitus carere veritate.

ANNO 1392. Ad contenta in decimo ſeptimo, dicunt, ea fieri non debere rationibus, quibus ſupra proxime, & etiam quia dictum Commune Florentiæ fecit guerram indebite, & injuſte dicto Communi Senarum.

Ad contenta in decimo nono, dicunt, contenta in eo penitus fieri non debere multis rationibus de ſe evidentibus, & notis, ita quod alia allegatione non indigent. Imo prælibatus Dominus Comes Virtutum debet poſſe ſe intromittere in qualibet parte ubi eidem placuerit.

Ad contenta in ultimo Capitulo, dicunt, ea fieri non debere, cum injuſtiſſima ſunt, & iniquiſſima, ut ex ſerie ipſius Capituli patet.

Ad omnia alia vero Capitula, quibus non eſt facta ſupra ſpecialis Reſponſio, dicunt, ipſa carere totali veritate, & præſupoſito quod aliquid veritatis in eis contineretur, quod tamen omnino eſt falſum, dicunt multas cauſas juſtas, & notas ſubeſſe propter quas contenta in eis fieri non deberent, nec debent.

Item in contentis Reſponſione, quæ dicitur eſſe facta per dictos aſſertos Procuratores, & aſſertos Sindicos tam in ſecundo, quam in tertio Capitulis ipſius Reſponſionis dicunt, contenta in petitione per ipſos Dominos Nicolaum, & Gulielmum fuiſſe, & eſſe vera, & ea fieri debere, & non obſtare allegata in dicto ſecundo Capitulo dictæ Reſponſionis, ut ex ſupradictis, circa primum Capitulum Petitionis dictorum aſſertorum Sindicorum, & Procuratorum Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & dicti Domini Franciſci de Carraria Junioris patet, & verum eſſe Illuſtrem Dominum Marchionem, de quo fit mentio in dicto tertio Capitulo dictæ Reſponſionis fuiſſe bene, & optime tractatum ut filium benevolum, & Colligatum a præfato Magnifico Domino Comite, & alia contenta in ipſo Capitulo eſſe omnino contra veritatem; ac petita in ipſo Capitulo fieri non debere; ſed fieri debere ea, quæ concernunt perſonam præfati Domini Marchionis contenta in petitione porecta per ipſos Procuratores ipſius præfati Domini Comitis, & prout in ipſa petitione continetur.

Ad quartum Capitulum, dicunt fuiſſe honeſtum obmittere illud Capitulum, cum prorſus caret veritate, ut ex dictis, & allegatis per præfatos Procuratores prælibati Domini Comitis Virtutum circa primum Capitulum dictæ Petitionis porectæ per dictos aſſertos Sindicos, & Procuratores dictorum Communium Florentiæ, & Bononiæ & dicti Domini Franciſci Junioris de Carraria patet, & ea fieri non debere, maxime cum dictus Dominus Franciſcus Senior non ſervavit fidem præfato Domino Comiti, & etiam nullum Jus competit dicto Domino Franciſco Juniori ſic petendi.

Ad contenta in quinto Capitulo dictæ Reſponſionis, & Petitionis, dicunt, honeſtiſſimum fuiſſe ipſum Capitulum obmittere, quia ipſi Domino Luchino nunquam competit aliquid jus, nec hodie competit in Civitatibus, & Terris, quæ tenentur, & poſſidentur per præfatum Dominum Comitem, & maxime, quia tempore vitæ & etiam poſt mortem Domini Luchini Senioris, Dominium quarumcunque Civitatum & Terrarum, quæ hodie tenentur per præfatum Dominum Comitem, quæ non fuerunt quæſitæ per Recolendæ Memoriæ Magnificum Dominum Genitorem ipſius præfati Domini Comitis, vel per ipſum præfatum Magnificum Dominum Comitem vel per alium, poſt mortem dicti Domini Luchini Senioris, ſpectant ad Recolendæ Memoriæ, Dominum Johannem Archiepiſcopum olim, & Dominum Mediolani, & qui Dominus Archiepiſcopus ordinavit inter alios præfatum Genitorem ipſius præfati Domini Comitis ſuccedere in Dominio dictarum Civitatum, & Terrarum, & non dictum Dominum Luchinum, & quæ ordinatio confirmata fuit, & executioni mandata, per Commune Mediolani, quod Commune tranſtulit Dominium in eos, quos dictus Dominus Archiepiſcopus voluit habere debere. Item quia talia non tranſeunt per ſucceſſionem, cum non ſint proprium Patrimonium. Item jam lapſi ſunt non ſolum triginta, ſed quadraginta tres Anni, quibus dictus Dominus Luchinus ſenior mortuus eſt &c.

Ad ſextum Capitulum dicunt, dictum Dominum Carolum nominatum in dicto Capitulo eſſe concordem cum præfato Magnifico Domino Comite, & ſic non poteſt aliquid peti per dictos aſſertos Sindicos, & Procuratores dictorum Communium Florentiæ & Bononiæ, & dicti Domini Franciſci. Et quia præfatus Dominus Comes ea, quæ tenet, & poſſidet juſtis,

ANNO 1392. tis, & debitis, & licitis modis acquisivit, & etiam legitimis titulis, ut satis est notorium.

Ad septimum Capitulum dicunt, contenta in eo fieri non debere, imo nec nominari quovis modo, ut de se patet, nec nominatim in dicto Capitulo nunquam habuerunt aliquid facere in bonis, quæ tenentur per præfatum Magnificum Dominum Dominum Comitem.

Ad Ultimum Capitulum dicunt, contenta in ipso Capitulo non fore vera, & per consequens fieri non debere.

Instrumentum Procuræ Domini Comitis in personam Domini Nicolai de Neapoli.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Ejusdem Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quarta decima, die secundo Mensis Decembris hora Tertia, in præsentia Testium, meique Notarii infrascriptorum Illustrissimus Princeps, & Magnificus, & Excelsus Dominus Dominus Johannes Galeaz, Vicecomes, Comes Virtutum Mediolani Papiæ &c. Dominus, ac Imperialis Vicarius generalis, sponte, deliberate, & ex certa scientia, omnibus meliori via, jure, modo, & forma, quibus melius, validius, & solemnius potuit & potest, & cum interventu omnium solemnitatum tam juris, quam facti in talibus, & in infrascriptis oportunarum, citra revocationem aliorum suorum Procuratorum, fecit, constituit, & ordinavit, ac facit, constituit, & ordinat Magnificum, & spectabilem Militem, Legum Doctorem Nicolaum de Spinellis de Neapoli, genitum quondam Recolendæ Memoriæ Domini Bartholomei, Consiliarium præfati illustris Domini Domini Johannis Galeaz dilectum Comitem Johiæ, Regnique Siciliæ Cancellarium ibi præsentem, ejus certum Nuntium, Missum, & Procuratorem, & quicquid de jure melius dici, & esse potest, speciali nomine præfati Domini Constituentis, ejusque filiorum, & hæredum, ac nomine, & vice omnium, & singulorum præfati Domini Adhærentium, Complicum, & Vallitorum, Sequacium, Recommendatorum, & benevolorum præsentium, & futurorum, & cujuslibet eorum. Ad faciendum, & contrahendum una cum Spectabili, & Egregio Milite Domino Gulielmo de Bevilaquis genito quondam Recolendæ Memoriæ Magnifici Militis Domini Franciſci, similiter ejus Consiliarii dilecti, ac Procuratore ad hæc alias specialiter constituto, Compromissum cum Magnificis Communitatibus, & Populis Civitatum Florentiæ, & Bononiæ, & Domino Franciſco de Carraria earumque, seu eorum, & cujuslibet ipsarum, & ipsorum nomine, ac nomine omnium, & singulorum eorum, & cujuslibet eorum & earum Colligatorum, ac Confæderatorum, & suorum, & dictorum Confæderatorum & Colligatorum, & cuiscunque Adhærentium, Complicium, Vallitorum, Sequacium, & Recommendatorum, & auxiliatorum eorum, & ipsarum, & cujuslibet ipsarum, & cum quolibet ex dictis Adhærentibus, sequacibus, & benevolis, & cum quolibet, qui se immiscuerit in guerra prædicta, vel in rebus maxime spoliatis, seu occupatis durante præsenti guerra, & cum Procuratoribus, & Sindicis ipsarum Communitatum, & Populorum, & Domini Franciſci prædicti, & cujuslibet earum, & prædictorum, & cujuslibet prædictorum de jure, & de facto, & de amicabili Compositione, prout videbitur discretioni, & Prudentiæ præfati Domini ejus Procuratoris. In Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum Dominum Ricardum de Carazolis Magistrum generalem Hyerosolimitanum & Sacro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Legatum, & in Magnificum Dominum Dominum Antoniottum Adurnum Dei gracia Januensium Ducem, & in Magnificam Communitatem Civitatis Januæ, tamquam in Arbitros, & Arbitratores, & Amicabiles Compositores, & Amicos Communes eligendos, per præfatum Dominum Procuratorem nomine, & nominibus, quibus supra, nomine, & occasione guerræ, & discordiarum, discensionum, differenciarum, quæ vigent, & vigere possent, & poterunt quovis modo, inter præfatum Illustrem, & Magnificum Principem Dominum Johannem Galeaz Constituentem, ejusque Adhærentes, Complices, Valitores, & Sequaces, & Recommendatos, & quemlibet ipsorum ex una parte, seu pluribus Partibus: Et Magnificas Communitates, & Populos Civitatum Florentiæ, & Bononiæ, & Dominum Franciſcum præfatum, & quamlibet ipsarum, & ipsorum Adhærentes, Complices, Vallitores, Sequaces, & Recommendatos, Benevolosque ipsarum, & cujuslibet ipsarum, & qui se immiscuerunt, ut supra ex alia, seu ex aliis Partibus. Ac etiam ad dandum, & concedendum una cum dicto Domino Gulielmo Bayliam, & potestatem eisdem Arbitris, Arbitratoribus, & amicabilibus Compositoribus possendi pronuntiare, jubere, & declarare Pacem puram, veram, & inrevocabiliter, & cunctis temporibus duraturam inter dictas Partes, & quamlibet ipsarum, & quamlibet ex dictis Partibus conjunctim, & divisim, de, & super prædictis guerra, discensionibus, discordiis, & ut supra, & etiam occasione prædictorum, & dependentium a prædictis. Ac etiam ad dandum, & concedendum ipsis Arbitratoribus potestatem, & bayliam pronunciandi, arbitrandi, & arbitramentandi, & amicabiliter componendi, & declarandi super prædictis, & quolibet, & qualibet prædictorum, & prædictarum, & dependentibus a prædictis de jure, & de facto, & de amicabili Compositione, & obmissis quibuscunque solemnitatibus, & quocunque ordine, & modo procedendi, etiam Partibus prædictis, & aliqua ipsarum absentibus, & non citatis. Deditque & dat præfatus Illustrissimus Dominus Constituens, præfato Magnifico Domino Nicolao suo Procuratori ut supra una cum dicto Domino Gulielmo potestatem, & bayliam faciendi ipsum Compromissum in prædictos Arbitros cum illis potestatibus, bayliis, modis, formis, conventionibus, pactis, pænis, terminis, & termino Compromissi, obligationibus, prorogationibus, & potestate prorogandi, juramento, & de non contraveniendo Arbitramentis, quæ pronunciabuntur per ipsos Arbitratores, solemnitatibus, Clausulis, & Renunciationibus, quæ videbuntur discretioni præfati Domini ejus Procuratoris, & cum omnibus, & singulis, quæ ad effectum, & valorem prædictorum, & eorum, quæ arbitrabuntur, & nullo modo annullari, infringi possint, nec peti reduci ad arbitrium boni viri, oportuna, & utilia sunt, & erunt, ac etiam ad faciendum, concludendum, & firmandum una, & simul cum præfato Domino Gulielmo Pacem, & injuriarum, & quarumlibet offensionum remissionem cum dictis Magnificis Communibus Florentiæ, & Bononiæ, & Domino Franciſco prædicto, & eorum, & cujuslibet eorum Sindicis, vel Procuratoribus nomine ipsorum Communium, & Domini Franciſci prædicti, & vice, & nomine omnium, & singulorum eorum, & cujuslibet eorum Colligatorum, & seu Confæderatorum, & suarum, & dictorum Confæderatorum, & Colligatorum, & cujuscunque ipsorum Subditorum Adhærentium Complicum, Auxiliatorum, Recommendatorum, vel sequacium, & quolibet, & quocunque dictorum nominum. Et ad obligandum simul cum præfato Domino Gulielmo pro ipsis omnibus observandis dictum Illustrem, & Excelsum Dominum Dominum Johannem Galeaz, & ejus bona præsentia, & futura. Et de præmissis unum, & plura Instrumenta cuicunque Notario fieri rogandum. Dans, & concedens præfatus Dominus Mediolani Constituens præfato Domino ejus Procuratori simul cum dicto Domino Gulielmo in præmissis, & circa præmissa, & inde pendentibus, emergentibus, & connexis ab eis, plenum, liberum, & generale Mandatum cum plena, libera, & generali, administratione, ac etiam speciale, & specificum, etiam si talia forent, que Mandatum exigerent speciale. Ac etiam committens eidem Domino Procuratori suo una cum dicto Domino Gulielmo in præmissis totaliter Vices suas. Promittens Illustrissimus Dominus Constituens præfatus mihi Notario infrascripto tamquam publicæ personæ solemniter recipienti, & stipulanti nomine, & vice præfatorum Magnificorum Communitatum, & Populorum, & suorum Communium, & singularum personarum aliqualiter interest, intererit, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, quod totum quicquid gestum, & factum fuerit per præfatum Dominum ejus Procuratorem, simul cum dicto Domino Gulielmo in præmissis, & circa præmissa, & in dependentibus, emergentibus, & connexis ab eis cunctis temporibus ratum, gratum, & firmum habebunt, & tenebunt sub obligatione omnium bonorum præfatorum Illustrissimi Domini Johannis Galeaz, & inde præfatus Illustrissimus Princeps, & Magnificus, & Excelsus Dominus Dominus Johannes Galeaz constituens mandavit mihi Notario infrascripto, ut de præmissis unum, & plura ejusdem tenoris, si fuerit expediens, conficiam Instrumenta. Actum in Civitate Papiæ in Castro prælibati Illustrissimi Principis, &

ANNO 1392.

ANNO 1392. Magnifici Domini Domini Conſtituentis, videlicet in Camera Cubiculari ipſius, reſpondente de verſus Portam Sanctæ Mariæ in Perticha dictæ Civitatis præſentibus Reverendo in Chriſto Patre, & Domino Domino Fratre Guilielmo, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Papienſe, & Comite, ſpectabili Milite, & Egregiis Viris Dominis Nicolao Marchione Pallavicino Conſiliariis, Franciſco de Barbavairis Camarario, & Paſquino de Capellis Cancellario, & Secretario prælibati Domini inde teſtibus notis, vocatis, & rogatis.

Ego Johannes de Oliariis genitus Domini Auguſtini, publicus Papienſis Imperialique auctoritate Notarius his omnibus, dum ſic agerentur interfui, & rogatus hoc Inſtrumentum per me fieri, juſſi, traddidi, & aliis occupatus per infraſcriptum Notarium ſcribi feci, & me ſubſcripſi in teſtimonium omnium præmiſſorum.

Ego Jacobus de Cambiis Papienſis Imperialique auctoritate Notarius preſens Inſtrumentum Mandato ſupraſcripti Notarii ſcripſi.

Inſtrumentum Sindicatus, & Procur. Communis Peruſii.

In Nomine Domini Amen. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo primo, Indictione decima quarta ſecundum Stillum Civitatis Peruſii, tempore Domini Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Bonifatii Papæ Noni, die decimo Menſis Novembris. Convocato, & congregato in ſufficienti numero Majori, & generali Conſilio Communis, & Populi Civitatis Peruſii ad ſonum Campanæ, Tubarum vocemque Preconis, de mandato Magnificorum Dominorum Priorum Artium Civitatis Peruſii, & Domini Capitanei Populi Peruſii in Salla inferiori Palatii reſidentiæ dicti Domini Capitanei ut moris eſt. In quo quidem Conſilio factis propoſitis, & exhibitis Conſiliis, & obtentis partitis de levando ad ſedendum, nemine in contrarium ſurgente, ſingulariter, & diſtincte ſuper omnibus infraſcriptis, & ſingulis, & quolibet ipſorum, ſecundum formam Statutorum, & ordinamentorum Communis Peruſii. Magnifici Domini Domini Priores Artium Civitatis Peruſii omnes ſimul in plena concordia agentes omnia infraſcripta de præſentia, & conſenſu Sapientum, & Jurium Peritorum Virorum Domini Johannis Bernardi de Offida Vicarii, Egregii Militis, & Legum Doctoris Domini Thomaſii Johannis de Salamonibus de Atria, honorabilis Poteſtatis Civitatis Peruſii, & Domini Nicolai Antonioli de Coſtenbuſa Vicarii Magnifici Viri Franciſci de Scotis de Placentia, honorabilis Capitanei Populi Peruſini, & etiam de præſentia, & conſenſu ſeu Conſiliariorum Conſilii antedicti in ſufficienti numero, congregatorum, & ipſi Domini Vicarii, & Conſiliarii de præſentia, & conſenſu dictorum Magnificorum Dominorum Priorum Artium dictæ Civitatis Peruſii. Omnes ſimul in plena concordia exiſtentes, vice, & nomine Communis Peruſini, & prò Civitate, Comitatu, Territorio, Fortalitia, & diſtrictu Peruſii, & pro Civitatibus, Terris, Caſtris, & Locis, Dominis, ac ſingularibus perſonis dicto Communi ſupoſitis, vel quomodolibet recommiſſis, prò quibus, & quolibet ipſorum, cum Clauſulis, & Capitulis oportunis in forma de rato-habitione ſolemniter promiſerunt; Obligantes dictum Commune Peruſii, & ſingula bona mobilia, & immobilia præſentia, & futura dicti Communis, & ſingularum perſonarum prò obſervatione infraſcriptorum, & dependentium ab eisdem, omni jure modo, & forma, quibus magis, melius, & de jure efficatius potuerunt, non revocando propterea alios dicti Communis Sindicos, nec Procuratores, nec geſta per eos, ſed potius confirmando, fecerunt, conſtituerunt, & creaverunt nominibus, quibus ſupra eorum, & dicti Communis Sindicos, & Procuratores, Actores, Factores, & certos Nuntios ſpeciales Nobilem, & Egregium Militem, ac Legum Doctorem Dominum Nicolaum Domini Lelii de Baleonibus, & Circumſpectum Virum Ugulinum Cechini de Peruſio honorabiles Ambaſiatores dicti Communis in Civitate Januæ exiſtentes, abſentes tamquam præſentes, & utrumque eorum in ſolidum, ita quod non ſit potior Occupantis conditio, ſed quod per alterum incæptum fuerit, per alterum valeat proſſequi, & finiri, & ſpetialiter, & nominatim ad tractandum, iniendum, firmandum Pacem, & concludendum, & ſolemniter promittendum vice, & nomine dicti Communis, & Terrarum, & locorum, & aliorum, utſupra comprehenſorum cum Sindicis, & Procuratoribus Communitatum Civitatis Florentiæ, Bononiæ, & Complicum, & Sequacium ipſarum, & Recommendatorum, & adhærentium, & cum quibuscunque aliis Mandatum habentibus, de, & ſuper quibuscunque offenſionibus realibus, ſeu perſonalibus, mediis, ſeu mixtis, damnis, & intereſſe percæptis quomodolibet, & quæ percipi poterunt in futurum per dictum Commune Peruſii, vel ejus Cives, diſtrictuales, Subditos, Recommendatos, gentes, Adhærentes, Complices, ſeu Sequaces ante præſentem guerram cæptam inter predictos Florentinos, & Bononienſes, & eorum Adhærentes, Complices, & Sequaces contra Illuſtrem, & Excelſum Dominum Dominum Johannem Galeaz Vicecomitem, Comitem Virtutum Mediolani &c. Imperialem Vicarium generalem, & contra Communia Peruſii, & Senarum, & eorum Adhærentes, Complices, & Sequaces, ſeu etiam è converſo, & etiam poſt dictam guerram, & ea durante, & ad faciendum, ſeu recipiendum generalem, ſeu particularem remiſſionem, finem, & abſolutionem de, & ſuper omnibus, & ſingulis ſupradictis, & dependentibus, & conexis, cum, & ſub illis Capitulis, pactis, Conventionibus conditionibus, reſervationibus, aut promiſſionibus, & ſub illis verborum concæptionibus, prout, & quemadmodum ipſis Sindicis, vel alteri ipſorum, ſi alter abeſſet, placuerit quoquomodo. Et ad petendum dictis Nominibus reſtitutionem omnium bonorum, Jurium, Actionum, & rerum quarumlibet pertinentium, ſeu ſpectantium ad ipſum Commune Peruſii, vel Subditos, Recommendatos, Adhærentes, vel Complices, ſeu quæ ſpectare, vel quomodolibet pertinere poſſent, & omnium, & ſingularum Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, Fortilitiorum, ſeu Locorum, & aliorum predictorum quorumlibet dicti Communis Peruſii, vel Civium, Diſtrictualium, Complicum, Recommendatorum, vel Sequacium dicti Communis Peruſii, vel ad ipſum Commune Peruſii, Cives, diſtrictuales, Subditos, & Recommendatos, Adhærentes, Complices, vel Sequaces, quovis Jure, actione, modo, vel forma, ſeu cauſa pertinentium, vel ſpectantium, quoquomodo invaſorum, detemptorum, vel aliter occupatorum, tam ante preſentem guerram, quam poſtea quomodocunque per dictum Commune Florentiæ, ſive ejus Cives, diſtrictuales, gentes, Adhærentes, Recommendatos, Complices, vel Sequaces, & etiam omnium, & ſingulorum damnorum, & intereſſe quomodolibet percæptorum, vel quæ percipi potuiſſent, vel potuerunt prædictorum, vel alicujus eorum occaſione, vel cauſa, ſeu dependentium ab eisdem, vel aliquo eorundem. Et ad faciendum nominibus ſupradictis generalem Commiſſionem, ſeu ſpetialem, ſeu etiam liberimum, ac generaliſſimum, & pleniſſimum Compromiſſum de, & ſuper omnibus, & ſingulis ſupra, & infraſcriptis, & quolibet ipſorum, dependentibus, ſeu conexis, & etiam aliis extraneis ad beneplacitum ipſorum Sindicorum, vel alterius ipſorum, altero exiſtente abſente utſupra exprimitur, in Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum Ricardum Carazolum Sacræ Domus Hoſpitalis Sancti Johannis Hyeroſolimitani Magiſtrum digniſſimum, & Apoſtolicæ Sedis Nuntium ad hæc ab eadem Sede ſpetialiter deputatum, & Illuſtrem, & Magnificum Dominum Dominum Antoniottum Adurnum Ducem Januenſem, & in Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum Raimundum, generalem Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magiſtrum, nec non in Venerabile Conſilium prefati Domini Ducis, & Communitatis Civitatis Januæ, Arbitratores tractatus dictæ Pacis, Deo prævio, pertractandæ inter dictas Partes, & vel etiam quoscunque alios, in quos Ambaxiatores, Procuratores, Actores, vel Sindici prefati Illuſtris, & Excelſi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum &c. duxerint comittendum, & ad faciendum, & fieri faciendum hujusmodi Compromiſſum, ſeu commiſſionem in predictos, ſeu aliquos ex eis ſub, & cum illis modis, conditionibus, clauſulis, ſeu reſervationibus, vel etiam ſub

ANNO 1392.

illa

ANNO 1392. illa generaliſſima, pleniſſima, & abſolutiſſima remiſſione, cognitione poteſtate, & arbitrio, prout, & ſicut præfati Conſtituti, vel alter ipſorum, altero tamen utſupra abſente, noverit pro utilitate Communis Perufii quomodolibet ſalubrius convenire. Et nihilominus ad beneplacitum ipſorum, & ad faciendum, & fieri faciendum de, & ſuper predictis, & quolibet ipſorum, & dependentibus, & conexis unum, & plura Inſtrumenta tam pacis, remiſſionis & plenæ concordiæ, abſolutionis, & refutationis, ſeu tranſactionis, quam etiam cujuscunque commiſſionis, ſeu Compromiſſi generaliſſimi, & etiam cujuscunque ratificationis, ſeu emologationis quomodolibet faciendæ occaſione Laudi, ſeu ſententiæ ferrendæ inter dictas Partes eorum occaſione, vel dependentium ab eisdem, cum, & ſub illis pactis, Capitulis, mulctis, promiſſionibus, renuntiationibus, pænarum adjectionibus, bonorum obligationibus, juramentis, & aliis quibuscunque Clauſulis, ſeu ſolemnitatibus quomodolibet oportunis tam de conſuetudine, quam de jure, vel alio quocunque modo ad beneplacitum ipſorum, & etiam ad ſenſum Sapientis Partium oportunum. Et de predictis, & quolibet ipſorum, & dependentibus ab eisdem plenarie obſervandis, & ad obligandum dictum Commune Perufii, & ſingulares perſonas, & omnia, & ſingula bona, & Jura quæcunque præſentia, & futura prout fuerit quomodolibet oportunum. Dantes, & concedentes dictis eorum Sindicis, & Procuratoribus, & cuilibet ipſorum in ſolidum in predictis, & quolibet eorundem, & dependentibus, & conexis, & circa, & quorumlibet ipſorum pleniſſimum, liberimum, & generaliſſimum Mandatum cum plenilliima & liberima, & generaliſſima adminiſtratione. Nec non promittentes nominibus quibus ſupra mihi Johanni Notario infraſcripto tamquam publicæ perſonæ ſtipulanti, & recipienti vice, & nomine dictorum Comunium Florentiæ, & Bononiæ, & Subditorum, & Recommendatorum, Adhærentium, ſeu Sequacium ipſorum, vel alterius eorum, & etiam nomine omnium illorum, quorum intereſt, ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum, ſe habituros, & quod habebunt perpetuo ratum, firmum, & gratum omne id, & totum, quod per ipſos eorum Sindicos, & Procuratores, vel per alterum ipſorum, altero, ut ſupra premittitur, abſente, & exiſtente factum, geſtum, commiſſum, & ſeu conventum fuerit in predictis, vel aliquo ipſorum, ſeu circa ea, aut dependentia, vel conexa modo aliquo, ſeu forma, & in nullo per ſe, vel alium, ſeu alios contrafacere, vel venire de jure, vel de facto, quovis colore quæſito ſub hypoteca, & obligatione expreſſa omnium, & ſingulorum bonorum dicti Comunis, & ſingularum perſonarum præſentium, & futurorum. Inſuperque volentes præfatos eorum Sindicos, Procuratores, & utrumque ipſorum ab omni ſatisdationis onere relevari, promiſerunt mihi Notario ſupraſcripto, & infraſcripto præſenti, ſtipulanti, & recipienti nominibus ſupradictis fidejubentes prò eis, & utroque ipſorum in ſolidum in omnem caſum, & eventum de Juditio ſiſti, & Judicatum ſolvendo cum Clauſulis opportunis ſub hyppoteca, & obligatione predictis.

Acta fuerunt in Civitate Perufii in Salla inferiori habitationis, & reſidentiæ Domini Capitanei Perufini, cui Palatium Dominorum Priorum ſupradictorum. Platea Comunis Perufii, Via Comunis Perufii, & alii ſiqui plures aut veriores ſunt Confines, præſentibus Ser Bertolino Cechi de Perufio Portæ Sancti Angelini, & Bartucciolo Nerii de Perufio Portæ Sanctæ Sux., & Parochiæ Sancti Andreæ, & Cecharello de Mechis de Perufio Portæ Sancti Angeli, teſtibus ad hæc habitis, vocatis, & rogatis.

Ego Johannes quondam Magiſtri Feji de Perufio Portæ Steburn. & Parochiæ Sancti Nicolai Imperiali auctoritate Notarius, & Judex Ordinarius, & nunc Notarius dictorum Dominorum Priorum predictis omnibus, & ſingulis interfui, & ea rogatus prædicta ſcripſi, & publicavi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

Inſtrumentum Sindicatus, & Procuræ Communis Senarum.

In Nomine Domini Amen. Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo trecenteſimo nonageſimo primo, Indictione quarta decima. Die duodecima Menſis Decembris. Pateat omnibus evidenter, quod congregato, & convocato generali Conſilio, & Campan. Communis, & Populi Civitatis Senarum in conſueto Palatio, & Magna Salla Palatii inferioris dicti Communis, ad ſonum Campanæ, vocemque Preconis ut moris eſt, in ſufficienti numero ſecundum formam Statutorum Senarum Magnifici, & honorabiles Viri Cives Senarum, videlicet Ser Laurentius Venturini de Andrenceliis Moſchæ. Andreas Sabelini Pieri. Paulus Johannis Vivæ. Bertolinus Mini Corſini, Nofrius Angeli Ugolini. Antonius Franciſci Caſarini Johannes Mini Buoni, Minocius Mini Thomini, Dominicus Guidi, & Franciſcus Vindotti, Priores, Gubernatores Communis, & Populi Civitatis Senarum nec non duæ partes, & ultra Conſiliariorum dicti Conſilii generalis, qui ex forma Statutorum Communis Senarum habent plenam, & liberam bailiam, auctoritatem, & poteſtatem, merum, & mixtum Imperium, quam, & quod habet totum Commune, & Populus Civitatis Senarum. Omni via, jure, modo, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, & fieri potuit, & poteſt pro ſe ipſis agentes, & vice, & nomine Communis, & Populi Civitatis Senarum ſibi invicem conſentientes, & auctorantes fecerunt, conſtituerunt, & creaverunt, & ordinaverunt ipſorum, & dicti Communis, & Populi Civitatis Senarum veros, & legitimos Sindicos, & Procuratores, Actores, Factores, deffenſores, & certos Nuntios ſpetiales Nobiles, & Prudentes Viros Dominum Johannem Ser Gucii Legum Doctorem, & Baptiſtam Mini Caffini de Piccolominibus, Cives Senenſes, videlicet abſentes tamquam præſentes, & quemlibet ipſorum in ſolidum, & in totum in omni lite, differentia, cauſa, quæſtione, ſeu Controverſia, quam Commune, & Populus Civitatis Senarum habet, ſeu haberet impoſterum de quacunque, & ſuper quacunque re cum quacunque perſona, loco, Coleggio, Univerſitate, Civitate, vel Domino, Viro, vel pluribus quomodocunque, & qualitercunque contigerit, ſeu contingere poſſit. Et ipſius Populi, & Communis Senarum jura deffendendum, & protegendum, dicendum, faciendum, & allegandum prout juris, & eorum ordo poſtulat, & requirit, & ſingulariter, & nominatim. Ad compromittendum libere de jure, & de facto, & de jure tantum, & de facto tantum, nomine, & vice Populi, & Communis Civitatis Senarum, & pro ipſo Communi, & Populo, in Magnificum Commune Januæ, Magnificum Dominum Ducem Januæ, & Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum Magiſtrum Sacræ domus Hoſpitalis Sancti Johannis Hyeroſolimitani, & vel in alterum ipſorum unum, vel plures, & ſeu alium vel alios quoscunque Arbitros, & Arbitratores, & Amicos Communes Partium infraſcriptarum, & inter ipſas Partes omnem litem, & quæſtionem, ſeu quærelam quomodocunque voluerint, terminandam, de, & ſuper guerra, inimicitia, & diſcordia, & ſeu differentia, quam Commune, & Populus Civitatis Senarum habet, ſeu haberet quomodocunque cum Communi, & Populo Civitatis Florentiæ, & ſeu quibuscunque aliis Civitatibus, Communitatibus, Dominis, vel ſingularibus perſonis, & Locis quibuſcunque, prout, & ſicut dictis eorum Sindicis, & Procuratoribus, vel alteri ipſorum videbitur, & placebit. Item ad ratificandum, & confirmandum omne Compromiſſum, ſeu promiſſionem, & obligationem, quod, & quæ aparerent fore ab hodie retrò per dictos eorum Sindicos, & Procuratores, vel alterum ipſorum, & ſeu alium quemcunque ipſorum nomine, & ſeu nomine Communis, & Populi Civitatis in dictos Magnificos Arbitros, Arbitratores, atque Communes Amicos, vel alios quoscunque occaſione dictæ guerræ, & vel alia quacunque re quomodocunque, vel qualitercunque facta apareret, ſcriptura, vel verbo, publice, vel private. Item ad ſubſtituendum nomine ipſorum, & Communis, & Populi Civitatis Senarum unum, & plures Sindicos, & Procuratores cum pleno, & libero Mandato ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc quos ſubſtituerint, & vel alter ipſorum ſubſtituerit unum, vel plures cum quocunque Mandato. Confirmantes, & approbantes prò veris, & legitimis Sindicis, & Procuratoribus dicti Communis,

ANNO 1392. munis, & Populi Civitatis Senarum, & prò ipso Communi, & Populo, & generaliter, & spetialiter ad omnia, & singula faciendum, & exercendum, procurandum, promittendum, & obligandum quæ in predictis omnibus, & circa predicta, & dependentibus ab eisdem quomodocunque fuerint necessaria, utilia, & etiam oportuna, & quæ ipsimet Constituentes, si præsentes essent, facere, & exercere possent in omnibus supra, & infrascriptis, etiam si Mandatum exigerent spetiale, de quibus oporteret in presenti Mandato mentionem fieri spetialem, cum omnibus, & singulis promissionibus, obligationibus, pœnarum adjectionibus Capitulis, formis, modis, pactis, Articulis, declarationibus, & conventionibus quibuscunque necessariis, & utilibus, & de predictis omnibus, & ab eis dependentibus quomodocunque, & qualitercunque faciendum, & fieri faciendum Instrumenta necessaria Unum, vel plura, vallata, & vallanda omnibus, & singulis viribus, & solemnitatibus a Jure, & consuetudine permissis in quocunque loco, vel Patria, & prout, & sicut dictis Sindicis, & Procuratoribus, & vel alteri ipsorum videbitur, & placebit. Dantes, & concedentes dicti Constituentes, & ipsorum quilibet pro se ipsis, & vice, & nomine Communis, & Populi Civitatis Senarum dictis eorum Sindicis, & Procuratoribus, & utrique ipsorum in solidum, & substituendis ab eis, vel altero ipsorum, uni, vel pluribus in predictis omnibus, & singulis, & circa ea, & dependentia ab eis quoquomodo plenum, liberum, spetiale, & generale Mandatum cum plena, libera generali, & spetiali administratione, quod, & quam habent dicti Constituentes, & seu quod, & quam habet, & potest habere totum Commune, & Populus Civitatis Senarum. Promittentes dicti Constituentes, & quilibet ipsorum prò se ipsis, & vice, & nomine Communis, & Populi Civitatis Senarum, & prò ipso Communi, & Populo, mihi antedicto Notario infrascripto tamquam publicæ personæ Offitio publico recipienti, & stipulanti prò omnibus, & singulis, quorum interest, vel interesse poterit in futurum, se firmum, ratum, gratum, validum, & accæptum habere, tenere & observare ——————— propterea omne id totum, & quicquid factum, dictum, gestum, & procuratum, promissum, obligatum, & conventum fuerit per dictos eorum Sindicos, & Procuratores, & vel alterum ipsorum, vel substituendos ab eis, & vel altero ipsorum Unum, & seu plures in predictis omnibus, & singulis, & dependentibus ab eis, & contra ea, vel aliquid ipsorum non facere, dicere, vel venire per se, vel alium, & seu alios, suo, seu Communis, & Populi Civitatis Senarum Nomine, aliqua ratione, vel causa, directe, vel indirecte sub pœna, & obligatione omnium bonorum mobilium, & immobilium præsentium, & futurorum dicti Communis, & Populi Civitatis Senarum — Actum in Civitate Senarum in Salla Majori Palatii inferioris Communis Senarum in quo Consilia dicti Communis, & Populi celebrantur. Præsentibus Johanne Meji dicto Trafico, Francisco Nerii, & Mattheo Gerardi de Senis. familiaribus Dominorum Priorum dictæ Civitatis Senarum testibus ad hæc vocatis, & rogatis.

Ego Andreas quondam Justi Cennis de Vulteris Publicus Apostolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius, Cæsareaque auctoritate Judex Ordinarius, & nunc Notarius, & Officialis Communis Senarum super Reformationibus Consiliorum dictæ Civitatis spetialiter deputatus predictis omnibus, dum agerentur in dicto Consilio generali, interfui, & ea, rogatus scripsi fideliter, & publicavi

Productio Jurium Domini Comitis.

Coram Vobis Reverendissimo in Christo Patre, & Domino Domino Ricardo Carazolo Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Sacræ Domus Hospitalis Sancti Johannis Hyerosolimitani generali Magistro, & Sedis Apostolicæ Nuntio, & Magnifico Domino Antoniotto Adurno Dei gratia Januensium Duce, & Sapiente, & honorandis Viris Domino Petro Ultramarino Jur. Perito, Julliano de Castro, Leonardo Gentili, Jacobo de Cambio Communitatem Januæ representantibus Arbitris, Arbitratoribus, Transactoribus, & Amicabilibus Compositoribus communiter, & concorditer electis inter Partes infrascriptas, ipsarum Partium Sindicos, & Procuratores. Spectabiles, & Egregii Milites Domini Nicolaus de Spinellis Comes Johiæ, & Regni Ciciliæ Cancellarius, & Gulielmus de Bevilaquis Procuratores Illustris Princis, ac Magnifici, & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis Comitis Virtutum, Domini Mediolani &c. Imperialis Vicarii generalis. Ad clarificationem animorum Vestrorum Dominorum Arbitrorum, & Arbitratorum, & ad Verificationem possessorii dumtaxat coram Vobis Dominis Arbitratoribus intentati per dictos Procuratores prelibati Domini Comitis Virtutum super Spoliatione Civitatis Paduæ facta per Dominum Franciscum de Carraria Juniorem, seu per gentes ipsius Domini Franciſci, & non ad verificationem alicujus Juditii petitorii, exhibent, producunt coram Vobis infrascripta Jura, & Instrumenta, quibus uti volunt, & intendunt in illis passibus, punctis, & articulis, & particulis, quæ sint, tendant, & faciant in favorem prelibati Domini Comitis & contra quemcunque alium, contra quem melius prodeste possint præfato Domino Mediolani, Florentinos, Bononienses, & Dominum Franciscum de Carraria Juniorem, ipsorumque Sindicos, & Procuratores, & non aliter nec alio modo, in causa, & quæstione coram Vobis inter dictas Partes vertente. Et quam productionem predicti Procuratores prelibati Domino Johannis Galeaz fecerunt, & faciunt in tantum, in quantum sit, & concernat favorem prelibati Domini Johannis Galeaz, & contra Partem adversam, & non aliter, nec alio modo, protestantes, se velle uti aliis Juribus, quibus carent ad præsens nomine prelibati Domini Domini Comitis Virtutum.

Primo videlicet Instrumentum, sive Membranam unam, in qua sunt plura Instrumenta & plures actus, per quæ evidenter apparet fuisse translata Dominium, & Possessionem Civitatis Paduæ, & districtus Castrorum, Territorii, & Fortilitiorum ejusdem Civitatis juste, & legitime prefato Illustri Principi Domino Comiti Virtutum. Cujus Instrumenti secunda linea incipit, *præsentibus* & penultima incipit *in ea.*

Item Summarium Unum omnium Instrumentorum descriptorum in predicto Magno Instrumento, seu in Membrana una magna, cujus Summarii secunda linea incipit XIa, Et penultima linea finit *Communi.*

Item Ligam unam factam Pisis, cujus secunda linea incipit. *Mariæ*, & penultima finit *scriptum.*

Responsio Florentinorum facta contra Senenses.

Coram Vobis Magnificis Dominis Arbitris, & Arbitratoribus suprascriptis comparent dicti Sindici, & Procuratores Comunis Florentiæ occasione reservationis in Laudo per Vos lato auctæ de Castris Montis Palciani, & Lucignani, & eorum pertinentiis. Et non aprobando propterea contenta in dicto Laudo, dicunt, quod dicta Castra pertinent de jure ad dictum Comune Florentiæ, & per Vos Dominos Arbitros adjudicari debent dicto Comuni Florentiæ, & dictum Comune Senarum condemnari ad restitutionem, & liberam relaxationem dicti Castri Lucignani cum suo Territorio & Juribus, & pertinentiis, & ita per Vos Dominos Arbitros fieri, pronuntiari, laudari, & declarari petunt dicti Sindici Comunis Florentiæ dicto nomine, petentes sibi in predictis Jus, & justitiam fieri omni modo, via, forma, & jure, quibus magis, & melius fieri potest. Offerentes se paratos in terminum competentem ostendere producere, & probare, eis de jure incumbentia; protestantes tamen quod se non astringunt ad aliquam probationem superfluam.

Prorogatio Compromissi prorogati per Procuratores Illustris Domini Mediolani & aliorum ex parte sua.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Ejusdem Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione quarta decima secundum cursum Januæ, die Sabbathi vigesimo Mensis Januarii, ante horam quartam Noctis, & paulo post latam quamdam sententiam, de qua infra fit mentio, tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Bonifatii divina Providentia Papæ Noni Anno tertio.

Spectabilis, & Egregius Miles Nicolaus Spinellus Comes Johiæ, & Regni Siciliæ Cancellarius, & Spectabilis, & Egregius Miles Dominus Gulielmus de Bevilaquis filius quondam Domini Francisci Militis,

ANNO 1392. litis, Consiliarii, & Procuratores Illustris Principis, ac Magnifici, & Excelsi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum Mediolani, &c. Imperialis Vicarii generalis ad infrascripta omnia, & singula facienda, gerenda, & exercenda solemniter constituti, ut constare vidimus Nos Notarii infrascripti publicis Instrumentis Procuratoriis fieri rogatis. Uno videlicet manu Johannis de Oliariis Notarii, & Civis Papiensis in personam suprascripti Spectabilis Militis Domini Nicolai anno proxime præterito, Indictione quarta decima secundum cursum Civitatis Papiæ, die secundo Mensis Octobris, alio facto in personam prefati Spectabilis Militis Domini Gulielmi fieri rogatu manu Cattelani de Christianis Notarii Civis Papiensis filii quondam Domini Franceschini Juris Periti, anno proxime præterito, Indictione quarta decima, die lunæ trigesimo Mensis Octobris, Procuratoriis nominibus Domini Johannis Galeaz, & prò ipso Domino Johanne Galeaz, ejusque filiis, & hæredibus, ac etiam nomine, & vice Adhærentium Complicum, Vallitorum, & Sequacium Benevolorum, ac Subditorum prefati Domini Johannis Galeaz. Et spectabilis, & Egregius Miles Dominus Filippus de la Molza, & Sapiens Vir Dominus Johanne de Bobio Juris Utriusque Doctor, Procuratores Magnifici, & Excelsi Domini Domini Francisci de Gonzaga, Domini Mantuæ Imperialis Vicarii Generalis ad infrascripta omnia, & singula facienda, gerenda, & exercenda solemniter constituti, ut constare vidimus publico Instrumento dictæ Procurationis fieri rogato manu Jacobi de Falconibus Notarii, & Civis Mantuæ Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quarta decima secundum cursum Civitatis Mantuæ die Jovis quartodecimo Mensis Decembris, nomine, & vice dicti Magnifici Domini Domini Francisci Domini Mantuæ, ejusque Adhærentium Complicum, Vallitorum, Colligatorum, Vassalorum, sequacium Benevolorum, & Subditorum. Et spectabilis Miles Dominus Nicolaus de Ballionibus Legum Doctor. Et Nobilis, ac Circumspectus Vir Ser Ugolinus Cecchini, honorabiles Cives Perusii, Sindici, & Procuratores Magnificæ Communitatis, hominum, Populi, & Universitatis Magnificæ Civitatis Perusii ad infrascripta omnia, & singula facienda, gerenda, & exercenda solemniter constituti, ut constare vidimus publico Instrumento dicti Sindicatus fieri rogato manu Johannis quondam Magnifici Feji de Perusio Notarii, Anno millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quarta decima secundum stillum Civitatis Perusii, die undecimo Mensis Novembris nomine, & vice predictæ Communitatis, Populi, & Universitatis Civitatis Perusii, ac etiam nomine, & vice omnium, & singulorum Adhærentium, Complicum, Vallitorum, Colligatorum, Benevolorum, Sequacium, Recommendatorum, & Subditorum dictæ Civitatis Perusii. Et Nobilis, & prudens Vir Baptista Mini Caffini de Picolominibus, Civis Senensis, Sindicus, & Procurator Magnificæ Communitatis, hominum, Populi, & Universitatis Magnificæ Civitatis Senarum ad infrascripta omnia, & singula facienda, gerenda, & exercenda solemniter constitutus, ut constare vidimus publico Instrumento Sindicatus, & Procurationis scripto manu Andreæ quondam Justi Cennis de Vulteris Notarii, Anno Dominiæ Incarnationis millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quintadecima, die duodecima Mensis Decembris, nomine, & vice dictæ Communitatis, & Populi Universitatis Civitatis Senarum, ac nomine, & vice omnium, & singulorum Adhærentium, Colligatorum, Benevolorum, Complicum, Vallitorum, Sequacium, Recommendatorum, Vassallorum, & Subditorum dictæ Civitatis Senarum, & quilibet ex ipsis Procuratoribus, & Sindicis nomine, & nominibus, quo, & quibus supra habentes plenam informationem de quodam Capitulo inserto in quadam arbitramentali Sententia lata per infrascriptos Magnificos Dominos Arbitros, & Arbitratores electos per . . . . . Procuratores, & Sindicos supradictos nomine quo supra ex una parte. Et . . . . Sindicos, & Procuratores Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & Magnifici Domini Francisci Junioris de Carraria Paduæ &c. nomine ipsarum Communitatum, & Domini Francisci ex altera parte prout apparet quibusdam publicis Instrumentis Compromissi compositis, & rogatis per Notarios infrascriptos, & nonnullos alios Notarios, hoc Anno, die vigesima octava Decembris proxime præteriti. Et de dicta sententia apparet aliis publicis Instrumentis compositis, & rogatis per Nos Nicolaum Jacobi de Damiano, & Antonium de Credentia Notarios infrascriptos hodie paulo ante. Cujus quidem Capituli in ipsa Sententia inserti tenor sequitur in hac forma: Item quia per supradictos Sindicos, & procuratores multa fuerunt petita hinc inde coram Nobis, non fuit possibile pronunciare propter brevitatem temporis, condemnamus, & condemnatos pronunciamus dictos Sindicos, & Procuratores dictorum Magnificorum Communium Florentiæ, & Bononiæ, & Magnifici Domini Francisci Junioris de Carraria Paduæ &c. dictis Sindicariis, & procuratoriis Nominibus ad dandum, & solvendum dicto Illustri Domino Comiti Florenos Auri centum Millia, salvo & reservato, si ipsi dictis Nominibus prorogaverint terminum dicti facti in Nos Compromissi per unum Mensem proxime venturum, & versa vice condemnamus, & condemnatos pronunciamus dictos Procuratores præfati Illustris Domini Comitis dicto Procuratorio nomine, & per eos dictum Dominum Comitem, & etiam dictos Sindicos, & Procuratores Magnificorum Communium Perusii, & Senarum, ac dicti Domini Mantuæ, dictis Sindicariis, & procuratoriis nominibus, ad dandum & solvendum dictis Communitatibus Florentiæ, & Bononiæ, & Domino Francisco de Carraria prædicto Florenos auri centum millia, salvo & reservato, si ut supra ipsi dictis Procuratoriis, & sindicarius nominibus prorogaverint terminum dicti facti in Nos Compromissi per unum Mensem proxime venturum. Et ultra dictas pœnas quaslibet petitiones Partis prorogantis approbamus, admittimus, & acceptamus, & illas Partis non prorogantis, & seu quæ non prorogaverit reicimus, & reprobamus.

ANNO 1392.

Volentes dictum Capitulum, & omnia in eodem Capitulo contenta dictis Procuratoriis, & Sindicariis nominibus adimplere, attendere, & observare, mandatisque ipsorum Dominorum Arbitrorum obedire, ut tenentur vigore dicti facti Compromissi, & etiam ad omnem bonum effectum, & finem, qui ex prædictis, & infrascriptis resultare possunt, & poterunt, nominibus, quibus supra ipsi Procuratores, & Sindici, & quilibet ipsorum, omnibus Jure, modo, & forma, quibus melius, & validius potuerunt, & possunt, & intervenientibus omnibus solemnitatibus opportunis, non vi, dolo, vel metu coacti, sed eorum dictis Nominibus spontanea & libera voluntate prorogaverunt, & prorogant terminum Compromissi prædicti facti, per eos nominibus, quibus supra, in Reverendissimum Dominum Ricardum Carrazolum Sacræ Domus Hospitalis Sancti Johannis Hyerosolimitani generalem Magistrum, & Sedis Apostolicæ Nuncium, & in Illustrem & Magnificum Dominum Antoniottum Adurnum Dei Gracia Januensium Ducem tamquam in privatam personam, & in Magnificam Communitatem Januæ, sive in elligendos tunc temporis facti Compromissi per dictam Communitatem Januæ, nunc vero electos, & constitutos per ipsam Communitatem seu illam representantes loco dictæ Communitatis, ad dictum Compromissum, & omnia sequta, & quæ sequentur ex eo, Videlicet Dominum Petrum Ultramarinum Legum Doctorem, Jullianum de Castro quondam Lauzarotti, Leonardum Gentilem filium Oberti & Jacobum de Cambio quondam Odini per unum Mensem proxime venturum cum illis bayliis, potestantibus, promissionibus, obligationibus, pœnis, protestationibus, juramentis, Renunciationibus & Clausulis in dicto Instrumento Compromissi, seu Instrumentis insertis, appositis, & descriptis, præsentibus, volentibus, & acceptantibus, & concorditer consentientibus dictis Magnificis Dominis Arbitratoribus præsentem prorogationem modo, & forma prædictis in eos factam, & eidem prorogationi factæ ut supra, de quibus omnibus, & singulis dicti Procuratores, & Sindici nominibus quibus supra, & dicti Magnifici Domini Arbitratores mandaverunt, & rogaverunt debere confici publica Instrumenta per Nicolaum Jacobi de Damiano de Neapoli, Cattelanum de Christianis Civem Papiensem, & per me Antonium de Credentia Cancellarium Communis Januæ Notarios publicos infrascriptos. Actum Januæ in Salla Magna Nova Palatii Ducalis Communis Januæ, præsentibus testibus ad hæc vocatis specialiter & rogatis, Reverendo in Christo Patre Domino Fratre Raymundo de Vinea de Capua Generali Magistro Ordinis Prædicatorum. Nobili, & sapiente Viro Domino Thomasio

de

ANNO 1392. de Spina Legum Doctore, Sapientibus Viris Domino Georgio Honesto, & Domino Benutdeo de Viali Legum Doctoribus. Federico de Pagana, & Conrando Mazuro Notario, & Comunis Januæ Cancellario.

Prorogatio Compromissi facta per Florentinos, & alios de Liga secum.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitata Ejusdem Millesimo trecentissimo nonagesimo secundo, Indictione quarta decima secundum cursum Januæ, die Sabbatti vigesimo Mensis Januarii, hora quinta Noctis, post latam quamdam sententiam de qua infra fit mentio, Pontificatus tempore Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Domini Bonifatii divina Providentia Papæ noni Anno tertio, Egregii, & Spectabiles Viri Dominus Filippus Domini Allamani Miles de Adimaribus, Dominus Ludovicus Domini Francisci de Albergottis Legum Doct., & Guido quondam Domini Thomasii, Cives honorabiles Florentini, Sindici, & Procuratores, ac Nuntii Spetiales Magnifici, & Excelsi Comunis Florentiæ ad infrascripta, & alia a dicto Comuni legitime constituti, & ordinati, de quorum Sindicatu, & Mandato constare vidimus publico Instrumento inde confecto manu Prudentis Viri Ser Viviani Nerii Notarii publici Florentini, & Scribæ Reformationum, & Statutorum Populi, & Comunis Florentiæ, ac etiam manu Ser Ugolini Perucii Notarii Florentini, Anno ab Incarnatione Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quintadecima, die octavo Mensis Decembris, Sindicario, & Procuratorio nomine dicti Magnifici Comunis, & Populi Florentiæ, & pro Civitatibus, Castris, Fortilitiis, Terris, & Locis dicti Comunis, & seu quæ per dictum Comune tenentur, vel possidentur, & earum Civibus, & Comitativis, & ejusdem Comunis Florentiæ Subditis quibuscunque, &c. etiam vice, & nomine omnium, & singulorum ejusdem Comunis Florentiæ Adhærentium Complicum, & sequacium. Et Egregius Legum Doctor Dominus Thomasius de Sancto Johanne, & sapiens Vir Andalo de Bentevoglis, Cives honorabiles Bononienses, Sindici, & Procuratores Magnifici, & Potentis Comunis Bononiæ ad infrascripta, & alia per dictum Comune Bononiæ legitime constituti, & ordinati, de quorum Sindicatu, & Mandato constare vidimus publico Instrumento inde confecto manu Ser Filippi Angelini olim Filippi de Marsiliis Notarii Bononiensis, Anno a Nativitate Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quarta decima, die vigesimo sexto Mensis Augusti, Sindicario, & procuratorio nomine dicti Magnifici Comunis Bononiæ, & pro ejus Civibus, Comitativis, & districtualibus, & pro Castris, Fortilitiis, Terris, & locis dicti Comunis, & seu quæ per dictum Comune tenentur, vel possidentur, & ejus Comunis Subditis quibuscunque, ac etiam vice & gestorio nomine omnium, & singulorum ejusdem Comunis Bononiæ Colligatorum, Adhærentium, Complicum, sequacium, vel Subditorum. Et Egregii Viri Dominus Michael quondam Antonii de Rabatta Cives Florentinus, Miles Strenuus, & Dominus Franciscus de Consiliis de Padua Legum Doctor, Procuratores, & Nuntii Spetiales Magnifici & Excelsi Domini Francisci Junioris de Carraria Paduæ &c., ab ipso Magnifico Domino Francisco ad infrascripta, & alia legitime constituti, & ordinati, ut de eorum Procuratorio, & Mandato constare vidimus publico Instrumento inde confecto manu Ser Johannis Francisci quondam Nicolai Civis Paduæ Notarii, Anno a Nativitate Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quartadecima, die Veneris decimo octavo Mensis Augusti, procuratorio nomine dicti Magnifici Domini Francisci, & pro ejus Civibus, Comitativis, & districtualibus, & pro Castris, Fortilitiis, Terris, Locisque dicti Domini Francisci & seu quæ per dictum Dominum Franciscum tenentur, seu possidentur, & ejusdem Domini Francisci Subditis quibuscunque, Ac etiam vice, & gestorio nomine suorum Adhærentium, Complicum, Sequacium, Recommendatorum, vel Subditorum. Ac etiam omnes dicti Sindici dictorum Comunium Florentiæ, Bononiæ & Domini Francisci de Carraria predicti, vice, & nomine Illustris, & Excelsi Domini Domini Alberti Marchionis Estensis, & pro ipso Domino Marchione, & Terris, Subditis, Adhærentibus, Complicibus, Colligatis, & Auxiliatoribus suis. Et Magnificorum Dominorum Astorgii de Manfredis Faventiæ &c. Bernardini, & Ostaxii, & fratrum suorum de Polenta Ravenæ &c, & Domini Ludovici de Aliduisiis Domini Imolæ, & eorum Colligatorum, ac etiam vice, & nomine omnium aliorum Colligatorum, Adhærentium & Complicium dictorum Magnificorum Comunium Florentiæ, Bononiæ, & Domini Francisci prælibati, & cujuscunque eorum, & pro ipsis Colligatis, Adhærentibus, & Complicibus, & eorum Terris, Subditis, Adhærentibus, Complicibus, & sequacibus, omnes simul Sindici, & Procuratores predicti dictis modis, & nominibus. ANNO 1392.

Habentes plenam informationem de quodam Capitulo inserto in quadam Arbitramentali Sententia lata per infrascriptos Magnificos Dominos Arbitros, & Arbitratores electos per Sindicos, & Procuratores supradictos nomine, quo supra ex una parte, & Procuratores, & Sindicos Illustris & Magnifici Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum, Domini Mediolani &c. Imperialis Vicarii Generalis, ac Magnificorum Domini Francisci de Gonzaga Mantuæ &c. Comuniumque Perusii, & Senarum, nomine ipsorum Illustris Domini Comitis, Magnifici Domini Mantuani, ac Magnificorum Comunium Perusii, & Senarum ex parte altera, prout apparet quibusdam publicis Instrumentis Compromissi compositis, & rogatis per nonnullos Notarios, & per me Antonium de Credentia etiam Notarium infrascriptum, die vigesima octava Decembris proxime præteriti, & de dicta sententia apparet aliis duobus publicis Instrumentis ejusdem tenoris compositis, & rogatis per Nicolaum Jacobi de Damiano de Neapoli, & per me jam dictum Antonium de Credentia Notarios publicos, hodierna die ante tertiam horam Noctis; cujus quidem Capituli in ipsa Sententia inserti tenor sequitur in hac forma: Item quia per supradictos Sindicos, & Procuratores multa fuerunt petita coram Nobis, super quibus Nobis non fuit possibile pronuntiare propter brevitatem temporis, Condemnamus, & condemnatos esse pronuntiamus dictos Sindicos, & Procuratores dictorum Magnificorum Comunium Florentiæ, & Bononiæ, & dicti Magnifici Domini Francisci de Carraria dictis Sindicariis, & Procuratoriis nominibus, ad dandum, & solvendum dicto Illustri Domino Comiti Florenos auri Centum Millia, salvo & reservato, si ipsi dictis nominibus prorogaverint terminum dicti facti in Nos Compromissi per unum Mensem proxime venturum. Et versa vice condemnamus, & condemnatos esse pronunciamus dictos Procuratores prefati Illustris Domini Comitis dicto procuratorio nomine, & per eos dictum Dominum Comitem, & etiam Sindicos, & Procuratores Magnificorum Comunium Perusii, & Senarum, ac dicti Domini Mantuæ dictis Sindicariis, & procuratoriis nominibus ad dandum, & solvendum dictis Comunitatibus Florentiæ, & Bononiæ & Domino Francisco de Carraria predicto Florenos auri centum Millia, salvo, & reservato, si ut supra ipsi dictis Procuratoriis, & Sindicariis nominibus prorogaverint terminum dicti facti in Nos Compromissi per unum Mensem proxime venturum. Et ultra dictas pænas quaslibet petitiones Partis prorogantis approbamus, admittimus, acceptamus, & illas Partis non prorogantis seu quæ non prorogaverit, reicimus, & reprobamus.

Volentes dictum Capitulum, & omnia in eodem Capitulo contenta dictis Sindicariis, & Procuratoriis nominibus adimplere, attendere, & observare, Mandatisque ipsorum Dominorum Arbitrorum obedire, ut tenentur vigore dicti facti Compromissi, & etiam ad omnem bonum effectum, & finem, qui ex prædictis, & infrascriptis resultare possunt, & poterunt, nominibus, quibus supra, Ipsi Sindici & Procuratores, & quilibet ipsorum omnibus, jure modo, & forma, quibus melius, & validius potuerunt, & possunt, & intervenientibus solemnitatibus oportunis, non vi, dolo, vel metu coacti, sed eorum dictis nominibus spontanea, & libera voluntate prorogaverunt, & prorogant terminum Compromissi predicti facti per eos nominibus, quibus supra in Reverendissimum Dominum Ricardum Carazolum Sacræ Domus Hospitalis Sancti Johannis Hyerosolimitani generalem Magistrum, & Sedis Apostolicæ Nuntium, & in Illustrem, & Magnificum Dominum Antoniottum Adurnum Dei gratia Januensium Ducem tamquam in privatam personam, & Magnificam Comunitatem Januæ, sive in eligendos tunc temporis facti Compromissi per dictam Comunitatem Januæ nunc vero electos, & constitu-

ANNO 1392. ſtitutos per ipſum Communitatem, ſeu eam repreſentantes, loco dictæ Communitatis, ad dictum Compromiſſum, & omnia ſequta, & quæ ſequentur ex eo, videlicet Sapientem Virum Dominum Petrum Ultramarinum Legum Doctorem, Jullianum de Caſtro quondam Lanzarotti, Leonardum Gentillem filium Oberti, & Jacobum de Cambio quondam Odini per unum Menſem proxime venturum cum illis bailiis, poteſtatibus, permiſſionibns, obligationibus, pænis protheſtationibus, Juramentis, Renuntiationibus, & Clauſulis in dicto Inſtrumento, ſeu Inſtrumentis Compromiſſi inſertis, appoſitis, & deſcriptis. Mandantes, volentes, & rogantes dictis Sindicariis, & Procuratoriis nominibus de predictis omnibus confici debere publicum Inſtrumentum per me ſupradictum Antonium de Credentia Notarium Publicum, & Communis Januæ Cancellarium infraſcriptum, abſentibus Reverendiſſimo, & Magnifico Dominis Arbitris ſupradictis.

Actum Januæ &c.

Additio ad petitionem Domini Comitis.

Coram Vobis Reverendiſſimo in Chriſto Patre, & Domino Domino Ricardo Carazolo, Dei graria Sacræ Domus Hoſpitalis Sancti Johannis Hyeroſolimitani generali Magiſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuntio, & Illuſtri, & Magnifico Domino Domino Antoniotto Adurno Dei gratia Januenſium Duce, & Sapiente, & honorandis Viris Domino Petro Ultramarino Juris Perito, Julliano de Caſtro, Leonardo Gentile, & Jacobo de Cambio, Communitatem Januæ repreſentantibus, Arbitris, Arbitratoribus, Tranſactoribus, & Amicabilibus Compoſitoribus comuniter, & concorditer electis inter Partes infraſcriptas, ſeu ipſarum Partium Sindicos, & Procuratores, ut in Compromiſſo inde facto continetur. Comparent Spectabiles, & Egregius Miles Dominus Nicolaus de Spinellis de Neapoli Comes Johiæ, & Regni Ciciliæ Cancellarius, & Spectabilis, & Egregius Miles Dominus Gulielmus de Bevilaquis Procuratores Illuſtris Principis, ac Magnifici, & Excelſi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum, Mediolani &c Imperialis Vicarii generalis nomine, & ad utilitatem ipſius, ac Liberorum, & ſucceſſorum ſuorum, & aliorum ſuorum in Compromiſſo nominatorum, & maxime ad utilitatem, & Commodum infraſcriptorum, & in infraſcriptis Capitulis deſcriptorum, ad quorum utilitatem per Procuratores prælibati Domini, ut infra petitur, & requiritur, & addendo, & accumulando petitiones alias, Procuratoriisque nominibus, & ad utilitatem quibus ſupra coram Vobis per Procuratores prælibati Domini productis, & ad omnem bonum effectum, petunt, & requirunt a Sindicis, & Procuratoribus Communitatum Florentiæ, & Bononiæ, & Domini Franciſci de Carraria, prout in infraſcriptis Capitulis ſingulariter deſcribitur. Et ipſos Sindicos, & Procuratores dictarum Communitatum, & Domini Franciſci, & per ipſos Sindicos, & Procuratores predictas Communitates Florentiæ, & Bononiæ, & Dominum Franciſcum, ut inferius petitur, debere per Vos Dominos Arbitratores, & per Veſtra Arbitramenta ſententialiter condemnari.

Primo dicti Procuratores prælibati Illuſtris Principis, & Magnifici Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum, nomine prælibati Domini, & ad utilitatem Bonromei, ipſius Domini familiaris, & Confidelis, & fratrum dicti Bonromei de Sancto Miniathe petunt, & requirunt a Sindicis, & Procuratoribus Communis, & Populi Civitatis Florentiæ nomine, & vice Comunis, & Populi Florentiæ, ac etiam vice, & nomine Communis Sancti Miniati, & nomine cujuslibet ipſorum Reſtitutionem hæreditatis Bonorum, & etiam omnium, & quorumcunque Jurium, & rerum, quæ fuerunt quondam Domini Antonini Ser Steffani de Sancto Miniate fratris Materni dictorum Bonromei, & fratrum, & maxime confiſcatorum per dicta Communia Florentiæ, & Sancti Miniati, & hæc, ſi extant, & ſi non extant, ipſorum æſtimationem, & per Vos Dominos Arbitratores ipſos Sindicos Florentiæ, & per ipſos Sindicos dicta Communia Florentiæ & Sancti Miniathis, & quodlibet ipſorum ad predicta condemnari, una cum fructibus percæptis, ſeu qui veroſimiliter percipi potuerunt ex bonis predictis, & etiam ad damna, intereſſe, & expenſas, & maxime ſecundum quod verificabuntur coram Vobis Dominis Arbitratoribus, & maxime quia Bonromeus, & fratres predicti ſunt propinquiores in hæreditate, & ſucceſſione dicti Antonii Ser Steffani. ANNO 1392.

Item petunt, & requirunt dicti Procuratores prælibati Domini Comitis Virtutum &c, & nomine, & vice prælibati Domini, & ad utilitatem Bonromei, & fratrum predictorum a Procuratoribus Domini Franciſci de Carraria Junioris nomine, & vice dicti Domini Franciſci, ad curandum, & dandum operam cum effectu, quod predicti Bonromeus, & fratres libere, & abſque aliqua ſolutione pecuniæ cancellentur de quibuscunque Condemnationibus, Bannis, Multis, pænis, & gravaminibus datis, ſeu illatis in Civitate Paduæ, & diſtrictu, ſeu Territorio contra ipſos, & quemlibet ipſorum fratrum de quibuscunque Libris, ac Filtiis, & ſcripturis in quibus deſcripti, ſeu deſcripta reperientur. Ac etiam ad dandum, & ſolvendum, & reſtituendum predicto Bonromeo, & fratribus omnium denariorum quantitatem, exactam nomine, & ad petitionem Communis Paduæ, ſeu nomine Domini Franciſci de Carraria predicti, & alio quocunque modo, contra, vel præter voluntatem Bonromei predicti a debitoribus predictorum fratrum, & cujuslibet ipſorum, quos predicti fratres habebant in Civitate Paduæ, ſeu in ejus Diſtrictu. Et ad curandum, & dandum operam cum effectu, quod* per debitores dictorum fratrum de eo, de quo reſtant debitores Bonromei, & fratrum, & cujuslibet ipſorum, fiat ſatisfactio integralis ſupradictis Bonromeo, & fratribus de omni, & toto eo, quod ipſi fratres, ſeu alter ipſorum a dictis debitoribus habere debent quavis occaſione, & cauſa. Et etiam ad curandum, & dandum operam cum effectu, quod ipſis Bonromeo, & fratribus, & cuilibet ipſorum fiat reſtitutio omnium, & ſingularum Proprietatum, & Poſſeſſionum, ac rerum, ac etiam omnium, & ſingulorum Edificiorum, & Jurium, quas, & quæ predictus Bonromeus, & fratres, & quilibet ipſorum habebant, ſeu habent in Civitate, Territorio, & diſtrictu Paduæ, ſeu extimationem ipſorum bonorum declarandam per bonos Viros extimatores, ad hoc elligendos maxime per Vos Dominos Arbitratores. Et quod eisdem Bonromeo, & fratribus ſuis, & cuilibet ipſorum fiat reſtitutio integralis omnium, & ſingulorum denariorum, bonorum, rerum, & Jurium perventorum ad dictum Dominum Franciſcum Juniorem, ſeu Offitiales ſuos ex denariis, & bonis, ſeu rebus predictorum Bonromei, & fratrum, ac etiam ad dandum, & reſtituendum dictis fratribus Ducatos Sex Millia Auri prò Damnis, intereſſe, & expenſis, paſſis, & factis per dictos fratres, occaſione Spoliationis, & derobationis factarum dictis fratribus de bonis ipſorum per dictum Dominum Franciſcum, ſeu gentes, quæ erant cum dicto Domino Franciſco tempore Invaſionis factæ per dictum Dominum Franciſcum de dicta Civitate Paduæ, & etiam occaſione detentionis perſonalis factæ de dicto Bonromeo, qui carceratus fuit per dictum Dominum Franciſcum, ſeu gentes, quæ erant cum dicto Domino Franciſco, & ipſos Procuratores Domini Franciſci, & per ipſos Procuratores Dominum Franciſcum verſus dictos Procuratores prælibati Domini, nomine, & ad utilitatem, quibus ſupra, petunt coram Vobis Dominis antedictis Arbitratoribus in præmiſſis, & ad præmiſſa omnia, & ſingula condemnari.

Milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſecundo die XVI. Januarii depoſita &c. per dictos Dominos Procuratores.

Ratificatio Florentinorum.

In Dei Nomine Amen. Anno Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo trecenteſimo nonageſimo * primo, Indictione quartadecima ſecundum curſum, & morem Florentinorum, tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Bonifatii divina Providentia Papæ Noni. die decimo Menſis Januarii, Magnifici, & Potentes Domini Priores Artium, & Vexilifer Juſtitiæ

* Il y à deux fautes ici. Il faut lire 1392. *Indict. XV.* [DUM.]

ANNO 1392. stitiæ Populi, & Communis Florentiæ, dicentes se habere Notitiam, qualiter secundum cursum Civitatis Januæ Anno Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo die vigesimo octavo Mensis Octobris proxime præteriti inter Procuratores Magnifici Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis, & Comitis Virtutum, &c. & certos alios in sua parte venientes ex una Parte, & Sindicos Magnifici Communis Florentiæ ex alia, & Sindicos Magnifici Communis Bononiæ ex parte altera, & Procuratores Magnifici Domini Domini Francisci Junioris Domini Paduani, &c. ex alia existentes in dicta Civitate Januæ ad tractandum, concludendum, & firmandum Pacem inter dictas Partes de guerra vigente, fuit factum Compromissum in Reverendissimom in Christo Patrem, & Dominum Dominum Ricardum Carrazolum de Neapoli Sacræ Domus Hospitalis Sancti Johannis Hyerosolimitani generalem Magistrum, & Apostolicæ Sedis Nuntium, & Illustrem, & Magnificum Dominum Dominum Antoniottum Adurnum Dei gratia Januensium Ducem tamquam in privatam personam, nec non in Magnificam Communitatem Januæ, seu illum, vel illos, qui eligentur per dictam Communitatem, seu Representantes dictam Communitatem ad dictum Compromissum, & omnia, quæ sequentur ex eo, super discordiis, & aliis in dicto Compromisso contentis, tamquam in Arbitros, & Arbitratores dictarum Partium, prout de predictis constat per publicum, seu publica Instrumenta, & quod in ipsomet die dicti facti Compromissi, & post ipsum Compromissum predicti Procuratores, & Sindici nominibus quibus egerunt, requisiverunt predictos Arbitros de pluribus de quibus infra in effectum tenor, & continentia describetur. Et quod dicti Arbitri, & Arbitratores acceptaverunt requisitionem factam, & certam promissionem fecerunt, & quod etiam dicti Sindici, & Procuratores dictis Nominibus ex dicta causa fecerunt certas promissiones dicto Domino Duci suo proprio nomine, & etiam tamquam Duci, & dicto Consilio Antianorum representantium Communitatem Januæ, de quibus in tenore, & continentia infrascriptis ponetur. Et quod etiam dicti Sindici Communis Florentiæ promiserunt, quod per Magnificum Commune Florentiæ, seu illud representantes predicta promissa, & gesta per ipsos Sindicos præter dictum Compromissum ratificarentur, & approbarentur infra Medium præsentis Mensis Januarii, prout de predictis, & aliis tunc factis, & actis in dicta Civitate Januæ dicitur constare per publicum, seu publica Instrumenta; & Audito tenore, & continentia dictarum requisitionum, accæptationum, & promissionum, & aliorum ibidem contentorum, & ipsis inter eos diligenter examinatis, & in solito Pacis eorum proposito persistentes, & quicquid predicta contineant, vel portent. Domini Nostri Jesu Christi Pacis Auctoris, & qui omnium scrutatur Renes, & Corda precæptis, & Vestigiis inhærentes intendentesque per effectum ostendere, & palam facere toto Mundo, quod Pax bona, & justa eis placet, volentes ad Ratificationem, confirmationem, & approbationem procedere predictorum, & habita etiam super hiis deliberatione solemni una cum Offitiis Confaloneriorum Societatum Populi, & duodecim bonorum Virorum Communis predicti, & demum more solito præmisso, & celebrato inter eos, & dictos Confalonerios, & duodecim in sufficientibus numeris invicem congregatos in Palatio Populi Florentini, solemni, & secreto scrutinio, & obtento partito ad Fabas nigras, & albas secundum Ordinamenta dicti Communis, vigore auctoritatis, & potestatis eis concessæ, & competentis, & omni modo, via, causa, & forma, quibus melius potuerunt pro dicto Communi Florentiæ, & ejus nomine dictas requisitiones, & promissiones, & obligationes factas per dictos Sindicos Communis Florentiæ, ut perfertur, & quarum tenor in effectum inferius scriptus erit, ratificaverunt, approbaverunt, & confirmaverunt cum infrascripto salvo, & providerunt, deliberaverunt; & ordinaverunt, quod præsens ratificatio, approbatio, & confirmatio proponatur, & mittatur in Consiliis oportunis dicti Populi, & Communitatis, ut in illis, & per illa Consilia etiam confirmentur, & fiat similis approbatio, ratificatio, & confirmatio predictorum, hoc tamen salvo, & expresse reservato, & declarato, quod predicta ratificatio, approbatio, & confirmatio valeant, & effectum, & robur habeant, & habere intelligantur si, & in quantum predicti Arbitri, & Arbitratores declarent per eorum Sententiam inter dictas Partes Pacem cum suis Capitulis, & non aliter, vel alio modo. —— Tenor, & continentia predictarum Requisitionis, promissionis, & obligationis factarum per dictos Procuratores, & aliorum ibidem contentorum, de quibus supra fit mentio, & quæ ratificata, approbata, & confirmata supra sunt, incipiendo post Nomina Procuratorum, & Sindicorum, & eorum, prò quibus egerunt, & demum prosequendo usque ad permissionem de ratificando maxime in effectum, sequitur in hæc verba, videlicet: Attendentes, quod ipsi dictis nominibus fecerunt Compromissum hodie paulo ante in Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum Dominum Ricardum Carazolum de Neapoli Sacræ Domus Hospitalis Sancti Johannis Hyerosolimitani Generalem Magistrum, & Apostolicæ Sedis Nuntium, & Illustrem, & Magnificum Dominum Dominum Antoniottum Adurnum Dei gratia Januensium Ducem tamquam in privatam personam nec non in Magnificam Communitatem Januæ, sive illum, vel illos, qui elligentur per dictam Communitatem, seu Representantes ipsam Communitatem ad dictum Compromissum, & omnia, quæ sequentur ex eo, super discordiis, & aliis in dicto Compromisso contentis. Et volentes esse cauti dictæ conservationis Pacis, Deo prævio fiendæ, & quod Sententia, seu Sententiæ, & Arbitramenta per ipsos Reverendissimum, & Magnificos Dominos Arbitros ferrendæ, & ferrenda observentur. Considerantes hanc esse rectam viam conservationis Pacis, supradicti Domini Procuratores, & Sindici nominibus antedictis cum instantia requisiverunt prefatos Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum Dominum Ricardum Magistrum Hospitalis Sancti Johannis Hyerosolimitani, & Illustrem, & Magnificum Dominum Dominum Antoniotrum Adurnum Januensium Ducem &c. suo proprio nomine, ac ipsum Dominum Antoniottum Ducem Januæ, & Consilium quindecim Antianorum reprelentantium Communitatem Januæ ut infra videlicet. Quod si aliquo tempore aliqua dictarum Partium, vel aliquis ex dictis Partibus contraveniret Sententiis, & Arbitramentis ferrendis per supradictos Dominos Arbitros, & Arbitratores, & Amicabiles Compositores, vel alicui iplarum, vel ipsorum, ipse Magnificus Dominus Dominus Antoniottus suo proprio nomine, & etiam ipse Magnificus Dominus Antoniottus, Dux, Consilium, & Communitas Januæ sint, & esse velint in favorem Partis, & illius, cui foret contrafactum, & contraventum, seu Contrafacientes, & predicta non observantem seu non observantes, & ipsum, seu ipsos, cui, vel quibus foret contrafactum, juvare toto posse, & bona fide tam per guerram, quam aliter. Et quod ipsi Reverendissimus Dominus Ricardus Magister, & Magnificus Dominus Antoniottus privato suo nomine, & tamquam Dux, & Consilium, Representantes Communitatem Januæ vellint esse Judices Contrafactionis, si casus eveniret, ipsis tribus existentibus concordibus in Juditiis, & forma. Et quod ipsi Magnificus Dominus Antoniottus Dux, & Communitas sint executores pænarum in dicto Compromisso appositarum in casu contrafactionis, & declarationis, utsupra cum hac additione, & conditione, quod si dictus Reverendissimus Dominus Ricardus Magister non adesset in Civitate Januæ, debeat requiri a predictis Magnifico Domino Duce, & Communitate, & si non veniret infra Menses duos, possit elligere alium loco sui, qui ellectus in omnibus, & singulis teneat, & habeat Vices suas. Et in casu, quo prefatus Reverendissimus Dominus Ricardus Magister nollet, vel non posset, venire, & non elligeret aliquem loco sui, ut superius dictum est, vel si contingeret, quod abfit, ipsum decedere, quod in dictis casibus, & quolibet predictorum prò tertio loco ipsius Reverendissimi Domini Ricardi Magistri, sit cum potestatibus, datis predicto Reverendissimo Domino Ricardo Magistro ille, quem elligeret ad hoc Sanctissimus, & Beatissimus Dominus Noster Bonifatius

ANNO 1392.

Papa

ANNO 1392. Papa Nonus. Qui supradicti Reverendissimus Dominus Ricardus Magister, & Magnificus Dominus Antoniottus suo privato nomine, & ipse tamquam Dux, & suum Consilium Ancianorum representantes Communitatem Januæ annuentes predictæ Requisitioni predicta acceptaverunt, & promiserunt dictis Procuratoribus, & Sindicis presentibus, & dictis Procuratoriis, & Sindicariis nominibus recipientibus ac ad Sancta Dei Evangelia juraverunt, videlicet, ipse Reverendissimus Dominus Magister super Crucem, quam gestat super Pectus, & dictus Dominus Dux, & Consilium prò ipsa Communitate, tactis corporaliter scripturis, rectè, juste, & secundum eorum conscientias judicare in casu contrafactionis, quod absit. Et ipse Magnificus Dominus Antoniottus privato suo nomine, videlicet ipse tamquam Dux, & Consilium representantes Communitatem Januæ juvare toto posse, & bona fide Partem, & illum, cui foret contrafactum contra Partem contrafacientem, seu contrafacientes, salvo, & reservato, quod si per Partem contrafacientem foret satisfactum Parti, vel illi ex Parte, cui foret contrafactum, ad ipsorum Duorum Arbitrorum, & Conservatorum Pacis Sententiatum in concordia, utsupra, & cum additione utsupra. Qui Reverendissimus Dominus Ricardus Magister absens possit elligere alium loco sui, quo casu satisfactionis utsupra non intelligatur rupta Pax, vel contraventum Arbitramentis, sive Sententiæ, vel Sententiis, nec pœnæ commissæ, ac etiam ex dicta causa prefati spectabiles, & Egregii Domini omnes Procuratores, & Sindici dictis Procuratoriis, & Sindicariis nominibus promiserunt predicto Magnifico Domino Antoniotto suo privato nomine, & etiam tamquam Duci, & dicto Consilio Ancianorum representantium Communitatem Januæ, & ad cautelam Nobis Notariis infrascriptis uti publicis personis, & recipientibus nomine, & vice dicti Magnifici Domini Antoniotti Ducis. & Communitatis Januæ, quod si aliqua dictarum Partium, vel aliquis ex dictis Partibus faceret quæstionem, litem, seu guerram publice, vel occulte predictis Domino Antoniotto Duci, seu Communitati Januæ conjunctim, vel divisim, seu ipsi Domino Antoniotto ut privato, quod alia Pars, & quilibet ex dictis Partibus juvabit toto posse, & bona fide ipsos Magnificum Dominum Antoniottum Ducem, & Communitatem Januæ tam conjunctim, quam divisim, & ipsum Dominum Antoniottum tamquam privatam personam, & faciet, & facient guerram alteri Parti, vel illi ex dictis Partibus, qui prædicta facerent semper ad requisitionem ipsorum Magnifici Domini Antoniotti Ducis, & Communitatis Januæ conjunctim, vel divisim, & ipsius Domini Antoniotti tantum, & predictis casibus, si expediret eundem Magnificum Dominum Ducem, & Communitatem Januæ, sive ipsum Dominum Antoniottum, ut privatam personam, & non facere Pacem, aut Treuguam sine consensu, & voluntate ipsorum Magnifici Domini Antoniotti Ducis, & Communitatis Januæ, nec ipsius Domini Antoniotti ut privati. Ipsis Magnifico Domino Antoniotto Duce, & Communitate Januæ, seu ipso Magnifico Domino Antoniotto, ut privato non valentibus Pacem, seu Treuguam facere versa vice sine consensu, & voluntate predictorum. Quæ omnia, & singula supradicta omnes, & singuli supradicti dictis nominibus promiserunt, & solemniter convenerunt Nobis Notariis infrascriptis uti publicis personis Offitio publico stipulantibus, & recipientibus vice, & nomine Dictorum Magnifici Domini Ducis, Consilii, & Communis Januæ, & cujus, vel quorum interest, vel interesse posset. Et ad cautelam juraverunt ad Sancta Dei Evangelia, tactis scripturis in animas dictorum, quorum nominibus agunt, habere, & perpetuo tenere rata, grata, & firma, attendere, complere, & observare, & contra non facere, vel venire aliqua ratione, causa, modo, vel ingenio quæ dici, vel excogitari posset de jure, vel de facto, sub hipoteca, & obligatione omnium bonorum Procurato-

torum, & Sindicorum nominibus supradictis seu ipsorum Dominorum, & Communium constituentium prædictorum. Renunciantes prædicti omnes Promittentes nominibus supradictis exceptioni rei sic utsupra non gestæ, vel aliter se habentis, & doli mali, infactum actioni, conditioni, causa metus, vel ex injusta causa, & omnibus Juribus, excæptionibus, & deffensionibus tam Canonicis quam Civilibus, propter quæ predicta, seu aliquid predictorum posset aliquo modo infringi, impugnari, seu annullari, de Jure, vel de facto. Facta fuit predicta Ratificatio, Approbatio, & Confirmatio in Civitate Florentiæ in Palatio Populi Florentini residentiæ dictorum Magnificorum Dominorum Dominorum Priorum, & Vexiliferi Justitiæ, præsentibus Circumspecto Viro Ser Colluccio Pieri Cancellario Comunis Florentiæ, & Ser Ricardo Bernardi Notario, & Cive Florentino, & Venerabili Viro Fratre Gregorio Nutti Priore Hospitalis Sancti Galli de prope Florentiam, testibus ad præmissa adhibitis, & vocatis. ANNO 1392.

Item postea Anno, Indictione, & Pontificatu predictis die Undecimo dicti Mensis Januarii in Consilio Domini Capitanei, & Populi Florentini. Mandato Nobilis, & Potentis Militis Domini Jacobi de Pradenicho de Venetiis Populi Civitatis Florentiæ honorabilis Capitanei præcona Convocatione, Campanæque sonitu in Palatio Populi Florentiæ, & in omnibus secundum Ordinamenta dicti Communis, & in numero oportuno, requisito & congregato, præsentibus, volentibus, & consentientibus supradictis Magnificis Dominis Dominis Prioribus Artium, & Vexilifero Justitiæ Populi, & Communis Florentiæ, & facta proposita, & observatis solemnitatibus observari debitis, & requisitis secundum formam, & exigentiam Ordinamentorum dicti Populi, & Communis Florentiæ approbata, & confirmata fuit suprascripta ratificatio, approbatio, & confirmatio facta per dictos Dominos Priores, & Vexiliferum Justitiæ, & Consalonerios Societatum Populi, & duodecim bonos Viros, & in ipso, & per ipsum Consilium, & per Consiliarios in ipso existentes in numero oportuno, & sufficienti ratificata, approbata, & confirmata fuerunt predicta omnia, & singula, quæ supra approbata, ratificata, & confirmata fuerunt heri per ipsos Dominos Priores, & Vexiliferum Justitiæ, & predictos Consalonerios Societatum Populi, & duodecim bonos Viros, ut superius aperte, & in omnibus continetur.

Acta fuerunt predicta Florentiæ in Palatio supradicto præsentibus Bono Salamie Francisco Dominici, Nicolao Pauli, & Hyeronimo Megli, Civibus Florentinis testibus ad præmissa adhibitis, & vocatis.

Item postea Anno, Indictione, & Pontificatu predictis die duodecimo dicti Mensis Januarii in Consilio Domini Potestatis, & Communis Florentiæ Mandato Nobilis, & Potentis Militis Domini Marini de Monte Pasillo Civitatis, & Communis Florentiæ honorabilis Potestatis præcona Convocatione, Campanæque sonitu in Palatio Populi Florentini, & in omnibus secundum Ordinamenta dicti Communis, & in numero oportuno requiritur, & congregatus præsentibus, volentibus, & consentientibus supradictis Magnificis Dominis Dominis Prioribus Artium, & Vexilifero Justitiæ Populi, & Communis Florentiæ, & facta proposita, & observatis solemnitatibus observari debitis, & requisitis secundum formam, & exigentiam ordinamentorum dicti Populi, & Communis Florentiæ approbata, & confirmata fuit suprascripta Ratificatio, approbatio, & Confirmatio facta per dictos Dominos Priores, & Vexiliferum Justitiæ, & Consalonerios Societatum Populi, & duodecim bonos Viros, & in ipso, & per ipsum Consilium, & per Consiliarios in ipso existentes in numero oportuno, & sufficienti, ratificata, approbata, & confirmata fuerunt predicta omnia, & singula, quæ supra approbata, ratificata, & confirmata fuerunt *prædicta omnia*, & *singula* suprascripto die decimo dicti Mensis Januarii per ipsos Dominos Priores, & Vexiliferum Justitiæ, & predictos Consalonerios Societatum Populi, & duodecim bonos Viros, ut superius apparet, & in omnibus continetur.

Acta fuerunt predicta Florentiæ in Palatio supradicto. Præsentibus Lupicino Gualberti Mattheo Marci, Lucterio Vanis, & Bello Jacobi Civibus Florentinis testibus ad præmissa adhibitis, & vocatis.

Ego Dynus quondam Ser Scarfagni Ser Dini de

ANNO 1392. Proto Civis Florentinus Imperiali auctoritate Judex Ordinarius, atque Notarius publicus, & tunc Coadjutor Providi Viri Ser Viviani Nerii, Civis Florentini Notarii, Scribæ Reformationum Consiliorum Populi, & Comunis Florentiæ, prædicta omnia, & singula suprascripta ex Libris, & Regestris Reformationum dicti Populi, & Comunis Florentiæ in Palatio supradicto penes dictum Ser Vivianum existentibus, & ex rogationibus, & imbreviaturis ipsius Ser Viviani vigore Commissionis per ipsum Ser Vivianum mihi factæ, sumpsi, scripsi, & publicavi, & signum meum apposui consuetum. Ideoque me subscripsi.

Ego Vivianus quondam Nerii Viviani de Franchis de Sambucco Civis Florentinus Imperiali auctoritate Judex Ordinarius, publicusque Notarius, & tunc Scriba Reformationum Consiliorum Magnifici Populi, & Comunis Florentiæ, prædictis Approbationibus, ratificationibus, & confirmationibus, & aliis, utsupra patet actis, & gestis —— in Civitate Florentiæ, dum agerentur rogatus interfui, & inde Instrumenta confeci, & aliis gravioribus Reipublicæ Negotiis occupatus ipsa predicta omnia summenda, scribenda, & publicanda commisi suprascripto Dyno Notario Coadjutori meo. Ideoque subscripsi, & meo solito signo signavi prædictum solitum morem sequens.

Cum Originalibus sive Authenticis sicut supra expeditis in secretiori Archiducali Archivio Mantuæ adservatis præsentem sumptam copiam omnino conferre attestor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicusque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti secretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, solita cum attestatione, subscripsi hac die 2. Maii. 1720.

Ita verum esse affirmo Ego Joseph Maria Castileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 2. Maii 1720.

CXLV.

1391. 1392. 24. Mars. *Enqueste notable du Droit Souverain que les anciens Ducs de Bretagne pretendoient en leur Païs. Faite à Rennes le 24. Mars* 1391. [LAUBINEAU Histoire de Bretagne aux preuves du 14. Livre. Col. 765.]

SUr les articles de sçavoir comment, & en quelle maniere anciennement les Ducz de Bretagne ont accoustumé de user, prendre & recevoir leurs hommages, & seautez de leurs Vassaux, Barons, Chevaliers & Escuyers, & aussi sur le fait des monnoyes de Bretagne, par le commandement de Monsr. le Duc, & de son Conseil, les Seneschal, Alloüé, & Procureur de Rennes ont fait enquerre, les plez tenantz, le tesmoin qui ensuit, le vingt & quatriesme jour de Mars l'an mil trois centz quatre-vingtz & onze. Monsour Acaris, Seigneur d'Iffer, Chevalier, de l'age de quatre-vingtz ans ou environ, tesmoin presenté sur lesdites articles de la partie de honestes hommes M. Pierre Machefer Procureur de Rennes, pour valoir en perpetuel memoaire, & ce que de raison sera, tesmoin juré sur saincles Evangilles de bien & leaument porter vray record, sans avoir esgard à faveur, amour, ne crainte, purgé par son serment, sçavoir s'il avoit donné conseil privé ne apertement à Monsr. le Duc, ne ses Procureurs, afin de se presenter pour tesmoin sur cesdites articles; lequel dit & recorde par son serment que onques à son instigation, promotion, ne à la promotion de mondit sieur ne d'autres de par li n'avoit esté interrogé, prié, ne requis d'en porter tesmoignage paravant ces heures; enquis de l'ancien gouvernement, & comment les Ducz soloient prendre & recevoir hommages, & seautez de leurs Vassaux, dit, & recorde qu'il vit & cognut le Duc Jehan qui deceda environ l'an mil trois centz quarente & un, & fut par cinq fois en sa compagnie en Flandres à grant compagnie de gens d'armes, & dit cest tesmoin que à cause de certaine terre qui li appartenoit à cause d'hommage d'une sienne femme qui fut fille de Eon de Champagne Seigneur de Champalaune, il sit foy, & hommage audit Monsr. le Duc Jehan que Dieu absolve qui le receut en la ville de Breal, & y estoit present Monsieur Guillaume Seigneur des Brieux, lors un des Maistres d'Hostel du Duc Jehan, & plusieurs Chevaliers, & paya cinq sols de Chambelenage à un des Chambellans, duquel il n'est pas membré du nom, & par les mots de la seauté li promist & jura qu'il devenoit homme lige du Duc, & li prometoit porter foy, verité, & loyauté *proche à luy que à nul autre*; & semblablement vit Raoul d'Iffer qui semblable fit hommage à mondit Sieur le Duc Jehan que Dieu absolve, qui pour le temps estoit; *proche à li, que à nul autre*, à cause de certaines terres qui de nouvel li estoient escheuës, & vit plusieurs Chevaliers & Escuyers, qui semblable en firent foy & hommage, & y furent receuz; & disoit ledit Raoul son pere qu'il avoit fait hommage au Duc Artur, *proche à li, que à nul autre*, & cest tesmoin li demanda pour ce que avoit fait foy & hommage d'aucunes terres au proche de Laval & de Vitré qui le avoit receu de li porter foy, & verité ainsi que le fé le devoit, pourquoy ne se faisoit en cette maniere au Duc Jehan, & lors ledit Raoul son Pere il respondit: *Beau fils nos Seigneurs les Ducz sont Princes, & Seignours souverains ou Duché de Bretagne, & ne souloint recognoistre aucun Souverain jusques au Duc qui fit soubmission au Roy en doux cas, c'est à sçavoir en défaut de droict & par appellation de faulx & mauvaix jugement dou Parlement de Bretagne au Roy de France, & pour ce l'outre plus des droictz Royalz & Ducalz leurs demeurent entiers, & tousjours en ont ainsi usé, & gouverné, & bien a esté par maintes fois mestier.* Et dempuis emprés la mort de Monsr. le Duc Jehan Monsr. Charles de Blois, qui à cause de Madame sa femme tint & occupa le Duché de Bretagne, & pour Duc se appella, receut cest tesmoign en sa feauté & hommage de plusieurs terres qui sont tenuës de Nosseigneurs les Ducz, & cest tesmoing li fit serment & feauté, *proche à li que à nul autre*, semblablement, & en la forme que autresfois l'avoit fait au Duc Jehan, & vit plusieurs Barons, Chevaliers, & Escuyers qui semblable li firent foy & hommage lige, *proche à li, que à nul autre*, & les y receut; & dempuis apprés la mort doudit Messire Charles de Blois, qui deceda environ l'an MCCCLXIV. à la bataille d'Auroy, Monsr. le Duc qui à present est a usé de recevoir ses hommages & feautez liges *proche à li que à nul autre*, & dit cest tesmoin qu'il li fit hommage foy & serment *proche à li que à nul autre*, & au plaisir de Dieu qu'il le tendra, & en a veu tant & tel nombre de Barons, Chevaliers & Escuyers qui ainsi l'ont fait à mondit Sieur le Duc, que forte chose seroit à li les nombrer, & partant comme en a fait de sa persone, que en vit faire à plusieurs autres à Nosseigneurs les Ducz davantditz chacun en son temps; parce que en oit dire à son Pere, & plusieurs notables, Prelatz, Barons & autres; & que ne vit ne voit dire que debat ne empeschement fust mis onques au contraire; cuide, & croit, & est son vroy record fermement que Monsr. le Duc & ses predecesseurs ont accoustumé, & usent de prendre, & recevoir hommages liges, & sermentz de feauté de leurs feaux & vassaux *proche à eux que à nul autre*, & que ce est leur droict & raison. Item en ce que touche l'article dou fait des monnayes dit & recorde par son serment qu'il a veu aporter à un Parlement à Rennes grand nombre de monnayes blanche qui estoit signée & merchée: monnoye de Bretagne faite à Rennes; & mesme vit trouver à Nantes en la Tourneufve és tresors dou Duc Jehan plusieurs especes de monnayes de Bretagne qui estoient merchées dou coign de plusieurs Ducz, & aussi en fut trouvé de monnayes noires de diverses especes, & celles que l'an disoit qui estoient de cuir; mais à dire proprement dou fait des monnoyes d'endroit le Duc Jehan n'estoit pas cest tesmoin appellé au Conseill par celi temps; bien dit-il que Monsr.

ANNO 1392. Monſr. Charles de Blois que ſe appelloit Duc, & tenoit la Duché, fit monnoyer en pluſieurs Citéz & Villes en Bretagne monnoyes blanches, & noires, & autres, & en uſa par li & ſes Officiers, & tout le païs en fut gouverné le temps durant qu'il occupa ledit Duché, ſans debat que ceſt teſmoing veiſt ne oiſt, & dempuis la mort dudit Monſr. Charles, Monſieur le Duc qui à preſent eſt a fait monnayer en diverſes Citéz & Villes de divers pris de monnoye blanche, & de divers aloiz, & encorre fait de jour en jour, & nonobſtant que mondit Sieur fuſt en Angleterre, le pays de Bretagne tint & uſa des monnayes que mondit Sieur avoit fait faire, & dempuis ſa venuë, & qu'il fut à bon acord avec le Roy, en a uſé, & le pays ſe gouverne de ſes monnayes ſans debat que ceſt teſmoin veiſt ne oiſt eſtre mis à l'encontre, & partant comme en a oy dire és anciens, & és notables gens, qu'il a veu uſer en ſon temps, & à Noſſeignours les Ducz & à leurs Officiers, cuide, & croit fermement, & eſt ſon record que Noſſeigneurs les Ducz puiſſent, & dayent monnayer, & faire monnayer monnayes blanches, & noires, & avoir correction & punition ainſi & comme Roys & Princes peuvent & doivent avoir en leurs terres, & eſt ſon record. Monſieur Robin de Baulon, de l'âge de ſoixante & dix ans, autre teſmoin en ladite enqueſte pardevant Maiſtre Robert Rochereul Seneſchal de Rennes, preſentz nobles gentz Guillaume de la Marzeliere, Olivier de la Ville Oger, Mathieu Amoureux, Auger Aguillon, Pierre d'Audibon, Gacien de la Cigoigne Damoiſeaux.....

Frere Jehan le Bart naguere Abbé du Mouſtier S. Melaine, de l'âge de LXXX. ans ou environ, teſmoin preſenté de la partie de honeſtes homs Maiſtre Pierre Maſchefer Procureur de Rennes ſur les articles devant, & pour valoir perpetuelle memoire & ce que de raiſon ſera, teſmoin juré ſur ſaintes Evangiles, &c. (*comme au prémier temoin*) enquis de l'ancien gouvernement & comment les Ducs ſouloient prendre & recevoir hommages & feautez de leurs vaſſaux; dit & recorde par ſon ſerment que il vit & connut le Duc Jehan que Dieu abſolle, & que Macé le Bart ſon oncle Chancelier de Bretaigne fut par le temps de xv. ans ou environ, comme il li oyt dire, quel Maiſtre Macé diſt à ce teſmoin que les Ducs pouoient & debvoient prendre leur hommage *prouche à eux que à nul autre*, & qu'ils uſaient de droits Royaux & Ducheaux. Bien eſt vray qu'un Duc avoir fait ſubmiſſion en deux cas, c'eſt aſſavoir de appellation de Parlement au Roy de faux & mauvais jugement, & en deffaut de droit, & en tant nos Seigneurs les Ducs eſtoient ſujets au Roy, & non en plus. Mais ne vit oncques au Duc Jehan que Dieu abſolle prendre le hommage de nul de ſes feaux. Bien dit ce témoin qu'il vit Monſieur Charles de Blois tenant le Duché de Breraigne, qui prenoit ſes hommages *prouche à li que à nul autre*, de ſes Barons, Chevaliers, & vaſſaux; & dempuix la mort dudit Meſſire Charles que Dieu abſolle, il a veu Monſieur le Duc qui à preſent eſt, qui ainſi prenoit ſes hommages de ſes feaux, & en uſe; & partant comme en a veu & oy dire, & parce que oyt dire audit Maiſtre Macé le Bart ſon oncle qui fut Chancelier, & à autres; & que Noſſeigneurs les Ducs de Bretaigne tiennent & uſent de droits Royaux & Ducheaux ainſi que Roy peut faire, ſauff en deux cas, au fait de la ſubmiſſion. Rqcorde que Noſſeigneurs les Ducs peuvent & doivent prendre leur hommage *prouche à eux que à nul autre*, & ainſi en ont uſé. Item en ce que touche le fait des monnayes, recorde que à un ſien hebergement nommé Fontaine Rouault fut autrefois trouvée monnaye blanche de Bretaigne, laquelle fut aportée & remiſe à un Parlement; & en a vu trouver de anciennes monnayes blanches; & vit que ou temps de Monſieur Charles que Dieu abſolle, qui en fit monnaye, qui en uſa; & Monſieur qui eſt à preſent en a toûjours uſé & fait monnayes de diverſes pieces & coins, & partant, comme en a veu, cuide & croit que ce ſoit le droit de Noſſeigneurs les Ducs, & eſt ſon record. *Ch. de Nantes. arm. E. caſſette A. n.* 7.

CXLVI.

Inveſtitura per Annulum de Comitatu Albæ cum omnibus juribus, & pertinentiis, nec non mero, ac mixto imperio à LUDOVICO II. *Rege Hieruſalem ac Siciliæ* LUDOVICO *de Sabaudiâ, & Hæredibus illius collata cum onere præſtandi ſervitii, quotiens id in Regno Siciliæ per Curiam Regiam indicabitur. Datum Neapoli 5. Octobris Anno* 1392. *Indictione I. Regnorum ſuorum VIII* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantouë.]

ANNO 1392.

LUdovicus Secundus Dei gratia Rex Hyeruſalem, & Siciliæ, Ducatus Appuliæ, Principatus Capuæ, Provintiæ, & Forqualquerii, Cenomani, Pedemonti, & Rontialii, Comes, Univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis tam præſentibus, quam futuris, levantes in Circuitu oculos Noſtræ Mentis conſideramus nobis obſequentium merita ſingulorum, & quo gratiora, & utiliora ſervitia proceſſerunt, tanto magis inducimur ad condignæ retributionis talentum, ut creſcat promptitudo fidelibus, & ſedenti in ſolio fiat amica, prout rationis debitum poſtulat gratitudo. Sane conſiderantes, & in noſtra mente revolventes immenſæ devotionis & fidei claritudinem ſpectabilis Viri Ludovici de Sabaudia Millitis, Conſanguinei Collateralis, Conſiliarii devoti, & fidelis Noſtri dilecti, ac grandia, & commemorabilia ſervitia preſtita per eum fideliter, & conſtanter culmini noſtro ſemper, cum perſeverantia meliori, & cum promptitudine omni ad omnia pericula dispoſiti, & parati, & præſertim acceptabili tempore in quo quicquid præſtatur totum a conſtanti benevolentia proficiſcitur, Ut proinde ipſum Ludovicum, proſequamur condigno rependio præmiorum, qui ad ſuſcipiendum pretioſa benefficia a ſuis fruentibus ſe fecit benemeritum, atque dignum, eidem Ludovico, & ſuis utriusque ſexus hæredibus ex ſuo corpore legitime deſcendentibus natis jam, & in antea naſcituris in perpetuum Comitatum Albæ cum titulo Comitatus ipſius, ac cum omnibus Terris, Civitatibus, Caſtris, & locis, Juribus, & pertinentiis Comitatibus ejusdem ſiti in partibus Apprutinis; qui Comitatus fuit, & eſt Illuſtris Johannæ Duciſſæ, Duratii Conſanguineæ Noſtræ Cariſſimæ, ſiquidem Comitatus ipſe & dicta bona devoluta ſint ——— obitu dictæ Johannæ Duciſſæ, decedentibus legitimis, & naturalibus liberis ex ſuo corpore, vel aliis hæredibus, qui de claro, & apperto jure ſuccederent non relictis vel alia quavis ——— atque juſte contingat devolvi ad manum Noſtræ Curiæ, & ad ipſam Noſtram Curiam rationabiliter devenire cum omnibus Vaſſallis, Feudatariis, ſubfeudatariis, Caſtris, Fortalitiis, Civitatibus, & pertinentiis Territoriis dicti Comitatus, Juribus, Terris, & pertinentiis ejusdem, quæ ut de demanio in demanium, & quæ de ſervitio in ſervitium, cum plena, ac meri, & mixti Imperii, & gladii, poteſtate nunc in antea tenore præſentium de certa ſcientia noſtra damus, donamus, traddimus, atque concedimus de gracia ſpeciali, appellatione, ſuis vicibus nobis, & magnæ Regni Curiæ reſervata, in feudum ſub ſervitio conſueto proinde etiam præſtari ſolito, feudi natura in aliquo non mutata juxta uſum, & conſuetudinem Regni Noſtri Siciliæ, & generalis, & Communis Regiæ Sanctionis Edictum de feudorum ſucceſſionibus in favorem Comitum, & Baronum Communis dicti Regni, a tempore felicis adventus, Clariſſimæ Memoriæ Domini Regis Caroli primi in ipſum Comitatum Baronis feuda inibi ex perpetua collatione tenenda, factum per Recol. memoriæ Dominum Regem Carolum ſecundum, in Parlamento celebrato Neapoli publice divulgatum, ita quidem quod dictum Comitatum dictus Ludovicus, & dicti ſui hæredes teneant, & tenere debeant immediate, & in capite a Nobis, & noſtris in dicto Regno hæredibus, & ſucceſſionibus, ſervireque teneantur & debeant de ſervitiis prædeſtinatis per eos vicibus ſingulis quibus ſervitium in Regno Siciliæ generale, per Noſtram curiam indicetur, quod ſervitium dictus Ludovicus in noſtra præſentia conſtitutus ſua bona & gratuita voluntate pro ſe, & dictis ſuis hæredibus modo prædicto obtulit, & promiſit. Transferrentes de dicta noſtra ſcientia certa in dictum Ludovicum, & prædictos ejus hæredes omne jus, omnemque actionem quam, & quod nobis, & Noſtræ Curiæ competeret,

ANNO 1392. ret, & poſſet competere quoquo modo in Comitatu ſupradicto quoad utile Dominium ejusdem, lege, vel conſuetudine contraria, ac ritibus, conſuetudinibus Regni, capitulis, & obſervantiis huic forte contrariis, & quæ de dicta noſtra certa ſcientia, & poteſtate Dominica tollimus, ac viribus, & efficatia vacuamus effectu præſentis Noſtræ Donationis, conceſſionis, & graciæ. Nullatenus de quibuscunque etiam donationibus, conceſſionibus, traditionibus gratiis factis, & de bonis prædictis, vel aliquibus eorundem quibusvis perſonis —— benemeritis atque dignis per Clariſſimæ memoriæ Dominum Genitorem Noſtrum, & Dominam Mariam Matrem Noſtram, utique bailiam, Adminiſtratricem & Tutricem Noſtram, vel per Gubernatores Regni Noſtri Siciliæ generales, aut particulares, aut per nos aut quoscunque alios, ad id poteſtatem habentes, ac etiam faciendum in antea quocunque prætextu, ratione vel cauſa, nec non privilegiis, litteris, cedulis, & reſcriptis inde ſequutis, & in antea concedendis ſub quacunque verborum continentia, vel tenore quibusvis clauſulis, derogationibus, etiam cum Clauſulis, quod ipſi Donatariæ, & conceſſionarii deberent in aſſecutione dictorum bonorum omnibus aliis pænitus anteferri, ut de verbo ad verbum mentio facienda, quos, & quæ de certa noſtra ſcientia, & plenitudine Dominicæ poteſtatis tollimus, enervamus, ac viribus, & efficatia totaliter vacuamus, effectui, & executioni præſentium non obſtantibus quoquomodo, cum voluntate, & determinatione de ſcientia noſtra cæteris, & rationabilibus cauſis, & præſertim pro bono Reipublicæ, quod ex præſenti Noſtra donatione conſpicimus reſſultare, quod dictus Lodovicus, & prædicti ſui hæredes omnibus, & ſingulis cuiuscunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant habentibus, & habituris tacite, vel expreſſe donationes, & conceſſiones de bonis prædictis, vel aliqua parte ipſorum, repulſis obſtaculis, & contrarietatibus quibuscunque infallibiter proferrantur, a quo quidem Lodovico, ſeu dictis ſuis hæredibus pro dicto Comitatu præſtari volumus homagium, & fidelitatem debite, juramentum in manibus noſtris, aut hæredum Noſtrorum infra annum, unum numerandum a die poſſeſſionis corporalis dictorum bonorum eis per Noſtram Curiam faciendæ, Inveſtientes prædictum Ludovicum de prædicta Noſtra donatione, conceſſione, & gratia per Annulum Noſtrum modo promiſſo, ut eſt moris, quam Inveſtituram vim, & efficatiam veræ, & realis donationis, & conceſſionis dicti Comitatus velimus & decernimus obtinere, ſupplentes de dicta certa ſcientia noſtra, & plenitudine Regiæ poteſtatis omnem, & quemcunque deffectum juris, & facti, & cuiuscunque ſolemnitatibus ommiſſæ, qui, & quæ in prædictis, & circa prædicta poſſent opponi, objici, vel prætendi de ſubtilitate juris, ritu, obſervantia, vel aliter quovis modo, quem quidem deffectum hic haberi volumus, pro expreſſo pariter, & ſuppleto, etiam, ſi de ſui natura, vel cauſæ exigentia deffectus iple hic eſſet neceſſario exprimendus, ita quod prædicta, & ſubſcripta omnia, & ſingula omni tempore omni robore vigeant, & plene qualibet ſtabilitate ſubſiſtant. Et pro majori certitudine & ſecuritate præmiſſorum promittimus in verbo, & fide noſtra eidem Ludovico per præſentes & juramus ad Sancta Dei Evangelia manu tactis corporaliter ſcripturis prædicta omnia, & ſingula attendere eum effectu, & ad requiſitionem ſuam, vel hæredum ſuorum prædictorum, de prædictis quandocunque voluerint mandare, & facere fieri unum, duo, & plura privilegia, & litteras ſub ſigno prædictæ Majeſtatis Noſtræ in forma valida efficaci, quod poterunt, & debebunt merito contentari has noſtras litteras noſtro ſecreto Annulo communitas, & noſtra propria manu ſubſcriptas, quas illam vim, & efficatiam habere volumus, & jubemus, ac ſi eſſent ſub ſigillo —— & datæ Prothonotarii Regni Siciliæ, & quibusvis aliis ſolemnitatibus roboratæ, ad ipſorum cautellam, & hujus rei Teſtimonium concedentes Edicto Noſtro —— facto & divulgato, de non admittendis cedulis, noſtro tamen ſecreto annulo communitæ effectui, & executioni præſentium obſiſtere. Datæ Neapoli in Caſtro Novo, ſub Annulo noſtro ſecreto Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſecundo die quinto Menſis Octobris, prima Indictione, Regnorum Noſtrorum Anno Octavo, ſubſcriptione Regis Nos Ludovicus Hyeruſalem, & Siciliæ Rex prædicta acceptamus, & manu propria ſubſcripſimus. Sigillatæ tribus ſigillis parvulis, ac & ſubſcripſit Matheus. ANNO 1392.

Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicuſque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi, hac die 8. Auguſti 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejuſdem Archivii Præfectus, hac die nona Auguſti 1720.

Alia Inveſtitura de Civitate Ortonæ in Provinciâ Apprutii citra Flumen Piſchariæ, nec non de Civitate Sancti Angeli, Terrâ Piſcariæ, Francavillæ, Burlani aliisque annexis, cum omnibus Juribus, mero, ac mixto Imperio, ab eodem Rege prædicto LUDOVICO *de Sabaudia, ſub ſimili onere conceſſa. Datum Neapoli 5. Octobris Anno* 1392. *Regnorum ſuorum VIII. Indictione 1.* [Autentique tiré des Archives Archiducales de Mantoüe.] 5. Octobris.

LUdovicus ſecundus Dei gratia Rex Hyeruſalem, & Siciliæ, Ducatus Appuliæ, Principatus Capuæ, Dux Andegaviæ, Provintiæ & Forqualquerii, Cenomaniæ, Pedemontii, ac Rocharum Comes, Univerſis præſentes litteras inſpecturis tam præſentibus, quam futuris levantes in circuitu oculos noſtræ mentis conſiderantes nobis obſequentium merita ſingulorum, & quæ gratiora, & utiliora ſervitia proceſſerunt, tanto magis inducimur ad condignæ, retributionis talentum. Ut creſcat promptitudo fidelibus, & ſedenti in ſolio fiat amica, prout rationis poſtulat gratitudo. Sane conſiderantes, & in Noſtræ mentis arce revolventes immenſæ devotionis & fidei claritudinem ſpectabilis. Viri Ludovici de Sabaudia, Militis, Conſanguinei Collateralis, Conſiliarii devoti, & fidelis Noſtri dilecti, ac grandia, & commemorabilia ſervitia præſtita, per eum fideliter, & conſtanter culmini noſtro ſemper, cum perſeverantia meliori, & cum promptitudine omni ad omnia pericula expoſiti & parati, & præſertim acceptabili tempore, in quo quicquid præſtatur, totum a conſtanti benevolentia proficiſcitur, ac proinde Ludovicum proſſequamur condigno rependio præmiorum, qui ad ſuſcipienda pretiola beneffitia a ſuis fructibus ſenſerit bene meritum, atque dignum eidem Ludovico, & ſuis utriusque ſexus hæredibus ex ſuo corpore legitime deſcendentibus natis, jam & in antea naſcituris in perpetuum Civitatem Ortonæ de Provintia Apprutii, citra flumen Piſchariæ, nec non Civitatem Sancti Augeli, Terram Piſcariæ, Terram Francavillæ, & Terram Burlani ſitas in partibus Apprutinis, Terras de mero Dominio Noſtræ Curiæ exiſtentes, ac Caſtrum Planellæ, Caſtrum Montis Luatiæ, Caſtrum Silini, Caſtrum Cretani, Caſtrum Cunguli, Caſtrum Spelviri, Caſtrum Illici, Caſtrum Muſcuſſi, Caſtrum Colluſchambuii, Caſtrum Amtequoriæ, Caſtrum Cypagarii, Caſtrum Cateniani, Caſtrum Mezani, Caſtrum Meglianicæ, Caſtrum Rippæ, Caſtrum Mileanæ, & Caſtrum Viruli, quæ bona omnia ſita & poſita ſunt in dictis partibus Apprutinis, nec non omnes Terras, Caſtra, Fortalitia, & loca ſita, & poſita in eisdem partibus Apprutinis, quæ fuerunt Ranali, Actoczamale

ANNO 1392. male Rebellis Noſtri notorii, dictam ſcilicet Civitatem Ortonæ cum titulo, & dignitate Ducali, quem titulum, & dignitatem eidem Civitati Ortonæ, ex nunc harum ſerie de certa noſtra ſcientia, & plenitudine Dominicæ poteſtatis duximus imponendum. Cui quidem Ducatui in honorificantiam ejus adnectibus, incorporamus, atque ſubmittimus omnes, & ſingulas Terras demaniales prædictas, ac etiam omnia & ſingula Caſtra, Fortalitia, Terras, & bona alia ſupradicta, cum Territoriis, hominibus, Vaſſallis, Juribus, & pertinentiis Terrarum, Caſtrorum fortalitiorum, & bonorum eorundem, ſive dictæ Civitates, Terræ, Caſtra, Fortalitia, & bona devolutæ, & devoluta ſint, per rebellionem ad Curiæ Noſtræ manus, ſive ex quibuscunque aliis titulis, rationibus, atque cauſis conſiſtant in manibus dictæ noſtræ Curiæ, cum plena meri, & mixti Imperii ac gladii poteſtate, appellatione ſuis vicibus Nobis, & Magnæ Regni Curiæ reſſervata, & cum feudatariis, ſubfeudatariis, hominibus, Vaſſallis, Caſtris, Fortalitiis, Tenimentis, Territoriis dictæ Civitatis Ortonæ, Terrarum, Caſtrorum, & bonorum prædictorum, juribus & pertinentiis illorum omnibusque videlicet de demanio in demanium, & quæ de ſervitio in ſervitium ſunt, damus, donamus, traddimus, atque concedimus in feudum Nobile de dicta certa noſtra ſcientia, & gracia ſpetiali dictam ſcilicet Civitatem Ortonæ, cum titulo Ducali, ut præfertur, & prædictas alias Terras, Caſtra, & bona, & loca, & adnexas, & adnexa eis ſub ſervitio eis per Noſtram Curiam imponendo ſecundum inquiſitionem valoris annui dictorum bonorum per Noſtram Curiam faciendam ad rationem pro ſingulis onciis viginti annui redditis, de uno integro ſervitio millitari. Ita quidem quod dictam Civitatem Ortonæ, cum titulo Ducali ipſius, & cum dictis terris, ut præfertur ſibi annexis, atque Caſtris, ac ipſas Terras, & Caſtra, quæ devolutæ, & devoluta ſunt, per rebellionem, vel aliam juſtam, & rationabilem Cauſam ad Curiæ Noſtræ manus, ipſe Ludovicus, & dicti ſui hæredes teneant, & tenere debeant immediate, & in capite a Nobis, & Noſtris in dicto Regno hæredibus, & ſucceſſoribus, ſervireque teneantur, & debeant de ſervitiis prædeſtinatis, dicta autem Caſtra, Terras, & bona ſive aliqua ipſorum quæ devoluta, & devolutæ non ſunt per Rebellionem, vel aliter quovis modo, etiam ſi Terræ, Caſtra, & bona ipſa devolutæ & devoluta non forent, per Rebellionem vel aliquam aliam cauſam ad dictæ Curiæ Noſtræ Manus. Volumus, & declaramus, quod utile Dominium earundem Terrarum, Caſtrorum, & bonorum prædictorum teneant, & poſſideant ſine titulis ab ipſo Ludovico, & ejus hæredibus prædictis, & eis ſerviant, & ſervire debeant de conſuetudine debita, & ſolitis ſervitiis pro Terris, Caſtris & bonis ejusdem. Ipſeque Ludovicus, & prædicti hæredes ſui teneant, & tenere debeant dictas Terras, Caſtra, & loca, ac bona prædicta immediate, & in capite a Noſtra Curia ſupradicta ſub dictis ſervitiis præſtandis per eos vicibus ſingulis, quibus ſervitium in Regno Siciliæ generale, per Noſtram Curiam indicetur, Quod ſervitium dictus Ludovicus in noſtri præſentia conſtitutus ſua bona, & gratuita voluntate pro ſe, & dictis ſuis hæredibus modo prædicto facere obtulit, & promiſit. Transferrentes de dicta certa, noſtra certa ſcientia in dictum Ludovicum, & prædictos ejus hæredes omne jus, omnemque actionem, quæ, & quod Nobis, & Noſtræ Curiæ competeret, & poſſet competere quoquo modo in Civitate, Terris, Caſtris, & bonis, quo ad utile Dominium eorundem, lege, vel conſtitutione contraria, & ea præſertim, quæ alienationem ipſarum Terrarum, & Jurium demanialium fieri prohibet, ſicut eſt dicta Civitas Ortonæ, & prædictæ aliæ Terræ demaniales, ac Caſtra, Terræ, & bona obnoxiæ, & obnoxia, ac ritibus conſuetudinis Regni, Capitulis, & obſervantiis huic forte contrariis, quas, & quæ de dicta certa ſcientia noſtra & poteſtate Dominica tollimus, ac viribus, & efficatia vacuamus effectu præſentis Noſtræ donationis, conceſſionis, & gratiæ nullatenus obſtitura, quibuscunque etiam donationibus, conceſſionibus, traditionibus, & graciis factis de bonis prædictis, vel aliquibus eorundem quibusvis perſonis quantumvis benemeritis atque dignis, per claræ Memoriæ Dominum Genitorem Noſtrum, vel per Inclitam Dominam Mariam Matrem Noſtram, utique baliam, adminiſtratricem, & tutricem noſtram, vel per Gubernatores Regni Noſtri Siciliæ generales, aut particulares, per nos, vel per quoscunque alios ad id poteſtatem habentes, ac etiam faciendæ in antea quorumcunque prætextu, ratione, vel cauſa, nec non Privilegiis, litteris, Cedulis, & Reſcriptis inde ſecutis, & in antea concedendis ſub quacunque verborum continentia, vel tenore, & quibusvis Clauſulis derogatoriis, etiam cum Clauſulis quod ipſi Donatarii, & Conceſſionarii debeant in aſſignatione dictorum bonorum omnibus aliis pœnitus anteferri, etiam ſi de illis foret hic ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio facienda, quas, & quæ de dicta ſcientia certa Noſtra, & plenitudine Dominicæ poteſtatis tollimus, enervamus ac viribus, & efficatia totaliter vacuamus effectui, & executioni præſentium non obſtantes, quoquomodo, cum velimus, & decernamus certis rationabilibus cauſis, & præſertim pro bono Reipublicæ, quod ex præſenti Noſtra donatione conſpicimus reſultare, dictus Ludovicus, & prædicti ſui hæredes omnibus & ſingulis cujuscunque gradus, ſtatus, & conditionis exiſtant habentes, vel habituri tacite, vel expreſſe donationes, & conceſſiones de bonis prædictis, vel aliqua parte ipſorum, repulſis obſtaculis, & contrarietatibus quibuscunque, infallibiliter præferrantur, a quo quidem Ludovico, ſeu dictis ejus hæredibus pro dictis bonis præſtari volumus Homagium, & fidelitatem, debitum juramentum in manibus Noſtris, aut hæredum Noſtrorum infra annum unum numerandum a die poſſeſſionis corporalis bonorum prædictorum eis per Noſtram Curiam faciendæ. Inveſtientes dictum Ludovicum de præſenti noſtra donatione, conceſſione, & gracia per annullum Noſtrum modo præmiſſo præſentialiter, ut eſt mos. Quam Inveſtituram, eum & efficatiam veræ ac realis, donationis, & Conceſſionis dictæ Civitatis Ortonæ, & Terrarum adnexarum ei cum dicto titulo Ducali, Caſtrorum, ac bonorum prædictorum volumus, & decerninus obtinere. Supplentes de certa ſcientia noſtra, & plenitudine Regiæ poteſtatis omnem, & quemcumque deffectum Juris, & facti, & cujuscunque ſolemnitatis forſitan commiſſæ, qui, & quæ in prædictis, & circa prædicta poſſent opponi, objici, & prætendi de ſubtilitate Juris, ritu, obſervantia, vel aliter quovismodo, quæ quidem deffectum hic haberi volumus pro expreſſo, & pariter jam ſuppleto, etiam ſi de ſui natura, vel cauſæ exigentia deffectus ipſe eſſet hic neceſſario exprimendus, ita quod prædicta, & ſubſcripta omnia, & ſingula omni tempore, omni robore vigeant, & plene qualibet ſtabilitate perſiſtant. Et pro majori certitudine & ſecuritate promiſſorum promittimus, & in verbo, & fide noſtra eidem Ludovico per præſentes, & juramus ad Sancta Dei Evangelia, ſcripturis corporaliter manu tactis, prædicta omnia, & ſingula obſervare cum effectu, & ad requiſitionem ſuam, vel hæredum ſuorum prædictorum de prædictis quandocunque voluerint mandare, & facere fieri unum, duo, & plura privilegia, & litteras ſub ſigillo pendenti Majeſtatis Noſtræ in forma valida, efficaci, quod potuerint, & debebunt merito contentari has noſtras litteras noſtro ſecreto Annulo communitas & noſtra propria manu ſubſcriptas, quas illam vim, & efficatiam habere volumus, & jubemus, ac ſi eſſent ſub ſigno pendenti & data Prothonotarii Regni, Siciliæ, & quibusvis aliis ſolemnitatibus roboratæ, ad ipſorum cautellam, & hujus rei teſtimonium concedentes Edicto noſtro ab olim facto, & divulgato de non admittendis cedulis, Noſtro tamen ſecreto annulo communitæ, effectui, & exceptioni nullatenus obſtituro. Datæ Neapoli in Caſtro Novo ſub annulo Noſtro ſecreto Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſecundo, die quinto Menſis Octobris, primæ Indictionis, Regnorum Noſtrorum. Anno octavo, Subſignatæ —— Nos Ludovicus ſecundus Hyeruſalem, & Siciliæ Rex prædicta acceptamus, & propria manu ſubſcripſimus & ſignatæ. Mattheus, & Noſtris Sigillis ſigillatæ, quæ ſunt parva, & duo ex illis corroſa, & omnia ſunt impreſſa.

ANNO 1392.

Cum

ANNO 1392.

Cum ejus Authentico in pergamena ſcripto ſicut ſupra expedito in ſecretiori Archiducali Archivio Mantuæ adſervato præſentem ſumptam copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicuſque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius, ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum fidem hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi. Actum hac die 8. Auguſti 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejusdem Archivii Præfectus, hac die 9. Auguſtis 1720.

CXLVII.

Confirmatio FRIDERICI *&* CAROLINÆ *Conſtitutionis in favorem Eccleſiaſticæ Libertatis per* BONIFACIUM *Papam* IX. *facta.*

1393. [GOLDASTI Conſtit. Imp. Tom. 1. pag. 376.

BONIFACIUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis beatæ Mariæ Effordienſi, & ſancti Martini Hingelſtadenſi, Maguntinenſi Dioceſi, ac beatæ Mariæ ad gradus Maguntinenſis, Eccleſiarum Decanis, ſalutem, &c. Juſtis & honeſtis ſupplicum votis libenter annuimus, illaque proſequimur favoribus oportunis.

Dudum ſiquidem felicis recordationis Honorius Papa Tertius, prædeceſſor noſter, attentè conſiderans, Quod claræ memoriæ Fridericus Imperator Romanorum, ſemper Auguſtus, ad laudem Romanæ Eccleſiæ, & ſacri decus Imperii, cupiens, ut expurgatis quorundam erroribus, iniquis ſtatutis penitus deſtitutis, de cætero Eccleſia & Eccleſiaſticæ perſonæ plena vigeant quiete, & ſecura libertate gauderent.

Ac pie & juſte attendens, quod quorundam perverſorum iniquitas adeò abundaret, ut non dubitarent contra Eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros Canones ſtatuta ſua confingere adverſus Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiaſticam libertatem edita, tali lege hujusmodi ſtatuta iniqua irritaverat & præceperat irrita nunciari.

Et omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ civitates & loca, poteſtates vel conſules aut quæcunque aliæ perſonæ, contra libertatem Eccleſiæ vel perſonas Eccleſiaſticas hujusmodi edere, aut obſervare temptarent, contra Canonicas vel Imperiales ſanctiones, de ipſorum Capitularibus, infra duos menſes poſt ipſius legis publicationem, penitus aboleri facerent, & ſi de cætero talia attemptarent, illa ipſo jure decrevit eſſe nulla, & eos ſua jurisdictione privatos.

Nec non locum, ubi talia deinceps præſumpta fuiſſent, Banno mille marcarum auri Fiſco Imperiali præceperat ſubjacere.

Poteſtates verò, conſules ſtatutarii & ſcriptores ſtatutorum prædictorum, nec non conſiliarii locorum ipſorum, qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines memoratas judicarent, extunc eſſent ipſo jure infames, quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerint aliqualiter non tenere.

Quodque ſi per annum præfatarum conſtitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum ſuum Imperium mandavit impune ab omnibus occupari. Salvis nihilominus aliis pœnis, contra tales, in eisdem generalibus Conciliis promulgatis.

Et inſuper voluit idem tunc Imperator, quod nulla Communitas, vel perſona publica, vel privata collectas ſeu exactiones angarias vel per angarias Eccleſiis vel aliis piis locis aut Eccleſiaſticis perſonis hujusmodi imponere, ſeu invadere Eccleſiaſtica bona præſumeret.

Quod ſi ſecus faceret & requiſita ab Eccleſia vel Imperio hujusmodi emendare contempneret, triplum refunderet, & nihilominus Banno Imperiali ſubjaceret, quod ſine ſatisfactione debita nullatenus remitteretur. ANNO 1393.

Statuerat inſuper, quod quæcunque communitas vel perſona per annum in Excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ violatam perſiſteret, ipſo jure ſimiliter dicto Banni Imperiali ſubjaceret, à quo nullatenus extraheretur, niſi prius ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento.

Et inſuper ordinaverat, ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel civili, ad judicium ſeculare trahere præſumat, contra easdem canonicas ſanctiones & conſtitutiones Imperiales, quod ſi ſecus faceret, actor à ſuo jure caderet, & judicatum non teneret, & judex foret extunc judicandi auctoritate privatus.

Quodque judices temporales, qui clericis & perſonis Eccleſiaſticis juſtitiam denegare præſumerent, tertio requiſiti ſuam jurisdictionem amitterent, prout in dicta Imperiali conſtitutione plenius continetur.

Dictus inquam prædeceſſor conſtitutionem ipſam, etiam de conſilio fratrum ipſorum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, qui tunc erant, authoritate Apoſtolica approbans & confirmans, ipſam mandavit inviolabiliter obſervari, nec non ſtatutarios & ſcriptores, ac violatores prædictos excommunicatos eadem autoritate nunciari.

Et deinde ad audientiam divæ memoriæ Karoli Quarti, etiam Romani Imperatoris ſemper Auguſti deducto, quod nonnullæ ſeculares perſonæ in poteſtate & officiis publicis conſtitutæ, videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alii Domini temporales, nec non Conſules Civitatum, villarum & oppidorum, & locorum Rectores in diverſis Provinciis ejusdem Imperii conſtituti, Dei timore poſtpoſito, ſtatura ſingularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra ipſas perſonas Eccleſiaſticas & Eccleſiarum libertates, ac eorum privilegia condiderant, illisque de facto, & publice utebantur, contra canonicas & legitimas ſanctiones.

Utpote, quod nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferrentur.

Et ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti ad agendum & teſtificandum in civilibus, & maximè in piis cauſis aliquatenus admitterentur.

Quodque excommunicati laici & publicè denunciati in Civili foro minimè repellerentur.

Et inſuper prædicti Domini temporales, Conſules, & Rectores per ſecularem poteſtatem res & bona clericorum occuparent, arreſtarent, & oblationes Chriſti fidelium minuerent, atque reſtringerent.

Exactiones & tallitas indebitas de bonis & reditibus Eccleſiarum exigerent & extorquerent, poſſeſſiones Eccleſiarum & perſonarum earundem devaſtarent incendiis & rapinis.

Contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros civitatum, villarum & locorum prædictorum inſcribere & ſigillare recuſarent.

Donataque & legata ad fabricas & Eccleſiarum ſtructuras contra Prælatorum voluntatem & aliorum quorum intererat, contra juſtitiam tenere & uſurpare præſumerent in fraudem & odium clericorum.

De bonis etiam & rebus eorundem clericorum, quæ non cauſa negotiationum, ſed propriis eorundem uſibus per eorum terras ducebant, ſeu duci faciebant, Theloneum exigere & recipere non verebantur.

Et confugientes ad Eccleſias & earum Cæmiteria inde extrahere, contra Canonicas & Imperiales ſanctiones hujusmodi præſumpſerant & præſumebant, idem Karolus tanquam Imperator Chriſtianiſſimusque Princeps volens in præmiſſis providere remedio ſalutari, etiam de Principum, Ducum, Comitum, Baronum, fideliumque aliorum Sacri Imperii conſilio & auctoritate Imperiali quæcunque ſtatuta & conſuetudines prædictas, tanquam per Canonicas, & civiles ſanctiones expreſſe reprobata caſſavit, irritavit, & annullavit, ac caſſa, & irrita nulliusque eſſe roboris penitus voluit vel momenti.

Præcipiens ſub indignatione Imperialis Banni, univerſis & ſingulis Principibus, ac Dominis temporalibus, Conſulibus, poteſtatibus, & aliis in officiis publicis conſtitutis, quatinus extunc ipſorum ſtatuta & ordinationes, quæ in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis edita fuerant, omnino revocarent, &

de

ANNO 1393. de luce tollerent; quodque secundum ea non judicarent amplius, nec sententias dictarent, eisdem in judicio aut extra judicium quomodolibet pro se & contra Ecclesiasticam libertatem potirentur.

Pronunciavit insuper, & eadem Imperiali decrevit auctoritate, quod quicunque Laicus, cujuscunque status vel conditionis existeret, ausu sacrilego & propriæ temeritatis audacia sacerdotem vel Clericum secularem vel religiosum diffidaret, proscriberet, captivaret, spoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, aut hujusmodi maleficia perpetrantes scienter acceptaret, vel favorem illis præstaret, præter pœnas à sacris Canonibus & legalibus sanctionibus eis inflictas, eo ipso redderetur infamis, ac omni honore privatus; nec ad placita vel consilia Nobilium admitteretur quovis modo. Hortans insuper & requirens in Domino Prælatos, in illis partibus constitutos, ut Legem Imperialem hujusmodi per eorum Ecclesias & synodos publicarent, ne transgressores hujusmodi per simulatam ignorantiam suas valerent malitias excusare, prout in edita tali Lege prædicta plenius continetur.

Cum autem sunt exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Præpositi, Decani & Capituli, ac Clericorum perpetuorum beneficiorum in Ecclesia Sancti Petri Figlariensis Moguntinensis diœcesis, & Prælatorum tam secularium quàm regularium, ac Cleri, consistentium infra limites Præposituræ ejusdem Ecclesiæ, petitio, quæ continebat, adeò quorundam Laicorum, & Dominorum temporalium in oppido Figlariensi dictæ Diœcesis, infra ejusdem limites ac etiam Figlariensi locis circumvicinis malitia inoleverit, quod hujusmodi Imperiales sanctiones transgredi non verentur, & Ecclesiasticas libertates violare præsumunt, pro parte Præpositi, Decani, Capituli, Prælatorum & Cleri prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis providere super præmissis de opportuno remedio dignaremur.

Nos igitur vestigiis præfati Prædecessoris nostri inhærentes, hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo vel unus vestrûm per vos vel alium seu alios constitutiones prædictas in dicto oppido & in aliis locis circumvicinis auctoritate nostra faciatis inviolabiliter observari; transgressores verò ac violatores, & contemptores, ac sacrilegos prædictos, nec non contradictores quoslibet & rebelles, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc si fuerit opus, auxilio Brachii secularis, non obstante si aliquibus communiter vel divisim à Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per Literas Apostolicas non faciendo plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum, &c.

CXLVIII.

1394. 15. Mai. **Vereinigung und Disposition zwischen Friedrich, Bernhardt und Heinrich, Brüdern und Hertzogen zu Brunsweich-Luneburg, wegen ihrer Landen / daß dieselbe unzertheilt durch den Aeltesten Bruder regiert werden sollen. Geschehen Gifhorn an unsers Herrn Himmelfahrts tag im Jahr. 1394.** [Lunig Teutsch Reichs Archiv. Partis special. Continuat. 2. abtheilung 2. pag. 1014.]

C'est-à-dire

Union entre les Freres Frideric Bernard, & Henri, *Ducs de Brunswich, & Disposition de leurs Estats, portant que sans les diviser, ils seront toujours regis par le Frere aîné. A Gifhorn le jour de l'Ascension de Notre Seigneur.* 1394.

WOn GOddes Gnaden we Frederick / Bernt und Hinrich Bröders / Hertzogen to Brunschwig unde to Lüneborg / bekennen openbare / in dessem breue / dat we / doch mit Willen unser Lande und Lüde / uns vereinet hebben / vnnd tosamene gesettet mit den Landen to Brunschwieg vnd tho Lüneborg / also alse we darmede beervet sint mit Schlöten / Städen / Landen und Luden / mit Geistlick und Weltlicke / mit allerley Rechte und Richten / mit vnd tobehörigen / wo man dat benomen mag / und mit aller redeschop und schulden / alle Brome / Schade vnd Kosle schollen uns allen gelick gelden / vnnd we scholen noch en willen nenerley vordel söken / unser ein jegen den andern / dat scholle we vnd willen stede vest und unverbroken halden to ewigen tiden. Wehre jd / wa we na vnser dreyer bode Mannes-Erven na vns laten von vns geboren / so schole de de ältheste desser vorschrevenen Lande Herr wesen / und de crumpliken vorstan / den andern Erven gütlicken doen / vnnd de älteste en scholde van den Landen mit vorlaten noch entfernen ane wieschop vnd vulbört der andern Erven / Wehren dar eck Erven Jungfrowen / de scholde man erlicken vnde wol beraden / Oke schulde we Frederick Lehnen Geistlick vnd Weltlicke in dem Lande to Brunschwig / wat dar to höret / mit unser Bröder Hertogen Bernndes vnnd Hertogen Henricks willen vnd Vulbort / und we Bernt schylden Lehnen Geistlicke vnnd Weltlicke in dem Lande tho Lüneborg / wat dar tho höret / mit unser Bröder Hertogen Frederikes / vnnd Hertogee Henrikes willen und Vulbört / Ock en schulen we nene Schlote / Städe / noch Lande edder Lude vorsetten edder vorlaten / vryen edder eigenen unser ein ane der andern willen edder Volbort. Ock en scholen we nenen Krieg angriepen / edder betengen / noch uns mit nehmande vereinigen edder verbinden / we en don dat endrechlicken unser ein mit der aner willen / Ock schulde we Vogede vnnd Ammethlüde in dessen vorschrevenen unsern Landen endrechticken setten / de uns to likene rechte darto loven und schweren schulden. Oke en schal unser neyn dem andern nemande mit vorsate vore vordegendingen eine to wedderen / edder to vnwillen / Alle desse vorschreuenen Stucke / lone we unser ein dem andern in bröderlike trüwe / stede / veste / und unverbracken to holdende / ane jenigerley hülp / rede vnnd ohn alle list / und hebbet deß tho Ohrkunde unse ingesegle witliken / und mit guden willen an dessen breff gehenget heten / de geuen ist to Gifhorn na Gades bort / drütteinhundert Jahr / darna in dem vere und negentegisten Jahre / in unsers Herrn Herrn Himmelfahrt tage.

CXLIX.

1394. 4. Juin. *Donatio* Clementis VII. *Antipapæ facta* Carolo VI. *Francorum Regi de omni jure superioritatis & Dominii temporalis in Civitatem & territorium Maclovienſe, quod antehac ſanctæ Sedi Romanæ pertinuerit, cum omnibus emolumentis, prærogativis, feudis & retrofeudis, pertinentiis, ac dependentiis illorum. Datum Avenione 2. Nonas Junii, Pontificatus ſui Anno XVI.* [Lobineau Histoire de Bretagne aux preuves. du 14. Liv. pag. 770. Tiré des tit. de l'Eglise de St. Malo.]

CLemens Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Roberto Episcopo & dilectis filiis Decano & Capitulo Ecclesiæ nec non civibus & incolis civitatis Maclovienſis salutem & Apostolicam benedictionem. Præcelsæ Domus Franciæ quam cælestis agricola Dominus Deus Sabaoth in medio vineæ suæ, militantis videlicet Ecclesiæ, tamquam turrim fortitudinis & firmius propugnaculum pro ipsius vineæ defensione construxit, fervidum & sincerum hujusmodi zelum ac impensum hactenus in adversitatum & tribulationem turbinibus per claræ memoriæ retroactos, potissime per Carolum ultimum ac per charissimum in Christo filium nostrum Carolum modernum illustrem Franciæ Reges, calamitoso præsentis schismatis tempore, quo vineam ipsam singularis ferus depascitur, & omnes qui prætergrediuntur viam eam vindemiare conantur, operosæ protectionis effectum piâ dignâque meditatione pensantes, decens, quinimo debitum reputamus, ut Apostolica Sedes ad tot & tantarum eidem Regi gratitudinum obligata rependat in his quæ glorioſi sceptri sui præsidio acommoda, opportunaque fore cognoscit culmini dicti Regis, propitiam se exhibeat & benignam. Nuper siquidem ex vestrâ lacrymabili insinuatione percepto, quod vos & civitas Maclovienſis, quæ cum territorio suo ad Episcopum & Decanum pro tempore existentes, ad vos Capitulum jure Dominii temporalis pertinebat, & per vos à nobis & Romana Ecclesiâ immediate tenebatur, propter Anglicorum dicti Regis & Reipublicæ Regni sui hostium publicorum, schismaticorumque & perditionis alumno Perrino de Thomazellis de Neapoli in Apostolicâ Sede intruso notorie adhærentium, nonnullorumque alio-

ANNO 1394. rum, veſtrorum ac civitatis prædictæ invidentium & inſidiantium libertati, frequentes ad portum ejusdem civitatis adventus, ac hoſtiles inſultus, miſerabiles civium ipſorum ſtrages, depopulationes agrorum, facultatum & rerum diſpendia, domorum incendia, nefanda quoque turpitudinum opprobria, aliaque plurima discrimina vix narranda à multis fueratis perpeſſi temporibus, & quotidie patiebamini, ac de ipſorum malorum aggravatione veriſimili ſuaque deſolatione totali civitatis, ipſius etiam captione & occupatione formidabatis, niſi vobis per nos & ſedem eandem de opportuno defenſionis auxilio celeriter ſucurreretur. Vos nempe prout eadem inſinuatio ſubjungebat, in tot & tantis adverſitatibus poſiti eas tandiu ſuſtinere vel eis reſiſtere, niſi Regis prædicti toties per vos implorato pio ſuffulti juvamine nequiviſſetis; at ipſe Rex ob noſtri principaliter & Sedis ejusdem reverentiam & favorem, quoties diræ neceſſitatis exegerat articulus, gentem armigeram opportunam pro veſtri tuitione propriis ſtipendiis deſtinaverat, & tunc tenebat in civitate prædicta, non ſine magnis & gravibus profluviis expenſarum; ac per vos tunc in extrema neceſſitate poſitos ſupremumque veſtrum & dictæ civitatis exitium formidantes, noſtro, & Sedis ejusdem auxilio & juvamine inſtantibus & lamentoſis precibus poſtulato; nos veſtris & dictæ civitatis, quorum devotionis & fidelitatis integritas ad nos & dictam Eccleſiam ſemper enituerat, tot & tantis calamitatibus & erumnis pio paternoque compatientes affectu, dolenter nihilominus attendentes, quod propter ſchisma prætactum, cujus occaſione plurimum exhauſtæ erant Apoſtolicæ Cameræ facultates proventusque pene ſubtracti, nequibamus vobis prout cupiebamus ſubvenire, nolentesque vos dimittere indefenſos, ſed vobis, tam in eminentibus quam in futuris malis & periculis providere, bonum, ſedulum & potentem, quantum poteramus, protectorem, ipſique Regi pro receptis ab eo domoque ſuâ, ut præfertur, beneficiis, alicujus retributionis viciſſitudinem rependere, necnon excellentiam ſuam ad veſtrorum & dictæ civitatis protectionem adſtrictiorem pronioremque reddere cupientes; conſiderantes inſuper, quod præfata civitas ad impediendum deſcenſum dictorum hoſtium, & tenendum in ea propter hoc præſidium armatorum memorato Regi Regnoque ſuo prædicto fore noſcebatur plurimum opportuna: Ex his & aliis rationabilibus cauſis moti pariter & inducti, omne jus ſuperioritatis & ſupremi dominii temporalis & reſſorti dictorum civitatis & territorii ac veſtrorum civium & incolarum quorumlibet ad nos & præfatam Eccleſiam pertinens quoquomodo, cum ipſorum ſuperioritatis & Dominii juribus, homagiis, fidelitatibus, prærogativis, privilegiis, feudis, retrofeudis, cenſibus, deveriis, ſervitiis, emolumentis, pertinentiis ac dependentiis univerſis, quæ habuimus & haberi voluimus noſtris litteris pro expreſſis, eidem Regi, hæredibus ac ſucceſſoribus ſuis Regibus, & Coronæ Franciæ motu proprio, non ipſius Regis vel alterius cujuscunque ſuper hoc nobis oblatæ petitionis, ſed de noſtra mera liberalitate, certa ſcientia, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, & fratrum noſtrorum conſilio, in perpetuum conceſſimus & donavimus, ac in ipſos Regem & Coronam ex tunc per easdem litteras tranſtulimus; volentes & authoritate ac motu & de conſilio ſimilibus decernentes, quod ſuperioritatis dominium & reſſortum ejusmodi apud ipſum & Reges & Coronam prædictos ſemper in perpetuum manerent, & quod per ipſum vel Reges eosdem ac ipſam Coronam pro quacumque cauſa in quemvis alium alienari nequirent vel transferri quomodolibet, quodque vos hommagia fidelitatis & alia juramenta, cenſus, ſervitia, & alia quæque deveria, ſi qua, & prout nobis & ipſi Eccleſiæ ac Pontificibus Romanis prædeceſſoribus noſtris tunc conſueveratis & tenebamini & debebatis facere & præſtare, ratione ſuperioritatis dominii & reſſorti prædictorum, ex tunc in antea dicto Regi & hæredibus ac ſucceſſoribus ſuis Regibus ſupradictis faceretis atque præſtaretis, facereque & præſtare debereris, & etiam teneremini; quodque appellationes & provocationes ex quibuscunque cauſis ab Officiali ſeu judice temporali vel Officialibus, ſeu judicibus temporalibus veſtris, & contra eos, ad ſedem Metropolitanam Turonenſem primo, & deinde ad Sedem Apoſtolicam interponi & fieri tunc conſuetæ, ad ipſum Regem vel curiam ſuam Regiam de cetero duntaxat interponerentur & fierent, ac in ipſa Curia Regia ſine quavis appellatione ali totaliter ſopirentur. Nos enim vos ab homagiis, fidelitatibus, deveriis, & ſervitiis hujusmodi nobis, & Sedi Apoſtolicæ ſupradictæ tunc factis & præſtitis, necnon ab ipſorum præſtatione nobis vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus de reliquo facienda, authoritate & motu ac de conſilio eisdem, ex tunc tenore litterarum ipſarum abſolvimus & penitus liberavimus; ſupplentes omnem defectum, ſiquis in conceſſione, donatione & tranſlatione noſtris hujusmodi ac aliis ſupradictis forſitan intervenerit, ac decernentes irritum & inane quicquid in contrarium per quoscunque quavis authoritate, ſcienter vel ignoranter, contingeret attentari. Nos itaque cupientes conceſſionem & donationem noſtras hujusmodi ceteraque in litteris noſtris predictis contenta ſuum plenius ſortiri effectum ac executioni debitæ demandari, vobis Apoſtolica authoritate diſtricte præcipiendo mandamus; quatenus dictum Regem & ſucceſſores ſuos Reges Franciæ qui erunt pro tempore, veſtros & dictæ civitatis ſuperiores & ſupremos temporales Dominos de cetero perpetuo habeatis, teneatis, & etiam agnoſcatis eisdemque tanquam veſtris & civitatis ejusdem ſuperioribus & ſupremis temporalibus Dominis pareatis, homagiaque & fidelitates & alia juramenta, nec non cenſus, ſervitia, & alia quæcunque deveria, ſi qua & prout nobis & dictæ Eccleſiæ ante conceſſionem & donationem noſtras hujusmodi facere conſueveratis, tenebamini & quomodolibet debebatis, ratione ſuperioritatis & ſupremi dominii ac reſſorti per nos eidem Regi ut præmittitur conceſſorum & donatorum, ſibi & dictis ſucceſſoribus ſuis de reliquo faciatis, præſtetis, & etiam perſolvatis, ac de ipſis quantum in vobis eſt & fuerit integraliter reſpondeatis & faciatis per quosvis alios in quantum commode poteritis reſponderi: appellationes quoque & provocationes ab Officiali ſeu judice temporali aut Officialibus aut judicibus temporalibus veſtrûm, Epiſcopi, Decani, & Capituli, ad Curiam Metropolitanam Turonenſem primo, & deinde ad Sedem Apoſtolicam interponi & fieri hactenus conſuetas, ad dictos Regem & Curiam Regiam remittatis ibidem totaliter ſopiendas; dictosque Regem & ſucceſſores hujusmodi conceſſione & donatione noſtra uti & gaudere faciatis & libere permittatis, nihil penitus in contrarium attentantes, ſeu quomodolibet machinantes, homagiis & fidelitatis ac aliis juramentis nobis & Sedi Apoſtolicæ ſeu quibusvis aliis forſan præſtitis, nec non privilegiis conceſſionibus & indultis Apoſtolicis, & aliis contrariis non obſtantibus quibuscumque. Datum Avenione ſecundo Nonas Junii Pontificatus noſtri anno ſexto-decimo. Sic ſignatum ſuper plicam: gratia ubique. De Mandato Domini noſtri Papæ P. De Redaveillione. Et ſigillatum ſub plumbo è cordulis cannabis pendente.

ANNO 1394.

CL.

Alliance tres-étroite entre JEAN *Duc de Guienne & de Lancaſtre, &* JEAN IV. *Duc de Bretagne, avec promeſſe de Mariage entre leurs Enfans. Donné le 25. Novembre 1395. avec les Articles convenus ſeparement entr'eux touchant ledit Mariage* [LOBINEAU Hiſtoire de Bretagne. Aux preuves du 14. livre. col. 791.]

1395. 25. Novembre.

CEtte endenture faite d'entre le tres-hault & puiſſant Prince Jehan Duc de Guyenne & de Laſicaſtre d'un coſté, & le tres-hault & puiſſant Prince Jehan Duc de Bretaigne d'autre coſté, teſmoigne que pour le grant & entier amour que leſdits Ducs ont l'un à l'autre, & pour la bonne alliance qu'a eſté & eſt entr'eux, & ſera ſi Dieu pleſt entre leurs hoirs par le Mariage parlé entre Henry filz aiſné du Comte de Derby filz aiſné & hoir dudit Duc de Guyenne & de Lancaſtre, & Marie fille aiſnée dudit Duc de Bretaigne; ſe ſont aſſentis & ſoy aſſentent par ces preſentes les ſuſdits Ducs d'eſtre bons, vrays & loyaux freres, amis, &

ANNO 1395. & alliez l'un à l'autre en perpetuel, vouloir le bien, prouffit, & honneur l'un de l'autre, leur dommage eſchiver à leur pouoir, ſe entreconforter, aider, & maintenir en tous leurs affaires & beſongnes, tant par deçà la mer, comme par delà, à tous leurs pouoirs, vers tous & contre tous, ſans fraude ne mal engin, comme vrais freres, amis, & alliez doivent faire; ſauf à cheſcun ſa ligeance, hommage, & le honneur & Royaltez du Roy, de cheſcun d'iceux Ducs avantdits, & de ſon Royaume; exceptez pour ledit Duc de Guyenne. . . . . & ſes freres, de ſa part; & pour ledit Duc de Bretaigne, le Duc de Bourgogne & le Comte de Nevers ſon fils de ſa part: & pourveu toutefois que ſi aucun deſdits Ducs de Guyenne & de Bretaigne demande aide de l'autre, celi qui demande l'aide fera les couſtages raiſonnables, ainſi que les couſtages ſoient toutefois faits par le demandant raiſonablement. Et teſmoin deſquelles choſes à la partie de l'endenture ſur ce faite demourant devers ledit Duc de Bretaigne ledit Duc de Guienne & de Lancaſtre a mis ſon ſeel & le paſſement de ſa main. Donné le xxv. jour de Novembre l'an de grace MCCCXCV. Signé, J. Lancastre. *Ch. de Nantes arm. N. caſſette H. n.* 10.

Les apointemens faitz par entre les deputez de tres-redoubré & tres-puiſſant Seigneur Monleigneur le Duc de Guienne & de Lancaſtre, d'une part, les deputez de tres redoubté & tres puiſſant Seigneur Monſeigneur le Duc de Bretaigne d'autre de & ſur les articles & endentures du faict du Mariage parlé d'entre Henry filz aiſné & hoir de Monſieur le Comte de Derby filz aiſné & hoir dudit Duc de Lancaſtre, & Marie fille aiſnée dudit Duc de Bretaigne. Premier. Sur le premier article, faiſant mention que ledit Duc de Bret. doit bailler & baillera en mariage à ſadite fille avec ledit Henry filz dudit Comte 150 mille francz d'or à eſtre paiés 100 mil de ladite ſomme la journée des eſpouſailles, & les 50 mil qui demeureront ſeront paiez à. . . . . termes comme les parties le pourront accorder, eſt apointé que dedans 2. mois aprés la datte de ceſtes, ledit Duc de Bretaigne fera rendre ladite Marie ſa fille ou Chaſtel de Breſt, & cent mil francs de ladite ſomme, pour eſtre livrés audit Duc de Lancastre ou à ſes deputez, pour & au nom dudit Henry, & ſeront eſpouſés dedans le Careſme-prenant prochain. Sur ceſt premier article ledit Duc de Bret. baillera ſadite fille & leſdits 100 mil francs dedans S. Jehan proch. & demande que les eſpouſailles deſdits Henry & Marie ſoient faites à celuy terme à Breſt. Sur cette demande dudit Duc de Bretaigne, le Duc de Lancaſtre, attendu le grand deſir que ſa tres-honorée & noble Dame la Ducheſſe de Bretaigne ſa tres-amée couſine a d'eſtre en ſa propre perſonne à lesdites eſpouſailles, nonobſtant le grand travail & deſaiſe que ledit Henry aura en paſſant & repaſſant la mer, lesdites eſpouſailles ſoient faites à Breſt ou à aucun lieu honneſte prés de Breſt. Sur le ſecond article, faiſant mention que ledit Duc de Bretaigne baille & baillera avec ſadite fille pour ledit Mariage la terre de Raiz, les Chaſtel & Chaſtelenie de Breſt & la Chaſtelenie de S. Renan. Eſt apointé que les Chaſtels de Machecoul, S. Eſtienne de Malemort, Preinzay, Pornit, & tous autres Chaſtelz & Forteresſes de ladite terre de Raiz avec leurs apartenances, ſeront livrés au Duc de Lancaſtre au nom deldits Marie & Henry. Touchant le Chaſtel & Chaſtelenie de Breſt, ledit Duc de Bretaigne ſera fermement tenu ſoubz ſon ſeel eſdits Duc de Lancaſtre & Comte de Derby, que à quelque heure que ledit Duc de Lancaſtre luy face avoir confirmation de la Seigneurie de Reſing, que a donc ledit Duc de Bretaigne, quand il en ſera ſommé par eux, leur fera délivrer ledit Chaſtel de Breſt, &c. Quant à la Chaſtelenie de S. Renan, eſt apointé que ledit Duc de Bretaigne la doit bailler à ſadite fille avec toutes ſes apartenances, reſervés au Due de Bretaigne, les Breſs, Nobleſſes Duchaux, Secheries, &c. Sur ce demande le Conſeil dudit Duc de Lancaſtre de joüir de ces droits reſervés ſe aucun Baron les a dans ſa Seigneurie Le Conſeil du Duc de Bretagne reſpond à ce qu'ils n'ont pouoir de ce faire ſans en parler au Duc. Le Duc de Bretagne reſerve à ſoy & à ſes hoirs lesdites Secheries, les Breſs, Bris, & ſes Souverainetés & Nobleſſes. Sur le troiſiéme article, contenant que le Chaſtel & Chaſtelenie de Breſt

ſeront baillés par telle condition, que le Duc de Bretagne joüira de 700 marcs d'eſterlings de rente qu'il tient de la Seigneurie de Reſing, & que ſi la paix ſe fait entre la France & l'Anglererre, il donnera en retirant Breſt, un autre Chaſtel de pareille valeur. Les Conſeils d'ambes partz s'y ſont entierement accordés. Sur le quatriéme article, que ladite Marie ſera endouée de 2000 marcs d'eſterlings de rente par an en Angleterre; eſt apointé que lesdits Duc de Lancaſtre & Comte de Derby ſeront fermement obligés au Duc de Bretaigne de pourchaſſer lesdits 2000 marcs en terre ou en rente en 3. ans, & de en enfeſſer lesdits Marie & Henry, & en cas que ledit Henry ne eſpouſe pas ladite Marie, ne Thomas ſon frere, l'on rendra au Duc de Bret. les 100 mil francs. Ledit Duc de Bret. demande que le jour des eſpouſailles ladite Marie ſoit indoüairée pleinement desdits 2000 marcs de rente. Acordé ſelon la teneur de l'apointé ci-deſſus. Sur le cinquiéme article, contenant que ledit Duc de Lancaſtre, ledit Comte ſon fils, ledit Henry, ne nul des lours, ne de par eulx, ne feront ne ſouffriront faire aulcunes guerres, grevances, ou domages au Duc de Bret. ne à ſon pays à cauſe desdits Chaſtel & terres, ne ne ſouffriront prandre rançons, paſtis, ne nulles novalitez, & par ſemblable ne le fera le Duc de Bretaigne. Les Conſeils d'ambes partz ont accordé ledit article ſelon la teneur. Sur le ſixiéme article, portant que le Duc de Bretaigne retient à ſoy ſes Souverainetez & droits Roiaux & Duchaux ſur toutes les terres ſusdites. Les Conſeils d'ambes parts en ſont demeurez d'accord. Sur le ſeptiéme article, portant que par cet apointement, faiſant & acompliſſant les choſes ſusdités; lesdits Duc de Lancaſtre, le Comte ſon fils, ledit Henry & leurs hoirs, d'une part, & ledit Duc de Bret. & ſes hoirs d'autre, ſeront bons, vrays, & loyaux freres, amys & alliez, ſauf à chacun ſa ligence & homage, & l'honneur & loyaulté du Roy & de ſon Royaume. Les Conſeils d'ambes parts s'y ſont pleinement acordez. Demande le Duc de Bret. que le Duc de Lancaſtre fera ſon pouoir & diligence ſans fraude ne malengin, de faire mettre à délivre la Comté de Richemont, & en fera avoir lettres du Roy audit Duc de Bret. & à ſes hoirs. Acordé par le Duc de Lancaſtre. Le huitiéme article contient un engagement reciproque de jurer les choſes ſusdites, ſans datte. Signé par le Duc; & ſcellé en cire rouge. *Bibl. du Roi. mmſſ. de Brienne. Cod.* 299.

CLI.

Literæ WENCESLAI *Romanorum Regis ad* WILHELMUM *Ducem Juliacenſem, & Gelrienſem, quibus ei tranſmittit Poſſeſſionem realem Ducatus Juliacenſis ad eum per mortem* GUILIELMI *Patris ejus devoluti, ſub conditione, ut ad manus* GUILIELMI *Ducis Montenſis, Commiſſarii Cæſarei, hommagium Imperatori, & Imperio debitum præſtet, ac requiſitus veniat perſonaliter ad talia denuo præſtanda. Datum Pragæ anno* 1396. *Regnorum ſuorum Bohemiæ XXXIV. Romani XX.* [J. J. PONTANUS Hiſt. Gelricæ. Lib. 8. pag. 337.] 1396.

WEnceſlaus Dei gratiâ Romanorum & Bohemiæ Rex ſemper Auguſtus, notum facimus illuſtri Wilhelmo Duci Gelriæ, noſtro dilecto Conſanguineo & Principi, grande & omne bonum. Illuſtris, dilecte Conſanguinee & Princeps, quia tu ex urgentibus cauſis tibi pronunc occurrentibus ad nos perſonaliter venire non potueris, prout informati ſumus, ad acceptandum à nobis tua feudalia Ducatus, & Dominii Terrarum, & hominum Juliacenſium, quæ per mortem quondam illuſtris Gulielmi Ducis Juliacenſis patris tui ad te ſucceſſionis jure devoluta ſunt. Cum itaque ad te ſpecialem conſiderationem habemus, ac propter futura ſervitia, quæ tu præſtare poteris, maturâ deliberatione ac bono conſilio prahabitis, & etiam ex certa ſcientia talia beneficia, & feudalia antedicti Ducatus, Dominii, Terrarum, & hominum cum omnibus juribus, judiciis, teloniis, & attinentiis ad te per mortem

ANNO 1396. tem antedicti patris juſtè, & debitè devoluta ſint, & talia à nobis & Imperio tanquam feudalia dependent, tibique cum illuſtri Wilhelmo Duce Montenſi, noſtro Conſanguineo & Principe, gratioſè transmiſimus, & per præſentes Imperiali authoritate transmittimus, ad habendum, tenendum, & poſſidendum omni modo, & formâ ſicuti pater tuus habuit, & poſſedit, ità tamen, ut tu nobis ad manus prædicti Wilhelmi debita & conſueta nobis & Imperio noſtro fidelitatis, & obedientiæ homagia præſtare tenearis, bonum faciendo, & malum præcavendo, omniaque alia faciendo, ad quæ talis Dux ad ſuum naturalem, feudalem ordinariumque Dominum, ex jure, vel conſuetudine faciendum obligatur. Ita tamen ut cum tu noſtris literis requiſitus fueris, ad nos perſonaliter venire ad talia facienda ac à nobis recipienda tenearis. In fidem præmiſſorum hanc Literam ſigillo noſtræ Majeſtatis regalis communivimus. Datum Pragæ anno à Nativitate Domini 1396. Regnorum noſtrorum Bohemiæ triceſimo quarto, Romani viceſimo primo.

CLII.

1398. 6. Fevrier. *Alliance, & Convention entre* JEANNE *Ducheſſe de Brabant, & les Maitres, Jurés, Gouverneurs, Conſeil, & Univerſité de la Cité de Liege, pour eux & pour tout le Païs & Evêché de Liege, touchant la liberté du Commerce, & la maniere de finir les difficultés qui pouront ſurvenir entre les deux Provinces A Dieſt le 6 Fevrier* 1398. [LOUVREX Recueil d'Edits, Reglements, Concordats, & Traitez du Païs de Liege.]

JEhenne par la grace de Dieu, Ducheſſe de Luccembourg, de Lothier, de Brabant, de Limbourch, Marchoiſe du St. Empire, & nous Maîtres, Eſchevins, Conſeil, & Univerſité des Villes de Louvain, de Bruxelles, de Bois le-Duc, de Thielemont, de Lieuwes, de Nivelle, de Liere, de Herentals, de Dieſt, de Breda, & de Berge ſur le Soom, pour nous, & les autres Villes de Brabant communaulment d'une part, & nos les Maîtres, Jurez, Gouverneurs, Conſeil, & Univerſité de la Cité de Liege, de Huy, de Tongres, de Sainctron, de Looz, de Haſſelt, de Herkes, de Bliſe, de Eycke pour nous, & les bonnes Villes, & Pays de L'Eveſché de Liege, & de la Comté de Looz communaulment d'autre part, & nous Maîtres, Jurez, Gouverneurs, Conſeau, & Univerſité de Trieck appartenant à noſtre tres-redoubtée Dame de Brabant, & au Pays de Liege entierement tant d'une part, que d'aultre, faiſons ſçavoir à tous qui ces preſentes lettres verront, & orront que comme certaine alliance entre jadis Jean Duc de Brabant. Pere de nous Ducheſſe, dont Dieu ait l'ame, & les bonnes Villes des dois Pays deſſusdits ait été faict à durer perpetuellement, ainſi que par les lettres ſur chu faict clairement eſt comprins, laquelle Alliance par negligence ou oubliance n'en point eſté uſée; & n'en ont eſté faictes nulles ou petite Regle d'un coſté que d'aultres juſques à ores, & pour ce que nous ſentons que accord, & Union, du Pays de Brabant, & de L'Eveſché de Liege, & Comté de Looz l'un avec l'aultre, moult ſeroit prouſitable pour nourir, & entretenir pais, chevanche, & marchandiſe deſdits Pays, nous avons l'alliance devant dite examinée, & ſur chu eu avis, & deliberation, & demeurons encores dedens icelle Alliance durante perpetuellement pour nous, & nos ſucceſſeurs à la maniere que chy-apres s'enſuit. Et à ſçavoir que deres-denant contre tous ceux qui veneroient à banniere au penon desploié, & aultre que on ſçauroit en bonne foy ſuſcourir, grever, ou adampmagir le Pays de Brabant, les bonnes Villes ou commun Pays de L'Eveſché de Liege, & de la Comté de Loos plus prochain du lieu où on vouldroit faire ou porter tel dompmaige devront tantoſt traire vers les inimis pour iceulx reſiſter, & le Pays de Brabant conforter, & reſcoire, & pareillement les bonnes Villes, & commun Pays de Brabant contre tous cheaulx que par la maniere deſſusdite couroient ſus, ou adommager, & grever vouroient les Pays de l'Eveſché de Liege, & de la Comté de Looz, qui plus prochains ſeront du Lieu ou faire ou porter on vouldroit tel dommaige, deburont traire vers les ennemis, & conforter, & reſcoire les Pays de l'Eveſché de Liege, & de la Comté de Looz, & ſi le cas le requiroit plus avant, tousjours: quant les bonnes Villes de Brabant trairont hors, trairont hors auſſi, & de traire hors, ſeront tenus pour defendre le Pays de Brabant, contre ceux qui ademagir ou graver le voront, la Cité, & les bonnes Villes desdits Pays de Liege; & de la Comté de Loos deſſusdit, dans huit jours ſur chu requiz; & ſemblablement ſeront les bonnes Villes, & Pays de Liege, & Comté de Loos, quant en oſt, ils trairont hors contre ceulx qui le Pays de l'Eveſché de Liege, de la Comté de Loos, adempmagir ou grever voulront. Item que les bonnes Villes, & Pays audit Eveſché de Liege, & Comté de Loos, ne ſouffriront à nulluy qui porter voulront domaige, & grief au Pays, & bonnes Villes de Brabant ou leurs ſoubjects aulcune pourveance de victuaille ou altres bieus leur laiſſer adminiſtrer ou delivrer, ni le Pays, & bonnes Villes de nos Pays de Brabant à cheaulx qui grever ou adampmagir volront le Pays ou bonnes Villes des Pays de Liege, & de la Comté de Loos ou leurs Subjets. Item que tous marchands d'un Pays que d'aultre des Pays deſſusdits ſeurement pourront aller, & converſer les uns entre les autres pardechà, & pardelà mer, & à tel Droit que les Marchands de Brabant payeront en Pays de Liege, & Comté de Looz, payer debveront cheaulx de l'Eveſchiée, & Pays de Liege, & Comté de Loos au Pays de Brabant, ſaulve le droict des deux Seigneurs. Item que aultre tel, & ſemblable ordonnance du ſervice, & de droicts que ceulx de la Cité, & les aultres bonnes Villes des Pays de Liege, & de la Comté de Loos, ſeront, & tenus ſont de faire aux bonnes Villes, & Pays de Brabant, à nous ſucceſſeurs faire ariere à la Cité de Liege, & as autres bonnes Villes deſdits Pays de Liege, & de la Comté de Loos ſans malengin. Item s'il avenoit que j'a n'avienne, que debats ou diſſention mouvaſt entre les ſusdits Pays en aulcun membre ou bonne Ville dudit Pays. C'eſt l'intention de nous deſſusdits que pour cet debat mettre à deüe fin deſdits Pays ſoient pris, & denommez tantoſt dedans huict jours apres requiſe ſur chu faicte, quattre perſonnes ſuffiſantes leſquels ſoy debvront traire dedans huit jours en ſuivans, lesdits huict jours de ladite Requeſte en la Ville de Triek ſur Meuſe ſans jamais de cele iſſir ſur leur ſerment ſans s'avoir enquis de la Verité & faict accord de celi debat ou diſſencion, affin que lesdittes alliances puſſent remanoir à tousjours ſans enfraindre, ſalves les Haulteurs, & Seigneuries, Jurisdiction de nous la Ducheſſe devant dite, & del Eveſque de Liege, & de ſon Egliſe, deſquels le deſſusdits pris, & denomez, ne debvront aulcunement traicter ne ordonner, & affin que cette-cy accord, & Alliance devantdite, dure fermement, & inviolablement à tousjours ſoit tenu de poinct en poinct, ſans jamais aller allencontre, nous obligeons l'un, & l'autre ſur la peine de cent mille vieulx eſcus, à payer la moitié al partie que l'alliance tenir vouldroient de ceux qui rebelles ſeroient delle accomplir à l'aultre, ou au Seigneur ou aux Seigneurs que le fiſſiſſent entretenir, tous malengin, & fraude hors miſes, en teſmoingnage deſqueles Choſes Nous Ducheſſe, deſſusdite, & nous les bonnes Villes de Louvain, de Bruxelles, Bois-le-Duc, de Thielemont, de Lieuwes, de Nivelles, de Liere, de Herentals, de Dieſt, de Breda, & de Berghes ſur le Zoom; Nous, & au nom de nous, & pour nos ſucceſſeurs & pour les aultres bonnes Villes de Brabant Pays; & nous Maiſtres, Jurez, Gouverneurs, Conſeaulx, & Univerſité de la Cité de Liege, & des bonnes Villes de Huy, de Tongre, de Sainctrond, de Loos, de Haſſelt, de Herch, de Bliſe, & de Eycke, pour nous, & les autres bonnes Villes, & Commun Pays del Eveſchié de Liege, & de la Comté de Loos, qui à ces preſentes Ordonnances avecque nous faire vouldront en rendre, & nous les Maiſtres, Gouverneurs, Conſaulx, & Univerſité de Triek tant d'une part que d'aultre avons à ces preſentes Lettres appendus nos ſeaulx, en ſigne, &

ANNO 1398.

ANNO 1398. & teſmoingnage de Verité, & ſi paraventure advenoit que il y faliſſe une deux ou pluſieurs desdits ſeaux, ſe n'eſt point l'intention de nous tous deſſus nommez, que pour chu ces préſentes Ordonnances, & Alliances ſoient aulcunement vyciées, ains Volons qu'elles ſoient de auſſi grande force & Vertu que dont tous les ſeaux de nous tous deſſusdits y fuſſent appendus. Faites & données en la Ville de Dieſt, l'an de grace noſtre Seigneur Jeſus-Chriſt mille trois cent quatre-vingt & dix-huit, le ſixieme jour du mois de Febvrier.

CLIII.

14. Decembre. *Pax, Conventio & Pacta inter* MULEY BUFFERII *Regem Tuniſi ac totius Barbariæ ex unâ, & Civitatem Piſanam ex alterâ parte inita, quibus ampliter Securitati & commodis Piſanorum, aliorumque Chriſtianorum ſub Piſanorum nomine in terris, ac portubus dicti Regis mercaturam agentium providetur. Actum* 14. *Decembris Anno Incarnationis* 1398. *ſecundum curſum Civitatis Piſarum.* [PAOLO TRONCI Memorie Iſtoriche de la Citta di Piſa pag. 479.]

IN DEI NOMINE. Amen.

VIR NOBILIS, & D. Muley Iſachi Bebiulel nunc locum tenens Sereniſſ. Principis, & D. Muley Bufferii, Regis Tuniſi, Sarchi Garbi, & totius Barbariæ; auctoritatem ad iſta ab eo obtinens, ut ex dicti Regis Scriptura apparet, ſecundum relationem omnium ſcribarum Dohanæ ipſius ex una parte, & diſcretus vir Andreas Michaelis de Campo Civis Piſanus, tanquam Arbitrator, Sindicus, & Procurator Magnificorum D D. Anzianorum Communis, & Populi Piſani, & D. Jacobi de Appiano Militis Capitanei cuſtodiæ Civitatis Piſarum, ejuſque Comitatus, Fortiæ, Diſtrictus, & Populi Piſani Defenſoris, ut de ejus procura conſtat pub. Inſtrum. manu Jacobi quod Nocchi de Caſcina Civis Piſani pub. Not. ſcriptum D. 1. anno 1337. Ind. V. die prim. Jun. ſecundum curſum, & conſuetudinem Piſanorum, dd. no. & quolibet dd. nominum, ad infraſcr. pacta, conventionem, pacem, & concordiam pervenerunt, renunciantes dd. partes dd. no. exceptioni dictor. pactor. compoſitionis, pacis, & concordiæ non factorum, & non initorum, Rei ſic ut ſupra, & infra non geſtæ, & ſic non ſe habentis, doli mali, metus, conditioni in factum, actioni ſine cauſa, & omni alio Jure.

In primis namque videlicet, quod omnes Piſani venientes, ſeu applicantes Tuniſium, & ad omnes alias Terras ſubditas Dominationi Regiæ Majeſtatis ſupradictæ ſint ſalvi, & ſecuri in perſonis, & havere eorum ab omnibus Subditis ſuis cum omnibus mercibus eorum, tam veniendo, morando, negotiando, ſtando, quam recedendo ab omnibus Terris, & locis ſubditis dicto Regi, quos nunc habet, vel pro tempore acquiret, ſi fuerint ſani, vel naufragi, ſint ſani, ſalvi, & ſecuri in perſonis, rebus, & avere eorum.

Item ſi aliquis Piſanus, vel qui pro Piſano appellatur, recipere debuerit, vel petierit aliquod debitum, vel conqueri voluerit de aliquo debito, Jurib. damno vel emenda ab aliquo Saraceno, vel ab aliquo Chriſtiano, qui ſit ſub pace d. Regis, teneatur Dohana eidem facere rationem, & expedire ipſum Piſanum a credito ſuo, tam de creditis, quam de Injuriis.

Item quod Piſani habeant in Tuniſio, & aliquis, Terris ſubditis d. Regi fundacos cum apothecis, & Jurisdictionibus ſuis, & non poſſit in fundacis eorum aliqua alia perſona extranea habitare, vel ſtare, niſi cum eorum voluntate. Et teneatur Dohano in ræedificationem ipſorum fundacorum laborari, & aptari facere, & ſolvere, & expendere de pecunia d. Dohanæ, prout conſuetum eſt, & quod nullus in ipſos fundacos intrare valeat ſine expreſſa licentia Conſulis Piſanorum, & quod Poſſerii ſint tales, qui poſſint, & valeant prohibere quibuslibet Saracenis, & quibuscumque aliis perſonis ne ingrediantur in fundacos ſine voluntate Conſulis, & Mercatorum Piſanorum.

Item quod habeant Piſani in omnibus Terris, d. Regis Conſulem, vel Conſules, qui faciat, vel faciant rationem inter eos, & ſi aliquis Saracenus conqueſtus fuerit de aliquo Piſano, teneatur eum requirere coram Conſule Piſanorum, & Conſul debeat eum expedire, & rationem facere, & ſi hoc non facient, tunc Saracenus poſſit ſe lamentari in Dohana, & ſi aliquis Piſanorum, vel qui pro Piſano diſtinguitur, petere debuerit, vel voluerit ab aliquo Saraceno, vel ab aliqua alia perſona, quæ ſit ſub pace dicti Regis, tunc Piſanus debeat petere rationem in Dohana, & Dohana teneatur facere rationem, & eum expedire ab eo. ANNO 1398.

Item quod omnes Piſani, & qui pro Piſanis appellantur, de Rebus, & mercibus eorum, quas vendiderint in Tuniſio, & aliis Terris, & locis d. Regis non ſolvant pro ipſis rebus, & mercibus, niſi decimam tantum, prout conſuetum eſt.

Item quod Piſani non ſolvant de auro, vel argento, perlis, lapidibus precioſis, & Jocalibus, niſi medium decimum tantum, & de quibuscumque victualibus, qui per dictos Piſanos portarentur in dictas Terras.

Item quod Mercationes, res, & merces, quæ portabuntur in Dohana Tuniſi, vel quocumque alio loco dicti Regis per dd. Piſanos; non debeant appretiare, niſi illo pretio, quod dd. res. & merces communiter valeant ſecundum curſum Terræ, & ſecundum hoc non fiat eis moleſtia, vel fortia, & illud dirictum, quod ſolvere debeat pro dd. rebus, & mercibus non ſolvant, nec teneantur ſolvere, niſi a die venditionis per eos factæ de dictis Rebus uſque ad ſex menſes proxime venturos, & ſi de mercibus, quas vendiderunt, ſolutionem conſecuti non fuerint, Teneatur Dohana eis fieri facere per emptorem, & tunc ſolvere debeat dirictum ſuum, & ſi ſolutionem conſecutus non fuerit, non teneatur ſolvere aliquod dirictum pro prædictis.

Item ſi aliquis Piſanus, vel qui pro Piſano appellatur, appretiaverit aliquas merces, vel mercationes, Lapides pretioſos, perlas, vel ſineraldos, aurum, vel argentum ad aliquas Terras dictis Regis, & ipſas res, vel merces vendere voluerit, non compellatur ad ipſas vendendas, ſed licite poſſit ipſas res, vel merces reducere ad quæcumque loca voluerit, ſine eo quod præſtet, vel ſolvat aliquod dirictum pro ipſis rebus, & mercibus.

Item ſi aliquis Piſanus, vel qui pro Piſano appellatur, vendiderit alicui Chriſtiano Navem, Galeam, vel aliquod aliud lignum exiſtenti in pace cum dicto Rege, non teneatur ſolvere aliquod dirictum, nec etiam ſi emant a dicto Chriſtiano, teneatur ſolvere aliquod dirictum.

Item ſi aliquis Piſanus, vel qui pro Piſano appellatur, vendiderit aliquas res, vel Merces in Terris ſubditis dicto Regi, & voluerit tranſitum facere ad alias Terras ſubditas d. Regi, poſſit licitè ire, & emere res, quas voluerit, & de eo, quod vendiderit, teneatur Dohana facere d. venditori Inſtrum. teſtimoniatum, quod poſſit emere, & portare res, & merces, quas voluerit, ſine eo quod ſolvat aliquod dirictum, & etiam poſſit ipſe venditor facere Procuratorem, qui emat pro eo, non ſolvendo ipſe, vel Procurator ſuus aliquod dirictum, vel aliquod aliud.

Item quod omnes merces, & totum illud quod Piſani vendiderint per manus Torcimannorum, vel in Collega cum teſtimoniis, quod ipſa venditio ſit, & eſſe debeat ſub fidejuſſione Dohanæ, & ſimiliter in omnibus Terris, & locis ſubditis d. Regi, & omne illud, quod vendiderint ſine Collega, teſtibus, & Dohana, non . . . . . teneatur dicta Dohana.

Item quod ſi aliquis Piſanus vendiderit aliquas merces per manus Torcimanorum, & habuerit auham, ſeu capparram, & ille, qui ipſas merces emere voluerit, viderit, ſorum non poſſit frangi aliquo modo, ſed Dohana teneatur accipi facere dict. merces, & ſolvi facere dicto Piſano per d. emptorem, qui ipſas emerit.

Item ſi aliquis Piſanus emerit mercimonia, vel alias res ab aliquo Officiali, vel Muſtriſſo d. Regis, vel de aliqua Terra, quæ ſit ſubdita d. Regi, & habuerit de emptione Inſtrum. teſtimoniatum in manu ſua, quod non poſſit frangi dict. venditio per dict. Offitialem, nec etiam per aliquem alium ſucceſſorem ſuum, ſed ſit ipſa venditio firma, & firma permanere debeat.

ANNO 1398. Item quod omnes Torcimanni, ſint, & eſſe debeant æquales in Torcimannia, & in eis non ſit aliqua prioritas, nec differentia, & ſolvatur dictis Torcimannis pro eorum Torcimannia milliarenſes quinque de auro de omni centenario Bizantiorum tantum, & ſine aliqua Juncta.

Item quod Piſani habeant, vel habere debeant in Dohana Tuniſii, & in omnibus Terris ſubditis d. Regi Scribam, qui faciat ipſis Piſanis rationes quandocumque voluerint, & poſſint dicti Piſani, facta ratione, & habita albara expeditionis ſuæ, ire, quo voluerint ſine aliquo impedimento, tam per mare, quam per Terram, & ſi forte dd. Piſani redierint ad illa loca, non poſſint, & debeant iterato moleſtari, vel generari de dicta ratione facta ad aliquam rationem faciendam aliqua occaſione.

Item quod permittat ire, & redire omnes Piſanos, qui ire voluerint horis conſuetis, in navibus, galeis, & lignis eorum, pro eorum neceſſitatibus, prout conſuetum eſt, nec etiam poſſint prohiberi, quod emant granum, farinam, & alia victualia pro patronis, & marinaris navium, galearum, & aliorum lignorum ipſorum, & non petatur de prædictis eis aliquod dirictum. Et quod ſi aliquis Piſanus, vel qui pro Piſano appellatur, dixerit aliquod malum, ſeu damnum dederit Saracenis, vel Chriſtianis, vel cuicumque perſonæ, non propterea aliquis Piſanus, vel qui pro Piſano appellatur, moleſtatur, ſed impediatur, nec detineatur in perſona, vel rebus, ita quod Pater non teneatur pro filio, nec alter pro altero d. cauſa moleſtari, vel gravari poſſit in aliquo.

Item quod ille Conſul, vel Officialis, qui erit deputatus, & remanere debuerit in Tuniſio, & in aliis locis ſubditis d. Regi, pro Communi Piſano, poſſit, & debeat intrare ad Majeſtatem Regiam Inclitam bis in menſe, qui poſſit notificare d. Regi eſſe, & conditionem Mercatorum Piſanorum.

Item ſi acciderit, quod Curia Regiæ Majeſtatis concederet alicui Chriſtiano aliquo modo, quod Barcæ, vel ligna ejus venirent ad Lagolettam Tuniſii, ſeu uſque ad Dohanam, teneatur ipſa Regia Majeſtas ſimiliter concedere ipſis Piſanis.

Item ſi acciderit, quod aliquod lignum cujuſcumquæ conditionis exiſtat, galea, vel navis Piſanorum, vel aliquod aliud lignum veniſſet, aut paſſa, vel paſſum fuerit naufragium ad aliquas Terras ſubditas dicto Regi pro aliquibus neceſſitatibus, poſſint Piſani licite diſcaricare ſine contradictione alicujus perſonæ, res, & merces, quas voluerint, & ibi ſtare, & morari ſalvi, & ſecuri in perſonis, & havere ſub ſpe dicti Regis in omnibus Terris ſuis, & ſi de mercibus, quas discaricaverunt, vel projecerunt per mare, & Terra, de ipſis rebus caricare voluerint in ipſis lignis, galeis, vel Navibus, quibus illud acciderit, vel etiam in quibuscumque aliis lignis, libere poſſint, & de ipſis rebus facere ad eorum libitum voluntatis, ſine eo quod ſolvant aliquod dirictum.

Item quod ſi aliquis Chriſtianus eſſet, vel navigaret in aliqua navi, galea, vel ligno alicujus Piſani, & ille Chriſtianus haberet, vel non haberet pacem cum d. Rege, quod ipſe Chriſtianus teneatur, & recipiatur, a d. Rege, tanquam Piſanus, exceptis illis perſonis, quæ feciſſent particulariter damnum alicui Saraceno Subdito dicto Regi, ſimiliter, & adhuc quicumque Piſanus navigans quocumque modo in navi, galea, vel ligno cujuscumque perſonæ honoretur, ſalvetur, & cuſtodiatur in perſona, & havere a quibuscumque Saracinis ſubditis d. Regi.

Item ſi aliquod lignum, galea, vel navis alicujus Piſani eſſet in mari, vel in portibus, & aliquod lignum, galea, vel navis Saracenorum Subditorum dicti Regis ſimiliter eſſet, quod ipſi Piſani ſalventur, & cuſtodiantur ab ipſis Saracenis in perſonis, rebus, & havere.

Item quod tam curia, quam Dohana, quam etiam aliæ ſingulares perſonæ facere debeant ſolutionem de eo, quod dare debuerint Procuratoribus quorumcumque Piſanorum debentium recipere ab ipſis, oſtendendo eorum procuras legittime ſcriptas in Latino, non obſtante, quod non ſint ſcriptæ in Saracineſco, & quod d. procura tranſlatetur de Latino in Arabicum, & quod paſſare debeat contra Saracenos ad poſſe petere.

Item quod Mercatores Piſani non teneantur, nec debeant ſolvere pro eorum roba, ſeu mercibus, baſtaxiis, Rochaxiis, caramariis, & aliis ſimilibus; niſi ſicut ab antiquo ſolvere conſueverunt, & tam pro ſenſariis, quam pro quibuscumque aliis avaritiis. ANNO 1398.

Item quod poſſint dicti Piſani concedere cartas ſuas ejus quod recipere deberent a d. curia, ſeu a dd. Officialibus, unus alteri, & ex altero in alterum, & de uno in alium Piſanum tantum.

Item ſi aliqua perſona, quæ non eſſet Piſana, navigaret ad d. Terras d. Regis cum dd. Piſanis, tractetur, & tractari debeat, & honorari a Subditis d. Regis, prout, & ſicut Piſani tractantur, & honorantur, ſalvo tamen, quod d. talis perſona, quæ non eſſet Piſana ut ſupra, ſolvat, & ſolvere debeat dirictum ſuum prout debet, & non ſicut Piſana.

Item quod dicta pax paſſare debeat, in omnibus Terris ſubditis d. Regi, quas nunc habet, vel pro tempore acquiret, & aliqua perſona, ſeu Officialis d. Regis non poſſit, nec debeat diminuere, nec deſtruere aliquid de dictis capitulis, nec per conſuetudinem, nec per aliquum modum. Et quod d. pax ſcribatur, & mittatur ad omnes Terras, & loca, & Dohanas ſubditas d. Regi, & quod teneantur, d. Capitula, prout in d. carta pacis continetur, & obſerventur cum effectu.

Item quod nullus Piſanus audeat, nec præſumat navigare in aliquibus lignis Curſalium, qui faciant Curſum contra prædict. Regiam Majeſtatem, ſed omnes Saraceni Subditi d. Regis eſſe debeant, & intelligantur ſalvi, & ſecuri in havere, & in perſonis in Civitate Piſana, & in omnibus Terris ſubditis d. Civit. Piſanæ.

Item quod ſi aliquis Piſanus, vel qui pro Piſano appellatur armaſſet lignum ſuum, ſive galeam pro eundo in curſum contra Saracenos Subditos d. Regis, teneatur d. Civitas Piſana ſuum poſſe facere in capiendo ipſos curſales in perſonis, & havere, & ſi eos ceperint vindictam facere, quæ de curſalibus fieri debet, & res eorum dare, & conſignare in Dohana Tuniſii, quod ſi eos perſonaliter habere non potuerint, publicentur tantum eorum Curſalium bona, ſi reperientur, dictæ Dohanæ, Et ſi forſitam d. Saraceni vellent armare ligna, vel galeas pro eundo, vel mittendo ad capiendum dd. curſales, tunc teneatur d. Civitas Piſana eis dare, & præſtare auxilium, conſilium, & favorem, & ſi oportuerit, etiam cum eis ire ad capiendum ipſos Curſales, vel malefactores.

Item quod nullus Piſanus in portubus Terrarum dicti Regis audeat, vel præſumat alicui damnum inferre, quoniam tunc pro omnibus Conſul, ſive Conſules Piſanorum puniretur, ſive punirentur.

Item quod ſi aliquis Piſanus armaſſet aliquam galeam, vel lignum pro eumdo in curſum, & aliquis Saracenus exiret de Tuniſio, vel de Terris ſubditis d. Regi, tunc ipſi Piſani teneantur, & debeant ipſos Saracenos cuſtodire, & guardare, ſi ad ejus manus pervenerint, tam in havere, quam in perſonis, & ſimiliter ſi Saraceni eſſent in curſu contra aliquas gentes, & Piſani iſſent, vel recederent de Tuniſio, vel de Terris ſubditis dicto Regi, teneatur, & debeat ipſa Regia Majeſtas, & Dohano ipſum Piſanum, vel Piſanos ſi ad ipſorum Civitates pervenerit, vel pervenerint, ſanos, & ſalvos facere tam in havere, quam in perſonis ſane ſemper videlicet, quod omnes & ſinguli Piſani ſint ſalvi, & ſicuri a d. curſalib. in havere, & perſonis in quibuscumque locis, tam in mari, quam in Terra, & ſi forte Piſani egerent auxilio dictæ Regiæ Majeſtatis, ipſum illud tradere teneatur.

Prædicta autem pax, conventio, & pacta facta ſunt inter dictas partes, dd. nominibus, & inde intelligatur eſſe inter omnes Terras, homines, & quoscumque Subditos d. Regiæ Majeſtatis, quas nunc habet, & pro tempore acquiret, & non frangatur per aliquod Magiſtratum, tam Dohanarum, quam per Magiſtratum dictæ Regiæ Majeſtatis ſupraſcripta pax, conventio, & pacta infringi, ſeu revocari non poſſit, nec omnia, & ſingula ſuperius denotata modo aliquo vel conſuetudine per aliquem frangi poſſit. Et ſcribatur dicta pax, conventio, & pacta per omnes Terras ſubditas dicto Regi, ut dicta pax, conventio, & pacta attendantur, & obſerventur per omnes Terras, & Subditos dicti Regis. Et promiſerunt inter ſe dictæ partes viciſſim nominibus, quibus ſupra, attendere, & obſervare, & attendi, & obſervari facere. V. ſupraſcriptus Nobilis Vir Mu

laii-

ANNO 1398. laii Hachi Ben Biulel; & discretus Vir Andreas Michaelis ille pro dicta Regia Majestate, ejus Curia, & Dohana Tunisii, & aliorum locorum dicti Regis, hic pro Civitate, & Commune Pisanum, modis, & forma superius denotatis.

Et quod dicta pax, Conventio, & pacta duret, & observari debeant per dictas partes, prout supra, in perpetuum, & supradicta omnia interpretata, & traslatata per Torcimanos fuerunt de lingua Arabica, & Saracena in Latinam & de Latina in linguam Arabicam, sive Saracenam per Pierum Paganucci Pisanum Civem habitantem in Tunisio in fundaco dd. Pisanorum Torcimannum.

Celebrata autem fuit hæc pax die XIIII. Mensis Decembris Domin. Incarn, Anno M. CCC. L. XXXXVIII. secundum cursum Civitatis Pisarum.

CLIV.

1399. **Kuind-Brief der Chur-Fursten / von der zwischen Jhnen und einigen Mächtigen Reichs-Fursten geschloßenen Bündnis / anstatt Käysers WENCESLAI einen andern Römischen König zu erwehlen. Gegeben zu Mentz nach der Geburth Christi 1399. [LUNIG Teutsch Reichs-Archiv. Part. Generalis Continuatio pag. 21.]**

C'est-à-dire.

Declaration des Electeurs concernant le Pacte fait entr'eux, & avec quelques Puissants Princes, de l'Empire, pour elire un nouveau Roy des Romains à la place de l'Empereur WENCESLAS. *A Mayence l'an de Jesus-Christ.* 1399.

WIr von Gots Gnaden Johan des heiligen Stuls zu Mentze Ertz-Bischoff / des heiligen Römischen Rychs in dütschen Landen Ertz-Cantzler / Friederich der heiligen Kirchen zu Colne Ertz-Bischoff / des heiligen Richs in Italien Ertz-Cantzler / Herzog von Westvalen ꝛc. Wernher Ertz-Bischoff zu Trier des heiligen Richs durch Welschlande und des Konigreich zu Aralad Ertz-Cantzler / Ruprecht von Gots Gnaden Pfaltz-Grave by Ryne des vorgenanten heiligen Rychs Oberster Truchsesse und Herzog in Beiern / und Rudolff zu Sachsen und Lineburg Herzog / Burggrave zu Magdeburg / Grave zu Preme / Pfaltz-Grave zu Sachsen und des heiligen Römischen Richs Ertz-Marschalck / alle Kurfürsten des vorgeschriebenen heiligen Rychs / bekennen und dun kunt mit diesem Briefe / wan in dem heiligen Römischen Riche lange Zyt her vil groser und trefflicher Gebrechen / Misseheil und Irrunge uferstanden und kommen sint / den zu widersten / und umbe daß das heilige Römische Riche in seinen Wirden und Eren und by sinen Rechten gehanthabt werde und bliben möge / so hant sich die hochgeborne Fürsten Herr Stephan Pfaltz-Grafe bey Reyne und Herzog in Beyern / ꝛc. Balthasar und Wilhelm Gebrüder Marggraven zu Missen und Lantgraven in Doringen / Ludewig Pfaltzgrave by Ryne und Herzog in Beiern / ꝛc. Hermann Lantgrave zu Hessen / Burggrave Friederich zu Nürnberg / Friederich Wilhelm und Jorge Gebrüder / und Friederich Marggrave Balthasar egenanten Söne / alle Marggraven zu Missen und Landgraven in Düringen zu uns obgenanten Kurfürsten verbunden / umbe einen andern Römischen König zu erwelen und zu sezen / und mit andern Pmcten und Artickel by uns vorgenanten Kurfürsten zu blieben / und uns getruwelich bystendig und behollfen zu sin denselben Sachen / alles nach Lute ures Briefs / den dieselben vorgenanten Fürsten uns obgenanten Kurfursten darüber gegeben hant. Und darumbe so han wir vorgenante Kurfürsten samentlich und sunderlich GOt zu Lobe / der heiligen Kirchen und dem heiligen Röm. Rich zu Eren und zu Frommen und unsern und den gemenen Landen zu Nuße und zu Troste / uns auch wiederum zu den obgenanten Fürsten gemeinlich und ir iglichem besunder verbunden und verbinden uns mit diesem Briefe in allermaß als hernach geschriben stet. Zum ersten ob yemand / wer der wäre / sin Ungunst / Ungnade und argen Willen legen und keren wolte an die obgenanten Fürsten / und sie leidigen und schedigen wolte / von solichs vorgenanten Verbunts und Bystandes wegin / mit Fyntschafft oder anders / wie das zugunge / samentlich oder besunder / so sollen wir obgenante Kurfürsten samentlich und besunder yn und ir iglichem darwider auch getruwlich mit Libe / mit Gute und mit Lande und mit Lüten bygesessen dig geraten und behollfen sin / und yn unser Volcke zu tegelichem Kriege schicken / nach Nothdurfft und Mochelicheit / ane Geverde. Understünde aber yemand / wer der were / die obgenante Fürsten samentlich oder besunder zu überziehen oder zu besitzen / von des obgenanten Verbunds und Bystandes wegen / so sollen wir obgenante Kurfürsten samentlich und sunderlichen denselben vorgenanten Fürsten darwider auch getruwlich mit unser gantzen Macht behollffen und zuziehend sin fürderlich ane alle Geverde. Und sollen uns in diesen vorgeschriben Sachen nit von yn scheiden / sundern / noch ussünen / dann wir sollen festiclich und getruwlich darynne by yn verbliben / usgescheiden allerley Argelist und Geverde. Alle und iglíche diese vorgeschrieben Pmcte / Stücke und Artickele han wir obgenante Kürfürsten und iglicher von uns den obgenanten Fürsten und ir iglichen besunder globt by unsern Fürstlichen Trüwen und Eren / und han die auch hyplich zu den Heiligen geschworn / globen / sichern und sweren in Crafft dis Briefs / die ware / feste / stete und unverbrochenlich zu halten / zu tun und zu sollenfüren und darwider nit zu tun noch zu suchen / geistlich oder wertlich / zu eincherley Wise / sunder alle Argelist und Geverde. Des zu Urkund und gantzer Stetikeit hat iglicher von uns obgenanten Kurfürsten sin eigin Ingesiegel an diesen Brieff dun hencken / der geben ist zu Mentze / do man zalte nach Christi Geburte dusent drühundert und in dem nün und nünzigsten Jare.

ANNO 1399.

CLV.

Rotulus Parliamenti summoniti, & tenti apud Westmonasterium in festo Sanctæ Fidis Virginis, Anno Regni Regis HENRICI *quarti post conquestum primo; In quo continentur Acta Renunciationis & Depositionis* RICARDI *Angliæ & Franciæ Regis, de omni potestate ac Regimine. Videlicet* OBJECTA *contra dictum Regem.* SENTENTIA *Depositionis per Proceres contra eum lata.* VENDICATIO *præfati Angliæ Regni per* HENRICUM *Ducem Lancastriæ* ET SUSCEPTIO *ad regimen & Coronam præfati Lancastriæ Ducis, per Archi-Episcopum Cantuariensem publicata.* LES RECORD ET PROCES de la Renunciation du Roy RICHARD le second apres le conqueſt, & de l'acceptation: de meſme LA REÑUNCIATION enſemblement que la depoſition de meſme le Roy RICHARD enſuënt cy-apres. [Chronica HENR. DE KNYGTON inter Anglicanæ Historiæ Scriptores X. col. 2743.] 29. Septembre.

MEmorand: Quòd die Lunæ in festo Sancti Michaelis Archangeli Anno Regni Regis Richardi secundi 23. Domini Spirituales, & Temporales, & aliæ Personæ notabiles: videlicet Dominus Richardus le Scrop, Archiepiscopus Eboracensis. Jo: Episcopus Hereford, Hen. Comes Northumbr: & Radulfus Comes Westmorelandiæ. Dominus Hugo le Burnell, Tho: Dominus de Berkley Prior Cantuar: & Abbas Westmonasterii, Williel: Thyrninge Miles, & Johan: Markham Justiciarii, Tho Stow, & Johan: Burbrache, Legum Doctores, Thom: de Erpingham, & Tho: Graii Milites, Will. de Feryby, & Dionysius Capham Notarii publici: de quorumdam Dominorum Spiritualium, & Temporalium, ac Justitiariorum, & aliorum tam in jure Civili, & Canonico, quam in Regni legibus peritorum; apud Westmonast. in loco consueto Concilii congregatorum assensu, & avisamento ad actum subscriptum primitus deputati, ad præsentiam dicti Regis Ricardi infra turrim London. existentis, circiter nonam pulsationem horologii accesserunt, & recitato coram eodem Rege per prædictum Comitem Northumbr. vice omnium prædictorum, sibi ut præmittitur adjunctorum; qualiter idem Rex alias apud Courwax in Northwallia in suâ libertate existens promisit Domino Thomæ Archiepiscopo Cantuariensi, & dicto Comiti Northumbr. se velle cedere, & renuntiare Coronæ Angliæ, & Franciæ, & suæ Regiæ Majestati ex causis per ipsum Regem ibidem de sua inhabilitate, & insufficientia confessatis, & hoc meliori modo, & forma quibus facere poterit, prout peritorum consilium melius duxerit ordinandum. Idem Rex coram dictis Dominis, & aliis superius nominatis ad hoc benigne respondens dixit, se velle cum effectu perficere quod prius in ea parte promisit. Desideravit tamen habere Colloquium cum Henrico Duce Lancastriæ, & præfato Archiepiscopo Cantuariensi consanguineis suis, antequam promissum suum

ANNO 1399. sunm, hujusmodi adimpleret. Petivit tamen copiam cessionis per ipsum faciendæ sibi tradi, ut super illa posset interim deliberare; qua quidem copia sibi tradita dicti Domini, & alii ad sua hospitia recesserunt. Posteà eadem die post prandium, dicto Rege plurimum affectante prædicti Ducis Lancastriæ adventum, & illum diutius præstolante tandem idem dux de Landcastria, Domini & Personæ superius nominati, ac etiam dictus Archiepiscopus Cantuariensis venerunt ad præsentiam dicti Regis in turri prædicta, Dominis de Roos, de Willoghby, & de Abergeney, & pluribus aliis tunc ibidem præsentibus. Et postquam idem Rex cum dictis Duce Lancastriæ, & Archiepiscopo colloquium habebat, ad partem vultu hilari hinc inde inter eos exhibito, prout circumstantibus videbatur, tandem dictus Rex accersitis ad eum omnibus ibidem præsentibus, dixit publice coram illis, quòd pararus erat ad renuntiationem faciendam, & ad renuntiandum, & cedendi secundum promissionem, per eum ut præmittitur factam: Sicque in continenti, licet potuisset, ut sibi dicebatur ab aliis, cessionem, & renuntiationem in quadam schedula pergameni redactam per aliquem deputatum organum vocis suæ feciſſe, pro labore tam prolixo lecturæ vitando. Idem tamen Rex gratanter, ut apparuit, ac hilari vultu schedulam illam manu sua tenens, dixit semet ipsum velle legere, & distincte perlegit eandem. Nec non absolvit ligios suos, renunciavit, & cessit, & juravit, & alia dixit, & protulit in legendo, & se subscripsit manu sua propria, prout plenius continetur in dicta schedula, cujus tenor talis est.

Resignatio Richardi Secundi.

In Nomine Dei. Amen. Ego Rich. Dei gratia Rex Angliæ, & Franciæ, & Dominus Hiberniæ, omnium dictorum Regnorum, & Dominiorum Archiepiscopos, Episcopos, & alios quoscunquè Ecclesiarum Secularium, vel Regularium Prælatos cujuscunquè Dignitatis, Gradus, Status, seu conditionis existant; Duces, Marchiones, Comites, Barones, Vassallos, & Valvassores, & ligeos homines meos quoscunque Ecclesiasticos vel seculares quocunquè nomine censeantur, à juramento fidelitatis, & homagii, & aliis quibuscunquè mihi factis omnique vinculo ligeantiæ, & Regaliæ, ac Dominii quibus obligati mihi fuerint, vel sint vel alias quomodolibet adstricti, absolvo; Et eos, & hæredes ipsorum, & Successores in perpetuum, ab iisdem obligationibus, & juramentis, & aliis quibuscunque libero, relaxo, & quieto, & liberos, solutos, & quietos, ac immunes, quantum ad Personam meam attinet, dimitto, ad effectum omnem juris, qui ex præmissis sequi poterit, seu aliquo præmissorum, omnique Regiæ dignitati, ac Majestati, & Coronæ, nec non Dominio aliisquè Dominiis, & possessionibus meis, seu mihi quomodolibet pertinentibus, seu competentibus, quibuscunque quocunque nomine censeantur infra Regna, & Dominia prædicta, vel alibi ubi libet constitutis; Omnique juri, & Colori juris, ac titulo, possessioni, ac Dominio quæ unquam habui, habeo, seu quovis modo habere potero, in iisdem, seu eorum aliquo, vel ad ea, cum suis juribus, & pertinentiis universis, seu dependentibus qualitercunque ab eisdem, vel eorum aliquo; Nec non regimini, & Gubernationi dictorum Regnorum, & Dominiorum hujusmodi, & eorum Administrationi, omnibusque, & omnimodis, mero, & mixto Imperio, ac Jurisdictioni in iisdem Regnis, & Dominiis mihi competentibus, vel competituris, nominique, honori, ac Regaliæ, & Celsitudini Regiis, purè sponte, simpliciter, & absolute, melioribus modo, via, & forma quibus potérit, in his scriptis renuntio, & ea in totum resigno, ac re & verbo dimitto, & iisdem cedo, & ab iisdem recedo in perpetuum. Salvis Successoribus meis Regibus Angliæ in Regnis, & Dominiis, & cæteris omnibus præmissis in perpetuum, Juribus in iisdem seu eorum aliquo competentibus, vel competituris quibuscunque. Meque ad Regimen, & Gubernationem dictorum Regnorum, ac Dominiorum cum suis pertinentiis universis fateor; recognosco, reputo, & veraciter, ex certa scientiæ judico fuisse, & esse insufficientem penitus, & inutilem, ac propter mea demerita notoria non immerito deponendum. Et juro ad hæc Sancta Dei Evangelia per me corporaliter tacta, quod nunquam præmissis resignationi, renuntiationi, dimissioni, & cessioni contraveniam, seu ea quomodolibet impugnabo, facto, vel verbo, per me vel per alium, vel per alios, seu contra venire, vel impugnari permittam quantum in me est publicè vel occultè; sed easdem renuntiationem, resignationem, dimissionem, & cessionem in perpetuum ratas, & gratas habebo, & firmiter tenebo, & observabo, in toto & omni sui parte sicut Deus me adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. ANNO 1399.

Ego Richardus Rex antedictus propria mea manu hic me subscribo.

Et statim idem Rex renuntiationi, & cessioni prædictis, verbo tenus adjunxit; quod si esset in potestate sua, dictus Dux Lancastriæ succederet sibi in Regno; sed quia hoc in potestate sua non dependebat ut dixit, dictos Eboracensem Archiepiscopum, & Episcopum Herefordensem, quos protunc constituit suos procuratores ad declarandum, & intimandum cessionem, & renuntiationem hujusmodi omnibus statibus dicti Regni, rogavit, ut intentionem, & voluntatem suam in ea parte populo nuntiarent, & in signum suæ voluntatis, & intentionis hujusmodi, annulum auri de Signeto suo, patenter de digito suo tunc ibidem extraxit, & digito dicti Ducis Lancastriæ apposuit. Desiderans hoc ipsum ut asseruit, omnibus regni statibus innotescì, quo facto, valefacientes, hinc inde omnes turrim prædictam exierunt, ad sua hospitia reversuri.

In crastino autem, videlicet in die Martis in festo Sancti Hieronymi in magna Aula apud Westmonasterium, in hoc loco ad Parliamentum tenendum honorifice præparato, dictis Archiepiscopo Cantuariensi, & Eboracensi, ac Duce Lancastriæ; aliisque Ducibus, ac Dominis tam spiritualibus quam temporalibus, quorum nomina describuntur inferius, populoque dicti Regni, tunc ibidem propter factum Parliamenti in magna multitudine congregato præsentibus; ac præfato Duce Lancastriæ locum Statui suo debitum, & solitum occupante, ac Sede regali cum pannis auri solemniter præparata, tunc vacua absquè præsidente quocunque, supradictus Archiepiscopus, Eboracensis suo & dicti Herefordensis Episcopi nomine, juxta dicti Regis injunctum, cessionem, & renuntiationem per ipsum sic fuisse, ut præmittitur factam, etiam cum subscriptione Regiæ manus, & traditione Signeti sui publicè declaravit, eandemquè Cessionem, & renuntiationem per alium, primo in Latinis verbis, posteà in Anglicis legi fecit ibidem; & statim ut fuerat interogatum à Statibus, & populo ibidem præsentibus, primo videlicet ab Archiepiscopo Cantuariensi prædicto, cui ratione dignitatis, & prærogativæ Ecclesiæ suæ Cantuariæ Metropoliticæ, in hac parte competit primam vocem habere inter cæteros Prælatos, & Proceres Regni, si pro eorum interesse, & utilitate Regni vellent renuntiationem, & cessionem hujusmodi admittere: Statusque iidem, & populus reputantes ex Causis per ipsum Regem in sua renuntiatione, & cessione prædictis significatis, hoc fore multum expediens, renuntiationem, & cessionem hujusmodi singuli singillatim, & in Communi cum populo unanimiter, & concorditer admiserunt. Post quam quidem admissionem fuerat publicè ibidem tunc expositum, quod ultra cessionem, & renuntiationem, hujusmodi ut præfertur admissam valde foret expediens, ac utile Regno prædicto, pro omni scrupulo, & sinistra suspicione tollendis, quod plurima crimina, & defectus per dictum Regem circa malum Regimen Regni sui frequentius perpetrata, per modum Articulorum in Scriptis redacta, propter quæ ut idem adseruit, in cessione facta per eum, esset ipse merito deponendus, publicè legerentur, quodque essent populo declarata. Sicque maxima pars Articulorum illorum erat publice perlecta tunc ibidem, quorum omnium Articulorum tenor talis est.

Sequitur forma juramenti soliti, & consueti præstari per Reges Angliæ in eorum coronatione, quod Archiepiscopus Cantuariensis ab eisdem Regibus exigere, & recipere consuevit, prout in libris Pontificalium Archiepiscoporum, & Episcoporum plenius continetur.

Quod quidem juramentum Ricardus Rex Angliæ post

ANNO 1399. post Conquestum secundus in Coronatione sua præstitit, & ab Archiepiscopo Cantuariensi erat receptum; & illud idem juramentum dictus Rex postmodum iteravit, prout in rotulis Cancellariæ plenius reperiri poterit de recordo.

Servabis Ecclesiæ Dei, & populo Pacem ex integro, & Concordiam in Deo secundum vires tuas? Respondebit, Servabo; Facies fieri in omnibus judiciis tuis æquam, & rectam Justitiam, & discretionem in Misericordia, & Veritate, secundum vires tuas? Respondebit, faciam. Concedis justas leges & consuetudines esse tenendas, & promittis per te esse protegendas, & ad honorem Dei corroborandas quas vulgus elegerit, secundum vires tuas? Respondebit: Concedo, & promitto.

Adicianturque prædictis interrogationibus, quæ justa fuerint; Prænunciarisquè omnibus confirmet Rex, se omnia servaturum Sacramento super altare præstito coram cunctis.

Sequitur objectus contra Regem de Dispositione ejusdem.

In primis, Objicitur Regi Richardo, quod propter malum Regimen suum videlicet bona, & possessiones ad Coronam suam spectantia, etiam Personis indignis donando, & indiscretè dissipando, & ob hoc Collectas, & alia onera gravia, & importabilia populo sine causa imponendo, nec non alia mala innumerabilia perpetrando, alias de assensu, & mandato suis per totum Parliamentum ad Gubernationem Regni Certi Prælati, & alii Domini Temporales erant electi, & assignati, qui totis viribus suis circa justam gubernationem Regni propriis sumptibus suis fideliter laborarent, tamen Rex facto per eum Conventiculo, cum suis complicibus, dictos Dominos tam Spirituales, quam Temporales, circa Regni utilitatem occupatos de alta proditione impetere proponebat ac Justitiarios Regni ad suum nefandum propositum corroborandum metu mortis, & cruciatus corporis violenter attraxit, dictos Dominos destruere satagendo.

2. Item idem Rex nuper apud Salopiam coram se ac aliis sibi faventibus venire fecit quamplures, & majorem partem Justitiariorum Cameraliter, & eos per minas, & terrores varios, ac etiam metus, qui possunt cadere in constantes induxit, fecit, & compulit sigillatim, ad respondendum certis quæstionibus pro parte ipsius Regis factis ibidem tangentibus leges Regni sui, præter, & contra voluntatem eorum, & aliter quàm respondissent, si fuissent in libertate sua, & non coacti.

Quarum responsionum colore idem Rex proposuit processisse postmodum ad destructionem Thomæ Ducis Gloucestriæ & Comitum Arundell, & Warwicke, ac aliorum Dominorum, contra quorum facta, & gesta prædictus Rex erat quàm plurimum indignatus maximè, quia desiderabant eundem Regem esse sub bono Regimine. Sed Divino nutu obstante, resistentia, & potentia dictorum Dominorum, Rex propositum suum hujusmodi perducere non potuit ad effectum.

3. Item, cùm Domini Temporales ejus malitiæ ac dolo citati se ipsos defendendo restitissent, dictus Rex diem Parliamenti sui pro Justitia eis & aliis Regnicolis in hac parte ministranda præfixisset, dictique Domini Temporales in suis Domibus sub spe, & fiducia Parliamenti prædicti quiete, ac pacifice resedissent: Rex clanculo Ducem Hiberniæ cum suis litteris, & vexillo ad partes Cestriæ destinavit, ibique nonnullas gentes ad arma commovit, & contra dictos Dominos, & Magnates Regni, & Reipublicæ Servitores insurgere fecit, vexillum ejus contra pacem per eum juratam publice erigendo; unde homicidia, Captivitates, Dissensiones, & alia mala infinita in totum Regnum secuta fuerunt, quare perjurium incurrebat.

4. Item, Licet dictus Rex omnem offensam dictis Duci Gloucestriæ, & Comitibus Arundell, & Warwick, & omnibus aliis sibi in hujusmodi factis assistentibus, & aliis in pleno Parliamento de assensu ejusdem perdonasset, pacisque, & amoris signa per plures annos eisdem Duci, & Comitibus, & aliis vultum hilarem, & benignum exhibuisset; Idem tamen Rex semper & continue fel in corde gerens tandem opportunitate captata dictum Ducem Gloucestriæ ipsius Regis Avunculum, nec non bonæ memoriæ Edwardi nuper Regis Angliæ filium, & Constabularium Angliæ dicto Domino Regi cum processione solempni humiliter occurrentem, dictosque Comites Arundell, & Warwick capi, & arestari fecit, & ipsum Ducem extra Regnum Angliæ usque ad villam Calesiæ duci fecit, & ibidem incarcerari, & sub custodia Comitis Nottyngham unius ipsum Ducem appellantium detineri, & sine responsione, & processu quocunque legitimo occulte suffocari, strangulari, & murdrari inhumaniter, & crudeliter fecit, Comitemque Arundell, tam Cartam de dicta perdonatione generali, quam cartam perdonationis postea sibi concessam allegantem, & justitiam sibi fieri petentem, in Parliamento suo, viris armatis, & sagittariis innumeris vallato per impressionem populi per eum ad hoc collecti, damnabiliter decapitari fecit: Comitemque Warwick, & Dominum de Cobbam perpetuis carceribus mancipavit, eorum Terras, & tenementa tam in feodo simplici quam in feodo talliato de se, & hæredibus suis contra justitiam, & leges Regni sui, & juramentum suum expressum nequiter confiscando, & eorum appellantibus concedendo.

ANNO 1399.

5. Item, Tempore quo idem Rex in Parliamento suo fecit adjudicari Ducem Gloucestriæ, & Comites Arundell, & Warwick, ut liberius possit exercere crudelitatem in eosdem, & voluntatem suam injuriosam in aliis adimplere, sibi attraxit multitudinem magnam malefactorum de Comitatu Cestriæ, quorum quidam cum Rege transeuntes per Regnum, tam infra hospitium Regis quam extra ligeos Regni crudeliter occiderunt, & quosdam verberaverunt, vulneraverunt, & deprædarunt bona populi, & pro suis victualibus solvere recusarunt, & uxores, & alias mulieres rapuerunt, & violaverunt, & licet super eorum hujusmodi excessibus graves querimoniæ deferebantur ad audientiam dicti Domini Regis idem tamen Rex super hiis Justitiam seu remedium facere non curavit, sed favebat iisdem gentibus in maleficiis eorundem, confidens in eis, & eorum præsidio contra quoscunque alios Regni sui, propter quod fideles Regni sui magnam commotionis, & indignationis materiam habuerunt.

6. Item, licet dictus Rex per Brevia sua proclamari fecerit per totum Regnum suum, quod Avunculum suum Ducem Gloucestriæ, & Comites Arundell, & Warwick capi fecerit, & arrestari, non pro aliquibus Congregationibus, & equitationibus per eos infra Regnum Angliæ factis, sed pro quam pluribus extortionibus, oppressionibus, & aliis contra Regaliam suam, & Regiam Majestatem postmodum factis, & perpetratis per eos, quodque non erat intentionis ipsius Regis, quod aliquis de familiâ prædictorum Ducis Gloucestriæ, ac Comitum Arundell, & Warwicke, seu eorum, qui in Comitiva sua tempore Congregationis, & equitationis prædictarum fuit, ea occasione molesterur aliqualiter seu gravetur: Idem tamen Rex tandem in Parliamento suo dictos Dominos non pro extortionibus, oppressionibus, aut aliis prædictis impetiit, sed pro Congregationibus & equitationibus supradictis eos adjudicavit ad mortem, & quàm plures de familia eorundem Dominorum, & aliorum qui in Comitiva sua tempore Congregationis, & equitationis fuerunt, metu mortis compulit fines & redemptiones facere, utpote traditores, vel Proditores, ad gravem destructionem quàm plurium hominum de populo suo. Sicquè dictos Dominos, & eorum familiares hujusmodi, & populum Regni sui callide, fraudulenter, & malitiosè decepit.

7. Item, Postquàm complures de Personis illis facientibus fines, & redemptiones hujusmodi impetraverunt à Rege literas suas patentes perdonationis plenariæ in præmissis, nullum commodum ex hujusmodi literis perdonationis poterant reportare, donec novos fines, & redemptiones pro eorum vita conservanda fecissent, unde fuerant quam plurimùm depauperati: pro quo nomini., & Statui Regis fuerat plurimum derogatum.

8. Item, in Parliamento ultimo tento apud Salopiam idem R. proponens opprimere populum suum procuravit subtiliter, & fecit concedi, quod potestas Parliamenti de Consensu omnium Statuum Regni sui remaneret apud quasdam Personas, ad terminandum dissoluto Parliamento certas petitiones in eodem Parliamento porrectas, protunc minimè expeditas; Cujus concessionis colore Personæ sic deputatæ processerunt ad alia generaliter Parliamentum illud tangentia, & hoc de voluntate Regis, interrogationem Status Parliamenti, & in magnum incomodum totius Regni,

ANNO 1399. & pernitiosum exemplum. Et ut super factis eorum hujusmodi aliqualem colorem, & authoritatem viderentur habere, Rex fecit Rotulos Parliamenti pro voto suo mutari, & deleri, contra effectum concessionis prædictæ.

9. Item, non obstante quòd dictus Rex in Coronatione sua juraverit, quod fieri faceret in omnibus judiciis suis æquam, & rectam justitiam, & discretionem in misericordia, & veritatem secundum vires suas: Dictus tamen Rex absque omni misericordiâ rigorosè inter cætera statuit, & ordinavit sub gravibus pœnis, quod pro Henrico Duce Lancastriæ relegato, pro aliqua gratia sibi facienda nullus rogaret, aut intercederet apud eundem Regem; In quo facto idem Rex contra Charitatis vinculum operabatur, juramentum prædictum temere violando.

10. Item. Quamvis Corona Regni Angliæ & jura ejusdem Coronæ, ipsumque Regnum fuerint ab omni tempore retroacto adeo libera, ut Dominus summus Pontifex, nec aliquis alius extra Regnum se intromittere debeat de iisdem: tamen præfatus Rex ad roborationem Statutorum suorum erroneorum supplicavit Domino Papæ, quod statuta in ultimo Parliamento suo ordinata confirmaret, super quo Dominus Rex Literas Apostolicas impetravit, in quibus graves censuræ proferuntur contra quoscunque, qui dictis statutis in aliquo contravenire præsumpserint. Quæ omnia contra Coronam & dignitatem Regiam, ac contra statuta, & libertates dicti Regni tendere dignoscuntur.

11. Item, Licet Dominus Henricus nunc Dux Lancastriæ billam suam, statum & honorem Regis concernentem, ad ipsius Regis mandatum contra Ducem Norfolciæ proposuisset, & eandem fuisset debite prosecutus, adeo quod juxta Regis ordinationem se ad duellum in omnibus paratum exhibuisset; præfatusque Rex ipsum nunc Ducem Lancastriæ debitum suum in hac parte honorifice quantum in ipso fuerat impleviſle pronuntiasset, & declarasset per decretum, & hoc coram toto populo ad duellum hujusmodi congregato fuisset publicè proclamatum, Idem tamen Rex prædictum nunc Ducem Lancastriæ, sine quacunque causa legitima ad decennium exlegari fecit, & mandavit contra omnem justitiam, & leges & consuetudines Regni sui, ac jura militaria, in hac parte perjurium damnabiliter incurrendo.

12. Item. Postquàm dictus Rex gratiosè concessit per literas suas patentes Domino Henrico nunc Duci Lancastriæ, quod in ipsius absentia dum fuerat exlegatus Generales attornati sui possent prosequi pro liberatione sibi facienda de quibuscunque hæreditatibus, sive Successionibus ipsum extunc contingentibus, & quod homagium suum respectuari deberet, pro quodam fine rationabili faciendo, litteras illas patentes injuriosè revocavit, contra leges terræ perjurium incurrendo.

13. Item, Non obstante, quod statutum erat, quòd singulis annis Officiarii Regis cum Justitiariis, & aliis de Consilio Regis Vicecomites per omnes Comitatus Regni eligant, & nominarent Domino Regi, secundum quod eorum discretioni, & conscientiæ pro bono & utilitate Regni videbitur expedire: Idem Rex non nominatos, aut electos hujusmodi, sed alios pro suæ libito voluntatis quandoque suos familiares, quandoque tales quos scivit nolle resistere voluntati suæ, in Vicecomites fieri mandavit, pro suo, & aliorum Commodo singulari, ad magnum Gravamen populi sui, & contra Leges Regni sui perjurium notoriè incurrendo.

14. Item, tempore illo, quo Rex prædictus petivit, & habuit à quàm pluribus Dominis, & aliis de Regno plures pecuniarum summas ex causa mutui, certo termino solvendas, Non obstante quod idem Rex per singulas Literas suas patentes promisit bona fide singulis Personis à quibus mutuo recepit pecunias illas, quod eis limitato termino prædicto resolveret hujusmodi pecunias mutuatas; promissionem suam hujusmodi non adimplevit, nec de pecuniis illis est hactenus satisfactum, unde Creditores hujusmodi valde gravantur, & non tam illi, quam plures alii de Regno Regem reputant infidelem.

15. Item, ubi Rex Angliæ de proventibus Regni sui, & patrimonio ad Coronam suam spectante possit honestè vivere absque oppressione populi sui, dummodo Regnum non esset Guerrarum dispendio oneratum, Idem Rex quasi toto tempore suo durantibus treugis inter Regnum Angliæ, & Adversarios ejus, non solùm magnam immò maximam partem dicti Patrimonii sui donavit etiam Personis indignis, verùm etiam propterea tot onera Concessionis Subditis imposuit, quasi annis singulis in Regno suo, quod valde, & nimium excessivè populum suum oppressit, in depauperationem Regni sui, ea bona sic levata, non ad Commodum, & utilitatem Regni Angliæ convertendo, sed ad nominis sui Ostentationem, & pompam, & vanam gloriam prodige dissipando, & pro victualibus Hospitii sui, & aliis emptionibus suis maximæ summæ pecuniarum in Regno suo debentur, licet divitiis, & thesauris plusquam aliquis progenitorum suorum de quo recolitur abundavit. ANNO 1399.

16. Item Rex nolens justas leges, & Consuetudines Regni sui servare, seu protegere, sed secundùm suæ arbitrium voluntatis facere quicquid desideriis ejus occurreret, quandoque, & frequentius, quando sibi expositæ, & declaratæ fuerant Leges Regni sui per Justitiarios, & alios de Concilio suo, & secundum Leges illas, petentibus justitiam exhiberet, dixit expresse vultu austero, & protervo, quod Leges suæ erant in ore suo, & aliquotiens, in pectore suo, & quod ipse solus posset mutare, & condere Leges Regni sui, & opinione illa seductus quam pluribus de ligeis suis justitiam fieri non permisit, sed per minas, & terrores quàm plures à persecutione communis justitiæ cessare coegit.

17. Item, quod postquàm in Parliamento suo certa statuta erant edita, quæ semper ligarent, donec authoritate alicujus alterius Parliamenti fuerint specialiter revocata; idem Rex cupiens tanta libertate gaudere, quod nulla hujusmodi statuta ipsum adeo ligarent quin posset facere, & exequi secundum suæ arbitrium voluntatis, prout non potuit, procuravit subtiliter talem petitionem in Parliamento suo pro parte Communitatis Regni sui porrigi, & sibi concedi in genere, quod posset esse adeo liber sicut aliquis progenitorum suorum extitit ante eum, quarum petitionis, & concessionis colore frequentius mandavit, & fecit idem Rex quam plura fieri contra statuta hujusmodi minimè revocata; veniendo expresse, & scienter contra juramentum suum in coronatione sua præstitum ut præfertur, prout inferius declaratur.

18. Item, Licet statutum fuit, & ordinatum, quod nullus Vicecomes Officium suum occuparet, continue ultra annum unum, sed triennium laberetur, antequam ad Officium illud admitteretur de novo; Idem Rex Richardus quandoque pro suo commodo singulari, & quandoque ad persecutionem aliorum pro eorum comodo, & utilitate, quosdam Vicecomites stare, & remanere permisit, & fecit in eorum Officiis continue aliquotiens per biennium, & aliquotiens per triennium, contra tenorem, & effectum statuti prædicti perjurium incurrendo, & hoc est notorium, publicum, & famosum.

19. Item, Licet de statuto, & consuetudine Regni sui in Convocatione cujuslibet Parliamenti populus suus in singulis Comitatibus Regni debeat esse liber ad eligendum, & deputandum milites pro hujusmodi Comitatibus ad interessendum Parliamento, & ad exponendum eorum Gravamina, & ad prosequendum pro remediis super inde, prout eis videretur expedire; tamen præfatus Rex in Parliamentis suis liberius consequi valeat suæ temerariæ voluntatis effectum, direxit mandata sua frequentius Vicecomitibus suis, ut certas Personas per ipsum Regem nominatas, ut milites comitatum venire faciant ad Parliamenta sua, quos quidem milites eidem Regi faventes inducere poterat, prout frequentius fecit, quandoque per minas varias, & terrores, & quandoque per munera ad consentiendum illis, quæ Regno fuerant præjudicialia, & populo quamplurimum onerosa, & specialiter ad concedendum eidem Regi subsidium lanarum ad terminum vitæ suæ, & aliud subsidium ad certos annos, suum populum nimium opprimendo.

20. Item, Idem Rex, ut liberius adimplere & sequi posset in singulis suæ arbitrium voluntatis, illicite fecit, & mandavit quod Vicecomites per totum Regnum suum, ultra antiquum, & solitum juramentum jurarent, quod omnibus mandatis suis sub magno, & privato sigillo suis ac etiam literis sub signeto suo, quotiescunque eis directæ fuerint, obedirent, & in casu quo iidem Vicecomites scire poterant aliquos de ballivis suis, cujuscunque conditionis fuerint, aliquod malum dicere sive loqui publice vel occulte, quod cedere posset in dedecus, aut scandalum Personæ Regiæ, ipsos arestarent, vel arestari facerent, & Prisonæ mancipari, in eadem salvo

ANNO 1399. salvo custodiendos donec aliud à Rege habuerint in mandatis, prout reperiri poterit de recordo. Quod quidem factum posset verisimiliter tendere ad destructionem quorumcunque ligeorum dicti Regni.

21. Item. Idem Rex nitens supeditare populum suum, & bona sua subtiliter sibi adquirere, ut divitiis superfluis habundaret, induci fecit Populum de XVII. Comitatibus Regni ad submittendum se Regi tanquam proditores per Literas sub sigillis eorum, cujus colore obtinuit magnas summas pecuniarum sibi concedi per Clerum, & Populum Comitatuum eorundem pro benevolentia Regis captanda. Et quamvis ad placendum Populo idem Rex fecerat eis restitui literas illas obligatorias, tamen Procuratores ipsius Populi habentes plenariam potestatem eis concessam, ad obligandum se & hæredes suos dicto Regi, idem Rex fecit obligari sibi sub sigillis eorum nomine ejusdem Populi; sicque decepit Populum suum, & bona eorum subtiliter extorquebat ab eis.

22. Item. Quamvis idem Rex in coronatione sua juraverit de servando libertates Ecclesiæ Anglicanæ concessas, tamen dictus Rex ratione viagii sui in terram Hyberniæ faciendi compluribus viris Religiosis videlicet Abbatibus, & Prioribus Regni sui per literas ejus districte præcipiendo mandavit, ut eorum aliqui certos equos, & aliqui eorundem non solum equos, sed etiam quadrigas sive charectas, alioquin magnas pecuniarum summas eidem Regi pro dicto viagio suo transmitterent in eisdem literis expressatas, per quem modum scribendi plures hujusmodi Religiosos metu ductos artavit ad complendum voluntatem, & præceptum ipsius Regis, unde graviter depauperati fuerant, & oppressi, in derogationem libertatis Ecclesiasticæ manifestam, cujus prætextu dictus Rex Ricardus perjurium incurrebat.

23. Item. In pluribus magnis Conciliis Regiis quando Domini Regni, Justitiarii, & alii onerati fuerant, ut fideliter consulerent Regi in tangentibus statum suum, & Regni sui, iidem Domini Justitiarii, & alii frequentius in dando Consilium juxta discretionem suam fuerant per Regem subito & tam acriter increpati, & reprobati, quod non essent ausi dicere pro statu Regis, & Regni in Consiliis suis dandis veritatem.

24. Item, Thesaurum, Coronas, reliquias, & alia jocalia videlicet bona Regni, quæ ab antiquo dimissa fuerant in Archivis Regni pro honore Regis, & conservatione Regni sui in omnem eventum, præfatus Rex exiens Regnum suum versus Hiberniam abstulit, & secum deferri fecit, sine consensu Statuum Regni, unde Regnum illud fuisset valde depauperatum nisi de recaptione bonorum hujusmodi contra voluntatem dicti Regis Deus aliter providisset; & præterea Rotulos recordorum, Statum & Gubernationem Regni sui tangentium prædictus Rex deleri, & abradi fecit, in magnum præjudicium Populi, & exhæredationem coronæ Regni prædicti, & ut verisimiliter creditur, in favorem, & sustentationem sui mali regiminis.

25. Item, Idem Rex consuevit quasi continue esse adeo variabilis, & dissimulans in verbis, & in scripturis suis, & omnino contrarius sibi ipsi, & specialiter in scribendo Papæ, & Regibus, & aliis Dominis extra Regnum, & infra, ac etiam & aliis Subditis ejus, quod quasi nullus vivens habens notitiam suæ conditionis hujusmodi, poterit aut velit de eo confidere, ymmo reputatur adeo infidelis, & inconstans, quod cedit ad scandalum non solum Personæ suæ, sed etiam totius Regni, & potissime apud extraneos totius orbis inde notitiam optinentes.

26. Item Licet Terræ, & tenementa, bona & catalla cujuscunque liberi hominis per Leges Regni ab omnibus retroactis temporibus usitatas capi non debeant, nisi fuerint forisfacta, nihilominus dictus Rex proponens, & satagens Leges hujusmodi enervare, in prælentia quam plurium Dominorum, & aliorum de Communitate Regni frequenter dixit, & affirmavit, quod vita cujuscunque ligei sui, ac ipsius Terræ, tenementa, bona, & Catalla sunt sua ad voluntatem suam absque aliqua forisfactura. Quod est omnino contra Leges, & Consuetudines Regni sui supradicti.

27. Item, quamvis statutum fuerit, & ordinatum, ac etiam hactenus confirmatum, quod nullus liber homo capiatur, &c. nec quod aliquo modo destruatur, nec quod Rex super eum ibit, nec super eum mittet, nisi per legale judicium Parium suorum, vel per Legem terræ, tamen de voluntate, mandato, & ordinatione dicti Regis, quam plures ligeorum suorum, malitiose accusati, super eo quod debuissent aliquid dixisse publice, vel occulte quod cedere poterit ad vituperbium, scandalum, seu dedecus Personæ dicti Regis, fuerant capti, & imprisonati, & ducti coram Constabulario, & Mareschallo Angliæ, in Curia militari, in qua Curia dicti ligei accusati, ad aliud responsum admitti non poterant, nisi respondendo se in nullo fore culpabiles, & per eorum Corpora & non aliter se justificarent, & defenderent, non obstante, quod accusatores, & appellatores eorum essent juvenes fortes, & sani, & illi accusati senes, & impotentes, mutilati, vel infirmi; unde non solum destructio Dominorum, & Magnatum Regni, sed etiam omnium, & singularum Personarum Communitatis ejusdem Regni verisimiliter sequi posset. Cum igitur Rex prædictus hujusmodi Regni sui statuto voluntarie contravenerit, non est dubium, quin proinde perjurium incurrebat.

ANNO 1399.

28. Item, quamvis populus Regni Angliæ vigore ligeanciæ suæ satis plene Regi suo teneatur, & astringatur, ipseque Rex populum suum si quovismodo deliquerit, per Leges, & Consuetudines Regni sui corrigere valeat, & punire; tamen dictus Rex cupiens subpeditare, ac nimis opprimere populum suum, ut liberius exsequi, & sequi valeret suæ ineptæ & illicitæ voluntatis arbitrium, per literas suas ad omnes Comitatus Regni sui directe indixit etiam & mandavit, ut ligei sui quicunque tam Spirituales, quam Temporales certa juramenta præstarent in genere, quæ eis fuerant nimium onerosa, quæque verisimiliter causare possent destructionem finalem populi sui, & quod sub literis, & sigillis eorum juramenta hujusmodi rorobarent. Cui quidem mandato Regio populus Regni sui paruit, & obedivit, ne ipsius indignationem incurreret, aut offensam, ac etiam metu mortis.

29. Item. Cum partes in foro Ecclesiastico, in causis mere Ecclesiasticis, & Spiritualibus litigantes prohibitiones Regias ad impediendum Processum legitimum in eisdem à Cancellario Angliæ impetrare laborassent, & idem Cancellarius ex Justitia ad hoc rescribere recusasset; idem tamen Rex per literas sub signeto suo judicibus Ecclesiasticis hujusmodi frequenter districte prohibuit, ne in causis hujusmodi procederent, libertates Ecclesiasticas in magna Carta approbatas, ad quas conservandas juratus extiterat, nequiter infringendo, perjurium & Sententiam Excommunicationis contra hujusmodi violatores a Sanctis Patribus latam dampnabiliter incurrendo.

30. Item, dictus Rex Dominum Thomam de Arundell Archiepiscopum Cantuariensem totius Angliæ Primatem, Patrem suum Spiritualem, in Parliamento suo, viris armatis hostili more vallato, tunc de callido Consilio dicti Regis, se absentantem, absque causa rationabili, seu legitima quacunque seu alio juris processu, contra Leges Regni sui per ipsum ut præfertur juratas, in exilium perpetuum adjudicavit.

Item, per inspectionem testamenti dicti Regis, sub magno, & privato sigillis suis, & signeto signati inter cætera continetur hæc clausula sive articulus: Item volumus quod auri nostri residuum solutis tamen nostrorum hospitii, Cameræ, & garderobæ veris debitis, ad quæ persolvenda legamus viginti millia librarum, reservatis executoribus nostris quinque vel sex millibus marcarum, quas pro uberiori sustentatione leprosorum, ac Capellanorum coram eis celebraturorum, per nos apud Westmonast. & Wermondeleye ordinatorum, volumus per dictos executores nostros expendi, nostro remaneat Successori, dum tamen omnia, & singula statuta, ordinationes, stabilimenta, & judicia in Parliamento nostro decimo septimo die mensis Septembris, anno Regni vicesimo primo apud Westmonast. inchoato, & in eodem Parliamento usque Salopiam continuato, & ibidem tento, facta, lata, & reddita, nec non omnia ordinationes, & judicia, ac stabilimenta decimo sexto die Septembris, anno Regni vicesimo secundo, apud Conventriam, postmodum apud Westmon. decimo octavo die Marcii, anno prædicto, auctoritate ejusdem Parliamenti facta, habita, & reddita, ac etiam omnia alia ordinationes, & judicia, quæ authoritate ejusdem Parliamenti in futurum contigerit, fieri approbet, ratificet, & confirmet, teneat, & teneri faciat, ac firmiter observet; alioquin si prædictus Successor noster prædicta facere noluerit, vel recusaverit, quod

ANNO 1399. non credimus, volumus, quod Thomas Dux Surriæ, Ewardus Dux Daumarle, Johannes Dux Exoniæ, & Willielmus Lescrop Comes Wilteshiræ, solutis prius debitis nostrorum hospitii Cameræ, & Garderobæ, reservatis quinque vel sex millibus marcarum ut supra pro hujusmodi statutorum, stabilimentorum, ordinationum, & judiciorum sustentatione, & defensione secundum eorum posse, etiam usque ad mortem si oporteat, residuum habeant & teneant memoratum; super quibus omnibus, & singulis eorum conscientias, prout in die judicii respondere voluerint, oneramus. Per quem quidem articulum satis constare poterit evidenter, quod idem Rex illa statuta, & ordinationes, quæ sunt erronea, & iniqua, & omni juri, & rationi repugnantia, pertinaciter manu tenere, & defendere nitebatur, non tam in vita quam in morte, nec de animæ suæ periculo, nec de dicti Regni sui, seu ligeorum suorum ultima destructione curando.

32. Item. Anno undecimo dicti Regis Richardi idem Rex in Capella manerii sui de Langleii in præsentia Ducum Lancastriæ, & Eborum, ac aliorum quamplurium Dominorum personaliter constitutus cupiens, ut apparuit, ut ejus Avunculus Dux Glouceſtriæ tunc ibidem præsens de ipsius Regis beneplacito plene consideret, ad Venerabile Corporis Dominici Sacramentum, ibidem super altare repositum, sua sponte juravit, quod eidem Duci Glouceſtriæ pro aliquibus factis ejus, quæ contra Personam ipsius Regis dicebantur esse commissa, nunquam ex tunc inferret dampnum aliquod vel gravamen, sed omnem offensam illius, si qua fuerat, hillariter, & ex integro sibi remisit. Postea tamen juramento hujusmodi non obstante, dictus Rex præfatum Ducem, pro sic prætensis offensis horribiliter, & crudeliter murdrari fecit, reatum perjurii dampnabiliter incurrendo.

33. Item. Postquam unus de militibus Comitatuum dicti Regni, vocem habens eorum in Parliamento, dictum Dominum Thomam Archiepiscopum Cantuariensem super certis defectibus, contra Regiam Majestatem, ut minus veraciter asserebatur, commissis, impetiit publice coram Rege, & omnibus Statibus Regni, quamquam idem Archiepiscopus statim, tunc ibidem optulit se paratum ad respondendum hujusmodi sibi impositis, & ad hoc petierit se admitti per Regem, satis plene confisus, ut dixit, se posse suam in ea parte innocentiam, declarare, idem tamen Rex machinans viis, & modis quibus poterat, eundem Archiepiscopum Cantuariensem opprimere, & in nihilum redigere statum ejus, prout tandem rei exitus declaravit, benigne, ac hillari vultu Archiepiscopum alloquens in fede sua Regali consuluit, & attente rogavit eundem Archiepiscopum, quod illa vice taceret, tempus ad hoc magis aptum & congruum expectando: Quo die lapso de die in diem bene per quinque dies, & amplius, Rex præfatus ipsum Archiepiscopum fraudulenter, & dolose decepit, consulens, & suadens quod non veniret ad Parliamentum, sed apud hospitium suum intrepidus expectaret, quoniam, ut idem Rex fideliter sibi promisit, in ipsius Archiepiscopi absentia nullum sibi deberet inferri dispendium vel gravamen: Verumtamen dictus Rex in suo Parliamento prædicto ipsum Archiepiscopum ut præfertur absentem, ac ad responsum suum nullo modo vocatum, absque quacunque causa rationabili adjudicavit in exilium ad ipsius Regis beneplacitum duraturum, omnia bona sua contra Leges Regni ac omnem justitiam voluntarie confiscando, cujus prætextu perjurium incurrebat. Volens præterea dictus Rex suam in ea parte versutiam palliare per ipsius blanda colloquia cum dicto Archiepiscopo frequentius habita, tandem sibi illatam injuriam a se prorsus excutere nitebatur, & ad aliorum facta transferre; unde dictus Archiepiscopus, habens cum eodem Rege, & cum Duce Norfolciæ, & aliis Dominis, & Magnatibus dicti Regni colloquium, dixit aliqualiter lamentando, quod ipse non erat primus, qui exilium pertulit, nec erit noviſſimus, quia putabat quod infra breve dictus Dux Norfolciæ, & alii Domini ipsum Archiepiscopum sequerentur; & constanter asseruit dicto Regi, quod omnium præmissorum asperitas, in caput ipsius Regis debeat finaliter extorqueri; Ad quod idem Rex vultu demisso, ac si inde fuisset attonitus, incontinenti respondit, quod bene putabat illud accidere posse, quodque per ligeos suos à Regno suo deberet expelli; Et ulterius dixit idem Rex, quod si illud forsan acciderit, vellet ad locum, ubi idem Archiepiscopus fuerit, se conferre; Et ut dictus Archiepiscopus huic assertioni fidem adhiberet indubiam, ostendit idem Rex Archiepiscopo memorato quoddam magnum auri monile juxta fimbriam tunicæ dicti Regis subtus vestem ejus exteriorem miro modo firmatum, intimans eidem Archiepiscopo pro constanti, quod cum illud monile sibi pro interſigno transmitteret, non differret illuc venire ubi dictus Archiepiscopus moraretur; Et ut idem Archiepiscopus majorem haberet materiam confidendi in eo, misit ipse Rex præfato Archiepiscopo, consulens sibi quod omnia jocalia sua, & alia ad Capellam suam spectantia dicto Regi secrete transmitteret pro salva custodia eorundem, ne colore dicti judicii super ipsius exilio redditi, quisquam ad bona prædicta manus injuriosas apponeret; quo sub maxima confidentia facto præfatus Rex bona hujusmodi visa, per eum in quibusdam Coffris reponi fecit, & Coffras illas serari, ac per unum de Clericis ipsius Archiepiscopi sigillari, retentisque penes illum hujusmodi Coffris, claves earum per eundem Clericum Archiepiscopo memorato remisit; Et postmodum Coffras illas, dicto Archiepiscopo hoc penitus ignorante, frangi mandavit, & de bonis hujusmodi mox disposuit pro suæ libito voluntatis: Promisit etiam idem Rex fideliter dicto Archiepiscopo, quod si pararet se ad portum de Hampton, ut regnum exiret, saltem intercessione Reginæ protinus revocare eundem. Et si contigerit ipsum Archiepiscopum Regnum exire, citra Pascha proximo ex tunc sequens, sine fallo rediret in Angliam neque suum Archiepiscopatum amitteret ullo modo; & hoc fideliter promisit jurando super crucem dudum Sancti Thomæ Martyris Cantuariensis Archiepiscopi per ipsum Regem corporaliter tactam. Quibus promissionibus non obstantibus, idem Rex dictum Archiepiscopum Regnum exire coëgit, & statim ad Sedem Apostolicam pro ipsius translatione transmisit literas speciales; sicque alias per fraudes & dolositates dicti Regis erat idem Archiepiscopus, ut homo bonæ fidei callide circumventus.

Et quoniam videbatur omnibus Statibus Regni superinde sigillatim ac etiam communiter interrogatis, quod ille causæ criminum, & defectuum erant satis sufficientes, & nororiæ ad deponendum eundem Regem, attenta etiam sua Confessione super ipsius insufficientia, & aliis in dicta Renunciatione & Cessione contentis patenter emissa, omnes Status prædicti unanimiter consenserunt, ut ex habundanti ad depositionem dicti Regis procederetur pro majori securitate, & tranquillitate populi, ac Regni commodo faciendam; unde Status & Communitates prædicti centos Commissarios, videlicet Episcopum Assav. Abbatem Glastoniæ, Comitem Glouceſtriæ, Dominum de Berkeley, Thomam Erpingham, & Thomam Grey Milites, & Willielmum Thyring Justitiarium unanimiter, & concorditer constituerunt & deputarunt publice tunc ibidem, ad ferendum sententiam depositionis hujusmodi, & ad deponendum eundem Richardum Regem ab omni dignitate, majestate, & honore Regiis, vice, nomine, & auctoritate omnium Statuum prædictorum, prout in consimilibus Casibus de antiqua Consuetudine dicti Regni fuerat observatum. Et mox iidem Commissarii onus Commissionis hujusmodi in se assumentes, & ante dictam Sedem Regalem pro tribunali sedentes, præhabita super hiis deliberatione aliquali, hujusmodi depositionis sententiam in scriptis redactam, vice, nomine, & auctoritate prædictis tulerunt, & per dictum Episcopum Assaven. Commissarium, & Collegam suum eandem Sententiam de ipsorum Commissariorum voluntate, & mandato legi, & recitari fecerunt, in hæc verba.

In Dei Nomine Amen. Nos Johannes Episcopus Assavens. Johannes Abbas Glastoniæ, Thomas Comes Glouceſtriæ; Thomas Dominus de Berkeley, Thomas de Erpyngham, & Thomas Gray milites, ac Willielmus Thiryng Justitiarius, per Pares, & Proceres Regni Angliæ Spirituales, & Temporales, & ejusdem Regni Communitates omnes Status ejusdem Regni representantes, Commissarii ad infra scripta specialiter deputati, pro tribunali sedentes, attentis perjuriis multiplicibus, ac crudelitate, aliisque quam pluribus Criminibus dicti Richardi circa regimen suum in Regnis, & Dominio supradictis pro tempore sui regiminis commissis, & perpetratis, ac coram dictis Statibus palam, & publice propositis, exhibitis, & recitatis, quæ adeo fuerunt, & sunt publica, notoria, manifesta & famosa, quod nulla poterunt, aut possunt tergiversatione celari

ANNO 1399.

ANNO 1399. lari. Nec non Confessione prædicti Richardi; recognoscentis, & reputantis, ac veraciter ex certa scientia sua judicantis se fuisse, & esse insufficientem penitus, & inutilem ad regimen, & Gubernationem Regnorum, & Dominii prædictorum, & pertinentium eorundem, ac propter sua demerita notoria non immerito deponendum, per ipsum Richardum prius emissa, ac de voluntate, & mandato suis coram dictis Statibus publicata, eisque notificata, & exposita in vulgari; præhabita super hiis, & omnibus in ipso negotio actitatis coram Statibus antedictis, & nobis, deliberatione diligenti, vice, nomine, & auctoritate nobis in hac parte commissa, ipsum Richardum ex habundanti, & ad Cautelam, ad regimen & Gubernationem dictorum Regnorum, & Dominii juriumque, & pertinentium eorundem fuisse, & esse inutilem, inhabilem, insufficientem penitus, & indignum, ac propter præmissa, & eorum prætextu ab omni dignitate, & honore Regiis, si quid dignitatis, & honoris hujusmodi in eo remanserit, merito deponendum pronunciamus, decernimus, declaramus, & ipsum simili Cautela deponimus per Nostram Diffinitivam Sententiam in hiis scriptis; Omnibus & singulis Dominis Archiepiscopis, Episcopis, & Prelatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Vassallis, & Valvasoribus, ac ceteris hominibus dictorum Regnorum, & Dominii, ac aliorum locorum, ad dicta Regna, & Dominium spectantium, subditis ac ligeis suis quibuscunque, inhibentes expresse, ne quisquam ipsorum de cetero præfato Richardo, tanquam Regi, vel Domino Regnorum, aut Dominii prædictorum pareat, quomodolibet, vel intendat.

Volentes autem præterea dicti Status, ut nihil desit, quod valeat, aut debeat circa præmissa requiri superinde singillatim interrogati Personas easdem prius per Commissarios nominatos constituerunt Procuratores suos conjunctim, & divisim ad resignandum & reddendum dicto Regi Richardo homagium, & fidelitatem prius sibi facta, & ad præmissa omnia hujusmodi depositionem, & renunciationem tangentia, si oportuerit, intimanda.

Et confestim, ut constabat ex præmissis, & eorum occasione, Regnum Angliæ cum suis pertinentiis vacare, præfatus Henricus Dux Lancastriæ de loco suo surgens, & stans adeo erectus, quod satis intueri posset à populo, & muniens se humiliter Signo Crucis in fronte, & in pectore suo, Christi nomine primitus invocato, dictum Regnum Angliæ, sic ut præmittitur vacans una cum corona ac omnibus membris, & pertinentiis suis vendicavit in lingua materna, sub hac forma verborum.

In the name of Fader, Sonne and holy Gost, I. Henry of Lancastre chalenge this Reaume of Ynglonde and the Kroune, with all the membres and the appartenances, als I that am descendit be ryght lyne of the blode comyng fro the gude Lorde King Henry therde, and thorghe that ryght that God of his grace hath lent me, with helpe of my kyn and of my frendes to recover it; the whiche Reaume was in poynt to be ondone for defaut of governance, and undoyng of the gude Lawes.

Post quam quidem vendicationem, & Clameum, tam Domini Spirituales, quam Temporales, & omnes Status, ibidem præsentes singillatim, & communiter interrogati, quid de illa vendicatione, & clameo sentiebant, iidem Status cum toto populo absque quacunque difficultate, vel mora, ut Dux præfatus super eos regnaret, unanimiter consenserunt. Et statim ut idem Rex ostendit Statibus Regni Signetum Ricardi Regis sibi pro interstigno traditum suæ voluntatis, ut præmittitur expressivum, præfatus Archiepiscopus dictum Henricum Regem per manum dextram apprehendens, duxit eum ad Sedem Regalem prædictam: Et postquam idem Rex coram dicta sede genu flexus parumper orasset, idem Archiepiscopus Cantuariensis assistente sibi Archiepiscopo Eborum prædicto dictum Regem posuit, & sedere fecit in sede regali prædicta populo præ nimio gaudio fortiter applaudente; Et mox dictus Archiepiscopus Cantuariensis, vix facto silentio propter gaudium omnium circumstantium collationem modicam fecit, & protulit, in hæc verba.

Vir Dominabitur populo, Reg. IX. C. Hæc sunt verba summi Regis loquentis ad Samuelem, & docentis eundem, qualem deberet instituere ad gubernandum populum, quando petebat sibi dare Regem populus ille, & non inepte de Domino nostro Rege moderno dici possunt: quæ verbâ si intime considerentur, præbent nobis materiam magnæ consolationis. Non enim Deus nobis comminatur sicut quondam, per Ysai. comminabatur populo dicens, Ysai. 3. *dabo pueros Principes eorum*, sed ex sua misericordia, qui, cum irascitur, misericordiæ recordatur, visitavit plebem suam, & non modo, ut prius fuerat, in Regno pueri dominabuntur, sed dicit Dominus vobis quod *vir dominabitur populo*. Poterat enim de Rectoribus istius Regni sive eorum quolibet præteritis in Persona parvuli non inconvenienter dici illud Apostoli 1 Cor. 13. *Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam, ut parvulus*: ecce tria dicit Apostolus, loquebatur ut parvulus, sapiebat, & cogitabat. ANNO 1399.

Quantum ad Loquelam, certum est, quod parvulus inconstans est in loquendo, faciliter vera loquitur faciliter falsa, faciliter verbo promittit, sed quod promittit cito obliviscitur, hæc enim sunt inconvenientia, & nimis molesta Regno, nec possibile est Regnum feliciter stare, ubi hæ conditiones regnant, sed ab istis defectibus liberatur Regnum cum vir dominatur, ad virum namque circa linguam servare custodiam. Modo autem non puer dominatur, sed vir de quo spero dici potest illud Eccl. IX. *Beatus vir qui non est lapsus in lingua.* Post inquit Apostolus, Sapiebam ut parvulus, parvulus enim non sapit, nisi placentia & adulatoria, arguentem secundum veritatem non diligit, ymmo odit supra modum. Quomodo autem veritas fuerat suppeditata, ut nullus auderet loqui, satis constat, & per hoc patet, quod ille qui regnabat sapiebat ut parvulus, vir enim non sapit talia, sed Sapientiam, unde per Dei Gratiam dici poterit de isto viro quod scribitur Eccl. IX. *Beatus vir qui in Sapientia morabitur*, sicut enim puer diligit vanitatem, ita vir sapit veritatem, & sapientiam; veritas ergo intrabit, Adulatio recedat, quæ tot mala in Regno nostro fecerunt, quia vir dominabitur populo, qui veritatem sapit, non qui vanitatem, vel adulationem. Tertio dicitur, *Cogitabam ut parvulus*, parvulus enim solum studet facere omnia voluntarie, non ex ratione, cum igitur puer regnat, voluntas sola regnat, ratio exulat; ubi vero voluntas regnat, & ratio recessit, constantia fugata est, & ita imminet magnum periculum; ab isto periculo liberati sumus, quia vir dominabitur, ille scilicet qui dicit, non sicut parvulus, sed sicut ratione perfectus; Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me, scilicet Dei, & ideo de viro isto non solum dicemus, quod in Sapientia morabitur, sed etiam ut vir, & non ut puer in sensu cogitabit, circumspectionem Dei, id est circumquaque diligenter aspicit, ut Dei voluntas, non sua fiat, & ita loco pueri voluntarie lascivientis vir modo dominabitur in populo, & iste vir est talis, quod dicetur, Regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet judicium, & justitiam in Terra.

Qua collatione completa, dictus Dominus Rex Henricus ad ponendum suorum Subditorum animas in quiete dixit publice tunc ibidem hæc verba.

Sires, I thank God and yowe Spirituel and Temporel, and all the Astates of the Land, and do yowe to wyte, it es noght my will, that no man thynk that be waye of conqueſt, I wold disherit any man of his heritage, franches or other ryghts that hym aght to have, no put hym out of that that he has had by the gude Lawes and Custumes of the Reauwme. Except thos persons that has ben agan the gude purpose and the Commune profyt of the Reaume.

Et protinus hoc attento, quod prius vacante Sede Regali per cessionem, & depositionem prædictas cessarit omnis potestas quorumcunque Justitiariorum, Vicecomitum, & aliorum Officiariorum ubique per Regnum, ne exhibitio justitiæ in Gravamen populi dilationis incommodo subjaceret, suos Officiarios principales, ac etiam Justitiarios deputavit ibidem juramento consueto Regi præstito, per singulos eorundem. Et fuit illico de dicti Regis mandato publice proclamatum ibidem, quod die Lunæ proximo post festum Sancti Michaëlis Parliamentum ibidem teneri, & celebrari deberet; quodque die Lunæ proximo ex tunc sequente, videlicet in festo Sancti Ewardi Coronatio dicti Regis fieret apud Westmonasterium, & quod omnes illi, qui vendicare voluerint aliquod servitium se in dicta Coronatione facturos, & eo prætextu aliquid sibi deberi, venirent ad Albam aulam Palacii coram Senescallo, Constabulario & Marescallo Angliæ, die Sabbati proximo ante diem Parliamenti

ANNO 1399. prædicti, quod in ea parte juſtum fuerit petituri, quibus plena juſtitia fieret in petitis. Quantum autem ad abbreviationem aſſignationis diei Parliamenti prædicti, fuerat pro parte dicti Regis protheſtatio talis facta, videlicet, quod non erat intentionis ſuæ, ut Statibus Regni ſui præjudicium afferatur exinde, nec quod hoc trahatur de cætero in exemplum, quinymmo quod abbreviatio illa fiebat tantummodo pro Commodo & utilitate Regni, & ſpecialiter, ut quorumcunque ligeorum ſuorum parcatur laboribus, & expenſis, quodque ſuper Gravaminibus populi celere poſſit remedium adhiberi.

Quibus omnibus ſic peractis, Rex de ſede ſua Regali ſurgens, & populum vultu hillari, & benigno reſpiciens abinde populo congaudente receſſit, & in alba aula prædicta convivium Regni Proceribus, ac generoſis illuc in multitudine maxima congregatis eodem die ſolempniſſime celebravit.

Et poſtmodum die Mercurii proximo ex tunc ſequente dicti Procuratores, ut præmittitur deputati, ad præſentiam dicti Richardi nuper Regis infra dictam Turrim exiſtentis, prout eis injunctum fuerat, acceſſerunt, & præfatus Dominus Wilielmus Thyring Juſtitiarius pro ſe, & dictis ſociis, & Comprocuratoribus ſuis, nomine omnium Statuum, & populi prædictorum admiſſionem dictæ renunciationis, ac modum, cauſam, & formam ſententiæ depoſitionis hujusmodi eidem Richardo notificavit, ac plenius declaravit; & ſtatim homagium, & fidelitatem eidem Richardo nuper Regi ut præmittitur facta reſignavit, & reddidit ſub hiis verbis.

Les paroles qe *Willian Thirnyng* parla a Monſire *Richard* nadgaires Roy *d'Engleterre*, a le Toure de *Londres*, en ſa Chambre, le Mesgerdy, procheyn apres le feſt de Seint *Michell* Larchaunchell ſenſuent.

Sire, It is wele knowe to yowe, that ther was a Parlement ſomond of all the States of the Reaume, for to be at Weſtmynſtre, and to begynne on the Teuſday in the morne of the feſt of Seint Michell the Archaungell that was yeſterday, by cauſe of the whiche Sommons all the States of this Land were there gadyrd, the whiche States hole made thes ſame perſones that ben comen here to yowe, nowe her Procuratours and gaten hem full auctorite and power, ane charged hem for to ſay the wordes that we ſall ſay to yowe in her name, and on thair behalve; that is to wytten, the Byſshop of Seint Aſſa for Ertsbiſchoppes and Biſſchoppes; the Abbot of Glaſtenbury for Abbotes and Priours, and all other men of holy Chirche, Seculers, and Rewelers, the Erle of Glouceſtre for Dukes and Erles, the Lord of Berkeley for Barones and Banerettes, Sir Thomas Irpyngham, Chamberleyn for all the Bachillers and Commons, of this Land be ſouth, Sire Thomas Grey for all the Bachillers and Commons by north, and my felawe Johann Markham and we, for to come wyth hem for all thes States; and ſo Syre theſe wordes and the doyng that we ſall ſay to yowe, is not onlych our wordes, bot the wordes and the doynges of all the States of this Lond, and our charge and in her name; And he anſwered and ſaid, that he wyſt wele that we wold noght ſay but as we were charged. Sire, ye remembre yowe wele that on Moneday in the feſt of Seint Michell the Archaungell tyght here in this Chambre and in what preſence ye renounſed and ceſled of the ſtate of Kyng and of Lordeſhip, and of all the Dignite and Myrſhipp that longed therto, and aſſoiled all your Lieges, of her ligeance and obeiſſance that longed to yowe, uppe the fourme that is contened in the ſame Renunciacion and Ceſſion, whiche ye redde your ſelf by your mouth, and affermed it by your othe and by your owne writing; upon whiche ye made and ordeyned your Procuratours, the Ersbiſſhopp of York and the Biſſhopp of Hereford, for to notifie and declare in your name thes Renunciacion and Ceſſion at Weſtmynſtre, to all the States & all the poeple that was ther gadyrd by cauſe of the Sommons forſayd; the whiche thus don yeſterday by thes Lordes your Procuratours, and wele herde and underſtonden; thes Renunciacion and Ceſſion on ware pleinelich and frelich accepted, and fulich agreed by all the States, and poeple forſayd. And over this Sire, ad the inſtance of all thes States, and poeple ther ware certein Articles, of defautes in your governance redde there, and tho wele herd and pleinelich underſtonden to all the States forſayd, hem thoght them ſo trewe and ſo notorie and knowen, that by thoſe cauſes and by mor other, as thei ſayd, & havyng conſideracion to your owne wordes, in your owne Renunciacion & Ceſſion that ye were not worthy, no ſufficient ne able for to governe, for your owne demerites, as it is more pleinerlich contened therin, hem thoght that was reſonable and cauſe for to depoſe yowe, and her Commiſſaries that thei made and ordeined, as it is of record, ther declared, and decreed and adjugged yowe for to be depoſed and pryved, and in dede depoſed yowe, and pryved yowe of the aſtate of Kyng, and of the Lordeſhipp contened in the Renunciacion and Ceſſion forſayd, and of all the Dignite and Myrſhipp, and of all the adminiſtration that longed therto. And we Procuratours to all theſe States and poeple forſayd, as we be charged by hem and by hir autorite gyffen us and in her name, yelde yowe uppe for all the States and poeple forſayd, homage, Liege and Feaute, and all Ligeance, and all other bondes, Charges and Services, that longe therto; and that non of all thes States and poeple fro this tyme forward ne bere yowe feyth, ne do yowe obeiſance as to thar Kyng. And he answered and ſeyd, that he loked not therafter: but he ſayde that after all this he hoped that is Colyn wolde be goode Lord to hym. ANNO 1399.

CLVI.

Inſtrumentum publicum de Tranſlatione Dominii civitatis Senarum *ejusque Comitatus in Dominum* JOANNEM GALEAZ *Ducem Mediolani. Actum Papiæ Anno* 1399. *Indictione Septima.* 18. *Novembris* [Authentique tiré des Archives Royalles du Chateau de Milan. Regiſtre N.]

IN Nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis feliciter Amen. Ad honorem, & gloriam Omnipotentis Dei, & Gloriosæ, ac benedictæ Matris ejus, ſemper Virginis Mariæ, & Glorioſi Doctoris Sancti Ambroſii Patroni, & deffenſoris almæ Civitatis Mediolani, atque Sanctorum Martyrum Anſani, Savini, Creſcentii, & Victoris Patronorum, & deffenſorum Civitatis Senarum, totiusque Curiæ Celeſtis. Ad honorem, & reverentiam ſereniſſimi, & glorioſiſſimi Principis, & Domini Domini. Venceſlai divina favente Clementia Romanorum, & Bœmiæ Regis, & Sacro Sancti Romani Imperii, ac totius Partis Gibellinæ. Ad honorem, exaltationem, augumentum, & felicem ſtatum Illuſtriſſimi Principis & excellentiſſimi Domini Domini Johannis Galeaz Ducis Mediolani & Papiæ, virtutumque Comitis, ac Piſarum Domini, & ad honorem, augumentum, & bonum ſtatum Magnifici Communis, & Populi Senenſis. Ex hoc publico Inſtrumento appareat evidenter. Quod ſpectabiles, & Egregii Viri Dominus Nicolus, Domini Nicoli de Salimbenis, Dominus Cinus Vannis Cini de Galeatiis milites, Dominus Johannes, Domini Franciſchi de Bellantibus, Dominus Bartolomeus Blaſii, Legum Doctores, Magiſter Dominicus Johannis Artium, & Medicinæ Doctor, Angelus Lattinutii de Ruſſis, Franciſchus Bartolomei de Petrutiis, & Andreas Auguſtini Bancherius, cives Senenſes, Sindici, & Ambaſiatores, Procuratores, & Nuntii ſpeciales præfati Magnifici Communis, & Populi Senenſis ad infraſcripta omnia, & ſingula faciendum, & celebrandum ſolemniter conſtituti, ut conſtat publico Inſtrumento dicti Sindicatus rogato per Johannem Chriſtophori de Senis Notarium infraſcriptum dicto Sindicario, & Procuratorio nomine. Scientes, & plenam notitiam habentes de Tranſlatione Dominii dictæ Civitatis Senarum ſuique Comitatus, fortiæ, & diſtrictus, ac Caſtellatiarum, Maſſarum, & Cortianarum dictæ Civitatis, nec non Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, fortilitiorum, & locorum quorumcumque dictæ Civitati Senarum, quomodocumque ſpectantium, & pertinentium cum mero, & mixto Imperio, atque gladii poteſtate, & omnimoda Jurisdictione, & poteſtate dictæ Civitatis, & de omnibus Regalibus ipſi Civitati pertinentibus. Nec etiam de traditione poſſeſſionis, & quaſi dictæ Civitatis ejusque Dominii, & omnium prædictorum factis Reverendo in Chriſto Patri Domino, Fratri Petro Epiſcopo Novarienſi, Domino Comiti, Conrado de Achilberg, Domino Comiti Guidoni de Mutiliana, Domino Balzarino de Puſteria Militi, & Domino Petro de Suardis de Pergamo Legum

ANNO 1399. Legum Doctore, Sindicis, Commissariis, & Procuratoribus prælibati Domini Ducis Mediolani, & recipientibus, & in eos recipientes Sindicario, & Procuratorio nomine prædicti Domini Ducis; ac ejus vice, & nomine, & nomine, & vice suorum filiorum, & descendentium, videlicet Masculorum, Legitimorum, succedentium in Ducatu prædicto, sub die undecima mensis Septembris proxime præteriti in dicta Civitate Senarum per Legitimos Sindicos, & Procuratores præfati Communis, & Populi Senensis sufficiens, & plenum mandatum habentes; & de omnibus, & singulis contractibus, exinde celebratis, & contentis in eis, de quibus contractibus, videlicet translationis dicti Dominii, & traditionis possessionis constat per publicum Instrumentum rogatum, per Viros prudentes Ser Johannem Christophori, Ser Nicolaum Bindi, Notarios Senenses, & Magistrum Ubertum Decembrem de Viglevano, Diocesis Novarienfis, Notarium publicum, & de Sindicatu prædictorum Sindicorum Senensium constat, manu Johannis Christophori Notarii Senensis supradicti. Et volentes præfati Sindici expediendo, & exequendo dictum mandatum, & Sindicatum eorum dictas translationem Dominii, & traditionem possessionis dictæ Civitatis Senarum ratificare, approbare, & omnibus modis, quibus melius fieri possit, roborare omni via, modo, Jure, & forma, quibus melius fieri potest ipsas translationem Dominii, & traditionem possessionis dictæ Civitatis Senarum, & omnium prædictorum factorum, præfatis Sindicis, & Procuratoribus prælibati Domini Ducis recipientibus pro eo, & pro filiis, & descendentibus suis ut supra, ac etiam fidelitatem præstitam, & promissam per præfatos Sindicos Senenses, Sindicario & Procuratorio nomine totius Communitatis Universitatis, & Populi Senensis prædicti cum juramento corporaliter facto super Sanctissimis scripturis, ad Sancta Dei Evangelia in bona, & solemni forma, prout in dictis contractibus continetur, & prædictos, & omnes alios contractus super dicta materia, & exinde celebratos, & factos in dicta Civitate Senensi & omnia, & singula in eis contenta, nec non juramenta fidelitatis præstita in manibus dictorum Sindicorum, & Procuratorum præfati Domini Ducis recipientium ut supra; tam per Rectores Magistratus, & Officiales dictæ Civitatis Senarum, quam Consiliarios Consilii Generalis dictæ Civitatis, quam etiam per Sindicos, & Procuratores, quam plurium Civitatum, Castrorum, & locorum dictæ Civitatis Senarum, quam etiam per Vexilliferos, Magistros, Capitaneos, & Vexilliferos Societatum, & Vicariatuum dictæ Civitatis Senarum, & omnes alios actus, & solemnitates observatas occasione translationis, & traditionis possessionis prædictarum, de quibus omnibus apparet per publica Instrumenta rogata per Notarium Christophori Notarium prædictum, & queque inde, & super dicta materia secuta, & observata ratificaverunt, approbaverunt, confirmaverunt, & emologaverunt, & ratificant, approbant, confirmant, & emologant Sindicario, & Procuratorio nomine supradicto. Et ad majorem evidentiam, & cautelam a supradictis omnibus nullatenus discedendo, sed potius confirmando, & roborando omnia, & singula suprascripta dicto Sindicario, & Procuratorio nomine. Iterum, & de novo dederunt, tradiderunt, consignaverunt, & transtulerunt, ac dant, tradunt, consignant, & transferunt præfato Illustrissimo Domino Duci, & in ipsum, præsenti, & recipienti pro se suisque Filiis, & Descendentibus videlicet Masculis, Legitimis, succedentibus sibi in Ducatu prædicto libere, & in perpetuum præfatam Magnificam Civitatem Senarum, ejusque Civitates suppositas, terras, Castra, Loca, & fortilitia quæcumque, ipsiusque Castellantias, Massas, & Cortenas, suumque Communitatis Territorium, fortiam, & districtum, & omnes, & quamcumque aliam rem, ad dictum Commune, & Populum Senensem quomodolibet pertinentem, tam per terram, quam per aquam, cum omnibus Juribus, & pertinentiis suis, atque liberum, verum, & absolutum Dominium, & Gubernationem, omnemque facultatem, potestatem, & jurisdictionem, atque Rempublicam prefatæ Civitatis Senarum, & omnium prædictorum cum mero, & mixto Imperio, & omnimoda jurisdictione, & gladii Potestate, & cum omnibus, & singulis Regalibus dictæ Civitati spectantibus & pertinentibus. Et item ipsum merum, & mixtum Imperium, & omnimodam Jurisdictionem, & gladii Potestatem, & omnia, & singula Regalia dictæ Civitati spectantia, & pertinentia, quod, quantum, & qualem, quantam, & qualia habet, vel habere potest prefata Universitas, Communitas, & Populus Civitatis Senarum, ad habendum, tenendum, & possidendum, & quasi prædicta omnia, & singula jure Dominii, & plenæ proprietatis, & possessionis pure, libere, & simpliciter, & irrevocabiliter, ita quod aliqua ingratitudine, vel offensa, seu alia quavis causa in perpetuum revocari, vel retractari non possit. Et item subiecerunt, & submiserunt prælibato Domino Duci, ejusque Inclitæ Majestati, & Dominationi recipienti pro se, suisque Filiis, & Descendentibus ut supra libere, & in perpetuum præfatam Universitatem, Communitatem, & Populum Civitatis Senarum, & universos, singulosque ejus Cives, habitatores, Comitativos & districtuales, & quomodocumque suppositos præfato Communi, & populo Senensi presentes, atque futuros. Et in Signum, & confirmationem prædictæ translationis, & traditionis Dominii, prædicti Sindici, & Ambasiatores nominibus supradictis solemniter investiverunt præfatum Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani præsentem, & recipientem ut supra per Sceptrum, item, & Vexilla duo, videlicet unum depictum, ad arma Communis, aliud ad arma populi dictæ Civitati Senarum. Item, & claves sex Januarum principalium dictæ Civitatis Senarum. Item mandatum Sindicatus, & Potestatis ipsorum Sindicorum in authentica, & publica forma. Quæ omnia signa præfati Sindici, & Procuratores Senenses, invicem consentientes posuerunt, & poni fecerunt per eosmet in manibus præfati Domini Ducis Recipientis ut supra, & prædicta omnia, & singula prædicti Sindici dictis nominibus solemni stipulatione promiserunt, & convenerunt, ac promittunt, & conveniunt prælibato Domino Duci, stippulanti, ut supra perpetuo rata, grata, firma, & stabilia habere, & tenere, & nunquam contrafacere, vel venire per se, vel alium, seu alios de jure, vel de facto, directe, vel per obliquum, aut aliquo colore quesito, sub reffectione, & restitutione omnium, & singulorum damnorum, Interesse, & expensarum Litis, & extra, quæ perinde, quovis modo fierent, & paterentur, quæ, quod, & quas præfati Sindici promiserunt, & convenerunt dictis nominibus præfato Domino Duci stipulanti ut supra stipulatione solemni interveniente solvere, qualibet contrarietate remota, quibus solutis, vel non, præsens ratus perpetuo maneat contractus, pro quorum omnium observatione præfati Sindici & Ambasiatores dictis nominibus obligaverunt, & obligant præfato Domino Duci recipienti ut supra, omnia bona præsentia, & futura prædictorum Communis, & Populi Senensis, ac Civium districtualium, quomodocumque subditorum ejusdem Civitatis Senarum. Renunciantes exceptioni non factarum ratificationis, translationis, traditionis, & Investituræ, ac non factarum promissionis, & obligationis prædictarum, rei dicto modo non gestæ, restitutioni in integrum simulati contractus, doli mali, vis, metus causa, actioni in factum & cujuslibet alii remedio subsidiario, & omni juris, & legum municipalium, & civilium auxilio beneficii, & favoris, & insuper præfati Sindici quo supra nomine in animas, & super animas dictorum Constituentium juraverunt, ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis in manibus Notariorum infrascriptorum ad delationem juramenti prædicti, eis per dictos Notarios factam, prædicta omnia, & singula vera esse, & eadem perpetuo attendere, & observare prælibato Domino Duci ejusque filiis, & Descendentibus ut supra plenarie, ut superius continetur, & scriptum est, & non contrafacere vel venire aliqua ratione, vel causa, seu quovis quesito colore. Quibus omnibus sic peractis præfatus illustrissimus Dominus Dux pro se, suisque filiis, & Descendentibus ut supra acceptavit, & acceptat dictas ratificationem, translationem, & traditionem Dominii, & possessionis præfatæ Civitatis Senarum, & omnium prædictorum sibi, & in eum factas per Sindicos prædictos, recipiendo ut supra dictum est, ac etiam ad cautelam ratificavit, & emologavit, ratificat, & emologat omnia, & singula facta, & gesta in Civitate Senarum, per supradictos Sindicos, & Procuratores suos, seu vice, & nomine suo, & suorum filiorum, & descendentium ut supra, occasione translationis dicti Dominii, & traditionis possessionis dictæ Civitatis Senarum, & omnium ANNO 1399.

ANNO 1399. nium prædictorum, de quibus superius mentio facta est, sed dixit, quod intendebat supremum Jus Romani Imperii salvum semper esse. Mandantes præfatus Dominus Dux, & Sindici prælibati dictis nominibus nobis Johanni, & Catelano Notariis infrascriptis, quod de prædictis conficere debeamus unum, & plura in eadem forma autenticum, & autentica Instrumentum, & Instrumenta prout fuerit opportunum. Actum in Civitate Papiæ in Castro prælibati Illustrissimi Principis, & excellentissimi Domini Domini Ducis Mediolani &c. sito in Porta Sancti Petri ad murum in Parochia Sanctæ Mariæ in pertica videlicet sub porticu respitiente versus Portam Introitus dicti Castri. Anno à nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo tricentesimo nonagesimo nono, Indictione septima secundum morem Civitatis Papiæ, die decimo octavo mensis Novembris, hora inter vigesimam secundam, & vigesimam tertiam horam. Præsentibus Reverendo in Christo Patre Domino Fratre de Candia Dei gratia Episcopo Novariensi, & Comite. Illustri Principe, & Magnifico Domino Domino Theodoro Marchione Montisferrati, Magnifico Domino Antonio Comite Montisferrati Urbini &c Magnifico Viro Domino Nicolao Marchione Pallavicino, Magnifico viro Domino Ludovico Domino de Montegaudio, Magnifico Viro Domino Francisco de Barbavariis, Camerario prefati Domini, Spectabili Milite Domino Jacobo de Verine, spectabili ac facondissimo Legum Doctore Domino Filippino de Milliis Consiliatio, & spectabilibus Militibus Domino Balzarino de Pusterla, Domino Bernardo de Lonate, Domino Franchino de Rusconibus, & pluribus aliis inde Testibus, ad hæc vocatis spetialiter, & rogatis.

Subscriptum signo Tabellionatus antepositio Ego Catelanus de Christianis, genitus quondam Domini Francischini Juris Periti, publicus Papiensis Appostolica Imperialique auctoritatibus Notarius Scribaque prælibati Illustrissimi Principis, & Excellentissimi Domini Domini Ducis Mediolani & hanc cartam michi fieri jussam rogatus tradidi, & subscripsi subscriptamque cum signo Tabellionatus antepositio Ego Ferrarius de Tragiis quondam Georgii de Valentia publicus Imperiali auctoritate Notarius hanc cartam jussu Notarii suprascripti scripsi. Et me in præmissorum testimonium subscripsi.

Extracta fuit præsens Copia à Registro inscripto sub Littera N. Ducis Joannis Galeaz Vicecomitis, Virtutum Comitis existente in Regio Archivio Castri Portæ Jovis Mediolani, in papiro scripto; datum Mediolani die trigesima Mensis Octobris anni 1719.

Examinavit Joannes Franciscus Strigellius Regii Archivii Officialis.

11. Decembre. *Pacta inter Dominum Joannem Galeaz Ducem Mediolani pro se & Filiis ejus atque descendentibus Masculis ab una, & Syndicos Procuratoresque Communis Senarum ab altera parte conventa, quibus, manente semper Deditione & submissione totius Communis populique sub Dominio præfato Ducis, & Descendentium suorum, provisum est de modo quo Civitas illa bene regatur, & salubriter gubernetur. Actum Papiæ anno* 1399. *die* 11. *Decembris.* [Autentique tiré des Archives Royalles du Chateau de Milan.]

IN Nomine Domini totiusque Curiæ Celestis Amen. Ad Gloriam, Laudem, & honorem Omnipotentis Dei, & Gloriosæ Virginis Mariæ Matris ejus, beatique Doctoris Ambrosii. Ad honorem, & reverentiam sereniſſimi, & glorioſiſſimi Principis, & Domini Domini Venceslai Dei gratia Romanorum, & Boemiæ Regis. Ad honorem, & exaltationem, felicemque Statum Illustrissimi Principis, & Excellentissimi Domini Domini Johannis Galeaz Ducis Mediolaniæ, Papiæ, Virtutumque Comitis, ac Pisarum, & Senarum Domini, suorumque Illustrium filiorum, & Descendentium. Præfatus Illustrissimus Princeps, & Excellentissimus Dominus Dominus Johannes Galeaz Dux Mediolaniæ, Papiæ, Virtutumque Comes, ac Pisarum, & Senarum Dominus. Considerans, & attendens sinceram dilectionem, & fidei puritatem, quam ergà ipsum habuerunt, & habent Magnifici filii sui carissimi Priores, Gubernatores, & Capitaneus Populi, & generaliter omnes Cives Senenses in transferendo in ipsum ejusque filios, & Descendentes videlicet masculos legitimos succedentes sibi in Ducatu Mediolani prædicto, spontè, & liberè Signoriam, & liberum Dominium Magnificæ Civitatis Senarum ejusque Comitatus, Territorii, fortiæ, & districtus, Cupiensque præfatus Illustrissimus & Excellentissimus Dominus Dux Mediolani prædictis filiis suis Civibus Senensibus, & totæ Communitati Senensi salubriter providere per modum, quo Civitas illa bene regatur, & salubriter gubernetur, ac sub præfati Domini Ducis Mediolani filiorumque suorum succedentium ut supra Dominio felicia incrementa suscipiant omnibus modo, jure, forma, & causa, quibus melius potuit, & potest, faciens, & promittens pro se, & suo nomine, ac nomine, & vice filiorum, & Descendentium suorum videlicet masculorum legitimorum, & succedentium sibi in Ducatu Mediolani prædicto in infinitum de sui innata clementia, & benignitate obtulit, & proisse ipso, & dictis ejus filiis, & Descendentibus succedentibus sibi, ut supra, observaturum promisit infrascripta pacta infrascriptis Sindicibus, & Procuratoribus Communis, & Populi Senensis videlicet Magnificis, & Spectabilibus Viris Domino Nicolo, Domini Nicoli Detalimbenis militi, Domino Cino Vannis, Cini de Galeatiis milliti, Domino Johanni, Domino Francischi de Bellantibus Legum Doctori, Domino Bartholomeo Blasii Legum Doctori, Magistro Dominicho Johannis actium, & Medicinæ Doctori, Angelo Latinuccii de Russis. Francischo Bartolamei de Petruciis, & Andreæ Augustini Bancherio præsentibus, & recipientibus nomine, & vice, & ad partem, & utilitatem dicti Communis, & Senensis Populi, Civium, & districtualium dictæ Civitatis Senarum, quæ Pacta sunt infrascripta videlicet. Primo quod Civitas Senarum habeat Priores, Gubernatores, & Capitaneum Populi, qui habeat præesse negotiis Civitatis Senensis, & qui Priores, & Capitaneus stent in Pallatio consueto, & habeant eandem potestatem quam habebant ante dictam translationem secundum ordines suos, servato capitulo disponente inferius de Locumtenente, & salvo jure Dominii translati ut supra. Item quod Priores, Gubernatores, & Capitaneus prædicti habeant sumptus consuetos, & alia emolumenta, quæ habere consueverunt. Item quod Priores, Gubernatores, & Capitaneus Populi prædicti, sive Civitas Senensis habeant Cancellarios, & Notarios suos consuetos, & cum Sallariis, & utilitatibus consuetis, & unum alium Cancellarium pro dicto Illustri Duce Mediolani, qui se subscribat, & subscribere debeat Litteris, & decretis fiendis per Priores, Gubernatores, & Capitaneum Populi. Item quod dicti Priores, Gubernatores, & Capitaneus Populi prædicti habeant pro eorum custodia, & Servitiis eorum famulos, quos soliti sunt habere, cum stipendiis, & modis consuetis. Item quod Prior dictorum Priorum tam in loco, in quo conveniunt dicti Priores pro eorum Offitio, quod in loco, in quo Consilia congregantur, stare, & sedere debeat in loco solito, & consueto. Item quod provisiones, reformationes, & Statuta Civitatis prædictæ observentur tam in jure reddendo in Pallatio Senatoris, & potestatis, quam etiam quæ respitiunt mercatores, & negotia Mercaturæ, & artis lanæ, & Universitatem Judicum, & Notariorum, & aliarum artium, & statuta, quæ loquuntur de moneta cudenda, & de Rebanitione quacumque bannitorum, exulum, & Rebellium, & provisiones, ac Statuta loquentia de Castris, & Cassaris construendis, reparandis, & fortificandis, & quæcumque aliæ provisiones, & Reformationes, & Statuta dictæ Civitatis, nihilo in eis mutato. Item quod modi, & ordines soliti observari in Consiliis convocandis, & retinendis de cetero similiter observentur, & habeant eandem auctoritatem, & potestatem, quam habebant ante translationem Dominii secundum ordines suos, servato tamen Capitulo disponente inferius de Locum-tenente, & salvo Jure Dominii translati ut supra, & excepto, quod nihil possit ordinari in dictis Consiliis, quod sit, vel esse possit in præjuditium status, vel honoris

Do-

ANNO 1399.

ANNO 1399. Domini prælibati. Item quod Regimina, gubernationes, & Offitia dictæ Civitatis Senarum fiant constituantur, & deputentur per illos Cives de ordine novem duodecim Reformatorum, & Popularium, & aliorum Civium, illis modo, & forma, & prerogativis, & emolumentis, quibus sunt soliti fieri, constituti; & ordinari per illos de ordinibus antedictis, & quod ipsa Regimina, & Offitia tam in Civitate, quam extra manuteneantur, conserventur, & deffendantur modo, & forma hactenus consuetis. Item quod omnia statuta, ordinamenta, atque reformationes, & provisiones in Civitate prædicta factæ; & editæ, & alia quæ facta sunt, & solita observari in favorem, honorem, utilitatem, atque privilegium Civium prædictorum de dictis ordinibus novem duodecim reformatorum, & Popularium maxime, qui residerunt, & residebunt in Offitio Prioratus, remaneant, & stent firma, & inviolabiliter observentur. Item quod omnia debita dictæ Civitatis ad quæ ipsa Communitas tenetur, tam civibus, & suppositis, quam extraneis, & tam scriptis in Bicherna, quam in Libro triginta quinque, quam etiam alibi satisfiant, & solvantur more solito, & consueto. Item quod de omnibus, & singulis prestantiis ordinariis hinc retro solutis fiant, & fieri debeant Libri montium, de quibus Libris postea notitia fiat præfato Domino Duci, & quia Intratæ dictæ Communitatis nunc exiles sunt, & concedente Domino augebuntur, remaneat in arbitrio Domini quando, & quomodo restitui debeant prestantiæ prædictæ. Item quod præfatus Dominus Dux possit ponere, & tenere in dicta Civitate Senarum unum ejus Locum-Tenentem quotiescumque sibi videbitur expedire, qui Locum-tenens possit, & debeat intereſſe agendis simul cum dictis Prioribus, Gubernatoribus, & Capitaneo Populi, & in omnibus consiliis Civitatis quando fierent, ad quæ consilia requiri debeat dictus Locum-tenens, & qui Locumtenens habeat in quibuscumque expediendis per dictos Priores, Gubernatores, & Capitaneum, Consilia, ac regimina dictæ Civitatis duas voces tantum. Ita quod suæ duæ voces non plus valeant, quam duæ ex vocibus dictorum Priorum, Gubernatorum, & Capitanei Populi, & in casu quo dictus Locumtenens absens esset a Civitate, vel requisitus non intereſſet, vel non mitteret alium loco sui, ea quæ fierent per Priores, & Capitaneum Populi, seu per Consilia ordinata valeant secundum statuta sua. Item quod præfatus Illustris Dux det dictis Civibus Senarum Senatorem, & Potestatem tam ex Subditis præfati Domini Ducis, quam aliis, transmittendis in scriptis præfato Domino Duce per Priores, Gubernatores, & Capitaneum Populi prædicti, qui transmittendi sint ad unum, quatuor pro vice pro quolibet dictorum Offitialium, & si in ipsis quatuor nullus esset qui præfato Domino Duci placeret, mittent præfato Domino Duci alios quattuor qualibet vice, totiens, quoad in ipsis Dominus reperiet unum, qui sibi placuerit, qui Offitiales tenere debeant familiam, & equos consuetos, & habere debeant sallarium consuetum, teneanturque Offitiales prædicti facere monstras, & consignationes debitas, & cætera ad quæ tenentur. Item quod præfatus Dominus Dux possit tenere unum Offitialem, qui cum aliis Offitialibus dicti Communis Senarum videlicet Camerario, & quatuor Provisorum Bichernæ possit, & debeat intereſſe, & computum tenere de omnibus Intratis, & expensis dicti Communis, & ut receptiones pecuniarum, & solutiones debito modo procedant, & fiant per manus dicti Offitialis, & prædictorum Offitialium dicti Communis Senarum. Item quod præfatus Dominus Dux ejusque Descendentes possint, & debeant ponere, tenere, & deputare Castellanos, & Custodes in infrascriptis Castris, & fortilitiis districtus, & Comitatus Senarum, videlicet in Castris, sive fortilitiis Civitatis Massæ, Civitatis Chroseti, Castri Talamonis, Castri Montis Ulzini, Castri Luzignani, Vallis Clavarum, Castri Casularum, & Castri Arzidosso, in aliis vero Fortilitiis, Castris, & Terris dicti districtus, & fortia Senarum Priores, Gubernatores, Capitaneus, & Regimina prædicta possint, & debeant ponere, & deputare Offitiales, Castellanos, atque Custodes illos, de quibus sibi videbitur, & per modum hactenus consuetum, possint tamen præfatus Dominus Dux ejusque Descendentes ut supra secundum conditionem, & opportunitatem temporum in dictis aliis Fortilitiis, Castris, & terris de bona custodia providere, & quod dictus Locumtenens, Priores, Gubernatores, & Capitaneus, & regimina prædicta in dictis Civitatibus Massæ, Chroseti, & Castris, & fortilitiis Talamonis, Montis Ulzini, Luzignani, Vallis Clavarum, Casularum, & Arzidosso possint, & debeant providere de Potestatibus Capitaneo, & Rectoribus, teneanturque Castellani, & Offitiales in dictis Civitatibus, & Castris constituti sibi invicem dare auxilium, & favorem in concernentibus statum, & honorem præfati Domini Ducis, promittantque Castellani prædicti eis fieri monstras debitas. Item quod Litteræ, præcepta, & alia quæ solita fieri erant, & fiebant sub nomine dictorum Priorum, Gubernatorum, & Capitanei Populi, fiant sub nomine Locumtenentis, & dictorum Priorum, Gubernatorum, & Capitanei Populi, si præfatus Dominus Dux Locumtenentem eis dederit. Item quod omnes intratæ, redditus, & proventus dicti Communis Senarum sint, & esse intelligantur præfati Domini Ducis, ejusque Descendentium ut supra; de quibus tamen fiant solutiones, & expensæ debitæ Prioribus, Gubernatoribus, & Capitaneo Populi, Locumtenenti, & Cancellario, cæteritque Offitialibus, Castellanis, & Custodibus, ac aliis habere debentibus more solito. Et in casu quo factis solutionibus suprascriptis superfit aliquid de Intratis, redditibus, & proventibus dicti Communis, quod speratur esse debere Altissimo concedente, vult præfatus Dominus Dux, quod illud superfluum expendatur, & convertatur in causis infrascriptis videlicet in expensis Priorum, & Capitanei Populi ultra solitum quæ capiunt in anno Florenos 1200. Item famulis decem addendis dictis Prioribus Florenos 300. Item pro quatuor Caballariis, & sex Curreriis addendis ut supra Florenos 660. Item pro uno Notario Coadjutore Notarii Reformationum Florenos 36. Item pro Datio solvi solito pro provisione salis restituendi Florenos 4000. Item pro expensis Judicis appellationum elligendi ad instar Senatoris, & Potestatis Florenos 800. Item pro expensis unius exequtoris elligendi tamen eo modo, quo fit de Potestate, & Senatore Florenos 1500. Item pro expensa Studii generalis Florenos 3000. Quæ expensæ capiunt in anno summas Florenorum 11496., & quod in electione, & arbitrio dictorum Priorum, Gubernatorum, & Capitanei Populi, ac Regiminum Senarum sit, incipere ad expendendum dictum superfluum in illa causa ex prædictis causis de qua, & quibus eis videbitur, factis semper prius solutionibus de Intratis prædictis suprascriptis Prioribus, Capitaneo Populi, Locumtenenti, Cancellario cæterisque Offitialibus, Castellanis, Custodibus, & aliis habere debentibus more solito. Item quod præfatus Dominus Dux, vel ejus Descendentes ut supra non possit, vel debeat ponere, nec augere Civibus Comitativis, vel districtualibus Civitatis Senarum ultra intratas dictæ Communitatis aliqua datia, vel præstantiam, seu collectas, nec novas gabellas, nec aliquas taleas, impresita, fodra, sive collectas aliquas, Angarias, vel Perangarias imponere, vel imponi facere. Item quod prefatus Dominus Dux teneatur, & debeat dictam Civitatem, & districtum deffendere ab omnibus, qui vellent dictæ Civitati guerram facere, vel ejus Comitatui, & districtui, & a quibuscumque gentibus, & Sotialibus, quemadmodum deffenderet alias Civitates suas. Item quod præfatus Dominus Dux teneatur, & debeat conservare, deffendere, & manutenere omnes Terras, Castra, atque Loca Comitatus, & districtus Senarum de præsenti ipsi Civitati Senarum obbedientia, sive obedientes ad obedientiam, & reverentiam suam, & dictæ Civitatis Senarum, & etiam augere pro posse ipsam Civitatem in Jurisdictionibus, & suis Juribus quibuscumque, & ipsam Civitatem Senarum, ejusque Comitatum, & districtum, Terras, Castra, & Loca eorumdem supradicta non alienare, neque in aliquem alium transferre, vel extra manus, & Dominium suum ponere alicui Principi, Domino, seu Regimini, vel singulari personæ, cujuscumque præheminentiæ, & dignitatis existerer, occasione quacumque, nec sub aliquo colore, vel titulo, & in casu quo contingeret præfatum Dominum Ducem Mediolani velle dictam Civitatem Senarum, vel ejus Comitatum, & Territorium, seu terras, Castra, & Loca prædicta dimittere, & ab ipso aliqualiter abdicare, promit-

ANNO 1399. tit præfatus Dux ipſam Civitatem, Comitatum, & diſtrictum relinquere, & dimittere ipſis Regiminibus ſupradictis Civitati Senarum, & dictæ Civitati in ea forma, Jurisdictione, & modo, quibus dicta Civitas, & Regimina nunc ſunt, & erant ante tranſlationem Dominii factam in præfatum Dominum Ducem. Item quod Priores, Gubernatores, & Capitaneus Populi, ac Regimina prædicta poſſint, & eis liceat, etiam ſine conſenſu, & licentia Domini Locumtenentis illic exiſtentis mittere ad præfatum Dominum Ducem, ejusque filios, & deſcendentes quoscumque Ambaſſiatores, & Nuntios, & etiam quascumque Litteras prout, & ſicut eis videbitur, & placebit. Quibus Sallaria, emende, & proviſiones fieri, & ſolvi debeant de introitibus dictæ Civitatis, prout ſolitum eſt fieri, & ſolvi Ambaſſiatoribus dictæ Civitatis Senarum, & hoc locum habeat tam pro preſenti tempore, quam futuro. Item quod omnes expenſæ quæ occurrent fiendæ occaſione illorum Ambaſſiatorum, Cavallariorum, & Curreriorum Communis Senenſis mittendorum cum conſenſu dicti Domini Locumtenentis illic exiſtentis, & occaſione oblationum per Commune Senarum fieri ſolitarum Eccleſiis, ſive aliis piis Locis dictæ Civitatis, ſive etiam pro curſu palliorum, & pro reaptatione, & conſervatione Portus Talamonis, pontium, & fontium, ac pallatiorum, Viarum, murorum, & Januarum dictæ Civitatis, ac Caſſarorum, & fortilitiorum prælibati Domini, & dicti Communis Senenſis fiant, & ſolvantur de introitibus dictæ Civitatis more ſolito, & conſueto, & idem ſervetur, & fiat de ſallariis, & expenſis pro Magiſtris Grammaticæ, & Doctoribus aliarum facultatum, ſicut ſervatum eſt de anno præterito, & præſenti. Item quod ex devotione magna, quam habet præfatus Dominus Dux ad Sanctiſſimam Virginem Mariam, vult præfatus Dominus Dux, quod aliqui ſui Offitiales vel Deſcendentes non debeant ſe intromittere de hoſpitali Sanctæ Mariæ de la Scalla, & Miſericordiæ dictæ Civitatis Senarum, nec de eorum bonis, vel Redditibus, nec de ipſorum hospitalium Regimine, vel guberno, ſcilicet permitti debeant dicta hospitalia regi, & gubernari per modum hactenus conſuetum, debeant tamen præfatus Dominus Dux ejuſque Deſcendentes protegere, deffendere, & manutenere dicta hospitalia in Juribus ſuis, & idem intelligatur, & fiat de Eccleſia majori ejusque opera, & introitibus. Item quod dignitates Eccleſiaſticæ, ſeu benefitia Eccleſiaſtica vacantia, & quæ vacabunt in dictis Civitatibus Senarum, Maſſæ, & Chroſeti earumque dioceſibus, & diſtrictibus, dentur perſonis Senenſibus, & non aliis, & præfatus Dominus Dux libenter ſcribet pro eis in Curia Romana, ſed vult præfatus Dominus, quod quando pro aliquo benefitio ſcribere debeat, non rogetur per Senenſes niſi pro una perſona tantum. Item ad hoc ut pauperibus provideatur, quod alibrati in Civitate Senenſi, vel in Maſſis ejusdem atque conferentes cum Civitate in — Libris, & abinde infra in Libra præſenti ſint, & eſſe debeant liberi, & abſoluti ab omnibus preſtantiis, & datiis, quas, & quæ ſolvere tenebantur quoquo modo uſque in preſentem diem, non obſtante quod fuerit alibratus in Majori Libra in temporibus Retroactis. Item quod Priores, Gubernatores, Capitaneus Populi, Dominus Locumtenens, Vexiliferi, Magiſtri, & ordinarii Civitatis poſſint facere excomputum, & relaſſationem Terris, & Locis Comitatus, & Jurisdictionis Senenſis, quibus non extiterat facta aliqua relaxatio de debitis eorum veteribus, quæ ſolvere tenebantur a Calendis Januarii proxime præteriti retro ad inſtar aliarum, quæ tale benefitium fuerunt conſecutæ. Item quod præfatus Dominus Dux habens reſpectum ad gravia damna, quæ Comitativi Senarum ſubſtinuerunt propter guerras præteritas, & gentes ſotiales, gratiam facit prædictis Comitativis, quia hinc ad novem annos proxime futuros quolibet anno dictorum novem annorum præfatus Dominus Dux relaſſat, & remittit dictis Comitativis Florenos mille de taxationibus, quas ſolvere tenentur Communi Senarum. Item quod Intratæ ordinariæ, redditus, & proventus dictæ Civitatis diminui non poſſint, ſalvis manentibus ſupraſcriptis. Item, quod omnia ſupraſcripta intelligantur, & intelligi debeant ad bonum, & purum intellectum, & bonam, & puram fidem, omni mala interpretatione rejecta. Ipſasque oblationes, & pacta prædicta prædicti Sindici dictis nominibus humiliter, & cum omni reverentia tanquam dictæ Civitati ſalubria acceptaverunt, & acceptant de ipſisque ſumme regratiati fuerunt, & regratiantur præfato Illuſtriſſimo Domino ſuo Domino Duci Mediolani, promiſeruntque præfati Sindici ſolemniter præfato Domino ſuo Duci Mediolani ſe facturos, & curaturos cum effectu, quod Priores, Gubernatores, & Capitaneus Populi, & Cives prædicti, ac dictum Commune, & Populus Senenſis, prædicta omnia, & ſingula ſolemniter rattificabunt, & approbabunt per publicum Inſtrumentum præfato ſuo Domino Domino Duci transmittendum. Inſuper præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani cupiens, & affectans quod filii, Deſcendentesque ſui ſupraſcripti ſemper, & continuo obſervent Civibus Senenſibus prædictis, ac Communi, & Populo Senenſi conventiones, & pacta prædicta, injunxit, & in mandatis dedit, ac injungit, & in mandatis dat prædictis filiis, & Deſcendentibus ſuis ut ſupra, illis ſtrictiori, & fortiori modo, & vinculo quibus validius fieri poteſt, & per illum modum quo filii tenentur paternis obedire præceptis, quatenus conventiones, & pacta prædicta perpetuo debeant inviolabiliter obſervare, & facere ponctaliter obſervari, & hoc tam pro honore præfati Domini Ducis, quam etiam pro honore prædictorum filiorum ſuorum, & ne impoſterum aliqua dubietas oriri poſſit ſuper pactis prædictis, voluit, juſſit, & mandavit hoc Inſtrumentum ſui ſigilli magni appenſione muniri. Mandans præfatus Illuſtriſſimus Princeps, & Dominus Dominus Dux Mediolani &c. Nobis Catelano de Chriſtianis, Salerno Janni, & Nerio Ser Joannis Notariis infraſcriptis, & dicti Sindici nos eosdem Notarios, ac quemlibet noſtrum rogantes ut de præmiſſis unum, & plura ſi fuerit opportunum publica conficiamus Inſtrumenta. Actum in Civitate Papiæ in Caſtro prælibati Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Domini Ducis Mediolani &c. ſito in Porta Sancti Petri ad murum in parochia Sanctæ Mariæ in pertica, videlicet in Camera a Viollis depicta ſe tenente cum Sala magna Domini prælibati reſpiciente verſus Portam introitus dicti Caſtri. Anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo tricenteſimo nonageſimo nono, Indictione ſeptima, die undecimo menſis Decembris, hora parum poſt vigeſimam quartam horam. Præſentibus Magnificis, & ſpectabilibus Viris Domino Franciſcho de Barbavariis Camerario, Domino Filipino de Milliis, Domino Petro de Puſterla facundiſſimis Legum Doctoribus Conſiliariis, & Andriolo de Ariſiis Secretario prælibati Domini indè teſtibus ſubſcriptis cum ſigno Tabellionatus antepoſito. Ego Catelanus de Chriſtianis, genitus quondam Domini Franciſchini Juriſperiti, publicus Papienſis Appoſtolica, Imperialique auctoritatibus Notarius, ſcribaque præfati Domini Ducis Mediolani &c hanc cartam mihi fieri juſſam rogatus tradidi, & ſubſcripſi.

ANNO 1399.

Subſcriptam cum ſigno Tabellionatus antepoſito Ego Ferrarius de Fragiis quondam Georgii de Valentia publicus Imperiali auctoritate Notarius hanc cartam juſſu Notarii ſupraſcripti ſcripſi, & me in præmiſſorum teſtimonium ſubſcripſi &c.

Extracta fuit preſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Littera N. Ducis Joannis Galeaz Vicecomitis Virtutum Comitis exiſtente in Regio Archivio Caſtri Porte Jovis Mediolani in papiro ſcripto, Datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anni 1719.

Examinavit Joannes Franciſcus Strigellius Regit Archivii Officialis.

CLVII.

Inſtrumentum Tranſlationis pleni, & liberi Dominii Civitatis, & Comitatûs Piſarum, in Dominum JOANNEM GALEAZ *Ducem Mediolani, factæ per Communitatem Civitatis præfatæ. Actum Papiæ anno* 1399. *ſecundum curſum Papiæ, anno verò Dominicæ Incarnationis* 1400. *ultima Martii, Indictione* 1399. 1400. 31. Mars.

ANNO 1399. 1400.

tione ſeptima, ſecundum curſum Civitatis Piſarum. [Authentique tiré des Archives Royalles du Chateau de Milan . . Regiſtre N.]

IN Nomine Domini totiusque Curiæ Celeſtis Amen. Ad honorem, & gloriam Omnipotentis Dei, & Glorioſæ Virginis Mariæ Matris ejus, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei. Ad honorem, & reverentiam Sereniſſimi, & Glorioſiſſimi Principis, & Domini Domini Venceslai Dei Gratia Romanorum, & Boemiæ Regis, & Sacroſancti Romani Imperii, & totius Partis Gibellinæ. Ad honorem, & exaltationem, augmentum, & felicem ſtatum Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini noſtri Domini Joannis Galeaz Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæ, ac Virtutum Comitis; Et ad honorem, & Reverentiam, Augmentum, & bonum Statum Communis, & Populi Piſani. Spectabiles Viri Dominus Petrus Ranerii de Gualandis Miles, Dominus Petrus olim Johannis de Graſſis Miles Legumque Doctor, & Dominus Benedictus olim Henrici de Plombino Legum Doctor, & Tottus olim Ser Lappi de Sancto Caſſiano Mercator, Piſani Cives, Sindici, & Ambaſſiatores, Procuratores, & Nuntii Speciales Communis, & Populi Piſani, Civium, & Diſtrictualium Civitatis Piſarum, ut conſtat publico Inſtrumento dicti Sindicatus rogato per Ser Bartolomeum Cinii de Morona Notarium Civem Piſanum, & Andream olim Johannis Girardi de Caſtillione Notarium, & Civem Piſanum, Dominicæ Incarnationis Anno milleſimo tricenteſimo nonageſimo nono, Indictione Septima, die vigeſimo ſeptimo menſis Februarii ſecundum curſum Civitatis Piſanæ, dicto Sindicario, & Procuratorio nomine, præſentia, conſenſu, conſilio, & voluntate infraſcriptorum Civium Piſanorum Ambaſſiatorum Piſani Communis una cum eis videlicet olim Domini Ranerii de Zacciis, Laurentii olim Michaelis Ziamperoli, Johannis olim Bartholomei Graſſulini, Johannis olim Nicolai Aſſopardi, Bartolamei Ser Colli de Scorno, Gavi Ser Zolli Pandelfini, Johannis Cechi de Calci Magiſtri, Franciſci olim Bertali de Buerſi, Baccionis Pardutii de Calci, & Jacobi olim Bineli, dederunt, tradiderunt, conſignaverunt, & tranſtulerunt, ac dant, tradunt, conſignant, & tranſferunt Illuſtriſſimo Principi, & excellentiſſimo Domino Domino Johanni Galeaz Duci Mediolani & Papiæ, Angleriæ, ac Virtutum Comiti, & in ipſum, præſenti, & recipienti pro ſe ſuisque filiis, deſcendentibus, & ſucceſſoribus plenum, verum, & liberum Dominium Civitatis Piſarum ejuſque Comitatus, Fortiæ, & Diſtrictus, & omnium, & ſingulorum Caſtrorum, Terrarum, Inſularum, Fortalitiarum, & pertinentium ejusdem Civitatis cum mero, & mixto Imperio, ac omnimoda Jurisdictione, & gladii poteſtate, & cum omnibus, & ſingulis Regalibus, & Jurisdictionibus & Juribus quibuscumque dictæ Civitati ſpectantibus, & pertinentibus. Et item ipſum merum, & mixtum imperium, & omnimodam jurisdictionem, & gladii poteſtatem, & omnia Regalia dictæ Civitati ſpectantia, & quas, & quæ habet, & habere dignoſcatur Commune, & Populus Piſanus tam in terra, quam in aqua. Et in ſignum, & confirmationem prædictæ traditionis Dominii. prædicti Sindici præſentia, & conſenſu prædictorum Ambaſſiatorum inveſtiverunt prefatum Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum Dominum Johannem Galeaz Ducem Mediolani & Papiæ Angleriæ, ac Virtutum Comitem prælentem pro ſe ſuisque filiis, Deſcendentibus, & ſucceſſoribus per ſceptrum iterum, & vexilla duo, quorum alterum eſt rubeum, quod eſt arma Piſani Communis, alterum eſt, in quo picta eſt crux alba cum pomis in Campo Rubeo, quod eſt Arma Piſani Populi rattificantes, & approbantes omnes alias translationes Dominii factas in Civitate Piſarum in quoscumque Recipientes nomine, & vice prefati Illuſtriſſimi Domini. Quam quidem translationem Dominii, & omnia prædicta, prædicti Sindici quo ſupra nomine, & quibus ſupra præſentia, & conſenſu ſolemni ſtipulatione promiſerunt, & convenerunt, ac promittunt, & conveniunt prælibato Domino Duci ſuo, & quo ſupra nomine recipienti cunctis temporibus perpetuo ratam, firmam, & ſtabilem, rata, firma, & ſtabilia habere, & tenere, & nullatenus, vel de jure, vel de facto contradicere, facere, nec venire, ſub reffectione, & reſtitutione omnium, & ſingulorum damnorum, Intereſſe, & expenſarum litis, & extra, quæ proinde quovis modo fierent, & paterentur per dictos Sindicos prefato Domino Duci ſolemni ſtippulatione ſolvere promiſſorum, quibus ſolutis, vel non, præſens ratus perpetuo maneat contractus, pro quorum omnium obſervatione Sindici prædicti quibus ſupra præſentia, & conſenſu, omnia bona prædictorum Comunis Populi, Civium, & Diſtrictualium ejusdem Civitatis prefato Domino obligant, renuntiant dicti Sindici quoſupra nomine exceptioni non factarum translationis Dominii, & Inveſtituræ, & omnium non ſic actorum, & promiſſorum ut ſupra continetur, exceptioni doli mali, metus, & infactum actioni, omnique alii Juri in contrarium Eandemque translationem Dominii, & prædicta prefatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani & acceptavit, & acceptat, ſed dixit quod intendebat ſupremum Jus Romani Imperii ſalvum ſemper eſſe, mandantes dicti Sindici dictis nominibus michi Catelano de Chriſtianis Notario, & Ser Andreæ Johanni de Caſtillione, & Ser Bartolameo Cini de Morona Notariis infraſcriptis, & cuilibet noſtrum in ſolidum ut de præmiſſis cum ſolemnitatibus opportunis requiſitis publica conficiamus Inſtrumenta, & ſigillorum, quibus utitur Commune, & Populus Piſanus appenſione muniri. Actum in Civitate Papiæ in Caſtro prælibati Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Domini Ducis Mediolani & Papiæ, Angleriæ ac Virtutum Comitis, ac Piſarum Domini, ſito in Porta Sancti Petri ad murum in Parochia Sanctæ Mariæ in Pertica videlicet ſub porticu reſpitiente verſus Portam introitus dicti Caſtri, anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo tricenteſimo nonageſimo nono, Indictione ſeptima, die ultima menſis Martii, hora decima ſeptima ſecundum Curſum Civitatis Papiæ, Anno vero Dominicæ Incarnationis milleſimo quadringenteſimo, Indictione ſeptima, die ultima Martii, ſupraſcripta ſecundum Curſum Civitatis Piſarum, præſentibus Reverendo, & ſpectabilibus Viris Domino Fratre Petro de Candia Dei Gratia Epiſcopo Novarienſi, & Comite Domino Nicolao Marchione Palavicino Domino Antonio de Porris Comite Pollentii Militibus, Domino Franciſcho de Barbavariis, & facondiſſimo Legum Doctore Domino Philipino de Milliis Conſiliariis prælibati Domini, nec non ſpectabilibus Militibus Domino Balzarino de Puſterla, Domino Ottone de Mandello, Domino Leonardo Marchione Malaſpinæ, Domino Bernardo de Lonate, & Domino Gaſparino de Vicecomitibus, nec non Domino Marcho olim Ottobonis de Spinollis de Janua, & Domino Damiano olim Domini Nicoli de Luchulo de Spinolis de Janua Domino Matheo filio Joannis de familia Legum Doctore Marchoaldo olim Domini Ludovici de Bocha, & Johanne quondam Pieri de Agnello Civibus Piſanis teſtibus ad hæc vocatis, & rogatis.

Subſcriptum cum ſigno Tabellionatus antepoſito Ego Catelanus de Chriſtianis, genitus quondam Domini Franciſchini Jurisperiti, publicus Papienſis Apoſtolica, Imperialique Auctoritatibus Notarius, Scribaque prælibati Illuſtriſſimi Principis Domini Ducis Mediolanis hanc cartam michi fieri juſſam rogatus tradidi, & ſubſcripſi.

Subſcriptam cum ſigno Tabellionatus antepoſito Ego Ferrarius de Fagiis quondam Georgii de Valentia publica Imperiali auctoritate Notarius hanc cartam juſſu Notarii ſupraſcripti ſcripſi, & me in præmiſſorum teſtimonium ſubſcripſi &c.

Extracta fuit præſens Copia à Regiſtro inſcripto ſub Littera N. Ducis Joannis Galeaz Vicecomitis, virtutum Comitis, exiſtente in Regio Archivio Caſtri Portæ Jovis Mediolani in papiro ſcripto; datum Mediolani die trigeſima menſis Octobris anno 1719.

Examinavit Joannes Franciſcus Strigellius Regii Archivii Officialis.

Conventiones, & Pacta per Dominum JOANNEM GALEAZ *Ducem Mediolani cum Sindicis, & Civibus Piſanis facta, poſtquam*

ANNO 1399. 1400. *bi sponte liberum Dominium dictæ Civitatis, & districtus in memoratum Ducem transtulissent. Acta Papiæ in castro præfati Principis, anno 1399. die ultima Martii. Indictione Septima.* [Authentique tiré des Archives Royalles du Chateau de Milan . . Registre N.]

IN Nomine Domini totiusque Curiæ Celestis Amen. Ad Gloriam, Laudem, & honorem Omnipotentis Dei, & gloriosæ Virginis Mariæ Matris ejus, beatique Doctoris Ambrosii. Ad honorem, & reverentiam Serenissimi, & Glorioſissimi Principis, & Domini Domini Venceslai Dei Gracia Romanorum, & Boemiæ, Regis, & Sacro Sancti Romani Imperii. Ad honorem, & exaltationem, felicemque statum Illustrissimi Principis, & Excellentissimi Domini Johannis Galeaz Ducis Mediolani & Papiæ, Angleriæ, Virtutumque Comitis, ac Pisarum Domini suorumque Illustrium filiorum, & Descendentium, præfatus Illustrissimus Princeps & Excellentissimus Dominus Dominus Johannes Galeaz Dux Mediolani, & Papiæ, Angleriæ, Virtutum Comes, ac Pisarum Dominus. Considerans, & attendens sinceram dilectionem, & fidei puritatem, quam erga ipsum habuerunt, & habent spectabiles filii sui carissimi Antiani, & generaliter omnes Cives Pisani in transferendo in ipsum ejusque filios, & descendentes sponte, & libere Segnoriam, & liberum Dominium Civitatis Pisarum, ejusque Comitatus, fortiæ, & districtus. Cupiensque præfatus Illustrissimus, & excellentissimus Dominus Dux, Mediolani prædictis filiis suis, Civibus Pisanis, & totæ Communitati Pisanæ', salubriter providere per modum, quo Civitas illa bene regatur & salubriter gubernetur ac sub præfati Domini Ducis Mediolani filiorumque suorum Dominio felitia incrementa suscipiatur omnibus modo, jure, forma, & causa, quibus melius potuit, & potest, faciens, & promittens pro se, & suo nomine, & nomine, & vice filiorum, Descendentium, & successorum ipsius Domini Ducis Mediolani in infinitum de sui innata Clementia, & benignitate obtulit, & se pro ipso, & dictis ejus filiis, descendentibus, & successoribus observaturum promisit infrascripta pacta infrascriptis Sindicis, & Procuratoribus Communis, & Populi Pisani, videlicet Egregio Militi, Domino Petro filio quondam, Domini Raynerii de Gualandis, Egregio Militi Legumque Doctore, Domino Petro filio quondam Johannis de Grassis, Egregio Legum Doctore, Domino Benedicto filio quondam, Henrigi de Plombino, & prudenti Viro Lotto, filio quondam Ser Lappi de Sancto Cassiano Mercatori, recipientibus nomine, & vice, & ad partem, & utilitatem dicti Communis, & Pisani Populi, Civium, & districtualium dictæ Civitatis Pisarum. Quæ pacta sunt infrascripta, videlicet. Primo. Quod Civitas Pisana habeat Antianos, qui habeant præesse Negotiis Civitatis, & qui Antianistent, & habitent in Palato consueto. Item quod Antiani prædicti de Intrata Communis Pisarum, habeant sumptus consuetos, & omnia emolumenta, quæ habere consueverunt. Item quod Antiani prædicti, sive civitas illa habeant duos Cancellarios more consueto, & cum sallario, & utilitatibus consuetis, & unum tertium cum aliis duobus pro præfato Domino Duce. Item quod Antiani prædicti habeant tot Marabesios quot soliti sunt habere expensis dictæ Communitatis. Item quod Antiani prædicti habeant, pro eorum custodia tot famulos, quot soliti sunt habere expensis dictæ Communitatis. Item quod provisiones, reformationes, & statuta illius Civitatis observentur, & tam a jure reddendo in pallatio potestatis, quam etiam ea, quæ respiciunt Mercatores, & Negotia Mercadantiæ, & quæcumque alia, nihil in ipsis provisionibus, reformationibus, & statutis innovando, vel mutando. Item quod Antiani prædicti possint, & debeant conferre Officia Potestariarum, & Vicariatuum Communitatis Pisarum Civibus suis, & aliis, videlicet illis de quibus eis videbitur cum consensu, & beneplacito Locum-Tenentis præfati Domini Ducis, & intendit Dominus, quod ipse Locum-tenens habeat in prædictis, & in hiis quæ pertinent Communi Pisarum, duas voces tantum. Ita quod duæ suæ voces, non plus valeant quam duæ ex vocibus dictorum Antianorum, in aliis vero rebus non pertinentibus Communi Pisarum, facere possit, prout faciebant alii Capitanei Custodiæ, & defensores Communis, & Populi Pisani, & quod dictus Locum-tenens appelletur Locum-tenens Domini, & Capitaneus, ac defensor Populi, & Communis Pisarum. Item quod modi, & ordines soliti observari in Civitate illa in convocandis, & tenendis eorum consiliis observentur. Item quod omnia debita, quæ Commune Pisarum tenetur, & debet solvere & satisfacere tam in massa præstantiarum Pisani Communis, quam etiam in præstanzono dicti Communis Pisarum, ad cujus Massæ, & præstanzoni provisionem, & satisfactionem sunt assignati certi dirritus, & introitus dictæ Civitatis, satisfiant, & satisfieri debeant de Introitibus dictæ Civitatis more solito, & consueto, quoad provisionem, & satisfactionem ipsius Massæ, & prestanzoni, & quod dirritus, & introitus assignati pro ipsis massa, & prestanzone nullatenus tangantur, propter alias quascumque expensas. Item quod Antiani dictæ Civitatis Pisarum possint, & eis liceat, etiam sine licentia, conscientia, & consensu Domini Locum-tenentis prædicti mittere ad præfatum Illustrissimum Dominum Ducem, & ejus filios, & descendentes quoscunque Ambassiatores, & Nuntios, & etiam quascumque litteras prout, & sicut ei videbitur, & placebit, quibus solvatur, & solvi debeat de introitibus dictæ Civitatis. Item quod omnes expensæ, quæ occurrerent faciendæ occasione aliorum Ambassiatorum, Caballariorum, & Curreriorum Pisani Communis mittendorum cum consensu Domini Locum-tenentis, & occasione oblationum per Commune Pisarum solitarum fieri Ecclesiis, seu aliis piis locis, & Religionis dictæ Civitatis, sive etiam pro cursu palliorum per terram, & aquam more solito, & consueto, & pro provisionibus fieri solitis Doctoribus, seu Medicis, vel Magistris Scollarum, & pro reattatione, & conservatione Pisani Portus, & pontium quorumcumque, ac Palatiorum Pisanæ Civitatis, fiant, & solvantur de Introitibus dictæ Civitatis more solito, & consueto. Præfatus Dominus Dux habeat custodiam Cittadellæ portarum, Fortilitiarum, & Castrorum existentium tam in Civitate Pisana quam extra. Item ponet in Civitate, illa unum ejus Locum-tenentem, qui Locum-tenens debebit Interesse agendis simul, cum Antianis, & in Consiliis Civitatum, quando fient, sed ex justa causa, & ex justo impedimento possit loco sui mittere unum, qui debeat interesse cum Antianis, & in Consiliis prædictis. Item dabit Civibus Pisanis Potestatem, tam ex subditis præfati Domini, quam aliis qui sint numero quatuor quos Antiani prædicti in scriptis transmittent præfato Domino Duci, illum qui ex dictis quatuor, præfato Domino magis placuerit, & si in ipsis quatuor nullus esset, qui Domino placeret, mittent præfato Domino alios quatuor qualibet vice, totiens, quoad in ipsis Dominus reperiat unum qui sibi placeat. Item quod Litteræ, præcepta, & alia quæ solita fieri erant, & fiebant per Capitaneum, & nomine Capitaneorum Populi, nunc fiant nomine Locum-tenentis, & per ipsum Locum-tenentem, si vero fiebant per Capitaneum, & Antianos simul, etiam nunc fiant sub nomine Locum-tenentis, & Anzianorum simul. Si vero fiebant nomine Anzianorum tantum, & sint talia, quæ non respiciant statum illius Civitatis, etiam nunc fiant sub nomine Antianorum tantum. Si vero statum respiciant, fiant sub nomine Locum-tenentis, & Anzianorum simul, & non aliter. Item quod Locum-tenenti, & officialibus, & stipendiariis tam equestribus, quam pedestribus, Castellanis, & Portenariis in dictis Civitate, & fortilitiis deputandis, per præfatum Dominum solvatur de Intratis dicti Communis Pisarum, usque quo attingent intratæ prædictæ. Quæ tamen Intratæ Communes sint, & esse intelligantur præfati Domini Ducis, detracta prius, & ante omnia de Intratis prædictis expensa, pro Antianis prædictis, & aliis eis astantibus, & detractis diritibus, & introitibus assignatis Massæ, & prestantioni prædictis, qui nullatenus tangi possint ut prædicitur, & salvis manentibus suprascriptis. Item quod præfatus Dominus Dux ultra Intratam dictæ Communitatis non debeat ponere Civibus, vel districtualibus dictæ Civitatis novas gabellas, vel nova datia, ultra illas, & illa, quas, & quæ presentialiter habet Communitas illa, nec etiam taleas, impresitta, fodra, vel alia quævis onera. Item quod præfatus Dominus Dux, debeat dictam Civitatem, ejusque districtum deffendere ab omnibus qui guerram facere vellent dictæ Civitati, vel ejus districtui, & a quibuscumque gentibus, &

ANNO 1399. 1400.

ANNO 1399. 1400. & sodalibus quemadmodum deffenderet alias Civitates suas. Ipsasque oblationes, & pacta prædicta, prædicti Sindici dictis nominibus humiliter, & cum omni reverentia tamquam dictæ Civitati salubria acceptaverunt, & acceptant, de ipsisque summe regratiati fuerunt, & regratiantur præfato Illustrissimo Domino suo, Domino Duci Mediolani, promiseruntque præfati Sindici solemniter præfato Domino suo Duci Mediolani se facturos, & curaturos cum effectu, quod Antiani, & Cives prædicti, ac dictum Commune, & Populus Pisanus prædicta omnia, & singula solemniter ratificabunt, & approbabunt per publicum Instrumentum, præfato suo Domino, Domino Duci transmittendum. Insuper præfatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani cupiens, & affectans, quod filii, descendentesque sui semper, & continuo observent Civibus Pisanis prædictis, ac Communi, & Populo Pisano conventiones, & pacta prædicta, injunxit, & in mandatis dedit, ac injungit, & in mandatis dat prædictis filiis, & descendentibus suis illis strictiori, & fortiori modo, & vinculo quibus validius fieri potest, & per illum modum, quo filii tenentur paternis obedire præceptis, quatenus conventiones, & pacta prædicta perpetuo debeant inviolabiliter observare, & facere pontaliter observari, & hoc tam pro honore præfati Domini Ducis, quam etiam pro honore ipsorum filiorum suorum. Et ne imposterum aliqua dubietas oriri possit super pactis prædictis, voluit, jussit, & mandavit hoc Instrumentum sui sigilli magni appensione muniri, mandans præfatus, Illustrissimus Princeps, & Dominus Dominus Dux Mediolani &c. Michi Catelano de Christianis, Notario Papiensi, & Ser Andreæ, Johannis de Castillione, & Ser Bartolameo, Cini de Morona Notariis, & Civibus Pisanis, & cuilibet nostrum, ut de præmissis unum, & plura si fuerit opportunum, conficiamus Instrumenta. Actum in Civitate Papiæ, in Castro prælibati Illustrissimi Principis, & Excellentissimi Domini, Domini Ducis Mediolani & Papiæ, Angleriæ, Virtutumque Comitis, ac Pisarum Domini, sito in Porta Sancti Petri ad murum in Parochia Sanctæ Mariæ in pertica, videlicet sub porticu respiciente versus portam Introitus dicti Castri, Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi, millesimo tricentesimo nonagesimo nono, Indictione septima, die ultima mensis, Martii hora decima, septima, secundum cursum Civitatis Papiæ, Anno vero Dominicæ Incarnationis millesimo quadringentesimo, Indictione septima, die ultima Martii suprascripta, secundum cursum Civitatis Pisarum. Presentibus Reverendo, & spectabilbus Viris, Domino Fratre, Petro de Candia, Dei Gratia Episcopo Novariensi, & Comite Domino Nicholao, Marchione Pallavicino, Domino Antonio de Porris Comite Polentii Militibus, Domino Francischo de Barbavariis, & facondissimo Legum Doctore, Domino Filipino de Militis Consiliariis prælibati Domini Ducis, nec non Spectabilibus militibus Domino Balzarino de Pusterla, Domino Ottone de Mandello, Domino Leonardo Marchione Malaspinæ, Domino Bernardo de Lonate, & Domino Gasparino de Vicecomitibus, nec non Domino Marcho, olim Ottoboni de Spinolis de Janua, & Domino Damiano, olim Domini Nicoli de Luchulo de Spinulis de Janua, Domino Matheo filio Johannis de Familia Legum Doctore, Marchoaldo olim Domini Ludovici de Rocha, & Johanne quondam Pieri de Agnello Pisanis Civibus testibus ad hæc vocatis, & rogatis.

Subscriptum cum signo Tabellionatus antepositio, Ego Catelanus de Christianis, genitus quondam Domini Francischini Jurisperiti publicus Papiensis Apostolica, Imperialique Auctoritatibus Notarius, scribaque prælibati Illustrissimi Principis, & Excellentissimi Domini Domini Ducis Mediolani &c. hanc cartam mihi fieri jussam, rogatus tradidi, & subscripsi.

Subscriptam cum signo Tabellionatus antepositio, Ego Ferrarius de Fragiis, quondam Georgi de Valentia, publicus Imperiali auctoritate Notarius, hanc Cartam jussu Notarii suprascripti scripsi, & me in præmissorum testimonium subscripsi &c.

Extracta fuit presens Copia a Registro inscripto sub Littera N. Ducis, Joannis Galeaz Vicecomitis, virtutum Comitis existente in Rego Archivio Castri Porta Jovis Mediolani in papiro scripto, datum Mediolani die vigesima mensis Octobris anni 1719. ANNO 1400.

Examinavit Joannes Franciscus Strigellius Regii Archivii Officialis.

CLVIII.

Capitulation RUPERTI Pfaltzgrafen bey Rhein/ welche er außgestellt vor seiner Wahl zum Römischen Reich/ geschehen im Jahr. 1400. [LUNIG Teutsches Reichs-Archiv. Part. Generalis Continuatio. pag. 28.]

C'est-à-dire.

Capitulation de ROBERT *Comte Palatin, faite avec les Electeurs, avant son Election à l'Empire. En* 1400.

WIr Ruprecht von Gots Gnaden ꝛc. Bekennen und dun kunt mit diesem Briefe/ daß wir unsern Herren und sämet Kurfürsten und jr ieglichen besundern/ Herrn Johan zu Mentz/ Herrn Friederich zu Cölne/ und Herrn Wernhere zu Trier Ertz-Bischoffen/ des heiligen Römischen Richs Erz-Cancelern/ unsern lieben Herren Oheimen und besundern Fründen versprochen/ zugesagt und gelobt han/ versprechen und geloben in Crafft diß Briefes: Ob es were/ daß wir von Gots Versehung zu eine Römischen Künige erwelt worden/ daß wir jen und ihren Stifften alsdann ane allen Indrag und Widerrede sollen halten und verbriefen zu halten/ alle die Briefe und Artickel/ die hernach geschrieben stent/ und alsbalde wir dan unsere Königliche Crone entpfangen han/ so sollen wir jen und ir yegelichen off dieselben Punete und Artickel unser Königliche Brieffe geben/ in der besten Forme/ mit unser Königlicher Majestät Jngesiegel versiegelt. Welche Punete und Artickel gelegen sint und also ludent.

Zum ersten sollen wir denselben unsern Mit-Kurfürsten samentlich und ihr iegelichen besundere confirmiren/ bestetigen und ernuwen alle ire Briefe/ sie halden ynne Concessien/ Confirmacien/ Permissen oder Indulta, Privilegia, Freyheit und Herkommen nach ynnhalde der guldin Bullen/ und sollen sie und ir iegelichen darynne nit hindern von einniches Eigenschafft oder ander Sachen wegen/ die wir und das Rich daran hetten. Und sollen wir der heiligen Kirchen Sachen uns lassen gentzlich bevohlen sin/ und sollen die auch handeln/ mit görlichen redelichen Wegen/ und da ynne dun mit Rade und Willen der vorgenanten unser Mit-Kurfürsten. Auch als König Wentzlaw von Behein in der Zyden/ als er ein Römischer König gewest ist/ den von Meilan und off das Lant zu Meilan einen Hertzogen/ und of das Lant Passe einen Grafen gewirdiget und gemacht hat/ das sollen wir von Röm. Konglichen Macht widerruffen und gentzlich vernichten/ und sollen dieselben Land und ander des heiligen Richs Lande in Lamparten/ und in Welschen Landen understeen nach aller unser Macht/ ane Geverde/ wider an das Rich zu bringen/ nach Rate der vorgenanten unser Mit-Kurfürsten/ und die dann auch by dem Riche getruwelich behalden/ und soliche Koste und Schaden/ die darauf geen werden und darumb geschehen/ darum mogen wir an dieselben Land griffen/ und die davon uffrichten/ und widernemen mit Rade der Kurfürsten. Vort wann das Lant zu Bravant mit sinen Zugehörungen/ von Dode der hochgeboren Johann ietzundt Hertzogine zu Bravant/ dem Rich nu ledig wirdet und verfellit/ so sollen wir auch understeen nach unser Macht ungeverlich dasselbe Lant mit siner Zugehörunge wider an das Rich zu bringen/ dem Rych zu behalten/ und solich Kosste und Schaden/ die darauf geen werden und darum geschehen/ darumb mögen wir an dieselben Lande griffen/ und die davon uffrichten und widernemen/ nach Rade der Kurfürsten. Auch sollen wir alle nuwe Zölle und Thorniß/ die der vorgenant König Wentzlaw/ als ein Römisch König/ und von des Richs wegen off dem Rine yemand wer der sy gegunnet/ gegeben oder verschriben hat/ die nit angegangen sint/ gentzlich widerruffen/ und sollen der noch keine ander nuwe Zölle/ Tornose oder Wart-Pfennige off dem Rine nit verlihen/ geben/ noch offlegen oder offlegen lassen/ ane Wissen/ Willen oder Rat der vorgenanten Kurfürsten. Und hette Keiser Karle oder König Wentzlaw vorgenant/ einiche nuwe Zölle off dem Rine widerruffen/ ußgenommen der vorgenanten Kurfürsten Zölle/ die sollen wir auch vor widerruffen halden/ und der nit von nuwes verlyhen/ verschreiben oder confirmiren. Vort sollen wir der vorgenante Kurfürsten und irr Stifft/ samenlich und besunder/ und die iren ane Geverde getruwelich hanthaben/ schutzen und schirmen/ umm jen bygestendig sin/ als einem Römische Könige zugehörit/ besunder do sie Rechtis an uns biedent und blibent wollen. Und sollen sie auch gemeinlich und besunder wider Recht nich bringen ane Geverde. Und sollen wir auch die der vorgenante Stücke/ Punete und Artickel und ire iegelich/ alsbald wir Keiser werden/ den vorgenanten Kurforsten und iren Stifften ernuwen/

ANNO 1400. und mit unser Keiserlicher Majestät Ingesigel verschriben und versigelt / ane allen Intrag and Widerrede. Alle vorgeschriben Stücke / Puncten und Artickel und ir iegelichen han wir den egenanten Kurfürsten und ir iegelichen gerecht und gelobt / reden und globen geinwurtichlich in Crafft diß Brieves in guten Truwen / und bey unsern Fürstlichen Eren / stete / veste und unverbrochenlich zu halten / und darwider nit zu suchen oder zu tun / geistlich oder wernticlich / wie das zugeen oder gesin möchte / in einiche Wyse / sunder alle Geverde und Argelist / und des zu Orkunde ꝛc.

CLIX.

1401. 23. Mai. *Litteræ* RUPERTI *Romanorum Imperatoris ad Priores Artium & Commune Civitatis Florentinæ de pecuniis tam dono ei dandis, quam mutuo accipiendis. Datum Nuremberg* 23. *Maji Anno* 1401. *Regni sui I.* [MARTENE Thesaurus novus Anecdotorum. Tom. I. col. 1663.]

RUPERTUS, &c. devotissimis Imperii filiis & fidelissimis servitoribus, prioribus artium, & vexillifero justitiæ populi & Communis Florentiæ salutem & prosperos ad vota successus.

Non credat atque cogitet vestra devotio & commendanda fidelitas, quod pecunia dono petita ab Oratoribus nostris & à Communitate vestra solvenda, alicujus sinistræ intentionis intuitu postuletur. Sed quia hortationes vestras & aliorum audivimus, ut pro honore Imperii, salute Italiæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ unitate, in Latium festinum faceremus introïtum, expedit, ut principes nostros, proceres, atque nostram electam militiam congregemus, quorum armis & fide probata nostram stipantibus majestatem, intremus Italiam, plagas ejus & vulnera posse tenus sanaturi. Quibus etenim Principibus, Proceribus, militibus procul dubio tota ista & sane amplior pecunia distribuetur, ut nostras victrices sequantur aquilas, quia de jure, & secundum consuetudinem nostram, extra Germaniam militantibus tenemur stipendia dare, quæ Serenitati nostræ illos obligent. Et quamvis cognoscamus illam summam Communitati vestræ & populo fore gravem, nihilominus respectu agendarum rerum in vestrum commodum & honorem desideramus, æquo animo toleretis, cum nostræ augustæ mentis sit devotionem & fidelitatem gratiosam cumulis, favoribus, & privilegiis prosequi, libertatem vestram, statum & dominationem vita comite opportunis conatibus conservare: lucidè cognoscentes quod extemplo auditis sublimitatis nostræ Oratoribus, nuntios vestros ad recognoscendum nos in Regem Romanorum legitimum transmisistis. Quæ quidem res numquam aureo divo pectore cadet, sed quam grata nobis fuerit & accepta, quamque dilexerimus & diligamus civitatem nostram Florentinam, cunctis Italiæ populis ostendemus, mutuum autem quod petimus in casu nostrarum necessitatum, & de quo volumus præstare idoneam cautionem, Deo propitio, & succedente fortunâ, fortè non necessariam, placeat non negare. Erit equidem vobis, devotissimi Imperii filii & fidelissimi servitores, perennis nobiscum gloria atque fama, qua in Ausonia nostræ majestatis viribus, & vestris auxiliis honor recuperetur Cæsareus penè lapsus. Demum ubi hæc duo non fuerint, non videmus transitum nostrum facilem in Italiam pro præsenti; si verò devotioni vestræ illa placuerint, contentamur ut illustrissimo fratri nostro Regi Aragoniæ, cui pridie per Oratorem suum certum reducem dedimus utilem ad rem nostram, sicut nuntii vestri sciunt, scribatis qualiter nobiscum effectualiter concluseritis.

Datum *Nuremberg* XXIII. die mensis Maii, anno Domini MCCCCI. regni verò nostri an. I.

Ad mandatum Domini Regis, Job *Vener*, Licentiatus, &c.

CLX.

4 Juillet. *Privilegium* RUPERTI *Romanorum Regis, concessum Populo & Communioni Florentiæ. Datum Moguntiæ* 4. *Mensis Julii, anno Domini* 1401. *Regni vero sui I.* [Nova eaque plena assertio Juris quod Cæs. Maj. & Imperio in Magnum Tusciæ Ducatum competit. In Append. pag. 71. Ex Archivo Imperiale.] ANNO 1401.

RUpertus ad perpetuam rei memoriam. Decet regiam Majestatem qualitatem reipicere *Subditorum*, & illos propensiori gratiae munere prosequi, quos devotionis & fidei constantia & toleratione laborum viderit plus mereri. Considerantes igitur dilectos filios, populum & Communionem Florentiæ, super omnes Italiæ populos erga S. S. Rom. Imperium, ad cujus apicem Deo dante, sicut ordinati sumus, sic intendimus pervenire, semper se *fideliter* habuisse Regibusque Rom. & Imperatoribus legitime constitutis, justeque prosequentibus cæpræ *devotionis officium*, & *obedientiæ debitum* præstitisse, nec non & Imperii jura singulariter conservando, suæ libertatis thesaurum inæstimabilem, non animi magnitudine solum, sed multo omnium expensarum onere, profusioneque sanguinis defendisse, non videmus cui justius omnis favor, cuique convenientius omnis gratia debeatur. Quamobrem attendentes omnes illius populi vires & potentiam robur Imperii, & fortitudinem Nostram esse, terras omnes atque civitates, propugnacula, villas, provincias & castra, quæ per dictum populum & Commune tenentur, reguntur & gubernantur, quæve possidentur, aut cum eis aliquo subjectionis fœdere inclusa sunt, aut quæ ex contractu, vel quasi contractu quopiam, testamento, codicillis, donatione tam mortis, vel inter vivos aut aliqua alia ultimâ voluntate, vel inter vivos titulo, quæ omnia tenore præsentium, ex certa scientia *confirmamus & approbamus*, ad dictum populum & Commune quomodolibet pertinerent, aut pervenissent, sive in quibus populus, & Commune præfatum jus, custodiam vel jurisdictionem, aut præeminentiam habet, & ad præsens dignoscitur obtinere, maximeque civitates, provincias, castra, terras & loca, quæ nominatim inferius describentur, eidem populo Communique Florentiæ *Regiæ Majestatis auctoritate*, animo deliberato, & sano Principum, Procerum & Baronum nostrorum accedente consilio, & consensu, & ex certa scientia libere donamus, concedimus & largimur, cum omnibus eorum juribus, & pertinentiis curiis, territoriis, & comitatibus, atque districtibus, hac edictali Nostræ benignitatis epistola, perpetuoque Rescripto jubentes, declarantes & decernentes, ea omnia ad eundem populum, & Commune jure plenissimo pertinere, etiamsi feudalia forent, vel aliquo tempore fuisse feudalia dicerentur, aut dici possent; non obstante, quod ad Nos vel Prædecessores Nostros, vel ad Divas Augustas, vel in *fiscum aut Imperialem*, vel Augustalem mensam, vel cameram essent, vel dici possent quomodolibet devoluta, vel etiam specialiter assignata, ea omnia de plenitudine potestatis, & omni via, ratione vel jure, quo melius & validius possimus, prælibato populo, & Communi, jure plenissimo concedentes, volumusque *cuncta Regalia tributa, pedagia, gabellas, obventiones & reditus, flumina, sylvas & nemora, piscationes, pascua & aucupia, quæ de jure solent ad fiscum, mensam vel Camerum Regiam, Imperialem, vel Augustam quomodolibet pertinere, nec non omnes condemnationes factas, aut faciendas, & quæcunque devoluta forent ad Regiam, Augustalem vel Imperatoriam Majestatem, etiamsi dicerentur, vel essent, alicui, vel aliquibus, vel Divis etiam Augustalibus specialiter assignata, nec non aurì fodinas, sive cujuscunque metalli mineras, & thesauros omnes, & universaliter omnia jura fiscalia, sive regalia in dicta civitate, & terris supra concessis, vel harum serie nominandis, esse pleno jure, populi, Communisque prædicti, & ad ipsum pleno jure legitime pertinere*, cum omni censu, præstatione, vel jure, quæ per prædictam civitatem & populum, atque terras, supra concessas, & inferius nominandas *S. Rom. Imperio deberentur, & cum omnibus angariis & perangariis*, quæ dicto populo, vel Communi, quocunque jure possint indici, vel futuris temporibus indicerentur, quæ omnia, sicut dictum est, ad populum & Commune *dictæ civitatis Nostræ Florentiæ* plenissime pertinere volumus, & jubemus, in subsidium, expensarum, quas pro defensione suæ libertatis, & status, quotidie facere cogitur & subire. *Confirmamus etiam omni a fœdera, submissiones*, deditiones & pacta, quæ dictæ terræ fecissent eidem, vel cum eodem populo & Communi

ANNO 1401. muni, quorum tenores, hic haberi volumus pro nominatis & sufficienter expressis, ita quod in populi Florentini favorem perpetuo valeant, & plenam obtineant roboris firmitatem; Et quum, ut Ulpianus scripsit, magni faciant provinciales, suas sibi consuetudines observatas, præsentium auctoritate decernimus, & jubemus, dictam civitatem Florentiæ suumque civitatis territorium, & districtum, & dictas supra scriptas, & infra scriptas civitates, terras, & loca, per officiales, & rectores tam cives quam forenses, per eundem populum & Commune, & non per alios, quacunque fungerentur auctoritate, deputatos & electos, vel quomodolibet deputandos, regi & gubernari debere, secundum formam statutorum & ordinamentorum dicti populi, & Communis nunc vigentium, vel quæ imposterum ederentur, quæ statuta & ordinamenta, & omnes alias quascunque leges municipales dicti populi & Communis Florentiæ, tam editas, quam edendas cum mutationibus, & correctionibus, quas faceret, vel fecisset dictus populus & Commune, *confirmamus, & approbamus, jubentes eas habere plenissimam roboris firmitatem.* Cæterum cum rerum experientia doceat, nobiles viros, *Priores artium & Vexilliferos justitiæ* populi & Communis Florentiæ, qui nunc sunt, vel imposterum in officio præsidebunt, toto tempore, quo talis eorum duraverit magistratus, tam in civitate Florentiæ, quam in civitatibus, provinciis & locis supra concessis, ac etiam proxime nominandis, *Regios & Imperiales Vicarios Nostros, & Imperii S. irrevocabiliter & generales constituimus*, sacimus & ordinamus, cum administratione plenissima, committentes eisdem plenissime vices Nostras toto tempore vitæ Nostræ, *nec non & in perpetuum, donec forent expresse per successores* Nostros, legitime tamen intrantes, nominatim & *specialiter revocati*, statuentes & ordinantes, quod dicti Priores, & Vexilliferi, vicarii Nostri, vel aliqui alii Rectores, & Officiales ad regimen dictæ civitatis, & locorum eidem tenore præsentium concessorum, cogi non possint, aut debeant, alibi reddere de suæ administrationis Officio rationem, quam in civitate Florentiæ, & coram Judicibus, Magistratu, vel Syndicis per eundem populum, & Commune deputatis ad hoc, vel imposterum deputandis, & non alibi, vel per alios quoquo modo. In quorum omnium signum, firmitatem, & robur nobilem virum Bonacursum, quondam Neri de Pictis, Syndicum dicti Populi & Communis, ut publice constat manu Petri Serperi de St. Miniate Florent. Notarii publici pro ipso Communi Florentiæ recipiente, & ipsum populum & Commune in persona dicti Bonacursi *per annuli traditionem, de prædictis omnibus investimus*, auctoritate Regia supra dicta & de plenitudine potestatis ex certa scientia, & proprio Nostro motu, & omni via, jure Nostro, & modo, quibus magis & melius possumus & valemus, nomina vero dictarum civitatum, terratum & provinciarum, & ipsarum designationes sunt hæc: videlicet civitas Aretii, cum omni suo solito & antiquo comitatu atque districtibus, provincia vallis Nebulae, provincia vallis Arianæ, provincia vallis Arni, inferiore, terra Barglie & summæ Coloniæ, cum pertinentiis ipsarum, terra S. Miniati Florent. cum omni antiquo suo comitatu atque districtu, & specialiter cum Communi & castro Collis longæ terræ, provinciæ Florent. in partibus Romandiolæ, & omnia, quæ in dicta provincia Romandiolæ, vel Massæ Trebariæ fuissent dicto Communi Florentiæ relicta vel concessa, seu in quibus eis esset jus aliquod constitutum aut quomodolibet pertineret, omnes terræ quæ tenebantur, vel essent alieni juris, vel aliquorum de Waldinis. . . . aut aliquo vel aliquibus de progenie quondam de Petra mala, quæ terræ forent in Alpibus montibus, aut vallibus sive planis provinciæ Tusciæ, quarum omnia nomina habeantur pro expressis, & declaratis: terræ quoque collis Valliselsæ St. Cemniani, Martiani, Planiciei Aretii, Coretii, Castellionis Florentini, Montis politiani, Valiani, Sillani, Tapolis, Montamine, Anglaris, Fogani, & Fucignani ut dicitur Eucignano, Darezzo & omnes terræ & loca, quæ fuissent dicto populo vel Communi relictæ, submissæ, vel aliquo modo concessæ, vel alteri pro ipso populo vel Communi recipienti, & seu dicto populo & Communi tam in partibus Cisentini, quam in provincia Romandiolæ, Massæque Trebariæ, vel alibi in partibus circumstantibus, vel quæ ad ipsum populum & Commune forent jure quopiam devolutæ, & generaliter omnia alia & singula, quæ per dictum populum seu Commune tenentur seu possidentur, reguntur & gubernantur, & in quibus habent jus aliquod, custodiam, jurisdictionem, vel præeminentiam quoquo modo, mandantes atque jubentes eis & cuilibet ipsorum & ipsarum & hominibus, personis & incolis eorundem, & ipsarum prædictis *Nostris Vicariis populoque & Communi Florentiæ tanquam Nobis in omnibus pareant* & intendant, sub pœnis & conditionibus ordinandis seu ordinatis per ipsum populum & Commune Florentiæ. Nulli ergo hominum liceat hanc Nostræ donationis, concessionis, largitionis, ordinationis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire, sub pœna indignationis Nostræ gravissimæ, quam qui secus attentare præsumserit, se cognoscat illico incursurum, & sub pœna mille marcarum auri purissimi, in quas illos qui quavis temeritate contra fecerint, sive venerint, irremissibiliter incurrere decernimus & jubemus, & eandem ab eis totiens, quotiens contrafactum vel contraventum extiterit, exigi volumus & committi, & medietatem dictarum marcarum Nostri Regalis, seu Imperialis ærarii sive fisci, & partem residuam injuriam passorum usibus applicari, decernentes ex nunc de plenitudine Regiæ atque Cæsareæ potestatis irritum & inane, quodcunque in contrarium a quocunque fuerit attentatum; Præsentes quoque *litteras Nostras sive præsens privilegium durare volumus toto tempore vitæ Nostræ, & ad beneplacitum Imperii, & donec per successores Nostros legitime intrantes expresse & specialiter fuerit revocatum.* Decernimus quoque, committimus & mandamus, quod mox, ut fuerimus Imperiales insulas assecuti, Imperiales Nostræ fieri debeant confirmatoriæ prædictorum. Et ex nunc intelligantur data & concessa prædicta, vel in minimo non mutata, etiam absque alia aliqua requisitione, vel . . . Nobis vel Nostro Cancellario facienda. Testes hujus rei sunt venerabilis Fridericus Archiepiscopus Colonienſis, Imperii per Italiam Archi-Cancellarius. Illustres Ludovicus Comes Palatinus Rheni & Bavariæ Dux. Carolus Dux Lotringiæ. Nobiles Philippus Nassau & Suraponte. Emilius de Leiningen, Regalis Nostræ Curiæ Magister. Gerhardus de Kirberg. Fridericus de Morse. Jo. Frid. de Leiningen, Comites spectabiles. Sigehardus de Winsperg, Eberhardus Pincerna de Erpaden Senior, Barones. Honorabiles Conradus de Hirtzhorn, Sr. Stephan. Moguntinenſis, Wilhelmus Beatorum Apostolorum Colonienſium Ecclesiarum præpositi, Magister Nicolaus Perwin, Jac. paginæ professor. Strenui Wipertus de Aelmstat Senior, Johann. de Hirtzhorn, Johannes Camerarius de Talburg, Schilling de Fillig. Henricus de Dadenberg. Sifridus de Lapide, Milites, nec non quam plures alii Nostri & Imperii Nobiles & Fideles. Harum sub Regiæ Nostræ Majestatis sigilli appensione testimonio Literarum, datum Moguntiæ die quarta mensis Julii Anno Domini MCCCC. primo, Regni vero Nostri anno primo. Ego Rabanus Episcopus Spirenſis, Regalis aulæ Cancellarius, vice Reverendissimi in Christo Patris Domini Joannis Archiepiscopi Moguntini per Germaniam Archicancellarii recognovi.

CLXI.

Codicillus GULIELMI *Gelriæ, & Juliaci Ducis, quibus Testamentum à se factum confirmat, & varia Legata ordinat. Actum Arnheimii* 11. *Januarii Anno* 1402. *Indictione X. Pontificatus Bonifacii IX. Papæ Anno XIII.* [J. J. PONTANUS Hist. Gelricæ lib. 8. pag. 350.] 1402. 11. Januarii.

IN Nomine Domini Dei Amen. Gulielmus ejusdem Dei gratiâ Gelriæ & Juliaci Dux, Comes Zutphaniæ, omnibus qui modo sunt, aut in posterum futuri erunt, esse notum cupimus, agnoscentes atque animadvertentes mundi hujus res omnes temporarias esse fluxas atque evanidas, nec existere quidquam morte certius, & vicissim horâ ejusdem ac tempore nihil habere incertius, idcirco esse notum omnibusque constare volumus, constituisse nos ac scribi jussisse, idque animo probè deliberato, omnibusque sen-

ANNO 1402. sensibus nostris quinque vigentibus ac rectè se habentibus, Testamentum hoc nostrum ac voluntatem ultimam in modum, qui sequetur; Excipientes interea ac volentes, ut Tabulæ Testamentariæ, quas in Prussiam postremo profecturi exarari feceramus, ratæ ac firmæ habeantur, suisque modis ac partibus omnibus secundum hujusce nostri Testamenti ac voluntatis postremæ declarationem præscriptumque compleantur observenturque: Statuentes præterea ac mandantes, ut præsens hoc Testamentum extremaque voluntas nostra vim suam, ac vigorem obtineat coram Judiciis ac Tribunalibus cunctis, tam sacris quam prophanis, quemadmodum id moris est, fierique in his talibus & sancte ubique observari consuevit.

Et primo quidem Deo omnipotenti Creatori nostro benefico ac misericordi Spiritum nostrum, quandocunque is ex hoc Corporis ergastulo erit discessurus, commendamus, sepeliendo vero eidem Corpori nostro locum elegimus apud Carthusianos in cœnobio Monichusiensi prope Arnhemum in Velavia, obsecrantes ac serio mandantes obtestantesque, ne qua pompa aut nimius apparatus fiat fierique permittatur tempore obitus atque exequiarum nostrarum; Ordinantes porro ac sedulo postulantes, ut debita nostra certa ac nota, quæque aut Chirographis nostris aut alias probabiliter demonstrari possunt esse nostra, persolvantur expurganturque.

Et ne quispiam ex Præfectis Ditionum, Teloniorum, Redituum, atque Arcium nostrarum, sua dignitate ac officio dimoveatur aut dimoveri permittatur, priusquam in plenum ei fit satisfactum quod ad æs pecuniasque vice earundem præfecturarum, teloniorum, redituum atque arcium nobis aut nomine nostro per ipsum depensas. Tribuimus porrò ac donamus, idque ad promovendas Dominicorum (Doemen est in ipso Instrumento) Colonienſis, Leodienſis, Ultrajectenſis ac Monasterienſis apud Westphalos, exstructiones, cuique eorundem seorsim florenos Rhenenses centum, semel dependendo. Volumusque pecuniam eam sumi è reditibus latifundiorum, quæ nobis à dilecta ac piæ memoriæ matre nostra in agro Batavo hæreditate relicta fuerunt. Cum autem perdilecta nostra cognata ac Conjux Catharina Bavara, Gelriæ ac Juliaci Ducissa, Comitisa Zutphaniæ piæ memoriæ, Testamentum instituisuper cimeliis suis fecerat, volumus ac serio petimus, ut idem istud Testamentum ipsius servetur, juxtaque pretium ac valorem eorundem moniliorum perficiatur. Porro cum ex certo proposito animoque consulto decreverimus in honorem Dei ac Matris venerandæ Mariæ Virginis, S. Johannis Baptistæ, omniumque Sanctorum Dei, nostræ dilectæ ac felicis memoriæ Dominæ ac Matris nostræ, ut & consanguineæ ac conjugis nostræ prædictæ, tum & Majorum nostrorum Posterorumque animæ nomine, fundare ac dotare Monasterium Ordinis Carthusiani, quod Priorem unum ac Monachos duodecim ceteraque eodem spectantia complectatur, idque in Ducatu nostro Juliacensi, loco qui exinde à me aut à meis, quibus in mandatis hoc datum, designabitur, legavimus atque ordinavimus ad idem hoc Cœnobium exstruendum, constituendum ac dotandum eleemosynam seu testamentum quindecim millium veterum florenorum scutatorum auri probati ac ponderis justi, sive monetæ alterius, sed valoris ejusdem.

Donavimus præterea testamentoque legavimus Gulielmo filio nostro Cuykensi domum ac ditionem Middelariæ cum appendice universa annuisque censibus, quomodo eadem olim possedit Arnoldus ab Hoemen, excepto ac reservato hæredibus nostris, quod Middelariæ dependitur, Mosæ telonio. Legavimus similiter ac donavimus filio nostro Johanni Arcem Territoriumque Amersoyæ cum annexis omnibus, quomodo & ipsa Arnoldus idem ab Hoemen quondam tenuit, cumque uxore sua, filia Amersoyensi, acceperat. Volumus interim ut Arcem utramque jam dictam cum Satrapiis utrisque, & quæ eodem spectant, ambo jam nominati filii nostri, eorumque hæredes clientelari jure ab hæredibus ac successoribus nostris perpetuo susciplant possideantque; Et arces quoque easdem patefaciant, quandocunque id usus flagitarit petitumque ab eisdem hæredibus nostris fuerit. Reservato insuper, quod posteri hæredesque nostri bina eadem castella ditionesque jam dictas, cum appendicibus, quocunque tempore id ipsis commodum erit, redimendi potestatem habebunt adnumerato florenorum Rhenensium mille pretio. Quæ etiam pecunia ut nostris in ditionibus apponatur hæreditariis reditibus ac bonis in usum utriusque filii nostri jam dicti, itidem mandamus; utque filius noster Johannes quandocunque in Arcem ac Præfecturam suam Amersoyam fuerit admissus eaque investitutus, ut tum proventus illi, quos ei in Velavia ex nostris reditibus assignavimus, ad hæredes ac successores nostros redeant. Porro testamento similiter donavimus reliquis duobus filiis nostris natu minimis Gulielmo utrique aureos scutatos veteres trecentos, dependendos eorum singulis annuos ex censibus ac latifundiis nostris, quæ sunt in solo Bataviæ sita, superius memoratis: Reservato interim, quod fas potestasque sit hæredibus ac posteris nostris trecentos illos scutatos jam dictos, quocunque tempore ipsis libuerit, redimendi ac liberandi vice trium millium scutatorum veterum, qui vicissim unicuique eorum præstabuntur in bonis ac hæreditariis proventibus, coëmptis ac sitis intra ditiones nostras. Quæ & eorundem commodo servabuntur ac reponentur, dum ipsi adoleverint, ac viri facti sibimet valeant pospicere. ANNO 1402.

Donamus insuper ac testamento transscribimus filiæ nostræ Mariæ scutatos annuos veteres quingentos, ex censibus nostrorum prædictorum ac possessionum quas in agro Bataviæ sitas diximus, accipiendos, reservato similiter, quòd posteri nostri atque hæredes omni tempore prædictos scutatos aureos quingentos annuos redimendi habeant potestatem, adnumeratis scutatis aureis quinque millenis, qui vicissim apponentur bonis, & censibus hæreditariis intra ditiones nostras sitis, idque in usum ac commodum prædictæ filiæ nostræ.

Legavimus quoque legamusque per Testamenti has tabulas Johanni à Gelro notho, pastori Boitzelariæ, cognato nostro mille quingentos scutatos aureos veteres; nec non Reinaldo à Caster, cognato nostro millenos scutatos veteres aureos; itemque Mathiæ à Floreshem Militi nostro aureos scutatos veteres sexcentos, qui in usum ac commodum singulorum, coëmptis intra Ducatus nostros latifundiis ac redditibus hereditariis, præstabuntur eorum unicuique jam indicato.

Si autem aliquem ex filiis nostris quatuor jam memoratis, aut ipsam quoque filiam nostram supradictam, ut & cognatorum jam dictorum quempiam, ut & ipsum Mathiam, non relictâ legitimâ sobole emori contingat, tum Castella atque Arces Ditionesque universæ cum annexis omnibus, ut & census pecuniæque prænominatæ, & quæ iisdem pecuniis coëmtæ fuerint, redibunt cuncta ad Hæredes & Successores nostros.

Porrò donavimus ac Testamento consignavimus, donamusque per præsentes familiæ nostræ pauperiori scutatorum aureorum duo millia, semel reddenda ac distribuenda singulis, prout videbitur amicis ac necessariis nostris infra memoratis. Delegavimus etiam ac donavimus semel reddenda Ecclesiis ac Monasteriis hinc inde sitis egentioribus, inque modum, ut meminimus, distribuenda, scutatorum aureorum veterum mille quingenta, & maximè Cœnobio Ordinis Carthusiani Rurmundano mille scutatos aureos seorsim. Cœnobio etiam Virginum Ruremundæ donavimus scutatos aureos ducentos, semel numerandos Venlonæ ex ærario ibidem nostro. Sorori quoque nostræ Batæ (forte Elisabethæ) annuos scutatos quadraginta legavimus ad vitam, numerandos ac sumendos è proventibus nostrorum latifundiorum quæ in Batuæ solo sunt sita.

Dedimus præterea ac Testamento assignavimus fratri nostro Theodorico Juliacensi ducentos aureos scutatos veteres annis singulis levandos ex censibus nostris Bruggæ, quos vicissim ducentos scutatos Hæredes ac Posteri nostri redimere potestatem semper habebunt mille scutatis similibus, disponendis in usum ac commodum ejusdem Theodorici intra Ducatuum ac Ditionum nostrarum complexum. Si verò decedere Theodoricum sine legitimâ sobole contingat, tum singula ad Hæredes & Successores nostros recident. Episcopo etiam Henrico Sidonienſi semel numerari jubemus ducentos Florenos Rhenenses, sumendos ex proventibus latifundiorum nostrorum in Betua, idque quadriennii spatio, hoc est annis singulis florenos quinquaginta. Testamento similiter legavimus Domino Johanni Balivo, Decano Ecclesiæ nostræ ditionis Zutphaniæ, centum florenos Rhenenses, reddendos ei tempore biennii, singulis florenos quinquaginta. Monasterio similiter Ordinis Carthusiani, Monichuſen dicto, juxta Arnhemum.

ANNO 1402. mum, nomine ſolennium atque anniverſariarum memoriarum ac precum pro animis Dominæ ac Matris noſtræ, noſtræque conſanguineæ, ac Conjugis prædictæ, aſſignavimus inque perpetuum legavimus centum ſcutatos veteres, tollendos ac recipiendos ex cenſibus Nienbroekæ Vyffhoven dictæ, intra Velaviam ſitæ. Eoque remiſſi ac ſoluti erunt decem illi aut viginti ſcutati veteres aurei, quos Cognata ac Conjux noſtra, jam ſæpius memorata, eidem cœnobio legavit. Damus item ac legamus cœnobio eidem Carthuſiano pannum unum Attalicum atque unum ſericum in Dei optimi honorem, ut eo nimirum tegatur, ac feſtis præſertim diebus exornetur tumulus ac tumbus noſter. Legavimus quoque Jacobo Heye Ruremundano, Eccleſiæ noſtræ Zutphanienſis Præpoſito, aureos ſcutatos centum ſemel reddendos ex cenſibus noſtris Betuanis. Eidem præterea donamus ex togis noſtris Attalicis unam, ut ex ea conficiatur caſiola, ſeu pallium, ut vocant, ſacrum. Eritque hoc ipſo remiſſum atque expunctum, quod eidem Præpoſito Neptis ac Conjux Noſtra prænominata delegaverat. Donavimus ſimiliter Fratri Simoni Ordinis S. Franciſci, Confeſſario noſtro, aureos ſimiles centum, ſemel accipiendos ex cenſibus noſtris Hardervici. Eidem quoque unam ex togis noſtris tradi mandavimus convertendam in uſum caſiolæ ſeu veſtis ſacræ. Quo etiam expunctum remiſſumque erit, quod eidem Cognata ac Conjux noſtra prænominata teſtamento aſſignari curaverat. Præterea Capellano noſtro Antonio erogavimus aureos ſimiles centum, ſemel accipiendos ex cenſibus noſtris Bruggæ. Apparitori verò noſtro Lamberto Hontgyn quinquaginta florenos Rhenenſes annuos ad vitam reliquimus, tollendos ex telonio noſtro Berchemenſi. Quos ipſos quinquaginta florenos fas ſemper erit hæredibus noſtris redimere Florenis ſimilibus quingentis. Johanni inſuper cognomento Lodderpapæ, ſimiles florenos quinquaginta teſtamento aſſignavimus ex cenſibus ac reditibus noſtris in inſula Thilenſi ac Bommelenſi ad vitam: ita tamen ut hæredes ac ſucceſſores noſtri perpetuò eoſdem liberare ac redimere poſſint Florenis æqualibus quingentis: Eoque irrita erit quæ eidem facta fuerat Neptis ac Conjugis noſtræ ſæpius memoratæ donatio. Frederico deinceps Valravio Miniſtro noſtro erogandos curavimus florenos Rhenenſes centum, Coloniæ ei numerandos, utpote qui nobis ibi annuatim debentur: Succeſſores interim atque hæredes noſtri redimere eoſdem cum libuerit, poterint Florenis Rhenenſibus mille. Theodorico præterea Normanno famulo noſtro centum ſcutatos aureos veteres adſcripſimus, accipiendos ex cenſibus noſtris in Inſula Thilenſi ac Bommelienſi ad vitam: Hæredes interim ac Succeſſores noſtri eoſdem ſcutatos liberandi ſemper poteſtatem habeant ſcutatis ſimilibus mille: iique firmis poſſeſſionibus intra noſtras ditiones coëmptis applicabuntur in uſum dicti Theodorici Normanni: eoque defuncto redibunt omnia ad hæredes ac ſucceſſores noſtros. Johanni ſimiliter Hegemanno famulo itidem noſtro, aureos Gelrenſes quinquaginta, & Alardo à cubiculis quinquaginta quoque Gelrenſes aureos, ut & Ludekeno à Dorſten à cubiculis item viginti quinque aureos Gelrenſes ad vitam erogari fecimus ex Inſulis Thilenſi & Bommelienſi: Reſervato quòd fas ſemper liberumque ſit hæredibus noſtris quinquaginta iſtos aureos ad vitam redimere aureis quingentis; illos autem viginti quinque altero minus, id eſt ducentis & quinquaginta. Chirurgo etiam noſtro Henrico teſtamentum erogavimus ſcutatorum aureorum veterum centum, qui ei ex cenſibus noſtris Thilenſi & Bommelienſi prædictis annumerabuntur ſemel. Teſtamento inſuper aſſignavimus Tzeelkenæ à Caſtren Florenos Rhenenſes quadringentos ſemel reddendos numerandoſque ex reditibus noſtris ærarioque Caſtrenſi; idque nomine æris, quo nos noſtraque Neptis ac Conjux ſæpius dicta ei ſolvendo tenemur: Eoque etiam expuncta atque irrita erit donatio, quam ei deſtinaverat thori noſtri ſocia jam memorata. Conceſſimus ſimiliter Everardo ab Eyle, Conſiliario noſtro dilecto, culinæque Præfecto alteram partem Molendini prope Alderkirkam in Satrapia noſtra Gelrenſi, cum emolumentis omnibus ad vitam ob merita ejus. Donavimus præterea Domino Gerhardo à Mirlaer Equiti mille ac centum florenos Gelrenſes ſemel dandos ſolvendosque ex cenſibus atque ærario noſtro Bruggæ, intra ſpacium annorum quinque, idque ex debito, quo ei Domina ac Mater noſtra obligabatur. Confeſſario inſuper noſtro Fratri Thomæ teſtamentum legavimus florenorum Gelrenſium centum ſemel reddendorum ex cenſibus noſtris Hardervici: eoque irrita erit teſtamentaria donatio, quam ei deſtinaverat Conjux noſtra prænominata. Fratri quoque Nicolao Capellano noſtro teſtamento aſſignavimus Florenos Gelrenſes centum ſemel accipiendos ex cenſibus noſtris Veluanis. Johanni etiam à Weiden Atrienſi noſtro florenos Gelrenſes quinquaginta erogavimus atque erogamus ſumendos ex cenſibus noſtris Betuanis ad vitam. Præterea aſſignavimus Johanni à Wyenhorſt Equiti, Aulæ noſtræ Magiſtro, Florenos Rhenenſes centum ad vitam, accipiendos ex ærario Opidi noſtri Gelræ, qui & redimi ſemper ab hæredibus noſtris poſſunt florenis ſimilibus mille. Donavimus etiam Theodorico à Vlodorp, Mareſcallo noſtro quinquaginta ſcutatos aureos veteres, ſumendos ad vitam quotannis ex cenſibus noſtris Montfortenſibus, quos & redimere ſemper hæredibus noſtris fas erit ſimilibus ſcutatis quingentis. Hermanno præterea à Mekeren Conſiliario noſtro, & Cubiculario quinquaginta ſcutatos veteres aureos attribuemus ad vitam ſumendos quotannis ex reditibus noſtris Inſularum Thilæac Bommeliæ: eosque perpetuò redimere hæredes noſtri poterunt ſcutatis paribus quingentis. Chriſtiano item à Ryswyck Cubiculario noſtro ſcutatos aureos veteres quinquaginta dedimus damusque ad vitam, quotannis recipiendos ex reditibus noſtris Wageningæ, quos viciſſim redimere hæredibus noſtris liberum ſemper erit ſimilibus ſcutatis quingentis. Udeno itidem Conſiliario noſtro Teſtamento reliquimus ſcutatos aureos veteres quinquaginta, ſumendos quotannis ad vitam ex cenſibus noſtris agri Batavici; Eoſque hæredes noſtri redimere cum volent, poterunt ſcutatis viciſſim quingentis. Magiſtro præterea Gisberto Bergenſi, item Magiſtro Theodorico ab Aſperen Medicis noſtris, eorum unicuique donavimus aureos ſcutatos veteres ſemel ſumendos è telonio noſtro Lobedenſi. Erogavimus inſuper Udeno à Delfft, dicto à Mekeren, nec non Wilhelmo à Poelwyck Miniſtris noſtris, donandos ſingulis florenos Gelrenſes centum ad vitam, accipiendos quotannis ex reditibus noſtris Inſularum Filæ & Bommeliæ, quos accipere fuit ſolita Amita noſtra dilecta Domina Maria à Tournhout piæ recordationis. Eoſque centenos ſingulos hæredibus noſtris fas ſemper erit redimere florenis ſimilibus mille. Lamberto poſtremum, Vriesken dicto, à cubiculis, dedimus ac donamus quinquaginta Florenos Gelrenſes, ſumendos ad vitam annuos ex telonio noſtro Tilenſi: quos etiam, cum volent, redimere hæredes noſtri poteſtatem habebunt florenis ſimiliter Gelrenſibus quingentis.

ANNO 1402.

Ut autem hoc ipſum Teſtamentum, ultimaque voluntas noſtra ſarta tectaque ſervetur ac perficiatur, ordinavimus atque ordinamus, volentes ſcriòque mandantes, ut pecunia noſtra omnis, reditibus adhuc nullis præfixa ac demonſtrata, omneque æs noſtrum antè memoratum, plenè & in totum perſolvatur atque expungatur ex cimeliis noſtris aureis, argentus gemmeis, perlarumque monilibus, ubicunque ea habeantur, aut pignori expoſita ſerventur, itemque ex bonis noſtris præſentibus quocunque loco ſitis. In his verò ſi quid deſideretur, id ut ſuppleatur ex hæreditariis bonis ac poſſeſſionibus noſtris omni dolo malo ſecluſo omnino volumus ac mandamus.

Exemplata eſt præſens Copia a Libro intitulato, Bullarum, Confirmationum, & aliarum rerum Notabilium præſentis Regni Neapolis fol. XX. a tertio obſervato in Magno Regiæ Cameræ Archivo in Camera Prima ſub Littera O. ſcanzia V. numero CXXVI. cum quo facta Collatione de verbo ad verbum concordat, meliori tamen ſemper ſalva. Et in fidem de mandato oretenus Illuſtris Domini Marchionis Caſtri novi D. Vincentii Fraſcone Præſidentis Commiſſarii ſubſcriptus Marcus Antonius de Maſi Regius Archivarius hic ſe ſubſcripſit. Datum Neapoli in eodem Magno Regiæ Cameræ Archivo die 18. Junii 1718.

J. Antonius de Mati.

CCXXXVII.

Eugenii *Papæ IV. Inveſtitura de Regno Siciliæ citra Farum, pro* Alphonso *Rege Arragonio* Joannæ *Reginæ Filio Adoptivo, ſucceſſoribusque ab ipſo per rectam Lineam maſculinam deſcendentibus, ſub obligatione fidelitatis atque homagii ligii Romanis Pontificibus præſtandi. Cavet inſuper Papa, ne præfatus Rex aut ſucceſſores ejus Romanum Imperium, aut Dominium Lombardiæ unquam ambiant; neque ultro eis oblatum acceptent; Datum Senis Idibus Julii anno* 1443. *Cum juramento fidelitatis inſerto.* [Autentique tiré des grandes Archives de la Chambre Royale de Naples.] 15. Juillet.

Eugenius Epiſcopus & cætera. Ad perpetuam rei memoriam: Regnans in Altiſſimis, ac triumphans Eccleſia, cui Pater æternus Cœli & Terræ Dominator Dominus præeſſe dignoſcitur, cuique Sanctorum & Sanctarum miniſtrant agmina, & Angelorum laudis gloriam decantant, Vicariam ſibi in Terris conſtituit Eccleſiam militantem, Unigenito Filio Dei Vivi Domino noſtro Jeſu Chriſto, ineffabili conjunctione copulatam, ad hujus namque militantis Eccleſiæ Regimen, licet immeriti Divina diſpoſitione vo-

ANNO 1443. vocati, circa quarumlibet fidelium Nationum felicem ſtatum & animarum ſalutem, prout ex debito tenemur, ſummi Pontificatus Officii, ut præfertur, nobis injuncti cogitatus noſtros libenter effundimus, ac partes Apoſtolicæ ſollicitudinis adhibemus, ſed illa nos cura propenſius urget, atque compellit, ut nobis ac Romanæ Eccleſiæ ſubjecta Regna, Civitates, Terras, atque loca omnia, & ſingula per noſtræ proviſionis miniſterium ſublatis ab ea ſiniſtris quibuslibet, ac omnibus & ſingulis eorum ſalutem & felicem ſtatum, nec non deſolationis evitationem concernentibus, mature, ac debite compenſatis, utiliſſimi & feliciſſimi regiminis præſidio fulciantur, Pacisque, tranquillitatis, & quietis dulcedine gaudeant, ac ex hujusmodi Pace, & tranquillitate alia noſtra, & dictæ Romanæ Eccleſiæ Civitates, Terræ & Loca, a guerrarum turbinibus, earumque ſuſpitionibus liberata proſperis gratulentur eventibus, ipſaque omnia, & ad laudem & gloriam Chriſtiani nominis, dictæque Eccleſiæ ſtatum ſalubrem felicia ſpiritualium, & temporalium ſuſcipiant incrementa. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ, Joanna ſecunda olim Regina Regni Siciliæ, & Terræ citra Farum, quæ juris, & proprietatis ejusdem Romanæ Eccleſiæ exiſtunt, gravibus Inimicorum ſuorum oppreſſibus vexata, & conculcata cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Alfonſum, Aragonum Regem Illuſtrem, in ſui ſubſidium, & tutelam hoſtiumque propulſationem advocavit, qui non ſine gravibus laboribus, impenſis, & periculis, relictis Regnis ſuis omnique alia cura poſtpoſita, cum copiis & gentibus ſuis, ac potenti claſſe ad liberationem prædictæ Reginæ perſonaliter veniens, eam, auxiliante Domini præſidio liberavit, & in veram ſui ipſius libertatem, ſalutemque reduxit, in cujus rei memoriam, ac ſummi beneficii compenſationem prænominatum Regem Aragonum in filium arrogavit, eidem Regnum prædictum, cum omnibus juribus ſuis, eis melioribus viis, & modis quibuscumque potuit, per publica Inſtrumenta, quæ ſic haberi pro expreſſis volumus, ſuisque legitimis ſucceſſoribus dedit, tradidit, & conceſſit, poſt cujus quidem Reginæ obitum Rex ipſe nulli parcens ſuo ſuorumque periculo, nulli indulgens labori nec non impenſarum profluvio, relictis ſuis Regnis, pro dicti Regni recuperatione, pecuniis, rebus, & bonis pene. . . . . Regnum, & Terram prædictam, propitiante ad hoc ſibi Altiſſimo ejusque ad hoc accedente ſtrenua animi virtute, & magnanimitate, ac grandi conſtantia, cæterisque virtutibus, quibus eum Dominus Omnipotens inſignivit, dotavitque, indies forti congreſſu, & acri Marte pedetentim acquiſivit, omnesque Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Regnicolas, nec non Civitates, Terras, Caſtella, & tandem inclitam, Civitatem Neapolis dictioni ſuæ ſubjecit: cum itaque ſicut pro parte dicti Regis nobis nuper expoſitum extitit, omnes & ſinguli Regni, & Terræ prædictorum Principes, Comites, & Barones, nec non Civitatum, Caſtrorum, Terrarum, & locorum infra Regnum, & Terram, hujusmodi conſiſtentium, Communitates & univerſitates præſertim, poſt captam, ut præfertur, eandem Civitatem Neapolitanam præfatum Regem in eorum verum, & legitimum Regem, atque Dominum recognoverint, & pro tali eum teneant, & reputent, ſibique tanquam Regni, & Terræ prædictorum vero & legitimo Regi ac Domino in omnibus pareant, obediant, & intendant, ac etiam dicti Principes, Comites & Barones, & eorum ſinguli in manibus ſuis fidelitatis ſolitum juramentum præſtiterint, & alias ipſe Rex Regnum, & Terram prædicta in pace, quiete & tranquillitate de cætero, tenere confidat, ac ut Devotiſſimus, & Catholicus Princeps noſtris & dictæ Romanæ Eccleſiæ mandatis debite parere, & intendere, noſtrum, & hujusmodi Eccleſiæ ſtatum juxta facultatem ſibi deſuper pro tempore traditam conſervare, defendere, & augere proponat, & ad id ſe ſpecialiter offerat, nec dubitet in poſſeſſione Regni, & Terræ hujusmodi, per quemvis alium facile perturbari poſſe, pro parte ipſius Regis fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut Regnum Siciliæ; ac Terras citra Farum hujusmodi, cum Territorio ac Diſtrictibus, aliisque Juribus, & pertinentiis ſuis ſibi, pro ſe & ſuis hæredibus maſculis in perpetuum, concedere, & donare, & de illis eum inveſtire, ac alias ſuper hoc ei & hæredibus prædictis oportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur, tum celebris recordationis Regis Ferdinandi, Genitoris ſui maxime in eſtirpando a Dei Eccleſia, tunc vigente peſtifero ſcismate, tum dicti Regis Alfonſi in acquirenda, reſtituendaque ipſi Eccleſiæ Marchia Anchonitana, præſtita obſequia ipſiusque Regis prædicti Potentiam, ac pro ipſius parte nobis expoſita, aliaque præmiſſa omnia, & ſingula, nec non etiam damna, ſcandala, atque pericula gravia & immenſa, quæ ex perſona cujusvis Regnum, & Terram hujusmodi absque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ Privilegio detinentis, ac e contra utilia, & ſalubria, & grandia, quæ ex eodem, ſi ſuæ petitioni hujusmodi favorabiliter annuatur, nobis ac ſtatui noſtro, ac Romanæ Eccleſiæ facile provenire poſſent, matura deliberatione, ac juxta rei tam grandis exigentiam, debita providentia compenſantes, & etiam attendentes, nec non Principibus, Ducibus, Comitibus, & aliis Nobilibus, Communitatibus quoque, Univerſitatibus, & incolis præſentibus, & futuris, Civitatum, Caſtrorum, Terrarum, & Locorum Regni & Terræ prædictorum, ne de cætero ulterioribus Guerrarum turbinibus cum tanto excidio & gravi detrimento ſubjaceant, providere volentes, ac ſperantes, quod dictus Rex propter providentiam, & plurimarum virtutum excellentiam, quibus perſonam ſuam illarum Largitor Dominus inſignivit, Regnum, & Terram, hujusmodi feliciter regere, & ſalubriter gubernare, nec non more progenitorum ſuorum, noſtri, ac Sedis & Eccleſiæ prædictorum ſtatus conſervator, & defenſor præcipuus eſſe debeat, hujusmodi ſupplicationibus inclinati ad Omnipotentis Dei, Patris, & Filii & Spiritus Sancti, nec non glorioſæ Virginis Mariæ, Dei Genitricis, ac Apoſtolorum Petri, & Pauli, totiusque Curiæ cæleſtis laudem & gloriam, nec non noſtrum, Sedis, Eccleſiæ, Regni, & Terræ prædictarum ſalubrem ſtatum & honorem, Regnum Siciliæ prædictum cum Terra prædicta, quæ eſt citra Farum, usque ad confinia Terrarum, dictæ Romanæ Eccleſiæ, excepta Civitate Noſtra Beneventana, cum toto ejus Territorio, ac omnibus diſtrictibus, & pertinentiis ſuis, per nos aut Romanum Pontificem diſtinctis, vel diſtinguendis, quam dicta Romana Eccleſia ſibi olim retinuit, ac reſervavit, prout nos etiam harum ſerie reſervamus, etiamſi ipſa Regnum, & Terra ad Nos, & prædictam Romanam Eccleſiam, per obitum claræ memoriæ, Joannæ ſecundæ Siciliæ Reginæ, vel alias qualitercumque, ſeu per mortem cujuscumque alterius Perſonæ, & ex quacumque cauſa vacet, ſeu quovis modo, aut ex alterius cujuscumque perſona, devolutum exiſtat, in Feudum perpetuum Tibi chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Alfonſo, Regi prædicto, licet abſenti pro te, tuisque hæredibus, per rectam lineam Masculis jam natis ac in poſterum naſcituris, cum modis, formis, Conditionibus, adjectionibus, promiſſionibus, cautelis, clauſulis, voluntatibus, & ordinationibus inferius denotatis ex certa ſcientia de Fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium concedimus, & donamus, ac in te, & hæredes tuos ſupradictos totaliter, ac plenarie transferimus, & transportamus, nec non de ipſis Regno, & Terra eorumque juribus, & pertinentiis univerſis, te etiam abſentem in perſonam dilecti Filii noſtri, Alfonſi Hiſpani, Notarii noſtri per te, ad nos præſentialiter deſtinati per anuli noſtri ejusdem Alfonſi digito anulari traditionem, & impoſitionem præſentialiter inveſtimus, receptis tantum prius a te in forma, quæ ſequitur fidelitatis debito Juramento, ac pleno homagio, & ſervitio vaſſallagio ligio pro hujusmodi feudo debitis, & conſuetis. Conditiones vero prædictæ ſunt hæ, Videlicet promitteris enim, & jurabitis, tam Tu, quam tui in dicto Regno hæredes, quod nullas unquam conſpirationes, colligationes, vel conjugationes, cum quibuscumque Regibus, Principibus, ſeu Magnatibus, Communitatibus, aut perſonis aliis fidelibus, aut infidelibus contra nos, vel ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, canonice intrantes, aut Romanam Eccleſiam, ſeu in eorum damnum facietis, nec fieri conſentietis, ſeu permittetis, quantum in te, vel in illis, nec factas ratas habebitis, & quod nunquam a noſtra & prædictæ Eccleſiæ obedientia recedetis, nec aliquod ſcisma contra nos, vel ſucceſſores noſtros aut Romanam Eccleſiam prædictos facietis, aut cujuscumque ſcismatis, ſeu hæreſis Imitatores eritis, ſeu fautores, nec hujusmodi conſpirationes, conjurationes, & Colligationes, ſeu ſcisma contra nos, vel ſucceſſores noſtros, aut Eccleſiam prædictos facietis, aut ſcismaticos, ſeu hæreticos receptabitis, ſeu quocumque modo eis favebitis, aut eis, vel eorum alteri, aliquod auxilium, conſilium vel

ANNO 1443.

ANNO 1443. vel favorem præstabitis, nec aliquos nobis, aut dictæ Ecclesiæ Rebelles, aut nostros, seu ipsius Ecclesiæ hostes, vel Inimicos, seu rerum aut bonorum ipsius Ecclesiæ invasores aut occupatores in Regno, vel Terra prædictis, aut in aliqua ipsorum parte, aut alio quovis loco, in quo temporalem potestatem habetis, receptabitis, aut per alios receptari quoquo modo patiemini, seu permittetis scienter, sed illos efficaciter persequemini. Quod autem supradicitur de inimicis, & Rebellibus extra Regnum, & Terram prædictas non receptandis, intelligitur de notatis, & declaratis seu declarandis, vel alias nominandis per summum Pontificem: in Regno autem & Terra prædictis intelligitur prout superius est expressum: si vero in tuo, vel tuorum in dicto Regno hæredum, obitu legitimum, prout subsequitur, hæredem, te aut ipsos hæredes tuos, quod absit, non habere contingerit, Regnum & Terra prædicta ad ipsam Ecclesiam Romanam, ejusque dispositionem libere revertatur, & de liberis duobus maribus per eandem lineam concurrentibus Primogenitus præferatur, in Regno vero, & Terra prædictis nullus succedat, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus, ad hæc tam Tu, quam tui in dicto Regno hæredes, Regnum & Terram, prædicta nullatenus dividetis, sed semper illa sub hujusmodi conditionibus immediate, & in Capite nomine Ecclesiæ Romanæ tenebitis, & tam tu quam prædicti tui in dicto Regno hæredes, sub propriis nominibus, Nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice, intrantibus, a nemine Ecclesiæ expressis, nostro, & ipsorum nominibus ligium homagium facietis & dictum juramentum fidelitatis, faciendo mentionem expressam de præsentibus Literis, ut præfertur, præstabitis, hujusmodi autem ligium homagium tu & dicti hæredes facere, & juramentum fidelitatis præstare, juxta subscriptam formam, si Romanus Pontifex in Italia fuerit, infra sex menses, si vero extra Italiam esset, infra annum, postquam Regni Dominium adepti fueritis, teneamini, Nobis & singulis successoribus, ac eidem Romanæ Ecclesiæ renovabitis, tam ipsum ligium homagium, quam etiam hujusmodi juramentum, in optione autem & beneplacito erit Romani Pontificis, seu prædictæ Ecclesiæ, Te & hæredes tuos prædictos vocare ad præstandum personaliter juramentum fidelitatis, ac ligium homagium hujusmodi Romano Pontifici, ac eidem Ecclesiæ, dummodo ad hoc tibi vel illis tutum locum statuant, & assignent, vel aliquem Cardinalem ipsius Ecclesiæ, aut alium qui vice Romani Pontificis juramentum, juxta eandem formam, & homagium hujusmodi recipiat, destinent, tu quoque jurabis ad prælens, te ad hoc specialiter obligatum, & tam tu quam prædicti tui in dicto Regno heredes Nobis, & singulis successoribus prædictis ac eidem Ecclesiæ, quando præstabitis & præstabunt hujusmodi juramentum fidelitatis, jurabitis, vos specialiter ad hoc obligatos, quod unquam tu vel ipsi, per vos seu alium, vel alios quocumque modo procurabitis, ut eligamini vel nomine in Regem vel Imperatorem Romanum, vel Regem Teutoniæ, aut Dominium Lombardiæ, vel Tusciæ seu majoris partis earumdem Lombardiæ, vel Tusciæ, & si electionem, vel nominationem ad ipsum vel Regnum Romanorum, seu ad Regnum Teutoniæ, aut Dominium Lombardiæ, vel Tusciæ, seu majoris partis earum de vobis celebrari contigerit, nullum hujusmodi electioni, vel nominationi assensum præstabitis, nec intromittetis vos nullo modo, de regimine ipsius Imperii, vel Regni Romani, seu Regni Teutoniæ, aut Dominii Lombardiæ, seu Tusciæ vel majoris partis earumdem, ad quodcunque eorum nominati fueritis, vel electi. Quod si tu vel aliqui tuorum in dicto Regno hæredum, studentibus & procurantibus te aut eis in Imperium ipsum, sive ad dictum Regnum Romanorum, seu Regnum Teutoniæ, aut Dominium Lombardiæ, seu Tusciæ, seu majoris partis eorundem electi, seu nominati fueris, vel fuerint, aut si post talem electionem vel nominationem Imperii, vel Regni Romani, vel Regni Teutoniæ, aut Dominii Lombardiæ, seu Tusciæ aut majoris ipsorum partis regimen, tu vel ipse manifeste te intromiseris, vel ipsi se intromiserint sine expresso nostro, vel successorum nostrorum mandato, eo ipso a jure, prædictorum Regni & Terræ cadas, & cadant ex toto ipsaque prorsus amittas & amittant, & eadem Regnum & Terra ad Romanam Ecclesiam libere devolvantur: si autem tu vel aliqui ex dictis hæredibus electioni vel nominationi factæ non procurantibus consenseris, vel consenserint, & huic electioni seu nominationi, seu juri omnino renunties, seu renuntient, & quod de Imperio, seu aliquo alio præmissorum, ad quod electus seu electi, seu nominatus, vel nominati fueris, aut fuerint, nullatenus te intromittas, vel ipsi se intromittant, & si moniti infra quatuor mensium spatium post Monitionem hujusmodi tali electioni, seu nominationi, vel Juri non renunciaveris vel renunciaverint, vel de ipso Imperio, seu de aliquo præmissorum, ad quod electus seu nominatus aut electi, seu nominati fueris vel fuerint, te intromiseris, vel ipsi se intromiserint quoquo modo, ex hoc sis & sint eisdem Regno Siciliæ & Terra, & omni prorsus eorum jure privatus, atque privati, & ut dictum est, eadem Regnum & Terra, ad Romanam Ecclesiam libere devolvantur. Si vero ad te, vel ad tuos in eorum Regno, hæredes non poterit commode talis monitio pervenire, super quo utique Impedimento, videlicet, quod moneri commode nequeas, vel nequeant, credetur & stabitur assertioni Romani Pontificis, sufficiet monitio publica & solennis, ita quod si infra sex menses post illam non renunciaveris vel hæredes ipsi non renunciaverint, aut de Imperio, seu de aliquo alio prædictorum, ad quod tu electus vel nominatus, vel hæredes tui prædicti, electi vel nominati fueris, vel fuerint, quomodolibet te intromiseris, vel ipsi se intromiserint, ex hoc cadas, & ipsi cadant ab omni jure ipsorum Regni & Terra, ac Regnum & Terra ipsa ad Romanam Ecclesiam libere devolvantur. Cæterum si contingerit, aliquem de ipsis hæredibus qui deberet in dictis Regno & Terra succedere, in Regem vel Imperatorem Romanum, seu Regem Teutoniæ vel Dominium Lombardiæ, aut Tusciæ, vel majoris partis earum nominari, seu eligi, vel assumi, nullatenus eorundem Regni & Terræ possessionem nanciscatur vel habeat, nec se de illorum cura, vel Dominio aut regimine per se, vel alios aliquatenus intromictant, nisi prius Imperio vel Regno Romanorum, seu Regno Teutoniæ, & Dominio Lombardiæ seu Tusciæ, seu majoris eorum partis, ad quodcumque eorum electus, aut nominatus fueris, vel assumptus, & omni jure competenti, sibi in illis omnino renuntiet & illorum, aliquod sive de jure, sive de facto, illud tenens Regnum Siciliæ dimittat ipsum nullo unquam tempore reasumpturus, alioquin cadat ab omni successione, & jure, quæ in Regno Siciliæ, & Terra prædictis sibi competerent ipso facto, ita quod eadem Regnum, & Terra ad Romanam Ecclesiam, ejusque dispositionem plene & libere devolvantur: Si autem tu, vel aliquis tuorum in Regno prædicto hæredum, contra hæc veneris, vel venerint, eo ipso excommunicati, & insuper labe, & reatu perjurii respersi, & notati existatis. Hujusmodi quoque juramento nunc expresse addi volumus, & tam per te, quam per tuos in dicto Regno hæredes addetur expresse, quod nullo unquam tempore Regnum, seu Imperium Romanum, seu Regnum Teutoniæ, vel Dominium Lombardiæ, seu Tusciæ, aut earum majoris partis, seu easdem Lombardiam, vel Tusciam, aut majorem partem earum per te vel alium, seu alios occupabis, capies vel accipies, aut tibi alias quomodolibet vendicabis vel dicti hæredes, per se, vel per alium seu alios occupabunt, capient, vel acquirent, aut sibi alias quomodolibet vendicabunt, sine nostra aut successorum nostrorum expressa voluntate, & consensu, & si feceris aut fecerint, secundum præscriptam formam pœnas similes incurres, & incurrent, quod autem dicitur de majori parte Dominii Lombardiæ, seu Tusciæ, intelligatur scienter: si vero ignoranter, eam ad mandatum Ecclesiæ dimittere tenearis, & teneantur, & si eam ad mandatum Ecclesiæ demittas vel demittant, non incidas, nec ipsi incidant in pœnam in isto Articulo, & similibus constitutam, si vero monitus, vel moniti, non demittas, aut demittant, incurras, vel incurrant pœnam, prout est in hoc Articulo, & in aliis constitutum: quod si forte in posterum Regem Siciliæ contingat, in Imperatorem eligi, postquam Regni Siciliæ fuerit possessionem adeptus, non transeat ad Imperium, alioquin in pœnam incidat in hoc Articulo, & aliis similibus comprehensam, quod si Regni possessione prædicta nondum habita, vel obtenta in Imperatorem electus transire voluerit ad Imperium, in manus prius Romani Pontificis, vel illius, quem ad hoc idem Pontifex duxerit destinandum Filium successorem in Regno, & Terra prædictis, cujuscumque fuerit ætatis emancipet, ac Regno, & Terræ prædictis renuntiet, nihil juris in eis retinens clam, vel palam, nec etiam cujuslibet Patriæ vel alterius potestatis,

ANNO 1443.

ANNO 1443. testatis occasione, nec ipsum filium ad subsidium, vel servitium aliquod faciendum Juramento, vel nuda stipulatione, vel pacto sibi, vel successoribus suis astringat, sicque factus filius sui juris ab eodem Romano Pontifice; vel alio destinato ab ipso protinus investiatur de Regno & Terra prædictis, ad cujus Regis successionem; si forte decederet sine liberis, ullo unquam tempore Pater veniat Imperator existens, sed si Imperio, & omnibus, quæ ad ipsum pertinent idem Pater renunciare voluerit, & ipsis Regno, & Terra tantum esse contentus, post renuntiationem hujusmodi ad illius successionem libere admittatur, & tunc ab ipso Romano Pontifice; vel alio destinato ab eo investituram recipiat Regni, & Terræ hujusmodi: quod si dictus filius sic ad Regnum assumptus major annis decem & octo fuerit, liberè administret, sed quamdiu minor extiterit, tam ipse, quam Regnum, & Terra prædicta in custodiam Romanæ Ecclesiæ, donec Rex ipse adimpleverit supradictam ætatem, remaneant, fructibus, & obventionibus Regni, ac Terræ prædictorum, ex quibus sumptus necessarii faciendi pro eorundem Regni & Terræ custodia deducentur, Regi conservandis eidem, & lucro alteri ratione ipsius custodiæ non cessuris, si Regi præmortuo liberi non supersint, & Pater Imperator non renunciaverit, Regnum & Terra ipsa ad Romanam Ecclesiam libere devolvantur, Regnum quoque, & Terra prædicta Imperio nullo modo subdantur, seu nullo unquam tempore, aut modo in eadem Persona quomodolibet uniantur, & precise super hoc articulo, tam per pœnas spirituales, quàm alias cautiones cavebitur juxta Ecclesiæ voluntatem, quandocunque Romanus Pontifex hoc duxerit requirendum, cùm prorsus intentionis Romanæ Ecclesiæ sit, ut Regnum & Terra prædicta nullo unquam tempore uniantur, ut scilicet Romanorum Imperator, & Siciliæ Rex existat, quod autem circa unionem Regni, & Terræ cum Imperio dicimus, hoc ipsum circa unionem Regni, & Terræ prædictorum cum Regno Romano, & Regno Teutoniæ, seu cum Lombardia, vel Tuscia; sive cum majori parte ipsarum Lombardiæ, vel Tusciæ intelligimus, & volumus esse dictum. Pro toto verò generali censu ipsorum Regni, & Terræ octo millia unciarum auri ad pondus ipsius Regni in Festo B. Petri Apostoli de mense Junii, ubicumque Romanus Pontifex fuerit, ipsi Romano Pontifici, & Romanæ Ecclesiæ annis singulis persolventur. Si vero tu vel tui in dicto Regno, & Terra hæredes quocumque Termino non solveritis integre censum ipsum, & exspectati per duos menses Terminum ipsum immediate sequentes de illo ad plenum non satisfeceritis, eo ipso eritis excommunicationis vinculo innodati, quod si secundo Termino infra sequentes duos menses eundem censum sine diminutione qualibet non persolveritis, totum Regnum Siciliæ, & tota Terra prædicta Ecclesiastico erunt suppolita Interdicto; si verò nec in tertio termino, nec infra alios duos menses proxime futuros per plenam satisfactionem illius ejusdem census vobis duxeritis consulendum, ita quod transactis eodem tertio termino, & duobus proximis sequentibus mensibus non sit de dictis octo millibus hujusmodi unciis auri primi termini ipsi Ecclesiæ integre satisfactum, ab eisdem Regno, & Terra ipsorumque jure cadatis ex tòto, & Regnum, & Terra ipsa ad Romanam Ecclesiam integre, & libere revertantur, si autem de censu octo millium unciarum hujusmodi primi Termini infra dictos tertium terminum, & duos sequentes menses plenarie satisfeceritis, nihilominus semper pro singulis octo millibus unciis singulorum terminorum simili modo, si in earum solutione cessaveritis, vel illas non solveritis, similes pœnas incurretis, salvis aliis pœnis, & processibus, quæ, vel qui de jure inferri vel haberi poterunt per Romanum Pontificem in hoc casu; in quolibet etiam Termino dabis tu & tui in dicto Regno, & Terra hæredes dabunt nobis, vel successoribus nostris canonice intrantibus unum Palafrænum, album, pulchrum & bonum in recognitionem veri Dominii earumdem Regni & Terræ, ad hæc postquam tu prædicta Regnum, & Terram, vel tantum de ipsis acquisieris, & habueris, quod etiamsi aliquæ Civitates, vel munitiones, vel aliqua loca ipsorum Regni, & Terræ adhuc rebellia tibi fuerint, tamen reputeris, & possis ipsorum Regni, & Terræ Rex, & Dominus reputari, solvas Nobis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ quinquaginta millia Marcharum sterlingorum per infra scriptos Terminos, videlicet, quod intra sex menses postquam dicta Regnum & Terram acquisieris, prout dictum est, solves Nobis, & eidem Ecclesiæ decem millia Marcharum sterlinghorum, & infra singulos sex menses successive solves singula decem millia, donec tota prædicta quinquaginta milliuni Marcharum sterlingorum summa fuerit integre persoluta, quod si in hujusmodi Termino non solvas, liberum erit Nobis vel eidem Romano Pontifici contra te pro singulis terminis ad pœnas Spirituales, & Temporales procedere, prout nobis vel ipsi videbitur expedire. Quandocunque autem Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit, asserverit, vel dixerit Romanam Ecclesiam indigere, ita quod super indigentia hujusmodi Romani Pontificis simplici verbo stetur, tu vel tui in dicto Regno hæredes requisiti ab eo in Urbem, in Campaniam, in Maritimam, in Patrimonium Beati Petri, in Tusciam, in Ducatum Spoletanum, Marchiam Anchonitanam in præmissam Civitatem Beneventanam, & ejus Territorium, & pertinentias, quæ prout præfertur, eidem remanebunt Ecclesiæ, ac in Civitates nostras Perusinam, Civitatem Castelli, Bononiensem, Ferrariensem, Avinionensem, & Comitatum Venaissini; & in omnes alias Terras ipsius Ecclesiæ; ubicumque consistentes tercentos Milites equis & armis decenter munitos, & paratos; ita quod unusquisque ipsorum habeat quatuor equitaturas, vel tres ad minus in Ecclesiæ prælibatæ obsequium & subsidium transmittetis, per tres menses integros tuis, & dictorum tuorum in prædictis Regno, & Terra hæredum sumptibus, & stipendiis, semel tantum in anno in servitiis ejusdem Ecclesiæ moraturos, mensibus ipsis à die qua iidem Milites Terram tui Dominii, vel finem tui districtus egressi fuerint per vulgares dietas, & solitas computandis, & si maluerit Ecclesia, eadem ingruente necessitate, super qua stetur verbo Romani Pontificis, ut dictum est; navali exercitu juvari, prædicti Milites debita taxatione, & recompensatione præhabita in navale præsidium commutentur; Verum quia prædicta Civitas Beneventana, quam hactenus Ecclesia Romana sibi retinuit, & in suum Demanium & Dominium cum omnibus juribus, & pertinentiis reservavit, tenimentum Civitatis ejusdem cum finibus ejus antiquis, quos Romanus Pontifex quandocunque semel tantum sibi placuerit, bona fide sibi distinguet, eidem Ecclesiæ, & in ejus proprietate libere remanebit, nullo jure in eis tibi vel cuicumque alii de Regno prædicto retento seu quomodolibet reservato, discretioni quoque per Romanum Pontificem semel faciendæ, ut dictum est; stabitis tu, & prædicti tui in dicto Regno, & Terra hæredes absque contradictione, & refragatione quacumque, prout ipsa distinctio per Litteras Apostolicas apparebit. Pro dicta quoque Civitate Beneventana reparanda, reficienda, & fortificanda per Romanam Ecclesiam exponetis per septennium pro lignationibus omnia nemora ipsorum Regni, & Terræ, & omnem materiam ad ædificia oportunam, puta lapides, arenam, quæ Puteolana vocatur, cementum, & similia, sine præjudicio juris singularum Personarum, ad unam dietam prope Beneventum; præstabitis etiam ipsis Beneventanis securitatem per totum Regnum, & Terram, prædicta Privilegia insuper dictæ Civitatis à Regibus, & Principibus concessa illibata servabitis: omnia Statuta per quondam Federicum olim Romanorum Imperatorem, seu quoscumque alios Reges, & per quondam Joannam Reginam prædictam facta contra Civitatis ejusdem libertatem, revocabitis, & in omnibus, & per omnia, quæ libertatis fuerint, cæteris Regnicolis parificabitis illam, nec aliqua Statuta, seu aliquas Leges condetis in posterum, per quæ dictæ Civitati directe, vel indirecte posset præjudicium generari, & per Apostolicæ Sedis, & Beati Bartholomei Patroni Civitatis ejusdem reverentiam, fidantias ab omnibus remicti facietis, & remittetis eisdem, fidantiarum autem remissio est, concessio libertatis; ut Cives Beneventani possint libere vineas, & terras excolere, ipsarum fruges, & fructus recolligere, & easdem vineas, & Terras vendere, & de ipsis pro sua voluntate disponere sine aliqua exactione, vel muneris datione, tu autem, & dicti tui in eisdem Regno, & Terra hæredes in dicta Civitate, & ejus Territorio, ac pertinentiis suis, quæ Romanæ remanebunt Ecclesiæ vel in Urbe, seu in Campania, vel Maritima, seu in Ducatu Spoletano, aut Marchia Anchonitana, vel in Patrimonio Beati Petri, in Tuscia, aut in Civitate Perusinæ,

ANNO 1443. rusina, Civitate Castelli, Bononiensi, Ferrariensi, Avinionensi, & Comitatu Venaissini, seu in aliis quibuscumque Terris, aut Demaniis, sive feudis ipsius Ecclesiæ ubilibet constitutis, ex successione, vel legato, aut venditione, sive donatione, aut alio quocumque Jure, sive titulo, sive contractu nihil unquam vobis acquiretis, vel vendicabitis, seu poteritis aquirere, vel quomodolibet vendicare, & nihil unquam recipere, vel habebitis, vel retinebitis, seu poteritis habere, recipere, vel etiam retinere, ac nullam Potestariam, Capitaniam, vel rectoriam, nullumque alium honorem, nullam dignitatem, seu potestatem Senatoriam, vel quamcunque aliam Administrationem, vel Commendam, nec quodcumque aliud officium recipietis, seu recipere poteritis in eisdem: hoc autem intelligimus de illis hæredibus tuis, & Tuorum in dictis Regno, & Terra hæredum, qui in eisdem Regno Siciliæ, & Terra successerint; Nolumus enim quod delictum aliorum hæredum, qui succedent tibi, vel illis in Civitatibus, vel aliis Terris tuis vel ipsorum, in pœnam hæredis, qui est tibi, vel ipsi succesturus in Regno, & Terra prædictis, aliquatenus extendatur. Ne vero hujusmodi alii hæredes tui vel ipsorum contra ea, quæ in isto continentur articulo, aliquo forsitan tempore, venire præsumant, acquirendo, vel vendicando, aut recipiendo, vel habendo, seu retinendo sibi aliquid in Terris, in articulo ipso expressis, seu comprehensis, vel recipiendo, habendo, vel retinendo in Terris eisdem Potestariam, seu Capitaniam, vel Rectoriam, vel aliquid aliud de iis, quæ in articulo continentur eodem, sic semper super iis duximus, providendum, ut videlicet nulli etiam hujusmodi aliorum hæredum tuorum vel ipsorum, ullo unquam tempore liceat sibi quidquam in eisdem Terris acquirere, seu vendicare, percipere, habere, vel etiam retinere Potestariam vel Capitaniam vel Rectoriam, vel aliquod aliud in iis, quæ prout dictum est in eodem articulo, plenius exprimuntur: quicumque autem ipsorum secus præsumpserit, eo ipso exeredatus existat, nec ipse, nec ejus posteri in perpetuum possint in eodem Regno succedere, si eis in casu aliquo hujusmodi successio deferretur, sed ab illa repellantur omnino, nihilominus ille, qui tunc ejusdem Regni Gubernaculo præsidebit, Romano Pontifici contra eos potenter assistere teneantur: Si verò tu, vel aliqui tui in ipsis Regno, & Terra hæredes prædictam Civitatem Beneventanam, Territorium, & pertinentias ejus, quæ remanebunt Ecclesiæ, vel aliquam partem eorum, aut Campaniam, vel Maritimam, seu Urbem, vel Ducatum Spoletanum, aut Marchiam Anchonitanam, sive Patrimonium Beati Petri in Tuscia, aut Civitatem Perusinam, Civitatem Castelli, Bononiensem, Ferrariensem, Avinionensem, aut Comitatum Venaysinum seu alias quascumque Terras Romanæ Ecclesiæ, ubilibet constitutas, vel ipsarum aliquam partem occupaveritis, seu occupare feceritis, aut super iis offenderitis, vel molestaveritis Ecclesiam, seu feceritis molestare, & postquam super hoc à Romano Pontifice moniti, & requisiti fueritis, vel si commode moneri, aut requiri nequiveritis, juxta ipsius Romani Pontificis assertionem, vel dictum, postquam de hoc publice, & solemniter, te vel hæredes ipsos monuerit, infra tres menses non restitueritis integre omnia occupata, eo ipso ab eorum Regni Siciliæ, & Terræ jure cadatis totaliter, ipsaque Regnum, & Terram prorsus amittatis, & ad Romanam Ecclesiam libere devolvatur: quod si etiam restitueritis occupata, nihilominus ad plenum de universis injuriis, & damnis illatis ad mandatum ejusdem Romani Pontificis satisfacere teneamini, alii quoque hæredes tui, videlicet, qui tibi non succedent in Regno, occupare, vel occupari facere easdem Terras Romanæ Ecclesiæ, seu molestare, aut molestari facere super illis eandem Ecclesiam non attemptent. Illi vero, qui secus fecerint, præmissas pœnas incurrant, ut videlicet eo ipso sint excommunicati, tam ipsi, quam eorum posteritas in perpetuum, ad successionem Regni, & Terræ prædictorum, in aliquo si forte casu eadem Successio devolvetur ad illos, nullatenus admittantur, & Rex Siciliæ, qui tunc erit, teneatur assistere Romano Pontifici contra ipsos, ut superius est expressum; sane omnibus Ecclesiis, tam Cathedralibus, quàm aliis Regularibus, & sæcularibus, nec non omnibus Prælatis, & Clericis, ac universis Personis Ecclesiasticis, Sæcularibus, & Regularibus, & quibuscunque Religiosis locis Regni, & Terræ prædictorum plenarie dimittentur, & restituentur integre omnia bona eorum immobilia, à quibuscumque ablata, vel occupata sint, & per quoscumque detineantur: mobilia vero, quæ extant, & poterunt inveniri restituentur eisdem; hæc autem restitutio fiet, absque contradictione, vel difficultate qualibet, sicut nanciscemini prædictorum Regni Siciliæ, & Terræ possessionem, hoc modo scilicet, quod statim in illa parte Regni ipsorum, & Terræ, quæ tibi vel ipsis hæredibus, obedient, restitutio ipsa fiat, ipsaque postmodum successione consummabitur, sicut eadem Regnum, & Terra habebuntur. Ne autem super iis rebus restituendis oriri possit aliqua difficultas, deputabuntur à Romano Pontifice aliqui viri discreti, ad quorum mandatum, & arbitrium bonorum, & rerum mobilium, & immobilium quæ extant restitutio plena fiat, ita quod ea de quorum Dominio, vel proprietate, seu possessione notum fuerit, ad eorum arbitrium, & mandatum mox reddentur, in dubiis vero per ipsos de plano, & absque Judicii strepitu diligentius veritas inquiretur, sufficiat autem vocari Camerarium, vel Procuratorem, seu Balivum in cujus jurisdictione vel Balivia seu Territorio bona de quibus agetur, consistant, ad videndum jurare Testes, qui in hujusmodi depositione deponent: omnes insuper Ecclesiæ tam Cathedrales, quam aliæ Regulares, & seculares, & Religiosæ, & quæcunque Religionis loca in Regno, & Terra prædictis consistentia cum omnibus bonis suis in electionibus, postulationibus, provisionibus, & omnibus aliis plena libertate gaudebunt, nec ante electionem, sive in electione, vel post Regis assensus, vel Consilium aliquatenus requiretur: quam utique libertatem tu, & tui in ipso Regno hæredes semper manutenebitis, & conservabitis, ac manuteneri, & conservari facietis, ab omnibus Subditis vestris, dictæque Ecclesiæ, & Personæ utentur libere omnibus bonis, & juribus suis, salvo tibi, & tuis in Regno hæredibus Jure Patronatus in Ecclesiis tantum, quantum in hac parte Patronis Ecclesiarum Canonica Instituta concedunt, ubi antiqui Reges Siciliæ hujusmodi Jus Patronatus in ipsis Ecclesiis habuerunt, omnesque etiam causæ ad forum Ecclesiasticum in Regno, & Terra prædictis pertinentes libere absque ullo Impedimento agitabuntur, tractabuntur, & ventilabuntur, coram ordinariis, & aliis Ecclesiasticis Judicibus, & terminabuntur per eos, & si ad Sedem Apostolicam super hujusmodi causis appellari contingerit, tam appellantes, quàm appellati ad eandem venire Sedem pro appellationum prosecutionibus, libere, & absque inhibitione aliqua permittentur, Sacramenta verò fidelitatis præstabuntur secundum antiquam, & rationabilem consuetudinem, prout Canonica Instituta permictunt, ab illis Ecclesiarum Prælatis, quorum Prædecessores antiqui illa Siciliæ Regibus præstiterunt; ab illis autem Prælatis, & Ecclesiasticis, qui Regalia seu temporalia bona tenent, si qui tamen sunt, qui hujusmodi bona teneant, à Dominio Regni, & aliis Dominiis temporalibus, & ratione bonorum hujusmodi ab antiquo consueverunt Regibus, & ipsis Dominis temporalibus servitia exhibere, hujusmodi honesta, & antiqua servitia, secundum rationabilem & antiquam consuetudinem, & sicut Instituta patiuntur Canonica, impendent, salvis tamen circa Ecclesiasticas, alias Regulares, & sæculares Personas & loca Ecclesiastica prædicta, tam in faciendis provisionibus, & electionibus confirmandis, quam in omnibuscumque aliis Romanis Pontificibus Ecclesiæ Romanæ jurisdictione, & auctoritate plenaria, & libera potestate. Revocabitis, etiam tu, & dicti tui in dicto Regno hæredes omnes Constitutiones & Leges per dictum Federicum Regem Siciliæ sive per Conradum ipsius Federici filium, aut Manfredum quondam Principem Tarentinum, seu per dictam quondam Joannam Reginam, vel alios Reges, aut Reginas Regni, & Terræ præfatorum, seu alios quoscumque editas contra Ecclesiasticam libertatem, nec Statuta, & Consuetudines edetis, aut promulgabitis, per quæ juri, & Ecclesiasticæ Libertati in aliquo derogetur. Promittetis etiam, quod nullus Clericus vel Ecclesiastica Persona eorundem Regni, & Terræ in Civili, vel Criminali causa ad faciendum fidem de titulo, vel possessione Clericatus conveniatur coram Judice sæculari, nisi super feudis judicio petitorio conveniatur civiliter; sed omnia

ANNO 1443.

Ec-

ANNO 1443. Ecclesiæ, & Monasteria, hospitalia, & alia pia & Religiosa loca, & Personæ Ecclesiasticæ Regni & Terræ prædictorum omnimode erunt liberæ, & libera, & nulli Regi, vel Principi subjacebunt. Nullas insuper Tallias, seu Collectas imponetis Ecclesiis, Monasteriis, vel locis prædictis, aut Clericis, seu Viris Ecclesiasticis, vel rebus eorum, & in Ecclesiis in dictis Regno, & Terra vacantibus, tu vel prædicti tui in Regno hæredes nulla habebitis Regalia, nullosque fructus, redditus, & proventus, nullas etiam obventiones, ac nulla prorsus alia recipietis ab eisdem, custodia Ecclesiarum earundem interim remanente penes Personas Ecclesiasticas juxta Canonicas Sanctiones; Comites verò, Barones, Milites, & universi homines Regni, & Terræ prædictorum venient in illa libertate, & habebunt illas Immunitates, illaque Privilegia, ipsisque gaudebunt, quos, & quæ tempore claræ memoriæ Guillelmi Secundi Siciliæ Regis, & aliis antiquis temporibus habuerunt. Omnes exules Regni Siciliæ, & Terræ prædictorum cujuscumque conditionis existant, ad Mandatum Romanæ Ecclesiæ reducentur ad Regnum, & Terram prædicta, ipsisque de bonis, & juribus eis debitis restitutio plena fiet; in hujusmodi autem restitutione secundum præscriptam formam in Capitulo de bonis Ecclesiarum restituendis contentam, tam in notoriis quàm in dubiis procedetur: Omnes captivos, & obsides, qui tenentur in Regno, & Terra prædictis, Regnicolas, Romanos, & alios de Terris Ecclesiæ, seu Tuscos, vel Lombardos, aut alios quoscumque bona fide restituetis eorum libertati pro posse, jus etiam, quod quicumque Ecclesiæ Romanæ fideles in aliis Comitatibus, Civitatibus, & Terris, Castellis, Villis, seu locis à Sede Apostolica, seu à Regibus, vel Principibus sibi concessis obtinent, nec non jus quod privati a jure, vel per processus Apostolicos olim habebant, si illos ad illud restitui contingat, etiam penitus salvum erit, nec per hujusmodi Regni, & Terræ concessionem, Comitatui, seu aliorum concessorum hujusmodi cuiquam, quoad proprietatem, & possessionem præjudicium generetur, Regio in omnibus his jure semper salvo. Nullam etiam confederationem, seu pactionem, vel Societatem cum aliquo Imperatore, vel Rege, seu Principe, vel Barone Saraceno, Christiano, vel Græco, aut cum aliqua Provincia seu Civitate aut Communitate, seu loco aliquo contra Romanam Ecclesiam, vel in ejus damnum facietis, & si secus fieret, quod factum fuerit, sit ipso jure nullum, & si eam feceritis ignoranter, nihilominus quatenus de facto id feceritis, indilate teneanimi ad mandatum Ecclesiæ revocare: Denique omnes præmissas conditiones, quæ in Persona tua proponuntur, circa Tuos etiam in dictis Regno, & Terra hæredes, & successores intelligimus, & volumus esse dictas, salvis omnibus, quæ circa alios tuos hæredes ordinata consistunt, prout superius est expressum. Cæterum quia in quibusdam Articulis, seu Capitulis prædictarum conditionum continetur expresse, quod in certis casibus tu, & prædicti tui hæredes Excommunicationis Sententiam incurratis, & dicta Regnum, & Terra, ac tuæ, & ipsorum hæredum Terræ sint Ecclesiastico supposita Interdicto, & ad Romanam Ecclesiam, Regnum, & Terra prædicta libere devolvantur: Nos hujusmodi sententias, videlicet Excommunicationis in Te, & eosdem hæredes, & Interdicta in Regnum, & Terram prædicta, si tua vel ipsorum culpa hujusmodi casus emerserint, de prædictorum Fratrum Consilio, ex nunc authoritate Apostolica, tenore præsentium promulgamus: forma autem prædicti juramenti per te infra duos annos nec non tuos in dictis Regno, & Terra hæredes præstandi in manibus nostris, vel per Nos deputandi, talis est.

Ego Alfonsus, Dei Gratia Rex Siciliæ, plenum Homagium ligium, & Vassallagium faciens Vobis Domino meo, Domino Eugenio Papæ quarto, & Ecclesiæ Romanæ pro Regno Siciliæ, & Terra, quæ est citra Farum, usque ad confinia Terrarum ipsius Ecclesiæ, excepta Civitate Beneventana cum toto Territorio, ac omnibus Districtibus, & pertinentiis suis, secundum antiquos fines Territorii, pertinentiarum, & Districtus Civitatis ejusdem per Romanum Pontificem distinctos, vel in posterum distinguendos, juro super hæc Sancta Dei Evangelia, quod ab hac hora in antea fidelis & obediens ero Beato Petro, & Vobis Domino meo, Domino Eugenio Papæ quarto vestrisque successoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, sanctæque Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ, non ero in Consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdatis, seu perdant, aut membrum, seu capiamini, aut capiantur mala captione, consilium, quod mihi credituri estis, per Vos, aut Nuncios Vestros, vel per Litteras, ad vestrum, vel eorum damnum scienter nemini pandam, & si scivero, fieri, aut procurari, seu tractari aliquid, quod sit in vestrum, vel ipsorum damnum, illud pro posse impediam, & si hoc impedire non possem, illud Vobis, vel eis significare curabo. Papatum Romanum, Regalia Sancti Petri, tam in Regno Siciliæ, & Terra prædictis, quàm alibi consistentia, adjutor vobis, & eis ero, ad retinendum, defendendum, & recuperata manutenendum contra omnes homines. Universas, & singulas conditiones suprascriptas, & contentas in præsentibus Literis Apostolicis super ipsorum Regni, & Terræ concessione confectis, ac omnia, & singula, quæ continentur in eisdem Literis, plenarie adimplebo, & inviolabiliter observabo, & nullo unquam tempore veniam contra illa, & maxime quod unquam Ego per me, vel alium seu alios quoquomodo procurabo, ut eliger, vel nominer in Regem, vel Imperatorem Romanum seu Regem Theutoniæ, aut Dominum Lombardiæ, vel Tusciæ, & si electionem, vel nominationem ad Imperium, vel ad Regnum Romanum, seu Regnum Theutoniæ, aut Dominium Lombardiæ, vel Tusciæ, seu majoris partis earumdem de me celebrari contigerit, nullum hujusmodi electioni, vel nominationi assensum præstabo, neque intromictam me modo aliquo de eorum, & alicujus ipsorum regimine, neque etiam de Civitate Beneventana, & suis Pertinentiis, seu Campania, vel Maritima, Ducatu Spoletano, Marchia Anchonitana, Patrimonio Beati Petri in Tuscia, Massa Trebaria, Romandiola, Alma Urbe, in Civitatibus Perusina, Civitate Castelli, Bononiensi, Ferrariensi, & Avinionensi, Comitatu Venaysini, seu in aliis Terris, quibuscumque Vestris, & Demaniis, seu feudis ipsius Ecclesiæ ubiliber constitutis, ex concessione, vel legato, aut venditione, seu donatione, seu alio quovis Titulo, vel contractu, nihil unquam missi acquiram, vel vendicabo, seu potero acquirere, vel quoquomodo vendicare, & nihil unquam recipiam, vel habebo, vel retinebo, seu potero recipere, habere, vel etiam retinere in illis; Neque ullam Potestariam, Capitaniam, vel Rectoriam, nullumque aliud Officium recipiam, seu recipere potero, habebo, seu tenebo, habere, seu tenere potero in eisdem, aut ipsorum aliquo, nec etiam occupabo, aut occupari permittam, seu faciam præmissa vel partem aliquam eorundem, nec illa offendam, vel molestabo, nec etiam Romanam Ecclesiam quoquomodo, sub censuris, & pœnis spiritualibus, & temporalibus in supradictis conditionibus, & in feudatione contentis, quas hic habere volo insingulis suis partibus, alias pro specifice repetitis etiam & expressis. Item perditionis alumno Amedeo hæretico, & scismatico à fide devio, & ab ipsa Ecclesia præcisa sententialiter condemnato, ejusque sequacibus, & dantibus eis auxilium, consilium vel favorem, non dabo quovismodo per me vel alium, seu alios directe, vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, nec ab aliis quantum in me fuerit, seu impedire potero, dari permittam, sed eos juxta posse meum, donec convertantur, persequar, & invadam, sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Tu etiam, & dicti tui in eisdem Regno, & Terra hæredes dabitis privilegium vestrum nobis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ aurea Bulla bullatum, in quo proprio juramento fatebimini, & recognoscetis expresse Regnum Siciliæ, & totam Terram, ipsius, quæ est citra Farum, usque ad confinia Terrarum Romanæ Ecclesiæ excepta Civitate Beneventana, cum Territorio, & pertinentiis ejus, quæ Ecclesiæ remanebit, eidem ex sola gratia, & mera liberalitate Sedis Apostolicæ tibi, tuisque hæredibus de novo fuisse concessa, vosque recepisse, & tenere Regnum, & Terram hujusmodi à Nobis, & dicta Romana Ecclesia sub pactis, modis, & conditionibus supradictis, Nos enim intentionem, voluntatem, & declarationem nostras, nec non Constitutionem, ordinationem, statutum, infeudationem, translationem, donationem, & investituram dictorum Regni, & Terræ per

ANNO 1443. per Nos tibi Regi Alfonſo, & dictis tuis hæredibus, ut præmittitur, factas de conſilio, & aſſenſu Fratrum noſtrorum prædictorum ex noſtra certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica, ac poteſtatis plenitudine harum ſerie volumus, & decernimus, perpetuo valitura, ac irritum, ac inane quidquid per alios quoscumque, & qualitercumque & quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter, in contrarium jam forſan attemptatum eſt, aut in poſterum contingerit quomodolibet attemptari, conceſſionibus, infeudationibus, inveſtituris, & coronationibus de dictis Regno, & Terra per quoscumque prædeceſſores Noſtros, ac pro Romanis Pontificibus ſe gerentes præfatis —— aut quibusvis aliis factis, & conceſſis, nec non juribus, conſtitutionibus, feudalibus, ac Regni, & Terræ prædictorum Conſtitutionibus, ac aliis contrariis, quæ poſſent præmiſſis aliquatenus obviare, quæ omnia haberi volumus pro expreſſis, non obſtantibus quibuscumque, quinimo eis quatenus præfatis noſtris voluntati, intentioni, Declarationi, Decreto, Statuto, Conceſſioni, Infeudationi, & Inveſtituræ, ac aliis præmiſſis, aut alicui eorum in aliquo obviarent, ſcientia, auctoritate, poteſtate, & cauſis prædictis, & aliis animum noſtrum moventibus, derogamus expreſſe, etiamſi talia eſſent, in quorum derogationem quæcumque alia verba, ſeu actus aliqui alii requirerentur, & etiam Jura, Conſtitutiones, & Conſuetudines hujusmodi quantum ad præſentem Conceſſionem quominus ipſa, ac omnia, & ſingula in ea contenta, nunc vel in poſterum ſuum plenum ſortiri poſſint effectum, quovismodo impedientia, revocamus, ac ea quoad hoc pro infectis haberi volumus, omnem defectum, ſiquis in præmiſſis, aut aliquo iplorum, vel circa ea, aut eorum aliquod forſan ineſſet ſupplentes, ſcientia, auctoritate, conſilio, & cauſis prædictis, ac de ejusdem plenitudine poteſtatis; Nulli ergo &c. noſtræ Declarationis, Conſtitutionis, Ordinationis, Conceſſionis, Inveſtituræ, intentionis reſervationis, exceptionis, Decreti, voluntatis, & promulgationis infringere &c. Si quis &c. incurſurus &c; Cunctis vero præmiſſa ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Datum Senis Anno Incarnationis Dominicæ, M. CCCC. XLIII. Idibus Julii, Pontificatus Noſtri anno decimo tertio.

Exemplata eſt præſens Copia à libro intitulato Bullarum, Confirmationum, & aliarum Notabilium rerum præſentis Regni Neapolis, fol o X. aſſervato in Magno Regiæ Cameræ Archivo in Camera prima ſub Litera O. Scanzia V. Num: CXXVI. Cum quo facta Collatione de verbo ad verbum concordat, meliori tamen ſemper ſalva, & in fidem de mandato oretenus Illuſtris Domini Marchionis Caſtri novi D. Vincentii Frascone Præſidentis Comm.rii ſubſcriptus Magnicus Antonius de Maſi Regius Archivarius hic ſe ſubſcripſit. Datum Neapoli, & in eodem Magno Regiæ Cameræ Archivo die 22. Junii 1718.

ANTONIUS DE MASI.

L. S.

CCXXXVIII.

4. Septembre. EUGENII *Papæ IV. Donatio* ALFONSO *Aragonio utriusque Siciliæ Regi facta de quinquaginta millibus Marchis, quarum Sedi Apoſtolicæ tenebatur pro Inveſtitura Regni Siciliæ citra Farum. Datum pridie Nonas Septembris Anno* 1443. *Pontificatus ſui XIII.* [Authentique tiré des Grandes Archives de la Chambre Royale de Naples.]

Promittetis & jurabitis tam tu in manibus ipsius, Cardinalis, quam in singulis Investituris eorum tui in dicto Regno hæredes juxta formam infrascriptam, quod tu, vel illi nullas unquam conspirationes, colligationes, vel conjurationes cum quibuscumque Regibus, Principibus, seu Magnatibus, Comitatibus, Universitatibus, aut personis aliis fidelibus, vel Infidelibus contra Nos, vel succesfores nostros Romanos Pontifices canonice intrantes, aut dictam Romanam Ecclesiam, seu in eorum damnum facietis, aut fieri consentietis, seu permittetis, quantum in te, vel illis erit, nec factas, ratas habebitis, & quod nunquam a nostra, & dictæ Ecclesiæ obedientia recedetis, nec aliquod schisma contra Nos, vel succesfores Nostros, aut Romanam Ecclesiam facietis, aut cujuscumque schismatis, vel hæresis imitatores eritis, seu fautores, nec hujusmodi conspirationes, colligationes, conjurationes, seu schisma contra Nos, vel succesfores Nostros, aut Ecclesiam prædictam facietis, aut schismaticos, vel hæreticos receptabitis, seu quocumque modo eis favebitis, aut eis, vel eorum alteri aliquod consilium, auxilium, vel favorem præstabitis, nec aliquos Nobis, aut dictæ Ecclesiæ Rebelles, aut Nostros, seu dictæ Ecclesiæ hostes, vel inimicos, seu eorum, aut bonorum ipsius Ecclesiæ Invasores, aut occupatores in Regno vel Terra prædictis, aut in aliqua ipsarum parte, aut aliquo quovis loco, in quo temporalem potestatem habebitis, receptabitis, aut per alios receptari quoquo modo faciemini, seu permittatis scienter, sed illos efficaciter prosequemini. Quod autem supra dicitur de inimicis, & Rebellibus extra Regnum, & Terram prædicta non receptandis, intelligatur de notoriis vel declaratis, seu declarandis, aut alias nominandis per Romanum Pontificem, in Regno autem & Terra prædictis intelligitur, prout superius est expressum: Si vero in tui, vel tuorum in dicto Regno Hæredum obitu legitimum, prout subsequitur, hæredem, te, aut ipsos, quod absit, non habere contingerit, Regnum ipsum, ad prædictam Romanam Ecclesiam, & ejus dispositionem libere revertatur: Descendentes autem ex Te, vel ipsis tuis Hæredibus Regni prædicti Regibus, mares & fœminæ in eodem Regno succedant. Ita tamen quod extantibus maribus sive ex directa, sive ex transversali linea usque ad quartum gradum feminæ non succedant, sed mares dumtaxat inter eos gradus, & lineæ prærogativa servata, secundum juris dispositionem, & duobus, aut pluribus liberis maribus in eodem gradu per eandem lineam concurrentibus, Primogenitus aliis præferatur; extantibus vero feminis tantum, in eis eadem forma, quæ in maribus servetur. In Regno vero & Terra prædictis nullus succedat, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus, ad hæc tam tu, quam tui in dicto Regno hæredes Regnum, & Terram prædictam nullatenus dividatis; sed semper unus tantum vestrum, sub hujusmodi conditionibus immediate, & in capite nomine Romanæ Ecclesiæ illa tenebit, & tam tu, quam prædicti tui in prædicto Regno hæredes, sub propriis nominibus Nobis, & succesforibus canonice intrantibus, nec Romanæ Ecclesiæ expressis, vestro & hæredum ipsorum nominibus ligium, & homagium facietis, & dictum Juramentum fidelitatis; mentionem expressam de præsentibus Literis faciendo, præstabitis, ut præfertur, hujusmodi autem ligium, & homagium tu, & dicti tui hæredes facere, & juramentum fidelitatis præstare juxta subscriptam formam, tu videlicet de proximo in manibus prædicti Cardinalis, iidem vero hæredes, si Romanus Pontifex in Italia fuerit, infra sex menses, si vero extra Italiam esset infra annum, postquam Regni Dominium adepti fuerint, teneamini, & singulis succesforibus ac eidem Romanæ Ecclesiæ renovabitis tam ipsum Ligium, & homagium, quam etiam hujusmodi juramentum, in electione autem, & beneplacito erit Romani Pontificis, seu prædictæ Ecclesiæ te, & hæredes tuos vocare ad præstandum personaliter Juramentum fidelitatis, ac ligium, & homagium hujusmodi Romano Pontifici, ac eidem Ecclesiæ, dummodo ad hoc illis tantum locum statuat, & assignet, vel aliquem Cardinalem, ipsius Ecclesiæ, aut alium, qui vice Romani Pontificis Juramentum, juxta eamdem formam, & homagium hujusmodi recipiat, destinare. Tu quoque in ipsius Latini Cardinalis manibus jurabis de proximo, te ad hoc specialiter obligatum, & tam tu quam tui in dicto Regno hæredes, nobis, & singulis succesforibus prædictis, atque eidem Ecclesiæ, quando præstabitis, & præstabunt, unusquisque hujusmodi Juramentum fidelitatis, jurabitis vos ad hoc specialiter obligatos; quod videlicet nunquam tu, aut ipsi hæredes per vos, seu alium, vel alios quocumque modo, procurabis, vel procurabunt, ut tu eligaris, aut nomineris, aut aliquis eorum eligatur, vel nominetur in Regem, vel Imperatorem Romanum, vel in Regem Teutoniæ, aut Dominum Lombardiæ, vel Tusciæ vel majoris partis earumdem Lombardiæ, vel Tusciæ, & si electionem, vel nominationem ad Imperium, vel Regnum Romanorum, seu ad Regnum Teutoniæ, aut Dominium Lombardiæ, vel Tusciæ, seu majoris partis hujusmodi, de te, vel illis celebrari contingerit, nullum hujusmodi nominationi, & electioni assensum præstabis; nec ipsi præstabunt, aut te intromittes, aut illi se intromittent, ullo modo in Regimine ipsius Imperii, vel Regni Romanorum, seu Regni Teutoniæ, aut Dominii Lombardiæ, seu Tusciæ, vel majoris partis

ANNO 1458.

ANNO 1458. earumdem, ad quodcumque eorum tu, vel illi nominati fueritis, vel electi; Quod si tu, vel aliquis tuorum hæredum in dicto Regno ſtudentibus, & procurantibus te, aut eis, in Imperium ipſum, ſive dictum Regnum Romanorum, ſive Regnum Teutoniæ, aut Dominium Lombardiæ, ſeu Tuſciæ aut majoris partis ipſarum, electi ſeu nominati fueris vel fuerint, & ſi poſt talem electionem vel nominationem, ipſorum regimini tu te, vel ipſi ſe manifeſte intromiſeritis, ſine expreſſo noſtro, vel noſtrorum ſucceſſorum mandato, eo ipſo a Jure prædictorum Regni Siciliæ, & Terræ cadas, ipſique hæredes cadant ex toto, illaque prorſus admittas, & admittant, & eadem Regnum Siciliæ, & Terra ad Romanam Eccleſiam libere revertantur; ſi autem tu, vel aliquis ex dictis hæredibus electioni, vel nominationi pro tempore factæ, non procurantibus te vel ipſis, aut etiam palam, vel occulte procurantibus, forſan conſenſeris, vel conſenſerint, & quod hujusmodi electioni, vel nominationi, ſeu Juri omnino renuncies, ſeu renuncient, & quod de Imperio, ſeu aliquo præmiſſorum, ad quod electus, ſeu electi, nominatus, ſeu nominati fueris, aut fuerint, nullatenus te intromittas, vel ipſi ſe intromittant, moniti, niſi infra quatuor menſium ſpatium poſt monitionem hujusmodi, tali electioni, vel nominationi, aut Juri renunciaveritis, ſeu renunciaverint, vel ſi de ipſo Imperio, vel aliquo præmiſſorum ad quod electus, ſeu nominatus fueris, vel fuerint, te intromiſeris, vel ipſi ſe intromiſerint quoquo modo ad hoc, ſis, vel ſint eisdem Regno Siciliæ, & Terra, & omni prorſus eorum Jure privatus, atque privati, & ut dictum eſt, eadem Regnum & Terra ad Romanam Eccleſiam libere devolvantur; ſi vero ad te, vel tuos in eodem Regno hæredes non poſſit commode talis monitio pervenire, ſuper quo utique impedimento, videlicet, quod moneri commode nequeas vel nequeant, credetur, & ſtabitur aſſertioni Romani Pontificis dumtaxat, ſufficiat monitio publica, & ſolemnis. Ita, quod ſi infra ſex menſes non renunciaveris; vel hæredes ipſi non renunciaverint, aut de Imperio, ſeu aliquo alio prædictorum, ad quod tu electus, ſeu nominatus, vel hæredes tui electi, ſeu nominati, fueris, ſeu fuerint, quomodolibet te intromiſeris, ſeu illi ſe intromiſerint, ex hoc cadas, & ipſi cadant ab omni Jure ipſorum Regni, & Terræ, ac Regnum, & Terra ipſa ad Romanam Eccleſiam libere devolvantur. Cæterum ſi contingerit, aliquem de prædictis hæredibus, qui deberet in prædictis Regno, & Terra ſuccedere, in Regem, vel Imperatorem Romanum, ſeu Regem Teutoniæ, vel Dominium Lombardiæ, aut Tuſciæ, vel majoris partis eorum nominari, ſeu eligi, vel aſſumi, nullatenus eorum Regni, & Terræ poſſeſſionem nanciſcatur, vel habeat, nec ſe de illorum cura, ſeu Dominio, aut regimine per ſe, vel alios aliquatenus intromittat niſi prius Imperio, ſeu Regno Romanorum, ſeu Regno Theutoniæ, aut Dominio Lombardiæ, vel Tuſciæ, ſeu majoris partis earum ad quodcumque eorum electus, ſeu nominatus fuerit, vel aſſumptus, & omni Juri ſibi in illis competenti, omnino renunciet, & ſi illorum aliquid, ſive de Jure, ſive de facto tenere voluerit, Regnum Siciliæ omnino dimittat, ipſum nullo unquam tempore aſſumpturus, cadatque ab omni ſucceſſione, & Jure quæ in Regno Siciliæ, & Terra prædictis ſibi competerent ipſo facto. Ita quod eadem Regnum & Terra ad Romanam Eccleſiam, ejusque diſpoſitionem plenarie, & libere devolvantur: quod ſi non extantibus maſculis, fœmina in eisdem Regno Siciliæ, & Terra ſucceſſerit, illa Regi vel Imperatori Romanorum, ſeu in Regem vel Imperatorem Romanum electo, aut Regi, vel electo in Regem Theutoniæ, ſeu Domino Lombardiæ, aut Tuſciæ, vel majoris earum partis, ſeu electo ad earum vel majoris partis earum Dominium, numquam matrimonialiter copuletur, & ſi contrarium fecerit, eo ipſo cadat a Siciliæ Regno, & Terra prædictis, utque prorſus ipſorum jure privata ſit, ipſisque Regno, & Terra ad eamdem Eccleſiam devolutis. Si autem tu, vel aliquis tuorum in Regno prædicto hæredum contra hæc veneris, vel venerint, eo ipſo excommunicati, & inſuper labe, ac reatu perjurii reſperſi, & notati exiſtatis. In hujusmodi quoque Juramento etiam per te de proximo faciendo, tu expreſſe addes, & tam per te, quam per tuos in dicto Regno hæredes quotiens illud præſtiteris, addetur expreſſe, quod nullo umquam tempore Regnum, ſeu Imperium Romanorum, aut Regnum Teutoniæ, vel Dominium Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, aut earum majoris partis, ſeu easdem Lombardiam, vel Tuſciam, aut majorem partem earum, per te, vel alium, ſeu alios occupabis, capies, vel acquires, aut tibi alias quomodolibet vendicabis, vel dicti hæredes per ſe, vel alium ſeu alios occupabunt, facient, vel acquirent, aut ſibi alias quomodolibet vendicabunt, ſine noſtra, aut ſucceſſorum noſtrorum expreſſa voluntate & aſſenſu, & ſi ſecus feceris, ſeu fecerint, ſecundum prædictam formam, pœnas ſimiles incurras & incurrant. Quod autem dicitur de majori parte Lombardiæ, ſeu Tuſciæ, intelligatur ſcienter, ſi vero ignoranter, ſi eadem ad mandatum Eccleſiæ dimittas, ſeu dimittant, non incidas nec ipſi incidant in pœnam in iſto Articulo, & ſimilibus conſtitutam. Si vero monitus, aut moniti non dimittas, ſeu dimittant; incurras aut incurrant pœnam, prout eſt in hoc Articulo, & in aliis conſtituta. Quod ſi forte in poſterum Regem Siciliæ contingat in Imperatorem eligi, poſtquam Regni Siciliæ fuerit poſſeſſionem adeptus, non tranſeat ad Imperium, alioquin in pœnas incidat in hoc Articulo, & aliis ſimilibus comprehenſas, quod ſi dicti Regni Siciliæ poſſeſſione nondum habita, vel obtenta, in Imperatorem electus, tranſire voluerit ad Imperium, in manus prius Romani Pontificis, vel illius, quem ad hoc idem Pontifex duxerit deſtinandum, filium ſucceſſurum in Regno, & Terra prædictis, cujuscumque fuerit ætatis, emancipet, ac Regno, & Terræ præfatis renunciet, nihil juris in eis retinens, clam vel palam, nec etiam cujusvislibet patriæ, vel alterius poteſtatis occaſione, nec ipſum filium ad ſubſidium, vel aliquod ſervitium faciendum, Juramento, vel voto, ſtipulatione, vel facto, ſibi, vel ſucceſſoribus ſuis aſtringat, ſicque factus filius ſui juris ab eodem Romano Pontifice, vel alio deſtinato ab ipſo protinus inveſtiatur de Regno Siciliæ, & Terra prædicta ad ejus Regis ſucceſſionem, ſi forte decederet ſine liberis, ullo unquam tempore Pater veniat, Imperator exiſtens, ſed ſi Imperio & omnibus, quæ ad ipſum Imperium pertinent, idem Pater renunciare voluerit, & ipſis Regno Siciliæ ac Terra tantum eſſe contentus, poſt renunciationem hujusmodi ad illius ſucceſſionem libere admittatur, & tunc ab ipſo Romano Pontifice, vel alio deſtinato ab eo Inveſtituram recipiat Regni & Terræ prædictorum. Idem vero filius ſic ad Regnum aſſumptus, ſi major decem, & octo annis fuerit, libere adminiſtret, ſed quamdiu minor extiterit, tam ipſe, quam Regnum, & Terra prædicta in cuſtodiam Romanæ Eccleſiæ remaneant, donec Rex ipſe ætatem compleverit antedictam, fructibus nihilominus, & obventionibus ipſorum Regni & Terræ, ex quibus ſumptus neceſſarii faciendi, pro eorumdem Regni, & Terræ cuſtodia, deducentur, Regi conſervandis eidem, & lucro alteri ratione ipſius cuſtodiæ non ceſſuris. Quæ vero de filio dicuntur, ut ei videlicet Regnum poſſit ſub obſervatione promiſſa à Patre ad Imperium tranſeunte dimitti, de filia etiam duximus ſtatuendum, ſalvis aliis conditionibus ſupradictis, & ſi Rex non habens filios in Imperatorem electus, ad Imperium tranſire voluerit, de perſonis, quas ſupradiximus, liberis non extantibus. in Regno ſuccedere poſſint alii, qui ſuperſtites fuerint, & quæ de filio & filia præordinavimus, obſerventur in illis, excepto emancipationis Articulo, qui in illis ſolis procedere poterit, qui capaces emancipationis exiſtant, ratione patriæ poteſtatis. Declaramus etiam, quod ſi Regi Siciliæ, ſive filio decedenti ſuperſtes ſit filia, vel mulier, illaque juxta præfatam formam debeat ad hujusmodi ſucceſſionem admitti, & quæ Imperatori, dum Rex ipſe viveret, fuerat deſponſata, vel nupta, illa non ſuccedat in Regno, ut præmittitur, & ſi Regno ſibi delato, Imperatori nupta ſit, cadat protinus ab eodem, niſi vir ejus Imperio prorſus renuncians, ipſis Regno, & Terra ſolummodo ſit contentus. In primo autem caſu repulſis filia, & aliis prædictis, ad perſonas alias, ſervatis & gradibus, Regnum Siciliæ perveniat, quæ prænotatæ ſunt, quod in eodem Regno poſſint ſuccedere, ſi Regi præmortuo Liberi non ſuperſint. In ſecundo autem caſu Regnum, & Terra ipſa ad Romanam Eccleſiam libere devolvantur, Regnumque Siciliæ & Terra prædicta Imperio nullo modo ſubdantur, ſeu ſibi nullo umquam tempore in eadem perſona quomodolibet uniantur, & præcipue ſuper hoc Arti-

ANNO 1458.

culo

ANNO 1458. culo tam per pœnas ſpirituales, quam alias cautiones cavebitur juxta Eccleſiæ voluntatem, quandocumque Romanus Pontifex hoc duxerit requirendum, cum prorſus intentionis ſit Romanæ Eccleſiæ, ut Regnum, & Terra prædicta nullo unquam tempore uniantur, ut ſcilicet, unus Romanus Imperator, & Siciliæ Rex exiſtat. Quod autem circa unionem Regni, & Terræ hujusmodi cum Imperio dicimus, hoc ipſum circa unionem Regni, & Terræ prædictorum cum Regno Romano, Teutoniæ, ſeu cum Lombardia, vel Tuſcia, ſive cum majori parte ipſarum Lombardiæ, & Tuſciæ, intelligimus & volumus eſſe dictum. Pro toto vero generali cenſu ipſius Regni & Terræ octo millia unciarum auri ad pondus ipſius Regni in feſto Beati Petri Apoſtoli de menſe Junii, ubicumque Romanus Pontifex fuerit, ipſi Romano Pontifici, & Romanæ Eccleſiæ per te, & tuos in dictis Regno, & Terra hæredes annis ſingulis perſolventur: Si vero tu, vel iidem tui in dicto Regno hæredes quocumque termino non ſolveritis integre Cenſum ipſum, & expectati per duos menſes terminum ipſum immediate ſequentes de illo ad plenum non ſatisfeceritis, eo ipſo eritis excommunicationis vinculis innodati; quod ſi ſecundo termino infra duos alios ſubſequentes menſes ſine diminutione qualibet non perſolveritis, totum Regnum Siciliæ, & tota Terra prædicta Eccleſiaſtico erunt Interdicto ſuppoſita. Si vero nec in tertio termino, nec infra duos alios menſes proximos per plenam ſatisfactionem illius ejusdem Cenſus Vobis duxeritis conſulendum, ita quod transactis eodem tertio termino, & duobus proximis ſequentibus menſibus non ſit de octo millibus unciis auri hujusmodi primi termini ipſi Romanæ Eccleſiæ integre ſatisfactum, ab eisdem Regno Siciliæ & Terræ citra Farum, ipſorumque Jure cadatis ex toto, Regnumque & Terra prædicta ex tunc ad Romanam Eccleſiam integre & libere revertantur. Si vero de cenſu octo millium unciarum, hujusmodi primi termini, infra dictum terminum tertium, & duos ſubſequentes menſes plenarie ſatisfeceritis, nihilominus ſemper pro octo millibus unciarum ſingulorum terminorum ſimili modo, ſi in earum ſolutione ceſſaveritis, vel illas non ſolveritis, ſimiles pœnas incurratis, ſalvis aliis pœnis, & Proceſſibus, quæ, vel qui de Jure inferri, vel haberi poterunt, per Romanum Pontificem, in hoc caſu. In quolibet etiam triennio dabis tu, & tui in dicto Regno hæredes Nobis, & ſucceſſoribus noſtris, Romanis Pontificibus canonice intrantibus unum Palafrenum, album, pulcrum, & bonum, in recognitionem veri Dominii eorumdem Regni & Terræ: Ad hæc cum Regnum Siciliæ & Terram poſſideas antedicta, & in eis plenam obedientiam habeas, & ipſius Regni verus Rex cenſearis, ut præfertur, pro Inveſtitura hujusmodi, ex nunc ſub infraſcriptis terminis ſolvas Nobis, & præfatæ Romanæ Eccleſiæ, quinquaginta millia Marcarum Sterlingorum, videlicet infra ſex menſes proxime venturos decem millia, & infra ſingulos alios ſex menſes, poſt eosdem primos ſex menſes, ſucceſſive computandos, ſingula alia decem millia Marcarum, usque ad totam ſummam quinquaginta millium Marcarum ſterlingorum hujusmodi, donec tota ipſa ſumma per te, aut Nomine tuo nobis, & eidem Eccleſiæ fuerit perſoluta, quod ſi in eisdem terminis illas non ſolveris, liberum erit nobis, vel eidem Romano Pontifici contra te pro ſingulis terminis ad pœnas ſpirituales, & temporales procedere, prout Nobis vel ipſi videbitur expedire: quandocumque autem Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit, aſſeruerit, vel dixerit Romanam Eccleſiam indigere, ita quod ſuper indigentia hujusmodi Romani Pontificis ſimplici verbo ſtetur: Tu vel tui in dicto Regno hæredes requiſiti ab eo in Urbem, & Campaniam, in Patrimonium beati Petri in Tuſcia, in Ducatum Spoletanum, in Marchiam Anchonitanam, ad præmiſſam Civitatem Beneventanam, & ejus Territorium, ac pertinentias, quæ, ut præfertur, eidem remanebunt Eccleſiæ, ac etiam in Civitates noſtras Peruſinam, Civitatem Caſtelli, Bononienſem, Ferrarienſem, & Avinionenſem, ac Comitatum Venaſyni, & in omnes alias Terras ipſius Eccleſiæ, ubicumque conſiſtentes, trecentos milites Equites, & armis decenter accinctos, & paratos, ita quod unusquisque ipſorum habeat quatuor equitaturas, vel tres ad minus, in Eccleſiæ prælibatæ obſequium, & ſubſidium transmittetis, per tres menſes integros, tuis, & dictorum tuorum in dictis Regno & Terra hæredum ſumptibus, expenſis & ſtipendiis, ſemel tantum in anno in ſervitiis ejusdem Eccleſiæ moraturos; menſibus ipſis a die, qua iidem Milites Terram tui Dominii vel fines tui diſtrictus egreſſi fuerint, per vulgares dietas & ſolitas computandis, & ſi maluerit Eccleſia, eadem ingruente neceſſitate, ſuper qua ſtetur verbo Romani Pontificis, ut dictum eſt, navali Exercitu juvari, quam per dictos Milites, debita taxatione, & recompenſatione præhabita, in navale ſubſidium commutentur. Verum quia prædicta Civitas Beneventana, quam hactenus Eccleſia Romana ſibi retinuit, & in ſuum Demanium ſeu Dominium cum omnibus ſuis Juribus, & pertinentiis reſervavit, & totum teninentum Civitatis ejusdem, cum finibus ejus antiquis, quos Romanus Pontifex, quandocumque ſemel tantum ſibi placuerit, bona fide ſibi diſtinguet, eidem Eccleſiæ, & in ejus proprietate libere manebit, nullo jure tibi in eis, vel cuicumque alii de regno prædicto retento, ſeu quomodolibet reſervato, diſtinctioneque per Romanum Pontificem ſemel facienda, ut dictum eſt, ſtabitis tu, & prædicti tui in dictis Regno, & Terra hæredes absque contradictione, ſeu refragatione quacumque, prout ipſa diſtinctio per Litteras Apoſtolicas apparebit. Pro dictaque Civitate Beneventana reparanda, reficienda, & fortificanda per Romanam Eccleſiam exponetis per ſeptennium pro lignaminibus omnia nemora ipſorum Regni, & Terræ, & omnem materiam ad ædificia oportunam, ut puta Lapides, & Arenam quæ Puteolana vocatur, cementum, & ſimilia, ſine præjudicio juris ſingularum perſonarum, ad unam Dietam prope Beneventum, præſtabitis etiam ipſis Beneventanis ſecuritatem per totum Regnum, & Terram prædictam, Privilegia inſuper dictæ Civitati a Regibus, & Principibus conceſſa, illibata ſervabitis, omnia Statuta per quondam Fredericum, olim Romanum Imperatorem, ſeu quoscumque alios Reges, & per quondam Joannam olim Reginam prædictam, contra Libertatem Civitatis ejusdem, revocabitis, & in omnibus, & per omnia, quæ libertatis fuerint, cæteris Regnicolis parificabitis illam, nec alia Statuta, ſeu aliquas Leges condetis in poſterum, per quæ dictæ Civitati directe, vel indirecte poſſit præjudicium generari, & pro Apoſtolicæ Sedis, & Beati Bartolomei Patroni Civitatis ejusdem reverentia, fidantias a Baronibus remitti facietis, & remittetis eisdem. Fidantiarum autem remiſſio eſt conceſſio libertatum, ut Cives Beneventani poſſint libere Vineas, & Terras excolere, ac ipſarum fructus & fruges recolligere, ac easdem Vineas & Terras vendere, & de ipſis pro ſua voluntate disponere, ſine aliqua exactione, vel muneris donatione. Tu autem, & dicti tui in eisdem Regno, & Terra hæredes in dicta Civitate, & ejus Territorio, & pertinentiis ſuis, quæ Romanæ Eccleſiæ remanebunt, vel in Urbe ſeu in Campania, vel Maritima, ſeu Ducatu Spoletano, aut Marchia Anconitana, aut in Patrimonio Beati Petri in Tuſcia, in Civitatibus Peruſina, Civitate Caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi, Avinionenſi, & Comitatu Venayſini, ſeu aliis quibuscumque Dominiis aut Demaniis, ſive Feudis ipſius Eccleſiæ ubilibet conſtitutis, ex ſucceſſione, vel legato, aut Donatione, ſive venditione, aut alio quocumque Jure, ſive Titulo, ſeu contractu, nihil unquam vobis acquiretis, vel vendicabitis, ſeu poteritis acquirere, vel quomodolibet vendicare, & nihil unquam recipietis, vel habebitis, aut retinebitis, ſeu poteritis habere, recipere, vel etiam retinere, aut nullam Poteſtariam Capitaniam, vel Rectoriam, nullumque alium honorem, nullam dignitatem, ſeu poteſtatem Senatoriam, vel quamcumque aliam adminiſtrationem, ſeu Comendam, nec quodcumque aliud Officium recipietis, ſeu recipere poteritis in eisdem. Hoc autem intelligimus de illis hæredibus tuis, & tuorum in dicto Regno & Terra hæredum, qui in eisdem Regno Siciliæ, & Terra ſuccedent. Nolumus enim quod delictum aliorum hæredum, qui ſuccedunt tibi vel illis in Civitatibus & aliis Terris tuis, vel ipſorum, in pœnam hæredis, qui eſt tibi, vel ipſis ſucceſſurus in Regno, & Terra præfatis, aliquatenus extendatur. Ne vero hujusmodi alii hæredes tui, vel ipſorum contra ea, quæ in iſto continentur Articulo, aliquo forſan tempore venire præſumant, acquirendo, vel vendicando, vel recipiendo, vel habendo, ſeu retinendo ſibi aliquod in Terris, in Articulo ipſo expreſſis, ſeu comprehenſis,

ANNO 1458.

ANNO 1458. sis, vel recipiendo, habendo, vel retinendo in Terris eisdem Poteſtariam, ſeu Capitaniam, vel Rectoriam, vel aliquod aliud de iis, quæ in articulo continentur eodem, ſic ſuper iis duximus providendum, ut videlicet nulli etiam hujusmodi aliorum hæredum tuorum, vel ipſorum, ullo umquam tempore liceat ſibi quidquam in eisdem Terris acquirere, ſeu vendicare, percipere, habere vel etiam retinere Poteſtariam, ſeu Capitaniam, vel Rectoriam, vel aliquod aliud in iis, quæ prout dictum eſt, in eodem Articulo plenius continentur. Quicumque autem ipſorum ſecus præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat, nec ipſe, nec ejus Poſteri in perpetuum poſſint in eodem Regno ſuccedere, ſi eis in aliquo caſu hujusmodi ſucceſſio deferretur, ſed ab ipſa repellantur omnino, & nihilominus ille, qui tunc ejusdem Regni gubernaculo præſidebit, Romano Pontifici potenter aſſiſtere teneatur. Si vero tui in ipſis Regno & Terra hæredes prædictam Civitatem Beneventanam, Territorium & pertinentias ejus, quæ remanebunt Eccleſiæ, vel aliquam partem eorum, aut Campaniam, vel Maritimam, ſeu Urbem, vel Ducatum Spoletanum, aut Marchiam Anconitanam, ſeu Patrimonium Beati Petri in Tuſcia, aut Civitates Peruſinam, Civitatem Caſtelli, Bononienſem, Ferrarienſem, vel Avenionenſem, aut Comitatum Venayſini, ſeu alias quascunque Terras Romanæ Eccleſiæ, ubilibet conſtitutas, vel ipſarum aliquam partem occupaveritis, ſeu occupari feceritis, aut ſuper his offenderitis, vel moleſtaveritis Eccleſiam ſeu feceritis moleſtari. Et poſtquam deſuper à Romano Pontifice moniti, & requiſiti fueritis, vel ſi commode moneri, aut requiri nequiveritis juxta ipſius Romani Pontificis aſſertionem, vel dictum, poſtquam ad hoc publice, & ſolemniter te, vel hæredes ipſos monuerit, infra tres menſes non reſtitueritis integre omnia occupata, eo ipſo ab ipſorum Regni Siciliæ, & Terræ jure cadatis totaliter, ipſaque Regnum & Terram prorſus amittatis, & ad Romanam Eccleſiam libere devolvantur. Quod ſi etiam reſtitueritis occupata, nihilominus ad plenum de univerſis injuriis, & damnis illatis, ad mandatum ejusdem Romani Pontificis, ſatisfacere teneamini, alii quoque hæredes tui, videlicet, qui tibi non ſuccedent in Regno, occupare, vel occupari facere ſuper illis eamdem Eccleſiam non attemptent, Illi vero, qui ſecus fecerint, præmiſſas pœnas incurrant, ut videlicet eo ipſo ſint excommunicati, & tam ipſi, quam eorum poſteritas in perpetuum ad ſucceſſionem Regni, & Terræ prædictorum, ſi in aliquo forte caſu eadem ſucceſſio devolveretur ad illos, nullatenus admittantur: Et Rex Siciliæ, qui tunc erit, teneatur aſſiſtere Romano Pontifici contra ipſos, ut ſuperius eſt expreſſum. Sane omnibus Eccleſiis tam Cathedralibus, quam aliis etiam regularibus, & ſæcularibus, nec non omnibus Prælatis, & Clericis, ac Univerſis perſonis Eccleſiaſticis, Secularibus, vel Regularibus, & quibuscumque Religioſis Locis Regni, & Terræ prædictorum plenarie dimittentur, & reſtituentur integre omnia bona eorum immobilia, à quibuscumque ablata, vel occupata ſint, & per quoscumque detineantur; mobilia, quæ exiſtant, & poterint inveniri, ſimili modo reſtituentur eisdem. Hæc autem reſtitutio fiet abſque contradictione, vel difficultate qualibet, ſicut nanciſcemini prædictorum Regni Siciliæ, & Terræ poſſeſſionem, hoc modo ſcilicet, quod ſtatim in illa parte ipſorum Regni & Terræ, quæ tibi, vel ipſis hæredibus obediet, reſtitutio ipſa fiet, ipſaque poſtmodum ſucceſſive conſummabitur, ſicut eadem Regnum, & Terra habebuntur, ne autem ſuper his rebus reſtituendis oriri poſſit aliqua difficultas, deputabuntur à Romano Pontifice aliqui viri diſcreti, ad quorum mandatum, & arbitrium Bonorum, & Rerum mobilium, & immobilium, quæ extant, reſtitutio plena fiat. Ita quod eadem, de quorum Dominio, vel proprietate, ſeu poſſeſſione notorium fuerit, ad eorum Arbitrium, & mandatum mox reddentur, in dubiis per ipſos de plano, & absque Judicii ſtrepitu diligentius veritas inquiretur. Sufficiat autem vocari Camerarium, vel Procuratorem, vel Bailivium, in cujus Jurisdictione, vel Bailivia, ſeu Territorio, bona, de quibus ageretur, conſiſtent, ad videndum jurare Teſtes, qui in hujusmodi depoſitione deponant, omnes inſuper Eccleſiæ tam Cathedrales, quam aliæ Sæculares, & Regulares, necnon omnes Prælati, & Clerici, ac univerſæ perſonæ Eccleſiaſticæ, Seculares, & Religioſæ, & quæcumque Religionis loca in Regno, & Terra prædictis conſiſtentia cum omnibus bonis ſuis in electionibus, poſtulationibus, nominationibus, proviſionibus, quas, ſalvis reſervationibus Apoſtolicis, fieri contingerit, & omnibus aliis plena libertate gaudebunt, nec ante electionem ſive in electione, vel poſt, Regis aſſenſus, aut conſilium aliquatenus requiretur, quam utique Libertatem tu, & tui in ipſo Regno hæredes ſemper manutenebitis, & conſervabitis, ac manuteneri & conſervari facietis ab omnibus Subditis veſtris, dictæque Eccleſiæ, & perſonæ utantur libere Bonis, & Juribus ſuis, omnibusque, ſalvo tibi, & tuis in hujusmodi Regno hæredibus Jure Patronatus, in Eccleſiis tamen quantum in hac parte Patronis Eccleſiarum canonica Inſtituta concedunt, ubi antiqui Reges Siciliæ hujusmodi Jura patronatûs in ipſis Eccleſiis habuerunt; omnes etiam cauſæ ad Forum Eccleſiaſticum in Regno, & Terra prædictis pertinentes libere, & abſque ulla impedimento agitabuntur, tractabuntur, & ventilabuntur coram Ordinariis, & aliis Eccleſiaſticis Judicibus, & terminabuntur per eos, & ſi ad Sedem Apoſtolicam pro hujusmodi cauſis appellare contingerit, tam appellantes, quam appellati ad eamdem venire Sedem pro Appellationum proſequutionibus libere, & abſque inhibitione aliqua permittentur: Sacramenta vero fidelitatis præſtabuntur ſecundum antiquam & rationabilem conſuetudinem, prout canonica inſtituta permittunt, ab illis Eccleſiarum Prælatis, quorum Prædeceſſores antiqui illa Siciliæ Regibus præſtiterunt; ab illis autem Prælatis, & Eccleſiis, qui Regularia, ſive temporalia bona tenent, ſi qui tamen ſunt, qui hujusmodi bona teneant à Domino Regni, & aliis Dominis Temporalibus, & qui ratione hujusmodi bonorum ab antiquo aſſueverunt Regibus, & ipſis Dominis temporalibus ſervitia exhibere, hujusmodi honeſta & antiqua ſervitia ſecundum rationabilem, & antiquam conſuetudinem, & ſicut inſtituta patiuntur canonica, impendentur; Salva tamen Romani Pontificis, & Apoſtolicæ Sedis Authoritate, & Jurisdictione plenaria, & libera poteſtate circa Eccleſias, & alias Regulares, & Sæculares perſonas, & loca Eccleſiaſtica prædicta, tam in faciendis Proviſionibus, & Electionibus confirmandis, quàm quibuscunque aliis Conceſſionibus, & Gratiis, ac ſuper eis conficiendis Litteris Apoſtolicis, quas ceſſante omni impedimento per Vos, ſeu Officiales, & Subditos veſtros præſtando, permittetis libere & abſolute exequutioni debitæ demandari, quin imo præſtantes impedimentum, aut renitentes, & inobedientes comprimetis, & punietis, & ad obedientiam, & reverentiam Litteris Apoſtolicis exhibendam compelletis, & conſtringetis, & requiſiti manu militari, prout ipſarum Literarum Apoſtolicarum Exequutori Judici, ſeu Nuntio videbitur, aſſiſtetis remediis oportunis. Revocabitis etiam tu, & dicti tui in ipſo Regno hæredes omnes Conſtitutiones, & Leges per dictum Fredericum Regem Siciliæ, ſive per Corradum ipſius Federici filium, aut Manfredum quondam Principem Terantinum, ſeu per dictam quondam Joannam Reginam, vel alios Reges, aut Reginas Regni, & Terræ prædictorum, ſeu alias quaſcunque editas contra Eccleſiaſticam libertatem, nec Statuta edetis, aut Conſuetudines introduceris, ſeu etiam promulgabitis, per quæ Juri & Libertati Eccleſiaſticæ in aliquo derogetur. Promittetis etiam, quod nullus Clericus, vel Perſona Eccleſiaſtica eorumdem Regni, & Terræ in Civili, vel criminali cauſa ad faciendum fidem de titulo, vel poſſeſſione Clericatûs convenietur coram Judice ſæculari, niſi ſuper feudis Judicio petitorio conveniatur civiliter, ſed omnia, Eccleſiæ, Monaſteria, Hoſpitalia, & alia pia & Religioſa Beneficia, & Loca, & Perſonæ Eccleſiaſticæ Regni, & Terræ prædictorum omnimode erunt liberæ, & libera, & in nullo Regi, aut Principi ſubjacebunt: Nullas inſuper tallias, ſeu collectas imponetis Eccleſiis, Monaſteriis, Locis, vel Beneficiis prædictis, aut Clericis, & Perſonis Eccleſiaſticis, ſeu rebus eorum, & in Eccleſiis in dictis Regno, & Terra vacantibus, tu, & prædicti tui in Regno hæredes nulla habebitis regalia, nullosque fructus, redditus & proventus, nullasque etiam obventiones, ac nulla prorſus alia recipietis ab eisdem, cuſtodia Eccleſiarum earumdem interim libere remanente penes Perſonas Eccleſiaſticas, juxta canonicas Sanctiones, Comites vero, Barones, Milites & univerſi homines totique Regni & Terræ prædictæ

ANNO 1458.

ANNO 1458. dictæ vivent in ea libertate, & habebunt illas Immunitates, illaque Privilegia, & eis gaudebunt, quas & quæ tempore claræ memoriæ Gulielmi secundi Siciliæ Regis, & aliis antiquis temporibus habuerunt. Omnes Exules Regni Siciliæ & Terræ prædictorum cujuscumque conditionis existant, ad Mandatum Romanæ Ecclesiæ reducentur ad Regnum, & Terram prædictam, ipsisque de bonis, & Juribus eis debitis restitutio plene fiat, in hujusmodi autem restitutione, secundum præscriptam formam in Capitulo de bonis Ecclesiarum restituendis contenta, tam in notoriis, quam in dubiis procedetur, omnesque captivos & obsides, qui tenentur in Regno, & Terra prædictis, Romanos, & Regnicolas, & alios de Terris Ecclesiæ, seu Tuscos, vel Lombardos, aut alios quoscumque restituent eorum libertati pro posse, jus etiam, quod quicumque Ecclesiæ Romanæ Fideles in Comitatibus, Civitatibus, Terris, & Castris, Villis, seu locis à Sede Apostolica, seu à Regibus, seu à Principibus sibi concessum obtinent, nec non Jus, quod privati à Jure, vel per processus Apostolicos olim habebant, si eos ad illud Apostolica Authoritate legitime restitui contingat, etiam pœnitus salvum erit, nec per præsentem Regni, & Terræ Concessionem, Comitatum seu aliorum concessorum hujusmodi cuiquam, quoad proprietatem, & possessionem, præjudicium aliquod generetur, Regio Jure in his omnibus semper salvo. Nullam etiam Confederationem, seu pactionem, vel Societatem cum aliquo Imperatore, Rege, seu Principe, vel Barone, Christiano, Græco, & Saraceno, aut cum aliqua Provincia, seu Civitate, aut Communitate, sive aliquo Loco scienter contra Romanam Ecclesiam, vel in ejus damnum facietis, & si secus fieret, quod factum fuerit, sit ipso jure nullum, & si ea feceritis ignoranter, nihilominus, quatenus de facto feceritis, indilate teneamini ad Mandatum Ecclesiæ revocare. Denique omnes præmissas conditiones, quæ in persona tua apponuntur, & circa tuos etiam in dictis Regno, & Terra hæredes, & successores intelligimus, & volumus esse dictas, salvis omnibus, quæ circa alios tuos hæredes ordinata sunt, prout superius est expressum. Cæterum quia in quibuscumque Articulis, seu Capitulis prædictarum conditionum continetur expresse, quod in certis casibus, tu & prædicti tui hæredes, excommunicationis Sententiam incurratis, & dictum Regnum, ac Terra, aç tuæ & ipsorum hæredum Terræ sint Ecclesiastico supposita Interdicto, & ad Romanam Ecclesiam Regnum, & Terra prædicta libere devolvantur. Nos hujusmodi Sententias videlicet: excommunicationum in te, & eosdem hæredes, ac interdicti in Regnum, & Terram prædicta, si tua, vel ipsorum culpa hujusmodi casus evenerit, de prædictorum Fratrum consilio ex nunc, Authoritate Apostolica, tenore præsentium promulgamus; Forma autem Juramenti prædicti per te de proximo in manibus dicti Latini Cardinalis, & per tuos in dicto Regno hæredes præstanda, talis est:

Ego Ferdinandus, Dei Gratia, Rex Siciliæ, plenum homagium ligium, & Vaxallagium faciens vobis Domino meo, Domino Pio Papæ secundo, & Ecclesiæ Romanæ pro Regno Siciliæ, & tota Terra, quæ est citra Farum usque ad confinia Terrarum ipsius Ecclesiæ, excepta Civitate Beneventana cum toto Territorio, ac omnibus districtibus, & pertinentiis suis secundùm antiquos fines Territorii, pertinentiarum, & districtus Civitatis ejusdem, per Romanum Pontificem distinctos, & in posterum distinguendos, juro super hæc Sancta Dei Evangelia, quod ab hac hora in antea fidelis ero & obediens Beato Petro, & vobis Domino Pio Papæ secundo, vestrisque successoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, Sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, non ero in consilio, vel consensu, seu facto, ut vitam perdatis, seu perdant, aut membrum, seu capiamini, vel capiantur mala captione, consilium, quod mihi creditum fueris per Vos, aut Nuncios vestros, vel per Literas, ad vestrum, vel eorum damnum, scienter nemini pandam, sed si sciero fieri, vel procurari seu tractari aliquod, quod sit in vestrum, vel ipsorum damnum, illud pro posse impediam, & si hoc impedire non possem, illud Vobis, vel eis significare curabo; Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri tam in Regno Siciliæ, & Terra prædictis, quam alibi consistentia, adjutor Vobis, & eis ero ad retinendum, defendendum, & recuperandum, aut recuperata ma-

nutenendum contra omnem hominem, universas & singulas conditiones supradictas, & contentas in præsentibus Literis Apostolicis super ipsorum Regni, & Terræ concessione confectis, ac omnia & singula, quæ in eis continentur Literis, plenarie adimplebo, & inviolabiliter observabo, & nullo unquam tempore veniam contra eas; Non procurabo per me, vel alium, seu alios quoquo modo, ut eligar, vel nominer in Regem, vel Imperatorem Romanorum, seu Regem Teutoniæ, aut Dominum Lombardiæ seu Tusciæ, seu majoris partis eorumdem, & si electionem vel nominationem ejusmodi de me celebrari contingerit, nullum hujusmodi electioni, seu nominationi assensum præstabo, nec intromittam me modo aliquo, de eorum, vel alicujus ipsorum regimine, neque etiam de Civitate Beneventana, & suis Territoriis, districtibus, & pertinentiis, seu Campania, neque de Maritima, Ducatu Spoletano, Marchia Anchonitana, Patrimonio Beati Petri in Tuscia, Massa-Trebaria, Romandiola, Alma Urbe, in Civitatibus Perusina, Civitate Castelli, Bononiensi, Ferrariensi, Avinionensi, aut Comitatu Venaysino, seu aliis Terris quibuscumque vestris, & demaniis, seu feudis ipsius Ecclesiæ, ubilibet constitutis, ex successione vel Legato, seu donatione, aut venditione, vel alio quovis titulo, vel contractu, nihil umquam mihi acquiram, vel vendicabo, seu potero acquirere vel quomodolibet vendicare, & nihil unquam recipiam, vel habebo, seu retinebo, vel potero recipere, habere, aut etiam retinere in illis, neque ullam Potestariam, Capitaniam, vel Rectoriam, nullumque aliud Officium recipiam, seu recipere potero in eisdem, aut ipsorum aliquo, nec etiam occupabo, nec occupari permittam, seu faciam præmissa, vel partem aliquam eorumdem. Nec illa offendam, vel molestabo, nec etiam Romanam Ecclesiam quoquomodo, sub censuris, pœnisque spiritualibus, & temporalibus in supradictis conditionibus, & infeudatione contentis, quas hic haberi volo in singulis suis partibus alias pro specificè repetitis, & expressis. Scismatico, aut hæretico cuicumque, vel à fide devio, vel ab ipsa Ecclesia præciso, ejusque sequacibus, aut dantibus ei auxilium, consilium, vel favorem, non dabo quovis modo per me vel alium, seu alios, directe, vel indirecte, publice, vel occulte auxilium, consilium, vel favorem, nec ab aliis, in quantum in me fuerit, si impedire potero, dari permittam, sed eos juxta posse meum, donec convertantur, persequar & invadam. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Tu etiam, & dicti tui in eisdem Regno Siciliæ, & Terra hæredes dabitis Privilegium vestrum Nobis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ Aurea Bullâ bullatum, in quo proprio Juramento fatebimini, & recognoscetis expresse Regnum Siciliæ, & totam Terram ipsius, quæ est citra Farum usque ad confinia ejusdem Romanæ Ecclesiæ, excepta Civitate Beneventana cum Territorio, & pertinentiis suis, quæ Ecclesiæ remanebit eidem, ex sola gratia, & mera liberalitate Sedis Apostolicæ & Nostra tibi, tuisque hæredibus fuisse concessa, Vosque recepisse, & tenere Regnum, & Terram hujusmodi à Nobis, & dicta Romana Ecclesia sub pactis, modis, & conditionibus supradictis. Nolumus autem per præsentes tuis, vel aliorum quorumcunque Juribus, si quæ tibi, & illis in Regno, & Terra prædictis quomodolibet competunt, nullatenus derogari. Nulli ergo &c. nostræ concessionis, confirmationis, & novæ largitionis, Investituræ, infeudationis, Decreti, reservationis, ordinationis, & voluntatis infringere &c. Si quis &c. Cunctis vero præmissa servantibus sit Pax Domini Nostri Jesus Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1458. Quarto Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

ANNO 1458.

Joannes Ortitius.

Ego Isidorus Episcopus Sabinensis, Cardinalis Ruthenus, consensi, & manu propria subscripsi.

Ego Joannes Cardinalis Sancti Sisti consensi, & manu propria me subscripsi.

Ego Antonius Sancti Chrysogoni Presbyter Cardinalis consensi, & manu propria subscripsi.

Ego Latinus Sanctorum Joannis, & Pauli Cardinalis Presbyter de Ursinis consensi, & manu propria subscripsi.

ANNO 1458. Ego Philippus titulo Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Bononiensis consensi, & manu propria subscripsi.
Ego Nicolaus titulo Sancti Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis consensi & manu propria subscripsi.
Ego Petrus titulo Sancti Marci Presbyter Cardinalis Venetiarum Episcopus Vincentinus consensi & subscripsi.
Ego Ludovicus Joannes titulo Sanctorum quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis Segovicensis consensi & manu propria subscripsi.
Ego Joannes titulo S. Priscæ Presbyter Cardinalis Zamorensis consensi, & manu propria subscripsi.
Ego Jacobus titulo S. Anastasiæ Presbyter Cardinalis consensi & manu propria subscripsi.
Ego Prosper Sancti Georgii ad Vellum Aureum Diaconus Cardinalis de Columna consensi, & manu propria subscripsi.
Ego Jacobus Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis consensi, & subscripsi.
Ego Rodoricus Sancti Nicolai Cardinalis Diaconus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice Cancellarius consensi, & propria manu subscripsi.

Exemplata est præsens Copia a Libro intitulato, Bullarum, Confirmationum, & aliarum rerum notabilium præsentis Regni Neapolis folio XXIX. asservato in Magno Regiæ Cameræ Archivo in Camera Prima sub Littera O. scanziæ V. numero CXXVI. cum quo facta Collatione de verbo ad verbum concordat, meliori tamen semper salva. Et in fidem de mandato oretenus Illustris Domini Marchionis Castri novi D. Vincentii Frascone Præsidentis Commissarii subscriptus Magnificus Antonius de Masi Regius Archivarius hic se subscripsit. Datum Neapoli in eodem Magno Regiæ Cameræ Archivo die 14. Junii 1718.

ANTONIUS DE MASI.

L.S.

CCLVII.

1459. 18. Janv. *Bulla* Pii II. *Papæ quâ* Appellantes *à Summo Romano Pontifice ad* Futurum Concilium, *eorumque Consiliarios & Fautores pœnis Excommunicationis, Criminis Læsæ Majestatis Divinæ & humanæ subjicit. Datum Mantuæ 15. Kalendas Februarii, Anno Incarnationis Dominicæ 1459. Pontificatûs sui II.* [Bullarium Magnum Tom. I. pag. 369. col. 2.]

PIUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Execrabilis, & pristinis temporibus inauditus tempestate nostra inolevit abusus, ut à Romano Pontifice, JESU CHRISTI Vicario (cui dictum est in persona beati Petri) Pasce oves meas, & Quodcumque ligaveris super Terram, erit ligatum & in cœlis; nonnulli spiritu rebellionis imbuti, non sanioris cupiditate judicii, sed commissi evasione peccati ad futurum Concilium provocare præsumant, quod quantum sacris Canonibus adversetur, quantumque Reipublicæ Christianæ noxium sit, quisquis non ignarus Jurium intelligere potest. Namque (ut alia prætereamus, quæ huic corruptelæ manifestissime refragantur) quis non illud ridiculum judicaverit, quod ad id appellatur quod nusquam est, neque scitur quando futurum sit? Pauperes à potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent impunita scelera, nutritur adversus primam Sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omnis Ecclesiastica Disciplina & Hierarchicus Ordo confunditur.

§. 2. Volentes igitur hoc pestiferum virus à CHRISTI Ecclesia procul pellere, & ovium nobis commissarum saluti consulere, omnemque materiam scandali, ab ovili nostri Salvatoris arcere, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, cunctorumque Prælatorum, ac divini, & humani Juris Interpretum, curiam sequentium, consilio & assensu, ac certa nostra scientia, hujusmodi provocationes damnamus, & tamquam erroneas ac detestabiles reprobamus, cassantes, & penitus annullantes, si quæ hactenus taliter interpositæ reperiantur, easque tamquam inanes, ac pestiferas, nullius momenti esse decernimus, & declaramus. Præcipientes deinceps, ut nemo audeat quovis quæsito colore, ab Ordinationibus, Sententiis, sive Mandatis quibuscumque nostris, ac successorum nostrorum talem appellationem interponere, aut interpositæ per alium adhærere, seu eis quomodolibet uti.

§. 3. Si quis autem contrafecerit, à die publicationis præsentium, in Cancellaria Apostolica, post duos menses, cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerit, etiamsi Imperiali, Regali, vel Pontificali præfulgeat Dignitate, eo ipso Sententiam execrationis incurrat, à qua nisi per Romanum Pontificem, & in mortis articulo, absolvi non possit. Universitas verò sive Collegium, Ecclesiastico subjaceat interdicto, & nihilominus tam Collegia, Universitates, quàm prædictæ & aliæ quæcumque personæ, eas pœnas ac censuras incurrant, quas rei Majestatis, & hæreticæ pravitatis fautores incurrere dignoscuntur. Tabelliones insuper, ac testes, qui hujusmodi actibus interfuerint, & generaliter qui scienter consilium, auxilium dederint, vel favorem talibus appellantibus, pari pœna plectantur.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum voluntatis, damnationis, reprobationis, cassationis, annullationis, decreti, declarationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Mantuæ Anno Incarnationis Dominicæ 1459. XV. Kal. Feb. Pont. nostri Anno 2.

CCLVIII.

1461. *Lex de Subditis inter se Guerreantibus in Civili per* JOANNEM II. *Regem Aragonum lata Calatajubii Anno* 1461. [Fueros y Observancias de las Costumbres de Aragon. Lib. 9. fol. 185.]

ITem come de alqunos tiempos aca haya acontescido que los guerreantes no solamente en los bienes de aquellos con qui guerrean, mas encora delos otros del Regno, san danos, talas, robos, destruyciones, e metian fuego en Ciudades, Castillos, Villas, Lugares, casas, heredades & bienes d'otros, guerreantes e non guerreantes, e esto sia contra fuero, uso e costumbre del Regno. Por esto statuimos, de voluntad de la Cort, que aquellos, & qualquiere dellos, que las sobreditas cosas o alquna dellas faran, cometran o perpetraran, o mandaran fazer, sian tenidos de satisfer e emendar los danos dados, doblados a la part lesa. E se pueda procedir, e se procida a instancia de la part de qui sera el principal interes, o de los procuradores de los quatro braços e de qualquiere dellos, ensemble con la dita part de qui sera el principal interes, o sin de aquella, de mandamiento de los Diputados del Regno, o de la mayor parte dellos, conque endi haya uno de cada braço, ministrada a ellos primero informacion, por la qual conste del delicto, a expensas del Regno, por el Justicia de Aragon e sus Lugartenientes, e quelquiere dellos por la jurisdiction privilegiada por fuero statuyda contra los Officiales delinquientes en sus Officios contra fuero, brevemente, summaria, simple, e de pleno, sin strepitu e figura de judicio, todas malicias e diffuglos fuera y todas exceptiones empero e defensiones legitimas admesas. Por los quales dannos doblados, se haya e pueda seyer feyta execucion, cohercion e compulsa en los bienes de aquellos qui faran los daños, robos, incendios, e otras cosas sobreditas, que possidran corporalmente en tiempo que qualquiere de los ditos delictos e crimines cometran, o despues, no obstante qualquier donacion o otra alienacion que se ro-

baste

ANNO 1461. baſſe antes del delicto o despues ſeyer feyta de aquellos por los delinquentes. E encora pueda por razon de la emenda de los ditos danos doblados ſeyer preſa la perſona e perſonas de los ditos delinquentes, desque ſera feyta la condenacion, no eſperada la execucion de los bienes: e tanto e tan largamente ſeyer detenidas e preſas, entro a que los ditos danos doblados ſian integramente pagados. Eſta manera de proceyer haya lugar contra los dantes auxilio, favor o ayuda, ſayendo alli preſentes a fazer e perpetrar los ditos crimines. E contra aquellos qui ſcientment receptaran los ditos robos. E contra aquellos qui moneſtados por Judge competent, los condennados de los ditos delictos ſcientment receptaran apres de la dita moneſtacion. Laqual ſciencia ſe haya a provar legitimamente, e contra los bienes de qualquiere dellos, que poſſidran corporalment al tiempo de los ditos crimines e exceſſos o despues, non obſtante qualquiere donacion o alienation que de aquellos ſe troballe ſayar feyta, ſegunque de ſuſo es dito. E en cada uno de los ditos caſos, el qui dano recibira, precedient judicial taxacion, ſia creydo por ſu propria jura de la extima del robo o daños dados, provada primeramente la invaſion o violencia. En eſto empero no entendemos ſeyer compreſos los legitimament guerreantes, ſegun fuero, e valedores dellos que ſe faran daños en cavallos e armas, o en los caſtiellos, lugares o caſas que ſe aſſigneran a fazer guerra. E queremos que el preſent fuero dure foſta tanto, que per nos a nueſtros ſucceſſores de voluntad de la Cort general del Regno, o por la dita Cort ſin nos o nueſtros Succeſſores, con que en cada un braço haya a lo menos, mas de diez perſonas e ocho dias antes ſia por la Cort aſſignado el dito ocheno dia a fazer ladita revocacion, ſia expreſſament mediant carta publica teſtificadera por el Notario regient la ſcrivania de la Cort, preſent el Juſticia d'Aragon, renunciado, el preſent fuero. Queremos empero que ſi los ditos Diputados no recibiran la dita Informacion, o recibida aquella, & conſtando del delicto, no mandaran fazer la acuſation a los ditos Procuradores del Regno, o apres que la havran mandado fazer, feran deſiſtir de aquella, o faran ſobreſayer en aquella, o los ditos Procuratores feyto el dito mandamiento, ne proſeguiran ladita acuſation, que encorran en las peñas de los Officiales delinquientes en ſus Officios contra fuero, delas qualeſ puedan ſeyer acuſados a inſtancia de la part de laquel ſera el principal interes delant el dito Juſticia de Aragon, o ſus Lugartenientes e quelquiere dellos por ladita jurisdiction privilegiada.

Idem.

Item die von Regenspurg sollen hinfüran an Jehren Burkfriedt oder Burckgeding / an Leutten / Guettern / Gerechtigkeiten / Rauchstetten / und andern Sachen von bemeldten Fürsten / seiner Gnad Erben und Nachkommen / unbetrübt / ungeengt / und unbeschwerdt bleiben / derselb Burckfriedt oder Burckgeding und Etter / soll auch also unterschieden / außgezaigt und vermerkt werden / Anfangs von Witzenstain gelegen an der Thonau gegen Knenting über / zu dem Creutz / so am nechsten bey dem Closter Prüfling steht / und von demselben Creutz umb Oechpetner und Kunigswiser hölzer / biß auf den Bürgerberg / zu den hohen Creutzen / fürter von den hohen Creutzen / unß auf Gennsberg / darnach von dem Gennsberg / uns an die Brüthen / zwischen Weinting und Amhausen / und von demselben Ende nach dem Bach der Martein genannt / abwerts auf die Thonau / als fern dan der Bürger und Inwohner zu Regensburg felder sein gelegen / solliches soll an den Grentzen vermärckht werden / und was innerhalb derselben Grantz gelegen ist / soll in solchen Burcfried Grahrenz sambt Kumpfmühl / doch hindangesetzt das Kloster Priel und das Dorff Oechpeten / als fern dieselben zwey stuck mit deren Drauff und Mauer begriffen seyn / wie dan solches mit

(1) La Date manque à cette Piece. Fugger la range sous l'an 1492, & comme il la joint au Traité que le même Roi Maximilien moyenne le 25. Mai 1492. entre l'Empereur Frideric son Pere & le Duc Albert son Beaufrere, il y a lieu de croire, que ces deux Accords se firent en même tems. [DUM.]

ANNO 1492.

ANNO 1492. mit Märckhung nach Nottürfftiger Besichtigung und Verrainung / außgezaigt solle werden / und so man des verainet ist / so soll man solch Außmärckhung mit steinen seylen / an dennen auf einer Seithen / des Bayerlands / und auf der andern Seithen / gegen der Stadt / des Reichs und der von Regenspurg Wapen gemacht seyn / sehen.

Item der Zöll halben am Hoff / soll es hinfuran also gehalten werden / daß kein Bürger zu Regenspurg keinen Zoll am Hoff / von was Kauffmanschafft / guet oder waaren sey / wohin er dieselben von oder zu der Stadt führet / treibt oder trägt / zu geben soll schuldig seyn / Aber der Gäst und Fremden halber / sollen zwey gleichlautende Register aufgericht werden / der jedes mit bayder Theil anhangenden Sigilen bevestigt / und jedweder Theil ains haben / darin / wie füran / von den Gästen und Fremden / Zoll und Mauth genommen werden soll / nach laut der Zoll-Zetl / hiebey beschrieben.

Item wan von seinen Gnaden / Erben / Nachkommen / oder seiner Gnad Landschafft / ein gemeine Landsteuer von dem Landt angeschlagen und zu geben verwilliget wierdt / sollen die von Regenspurg iehrer Gutter halben / in seiner Gnad Fürstenthumb und Herschafften liegendt / die vormahls von altem her steuerbar gewesen / in abnehmung derselben Steuer / mit für Göst geacht / sonder solch Landsteur von Ihnen / wie von Ihr Gnaden aigen Bürgern genommen und eingebracht / also daß dieselbig Steuer nit auf der Bürger von Regenspurg Grund und Güldt gelegt werden.

Item sein Fürstl. Gnad soll die zwey Hauser vor der Prueck / darinnen Mautner und Gegenschreiber wonendt / wieder in Burgers Hendt und Pflicht stellen und bleiben lassen. Item der Juden Fraphayt / Verträg und ander Brieff / in der von Regenspurg klag bestimmet / soll sein Gnad den von Regenspurg wiedergeben und gemeiner Statt überantworten. Item sein Gnad soll die Tafern / Schmid-Statt und Aecker zu Thumbstauffen / mit iehrer Zugehörung / zu ihren handen stellen / und gemeiner Statt die für und für als iehr Aigenthumb lassen.

Item den Schneller der Beckhen / und das Heusel auf der Fuetter Maner / gegen Hoff / soll sein Gnad abthuen / der noch anders kaines daselbst hinsetzen noch machen / sonder die Straß auß der Statt durch den Hoff / und sonst allenthalben / unverengt und frey lassen / wie von alter herkommen ist.

Item die von Regenspurg sollen / mit aller Jehrer Kaufmanschafft / in Kauffen und verkauffen / in seiner Gnaden Land hinfüran ewiglich frey lediglich handeln / und nit als Göst oder außwendig seiner Gnaden Landt / sonder wie seiner Gnad Unterthanen und Hindtersessen / in gemeinen Lands-Poten / Zollen / Mauthen / und sonst allenthalben mit kauffen und verkauffen gehalten werden.

Item es soll hinfür ewiglich am Hoff kain Neuerung / als mit Wochen-Märckhten / Niederlag / Newfart / Lende / krenchbevötigung / und in ander weg / so bishero daselbs mit herkommen / gemacht noch fürgenommen werden. Item die Bekhen am Hoff / sollen mit bachen und verkauffen des Brodts sich halten / wie von alten / biß auf die Zeit / als sein Gnad die Stadt Regenspurg eingenommen / gehalten ist worden. Item sein Gnad soll den Fischern von Regenspurg / das wasser und Fischwayde zwischen Regenspurg und Thumbstauff hinfüran umb einen gebürlichen Jahrzinß verleihen.

Item durch alles und jedes / wie vorstehet / und hernach volget / soll der Stadt Regenspurg / Jhren Bürgern / Jnwohnern / und nemblich Cammerer und Rath / als Magistrat und Defensor der Stadt / an tiehren Rechten / Gerechtigkeiten / Freyhaiten / Privilegien / altem Herkommen / gebrauch und Gewohnheiten / kein Abbruch / Mangel oder Verlezung bestehen / sondern die sollen in ihren Ehren / Würden und kräften vest bleiben.

Umb und für obgeschriebene Schulthaissen-Ambt / Fried-Gericht / Cammer-Ambt / hohe und niedere Gericht / Wandel / Fälle / Zinß / Recht / Gerechtigkeit / Gewalt / Poen / Zwange / Freyheit / Herrligkeit / darein und darzue gehörendt auch alles anders und jedes vorerzehlt / so bemelter Fürst gemainer Stadt Regenspurg / Jehren Bürgern und Jnwohnern / ausserhalb des sy vorhin gehabt / von neuem gegeben / zuegestelt / gelassen / vergönnet / gethon und verwilliget hat / sollen sy zu Bezahlung und Vergnügung / auch iehr Forderung / Klag / Zuspruch / darumb sy zu Rechtfertigung gegen seinen Gnaden / vor dem Künigl. Cammergericht stehen / abthun / und seine Gnaden die Verschreibung umb die 1000 Gulden / für 20000 Gulden von Thonaustauff / auch die 6000 und etlich Gulden / von dem Pfandschafft oder Wiederkauff des Hoffs / und etwan seiner Gnad Gerechtigkeit zu Regenspurg herrührendt / darbey auch den Schuldbrief von Hertzog Christoffen / sambt allen verfallen Gülten und Jnteresse / wie sie dan dem allen in Recht noch lagen / mit sambt kosten und Schäden derhalb erlitten / fallen lassen und begeben / auch die Verschreibung und Haubtbrieff der Schulden obgemelt / mit Nottürfftiger Quitanz seinen Gnaden uberantworten / und darzue seinen Gnaden / und allen seinen Erben / jährlichen geben und raichen auf Zihl und Zeit / von Anfang des kaufs und Vertrags / in ainem Jahr / und nemblich auf St. Georgen Tag 400 Reinischer Gulden / jährlicher Güldt / dargegen zumblich und nottürfftig Quitanz derselben Bezahlung jetztgenannt jährlicher Gült zu empfahen / und ob die von Regenspurg sollich Bezahlung / über des bemeldten Fürsten und seiner Erben willen verzügen / so mügen alsdann Jehr Gnad zwen des Rath darumb rahmen / solliches zu laisten / mit Jehr selbst leiben ꝛc. als in andern Verschreibung auch gebrauchig ist / ANNO 1492. auch haben die von Regenspurg Jnen und gemainer Stadt Regenspurg vorbehalten / daß sy ehegedachter Güldt / gar oder ains Thails von seinen Gnaden / und seiner Gnaden Erben / welches Jahr sy wöllen / ainen jeden Gulden umb 20 Gulden wiederkauffen oder ablösen mügen / doch daß sie solches drey Monath vorhin seiner Gnaden oder Erben verkünden / des sollen Jehr Gnaden denen von Regenspurg stath thun / und nit verwidern / vorbestimbt nachgelassen Geld und verschrieben Güldt soll in Bezahlung / und Vergnügungsweiß / auf allen und jeder ehe geschrieben Articul / Punct und Particul / sa-mentlich und sonderlich / wie gemainer Stadt Regenspurg / jehren Bürgern und Jnwohnern am nutzlichsten / fürträglichsten / und am bästen nütz / jetz und hinfüran syn mag / außgethailt / geschäßt und gefueget werden / drauff soll sich sein Gnad der obgemeldten Schulthaissen-Ambt / Fried-Gericht / Cammer-Ambt / mit allen iehren Zugehörungen / auch alles und jedes / wie vor angezaigt ist / lediglich / gar und gäntzlich verzeihen / und gemainer Stadt die für ledig / frey / aigen und unbekhümerte Guetter und Gerechtigkeit / sambt allen Briefen / Handvesten / Registern / Uhrkunden / und Verschreibungen / darüber lautendt und darzue gehörendt / überantworten / geben und gewehren / offtgemelte Cammerer und Räth / von gemainer Stadt wegen / in leiblich / nutzlich inhaben / gewalt und gewöhr setzen / und biß solches geschieht / von gemainer Stadt wegen inzuhaben / verwillen / und bey seinen Fürstl. Wuerden gereden / daß weder sein Gnad / Erben und Nachkommen / noch jemandt anders / von Jehrer oder Jehrer Herschafft wegen / weder von Aigenthumb / Possess / oder in ander weege / darinn und darauf nichts mehr zu schaffen / gebietten / verbietten / gemaine Stadt iehr Bürger und Jnwohner darin nicht irren / betrüben noch belaidigen / daran / darzue und darnach ewiglich kainerley Klag / Ansprach / Forderung noch Recht niemer haben noch gewinnen sollen / mit oder ohne Recht / auch diesen obgeschrieben Kauff und Vertrag / mit allen seinen Puncten und Articuln / und was im Brief / der darüber soll aufgericht werden / geschrieben steht / zu halten / und darwieder niemernehr zu thun / durch sich selbs oder ander / noch solliches zu thun jemandts verwilligen noch verstatten / sein Gnad soll auch gereden und versprechen / obgemeldte Schulthaissen-Ambt / Fried-Gericht / Cammer-Ambt / mit iehren Zugehörungen und Rechten / auch alles anders und jedes / wie vorgeschrieben ist / in Aigenthumb und Gewehre der Stadt Regenspurg zu allen Zeiten / vor allen Personen / Universitäten und Gemainden / auch vor allen Gerichten / vertretten / fürstehen und richtig machen / und ob Cammerer und Rath / um aines oder mehr der erzehlten stück / in Recht oder sonst fürgenommen / beklagt / und solches seinen Gnaden würden verkündten / soll sein Gnad von stund an den Krieg und die Sachen annehmen / austragen / biß zum Ende / auf sein selbst kostung / ohne gemainer Stadt und iehrer Bürger Engeltnüs / wo aber solcher Fürstand und Austrag nit geschehen würde / oder sein Gnad alles und jedes / wie oben geschrieben ist / niet hielte / darwieder handlete / thete / oder zu thun vergiumet / alsdan sol sein Gnad / der Stadt Regenspurg vorbestimbt nachgelassen Schuldt und Geld / zwifach oder zwispil / in Namen und als ain Poen und Interesse / verfallen seyn / die ohne Verzug ainen Cammerer und Rath / sambt erlitten Kosten und Schäden ausrichten / geben und bezahlen / vorbestimbte Guldt solle auch damit hin und absein / welche Poen / in und bey jedem ehegedachten Artickhel / Clansel und Capitel repetirt und geäffert seyn / und so offt darwieder gehandelt und verbrochen würdt / verfallen / und nit destominder solle alles und jedes / wie oben begriffen ist / so viel und ferr gemainer Stadt Regenspurg / iehren Bürgern und Jnwohnern zu nutz und frominen mag reichen und zu guet kommen / beständig und in allen seinen kräfften bleiben / auch was vorsteht / und sonderlich bestimbt Poen / wieder und gegen seinen Gnaden / Erben und Nachkommen / statt haben / und sy gleichermaß als sein Gnad obligiren und bünden.

Wieder alles und jedes / wie oben verfast ist / soll sein Gnad / Erben und Nachkommen / nit fürtragen / schirmen / helfen / noch befrieden / Pabst-Kayser-Künigliche oder andre Freyhait / Gesetz / Verbot / Gewalt / Gewohnheit / noch Rechte / die sy jetzund haben / oder hinfüran gewinnen / und nemblich sollen die von Regenspurg hierin nicht schuldig seyn / des Rechtens gegen ihnen und iehren Räthen / zu pflegen / sondern mügen sy vor Jehrer Kayserl. Majt. oder Künigl. Würde / oder Jehrer Majt. Kammergericht / fürnemen / rechtfertigen und beklagen / als offt das gemainer Stadt und Jehre Notturfft wil erhaischen.

Item sein Gnad solle die Hochgebohrnen Fürsten / Hertzog Sigmunden / auch Hertzog Christoffen / und Hertzog Wolffgangen / seiner Gnaden Brüder / auch ander / die an vorerzehlten Aembtern / Gerichten und Stücken / einicherley Recht und Gerechtigkeit oder Furspruch vermeinen zu haben / vermögen / daß sy sich der verzeihen / in bestimbten Kauff / Contract und Vertrag verwilligen / also daß solliches auch in der bästen Form in seiner Gnad Brieff verleibt / Jehrer Gnaden Jnsigel daran gehenckt / und alles in 45 Tagen verfertigt werde.

Item sein Gnad soll auch / auf sein selbs Müche / kostung und darlegen / erlangen / daß unser Allergnädigster Herr der Röm. Khünig / von Röm. Khünigl. Macht und Gewalt / wahren und rechtem wissen / mit Bestätigung aller Mangel / auch

ANNO 1492. auch sonst in der bästen Form und Maß zuegeben/ verwilligen/ confirmiren und bestätten/ alles und jedes wie oben stehet/ daß auch der Brief über berührten Kauf-Contract/ Vertrag und Handlung aufgericht/ von wort zu wort/ in seiner Majt. Confirmation und Bestättigungs-Brieff interirr und verleibt werde/ den alsdan sein Genad/ mit sambt dem vermeldten Kauff und Vertrag/ auch andern vorbestimbten Brieven/ einem Cammerer und Rathe/ in gedachter Zeit soll überantworten/ zu ihren Handen stellen und bleiben lassen.

Item wo sein Gnad/ vorbenannter seiner Gnad Brüder Verwilligung/ und Künigl. Confirmation in bestimbter Frist/ und wie vorstehet/ nicht erlanget/ und die sambt den Haubt- und andern Brieven/ den von Regenspurg nicht zu Handen stellen müegen/ alsdann sy iehrem Rechten/ vor dem Künigl. Cammergericht gegen seinen Gnaden weiter nachkommen und prosequiren mügen/ und ob alsdan sein Gnad die von Regenspurg/ ainen Schulthaissen nach seiner Gnaden gefallen aufzunehmen/ ersuechten/ deß sy sich verwiedern und zu recht erbieten würden/ soll sein Gnad sy bey solchen erbieten lassen bleiben. Datum &c.

CCCI.

1494. 17. Mars. *Investitura* MAXIMILIANI I. *Romanorum Imperatoris collata* MARIÆ *Dispotæ Serviæ, Marchionissæ Montisferrati pro* GULIELMO *Filio suo Primogenito de universâ Marchiâ Montisferrati, ac signanter de Turri, Insulis propè Frasmetum, Ponto Cartoxio, Pareto, Montalerio, Altari, Dego, aliisque locis, & castris in Privilegiis, atque Investituris* CAROLI IV. WENCESLAI, FRIDERICI IV. *nec non* SIGISMUNDI *Romanorum Imperatorum comprehensis atque expressis; quâ simul occupationes certorum Feudorum Regalium per alios quoscunque extortas, vel indebitè obtentas cassat, & irritat, ac Privilegia & Libertates ipsius Principatui ab Imperatoribus ullo tempore concessa renovat, & confirmat. Datum in Oppido Innsprugk* 17. *Martii Anno* 1494. *Regnorum suorum Romani IX. Hungariæ IV.* CUM *Privilegiis* WENCESLAI *datis Pragæ* 17. *Martii Anno* 1384. *Indictione VII. Regnorum suorum, Bohemiæ XXI. Romanorum VIII.* NEC NON CAROLI IV. *Pisis* 10. *Maii Anno* 1355. *Indictione VIII. Regnorum suorum IX. Imperii II. Item Lucæ* 8. *Maji* 1369. *Indictione VII. Regnorum suorum XXIII. Imperii XIV.* UTI ET QUINQUE ALIIS FRIDERICI IV. *Primo, & Secundo in Novâ Civitate* 14. *Maji* 1464. *Regnorum suorum Romani XXV. Imperii XIII. Hungariæ VI. Tertio, Ferrariæ* 1. *Februarii* 1469. *Regnorum suorum Romani XXIX. Imperii XVII. Hungariæ X. Quarto, in Oppido Innsprugk* 8 *Julii* 1485. *Regnorum suorum Romani XLVI. Imperii XXXIV. Hungariæ XXVII. Quinto, in Oppido Norimbergæ* 6. *Septembris* 1487. *Regnorum suorum Romani XLVIII. Imperii* XXXV. Hungariæ XXIX.* AC DENIQUE SIGISMUNDI. *Heidelbergæ* 20. *Septembris* 1414. *Regnorum suorum Hungariæ XX. Romanorum V.* [Sur l'Original qui se conserve dans les Archives Archiducales de Mantoue.

MAximilianus Divina favente Clementia Romanorum Rex semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Barbantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lymburgæ, Lucemburgiæ, & Gheldriæ, Comes Flandriæ, in Habsburg, Tirolis, Ferretis in Kiburg, Artheſii, & Burgundiæ, Palatinus Hanoniæ, Holandiæ, Zelandiæ, Namurci, & Zutphaniæ, Marchio Sacri Romani Imperii, & Burgoviæ, Lantgravius Alsatiæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, Salinarum, & Mechliniæ &c. ad perpetuam rei memoriam. Regalis dignitatis gloria, ejusque virtutis munificentia tanto amplioribus laudibus decoratur tantoque latioribus honorum titulis adornatur: quanto gratiosius benigniora munera fuderit in subjectos. Et licet nobis innata clementia generaliter erga quoslibet nostros, & sacri Imperii fideles, & benemeritos liberalis existat; ad illos tamen munificentiæ dexteram liberalius dignatur extendere, quos pro suæ Majestatis Sacrique Imperii honoribus, commodis, & profectibus fama celebris diutius illustravit, & ferventioribus studiis testatur insudasse. Sane cum pro parte Illustris Bonifacii Marchionis Montisferrati, Principis, & Consanguinei nostri carissimi per spectabiles nostros, & Imperii sacri fideles dilectos Benevenutum de Sancto Georgio, Joannem Tartonensem, & Urbanum de Serralonga Cives Albenses, ejus ad hoc transmissos Oratores, forer humiliter supplicatum, quod cum nuper clare, & immortalis memoriæ Fridericus Romanorum Imperator, ac genitor noster colendissimus sic disponente Altissimo in fata concesserit, cui annuente summo opifice nos successimus in dignitate, cognovit ita officii sui esse nos de universis suis Statu, Marchionatu, Privilegiis, gratiis, muneribus, ac aliis Juribus quibuscumque eidem Marchioni suisque anteceſſoribus, & Progenitoribus à nostris Prædeceſſoribus, & Romano Imperio collatis recognoscere, & debitum fidelitatis juramentum prestare. Cumque ad præsens prout optaret nostri culminis præsentiam cum propter ejus senectutem, tum propter viarum discrimina, & locorum distantiam absque Status sui detrimento, & jactura non modica pro universa Marchia, & Principatus dignitate, & quibuscumque suis à nobis suscipiendis, & recognoscendis Feudis adire non valeat; Sibi in primis, & eo defuncto ex nunc, prout ex tunc, Illustri Gulielmo Joanni ejus Primogenito Marchiam Universam, Principatum, ac omnia, & singula Feuda, & Feudalia in quibuscumque consistant Locis, que ad ejus Marchionatum, Principatum, & Dominium juste, & debite spectarunt, & pertinuerunt, & de presenti spectant, & pertinent, & per ipsum Marchionem tenentur, & possidentur queve ab aliis illicite, & indebite occupantur, dignaremur gratiosius concedere, investire, & in Feudum nobile, antiquum, & paternum, ac avitum conferre. Nos igitur qui quorumlibet honesta petentium vota libenter complectimur ad præmarratas causas respectum habentes præfato Bonifacio Marchioni Montisferrati Principi, & Consanguineo nostro charissimo statueramus annuere; verum pro humana fragili conditione Eterni Dei Lex certa effecit, quod is Illustris Princeps Bonifatius Marchio spiritum, quem precario possidebat, Creatori religiosissime restituit, posteaque Oratores predicti ad nos applicuerunt, prius tamen quam debitum fidelitatis juramentum prestiterint, & à nobis fuerint investiti, doluimus profecto tam nostri, quam Sacri Romani Imperii causa, eum Principem, & Consanguineum amisisse, qui, & sui Majores nobis, & Anteceſſoribus nostris stricta necessitudine conjuncti ex totis plenis sinceris affectibus, & ex deditissimo corde omnique promptitudine, ulla absque intermissione, obsequium, venerationem, obedientiam simplicem, studiosam, ac integram Sacro Romano Imperio prestitere, plurimaque preclara facinora ad amplificandam tuendamque Imperialis nominis dignitatem gessere; & denique nihil unquam privatum suum commodum duxere quod Imperiali commodo foret alienum: Arbitratique sumus nostræ, & Sacri Romani Imperii dignitati plurimum convenire, prefati Marchionis conjugi prolique relictis largiori, & liberali manu gratias, & beneficia prestare. Igitur rationem habentes cum prefatorum meritorum, tum quod prefato Illustri quondam Bonifacio Marchioni divus quondam Genitor noster conjugio junxit stabili propriamque dicavit Uxorem Illustrem Mariam Dispotam Servie, consanguineam nostram dilectam, cujus laudabiles, & ingenuos mores, prudentiam summam, & in agendis probatam experientiam, etsi nota haberemus, cum in eisdem paternis Laribus vitam mutuam duxerimus, ex eo etiam, quod in gubernando, & administrando, sic jubente prefato Bonifacio Conjuge adeo probe, & cum omnium laude immo admiratione se habuit, quod veluti lucerna super Candelabrum lumen suum longe diffudit, atque patefecit, magis comprobatos habemus, quod summæ leticiæ cedit nobis. Cum maxime consideramus ex ea in lucem proveniſſe fecundam prolem, que Divino quodam nutu, & munere ab alto demissa cælo familiam illam Illustrem pene extinctam reviviscere fecit. Cujus quidem Prolis, & status

ANNO 1494.

* Ou plûtôt XXXVI. [Dum.]

ANNO 1494. ſtatus univerſi ob fidem probatam, animi fortitudinem, & in agendis, gubernandisque conſilium, & prudentiam, Tutricem, Curatricem, ac Gubernatricem, Teſtamentaria Conjugis diſpoſitione relictam, necnon à divo quondam Genitore noſtro, & nobis confirmatam, exploratum habemus. Quamobrem eosdem Oratores munificentia noſtra vacuos proprios repetere Lares indecens arbitrantes, animo deliberato, ſano quoque noſtrorum, & Imperii Sacri Principum aliorumque Procerum fidelium ad id accedente conſilio, auctoritate Romana Regia, & ex noſtra certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis etiam abſolute prefatam Marchiam, atque Principatum, ac omnia, & ſingula ſupradicta Feuda, & Feudalia à nobis, & Sacro Romano Imperio quovis modo dependentia, cum univerſis, & ſingulis attinentiis, ac mero & mixto Imperio, etiam jurisdictionis exercicio temporalis, necnon univerſis ſuis juribus, honoribus, & conſuetudinibus, obſervantiis, & pertinentiis auctoritatibus, facultatibus & officiis quemadmodum ſui Predeceſſores Montisferrati, & preſertim Gulielmus Marchio, dicti Bonifacii Predeceſſor hactenus illa poſſederunt, & exercuerunt: Ac de aliis quæ per alios quoscumque, quacumque dignitate etiam Ducali fulgentes, injuſte, & indebite occupantur, & detinentur, prefatæ Illuſtri Mariæ Tutrici, Curatrici, & Gubernatrici Conſanguineæ noſtræ cariſſime, abſenti veluti præſenti, nomine, & vice filii ſui Illuſtris Gulielmi Primogeniti Marchionis Montisferrati pro ſe ſuisque hæredibus, & ſucceſſoribus in Feudum nobile, antiquum, & paternum, & avitum conferimus, & aſſignamus, & inveſtimus de premiſſis expreſſe jam dictis, motu proprio, auctoritate, ſcientia, & poteſtate, & Principum accedente conſilio, intelligentes tamen: ut is Illuſtris Gulielmus Primogenitus Marchio cum ad etatem perfectam viginti quinque annorum pervenerit, & à nobis fuerit requiſitus, Sacro Romano Imperio, & nobis debitum preſtare debeat juramentum fidelitatis. Et ſignanter ex prædictis auctoritate, & ſcientia ac poteſtate præfatam Illuſtrem Mariam Tutricem, Curatricem, ac Gubernatricem, Conſanguineam noſtram nomine dicti Illuſtris filii ſui Gulielmi ſuorumque hæredum, & ſucceſſorum inveſtivimus, & inveſtimus de Locis, & Caſtris comprehenſis, & expreſſis in Privilegiis, & Inveſtituris ſequentibus, videlicet in duobus Privilegiis Caroli quarti Romanorum Imperatoris, per Wentceſlaum Romanorum Regem confirmatis. Et in ſingulis aliis Litteris ipſis Marchionibus Montisferrati à prefato Carolo quarto, Wentceſlao, Sigismundo, & Friderico tertio Romanorum Imperatoribus, & Regibus prædeceſſoribus noſtris datis, conceſſis, & confirmatis, quarum tenor per omnia ſequitur, & eſt talis. Et primo Wentceſlai. Wentceſlaus Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Boemiæ Rex. Notum facimus tenore preſentium Univerſis &c. pro parte Illuſtris Theodori Marchionis Montisferrati Principis, & Conſanguinei noſtri dilecti oblata Serenitati noſtræ peritio continebat. Quatenus ipſum, hæredes, & ſucceſſores ſuos, Terras, Dominia, & bona ſuà ſingula in noſtram, & Sacri Romani Imperii protectionem, tuitionem, & defenſionem gratioſe aſſummere, ſibique, & eisdem hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis omnes gratias, honores, libertates, donationes, tranſlationes, Privilegia, & Beneficia per Predeceſſores noſtros divos Romanorum Imperatores, & ſpecialiter per Sereniſſimum quondam Principem, & Dominum Dominum Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Bohemiæ Regem, Dominum & Genitorem noſtrum cariſſimum, & maxime duo Privilegia ejusdem Domini Genitoris noſtri Predeceſſoribus ejusdem Marchionis Montisferrati conceſſas, & conceſſa, factas, & facta, confirmare, ratificare, approbare, innovare, auctorizare, & de novo concedere de benignitate ſolita ſpecialis munificentiæ gratia dignaremur. Quorum quidem Privilegiorum tenor unius ſequitur in hæc verba. In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis feliciter amen. Carolus quartus Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam. Inter inſignes Majeſtatis Ceſaree actiones que pro ſubditorum profectibus vigilanti ſolicitudinis ſtudio quottidie disponunt; hæc ſibi precipuum locum vendicant in agendis hæc conantur talibus laudum inſigniis venerari, ut quorum gradum ſublimiorem, quorumve amorem ſanguinis proximiorem, ac utilitatem notabilem pro ipſorum fidei, & devotionis conſtantia ve-

ANNO 1494. nientem conſpiciunt, ad illorum exaltationem magnificam, & ſtatum honorabilem ex intimis proſequendum intendant. Nam quanto magis hù fuerint honorum, & graziarum faſcibus honorati, tanto Imperialis Magnificentia inter eorum agmina reſplendebit potentior, & honorum quorumlibet felicia ſuſcipiet incrementa. Sane licet tam Illuſtris Johannes Marchio Montisferrati, Princeps, & Conſanguineus noſter dilectus, ac pro Sacra noſtra Imperiali Majeſtate Papiæ &c. Vicarius, nonnullas gratias, privilegia, libertates, Immunitates, Conceſſiones, Donationes, Honores, Jurisdictiones, & Jura tam ſuper Marchionatu, ſive Terra Marchionali Montisferrati, quam cæteris univerſis, & ſingulis Terris, Caſtris, Civitatibus, Juribus à pluribus recolendæ memoriæ Divis quondam Imperatoribus, & Regibus Romanis, Magnificis prædeceſſoribus noſtris, quam ſimiliter quondam Aledramus primus Marchio Montisferrati, & alii Anteceſſores ipſius Johannis Marchionis habuerant, & habuiſſe noſcuntur, ut tamen idem Johannes Marchio tanquam benemeritus, & Conſanguineus noſter dilectus, quem nedum in hiis, ſed aliis Gratiarum largitionibus manu munifica, attenta ſuæ probitatis, & fidei immota conſtantia, in qua nobis, & Sacro Imperio ſe exhibuit notabiliter fructuoſum, gratioſe tenemur attollere, per Imperialis culminis graciam ſe videat uberius conſolarum, propter quod ad impendendum in antea nobis, & ipſi Sacro Imperio continuata obſequia fortius inflammetur. Nos de innata Clementia que preſto eſt omnibus affluenter, & præſertim illis, quos amor ſanguinis, & alia opera virtuoſa, ac probata Magnanimitas conſtituunt cariores, dicto Johanni Marchioni, & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus maſculis, & feminis ultra prædicta donamus, concedimus, & conferimus motu proprio gratioſe de Imperatorie plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia, omnia & ſingula Caſtra, Civitates, Loca, Oppida, Burgos, Vicos, Caſtramental, Villas, Poderia, Terras, & Jura inferius denotatas, & denotata, cum omnibus, & ſingulis honoribus, mero, & mixto Imperio gladiique potestate, ac Jurisdictionibus omnimodis, Vaſſallis, Vaſſallatibus, Servitutibus, fructibus, obedientiis, cenſibus, recognitionibus, pedagiis, gabellis, & Theoloneis, portubus, pontibus, poſſeſſionibus, Montibus, Vallibus, Planitiebus, Fluminibus, & Aquis ibidem exiſtentibus, & decurrentibus tam origine, quam decurſu, Rippis, Rippaticis, Moltis, Glareis Auri, & Argenti foditionibus, ſilvis, Boſchis, pilchationibus, Venationibus Beſtiarum, & Volucrum, Molendinis, Furnis, Pasquis, Mercatis, Gabellis, collectis quibuscumque impoſitis, & imponendis perſonis, & hominibus, rebus, & Juribus quibuscumque, & quocumque nomine cenſeantur, cum omnibus honoribus, pertinentiis, & utilitatibus quibuscumque ad ipſa loca, Caſtra, res, & bona ad Sacrum Romanum Imperium ſpectantibus quovis modo: Quorum locorum, Oppidorum, Caſtrorum, Civitarum, Villarum nomina ſunt hæc: Seravalle, Stazanum, Arquate novæ, Poſolium, Nazanum, Reportum, Caſalegium, Caſtelletum de Valle, Urbe, Caſtrum Ferri, Salvanum, Lerma, Montandellus, Gua, Pedagium, Roxiglovum, ambo Carpaneta, Montaldus, Rocharondanaria, Talous, Cohille, Sezadium, Caſtrum novum, Forum, Garnundium, Marengum, Frialorum, Alexandria cum pertinentiis, Caxinæ prope Burmidam, Septembrium, Ripalta, Urſaria, Vixonum, Civitas Aquis cum pertinentiis, Alex. Ricaldodum, Marenzana, Monsbarutius, Brunum, Inciſa cum pertinentiis, Caſtrum novum, Cerretis, Bergamaſcum, Carentinum, Rocheta juxta Tanegrum, Montaldus, Umez, Cortexelle, Nicia, Rocheta, Ponlefya, Calamendrana, Caxinachum, Montabonus, Tertium, Beſtagnum, Ronchgenarium, Caſtelletum, Canatorium, Ponzonum, Meladium, Monſcreſentus, Bubium, Sancta Jullia, Sexanium, Sanctus Stephanus, Coxanium, Celulæ, Venco frane, Manganum, Louazolum, Curtismilia, Monsfortis, Novellum, Camerana, Mons Barcherius, Boſolaſcum, Primetum, Gobenziaſchum, Valangium, Salocedum, Locexi, Marxilia, Grualia, Archasmum, Monsdonixi, Nocetum, Altemezanti, Mulaſanum, Fareglanum, Doglanum, Charaii, Vinolium, Rochaguidonis, Rochasperavaria, Vinay, tota Vallis Stùrana, Item omnes illas cohortes in deſertis locis conſiſtentes à Flumine Tanagri usque ad Flumen Urbe, & ad littus maris Felizanum Quatorde, Rochas-

ANNO 1494: chaſpuerium novum, Rivus Francolius, Curtacomarium, Caſtagnolæ, Viarixium, Altavilla, Fibine, Cucharum, Quargnentum, Luſanctus Salvator, Genzanum, Monſcaſtellus, Pezetum, Valentia, Monſpomarium, Gerole, Lazaronum, Baldeſcum, Mirabellum, Caſtrumgrane, Occimianum, Burgus Sancti Martini, Ticinetum, Bremide, Fraxinetum cum pertinentiis, Caſale Sancti Evaxii, Paxilianum Salmatia, Sanctus Jorius, Ozanum, Juravigia, Ruxignanum, Celle, Conzanum, Camagna, Vignale, Fraxinellum, Caſurtium, Mons magnus, Sancta Maria in Grana, Grazanum, Tilium, Olivola, Grafagnanum, Sala, Cerexetum, Trivilla, Torcellum, Cuniolium, Pons Cuniolii, Pons Sturiæ, Caminum, Selongellum, Buſaſchetum, Caſtrum Sancti Petri, Rocha, Gabiarum, Mirolium, Monceſtinus, ambo Odolenga, Malavengum, Roxingum, Ceretum, Monsbellus, Caſtelletum, Ponzanum, Creda, Cardalona, Monſcalvus, Calianum, Mota, illorum de Paliis, Jongum, Fringum, Alfianum, Durbetum, Lauretum, Villa Muniſengum, Montilium, Scandaluzia, Ringum, Caſtrum Leonis, Curcavagnum, Cunigum, Cochonatum, Broxolum, Rorbella, Marcorengum, Verrucha, Tonengum, Cochinitum, Aramengum, Prunellum, Scaranum, Marmorinum, Paſtaranum, Cerretum plebata, Caſtrum vetus, Caprilium, Bagnaſchum, Maxnile, Montaſia, Mondonicum, Pinum, Caſtrum novum, Butiglieria, Marchuroſium, Retortum, Podiverinum, Rippa, Monsrotundus, Lovencitum, Monschuchus, Poglanum, Albugnanum, Brezanum, Cinzanum, Monsbellus della fraſcho, Marentinum, Vernanum, Rivalba, Solze, Tondonitum, Panarolium, Bandiſerium Montexolium, Sanctus Maurus, Caſteglonum, Cordua, Oſterum, Polmoncellum, Gaxenum, Bozolinum, Sanctus Raphael, Caſtignetum, Tribia, Monsmajor, Sanctus Sebaſtianus, Reate, Caſtrum Bergonum, Labrianum, Mons acutus, Plaſium, Covagnolium, Viſterinum, Bruſaſchum, Quaradoglaſ, Creſentinum, Fontanetum, Palaſolium, Tridinum, Moranum, Plancheta, Treſcerri, Blanzate, Liburnum, Salugia, Ciglanum, Monscrapeilus, Burgarum, Azelium Albianum, Clavaranum, Andrate, Monstaldus, Monſtrutus, Septinium, Caſtrum Uzonium, Civitas Uporegie, cum pertinentiis Borolium, Padonum, Romanum, Strambinum, Marcenascum, Candea, Caſtiglionum, Voiſche, Mazadium, Rondozonum, Caluxenum, Baronum, Orium, Montalenge, Sanctus Georgius, cum Curte Foglicium, Cuſilium, Anſegna, Parella Caſtrum novum, Agladium, Caſtrum Aymont, cum pertinentiis Ripparolium, Fabricha Ripparia, Rocha, Chorium, Barbaria front, Rippa rubea Lombardiorum, Vulpianum, Branditium, Sanctus benignus, Montenarium, Verrolengam, Clavaxium, Septimum, Laynicum, Caſelle, Sanctus Morixius, Ciriachum, Lancemy, cum pertinentiis, Belongerium, Alceſanum, Durventum, Jovelletum, Baratonia, Planitiæ, Fianum, Colegnum, Brionum, Burgarum juxta Taurinum, Salengæ, Procaſchum, Braynaſcum, Secuxia, Aviglana, Ripole Civitas Taurini, Vigorium, Vignovum, Cahorium, Miradolium, & Banolium. Item tota Terra citra montes, verſus Lombardiam, a paſſo Bovenzono usque ad Barges. Item donamus, concedimus, & conferrimus prout ſupra eidem Marchioni, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus ut ſupra omnia & ſingula Loca, Caſtra, Terras, & Burgos exiſtentes, & exiſtentia in confinibus, & circuitibus, & pertinentiis Montisferrati, & cum hoc omnia, & ſingula Loca, Caſtra, Terras, & Homines quos, quas, & quæ habent, tenent, & poſſident, aut de jure habere, tenere, & poſſidere deberent, & poſſent omnes, & ſinguli nati, & deſcendentes ex progenie dicti quondam Aledrami primi Marchionis ut præmittitur. Nec non fidelitates, & fidelitatis Vaſſallatus, & ſuperioritates, & ſuperioritatis Dominia omnium, & ſingulorum predictorum, & eorum qui de eadem progenie ſunt, in quibuscumque Locis ſint, & conſiſtant, & potiſſime Marchionum de Carreto de Ceva, de Cravexana, de Boſcho, de Ponzono, de Buſcha, de Garrexio, de Inciſa, omnium de Progenie predicta, & aliorum omnium ſi qui forent. Preterea damus, & concedimus, & conferimus dicto Marchioni, & ſuis heredibus, & ſucceſſoribus ut ſupra omnia, & ſingula Loca, Caſtra, Terras, & homines, quos, quas, & que habent, tenent, & poſſident, aut de Jure habere, tenere, & poſſidere deberent, & poſſent Comites de Maximo, de Cavaglara, de Valperga, & de Sancto Martino. Nec non fidelitates, & fidelitatis Vaſſallatus, & ſuperioritates, & ſuperioritatis dominia omnium, & ſingulorum predictorum. Ita videlicet, quod omnia illa Loca, Caſtra, Bona, Terræ, res, & Jura, & Dominia ex predictis, & quolibet eorundem, que ſunt de proprietate, & Dominio noſtro immediate, & Sacri Romani Imperii ipſi Marchioni, hæredibns, & ſucceſſoribus ſuis ut ſupra in Proprietatem; Quidquid vero in feudum eſt, vel eſſe debet, aut etiam in retrofeudum in premiſſis, hoc in rectum, & nobile feudum de novo ut ſupra damus, concedimus, & largimur. Et nihilominus fidelitates, jura, Vaſſallatus, & ſuperioritatis Dominia, nec non merum, & mixtum Imperium, & gladii Poteſtatem, & omnimodam jurisdictionem, & ejus imponendi collectas, & exactiones quascumque, ac omnia jura, & godimenta quecumque nobis, & ipſi Romano Imperio competentes, & competentia in dictis rebus, & Locis, Caſtris, terris, Civitatibus, Oppidis, & Curtibus eorundem, & quolibet eorum, & in bonis, & perſonis, ac hominibus, & in Marchionibus, & Comitibus antedictis, & in feudis, fidelitatibus, & ſuperioritatibus ſupradictis, & quolibet eorundem ex certa ſcientia, de Imperialis plenitudine poteſtatis, & de ſpeciali gratia irrevocabiliter damus, & transferimus in Marchionem prefatum, ejusque heredes, & ſucceſſores prædictos, & in prædictis & quolibet prædictorum ipſum, & ejus hæredes, & ſucceſſores ut ſupra eſſe, & haberi volumus loco noſtri. Dantes, & concedentes de ſpeciali gratia poteſtatis noſtræ plenitudine dicto Marchioni, & ſuis heredibus, & ſucceſſoribus ut ſupra licentiam, Bayliam, & auctoritatem intrandi, & aprehendendi quandocumque, & quomodocumque tenutam, & corporalem poſſeſſionem, vel quaſi omnium, & ſingulorum conceſſorum, donatorum, & tranſlatorum ut ſupra, ſine requiſitione, & auctoritate alicujus ſuperioris Preſidis, Rectoris, Judicis, vel cujuſlibet Magiſtratus, ad omnem dicti Marchionis, & heredum, & ſucceſſorum liberam voluntatem, non obſtantibus in predictis, & quolibet predictorum aliquibus juribus, conſuetudinibus, gratiis, privilegiis, Inveſtituris, Conceſſionibus, Confirmationibus, Litteris, ſeu Reſcriptis, generalibus, vel ſpecialibus in contrarium factis, vel fiendis, conceſſis, vel concedendis alicui Civitati, vel Communi, vel ſingulari perſonæ, Collegio, vel Univerſitati, etiamſi oporteret de eis, vel aliquo ipſorum de Jure ſpecialem. fieri mentionem. Quibus omnibus in quantum obviarent preſenti noſtræ conceſſioni, Donationi, & Tranſlationi, in toto, vel in parte, de dictæ plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia tenore preſentium derogamus, niſi expreſſe de verbo ad verbum de toto tenore preſentis conceſſionis in dictis Privilegiis, Reſcriptis, gratiis, vel litteris, ſeu Inveſtituris, confirmationibus, vel conceſſionibus ſpecialis mentio facta foret, vel fieret. Omnem etiam deffectum, in ſolempnitate, vel aliter ſiquis in tranſlatione, donatione, & conceſſione hujusmodi interveniſſet forſitan, quovis modo ſupplentes tenore preſentium, motu proprio, & de Imperialis plenitudine poteſtatis, ſalvo ſuperioritatis Dominio, quod Nobis, & Sacro Imperio in prefatum Marchionem, hæredem, & ſucceſſores ſuos competit tanquam in Principes Imperii, & fideles. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum Donationis, Collationis, Conceſſionis, & tranſlationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem noſtram Imperialem, & penam mille Marcarum auri optimi componendarum, ſe noverit graviter incurſurum. Quarum medietas Fiſco noſtro Imperiali, reliqua vero medietas dicti Marchionis, vel heredum, & ſucceſſorum ſuorum uſibus veniat applicanda Decernentes nihilominus irritum, & inane ſi quid contra premiſſa à quoquam quavis temeritate contigerit attemptari. Signum ſereniſſimi Principis, & Domini Domini Caroli Quarti Romanorum Imperatoris Inviciſſimi, & Glorioſiſſimi Bohemiæ Regis. Teſtes hujus ſunt Venerabiles, Arneſtus Pragenſis, & Joannes Piſani Archiepiſcopi, Joannes Olomucenſ., Gerhardus Spirenſ., Marchandus Auguſtenſ., Benignus Glomaclenſ., & Joannes Emonenſ. Eccle-

ANNO 1494.

ANNO 1494. Ecclesiarum Episcopi, nec non Illustres, Nicolaus Oppavienſ., Otto Brunsvicenſ., & Bolko Falkembergenſ. Duces, ac Spectabiles Joannes Nurembergenſ. Burkardus Magdeburgenſ. Imperialis Curiæ Magiſter, & Heinricus de Silberzburgh Comites, & alii quoque plures fide digni. Præſentium ſub noſtræ Majeſtatis Imperialis ſigillo, teſtimonio Litterarum. Datum Piſis Anno Domini milleſimo, trecenteſimo, quinquageſimo quinto, Indictione octava, ſexto Idus Maii, Regnorum noſtrorum anno nono, Imperii vero primo. Tenor quoque alterius Privilegii ſequitur in hæc verba. In nomine Sancte, & Individuæ Trinitatis feliciter Amen. Ad perpetuam rei memoriam Carolus Quartus Divina favente, Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, Illuſtri Johanni Marchioni Montisferrati Principi Conſanguineo, & fideli ſuo dilecto Gratiam ſuam, & omne bonum. Chariſſime Conſanguinee, Imperialis noſtra Serenitas, grata deliberatione ſuorum Fidelium, ita Gratias à Celſitudinis grato beneficio erogare conſuevit ſubjectis ſibi fidelibus, & quotidianis beneficiis large tribuere: ut quod uni erogatum fuerit, vel pluribus ab Imperiali largitate donarum, nulla ratione prejudicet Juribus, Privilegiis, aut impetratis gratiis aliorum. Sane cum, prout ex tuæ ſupplicationis tenore Celſitudo noſtra recolligit, tu metum habeas, aut aliqua ſuggerente tibi ratione formides, quod adverſum te Jura, Privilegia, Libertates, Imunitates, & Gratias quibus Principatus tuus a Diva Majeſtate clariſſimorum Cæſarum ab antiquo inſignitus exiſtit, & quibus clare memoriæ progenitores tui fruiti ſunt hactenus, & tu frueris, & auctore Domino in antea felicius perfrueris, aliqua forſitan per quoscumque ex importunitate petentium errore, oblivione, vel ignorantia impetrata ſint hactenus, aut in futurum, non absque tuo hæredum, & ſucceſſorum tuorum Marchionum Montisferrati, & ejusdem Principatus, & Marchionatus prejuditio, impetrari valerent, ſicut hæc oblata per te ſupplicatio plenius, & ſufficientius diſſerebat. Nos intentione tua inſpecta diligentius, & in examen provide diſcuſſionis adducta, rite perpendentes petitiones hujusmodi de fonte rationis, & juſtis titulis emanaſſe, animo deliberato, ſano Principum, Comitum, Baronum, ac Procerum Sacri Imperii, & noſtrorum Fidelium accedente conſilio, de certa noſtra ſcientia, & de Imperialis Poteſtatis plenitudine tibi, hæredibus, & ſucceſſoribus tuis Marchionibus Montisferrati, & eidem Marchionatui, & Principatui imperpetuum omnia hujusmodi Jura, Privilegia, Litteras, Immunitates, & Gratias in omnibus ſuis Sententiis, punctis, clauſulis, & tenoribus de verbo ad verbum, prout ab Imperiali Majeſtate, & Sacro Romano Imperio obtenta, & obtente ſunt, & ſicut in talium poſſeſſione legitima tempore transacto fuiſti, & adhuc fore dignoſceris, & prout uſu ſunt utentium approbata, nunc de novo concedimus, approbamus, ratificamus, & Imperialis largitatis munificentia confirmamus, decernentes, & hoc Imperiali perpetuo ſtatuentes Edicto quod omnia, & ſingula Privilegia, & Littere que quibuscumque cujuscumque preheminentiæ, ſtatus, gradus, ſeu conditionis exiſterent, à Celſitudine noſtra adverſum Jura, Privilegia, Libertates, Imunitates, & gratias tibi, hæredibus, & ſucceſſoribus tuis conceſſa, vel conceſſas, impetrata, ſeu impetrare fuiſſent, ſeu in futurum impetrare contingeret, ſub quacumque forma verborum, irrita, inania, & invalida, irrite, inanes, & invalide ſint, & eſſe debeant, & nullius penitus roboris vel momenti. Nam eisdem Privilegiis, & Litteris in omnibus ſuis tenoribus, ſententiis, punctis, & clauſulis de verbo ad verbum prout ſcripta, ſeu ſcripte ſunt, ac ſi preſentibus ad plenum inſerta, & inſerte exiſterent, etiamſi de eis in preſentibus jure, vel conſuetudine deberet fieri mentio ſpecialis, ſi, & in quantum antedictis tuis Marchionatus, & Principatus tui Montisferrati Juribus, Privilegiis, Litteris, Imunitatibus, Libertatibus, Gratiis, & obſervantiis uſu approbatis utentium in toto, vel in aliqua ſui parte nocere, & adverſari cenſentur, de Imperialis poteſtatis plenitudine, ac de certa noſtra ſcientia derogamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ conceſſionis, approbationis, ratificationis, confirmationis, decreti, ſtatuti derogationis, & penarum adjectionis paginam infringere, vel ei auſu temerario quomodolibet contraire. Siquis autem contrarium attemptare præſumpſerit indignationem noſtram, graviſſimam, & penam quinquaginta librarum auri puriſſimi totiens quotiens contrafactum fuerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem Imperiali noſtro Fiſco ſeu Ærario, reliquam vero partem injuriam paſſorum uſibus decernimus applicari. Signum ſereniſſimi Principis & Domini, Domini Caroli Quarti Romanorum Imperatoris Invictiſſimi, Glorioſiſſimi Bohemiæ Regis. Teſtes hujus rei ſunt Reverendiſſimus Pater Dominus N. Portuenſ. Epiſcopus, Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Venerabiles Johannes Olomucenſ. Imperialis Aulæ Cancellarius, Robertus Cameracenſ., Lampertius Spirenſ., Agapitus Eſculan., Evordo Aquen., & Johannes Spoletan. Eccleſiarum Epiſcopi, Illuſtres Rubertus Lignoenſ., Heinricus Lituaniæ Duces, & Johannes dictus Sobieſlaus Marchio Moraviæ, ſpectabiles Johannes de Absberg, Franciscus de Prato, Comites, Nobiles Bernardus, & Jaroſlaus Advocati de Donyn, Petrus de Wartemberg Imperialis Curiæ Magiſter, Bozkolde de Vorlhartuz Imperialis Curiæ Mareſcallus, Andreas de Duba Imperialis Cameræ Magiſter, Beneſchius, & Johannes de Wartemburg, Groaſpardus de Ubaldinis, Franciſcus de Caſalibus, & Maſſius de Petramala, nec non quam plures alii noſtri, & Imperii Sacri Nobiles, & fideles. Preſentium ſub Imperialis Noſtræ Majeſtatis ſigillo teſtimonio Litterarum. Datum Lucæ, Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono, Indictione ſeptima octavo Idus Martii, Regnorum noſtrorum anno vigeſimo tertio, Imperii vero quartodecimo. Nos itaque, qui vota noſtrorum, & Imperii Sacri fidelium illorum tamen precipue, qui Serenitati noſtræ non ſolum fidei, & ſubjectionis debito, verum etiam innate propinquitatis ſanguine ſunt aſtricti, gratuito ſemper, & prout decet benigno favore complectimur, animo deliberato, non per errorem, aut improvide, ſed matura deliberatione previa, ſanoque Principum, Baronum, & Procerum noſtrorum, & Imperii Sacri Fidelium accedente conſilio, ſupplicationibus juſtis, & rationabilibus ejusdem noſtri Principis, & Conſanguinei favorabiliter inclinati, Ipſum, hæredes, & ſucceſſores ſuos, Terras, Dominia, Fortalitia, & bona ſua ſingula in noſtram, & Imperii Sacri protectionem, tuitionem, & defenſionem gratanter, & ſingulariter aſſumentes, ut eisdem noſtris, & Imperii Sacri protectione, tuitione, & deffenſione gaudeant, prout alii Sacri Romani Imperii Principes talibus gaudent, & quotidie potiuntur, prædicta Privilegia, & omnia, & ſingula in eis contenta in omnibus ſuis Sententiis, punctis, Clauſulis, & articulis, prout de verbo ad verbum expreſſantur ſuperius, nec non omnes gratias, honores, libertates, donationes, tranſlationes, & omnia Privilegia, & beneficia per predeceſſores noſtros divos Romanæ Imperatores, & ſpecialiter per prefatum Dominum Carolum Dominum, ac Genitorem noſtrum predeceſſoribus ejusdem Principis, & Conſanguinei noſtri conceſſas, & conceſſa, factas, & facta, confirmatas, & confirmata, confirmavimus, ratificavimus, approbavimus, innovavimus, & de novo conceſſimus, Et tenore preſentium ratificamus, approbamus, innovamus, & de novo concedimus de innata nobis benignitatis Clementia, nec non Romanæ Regie poteſtatis plenitudine, & ex certa ſcientia liberaliter confirmamus, decernentes expreſſe, & Edicto Romano Regio firmiter ſtatuentes in caſu quo aliqua per quemcumque Tutorem, Curatorem, vel Procuratorem, ſeu negociorum Adminiſtratorem, aut Officialem ipſius Marchionis, Principis Conſanguinei noſtri dilecti, ſeu ſecundi Ottonis, & Joannis quondam fratrum, & predeceſſorum ipſius Theodori Marchionis, & Principis prelibati, ſive per alias quascumque perſonas attemptata, geſta, procurata, acta, vel facta forent, que Privilegiis ſupraſcriptis, & in eisdem contentis, & deſcriptis in toto, vel in parte generaſſe, ac generare potuiſſent, & poſſent aliquod prejudicium, quod iſta omnia, & hiis ſimilia irrita, caſſa, & nulla per omnia reputari debeant, & invalida, nullamque quoad predictorum Privilegiorum jacturam, prejudicium, & dispendium habere roboris firmitatem. Quæ omnia, & ſingula acta, attemptata, procurata, & facta contra predicta Privilegia, & contenta in eis auctoritate Regia predicta, & ex certa ſcientia tenore preſentium irritamus, annullamus, caſſamus, & nullius eſſe volumus per omnia roboris, efficaciæ, vel momenti. Non obſtantibus in prædictis, &

ANNO 1494.

ANNO 1494. quolibet prædictorum aliquibus Juribus, Consuetudinibus, Gratiis, Privilegiis, Investituris concessionibus, confirmationis Litteris, seu Rescriptis generalibus, vel specialibus in contrarium factis, vel fiendis, concessis, vel concedendis alicui Civitati, vel Communi, vel singulari personæ, Collegio, vel Universitati, etiamsi oporteret de eis, vel aliquo ipsorum de jure specialem fieri mentionem. Quibus omnibus in quantum obviarent presenti nostræ concessioni, donationi, & translationi, ac confirmationi in toto, vel in parte, de dicta plenitudine potestatis ex certa scientia tenore presentium annullamus, tollimus, cassamus, irritamus, derogamus, nisi expresse de verbo ad verbum de toto tenore presentis Concessionis in dictis Privilegiis, Rescriptis, Gratiis, vel Litteris, seu Investituris, confirmationibus, vel concessionibus specialis mentio facta foret, vel fieret. Omnem etiam defectum in solemnitate vel aliter, siquis in translatione, donatione, concessione, & confirmatione hujusmodi interveniisset forsitan, quovis modo suplentes tenore presentium, motu proprio, & de Regie Romane plenitudine potestatis, salvo superioritatis Dominio, quod nobis, & Sacro Imperio in prefatum Marchionem, hæredes & successores suos competit tanquam in Principes Imperii, & fideles. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ. Confirmationis, approbationis, ratificationis, Innovationis, & de novo concessionis, ac decreti, & statuti paginam infringere, seu ei ausu quovis modo temerario contraire, siquis autem in contrarium aliquid attemptare presumpserit penas in suprascriptis Privilegiis contentas, & nihilominus indignationem nostram gravissimam se noverit incursurum. Presentium sub Regie nostre Majestatis sigillo Testimonio Litterarum. Datum Pragæ Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, Indictione septima, sedecimo Calendas Aprilis, Regnorum nostrorum Anno Bohemie vicesimo primo, Romanorum vero octavo, per Dominum Lodovicum Marchionem Moraviæ. P. Lauvrens. — Tenor vero alterius Privilegii erat talis ut sequitur. Fridericus Divina favente, Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ &c. Rex, ac Austriæ, Stirie, Carinthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchie Sclavonice, ac Portusnaonis, Comes in Haspurg, Tirolis, Ferretis, & in Kiburg, Marchio Burgoviæ, ac Lantgravius Alsatiæ. Ad perpetuam rei memoriam notum facimus tenore presentium universis, Etsi Imperialis dignitatis Clementia universorum fidelium quos Imperii Sacri latitudo complectitur, felicibus profectibus, gratiis, commodis, & speratis augumentis favorabiliter dignatur intendere; ad illorum tamen profectus, & commoda diligentiori studio clementius inclinari consuevit, quorum fides, vota, merita prompteque devotionis integritas continuatis studiis ceteros antecedunt. Sane pro parte Illustris Gulielmi Marchionis Montisferrati Principis, & consanguinei nostri fidelis dilecti in audientia Majestatis nostræ, nobis per ejus ad hoc transmissos Oratores humiliter extitit supplicatum, quatenus cum ad presens nostri Culminis presentiam propter viarum discrimina locorumque distantiam, prout mallet, absque sui, & Terrarum ejus detrimento, & jactura non modica, pro suis à nobis suscipiendis Regalibus, & Feudis adire non valeat, sibi universa, & singula sua Regalia Feuda, & Feudalia in quibuscumque consistant, conferre eumque de illis gratiosius dignaremur investire. Nos igitur qui quorumlibet honesta petentium vota libenter complectimur, ad causas prenarratas respectum habentes, prefato Gulielmo Marchioni Montisferrati Principi, & Consanguineo nostro, animo deliberato, sano quoque nostrorum, & Imperii Sacri Principum aliorumque fidelium ad id accedente consilio, auctoritate Romana Cesarea, & ex certa nostra scientia omnia, & singula sua regalia feuda, feudalia, & temporalia a nobis, & Sacro Romano Imperio quovis modo dependentia, cum universis, & singulis attinentiis, ac mero, & mixto Imperio, ac etiam Jurisdictionis exercicio temporalis, nec non universis suis Juribus, honoribus, consuetudinibus, observantiis, & pertinentiis, quemadmodum sui Progenitores, & Predecessores Marchiones Montisferrati hactenus illa possederunt, & exercuerunt, contulimus atque conferimus, Eidemque in Feudum assignavimus, & assignamus, ac ipsum de præmisis etiam expresse jamdictis auctoritate, & scientia signanter de Terris, & Locis Sancti Damiani, Diani Insulæ, Albe, Rodi, Rodelli, Grinzamarum, Dexane, Turrioni olim Planchetta appellati, Verduni, Publiciarum, Guarne, Montisselli, Cocsioni, & Ville Sancti Secundi cum suis territoriis, membris, & limitibus aliisque supradictis investivimus, & investimus per presentes. Recepto tamen prius à Gulielmo Marchione, Principe, & Consanguineo nostro predicto debito, atque in hujusmodi prestare solito homagii juramento, prout de ipsius Juramenti prestatione ejus patentibus Litteris suo sigillo & manus propriæ subscriptione roboratis, nec non aliis legitimis Documentis plenaria nobis, & sufficienter extitit facta fides, videlicet quod ipse Gulielmus nobis Friderico Romanorum Imperatori, & successoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus legittime intrantis fidelis, & obediens erit, damnum, & periculum nostrum avertet, ac bonum, & honorem nostrum promovebit toto suo posse, & omnia erga nos faciet quæ fidelis Princeps, & Vasallus erga Dominum suum Romanorum Imperatorem facere debitus, est & solet consuetudine vel de Jure, & omnia ea, que in corpore Sacrarum Legum comperiuntur quomodolibet expressa, dolo, & fraude quibuslibet semotis, alienationibus, sive distractionibus Regalium Feodorum, Feudalium, & temporalium predictorum, aut pertinentiarum ad eadem, per vim forsan, dolum, metum, sive aliam sinistram machinationem, aut alias quovis modo indebite exactas, aut extortas per quoscumque, & presertim per Illustrem Ludovicum Sabaudiæ Ducem &c nostrum, & Imperii Sacri Principem fidelem dilectum ipsiusque Progenitores, & Prædecessores quosvis ut accepimus obtentas, & factas, quas omnes, & singulas, non ad alicujus pro hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed motu proprio dictisque auctoritate, scientia, & plenitudine potestatis cassamus, irritamus, & annullamus, nullasque, & inanes, ac nullius existere roboris vel momenti decernimus, ceterisque in contrarium factis, habitis, & obtentis, commissis, & ommissis, non obstantibus quibuscumque; nostris tamen, & Imperii Sacri Juribus in premissis, & circa ea penitus, & omnino salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ collationis, assignationis, Investituræ cassationis, irritationis, annulationis, & decreti paginam infringere, seu ei temerario ausu quovis modo contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram, & Imperii Sacri gravissimam, nec non penam amissionis centum Marcarum auri puri pro una nostri Fisci Ærario, pro alia vero medietatibus prefato Gulielmo Marchioni, Principi, & Consanguineo nostro totiens, quotiens premissis contraventum fuerit, irremissibiliter applicandis se noverit incursurum. Presentium sub nostræ Imperialis Majestatis sigilli appensione testimonio Litterarum. Datum in nova Civitate, decima quarta die mensis Maji, Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, Regnorum nostrorum Romani vicesimo quinto, Imperii tertio decimo, Hungarie vero sexto. Ad Mandatum Domini Imperatoris in Consilio. Tenor vero alterius Privilegii sequitur ut infra, videlicet. Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatie &c. Rex, ac Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ Carniole Dux, Dominus Marchie Sclavonicæ, ac Portus-Naonis, Comes in Haspurg, Tirolis, Ferretis, & in Kiburg, Marchio Burgoviæ, & Lantgravius Alsaciæ ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore presentium universis, Etsi Augustalis preheminentia dignitatis ad omnes Sacri Romani Imperii subjectos brachium suæ deffensionis teneatur extendere, & veluti tutamen Jurium, & Libertatum Imperialium illæsos fovere deceat gratia singulari; Nihilominus tamen eis uberioris suæ gratiæ favores porigere consuevit, qui gratis obsequiis, ac inconvulsa constantia ipsum Imperium frequentius studuerunt venerari. Sane nuper pro parte Illustris, Gulielmi Marchionis Montisferrati nostri, & dicti Imperii Principis, & Consanguinei fidelis dilecti Majestati nostræ expositum extitit, quod ipse Princeps, atque Consanguineus noster, & sui Predecessores, & Progenitores variis Juribus, Privilegiis, Gratiis, Indultis, Litteris, dignitatibus, libertatibus, immunitatibus Officiisque per Divos Romanorum Reges, & Imperatores, & signanter Carolum Quartum Imperatorem, Wentzeslaum, & Sigismundum Romanorum Reges, nostros in prefato Imperio Prede-

ANNO 1494.

ANNO 1494. deceſſores muniti eſſent, atque inſuper humiliter ſupplicatum, quatenus Jura, Privilegia, gratias, indulta, Litteras, dignitates, libertates, immunitates Officiaque ipſis ut prefertur conceſſa, & conceſſas factaque, & factas, pro illorum, ſive illarum ſubſiſtentia firmiori, auctoritate noſtra Ceſarea confirmare, approbare illisque Imperialis noſtri muniminis robur adjicere dignaremur gratioſe. Nos igitur petitioni hujusmodi ex innata nobis Clementia favorabiliter annuentes omnia, & ſingula Jura, Privilegia indulta, & Officia per Divos Romanorum Imperatores, & Reges, & ſignanter Carolum Quartum Imperatorem, Ventzeſlaum, & Sigismundum Reges Romanorum, noſtros in dicto Imperio Predeceſſores predictos. Univerſasque gratias, libertates, & immunitates a prefatis, ac aliis quibusvis Romanorum Imperatoribus, & Regibus Predeceſſoribus noſtris, & nobis prefato Gulielmo Principi, & Conſanguineo noſtro ejusque Progenitoribus, & Predeceſſoribus, & Marchionatui Montisferrati facta, & factas, conceſſaque, & conceſſas, prout rite obtente ſunt, & conceſſe, in omnibus, & ſingulis ſuis punctis, clauſulis, & Articulis, veluti ſcripta, & ſcriptæ ſunt, ac tenores omnium preſentibus ſpecifice forent inſerti, etiamſi de hiis Jure, aut de conſuetudine mentio fieri deberet ſpecialis, de Procerum noſtrorum Conſilio, & aſſenſu matura deliberatione prehabita, auctoritate Romana Ceſarea, & ex certa ſcientia, atque Imperialis poteſtatis noſtræ plenitudine approbamus, ratificamus, innovamus, confirmamus, atque prout opus fuerit, de novo concedimus, omnem defectum ſiquis forſan ob non ſervatam debitam in hujusmodi ſolemnitatem, aut verborum obſcuritate intervenerit, de jam dictis auctoritate, ſcientia, & poteſtate ſuplentes de eisdem. Decernentes inſuper, hoc Ceſareo noſtro ſtatuentes Edicto Jura, Privilegia, Indulta, Officia, Litteras, dignitates, libertates, immunitates predicta & predictos perpetuis futuris temporibus inviolabilis roboris tenere, & obſervare debere firmitatem. Mandamus igitur auctoritate, & poteſtate predicta univerſis, & ſingulis perſonis, cujuscumque ſtatus, gradus, ordinis, aut conditionis exiſtant, ſub centum librarum auri puri mulcta pro una Imperialis noſtri Fiſci Erario, pro alia vero medietatibus prefato Gulielmo Principi, & Conſanguineo noſtro, aut ejus hæredibus applicandis, ne eumdem Gulielmum Marchionem ejusque hæredes de, & ſuper predictis juribus, privilegiis, Gratiis, indultis, Litteris, dignitatibus, Libertatibus, immunitatibus, ſive Officiis, ſic ut premittitur per nos confirmatis, ullo unquam tempore in Judicio, aut extra inquietare, aut alias quomodolibet perturbare preſumant, ſeu inquietantibus, & perturbantibus, inquietare quoque, & perturbare volentibus, per ſe vel alium directe, vel indirecte quovis queſito ingenio, vel colore auxilium, conſilium, vel favorem impendant. Nos enim ex nunc dictæ Imperialis poteſtatis plenitudine omne illud, quod hactenus contra premiſſa per quempiam cujuscumque ſtatus, gradus, ſeu conditionis, etiam Ducalis eminentiæ forſan factum exiſtit, aut in futurum fieri contigerit, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, irritum decernimus, caſſum, & inane, nulliusque eſſe roboris vel momenti. Preſentium ſub noſtre Majeſtatis ſigilli Imperialis, teſtimonio Litterarum. Datum in nova Civitate die decima quarta Menſis Maji, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, Regnorum noſtrorum Romani viceſimo quinto, Imperii decimo tertio, Hungariæ vero ſexto, Ad Mandatum Domini Imperatoris in Conſilio. Tenor autem tertii, & ultimi Privilegii ſequitur in hunc modum. Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, ac Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchie Sclavonicæ, ac Portus Naonis, Comes in Hasburg, Tirolis, Ferretis, & in Kiburg, Marchio Burgoviæ, & Lantgravius Alſatiæ. Ad perpetuam rei memoriam. Imperatoriæ Majeſtatis gloria ejusque virtutis munificentia tanto amplioribus laudibus decoratur, tantoque latioribus honorum titulis adornatur, quanto gratioſius benigniora munera fuderit in ſubjectos. Et licet innata nobis Clementia generaliter erga quoſlibet noſtros, & Sacri Imperii fideles, & benemeritos liberalis exiſtat, ad illos tamen munificentiæ dexteram liberalius dignatur extendere, quos pro ejusdem Imperii honoribus, commodis, & profectibus fama celebris diutius illuſtravit, & ferventioribus ſtudiis teſtatur inſudaſſe. Sane pro parte Illuſtris Principis Gulielmi Marchionis Montisferrati, fidelis, & conſanguinei noſtri dilecti in audientia Majeſtatis noſtræ per ejus ad hoc transmiſſos Oratores humiliter extitit ſupplicatum, quatenus eum ad preſens prout optaret noſtri culminis preſentiam propter viarum discrimina, locorum diſtantiam, atque Status ejus detrimento, & jactura non modica, pro quibusdam ſuis à nobis ſuſcipiendis & recognoſcendis Feudis adire non valeat, ſibi univerſa illa, & ſingula Feuda, & Feudalia in quibuscumque conſiſtant locis, que ad ejus Marchionatum, & Dominium juſte, & debite ſpectarunt, & pertinuerunt, ac de preſenti ſpectant, & pertinent, & per ipſum Illuſtrem Marchionem rite tenentur, & poſſidentur, dignaremur gratioſius inveſtire, & in Feudum nobile, antiquum, paternum, & avitum conferre. Nos igitur, qui quorumlibet honeſta petentium vota libenter complectimur, ad cauſas prenarratas reſpectum habentes, prefato Illuſtri Gulielmo Marchioni Montisferrati, Principi, & Conſanguineo noſtro dilecto, animo deliberato, ſano quoque noſtrorum, & Imperii Sacri Principum aliorumque fidelium ad id accedente conſilio, auctoritate Romana Ceſarea, & ex certa noſtra ſcientia, omnia, & ſingula illa ſupradicta Feuda, & feudalia à nobis, & Sacro Romano Imperio quovismodo dependentia, cum univerſis, & ſingulis attinentiis, ac mero, & mixto Imperio, etiam Jurisdictionis exercicio temporalis, nec non univerſis ſuis Juribus, honoribus, conſuetudinibus, obſervantiis, & pertinentiis, quemadmodum ſui Illuſtres Predeceſſores Montisferrati hactenus illa poſſederunt, & exercuerunt, ac ipſe Illuſtris Marchio nunc ipſe poſſidet, & exercet, contulimus, atque conferimus, eidemque in Feudum nobile, antiquum, paternum, & avitum aſſignavimus, & aſſignamus, ac ipſum de premiſſis expreſſe jam dictis auctoritate, & ſcientia inveſtivimus, & inveſtimus, & ſignanter, & ſpecifice de Locis, & Terris infraſcriptis, videlicet Cremolino, Murbello, Caſſinellis, Molariis, Miolia, Spigno, Ciglario, cum Rocha Balzola, Villanova, Valmacha, Carpaneto prope Blanzate, Azelio cum ſuis omnibus territoriis atque limitibus. Item, & ſignanter de Locis, & Caſtris comprehenſis in Privilegio, & Inveſtitura divi quondam Romanorum Imperatoris Caroli quarti ſub quadam generali clauſula qua dicitur: Item omnes illas cohortes in deſertis Locis conſiſtentes à Flumine Tanagri usque ad Flumen Urbe, & ad littus maris, quas Cohortes, Loca, & Caſtra deſignamus, & declaramus eſſe infraſcripta videlicet Altare, Milleſimum, Degum, Carchare, Crucifera, Calizanum, Murſascum, Peraschum, Grognardum, Et generaliter de omnibus aliis, & ſingulis que mediate, vel immediate tenuerunt, & poſſiderunt Illuſtres Marchiones Montisferrati, ac ipſe Illuſtris Gulielmus Marchio modernus Conſanguineus noſter dilectus tenet, & poſſidet, cum ſuis Territoriis, membris, & limitibus aliisque ſupradictis, ut pote jure debito ad ipſum Marchionatum ſpectantibus, & pertinentibus, tam in langhis, quam in partibus circumſtantibus. Recepto tamen prius à prefato Illuſtre Gulielmo Marchione, Principe, & Conſanguineo noſtro dilecto debito, atque in hujusmodi preſtari ſolito homagii Juramento a predictis ſuis Oratoribus, & Nuntiis habentibus ad id ſpeciale, & ſpecificum Mandatum patentibus legittimis Documentis, de quibus plenaria, & ſufficiens extitit nobis facta fides: Videlicet quod ipſe Illuſtris Marchio nobis Friderico Romanorum Imperatoribus, & Regibus legittime intrantibus fidelis, & obediens erit, damnum, & periculum noſtrum avertet, ac bonum, & honorem noſtrum promovebit toto ſuo poſſe, & omnia erga nos faciet que fidelis Princeps, & Vaſſallus erga Dominum ſuum Romanorum Imperatorem facere tenetur, & ſolet de conſuetudine, vel de jure, & omnia ea, que in corpore Sacrarum Legum comperiuntur quomodolibet expreſſa, dolo, & fraude quibuſlibet ſemotis, noſtris tamen, & Sacri Imperii Juribus, & quorumcumque aliorum in præmiſſis, & circa ea penitus, & omnino ſalvis. Preterea cum Imperialis munificentia ita fidelibus ſuis gratias erogare conſueverit, ut quod uni vel pluribus ab Imperiali largitate donatum fuerit, nulla ratione Juribus, Privilegiis, aut impetratis gratiis aliorum prejudicet; Tibi prefato Illuſtri Gulielmo Marchioni Montisferrati Conſanguineo noſtro dilecto, qui aliquibus tibi rationibus ſuggerentibus timere, aut dubitare videris ne adverſum te

ANNO 1494.

ANNO 1494. jura, Privilegia, Libertates, & Gratias quibus Principatus tuus a Diva Majestate Sacratissimorum Cesarum ab antiquo insignitus existit, & quibus clare memoriæ Illustres Progenitores tui fruiti sunt hactenus, & tu frueris, auctoreque Domino in antea felicius perfrueris, aliqua forsan per quoscumque, aut importunitate petentium, aut errore, oblivione, vel ignorantia impetrata sint hactenus, aut in futurum, non absque tuo hæredum, & successorum tuorum Marchionum Montisferrati, & ejusdem Marchionatus, & Principatus prejudicio, impetrari valerent. Nos intentione tua inspecta diligentius, & in examen provide discussionis adducta, animo deliberato, sano Principum, Comitum, Baronum, & Procerum Sacri Imperii, & nostrorum fidelium accedente consilio, ex certa nostra scientia, & de Imperialis potestatis plenitudine pro te hæredibus, & successoribus tuis Marchionibus Montisferrati, & eidem Marchionatui, & Principatui in perpetuum omnia Jura, Privilegia, Litteras, immunitates, & gratias in omnibus suis sententiis, punctis, clausulis, & tenoribus de verbo ad verbum, prout ab Imperiali Majestate, & Sacro Romano Imperio obtenta, & obtentæ sunt, & sicut in talium possessione legittima tempore transacto fuisti, & adhuc fore dignosceris, & prout usu sunt utentium approbata, nunc de novo concedimus, approbamus, ratificamus, & Imperialis largitatis munificentia confirmamus, decernentes, & hoc perpetuo Imperiali statuentes Edicto, quod omnia, & singula Privilegia, & Litteræ que quibuscumque, cujuscumque preheminentiæ, status, gradus seu conditionis existerent, à Celsitudine nostra adversum Jura, Privilegia, Libertates, Immunitates, & gratias tibi, & hæredibus, ac successoribus tuis concessa, vel concessas, impetrata seu impetrate fuissent, seu in futurum impetrare contigerit sub quacumque forma verborum, irrita, & inania, seu invalida, irrite, inanes, & invalide sint, & esse debeant, & nullius penitus roboris vel momenti. Nam eisdem Privilegiis, & Litteris in omnibus suis tenoribus, sententiis, punctis & clausulis de verbo ad verbum prout scripta, seu scriptæ videri, aut inveniri possint, ac si presentibus ad plenum inserta, & inserte existerent, etiamsi de eis in presentibus jure, vel consuetudine deberet fieri mentio specialis, si & in quantum antedictis tuis Marchionatus, & Principatus Montisferrati Juribus, Privilegiis, Litteris, Immunitatibus, Libertatibus, gratiis, & observantiis usu approbatis utentium in toto, vel in aliqua sui parte nocere, & adversari, aut in aliquo præjudicium afferre censerentur, de Imperialis Potestatis plenitudine, ac ex certa nostra scientia derogamus, & derogatum esse volumus presentium per tenorem. Te ipsum Illustrem Gulielmum Marchionem, Consanguineum nostrum, hæredes, & successores tuos in dicto Marchionatu Terras, Dominia, Fortilicia, & bona tua singula in nostram, & Imperii Sacri protectionem, tuitionem, & deffensionem gratanter, & singulariter assumentes, ut eisdem nostris, & Imperii Sacri protectione, tuitione, & deffensione potiaris, & gaudeas, quibus alii Sacri Romani Imperii Principes gaudent, & quotidie potiuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Collationis, assignationis, Investituræ, derogationis, tuitionis, protectionis, & decreti paginam infringere, seu ei temerario ausu quovis modo contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram, & Imperii Sacri gravissimam, nec non pœnam ammissionis centum marcarum auri puri, pro una nostri Fisci Ærario, pro alia vero medietatibus prefato Illustri Gulielmo Marchioni, Principi Consanguineo nostro totiens, quotiens præmissis contrafactum fuerit, irremissibiliter applicandis, se noverit incursurum. Presentium sub nostræ Imperialis Majestatis sigilli appensione testimonio Litterarum. Datum Ferrariæ, Calendis Februarii, Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, Regnorum nostrorum Romani vicesimo nono, Imperii decimo septimo, Hungarie vero decimo. Ad Mandatum Domini Imperatoris, Johannes Episcopus Laventinus. Tenor iterum alterius Privilegii sequitur in hunc modum. Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatie &c. Rex, & Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchie Slavonicæ, & Portus-Naonis, Comes in Haspurg, Tirolis, Ferretis, & in Kiburg, Marchio Burgoviæ, & Lantgravius Alsaciæ. Ad perpetuam rei memoriam notum facimus tenore presentium universis. Etsi Augustalis preheminentia dignitatis ad omnes Sacri Romani Imperii subjectos brachium suæ deffensionis teneatur extendere, & veluti tutamen Jurium, & libertatum Imperialium illæsos fovere deceat gratia singulari. Nihilominus tamen eis uberiores suæ gratiæ favores porrigere consuevit, qui gratis obsequiis, ac inconvulsa constantia ipsum Imperium frequentius studuerunt venerari. Sane nuper pro parte Illustris Bonifacii Marchionis Montisferrati nostri, & dicti Imperii Principis, & Consanguinei fidelis dilecti Majestati nostræ expositum extitit, quod ipse Princeps, atque Consanguineus noster, & sui Predecessores, & Progenitores variis Juribus, Privilegiis, gratiis, indultis, litteris, dignitatibus, libertatibus, immunitatibus Officiisque, & aliis auctoritatibus, & facultatibus per Divos Romanorum Reges, & Imperatores, & signanter Carolum Quartum Imperatorem, Wentzeslaum, & Sigismundum Romanorum Reges, nostros in prefato Imperio Predecessores, ac etiam per nos muniti essent. Atque insuper humiliter supplicatum, quatenus Jura, Privilegia, gratias, indulta, Litteras, dignitates, immunitates, Officia, honorantias, facultates, auctoritates, & alia quecumque ipsis, ut prefertur concessa, & concessas factaque, & factas pro illorum, sive illarum subsistentia firmiori auctoritate nostra Cesarea confirmare, approbare, illisque Imperialis nostri muniminis robur adjicere dignaremur gratiose. Nos igitur petitioni hujusmodi, ex innata nobis Clementia favorabiliter annuentes, omnia, & singula Jura, Privilegia, Indulta, & Officia, Honorantias, Facultates, & Auctoritates quascumque per divos Romanorum Imperatores, & Reges, & signanter Carolum quartum Imperatorem, Venzeslaum, & Sigismundum Reges Romanorum, nostros in dicto Imperio Predecessores predictos universasque gratias, libertates, & Immunitates, & alia quecumque prout supra concessa & indulta a prefatis, ac aliis quibusvis Romanorum Imperatoribus, & Regibus prædecessoribus nostris, & insuper à nobis prefato Bonifacio Principi, & Consanguineo nostro ejusque Progenitoribus, & Predecessoribus, presertim quoque Illustri quondam Gulielmo Marchioni Montisferrati ejusdem Bonifacii fratri nuperque deffuncto, & Marchionatui Montisferrati facta, & factas, concessaque, & concessas, prout rite obtentæ sunt, & concesse in omnibus & singulis suis punctis, clausulis, & Articulis veluti scripta, & scripte sunt, ac tenores omnium presentium specifice forent inserti; Etiamsi de hiis jure, aut consuetudine mentio fieri deberet specialis, & nominatim de Procerum nostrorum Consilio, & assensu, matura deliberatione præhabita, auctoritate Romana Cesarea, & ex certa scientia, atque Imperialis Culminis nostri plenitudine approbamus, ratificamus, innovamus, confirmamus, atque prout opus fuerit, de novo concedimus, omnem defectum siquis forsan ob non servatam debitam in hujusmodi solemnitatem, aut verborum obscuritate intervenerit, de jam dictis auctoritate, scientia, & potestate supplemus, de eisdem decernentes insuper, & hoc Cesareo nostro statuentes Edicto Jura, Privilegia, indulta, Officia, Litteras, dignitates, libertates, immunitates, & alia quecumque predicta, & predictas perpetuis futuris temporibus inviolabilis roboris tenere, & observare debere firmitatem, etiamsi in eis, vel aliquo predictorum per non usum, vel contrarium usum de Jure foret derogatum, etiam per tantum tempus cujus contrarii memoria non existat. Mandamus igitur auctoritate, & potestate predictis universis, & singulis personis cujuscumque status, gradus, ordinis, aut conditionis existant sub centum librarum auri puri mulcta, pro una Imperialis nostri Fisci Ærario, pro alia vero medietatibus prefato Bonifacio Principi, & Consanguineo nostro, aut ejus hæredibus applicandis, ne eundem Bonifacium Marchionem ejusque hæredes, de & super predictis Juribus, Privilegiis, Gratiis, Indultis, Litteris, dignitatibus, Libertatibus, Immunitatibus, sive Officiis, Honorantiis, Auctoritatibus, Facultatibus, & aliis quibusvis sic ut præmittitur per nos confirmatis, ac etiam quomodolibet de novo concessis ullo unquam tempore in Judicio, aut extra inquietare, aut alias quomodolibet perturbare presumant, seu inquietantibus, & perturbantibus, inquietare quoque, & perturbare volentibus per se vel alium directe, vel indirecte, quovis quesito ingenio vel colore, nec auxilium, consilium, vel favorem impendant. Nos enim ex nunc dictæ Imperialis po-

ANNO 1494.

ANNO 1494. potestatis plenitudine omne illud quod hactenus contra præmissa per quempiam cujuscumque status, gradus, seu conditionis etiam Ducalis eminentiæ forsan factum existit, aut in futurum fieri contigerit, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, irritum decernimus, cassum, & inane nulliusque roboris esse vel momenti, nulla prescriptione, vel cursu temporis etiam tanti, cujus in contrarium memoria non existat, obstante, Cui ex certa scientia, & nostræ plenitudine Potestatis derogamus, & derogatum esse volumus per presentes. Presentium sub Imperialis Majestatis nostri sigilli appensione testimonio Litterarum. Datum in Oppido Innsprugk Brixinensis Diœcesis, die octava mensis Julii, Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, Regnorum Nostrorum, Romani quadragesimo sexto, Imperii trigesimo quarto, Ungariæ vero vicesimo septimo. Ad Mandatum Domini Imperatoris proprium. Tenor item alterius Privilegii sequitur in hunc modum. Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Austriæ, Stirie, Karintiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchie Slavonicæ, & Portus Naonis, Comes in Haspurg, Tirolis, & Ferretis, & in Kiburg, Marchio Burgoviæ, & Lantgravius Alsatiæ. Ad perpetuam rei memoriam. Imperatoriæ Majestatis gloria ejusque virtutis munificentia tanto amplioribus laudibus decoratur, tantoque latioribus honorum titulis adornatur, quanto gratiosius benigniora munera fuderit in subjectos. Et licet nobis innata Clementia generaliter erga quoslibet nostros, & Sacri Imperii Fideles, & benemeritos liberalis existat, ad illos tamen munificentiæ dexteram liberalius dignatur extendere, quos pro ejusdem Imperii honoribus, commodis, & profectibus fama celebris diutius illustravit, & ferventioribus, studiis testatur insudasse, Sane pro parte Illustris Principis Bonifacii Marchionis Montisferrati Consanguinei nostri dilecti in audientia Majestatis nostræ per ejus ad hoc transmissos Oratores humiliter extitit supplicatum, Quod cum nuper Illustris Princeps Gulielmus Marchio Montisferrati ejus Frater legitime investitus sic disponente Altissimo in fata concesserit, Cui sine filiis masculis defuncto annuente opifice summo in Marchionatu succesit, & Dominio universo. Cumque ad presens, prout optaret, nostri Culminis presentiam propter viarum discrimina, & locorum distantiam absque Status ejus detrimento, & jactura non modica, pro universa Marchia, & Principatus dignitate, & quibuslibet suis à Nobis suscipiendis, & recognoscendis feudis adire non valeat; Sibi inprimis Marchiam, ac omnia, & singula Feuda, & Feudalia in quibuscumque consistant locis que ad ejus Marchionatum, & Dominium juste, & debite spectarunt, & pertinuerunt, ac de presenti spectant, & pertinent, & per ipsum Marchionem rite tenentur, & possidentur, queve ab aliis illicite, & indebite occupantur, dignaremur gratiosius investire, & in Feudum nobile, antiquum, paternum, & avitum conferre. Nos igitur qui quorumlibet honesta petentium vota libenter complectimur, ad prenarratas causas respectum habentes prefato Bonifacio Marchioni Montisferrati, Principi, & Consanguineo nostro dilecto animo deliberato, sano quoque nostrorum, ac Imperii Sacri Principum aliorumque fidelium ad id accedente consilio, auctoritate Romana Cesarea, & ex nostra certa scientia Marchiam predictam, atque Principatum, ac omnia & singula illa supradicta Feuda, & Feudalia à nobis, & Sacro Romano Imperio quovis modo dependentia, cum universis, & singulis attinentiis, ac mero, & mixto Imperio, etiam Jurisdictionis exercicio temporalis, nec non universis suis juribus, honoribus, consuetudinibus, observantiis, & pertinentiis auctoritatibus, facultatibus, & Officiis, quemadmodum sui Prædeceessores Montisferrati, & presertim prefatus Gulielmus Marchio defunctus ut supra hactenus illa possederunt, & exercuerunt, ac ipse Marchio nunc possidet, & exercet, ac de aliis, que per alios quoscumque, quacumque dignitate etiam Ducali fulgentes indebite, & injuste occupantur, & detinentur, contulimus, atque conferimus, eidemque in Feudum nobile, antiquum, paternum, & avitum assignavimus, & assignamus, ac ipsum de premissis expresse jam dictis auctoritate, & scientia investivimus, & investimus, & signanter de Locis, & Castris comprehensis in Privilegio, & Investitura Divi quondam Romanorum Imperatoris Caquarti, & maxime comprehensis sub quadam generali clausula qua dicitur: Item omnes illas cohortes in desertis Locis consistentes à Flumine Tanagri; usque ad Flumen Urbe, & ad littus Maris inter quas cohortes certa Loca, & Castra designata, & declarata fuerunt, infrascripta videlicet, Altare, Millesimum, Degum, Carchare, Crucifera, Calizanum, Murlascum, Perraschum, Grognerdum, & quibuscumque aliis Locis, & Terris, quæ sub dicta Clausula generali comprehenduntur, quæ pro expressis habeantur, & generaliter de omnibus aliis, & singulis, que mediate, vel immediate tenuerunt, & possederunt Marchiones Montisferrati, ac ipse Bonifatius Marchio modernus Consanguineus noster dilectus tenet, & possidet, cum suis territoriis, membris, & limitibus aliisque supradictis, utpote jure debito ad ipsum Marchionatum spectantibus, & pertinentibus, tam in langhis, quam in partibus circumstantibus, & alibi ubicunque alienationibus, sive distractionibus, seu renunciationibus, & quibuscumque illicitis occupationibus Regalium, Feudorum, Feudalium, & temporalium predictorum, aut pertinentiarum ad eadem per vim forsan dolum, metum, sive aliam sinistram machinationem, aut alias quovis modo indebite exactas, aut extortas per quoscumque etiam Ducali prerogativa fulgentes, & presertim per Illustrem quondam, Ludovicum Sabaudiæ Ducem &c. ipsiusque Progenitores, & predeceessores quosvis, ut accepimus, obtentas, & factas: Quas omnes, & singulas, non ad alicujus pro hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed motu proprio dictisque auctoritate, scientia, & plenitudine potestatis cassamus, irritamus, & annullamus nullasque, & inanes, ac nullius existere roboris vel momenti decernimus, ceterisque in contrarium factis, habitis, & obtentis, commissis, & obmissis, non obstantibus quibuscumque, nulla quoque prescriptione, vel cursu temporis preterito, vel futuro, etiam tanti cujus incontrarium non existat memoria, obstante, ullo etiam consensu tacito, vel expresso prefatorum Marchionum, quo metus purgatus, dolus sublatus, vis, aut quevis siniſtra machinatio, que in talibus alienationibus, renuntiationibus, seu distractionibus interveniſſet, ad diminutionem, prædicti Marchionatus, & Feudi à nobis, & Anteceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus ſibi, & ſuis predeceſſoribus conceſſi ſublata dici poſſet. & allegari, non obſtante: Quibus per preſentes derogamus, & derogatum eſſe volumus, ex certa noſtra ſcientia, & de plenitudine poteſtatis legibus quibuscumque ſtatutis, & conſuetudinibus, aliisque quibuscumque in contrarium diſponentibus non obſtantibus. Declarantes ea intentione nos id diſponere pro conſervatione jurium, Dominii, Privilegiorum, & gratiarum dictæ Marchiæ, ſeu Illuſtribus Marchionibus conceſſarum, & eo libentius quod eorum fides, & devotio verſus Sacrum Romanum Imperium in hunc usque diem extitit inviolata eritque in futurum, ut nobis ipſis facile perſuademus. Recepto tamen prius a prefato Bonifacio Marchione Principe, & Conſanguineo Noſtro dilecto debito, atque hujusmodi preſtari ſolito Homagii juramento à predictis ſuis Oratoribus, & Nuntiis habentibus ad id ſpeciale, & ſpecificum Mandatum patentibus legitimis Documentis, de quibus plenaria & ſufficiens extitit nobis facta fides, videlicet quod ipſe Marchio Nobis Friderico Romanorum Imperatori, & Succeſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus legittime intrantibus fidelis, & obediens erit, damnum, & periculum noſtrum avertet, ac bonum, & honorem noſtrum promovebit toto ſuo poſſe, & omnia erga nos faciet que fidelis Princeps, & Vaſſallus erga Dominum ſuum Romanorum Imperatorem facere tenetur, & ſolet conſuetudine, vel de jure, & omnia ea quæ in corpore Sacrarum Legum comperiuntur quomodolibet expreſſa, dolo, & fraude quibuſlibet ſemotis, noſtris tamen, & Sacri Imperii Juribus in præmiſſis, & circa ea penitus, & omnino ſalvis. Preterea cum Imperialis Munificentia ita fidelibus ſuis gratias errogare conſueverit, ut quod uni, vel pluribus ab Imperiale largitate donatum fuerit, nulla ratione Juribus, Privilegiis, aut impetratis gratiis aliorum prejudicet, prefato Bonifatio Marchioni Montisferrati, Principi, & Conſanguineo noſtro dilecto, & ſue Dignitati Marchionali, & Principatui. Qui aliquibus rationibus ſuggerentibus timere, aut dubitare videtur, ne adverſus ſe & Marchionatum,

ANNO 1494.

ANNO 1494. natum, & Principatum, Dignitatemque ſuam, Jura, Privilegia, Libertates, & Gratias quibus Principatus ſuus a Diva Majeſtate Sacratiſſimorum Ceſarum ab antiquo inſignitus exiſtit, & quibus clare memoriæ Illuſtres Progenitores ſui fruiti ſunt, & ipſe fruitur, auctoreque Domino in antea felicius perfruetur, aliqua forſan per quoscumque, aut importunitate petentium, aut errore, oblivione, vel ignorantia impetrate ſint hactenus, aut in futurum non absque ſuo hæredum, & ſucceſſorum ſuorum Marchionum Montisferrati, aut ejusdem Marchionatus, ac Principatus prejuditio impetrari valerent. Nos intentione ſua inſpecta diligentius, & in examen provide discuſſionis adducta, animo deliberato, ſano Principum, Comitum, Baronum, & Procerum Sacri Imperii, & noſtrorum Fidelium accedente conſilio, ex certa noſtra ſcientia, & de Imperialis poteſtatis plenitudine pro dicto Bonifacio, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis Marchionibus Montisferrati, & eidem Marchionatui, & Principatui in perpetuum omnia Jura, Privilegia, Litteras, Immunitates, & gratias, officia, auctoritates, & facultates quascumque in omnibus ſuis ſententiis, punctis, clauſulis, & tenoribus de verbo ad verbum, prout ab Imperiali Majeſtate, & Sacro Romano Imperio, & preſertim à nobis obtenta, & obtente ſunt, & ſicut in talium poſſeſſione legittima tempore transacto ſui Illuſtres Predeceſſores fuerunt, & prout uſu fuerunt utentium approbata, nunc de novo concedimus, approbamus, ratificamus, & Imperialis largitatis munificentia confirmamus. Decernentes, & hoc perpetuo Imperiali ſtatuentes Edicto, quod omnia, & ſingula Privilegia, & Littere, que quibuscuscumque cujuscumque preheminentiæ, ſtatus, gradus, ſeu conditionis exiſterent à Celſitudine noſtra adverſum Jura, Privilegia, Libertates, Immunitates, & gratias ſibi, ac heredibus, & ſucceſſoribus ſuis conceſſa, vel conceſſas, impetrata, ſeu impetrate fuiſſent, ſeu in futurum impetrari contingeret, ſub quacumque forma verborum, irrita, & inania, ſeu invalida, irrite, inanes & invalide ſint, & eſſe debeant, & nullius penitus roboris vel momenti. Nam eisdem Privilegiis, & Litteris in omnibus ſuis tenoribus, Sententiis, punctis, & clauſulis de verbo ad verbum prout ſcripta, ſeu ſcriptæ videri, aut inveniri poſſint, ac ſi preſentibus ad plenum inſerta, & inſerte exiſterent, etiamſi de eis in preſentibus jure, vel conſuetudine deberet fieri mentio ſpecialis, ſi & in quantum antedictis ſuis Marchionatus, & Principatus Montisferrati Juribus, Privilegiis, Litteris, Immunitatibus, Libertatibus, gratiis, & obſervantiis uſu approbatis utentium in totum, vel in aliqua ſui parte nocere, & adverſari, aut in aliquo prejuditium afferre cenſerentur, de Imperialis poteſtatis plenitudine, & ex noſtra certa ſcientia derogamus, & derogatum eſſe volumus preſentium per tenorem. Dictum Bonifacium Marchionem, Conſanguineum noſtrum, heredes, & ſucceſſores ſuos in dicto, Marchionatu, Terras, Dominia, Fortilicia, Jura, & Bona ſua ſingula in noſtram, & Imperii Sacri protectionem, tuitionem, & defenſionem gratanter, & ſingulariter aſſumentes, ut eisdem noſtris, & Imperii Sacri protectione, tuitione, & deffenſione potiatur, & gaudeat, quibus alii Sacri Romani Imperii Principes gaudent, & quotidie potiuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Collationis, aſſignationis, Inveſtituræ, Derogationis, tuitionis, protectionis, & Decreti paginam infringere, ſeu ei temerario auſu quovismodo contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem noſtram, & Imperii Sacri graviſſimam, nec non pœnam ammiſſionis centum Marcharum auri puri, pro una noſtri Fiſci Ærario, pro alia vero medietatibus prefato Bonifacio Marchioni Principi Conſanguineo noſtro totiens, quociens premiſſis contrafactum fuerit, irremiſſibiliter applicandis, ſe noverit incurſurum. Preſentium ſub noſtri Imperialis Majeſtatis ſigilli appenſione teſtimonio Litterarum. Datum in Oppido noſtro Imperiali Norimberge die ſexto Septembris milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, Regnorum noſtrorum Romani, quadrageſimo octavo, Imperii trigeſimo quinto, Hungariæ vero viceſimo nono. Tenor vero cujusdam Privilegii Vicariatus ſequitur in hunc modum. Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croacie &c. Rex. Notum facimus tenore preſentium univerſis. Cum incumbentibus aſſidue nobis negotiorum varietatibus innumeris pro felici ſtatu Reipublicæ animus noſter hinc inde, diſtrahitur, dignum extimamus exiſtere, ac neceſſarium arbitramur, ut qui tot regionibus nobis commiſſis, provide gubernandis ad preſens commode non poſſumus adeſſe, viros fide, conſtantia, & circumſpectione probatos in partem noſtræ ſolicitudinis ſtatuamus. Sane dum pridie inter alias occupationum curas, quibus fluctuantis pelagi more pro ſalubri Reipublicæ ſtatu noſter Spiritus fatigaretur, occurrit cogitationibus noſtris potiſſimum cogitatione ſedula revolventes, Quod Terræ Lombardiæ utique nobiles, & partes Sacri Romani Imperii preciole, proviſione Juſtitiæ diu caruerunt, propter quod tam filios, & incolas earundem Terrarum, quam advenas in eam venientes, in perſonis injurias, & in rebus damna non modica novimus fuiſſe perpeſſos, & ibidem Jura Imperii multipliciter diminuta. Ne igitur talentum nobis creditum negligenter abſcondere videamur, ut pote qui villicationis noſtre rationem ſumus in examine diſtricti Judicii reddituri; ad hoc dirigimus aciem mentis noſtræ, ut ad procurandum ſtatum pacificum terrarum incolarumque predictarum regie proviſionis inſtantia ſalubriter intendamus. Et ne hujusmodi Terræ, & Incolæ fructu noſtre providentiæ tantisper careant, ecce quod de Illuſtris Principis Theodori Marchionis Montisferrati, Principis, & Conſanguinei noſtri chariſſimi, quem plurimarum fides virtutum, approbata merita experientiaque rerum magiſtra conſtantem, & fidelem, ac nobis Imperio, & publice rei utilem, nedum ad talia, ſed etiam majora edocuerunt, plenitudine confiſi; Ipſum in partem noſtræ ſolicitudinis evocantes, animo deliberato, ſano quoque Principum Comitum, Baronum, Procerum, & Nobilium, ac aliorum fidelium noſtrorum accedente conſilio ex certa noſtra ſcientia, & de Romanæ Regiæ poteſtatis plenitudine in prefatis Lombardiæ Terris, ac in omnibus, & ſingulis earumdem Terrarum Dominiis, Civitatibus, Caſtris, Caſtellis, Oppidis, Villis, Locis, & Diſtrictibus ordinavimus, creavimus, fecimus, & conſtituimus, ordinamus, creamus, facimus, & harum vigore conſtituimus noſtrum, & Imperii Sacri Vicarium generalem. Dantes ex nunc, virtute preſentium, & auctoritate Romana Regia, ac de certa noſtra ſcientia eidem Theodoro plenam, liberam, & omnimodam licentiam, auctoritatem, Poteſtatem, merum, mixtum, liberum, & abſolutum imperium, ac etiam adminiſtrationem, & Jurisdictionem, cauſas omnimodas contentioſas, & voluntarias, vice, & auctoritate, atque nomine noſtris, ac Sacri Romani Imperii in prefatis Lombardiæ Terris earumque Dominiis, Civitatibus, Caſtris, Caſtellis, Opidis, Villis, Locis, & diſtrictibus per ſe vel per alium, ſeu alios quibus hoc commiſerit exercendi, fidelitatis, & alterius cujuscumque generis juramenta ſolita, & conſueta noſtro, & Imperii Sacri nomine, à quibuscumque Principibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Officialibus, Civitatum, Caſtrorum, Caſtellorum, Oppidorum & Villarum, Communitatibus, & Rectoribus eorundem & ſingulis perſonis, & aliis quibuscumque, quacumque occaſione, cauſa, vel Jure debeantur, aut proveniant, recipiendi. Quoscumque Locumtenentes, Gubernatores, Poteſtates, Rectores, Judices, & Officiales, ac alterius cujuscumque Officii homines quacumque dignitate prefulgeant, in prefatis Terris, Dominiis, Civitatibus, Caſtris, Caſtellis Oppidis Villis, Locis, & diſtrictibus inſtituendi, ac deponendi totiens, quotiens, & ſicut eidem Theodoro conſonum fore videbitur, & placebit. Principes, Marchiones, Comites, Vicecomites, Communitates, Vicarios, Gubernatores, Rectores, Locumtenentes, Vaſſallos, Milites, Clientes, Ruſticos, Plebeos, & ad glebam aſtrictos, ſeu quovis nomine nuncupentur, in eisdem Terris, Dominiis, Civitatibus, Caſtris, Caſtellis, Oppidis, Villis, Locis, & diſtrictibus per Nos, ac predeceſſores noſtros ordinatos, & conſtitutos, ac de jure, vel facto ad nos, & Sacrum Imperium devolutos, devolvendos, ratione ſuadente, & ut ſibi videbitur enovandi, ordinandi, & deſtituendi, ac ſe de ipſis intromittendi, nec non per ſe, vel alium, ſeu alios noſtro, & Imperii Sacri vice, & nomine tenendi, prout eidem Theodoro noſtro Vicario videbitur, & prout etiam merita, vel demerita ipſorum, vel alicujus eorum ſuadebunt. Univerſos, & ſingu-

ANNO 1494.

los

ANNO 1494. los occupatores, poſſeſſores Comitatuum, Dominiorum, Vicaratuum, Diſtrictuum, Civitatum, Caſtrorum, Caſtellorum, Oppidorum, Villarum, Terrarum, & Communitatum, ac etiam quorumcumque bonorum, rerum, diſtrictuum, & locorum ad nos, & Sacrum Imperium ſpectantium, & quomodolibet pertinentium, ut relaxent, dimittant, & reſtituant ammonendi, convocandi, conſtringendi, & compellendi, ac contra eos, & quoslibet reſiſtentes, aut alias delinquentes, quandocumque, quotiescumque, & ubicumque, ac quomodocumque, ſive ſit Communitas, Collegium, Univerſitas, ſeu ſpecialis, aut ſingularis perſona, cum Dignitate, vel ſine, & ipſorum quemlibet ſummarie, vel de facto per dictum Vicarium noſtrum, alium, ſeu alios, per eum ſuo nomine ordinatos, & ordinandos, procedendi, cognoſcendi, ſententiandi, decidendi, exequendi, & puniendi, Bannum Imperiale pronuntiandi, ac in inobedientes animadvertendi, ac ipſos perſonaliter, & realiter mulctandi, & puniendi. Vexilla, ſeu Banderia Imperialia exigendi, & contra quoslibet deferendi Bellum, ſeu Bellum, ſeu Bella movendi, Exercitus, Cavalcatus, deſtructiones, vaſtationes, & confiſcationes Bonorum indicendi, faciendi, diſponendi, ordinandi, & perſequendi, univerſos, & ſingulos prefato Theodoro, & per eum conſtituto, ſeu conſtitutis Rebelles puniendi, relegandi, & ultimo ſupplicio addicendi, ratione, vel juſtitia mediante, & prout ſibi videbitur, ac ſicut criminis qualitas, ſeu delicti hoc exigit, vel requirit. Culpas quoque delinquentium, & exceſſus crimina etiam in Juditium deducta, & pœnas inflictas tam ipſis punitis adhuc viventibus, quam ipſis mortuis, ipſorum liberis, ſi eorum intereſt, obtinere indulgentiam, aut etiam illa que non ſunt in Juditium deducta, ſeu non punita, remittendi per Indulgentiam, aut reſtitutionem ad Patriam, ſeu Larem, bona, dignitates, bonam famam, & honores reſtituendi; ſive ſint generales perſone, ſive ſpetiales, etiamſi per eundem Vicarium noſtrum eſſent de quocumque crimine condemnati, ſic ut per ipſum, ſuum, vel ſuos, ut premittitur, Commiſſarium, ſeu Comiſtarios, Officialem, ſeu Officiales merum & mixtum Imperium, Adminiſtrationem, & omnimodam Jurisdictionem, auctoritatem, & Poteſtatem contentioſam, vel voluntariam in univerſos, & ſingulos homines cujuscumque Status, preheminentiæ, vel conditionis exiſtant, per prefatas Terras, Dominia, Civitates, Caſtra, Caſtella, Oppida, Villas, loca diſtrictusque conſiſtentes habitantes, vel moram trahentes exerceant, & exercere poſſint, ſecundum quod Vicario noſtro prefato jus, & ratio perſuadebunt, quacumque temporis preſcriptione, vel uſu capione non obſtante. Concedentes nihilominus ex certa noſtra ſcientia tenore preſentium eidem noſtro Vicario, & illis cui vel quibus hoc, vel aliquid aliud commiſerit, & in ipſum, vel ipſos jure plenario tranſeuntes auctoritatem, & licentiam generalem, ac plenam, expreſſam, liberam, & omnimodam omnemque noſtram, & Sacri Imperii Poteſtatem etiamque meri, mixti, liberi, & abſoluti Imperii, & Jurisdictionis ſunt, ad omnia, & ſingula ſupra, & infraſcripta. Collectas quoque, Datias, & quelibet alia onera realia, & perſonalia, ac mixta, nec non omnes cenſus, redditus, jura, proventus, emolumenta, ſubventiones, conductus, Telonea, & pedagia predictarum Terrarum, Dominiorum, Civitatum, Caſtrorum, Caſtellorum, Oppidorum, Villarum, locorum, & diſtrictuum, ac pertinentiarum eorumdem ad nos, & Sacrum Romanum Imperium pertinentium exigendi, & recipiendi, pœnas & mulctas, ratione previa, imponendi, levandi, & ex cauſis rationabilibus augumentandi, minuendi, remittendi in Juditio, & extra. Judæos Cameræ noſtræ ſervos acceptandi, deffendendi, & tuendi, Jura Ceſarea, collectas, ſubventiones, & Steuras ab ipſis, ſicut hoc honor Imperii, & neceſſitas poſtulaverint, exigendi in Juditio, & extra. In Cauſis, queſtionibus, Arbitriis, Arbitramentis, & littibus quibuscumque, tam cum cauſarum cognitione, quam ſine, Deum habendo præ oculis, ac de plano, ac ſummarie ſine ſtrepitu, & figura Judicii, ſola veritate inſpecta, procedendi, determinandi, Sententias exequendi, fugitivos inquirendi, & puniendi, Maleficos, Fures, Aſſaſſinos, & Robatores ſtratarum laqueandi, judicandi, & Piratas Maris ſubmergendi, juxta Sacrarum Legum, Canonum, & Jurium communium Sacratiſſimas Sanctiones, & prout ſecundum ritum, & Terræ conſuetudinem, municipalia Jura, & ſtatuta perſuaſerint, ac Proditores decapitandi, ſuspendendi, & eos, ac eorum quemlibet dum, & quotiens ſe caſus obtulerit, condemnandi, puniendi, membra truncandi, fuſtibus cedendi, de patria ad tempus, vel perpetuo relegandi, carcerandi, & igne cremandi, mutilandi, & debilitandi, bona talium publicandi, & infiſcandi, ac de omnibus criminibus ordinariis, & extraordinariis, enormibus, levibus, publicis, & privatis cognoſcendi, puniendi, & executiones faciendi, ac tam ſecundum jura communia, quam municipalia decidendi, cognitionem, & deciſionem hujusmodi committendi, in integrum reſtituendi: Abſolutionem quamlibet in Juditio, vel extra impendendi, & exercendi, Infamiam tam Juris, quam facti irrogandi, abolendi, & diſponendi, de cauſis principalibus, & appellationibus quibuslibet tanquam Judex ſuper hiis a nobis ſpecialiter delegatus cognoſcendi, examinandi, & diffiniendi, decreta primum, ſecundum, & cum ſolemnitate legali tertium interponendi, Jura declarandi, ac omnia que cauſarum merita requirunt, exercendi, & exequendi; ita tamen quod ab ejus, aut per eum conſtituti ſeu conſtitutorum ſententia ſeu ſententiis ad audientiam noſtri Culminis poſſit libere, totiens, quotiens opportunum fuerit, provocari. Monetas ſub vero pondere, & caractere aureas, & argenteas cudendi, & inſtituendi. Ferias imponendi, & tollendi jam factas ſemel & pluries, ac totiens, quotiens opportunum fuerit, & ordo dictaverit rationis. Dotes, & Dotalicia, ac donationes propter nuptias admittendi, approbandi, & confirmandi, Mentecaptis curatores; ac Orphanis, pupillis, & Viduis tutores preficiendi, devolutiones fiſcales quarumcumque hæreditatum, ſeu etiam rerum mobilium, & immobilium, dum Jus, & ratio illud exigerint, noſtro regio nomine exigendi, Tenutam, & poſſeſſionem talium pro nobis, & Imperio capiendi, Et generaliter omnia, & ſingula que ad verum, & legittimum Sacri Romani Imperii in ſupradictis Terris, Dominiis, Civitatibus, Caſtris, Caſtellis, Oppidis, Villis, locis, & diſtrictibus generalem Vicarium pertinent, ut premittitur, libere & abſque impedimento quolibet faciendi, etiam ſi qua ex eis jure, vel conſuetudine exigerent Mandatum magis ſpetiale, Sacroſancta Eccleſiaſtica libertate, ac feudis quorumblibet Epiſcoporum, Prelatorum, Principum, Marchionum, & Comitum in prefatis Terris, Dominiis, Civitatibus, locis, & Diſtrictibus conſiſtentium, quæ à nobis, & Imperio Sacro immediate dependent, ac aliorum quorumcumque Juribus ſemper ſalvis. Marchia Trevisana, & ſignanter Verona, Vincentia, & Padua cum eorum Diſtrictibus, & tenutis ſpecialiter, & expreſſe exceptis; non obſtantibus etiam aliquibus Legibus, Conſtitutionibus, Statutis, Uſibus, Conſuetudinibus, obſervantiis, & aliis in contrarium datis, vel obſervatis, vel aliter formam tradentibus, per quas, vel que premiſſa, vel eorum aliquod, ſeu aliqua dici poſſent invalida, vel eſſe annullanda. Quibus omnibus de certa noſtra ſcientia, ac ſi de eis, & quolibet eorum facta eſſet expreſſa mentio ſpetialis, quoad ſupradicta omnia, aut aliquod predictorum de noſtræ Romanæ Regiæ Poteſtatis plenitudine derogamus expreſſe, ratum, & gratum habituri ex nunc prout ex tunc quidquid per dictum Theodorum, aut ſuum, vel ſuos Commiſſarios juxta preſentem modum, ordinem, & formam rite, ac recte actum, ac geſtum fuerit in premiſſis, & quolibet premiſſorum; ac ſi per nos noſtreque Majeſtatis Officium de certa noſtra Scientia agerentur. Mandantes igitur univerſis, & ſingulis Principibus Eccleſiaſticis, & Secularibus, Prelatis, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Proceribus, Nobilibus, Vicariis, Militibus, Clientibus, Rectoribus, Officialibus, Caſtellanis, Judicibus, Advocatis, Civibus, Communitatibus, & Univerſitatibus Civitatum, Caſtrorum, Caſtellorum, Oppidorum, Villarum, Locorum, & diſtrictuum prefatarum Terrarum Lombardiæ, cujuscumque dignitatis, gradus, Status eminentiæ, ſeu conditionis exiſtant, qui ſunt, aut qui pro tempore fuerint, devotis, & fidelibus noſtris, quatenus prefato Theodoro, ac illi, vel illis, cui ſeu quibus vices ſuas commiſerit in omnibus, & ſingulis ſupradictis, ac etiam aliis, que pro Sacri Romani Imperii, ac Reipublicæ incremento felici attemptare, incipere, proſequi, & conſummare decreverit, fideliter, obedienter & humiliter tanquam nobis ſine contradictione, & impedimento quibuslibet obediant, pareant effectualiter, & intendant. Sicut gravem noſtre Majeſtatis offenſam

ANNO 1494.

ANNO 1494. voluerint artius evitare. Prelentibus usque ad nostram, aut Succesorum nostrorum Romanorum Imperatorum, vel Regum revocationem, aut beneplacirum tantummodo duraturis. Harum sub nostre regiæ Majestatis Sigillo testimonio Litterarum. Datum Hidelbergæ anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quartodecimo, vigesima die Septembris, Regnorum nostrorum Anno Hungariæ &c. vigesimo octavo, Romanorum vero quinto, Signanter quoque prefatam Illustrem Mariam Tutricem, Curatricem, Gubernatricem, ac Universalis Dominii, & Principatus predicti Administratricem, ac Consanguineam nostram nomine dicti Illustris filii sui Gulielmi suorumque heredum, & Succesorum investivimus, & investimus de locis infrascriptis videlicet Turri, Insule prope Frasmetum, Ponto Cartoxio, Mota apud Castiglogas, Pareto, Montalerio, Trisobio, Vexime, Sancto Georgio prope Veximas, Chario, Altari, Dego, Lemale, Ticineto, & Casalbrigogno, & generaliter de omnibus aliis, & singulis que mediate, vel immediate tenuerunt, & possederunt Marchiones Montisferrati, ac ipsi Maria & Gulielmus Marchiones moderni, & consanguinei nostri tenent, & possident, cum suis Territoriis, membris, & limitibus, & aliis supradictis, ut pote jure debito ad ipsum Marchionem spectantibus & pertinentibus tam in langhis, quam in partibus circumstantibus, & alibi ubicumque, Alienationibus, distractionibus, seu renunciationibus, & quibuscumque illicitis occupationibus, seu in feudum recognitionibus per ipsos Illustres Marchiones, vel eorum alterum Regalium Feudorum, ac temporalium predictorum, aut pertinentiarum ad eadem, per vim forsan, dolum, metum, sive aliam sinistram machinationem, aut alias quovis modo indebite exactis, aut extortis per quoscumque, quacumque prerogativa fulgentes, quas omnes, & singulas dictis auctoritate, scientia, & plenitudine potestatis cassamus, irritamus, & annullamus, nullasque, & inanes, & nullius existere roboris, vel momenti decernimus, & pro non factis haberi volumus, ceterisque in contrarium factis, habitis, obtentis, commissis, & obmissis non obstantibus quibuscumque, quibus per presentes derogamus, & derogatum esse volumus ex certa nostra scientia de plenitudine potestatis, etiam Legibus quibuscumque, Statutis, & Consuetudinibus, Juramentis, ac aliis quibuscumque in contrarium disponentibus, & facientibus, non obstantibus, declarantes ea intentione nos id disponere pro conservatione jurium Dominii, Privilegiorum, & gratiarum dictæ Marchie Principatui, seu Illustribus Marchionibus concesorum, & eo libentius, quod eorum fides, & devotio versus Sacrum Romanum Imperium in hunc usque diem ut supra diximus, extitit inviolata eritque in futurum, ut nobis ipsis facile persuademus. Recepto tamen prius à prefatis Oratoribus ad hoc Mandatum, & potestatem habentibus debito, atque in hujusmodi prestari solito homagii Juramento. Videlicet quod ipla Maria Marchionissa Tutrix, Curatrix, & Gubernatrix ut supra nobis Maximiliano Romanorum Regi &c., & succesoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus legittime intrantibus fidelis, & obediens erit ipsa, & ejus Illustris Filius Gulielmus Primogenitus, & Marchio Montisferrati fidelis, & obediens erit, damnum, & periculum nostrum avertent, ac bonum, & honorem nostrum promovebunt toto suo posse, & omnia erga nos facient quæ fidelis Princeps, & Vasallus erga Dominum suum Romanorum Imperatorem, & Regem facere tenetur, & solet de consuetudine, vel de jure, & omnia quæ in corpore Sacrarum Legum comperiuntur quomodolibet expressa, dolo, & fraude quibuslibet semotis. Promiseruntque prefati Oratores ipsam Illustrem Marchionissam hæc omnia expresse ratificaturam, & grata habituram. Præterea cum Regali munificentia ita fidelibus suis gratias erogare consueverit, ut quod uni, vel pluribus ab Imperiali largitate donatum fuerit, nulla ratione Juribus, Privilegiis, aut impetratis gratiis aliorum prejudicet, prefatæ Marchionissæ, & Gulielmo Marchioni ejus Primogenito Principi, & Consanguineis nostris dilectis suæ Dignitati Marchionali, & Principatui suisque hæredibus, & succesoribus, qui forsitan aliquibus rationibus suggerentibus timere, aut dubitare videntur, ne adversus se, aut Marchionatum, & Principatum Dignitatemque suam, Jura, Privilegia, libertates, & gratias, quibus Principatus eorum a diva Majestate Sacratissimorum Celarum ab antiquo insignitus extitit, & quibus clare memoriæ Illustres Progenitores sui freti sunt, seu frui debuissent, & potuissent, & ipsi fruuntur, seu frui possent, & deberent, Auctoreque Domino in antea felicius perfruentur, aliqua forsitan per quoscumque aut importunitate petentium, aut errore, oblivione, vel ignorantia impetrate sint hactenus, aut in futurum, non absque suo, & predecesorum heredumque, & Succesorum suorum Marchionum Montisferrati, aut ejusdem Marchionatus, & Principatus prejuditio, impetrari valerent. Nos intentione sua inspecta diligentius, & in examen providæ discussionis adducta, animo deliberato, sano Principum, Comitum, Baronum, & Procerum Sacri Imperii, & nostrorum fidelium accedente consilio, ex certa nostra scientia, & de Regalis potestatis plenitudine predictis Mariæ Marchionisse, & Filio Marchioni, heredibus, & succesoribus suis Marchionibus Montisferrati, & eidem Marchionatui, & Principatui in perpetuum omnia Jura, Privilegia, Litteras, immunitates, & gratias, officia, auctoritates, & facultates quascumque in omnibus suis sententiis, punctis, clausulis, & tenoribus de verbo ad verbum, prout ab Imperiali Majestate, & Sacro Romano Imperio, & presertim a nobis obtenta, & obtentæ sunt, & sicut in talium possessione legittima tempore transacto sui Illustres Predecessores fuerunt, vel esse debuerunt, nunc de novo approbantes, ratificantes, & Regalis largitatis munificentia confirmantes, & quatenus expediat de novo concedentes, omnem etiam deffectum, siqui forsitan ob non servatam in predictis omnibus, & singulis solemnitatem debitam, & a jure, vel consuetudine requisitam, aut in verborum obscuritate, seu personarum deffectu intervenerint, maxime in Juramenti prestatione per jam dictos Oratores, etiam quemcumque alium defectum solemnitatis subreptionis, & obreptionis, que dici, & allegari posset quomodocumque, & qualitercumque, ex quavis causa, & occasione, de auctoritate, scientia, motu proprio, ac potestatis plenitudine supplentes, Legibus quibuscumque, Statutis, consuetudinibus aliis quibuscumque in contrarium facientibus, etiamsi talia forent in quibus esset fienda specialis, & nominata mentio, non obstantibus; illis omnibus enim que in contrarium ut supradictum est, vel impetrata sunt, vel impetrari possent, ex eisdem scientia, auctoritate, & potestate derogamus, & derogatum, esse volumus. Decernentes, & hoc perpetuo Regali statuentes Edicto, quod omnia, & singula Privilegia, Litteræ, seu Concessiones que quibuscumque cujuscumque preheminentiæ, status, gradus, seu conditionis existerent, à Celsitudine Imperiali, & seu adversum nostra Jura, Privilegia, Libertates, Immunitates, & gratias dictis Marchionibus hæredibus, & succesoribus suis concessa, & concessas impetrata, seu impetratæ fuissent, seu in futurum impetrari contingeret, sub quacumque verborum forma, irrita, & inania, seu invalida, irrite, inanes, seu invalide sint, & esse debeant, & nullius penitus roboris, vel momenti. Nam eisdem Privilegiis, Litteris, & Concessionibus in omnibus suis tenoribus, sententiis, punctis, & clausulis de verbo ad verbum prout scripta, seu scriptæ videri, aut inveniri possint, ac si presentibus ad plenum inserta, & inserte existerent, etiamsi de eis in presentibus Jure, vel consuetudine deberet fieri mentio specialis, si & in quantum in totum, vel pro parte antedicti Marchionatus, & Principatus Montisferrati Juribus, Privilegiis, Litteris, Immunitatibus, Libertatibus, gratiis, & observantiis usu approbatis utentium, vel que approbari usu potuissent, vel debuissent, in totum, vel in aliqua sui parte nocere, & adversari, aut in aliquo prejuditium afferre censerentur, de Regalis potestatis plenitudine, & ex certa nostra scientia derogamus, & derogatum esse volumus, presentium per tenorem. Dictos Mariam, & Gulielmum Marchiones consanguineos nostros charissimos, heredes, & Succesores suos in dicto Marchionatu Terras, Dominia, Fortilicia, Jura, & Bona sua singula in nostram, & Imperii Sacri protectionem, tuitionem, & deffensionem læto animo gratiose, & singulari affectu aslumentes, ut eisdem nostris, & Imperii Sacri protectione, tuitione, & deffensione potiantur, & gaudeant quibus alii Sacri Romani Imperii Principes gaudent, & quottidie potiuntur Et quia nobis etiam pro parte prefatæ Illustris Mariæ nostræ Charissime Consanguineæ Tutricis, Curatricis, & Gubernatricis Gulielmi Marchionis Montisfer-

ANNO 1494.

ANNO 1494. tisferrati, noſtri, & Imperii Sacri Principis, & Conſanguinei fidelis dilecti expoſitum extitit quod ipſe Princeps, ac Conſanguineus noſter, & ſui Predeceſſores, & Progenitores variis Juribus, Privilegiis, gratiis, indultis, Litteris, dignitatibus, libertatibus, immunitatibus, Offitiisque, & aliis auctoritatibus, facultatibus per divos Romanorum Reges, & Imperatores in Imperio, & Regno Predeceſſores noſtros muniti eſſent, atque inſuper humiliter ſupplicatum, quatenus Jura, Privilegia, Gratias, Indulta, Litteras, Dignitates, Libertates, Immunitates Offitia, honorantias, facultates, auctoritates, & alia quecumque ipſis, ſeu eorum cuilibet ut prefertur conceſſa, & conceſſas, factaque, & factas, pro illorum, ſive illarum ſubſiſtentia firmiori, auctoritate noſtra Regia confirmare, illisque Regalis noſtri muniminis robur adjicere dignaremur gratioſe, Nos igitur petitioni hujusmodi ex innata nobis clementia favorabiliter, & potiſſime precibus prefate Illuſtris Mariæ Conſanguineæ noſtræ chariſſime, ob ejus ſingulares virtutes, & peculiares animi dotes, annuentes, omnia, & ſingula Jura, Privilegia, Indulta, & Officia, honorantias, facultates, & auctoritates quascumque per ſupradictos Romanorum Imperatores, & Reges ut premittitur conceſſas, & conceſſa, ac etiam univerſas gratias, Libertates, Immunitates, ac alia quecumque a quibusvis Romanorum Imperatoribus, & Regibus Predeceſſoribus noſtris Illuſtri quondam Bonifatio Marchioni noviter vita functo ejusque Progenitoribus, & Predeceſſoribus, preſertim Illuſtribus quondam Theodoro, Johanni, & Gulielmo Fratri, & Predeceſſori ejusdem Bonifatii, & Marchionatui Montisferrati conceſſas, & conceſſa, quia rite obtente ſunt, & conceſſe, in omnibus ſuis punctis, clauſulis, & articulis ſano Procerum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, matura deliberatione prehabita, auctoritate Romana Regia, & ex certa ſcientia Regaliſque plenitudine poteſtatis approbamus, ratificamus, confirmamus, atque prout opus fuerit, innovamus, & de novo concedimus. Volentes ac Regio ſtatuentes Edicto, quod predicta Privilegia, Indulta, Officia, honorantiæ, facultates, omniaque, & ſingula premiſſa perpetui obtineant roboris firmitatem. In premiſſis tamen, & quolibet ipſorum noſtris, & Imperii ſacri Juribus ſemper ſalvis, quibus per preſentem paginam penitus, nec prejudicari volumus, nec derogari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Inveſtituræ, Derogationis, Tuitionis, & Protectionis, Confirmationis, & Decreti paginam infringere, ſeu ei temerario auſu quovismodo contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem noſtram, & Imperii Sacri graviſſimam, & pœnam mille Marcharum auri puriſſimi totiens, quotiens contraventum fuerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem Regalis Fiſci, ſive Erarii noſtri, reſſiduam vero partem injuriam paſſorum, vel paſſi uſibus decernimus applicandam. Teſtes hujus rei ſunt Venerabilles, Illuſtres, Generoſi, Nobiles Conſanguinei Principes, Conſiliarii Cubicularii, & Fideles noſtri dilecti, Henricus Curienſis, Melchior Brixinenſ., Mathias Secovienſ. Eccleſiarum Epiſcopi, Albertus Locumtenens Terrarum noſtrarum hereditariarum Flandriæ, Brabantiæ &c, & Henricus Filius ſuus Duces Saxoniæ, Lantgravii Turingii, Marchiones Myſſie, Richardus Dux Eboracenſis, Enricus Dux Prunſigenſis, Rudolphus Princeps in Anhal, & Comes in Ascania, Leonhardus Goriciæ, Ytel Fredericus de Zolre, noſtræ Cameræ Judex, Philipus in Naſſaw, Wilhelmus in Tierſtein, Henricus in Furſtemberg, Philippus in Eyſemburg Comites, Vitus in Wolckenſtain noſter ſupremus Capitaneus Campeſtris, Bernardus, & Martinus in Polhaim Barones, Rempertus de Reyhenberg noſtræ Curiæ Mareſchalcus, Nicolaus de Firmion. Magiſter Curiæ Reginalis, Hieronimus Leonus, Zacharias Conterrenus Venetiani, Balthaſar de Puſterla, Laſonde Mayne Mediolanenſes, Franciſcus de Arrioſtis, Pandulfus Collenutius Ferrarienſes Oratores, & alii quamplures fidedigni, Prelentium ſub noſtri Regalis Sigilli appenſione teſtimonio Litterarum. Datum in Oppido noſtro Innſprugk, die decima ſeptima menſis Martii, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto, Regnorum noſtrorum Romani nono, Hungariæ vero quarto Annis.

Ad Mandatum Domini Regis proprium Conradus Sturtzel de Buchen Doctor, & Miles Cancellarius ſubſcripſit.

ANNO 1494.

Cum ejus Originali in Pergamena ſcripto, ac Bulla Imperiali extra capſulam in cera impreſſa, ac cordulis ſericis coloris rubei, albi, & cinericei pendente, ſicut expedita, in ſecretiori Archiducali Mantuæ Archivio adſervato præſentem ſumptam Copiam omnino conferre atteſtor.

Ego Ludovicus Nob: olim H. Octavii de Mazziis filius Civis, publicuſque Imperiali auctoritate, Mantuæ Notarius ac dicti ſecretioris Archiducalis Archivii Cancellarius. In quorum hic me, ſolita cum atteſtatione, ſubſcripſi hac die 20. Junii. 1720.

Ita verum eſſe affirmo Ego Joſeph Maria Caſtileonus ejuſdem Archivii Præfectus, hac die 28 Junii 1720.

CCCII.

Inſtrumentum publicum Inveſtituræ Ducatus Mediolani, Comitatusque Papiæ, & Angleriæ, à Mandatariis Cæſareis, LUDOVICO MARIÆ SFORTIÆ *traditæ in forma ſolenni, videlicet per Annulum, Clamidem hermelino foderatum, Mitram Ducalem, Gladium, Baculum & Vexillum, Juramento Fidelitatis præſtito, &c. Actum Mediolani die* 28. *Maii anno* 1495. CUM *Mandato* MAXIMILIANI I. *Romanorum Regis* MELCHIORI *Epiſcopo Brixienſi, &* CONRADO DE BUCHEN *Cancellario ſuo ad effectum prædictæ Inveſtituræ. Datum Wormatiæ die Aprilis* 1495. [Autentique tiré des Archives Royales du Chateau de Milan.] 1495. 28. Mai.

MAximilianus Divina favente Clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Gheldriæ & Comes Flandriæ, Tirolis &c. Tenore præſentium profitemur, & notum facimus, quibus expedit univerſis, quod nos Venerabili Melchiori Epiſcopo Brixienſi Principi, & ſpectabili Conrado de Buchen Jurium Doctori, & Equiti Aurato, Cancellario noſtro, Conſiliariis, Oratoribus, Mandatariis noſtris, & Imperii Sacri devotis, atque fidelibus dilectis vigore præſentium damus atque concedimus plenariam, & omnimodam facultatem, atque Mandatum tam generale, quam ſpeciale, ut Illuſtrem Ludovicum Mariam Sfortiam Anglum, Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, Principem, Affinem, & Conſanguineum fidelem nobis cariſſimum ſuper Ducatu Mediolani, ac Comitatibus Papiæ, & Angleriæ ſecundum tenorem Litterarum, ac etiam conſenſus Principum Electorum deſuper factarum, noſtra auctoritate Regia inveſtire, ipſumque cætui, ac numero aliorum noſtrorum, & Sacri Romani Imperii Principum aggregare, nec non Clamide, Gladio, Galero, & aliis ad ejusmodi dignitatem correquiſitis decorare, ac denique ſingula alia neceſſaria noſtro nomine facere, & agere valeant, quæ videbuntur expedire. Quidquid igitur in prædictis Negotiis, hii ipſi Conſiliarii Oratores, ac Mandatarii noſtri conjunctim, ſive diviſim peregerint, atque expediverint, id ratum, & gratum perpetuo habebimus, Noſtramque Regiam Auctoritatem, quo talia Negotia validius robur conſequantur, ad plenum impartimur, dolo, & fraude penitus ſemotis: Harum teſtimonio Lit-

ANNO 1495. terarum ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in Civitate noſtrâ Imperiali Wormacenſi, vigeſima tertia die menſis Aprilis, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto, Regnorum noſtrorum Romani decimo, Hungariæ verò ſexto annis. In annulo ad Mandatum Domini Regis proprium Bertoldus Archiepiscopus Moguntinus Archicancellarius, & ſigillatæ ſigillo pendenti in cera rubea appenſo cum carta. In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, ac glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, & totius Celeſtis Curiæ triumphantis amen, Anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto, Indictione tertia decima: Die verò Jovis vigeſimo octavo menſis Maji, quæ eſt dies Aſcenſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Regnante Sereniſſimo, & invictiſſimo, ac glorioſiſſimo Principe, & Domino Domino Maximiliano Divina favente Clementia Romanorum Rege ſemper Auguſto, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rege, Archiduce Auſtriæ, Duce Burgundiæ, Barbantiæ, Gheldriæ & Comite Flandriæ, & Tirolis & Regnorum ſuorum Romani decimo, Hungariæ vero ſexto annis. Univerſis, & ſingulis Chriſti Fidelibus præſens ſcriptum intuentibus pateat: Quod proximo die Veneris vigeſimo ſecundo præſentis menſis Maii Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Principe Domino Ludovico Maria Sfortia Anglo, Duce Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comite, ad actum infraſcriptum perſonaliter coram Reverendiſſimo in Chriſto Patre Domino Domino Melchiore Episcopo Brixinenſi Sacri Romani Imperii Principe, ac Magnifico, & clariſſimo Viro Conrado Sturtzl de Buchen Jurium Doctore, Equite aurato, ſupradicti Sereniſſimi Romanorum Regis Cancellario, Conſiliariis, Oratoribus, & Mandatariis prout de eorum Mandato inferius inſerto legitimè conſtat, conſtituto, ſub officio, quod de Spiritu Sancto per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum Guido Antonium Arcimboldum Archiepiscopum Mediolanenſem in Caſtro Mediolani, & Capella Ducali in altari ſplendide decorato ſolemniter more ſolito decantabatur usque ad Evangelium, quo lecto, & habita per dictum Dominum Cancellarium Regium brevi oratione cum lætitia in Laudem præfati Illuſtriſſimi Domini Ludovici Ducis & in qua ejus Laudes ſatis abunde demonſtravit, propter quas meritò Sacra Auguſtalis Majeſtas una cum Dominis Principalibus Electoribus hunc ipſum Dominum præfatum Ludovicum Ducem Mediolanenſem ſua Regia Clementia, Gratia, humanitate, & amicitia dignum judicarunt: Qua de re dicti Domini Oratores Regii, & Mandatarii pleno Mandato ſuffulti, quod in publico ediderunt ſub hujusmodi tenore: Maximilianus Divina favente Clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Gheldriæ, & Comes Flandriæ Tirolis, &c. Tenore præſentium profitemur, & notum facimus, quibus expedit univerſis, quod Nos Venerabili Melchiori Episcopo Brixinenſi Principi, & ſpectabili Conrado de Buchen Jurium Doctori, & Equiti aurato, Cancellario noſtro, Conſiliariis, Oratoribus, Mandatariis noſtris, & Imperii ſacri devotis, atque fidelibus dilectis vigore præſentium damus, atque concedimus plenariam, & omnimodam facultatem, atque Mandatum tam generale, quam ſpetiale, ut Illuſtriſſimum Ludovicum Mariam Sfortiam Anglum Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, Principem, Affinem, & Conſanguineum fidelem nobis cariſſimum ſuper Ducatu Mediolani, ac Comitatibus Papiæ, & Angleriæ ſecundum tenorem Litterarum, ac etiam conſenſus Principum Electorum deſuper factarum, noſtra auctoritate Regia inveſtire, ipſumque Cætui, ac numero aliorum noſtrorum, & Sacri Romani Imperii Principum agregare, nec non Clamide, Gladio, Galero, & aliis ad hujusmodi Dignitatem requiſitis decorare, ac denique ſingula alia neceſſaria noſtro nomine facere, & agere valeant, quæ videbuntur expedire: quicquid igitur in prædictis negotiis ipſi Conſiliarii Oratores, & Mandatarii noſtri conjunctim, ſive diviſim peregerint, atque expediverint, id ratum, & gratum perpetuò habebimus noſtramque Regiam auctoritatem, quo talia negotia validius robur conſequantur, ad plenum impartimur, dolo, & fraude penitus ſemotis. Harum teſtimonio Litterarum ſigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in Civitate noſtra Imperiali Vormacenſi vigeſima tertia die menſis Aprilis Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto, Regnorum noſtrorum Romani decimo, Hungariæ verò ſexto annis. Ad Mandatum Domini Regis proprium Bertholdus Archiepiscopus Maguntinenſis Archicancellarius ſubſcripſit, Auctoritate hujuscemodi Mandati per Organum Domini Cancellarii Regii ad dictum Illuſtriſſimum Dominum Ludovicum genibus flexum, prout ab ipſis Dominis Oratoribus juſſum fuerat, ſermonem dirigendo in hæc verba proruperint: Nos Oratores Regii, & Mandatarii ad hoc plenum Mandatum habentes, Auctoritate Omnipotentis, & Immortalis Dei, ejusque intemeratæ Genitricis Virginis Mariæ, & totius cætus Superorum, Juſſu quoque, ordinatione, & Ceſarea auctoritate nobis in hac parte conceſſa, qua in præſentiarum fungimur, accedente etiam conſenſu, & voluntate Principum Dominorum Electorum, Te Ludovicum Mariam Sfortiam Anglum florentiſſimo Ducatui Mediolanenſi, & Comitatibus Papiæ, & Angleriæ Principem, Ducem, & Comitem præficimus, creamus, & inſtituimus, Teque Sacri Romani Imperii Principem, & Comitem, verum quoque, & indubitatum Ducem Mediolani, ac Comitem Papiæ, & Angleriæ publicè, & palam pronuntiamus, atque decernimus: Cætui deinde, & numero aliorum Sacri Romani Imperii Principum, & Comitum aggregamus, & unimus, conferentes Tibi hos ipſos Ducatum, & Comitatus in feudum, de quibus Te jam jam inveſtimus, & inveſtitum haberi volumus, & declaramus, ſemper tamen juxta formam, & tenorem Inſtrumentorum, & Litterarum tum a Sacra Regia Romanorum Majeſtate, tum etiam a Principibus Electoribus jam jam in Conventu Vormacenſi deſuper emanatorum, Dantes tibi prædictorum Ducatus, & Comitatuum effectualem, veram, realem, corporalem, & actualem poſſeſſionem per hujuscemodi annuli ex præexcellenti Gemma Balaſſii formati traditionem, quem etiam annulum dicti Domini Oratores Regii ad manum dexteram ſibi tradiderunt, & ejus digito medio affixerunt, & continuarunt ii ipſi Domini Oratores in hæc verba: Mandantes inſuper omnibus, & ſingulis Mediolanenſibus Viris, cæterisque ipſius Ducatus Mediolanenſis, & Comitatuum Papiæ, & Angleriæ Subditis, Incolis, & Terrigenis, cujuscumque ſtatus, conditionis, & præeminentiæ fuerint, pro quanto ſaltem graviſſimam Ceſareæ Majeſtatis indignationem evitare voluerint, Ut tibi Ludovico prænemorato veluti ſuo vero legitimo, & indubitato Domino, & Duci Mediolanenſi, ac Comiti Papiæ, & Angleriæ obediant, homagium, & fidelitatem, uti moris eſt, & antiquitus obſervatum, præſtent, & exhibeant, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen, Proficiat Tuæ Excellentiæ Inclitiſſime Dux; ſalvo tamen ſolito Juramento fidelitatis per tuam perſonam tamquam Imperii Ducem, & Comitem ſacræ Auguſtali Majeſtati præſtando: Itaque dicti Domini Oratores Regii Librum Miſſalem acceperunt, & præpoſito ſibi Evangelio Sancti Joannis, quod ambabus manibus tetigit, & in forma ſolita ipſorum Dominorum Principum Imperii, in verba jurando: Ego Ludovicus Maria Sfortia Anglus, Dux Mediolani, Comes Papiæ, & Angleriæ promitto, & juro ad hæc Sancta Dei Evangelia, quæ corporaliter tango, Vobis Dominis Regiis Oratoribus, quod ex nunc in antea fidelis, & obediens ero, eſſeque debeo, & volo Sereniſſimo, & Invictiſſimo Principi, & Domino, Domino Maximiliano, divina favente Clementia Romanorum Regi ſemper Auguſto, Domino meo gratioſiſſimo, & poſt deceſſum ſuæ Serenitatis ejus ſucceſſoribus Romanorum Imperatoribus, & Regibus, Sacroque Romano Imperio contra omnes, & quoscumque, ſcienter etiam nunquam volo, aut eſſe debeo in conſilio, ubicumque tractabitur, aut prætendetur contra Serenitatis ſuæ Perſonam, honorem, dignitatem, ſive ſtatum, neque iis aliqua vice conſentire: quin imò debeo, & volo honorem, & utilitatem perſonæ Serenitatis ſuæ, ac etiam Sacri Imperii pro omni poſſibilitate mea procurare, & promovere, & ſi unquam intelligam quodcumque contra Serenitatis ſuæ perſonam, aut Regalem Majeſtatem prætendi, vel tractari huic fideliter occurrere, & ejus Serenitatem ſine omni dilatione aviſare, & ea facere volo, & debeo, quæ Serenitatis ſuæ, ſacrique Romani Imperii Principi, fidelique Vaſſallo de Jure, vel conſuetudine fideliſſimè facienda incumbunt. Dolo & fraude prorſus ſemotis, ſic me Deus adjuvet, & hoc Sanctum Evangelium: quo juramento præſtito ſæpe dic-

ANNO 1495.

ANNO 1495. tus Dominus Cancellarius continuando sermonem suum dicebat: Cum autem in alio quoque rerum genere apud veteres frequentatum, & plerunque factitatum legerimus, ut quem quisque ordinem profiteri voluisset, ejus sibi tradebantur Insignia, sic Poetæ Lauro, sic militari stemmate Milites, sic Victores triumphalibus Infulis; sic servi Dei ut in Apocalipsi in frontibus signati, sic tandem omnes illius Artis, & Professionis, cui sese dedicavere, Insignibus decorarum iri solebant, sic divino quodam Jure, ne dum Prophetis, & Sacerdotibus, sed etiam Regibus ipsis præexcellentibusque Principibus, qui vitæ Sanctimoniam, integritatem, & puritatem, profitentur, Insignia præberi debebunt. Itaque Excellentissime Princeps, imprimis tradimus tibi (secundum quod forma verborum ipsius Domini Cancellarii erat, qui una cum præfato Reverendissimo Domino Brixinensis Ecclesiæ Episcopo ordine quodam Insignia Ducalia tradiderunt.) Primò quidem Clamidem, sive Mantum Ducale de satino rubei, & cremisini coloris in forma solita cum hermelino foderatum, subductum, & supra circum amictum (cum expositione quorundam, & cum expressione quorumdam verborum, quid hujusmodi Mantum significare deberet, sicuti cæteris Insignibus cunctis significantias suas adhibuit). Deinde Mitram Ducalem, seu Galerum quendam, & in solita forma cum hermelino foderatum, & ab anteriori parte elevatum aurea lamina cinctum, capiti ejus super imposuerunt, postea tradiderunt sibi ensem ex aurea Vagina evaginatum, ut illum manibus tangeret, quem ab eo receperunt, & in vaginam immiserunt, & qui ensis jussu ipsius Illustrissimi Domini Ludovici in manibus Magnifici Domini Galeaz Sfortiæ Vicecomitis, Comitis Meltii ejus Nepotis solemniter gestandus traditus est, cui addiderunt baculum, seu virgam rubei coloris, quam per se in manu sua retinuit, ac deinde Vexillum, sive Banireum quadrifariam partitum, ubi arma Imperii cum Insignibus Ducatus Mediolanensis conjuncta & depicta fuerunt, quod Vexillum Illustri, & Magnanimo Heroi Domino Galeaz Sfortiæ Vicecomiti de Sancto Severino suo Genero, & Armorum Capitaneo Generali Dux ipse Ludovicus illico tradidit, quo facto ille ipse Dominus Regius Cancellarius protestabatur, singularum rerum supra agitatarum gratulationem, Populi quoque, & Subditorum dicti Ducatus Mediolanensis, & Comitatus Papiæ, & Angleriæ nomine Sacræ Romanæ Regiæ Majestatis commendationem, qualiter suæ Excellentiæ illum commendare vellent, sibi reservare usque in publicum prædictorum actuum festum diem indictum ea peragendi, & finita ipsius Regii Cancellarii Oratione, aliam luculentissimam Orationem habere illicò aggressus est Magnificus, & Clarissimus Doctor Dominus Jason Magnus ipsius Illustrissimi Domini Ducis Mediolani Consiliarius secretus, in agendis gratiis Sacræ Romanæ Regiæ Majestati & Laudibus ejus, & gratulatione Subditorum Ducatus Mediolani pro talis, & tanti Ducis creatione. His peractis Cantores dicti Illustrissimi Domini Ducis alta voce Canticum Lætitiæ *Te Deum Laudamus* inceperunt. Tandem divino officio per supradictum Reverendissimum Dominum Archiepiscopum completo, præfati Domini Regii Oratores ipsum Dominum Ducem in ornamentis Ducalibus, ut præfertur, baculum rubeum in manu tenentem, antelatis sibi Banireo, & gladio in Vagina aurea in manibus ipsorum Illustris, & Magnifici Domini Capitanei generalis, & Comitis Meltii suprascriptorum, intermedium suscipientes in aulam suam Cameralem conduxerunt: Acta sunt hæc in Capella Ducali Arcis Mediolanensis sub anno, Indictione, die, mense, & Imperio quibus supra. In præsentia Illustris Principis, & Domini Francisci Marchionis Mantuæ & quondam Illustris Domini Marchionis Federici Filii, & Illustrissimi Domini Alphonsi Estensis, Primogeniti Illustrissimi & Excellentissimi Domini Herculis Ducis Ferrariæ, ipsius Domini Ludoviei Cognati, Magnifici Domini Jacobi Trotti Equitis aurati, Oratoris prefati Illustrissimi Domini Ducis Ferrariæ, & Magnifici Domini Annibalis Bentivoli, Primogeniti Illustrissimi Domini Joannis Bononiensis, Præsentibus etiam Magnificis Nobilibus, & Clarissimis Viris Dominis Bartolomeo Chalco primo Secretario Ducali, Herasmo Brascha Consiliario, Bartolomeo de Velspric Castri Brunichi suprascripti Domini Episcopi Brixiensis Capitaneo, & Domino Comite Baptista Quartario Parmensi Seschalco generali præfati Illustrissimi Domini Ducis Ludovici, Equitibus auratis, Testibus ad præmissa vocatis, habitis, & rogatis, ac multis, & multis aliis. Subsequenti verò die Martis, quæ fuit vigesima sexta ejusdem mensis Maii, Anno, Indictione, & aliis quibus supra in Civitate Mediolanensi in publica Platea ante Ecclesiam Cathedralem erectum fuerat sedile quoddam altum, & latum, instar solii Regii pretiosissimè ornatum, super quo altare cum pluribus vasis aureis, & argenteis, & reliquiis, & imaginibus Sanctorum splendidissimè decoratum extabat, quo sese præfati Domini Regii Oratores contulerunt, ibidem memoratum Illustrissimum Dominum Ducem Ludovicum expectantes: qui posteaquam cum magno apparatu, & Comitativa comparuisset, circa se receperunt, ubi itidem suprascriptus Reverendissimus Dominus Guidantonius Arcimboldus Archiepiscopus Mediolanensis cum multis Episcopis, & aliis Ecclesiasticis personis sibi assistentibus Officium de Spiritu sancto solemnissimè incæpit. Lecto Evangelio iterum dictus Dominus Cancellarius Regius Orationem splendidissimam, & multo lepore concinnitate verborum ornatam in laudem præfati Illustrissimi Domini Ducis Ludovici palam, & publicè habebat. In qua Laudes, & virtutes & præclara facinora ipsius Domini Ducis amplissimè, & plurimum splendidè demonstravit, & in medium deduxit, ac in longum recensuit: qua finita, mox edito Mandato Regio præscripto, in ea verba ut supra in Capella actum, fuit proruptum, & præfati Reverendissimus Dominus Episcopus Brixinensis, & Conradus Doctor, & Eques Auratus, Cancellarius, Regii Oratores, per ipsius tamen Cancellarii organum, jam dictum Dominum Ducem Ducatui, & Dominio Mediolanensi præfecerunt, & instituerunt dumtaxat, eumque Sacri Romani Imperii Principem, verum quoque legitimum, & indubitatum Ducem Mediolani palam, & publice creaverunt, pronunciaverunt, & decreverunt: Unientes, & aggregantes ipsum Cætui, & numero aliorum Sacri Romani Imperii Principum, conferentes sibi auctoritate Regia, qua supra, ipsum Ducatum Mediolanensem in feudum de quo eum actu investiverunt, & investitum haberi voluerunt, semper tamen juxta formam, & tenorem Instrumentorum, & Litterarum a Sacra Romana Regia Majestate, & Sacri Romani Imperii Principibus, Electoribus in Conventu Vormacensi desuper emanatorum, assignando sibi realem, corporalem, & actualem possessionem iterum per annuli præmemorati de Ballasii Lapide formati traditionem, quem digito dexteræ manus suæ affixerunt: Mandantes universis, & singulis Subditis Mediolanensibus per omnia, & in consimili verborum forma uti supra in Capella actum fuerat, quo completo statim dicto Domino Duci Evangelium antepositum fuit, uti in forma solita fidelitatis præscriptum iterum præstitit juramentum: Deinde tradiderunt sibi Insignia Ducalia ordine quo supra. Primum quidem Manthum, postea Galerum, & deinceps Banirea duo, unum rubei coloris, quod inter Populi multitudinem ibi astantem projectum fuit, aliud verò quadrifariam partitum, in quo arma Imperii, & Ducatus Mediolanensis depicta fuerunt: Ac subinde ensem, & baculum rubei coloris in forma utsupra sibi tradiderunt, & assignaverunt, ubi idem Dominus Dux Banireum, & Gladium in Vagina aurea iisdem duobus, quibus in Capella Arcis Mediolani prius tradiderat, ante se ferendum mandavit, Baculum autem in manibus suis tenuit, quo peracto dictus Dominus Cancellarius Regius proposito sermone nomine Regiæ Majestatis, & Principum Electorum suæ in Principem institutioni, & insignium Ducalium festivæ traditioni concordi, & sanctæ obedientiæ Subditorum, ac fælici; & saluberrimo Regimini suo gratulabatur. Commendando sibi Universum Populum Mediolanensem, omnes, & singulos Subditos Ducatus Mediolanensis, ut hos ipsos pro humanitate sua innata comendatos habere dignaretur, & dignis favoribus, & gratia eos prosequi velit, ipsosque cum suis Juribus, & Privilegiis manutenere, & conservare studeat: qua Domini Regii Cancellarii oratione finita, subiit illico præstantissimus Doctor, & Orator Dominus Jason Magnus cum splendidissima Oratione in Laudes Regias, & ipsius Domini Ludovici, & gratiis agendis Majestati Regiæ. Tandem officio Divino completo, & præmissis cerimoniis peractis ipsi Domini Regii Oratores cum præfato Domino Duce Ludovico Ducalibus ornamentis induto splendidissime cum summa Magnificentia, & maximo apparatu in Castro Mediolanensi comitando redierunt,

ANNO 1495.

